CORPUS
GRAMMATICORUM LATINORUM VETERUM

COLLEGIT AUXIT RECENSUIT
AC POTIOREM LECTIONIS VARIETATEM
ADIECIT

FRIDERICUS LINDEMANNUS
SOCIORUM OPERA ADIUTUS.

TOMUS III.

ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI ETYMOLOGIARUM
LIBROS XX. CONTINENS.

ACCEDUNT TABULAE TRES LAPIDI INSCRIPTAE.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS B. G. TEUBNERI ET F. CLAUDII.

CIↃIↃCCCXXXIII.

ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI

ETYMOLOGIARUM LIBRI XX.

EDIDIT

FRIDERICUS VILELMUS OTTO.

VIRO

ILLUSTRI AC MERITISSIMO

IOA. CHRIST. THEOPH. MÜLLERO

IURIS DOCTORI, SUPREMO REGIS SAXONIAE IN REBUS AD SACRA ET LITTERARUM CULTUM SPECTANTIBUS ADMINISTRO CETT.

HOC TERTIUM VOLUMEN GRAMMATICORUM

SACRUM ESSE VOLUERUNT

EDITORES.

VIRO

ILLUSTRI AC MERITISSIMO

IOA. CHRIST. THEOPH. MÜLLERO

IURIS DOCTORI, SUPREMO REGIS SAXONIAE IN REBUS AD SACRA ET LITTERARUM CULTUM SPECTANTIBUS ADMINISTRO CETT.

S. P. D.

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

Ut hanc Tibi novam libri Isidoriani Editionem inscriberem, quae tertium Grammaticorum Latinorum volumen conficit, tres me impulerunt caussae, quarum una fuit, quod cum Isidori Etymologiae ad iuris Romani fontes etiam pertineant, ad Te iureconsultum patriae nostrae inclutum spectare putabam emendationem huius libri; altera fuit caussa, quod patronum mihi Te meae Grammaticorum Editionis gravem ac potentem, si fieri posset, conciliare volebam; tertia, quod cupiebam homines intelligere, e terra Saxonica nondum exsulare Maecenates, qui antiquarum litterarum studia favore suo ac patrocinio complecterentur. Ad primam illam caussam quod attinet, nemo est civis patriae nostrae, qui, quod Tu potissimum ad gubernacula rerum sacrarum ac litterarum sis admotus, Tuae eruditioni Tuaeque humanitati non tribuat. Altera caussa ita est comparata, ut nisi Tu opem feras, vix poterit omne hoc meum negotium ad finem feliciter perduci. Quare Tuum nobis implorare patrocinium in tanto negotio, tam fortiter a me suscepto, sed ad quod exsequendum fortiori etiam animo opus est, tantum non unice salutare esse videbitur, si reputaveris mecum, quanta sit summa expensorum a me factorum faciendorumque, quae hoc loco recensere longum est, de quibusque iam alio modo Tibi exposui. Tertium autem illud neces-

sarium esse existimavi propterea, quod ubique terrarum percrebuisse iam videtur opinio, tanquam in Saxonia litterae Graecae et Latinae non amplius magni fiant ac patria nostra laudem illam veterem atque antiquam de veteris litteraturae nutrimento plane perdiderit. Cui opinioni ut minime calculum addiiciendum existimo, mihi enim ipse derogarem, ita omni ope enitendum censeo, ne latius illa serpat ac patriae nostrae rectores apud exteros diffamare pergat. Etenim ex quo Tu ad summum rerum sacrarum ac litterarum in regno nostro gubernaculum evectus es, licet breve sit illud temporis spacium, adiutore viro illarum rerum peritissimo ac summe merito, nihil abs Te est omissum, quod ad meliorem ducere posset statum ludos nostros litterarios, qui omnes Tua ope maxime indigere videntur. Ac licet plurima iam nonnisi praeparata sint; plura fient, cum plura poteris. Quae omnia grato animo accipimus. Qua de re hanc etiam meam qualemcumque gratiarum actionem publice prolatam benivolo animo accipe; atque ut hoc quoque Grammaticorum edendorum negotium patrocinio Tuo digneris, ea, qua par est, observantia ac veneratione ex Te peto. Scripsi in Gymnasio Zittaviensi Nonis Octobr. cIↃIↃcccxxxII.

PRAEFATIO AD TOMUM III.

FRIDERICUS LINDEMANNUS LECTURIS. S.

Opera nostra in hoc tertio Grammaticorum volumine absoluta, reliquum fuit, ut paucis exponeremus, quid consilii in libro Isidoriano edendo secuti essemus, quaque ratione id consilium assequi studuissemus. Igitur primum nihil notarum addendum censuimus, nisi quod ad potiorem lectionis varietatem et ad librum emendandum faceret, id quod in primo iam horum Grammaticorum volumine a nobis transactum esse aspectus docet. Itaque *Fridericus Vilelmus Otto*, V. Cl., adiumentis a me procuratis usus, solus omni Isidorum emendandi negotio suscepto, et libros contulit veteres, et totum Etymologiarum librum ita emaculavit, ut oratio plane alia nunc appareat, atque olim fuit; a me vero paucissima tantum in eam rem sint collata. Et codices quidem, quibus usus est Editor eruditissimus, primum recensebimus.

I. Codex Zittaviensis, qui asservatur in bibliotheca Zittaviensis civitatis publica. Is liber scriptus est anno 1527. feria tertia post Dominicam Cantate. In fine libri haec praeterea leguntur: *Ferdinandus Primus in monasterio Brzewnau, vulgo Braunau, a Vratislavia Sylesiorum urbe in Boemiam cum suo regio ac splendido comitatu pergens pernoctavit et hunc grandem codicem lustravit.* De monacho, qui codicem conscripsit, nihil in eo reperitur, nisi post orationem *Ave Maria* cet. nomen *Obislai* subscriptum. Plures libri et singulorum librorum plura capita desunt, a scriba studio omissa. Scripturae vero character est recentissimus, sed e libro, ut videtur, optimo descriptus fideliter, quum ubi librarius compendia scribendi non intelligeret, eadem iisdem signis tradiderit, cuius rei plura in singulis locis sunt indicia. Qua de caussa plerumque cum melioribus libris consentit. Forma libri est maxima; sigla (Z.) eum signavit Editor.

II. Codex Guelpherbytanus apud Ebertum in Catalogo librorum manuscriptorum Bibl. Gu. p. 95. n. 471. recensitus. Est codex membraneus seculi XIV., omnium, quos contulit Editor, praestantissimus, qui Graeca, ut plurimum, praeclare servavit. Annexus est Phocae libellus, quo de vide quae exposita sunt p. 319. Corporis Gramm. Vol. I. Sigla notatus est hac: (Gu. 1.).

III. Codex Guelpherbytanus, apud Ebertum l. c. p. 95. n. 473. Est liber membraneus formae maximae seculi XI., sed inter deteriores, et Graeca saepissime omittit. Supra versus saepe varias alius codicis lectiones exhibet. Insertus est codici Isidori liber de rerum natura ad regem Siseputum post librum quartum etymologiarum. Sigla hac notatus est: (Gu. 2.).

IV. Codex Guelpherbytanus, apud Ebertum l. c. p. 95. n. 475. Liber est membraneus, seculi XIII. Huius codicis perexiguum est pretium, quare in Graecorum tantum explicationibus et locis gravioribus ab Editore est lustratus, quum integra collatione non videretur dignus. Sigla notatur hac: (Gu. 3). Idem factum est in

V. Codice Guelpherbytano, qui apud Ebertum descriptus legitur p. 96. n. 477. In eo lib. I, c. 1—3. prorsus desunt et capp. 4—25. suppleta sunt a manu seculi XV. Ceterum membraneus est, seculi, ut videtur, XIII. formae octuplicatae. Ex hoc codice Graeca tantum emendare studuimus, et potiores locos cum vulgata contulit Editor. Siglam habet hanc: (Gu. 4.).

Tum Editionibus usus est Editor his fere:

I. *Vulgatam* editionem dixit editor *Vulcanii*, quae prodiit Bas. ao. 1577. in forma maxima, variis lectionibus et scholiis illustrata. Has varias lectiones quum Gothofredus in suam editionem transtulerit, ad calcem libri, sic eas signavit Editor: *Alii ap. Goth.* Praeterea Vulcanius coniecturas interdum fecit, quas si probabiles esse viderentur, recepit Editor notato Vulcanii nomine.

II. Praeterea usus est Editione *Gothofredi*, quae Vulcanii textum exhibet sine ulla discrepantia; nam quae propria esse videntur Gothofredanae editionis, errores sunt typographici. Notavit tamen si quid aliter se habere videretur hoc signo: *Ed. Goth.*

III. *Arevali* etiam editio ad manus fuit. Is ad calcem editionis suae varias lectiones e pluribus dedit codicibus, sed ita indiligenter notatas, ut plerumque nihil addiderit, nisi siglam *al.* Hi ergo *alii*, quorum lectiones in notas suas Editor recepit, sunt variae lectiones, quas dedit e suis codicibus Arevalus. Plurima autem ipse Arevalus optime emendavit, nescimus tamen, utrum ex editione Grialii, quae ad manus non fuit, an e suis codicibus. Plerumque autem consentit oratio, quam exhibuit Arevalus, cum nostro Gu. 1. optimo. In libro tamen I. de arte Grammatica satis infeliciter est ille versatus. Emendavit enim et mutavit omnia fere exempla secundum Donatum, contra omnium Codd. consensum. Notae Arevali et Grialii redditae sunt quae ad emendandum Isidorum facere viderentur et ad recte intelligendas emendationes necessariae. Si quas varias lectiones e codice nominatim laudavit Arevalus idem factum est in hac editione, sicut *Cod. Ottobon.* cet. Ceterum varias lectiones, quae in ipso Arevali contextu Isidoriano discrepantes ab hac nostra editione reperiuntur, notatae sunt his siglis: *Arev. Ar.*

Antiquioribus editionibus usus est Editor his, quae sequuntur.

IV. *Editio princeps.* Cf. Ebertum in lexico bibliograph. n. 10561. Isidori etymologiarum libri XX. Gth. Zainer. 19. Novbr. 1472. (A. V.) f. Ea consentit plerumque cum Gu. 1. Nonnulla capita bis leguntur, sed discrepant quaedam, ita ut e duobus codicibus, nescimus quo fato, expressa videantur. Quod ubi factum est, indicavit Editor signis: *va.* 1. 2. Usus enim est signo *va.* pro *av.*, qua posteriori sigla quum primum uti voluisset, locis quibusdam ea remansit et mutanda est in *va.* Haec editio Graeca litteris diligenter expressa exhibet, et si non est prima editio, tamen pro principe habenda.

V. *Editio sine loco et anno*, apud Ebert. in lexico bibliogr. n. 10562. notata. Consentit ea plerumque cum vulgatis exemplaribus et nihil fere singulare ac peculiare continet. Tamen inter principes numeranda est, quapropter notata est hoc signo: (*pr.*) Insertus est huic editioni Isidori *liber de rerum natura ad Sisebutum.*

Editor eruditissimus ipse in emendanda Isidori oratione ita est versatus, ut maxime sequeretur codicem Gu. 1. signatum. Idem locos scriptorum accurate notavit, exceptis Patrum Ecclesiasticorum locis, quorum editiones omnium non erant ad manus. Ad calcem libri addita sunt quaedam Analecta, quae continent ea, quae codicibus et editionibus antiquis inserta sunt, licet

ad Etymologias Isidori non pertineant. Varias lectiones cycli paschalis in his analectis coniunctim exhibuit Editor ideo, quoniam tantopere inter se Codd. atque Edd. discrepant, ut quid pro quo positum sit, vix dixeris. — Ceterum excidit aliquoties in notis *vulgatae lectionis* commemoratio, quod ubi factum est, studiose eas collegit Editor et inter *errores ad notas* ad calcem libri adiectos recensuit, ubi facile reperiri possunt.

Iam qua diligentia, qua religione, quo successu Editor praestantissimus in negotio suo sit versatus, iudicent alii; mihi opera eius satis videbatur esse laudabilis, ut credam, hoc tertium volumen non indignum esse, quod superioribus accedat et a viris doctis plausum ferat atque iustam approbationem. Scripsi in Gymnasio Zittaviensi, Nonis Octobr. cIↄIↄcccxxxII.

SUMMA CAPITUM
QUAE
SINGULIS ISIDORI LIBRIS CONTINENTUR.

CAPITA LIBRI PRIMI.

1 De disciplina et arte.
2 De septem liberalibus disciplinis.
3 De litteris communibus.
4 De litteris Latinis.
5 De grammatica.
6 De partibus orationis et de nomine.
7 De pronomine.
8 De verbo.
9 De adverbio.
10 De participio.
11 De coniunctione.
12 De praepositione.
13 De interiectione.
14 De voce.
15 De syllaba.
16 De pedibus.
17 De accentibus.
18 De figuris accentuum.
19 De positura.
20 De notis sententiarum.
21 De notis vulgaribus.
22 De notis iuridicis.
23 De notis militaribus.
24 De notis litterarum.
25 De notis digitorum.
26 De orthographia.
27 De analogia.
28 De etymologia.
29 De glossis.
30 De differentiis.
31 De barbarismo.
32 De soloecismo.
33 De ceteris vitiis.
34 De mataplasmis.
35 De schematibus.
36 De tropis.
37 De prosa.
38 De metris.
39 De fabula.
40 De vocabulo historiae.
41 De primis auctoribus historiae.
42 De utilitate historiae.
43 De generibus historiae.

CAPITA LIBRI SECUNDI.

1 De rhetorica et eius nomine.
2 De inventoribus rhetoricae artis.
3 De nomine oratoris et partibus rhetoricae.
4 De tribus generibus causarum.
5 De gemino statu causarum.
6 De tripartita controversia.
7 De quatuor partibus orationis.
8 De quinque modis causarum.
9 De syllogismis.
10 De lege.
11 De sententia.
12 De catasceua et anasceua.
13 De prosopopoeia.
14 De ethopoeia.
15 De generibus quaestionum.
16 De elocutione.
17 De trimodo genere dicendi.
18 De colo, commate et periodis.
19 De vitiis literarum et verborum et sententiarum cavendis.
20 De iuncturis verborum.
21 De figuris verborum et sententiarum.
22 De dialectica.
23 De differentia dialecticae et rhetoricae artis.
24 De definitione philosophiae.
25 Quid sit philosophia.
26 De isagogis Porphyrii.
27 De categoriis Aristotelis.
28 De perihermeniis Aristotelis.
29 De syllogismis dialecticis.
30 De divisione definitionum ex Marii Victorini libro abbreviata.
31 De topicis.
32 De oppositis.

CAPITA LIBRI TERTII.

1 De vocabulo arithmeticae disciplinae.
2 De auctoribus eius.
3 Quid sit numerus et unde dicatur.
4 Quid praestent numeri.
5 De prima divisione parium et imparium.
6 De secunda divisione totius numeri.
7 De tertia divisione totius numeri.
8 De differentia arithmeticae, geometriae et musicae.

9 Quot numeri infiniti existunt.
10 Quid sit geometria, et de inventoribus et vocabulo eius.
11 De quadripartita divisione geometriae.
12 De figuris geometriae.
13 De numeris secundum geometriam quaerendis.
14 De musica et eius nomine.
15 De inventoribus eius.
16 Quid possit musica.
17 De tribus partibus musicae.
18 De triformi musicae divisione.
19 De prima divisione musicae quae harmonica dicitur.
20 De secunda divisione quae organica dicitur.
21 De tertia divisione, quae rythmica nuncupatur.
22 De musicis numeris.
23 De astronomia.
24 De inventoribus eius.
25 De scriptoribus astronomiae.
26 De differentia astronomiae et astrologiae.
27 De astronomiae ratione.
28 De mundo et eius nomine.
29 De forma mundi.
30 De coelo et eius nomine.
31 De situ sphaerae coelestis.
32 De motu eiusdem.
33 De cursu eiusdem sphaerae.
34 De celeritate coeli.
35 De axe coeli.
36 De coelestibus polis.
37 De cardinibus coeli.
38 De convexis coeli.
39 De ianuis coeli.
40 De gemina coeli facie.
41 De quatuor partibus coeli.
42 De hemisphaeriis.
43 De quinque circulis coeli.
44 De zodiaco circulo
45 De candido circulo.
46 De magnitudine solis.
47 De magnitudine lunae.
48 De natura solis.
49 De cursu solis.
50 De defectu solis.
51 De itinere solis.
52 De lumine lunae.
53 De formis lunae.
54 De interlunio lunae.
55 De cursu lunae.
56 De vicinitate lunae ad terras.
57 De eclipsi solis.
58 De eclipsi lunae.
59 De differentia stellarum, siderum et astrorum.
60 De lumine stellarum.
61 De situ stellarum.
62 De cursu stellarum.
63 De vario cursu stellarum.
64 De intervallis stellarum.
65 De numero circulari stellarum.
66 De stellis planetis.
67 De praecedentia et antegradatione stellarum.
68 De remotione vel retrogradatione stellarum.
69 De statu stellarum.
70 De nominibus stellarum quibus ex causis nomina acceperunt.

CAPITA LIBRI QUARTI.

1 De medicina.
2 De nomine eius.
3 De inventoribus eius.
4 De tribus haeresibus medicorum.
5 De quatuor humoribus corporum.
6 De acutis morbis.
7 De chronicis morbis.
8 De morbis, qui in superficie cutis videntur.
9 De remediis et medicaminibus.
10 De libris medicinalibus.
11 De instrumentis medicorum.
12 De odoribus et unguentis.
13 De initio medicinae.

CAPITA LIBRI QUINTI.

1 De auctoribus legum.
2 De legibus divinis et humanis.
3 Quid differunt inter se ius, leges et mores.
4 Quid sit ius naturale.
5 Quid sit ius civile.
6 Quid sit ius gentium.
7 Quid sit ius militare.
8 Quid sit ius publicum.
9 Quid sit ius Quiritum.
10 Quid lex.
11 Quid scita plebium.
12 Quid senatus consultum.
13 Quid constitutio et edictum.
14 Quid responsa prudentum.
15 De legibus consularibus et tribunitiis.
16 De lege Satyra.
17 De legibus Rhodiis.
18 De privilegiis.
19 Quid possit lex.
20 Quare lex facta sit.
21 Qualis debeat fieri lex.
22 De causis.
23 De testibus.
24 De instrumentis legalibus.
25 De rebus.
26 De criminibus in lege constitutis.
27 De poenis in legibus constitutis.
28 De chronicae vocabulo.
29 De momentis et horis.
30 De diebus.
31 De nocte.
32 De hebdomada.
33 De mensibus.
34 De solstitiis et aequinoctiis.
35 De temporibus anni.
36 De annis.
37 De Olympiadibus et lustris et iubileis.
38 De seculis et aetatibus.
39 De discretione temporum.

CAPITA LIBRI SEXTI.

1 De veteri et novo testamento.
2 De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.
3 De bibliothecis.
4 De interpretibus.
5 De eo, qui primum Romam libros advexit.
6 Qui apud nos bibliothecas instituerunt.
7 Qui multa scripserunt.
8 De generibus opusculorum.
9 De ceris.
10 De chartis.
11 De pergamenis.
12 De libris conficiendis.
13 De librorum vocabulis.
14 De librariis et eorum instrumentis.
15 De canonibus evangeliorum.

16 De canonibus conciliorum.
17 De cyclo paschali.
18 De reliquis festivitatibus.
19 De officiis.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

1 De deo.
2 De filio Dei.
3 De Spiritu sancto.
4 De eadem Trinitate.
5 De angelis.
6 De hominibus, qui quodam praesagio nomen acceperunt.
7 De patriarchis.
8 De prophetis.
9 De apostolis.
10 De reliquis in Evangelio nominibus.
11 De martyribus.
12 De clericis.
13 De monachis.
14 De ceteris fidelium nominibus.

CAPITA LIBRI OCTAVI.

1 De ecclesia et synagoga.
2 De religione et fide.
3 De haeresi et schismate.
4 De haeresibus Judaeorum.
5 De haeresibus Christianorum.
6 De philosophis gentium.
7 De poetis.
8 De Sibyllis.
9 De magis.
10 De paganis.
11 De diis gentium.

CAPITA LIBRI NONI.

1 De linguis gentium.
2 De gentium vocabulis.
3 De regnis et militiae vocabulis.
4 De civibus.
5 De affinitatibus et gradibus.
6 De agnatis et cognatis.
7 De coniugiis.

Liber decimus tractat de quibusdam vocabulis per alphabetum distinctis.

CAPITA LIBRI UNDECIMI.

1 De homine et partibus eius.
2 De aetatibus hominis.
3 De portentis.
4 De transformatis.

CAPITA LIBRI DUODECIMI.

1 De pecoribus et iumentis.
2 De bestiis.
3 De minutis animantibus.
4 De serpentibus.
5 De vermibus.
6 De piscibus.
7 De avibus.
8 De minutis volatilibus.

CAPITA LIBRI TERTII DECIMI.

1 De mundo.
2 De atomis.
3 De elementis.
4 De coelo.
5 De partibus coeli.
6 De circulis coeli.
7 De aere et nube.
8 De tonitruo.
9 De fulminibus.
10 De arcu et nubium effectibus.
11 De ventis.
12 De aquis.
13 De diversitate aquarum.
14 De maris nomine.
15 De oceano.
16 De mediterraneo mari.
17 De finibus maris.
18 De aestibus et fretis.
19 De lacis et stagnis.
20 De abysso.
21 De fluminibus.
22 De diluviis.

CAPITA LIBRI QUARTI DECIMI.

1 De terra.
2 De orbe.
3 De Asia et partibus eius.
4 De Europa.
5 De Libya.
6 De insulis.
7 De promontoriis.
8 De montibus ceterisque terrae vocabulis.
9 De inferioribus terrae.

CAPITA LIBRI QUINTI DECIMI.

1 De civitatibus.
2 De aedificiis publicis.
3 De habitaculis.
4 De aedificiis sacris.
5 De repositoriis.
6 De operariis.
7 De aditibus.
8 De partibus aedificiorum.
9 De munitionibus.
10 De tentoriis.
11 De sepulchris.
12 De aedificiis rusticis.
13 De agris.
14 De finibus agrorum.
15 De mensuris agrorum.
16 De itineribus.

CAPITA LIBRI SEXTI DECIMI.

1 De pulveribus et glebis terrae.
2 De glebis ex aqua.
3 De lapidibus vulgaribus.
4 De lapidibus insignioribus.
5 De marmoribus.
6 De gemmis.
7 De viridioribus gemmis.
8 De rubris gemmis.
9 De purpureis.
10 De nigris.
11 De variis.
12 De cristallis.
13 De aureis.
14 De vitro.
15 De metallis.
16 De auro.
17 De argento.
18 De aere.
19 De ferro.
20 De plumbo.
21 De stanno.
22 De electro.
23 De ponderibus.
24 De mensuris.
25 De signis.

CAPITA LIBRI DECIMI SEPTIMI.

1 De auctoribus rerum rusticarum.
2 De cultura agrorum.
3 De frumentis.
4 De leguminibus.
5 De vitibus.
6 De arboribus.
7 De propriis nominibus arborum.
8 De arboribus aromaticis.
9 De herbis aromaticis sive communibus.
10 De oleribus.
11 De odoratis oleribus.

CAPITA LIBRI DECIMI OCTAVI.

1 De bellis.
2 De triumphis.
3 De signis.
4 De buccinis.
5 De armis.
6 De gladiis.
7 De hastis.
8 De sagittis.
9 De pharetris.
10 De fundis.
11 De ariete.
12 De clypeis.
13 De loricis.
14 De galeis.
15 De foro.
16 De spectaculis.
17 De ludo gymnico.
18 De generibus gymnicorum.
19 De saltu.
20 De cursu.
21 De iactu.
22 De virtute.
23 De luctatione.
24 De palaestra.
25 De agone.
26 De generibus agonum.
27 De ludis Circensibus.
28 De circo.
29 De ornamentis.
30 De metis.
31 De obelisco.
32 De carceribus.
33 De aurigis.
34 De quadrigis.
35 De curru.
36 De equis, quibus currunt.
37 De septem spaciis.
38 De equitibus.
39 De desultoribus.
40 De peditibus.
41 De coloribus equorum.
42 De theatro.
43 De scena.
44 De orchestra.
45 De tragoedis.
46 De comoedis.
47 De themelicis.
48 De histrionibus.
49 De mimis.
50 De saltatoribus.
51 Quid pro patrono agatur.
52 De amphitheatro.
53 De ludo equestri.
54 De retiariis.
55 De secutoribus.
56 De laqueatoribus.
57 De velitibus.
58 De ferali certamine.
59 De horum execratione ludorum.
60 De alea.
61 De pyrgis.
62 De calculis.
63 De tesseris.
64 De figuris aleae.
65 De vocabulis tesserarum.
66 De iactibus tesserarum.
67 De calculorum motu.
68 De interdictione aleae.
69 De pila.

CAPITA LIBRI DECIMI NONI.

1 De navibus.
2 De partibus navium et armamentis.
3 De velis.
4 De funibus.
5 De retibus.
6 De fabricis sive fornacibus.
7 De instrumentis fabrorum.
8 De fabricis parietum.
9 De dispositione.
10 De constructione.
11 De venustate.
12 De laqueariis.
13 De crustis.
14 De lithostratis.
15 De plastis.
16 De pictura.
17 De coloribus.
18 De instrumentis aedificiorum.
19 De lignariis.
20 De inventione lanificii.
21 De veste sacerdotali.
22 De nominibus vestium ceterarum.
23 De vestibus quarundam gentium.
24 De palliis virorum.
25 De palliis faeminarum.
26 De stratu et reliquis vestibus, quae in usu habentur.
27 De lanis.
28 De coloribus vestium.
29 De instrumentis vestium.
30 De ornamentis.
31 De anulis.
32 De cingulis.
33 De calciamentis.

CAPITA LIBRI VIGESIMI ET ULTIMI.

1 De mensis.
2 De escis.
3 De potu.
4 De vasis escariis.
5 De vasis potatoriis.
6 De vasis vinariis et aquariis.
7 De vasis oleariis.
8 De vasis coquinariis.
9 De vasis repositoriis.
10 De vasis luminarium.
11 De lecticis et sellis.
12 De vehiculis.
13 De reliquis quae in usu habentur.
14 De instrumentis rusticis.
15 De instrumentis hortorum.
16 De instrumentis equorum.

EPISTOLAE[1] ISIDORI AD BRAULIONEM ET BRAULIONIS AD ISIDORUM DE ETYMOLOGIARUM LIBRIS.

EPISTOLA I.

Domino meo et Dei servo Braulioni Episcopo Isidorus[2].

Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam, et utinam aliquando impleret Deus votum meum, antequam moriar. Ad praesens autem deprecor[3], commendes me[4] orationibus tuis, ut et[5] in hac vita spem meam impleat et in futuro[6] beatitudinis tuae consortium mihi concedat et[7] manu sua me protegat[8]. Ora pro nobis beatissime domine et frater[9].

EPISTOLA II.

Domino meo et vere domino Christique[10] *electo Isidoro Episcoporum summo Braulio servus inutilis sanctorum*[11] *Dei.*

O pie[12] domine et virorum praestantissime sera est inquisitio et tarde data est[13] mihi scribendi optio, quia peccatis meis ingruentibus[14] non modo[15] sterilitatis, vel inopiae malo, verum etiam luis et hostilitatis[16], quominus inquirerem, horribili sum praepeditus incursu. Nunc autem etsi mille necessitatibus, mille[17] curis astrictus[18] post longum miseriae tempus veluti ab improbi soporis, ut ita dixerim, gravedine[19] suscitatus istius meae suggestionis affatibus depen-

1) Hae epistolae in recentioribus Isidori editionibus non extant, at quum sint in omnibus codicibus et editt. vett. non omittendas esse censui, praesertim quum de libris Etymologiarum in iis agatur. In recensendo contextu secutus sum Gu. 1. — 2) *Isidorus episcopus* Z. va. — 3) *deprecor ut* Z. Gu. 2. pr. va. — 4) *commendes me deo* Z. pr. va. At repetenda potius haec vox e superioribus. — 5) *et ut* pr. va. — 6) *futura* Z. va. — 7) *de* pro *et* Z. — 8) verba *me protegat* om. Z. Gu. 2. pr. va. At nescio quomodo intellexerint viri docti verba: *et manu sua*. Nam in vett. editt. maiusculis literis haec expressa sunt. Ego autem in omnibus epistolis, ubi haec formula reperitur, constructionem verborum reperisse mihi visus sum. Est enim *manus* manus Dei, ut theologi loquuntur. — 9) *pater* Z. — 10) *christoque* Gu. 2. pr. — 11) *servorum* va. — 12) *piissime* va. — 13) *est* om. Z. — 14) *exigentibus* Gu. 2. pr. — 15) *tantummodo* pr. — 16) *pestis, mortalitatis, luis et host.* pr. va. — *et pestis, mort. luis et hostil.* Z. — 17) *et mille* Gu. 2. pr. — 18) *attritus* Z. Gu. 2. pr. va. — 19) *gravidine* Gu. 2.

dere praesumo salutis obsequium, et cordis et corporis humilitate prostratus, imprecans excellentissimam tuae beatitudinis potestatem, ut peculiarem famulum [1], quem pio illo [2] sacrae dignationis intuitu semper habuisti susceptum, usque in finem iubeas habere [3] commendatum. Nam ego [4], Christus novit, gravi dolore discrucior [5], quod emenso tempore tam prolixo vel nunc vestrum non mereor [6] videre conspectum. Sed spero in illum, qui non obliviscitur misereri, nec repellit in finem [7], quia exaudiet precem [8] pauperis et vestro me miserum [9] repraesentabit [10] aspectui. Suggero sane et omnimoda supplicatione deposco, ut libros [11] Etymologiarum, quos [12] iam favente domino [13] audivimus consummatos [14], promissionis vestrae memores servo vestro dirigere iubeatis, quia, ut mihi sum conscius, magna ibi ex parte servi tui postulatione sudasti, et ideo in me primum existe munificus, sic in sanctorum coetibus et felix habearis et primus. Gesta etiam synodi, in qua [15] Sintharius [16] examinis [17] vestri igne etsi non purificatus invenitur, tamen decoctus, quaeso, ut vestro instinctu a filio vestro domino Rege dirigantur [18] cito. Nam et nostra eius sic flagitavit gloriam suggestio, quia multum in concilio investiganda [19] opus est veritate. De cetero creatoris altissimi pietatem efflagito, ut coronam beatitudinis vestrae pro integritate fidei et statu ecclesiae suae longo tempore praecipiat conservari [20], meque inter oblatrantia praesentis mundi varia et innumerabilia discrimina munitum reddat tuae [21] intercessionis gratia ac reconditum in gremium [22] memoriae tuae tutum ab omni tempestate peccati oratu vestro efficiat trinitatis [23] sacratissima et [24] manu sua. Ego servus dei [25] Braulio Isidoro in domino fruar te [26] lucerna ardens, non [27] marcescens.

EPISTOLA III.

Domino meo et dei servo Braulioni Episcopo Isidorus.

Quia te incolumem [28] cognovi, gratias Christo egi, et utinam cuius cognovi salutem, in hoc corpore et visionem aspicerem [29]. Quid [30] autem [31] pro peccatis meis mihi evenit [32], manifestabo, quia non fui dignus tua perlegere eloquia. Statim enim ut accepi pittacium [33] tuum, puer regius ad me venit. Dedi cubiculario meo [34] illud pittacium [35] tuum, et confestim ambulavi ad principem, ut postea perlegerem et rescriberem [36]. Reversus de [37] palatio regis non solum scripta tua non inveni, sed etiam quicquid aliud [38] in chartis [39] fuit, periit. Et idcirco,

1) *famulum tuum* va. — 2) *pio* omisso *illo* va. — *pupillo* Gu. 1. — 3) *habere iubeas* Z. Gu. 2. pr. va. — 4) *Nam et ego* Z. Gu. 2. — 5) *discutior* Gu. 2. pr. — 6) *non mereor vestrum* Z. — 7) *in fine* Z. — 8) *preces* Z. — 9) *miserum me* va. — 10) *represental* Gu. 2. pr. — 11) *librum* Gu. 2. pr. — 12) *quem* Gu. 2. pr. — 13) *deo favente* va. — 14) *consummatum* Gu. 2. pr. — 15) *in quo* Gu. 1. — 16) *sinthaurius* Gu. 2. pr. — *syntharius* Z. — 17) *examis* va. — 18) *nobis dirigantur* Z. Gu. 2. pr.. — 19) *pro investiganda* Z. Gu. 2. pr. va. — 20) *conservare* Gu. 2. pr. — 21) *reddat me interc.* Z. — 22) *in gremio* Z. Gu. 2. pr. — 23) *trinitas* Z. va. Sed non intellexerunt scribae genitivum, qui pendet a subst. *manu* e seqq. repetendo. — 24) *sacratissima ex manu* Z. — 25) *domini* Z. Gu. 2. pr. — 26) *te* om. Z. — 27) *et non* Z. Gu. 2. pr. va. — 28) *incolomem* Gu. 2. pr. va. — 29) *merear aspicere et visionem* va. — *aspicerem et visionem* Z. Gu. 2. pr. — 30) *Quod* Gu. 2. pr. — 31) *enim* Gu. 1. — 32) *mihi evenit pro peccatis meis* Z. pr. va. — 33) *pitacium* Z. va. — *pictacium* Gu. 2. pr. — 34) *tuo* Gu. 1. — 35) *pitacium* Z. va. — *pictacium* Gu. 2. pr. — 36) *rescriberemque* Gu. 2. pr. — 37) *de* om. pr. — 38) *aliud* om. Z. — 39) *chastris* pr. — 40) *rogo et quaeso* Z. va. — 41) *evenerit* Z. pr. va. — 42) *rescribe* Gu. 2. pr. — 43) *beatissime domine* Z. pr. va. — 44) *Christoque* Gu.

scit dominus, luxi meritum meum, quia non perlegi eloquium tuum. Sed rogo [40], ut, quaecunque occasio venerit [41], rescribas [42] mihi et gratiam verbi tui non auferas, ut, quod ex meo delicto perdidi, iterum gratia tua recipiam et manu sua. Ora pro nobis domine beatissime [43].

EPISTOLA IV.

Domino meo et vere domino Christique [44] electo Isidoro episcoporum summo Braulio servus inutilis [45] servorum [46] Dei.

Solet repleri laetitia homo interior ac spiritualis [47], quum inquisitione fungitur amantis. Ob id velle meum est, mi domine reverentissime [48], nisi culparum materia [49] mearum obsistat, et benigne te inquisitionem meam amplecti et querelarum calumniam patienter accipere. Utrumque enim ago et officium inquisitionis persolvo et tibi contra te causarum mearum necessitates dirigo. Quod ut [50] benignissime auditui tuo [51] admittas, in ingressu huius dictationis portuque [52] prostratus peto a culmine [53] vestri apostolatus. Et [54] quamquam vacillet calumniae obiectatio, ubi lacrimarum est intercessio, quum lacrimae non sint signa calumniae, tamen sint opto et lacrimabiles calumniae et calumniabiles lacrimae. Sed utrumque pro licentiosa amoris praesumptione, non autem pro arrogantiae temeritate. Sed iam causam exordiar. Septimum [55], nisi [56] fallor, annum [57] tempora [58] gyrant [59], ex quo memini me [60] libros a te conditos Originum postulasse, et vario diversoque modo et [61] praesentem [62] me frustratum esse et absenti nihil [63] inde vos [64] rescripsisse, sed subtili dilatione modo necdum [65] esse perfectos, modo necdum [66] esse [67] scriptos, modo meas literas intercidisse [68] aliaque multa opponens ad [69] hanc usque diem [70] pervenimus et sine petitionis effectu [71] manemus [72]. Ob hoc et ego vertam preces vi quadam [73], ut, quod [74] supplicatione nequivi vel calumniis [75], lacessendo [76] valeam adipisci. Saepe namque solet mendico prodesse vociferatio. Quocirca cur quaeso te, mi [77] domine, non tribuas [78], quod rogaris? Unum scias, non [79] dimittam [80] quasi fingens me nolle negata, sed quaeram et instanter quaeram, quousque aut accipiam aut eliciam, piissimo redemptore [81] iubente: *Quaerite et invenietis*, et adiciente [82]: *Pulsate et aperietur [83] vobis.* Quaesivi et quaerens [84] etiam [85] pulso. Unde et clamito, ut aperias. Nam huius me argumenti [86] solatur [87] inventio. Quia [88] contempsisti postulantem, exaudias [89] forte calumniantem. Hinc et ego [90] scientiae tuae [91] ingero, nec [92]

2. pr. — 45) *inutilis* om. va. — 46) *sanctorum* Z. Gu. 2. pr. — 47) *spiritalis* Z. Gu. 2. pr. va. — 48) *reverendissimorum* Z. — 49) *maceria* Gu. 2. pr. — 50) *Quod quas ut* Gu. 2. pr. — 51) *tuo auditui* Gu. 2. pr. — 52) *portoque* Z. — 53) *acumine* Gu. 1. — 54) *ut* Gu. 2. pr. — 55) *Septem* Gu. 2. pr. — 56) *ni* Z. va. — 57) *annorum* Gu. 2. pr. — 58) *se tempora* Gu. 2. pr. — 59) *girant* Z. pr. va. — 60) *me memini* Gu. 2. pr. — 61) *et* om. Gu. 2. pr. — 62) *praesente* pr. — 63) *nil* Gu. 2. pr. — 64) *te* Gu. 2. pr. — 65) *nondum* va. — 66) *nondum* va. — 67) *esse* om. Gu. 2. pr. va. — 68) *intercedisse* Gu. 1. 2. — 69) *et ad* va. — 70) *ad hanc diem usque* Z. — 71) *affectu* Gu. 1. — 72) *animus perdurat* Gu. 2. pr. — 73) *in querelam* Gu. 2. Z. pr. va. — 74) *quid* Z. — 75) *calumnia* Gu. 2. pr. — 76) *lacescendo* Gu. 2. — *lacesciendo* va. — 77) *mi* om. Gu. 2. pr. — 78) *mihi non tribuas domine* Z. — 79) *ut non* Z. Gu. 2. pr. va. — 80) *dimittas* Z. — 81) *pastore* Z. — 82) *adiiciente* Z. va. — 83) *aperitur* Gu. 2. pr. Locus est ap. Matth. 7, 7. — 84) *quaero* Gu. 2. pr. — 85) *etiam et* Gu. pr. va. — 86) *argumenti me* Gu. 2. pr. — 87) Sic Z. va. — *solvatur* Gu. 1. — *consolatur* Gu. 2. pr. — 88) *quia qui* Z. Gu. 2. pr. va. — 89) *exaudies* va. — 90) *Hinc ergo* Gu. 2. pr. — 91) *scienti tua* Z. — 92) *quae nec* Gu. 2. pr.

stulta[1] iactatione[2] novi[3] aliquid[4] suggerere insipiens profecto[5] praesumo. Non[6] tamen erubesco imperitus disertissimo loqui apostolici memor praecepti, quo praeciperis[7] *libenter sufferre*[8] *insipientem.* Quamobrem accipe clamores[9] calumniae. Cur rogo talentorum distributionem et cibariorum[10] dispensationem tibi creditam hucusque retentas[11]? Iam solve manum, impertire famulis[12], ne inopia pereant famis. Nosti, quid[13] creditor veniens poscat[14] a te. Non minuetur tibi, quicquid dederis nobis. Memor esto, paucis[15] panibus multitudinem satiatam et superasse[16] reliquias fragmentorum magnitudinem[17] panum. An putas, donum tibi conlatum[18] pro te solummodo esse datum? Vestrum[19] est et[20] nostrum, commune donum[21] est, non[22] privatum. Et quis dicere vel insanus praesumat, ut privato tuo gaudeas, qui de communi tamen[23] inculpabiliter gaudere scias? Nam quum tibi Deus[24] oeconomiam thesauri sui[25] et divitiarum, salutis[26], sapientiae et scientiae tenere concesserit, cur[27] larga manu non effundis, quod dando non minuis[28]? An quum in membris superni capitis unusquisque quod non accepit[29], sic[30] in altero possideat, ut alteri[31], quod habet, possidendum sciat, tu forsitan[32] ideo[33] nobis parcus[34] existis, quia quod mutue[35] a nobis resumas, non invenis? Sed si *habenti das*, tantillae[36] mercedis fructum reportas. Si[37] vero *non habenti tribuis* praeceptis evangelicis satisfacis, ut *reddatur tibi in retributione iustorum.* Proinde et ego remordeor conscientia, eo quod in me nihil commutabile[38] boni[39] sentiam, quoniam iubemur *per caritatem servire invicem et unusquisque quam accepit*[40] *gratiam in alterutrum illam administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei, atque unicuique sicut Deus divisit*[41] *mensuram fidei in una*[42] *compage membrorum*, debet[43] cum[44] ceteris partibus communicare, quia *haec omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis, prout vult.* Sed ad unum atque[45] peculiare subsidium[46], quod praemisi, recurro, ad importunitatem[47] scilicet, amicam[48] amicitia destitutis ac nulla membrorum honestorum gratia[49] decoratis. Idcirco audivi[50] vocem[51], tot interiacentibus terris: *redde, redde, quod debes.* Nam servus es[52], servus[53] Christi et Christianorum, ut illic sis[54] maior omnium nostrum, et quia[55] nostri causa tibi collatam praesentis[56] gratiam sitientibus animis scientiaeque fame cruciatis impertiri[57] non dedigneris. Non sum saltem[58] pes, qui ad cuncta[59] possim alvo ecclesiae, membrorum scilicet indici, obedientiae discursu parere, nec principatui capitis imperantis[60] obsequendo placere[61]. Quin[62] etsi de inho-

1) *stulti* Gu. 2. pr. — 2) *iactationem* Gu. 2. pr. — 3) *novit* Gu. 2. pr. — 4) *aliquod* Gu. 2. pr. — 5) *perfecto* pr. va. — 6) *nec* Gu. 2. pr. — 7) *praeceperit* Z. Gu. 2. pr. — *praecipit* va. — 8) *sufferri* va. — 9) *clamorem* Z. va. — 10) *ciborum* va. — 11) *remittas* Z. — 12) *familiis* Gu. 2. Z. pr. — 13) *quod* Z. — 14) *reposcat* Z. Gu. 2. pr. va. — 15) *parvis* Gu. 2. pr. va. — 16) *superesse* Gu. 2. pr. — 17) *magnitudine* Z. Gu. 2. pr. — 18) *collatum* Z. Gu. 2. pr. va. — 19) *et vestrum* Z. Gu. 2. pr. va. — 20) *et* om. va. — 21) *donum* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 22) *ubi* Z. — *non* va. — 23) *tantum* Z. Gu. 2. pr. va. — 24) *deus tibi* Gu. 2. pr. — 25) *sui thesauri* Gu. 2. pr. — 26) *salute* Gu. 2. pr. — 27) *quur* Gu. 2. pr. — 28) *minues* Gu. 2. pr. — 29) *accipit* Gu. 1. — 30) *sicut* Gu. 1. — 31) *alterum* Z. — 32) *forsan* Z. — 33) *ideo* om. va. — 34) *nobis existis* Z., retento priore *nobis.* — 35) *mutuo* Z. — 36) *ab illo* Gu. 2. pr. — 37) *sin* Z. Gu. 2. pr. va. — 38) *communicabile nihil* Gu. 2. pr. — *nihil communicabile* Z. va. — 39) *bonis* Gu. 1. 2. pr. va. — 40) *accipit* Gu. 1. — 41) *divisit Deus* Z. Gu. 2. pr. — 42) *uno* Gu. 2. pr. — 43) *debeat* Gu. 2. pr. — 44) *ea* Gu. 2. pr. — *etiam eam* Z. — 45) *ac* Z. Gu. 2. pr. — 46) *subpraesidium* Z. — 47) *inopportunitatem* Gu. 2. pr. — 48) *amicam scilicet* Z. — 49) *gratia* om. Z. Gu. 2. Sed ad quid tum *nulla* referatur, nescio. — 50) *audi* Z. va. — 51) *vocem meam* Gu. 2. pr. va. — 52) *servus, servus es* Gu. 2. pr. — 53) *servorum* Z. va. — 54) *maior sis* va. — 55) *quam* Z. va. — 56) *in praesenti* va. — 57) *impartire* va. — 58) *saltim* Gu. 2. pr. va. — 59) *iniuncta* Z. Gu. 2. pr. va.; post hoc voc. sequitur in Gu. 2. pr. va. *discurrens.* — 60) *imperanti* Z. Gu. 2. pr. va. — 61) *placere obsequendo* va. — 62) *qui* Gu. 1. — 63) *qui* Z. — 64) *praece-*

nestioribus membris me esse sentiam, sufficiat, quia, quae[63] te constat a capite percepisse[64] per me dignum[65] egerere, nec te me[66] egere[67] quamvis minimum, Christi tamen sanguine redemptum[68]. Nam *nec*[69] *dicit caput pedibus, non estis mihi necessarii, quoniam quae videntur membra corporis infirmiora*[70], *necessariora sunt, et quae putantur ignobiliora esse*[71], *his honorem abundantiorem circumdamus, et quae inhonestiora sunt nostra maiorem honestatem habent*[72]. Sic itaque creator noster ac dispensator cuncta moderatur[73], ut, quum in altero alteri dona divina, quae in se non percipit, possidenda tribuuntur, caritas cumuletur. Denique tunc bene multiformis gratia dispensatur, quando acceptum donum et eius[74], qui hoc[75] non habet[76], creditur, quando propter eum, cui impenditur[77], datum putatur. Hoc apostoli capitulum a nobis in parte praetermissum[78], optime novit sanctitatis vestrae prudentia[79] huic rei[80] congruere totum. Et quicquid summatim tetigi, te ea[81] procul dubio nosse melius latet nullum[82]. Itaque hoc solum superest, quod et magno opere[83] peto, ut praestes postulata, et si[84] non pro me, saltem[85] pro ipsa caritate divinitus impertita[86], pro qua iubemur et nosse et praestare omnia et sine qua nihil sunt omnia. Sed et si qua superflua, si qua minus humiliter, aut inutiliter, si qua negligenter[87] potius effudi, quam dixi, cuncta benigne, quaeso[88], suscipias, cuncta ignoscas[89], cuncto ores, ut Deus ignoscat. Ergo et hoc notesco[90]. libros[91] Etymologiarum, quos a te, domino meo, posco, etsi detruncatos corrososque iam a multis[92] haberi[93] sciamus, ut[94] eos mihi transscriptos, integros, emendatos et bene coaptatos dignemini[95] mittere[96], ne, raptus aviditate in perversum, cogar vitia pro virtutibus ab aliis sumere. Ego autem opto, quamvis nullius egeas et ultroneae[97] dicantur torpere[98] mercedes, ut dignatio vestrae benignitatis nobis imperet[99] illud[100], quod[101] possumus et valemus[102], tantum ut obsequio nostro utaris, immo caritate, quae est Deus[103], perfruaris. His[104] igitur expletis erant mihi quaestiones de sacris divinisque paginis, quarum mihi expositionem cordis vestri lumen aperiret[105], si tamen et nobis iubes resplendere[106] et divinae legis obscura reserare. Nec[107], si ista, quae peto, percepero, de illis silebo, si[108] viam reseras capiendae fiduciae. Quum in[109] hac fronte prima[110] non me confodis[111], stimulis verecundiae et ignaviae meae locum dederis veniae[112], quia ignominiosum valde videtur ac vile, si necdum satiatus quis caritate, ab eo, quem amabat, invenitur recedere. Obsequio autem meae servitutis dependo[113] iura salutis, et quaeso pietatem sanctissimae vestrae po-

pisse Z. — 65) *est dignum* Z. Gu. 2. pr. va. — 66) *me te* Gu. 2. pr. — 67) *non egere* Z. Gu. 2. pr. va. — 68) *redempto* va. — 69) *non* Gu. 2. pr. — 70) *infirmiora esse* Z. Gu. 2. pr. va. — 71) *ignobiliora esse corporis membra* Z. Gu. 2. pr. — 72) Locus est ex 1. ad Corinth. 12, 21. — 73) *dispensat* Gu. 2. pr. — 74) *eis* Z. Gu. 2. pr. va. — 75) *hoc qui* va. — 76) *habent* Gu. 2. pr. — 77) *propter eum impeditur* Gu. 1. — 78) *praemissum* Z. Gu. 2. pr. va. — 79) *prudentia caritatis vestrae* G. Z. Gu. 2. pr. va. — 80) *regi* (i. e. *reii*) Gu. 2. pr. — 81) *ea* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 82) *nemini* Z. — 83) *magnopere* Gu. 2. pr. va. — 84) *et vero* Gu. 1. — 85) *saltim* Gu. 2. pr. — 86) *impartita* va. — 87) *si qua negligenter, si qua minus humiliter aut* (*ac* Z.) *inutiliter potius effudi* Z. Gu. 2. pr. va. — 88) *quaeso benigne* Z. Gu. 2. pr. va. — 89) *agnoscas* Gu. 1. — 90) *innotesco* Gu. 2. pr. — 91) *ut libros* Z. — 92) *autem* pro *a* Gu. 1. — om. va. — 93) *multos* va. — 94) *inde rogo, ut eos* Z. Gu. 2. pr. va. — 95) *digneris* Gu. 2. pr. va. — 96) *transmittere* Gu. 2. pr. va. — 97) *ultro nec* Gu. 1. — 98) *tirpere vel torpere* Z. — *putere* Gu. 2. pr. va. — 99) *imperet nobis* Z. Gu. 2. pr. va. — 100) *in id* Z. Gu. 2. pr. va. — 101) *quod et* Gu. 2. pr. — 102) *possimus et valeamus* Z. — 103) *quae deus est* Z. Gu. 2. pr. va. — 104) *His* om. Gu. 2. pr. — 105) *aperiet* va. — 106) *resplende* Gu. 2. pr. — 107) *Et si* Z. — 108) *sed* Z. Gu. 2. pr. va. — 109) *in* om. va. — 110) *prima fronte* Gu. 2. pr. va. — 111) *confodieris* Z. Gu. 2. pr. va. — 112) addunt hoc loco codd. Gu. 2. Z. pr. va. haec verba: *quod quem diligebas quamlibet in meritum* (*immerito* Z.) *non iusseris reprobare.* — 113) *impendo* Gu. 2. pr. va.

testatis, ut pro me orare digneris, quamvis[1] cotidie[2] fluctuantem animam malis[3] tuo intercessu lucreris et ad portum aeternae tranquillitatis[4] deducas[5], erutam a miseriis et ab[6] scandalis. Dulce mihi fuit, ad te diu[7] loqui, quasi coram positus vultum viderem[8] faciei tuae[9]. Ideo nec verbositatem caveo[10] et fortassis temeritatem[11] incurri. Sed aut hoc, aut illud[12] agere debui, tamen[13] ut, quod noluisti per humilitatem, saltem tribuas per tumultuantem improbitatem. Ecce, quantum audaciae[14] dedit mihi gratia vestrae benevolentiae[15]. Et ideo, si quid[16] in hoc displicuerit, sibi imputet, quae tantum[17] amat, ut timorem[18] tollat. Nam *perfecta caritas foras*[19] *mittit timorem.* Speciali quoque gratia fretus speciali domino, in quo vires sanctae ecclesiae consistunt, suggero, ut, quia Eusebius, metropolitanus noster[20], decessit[21], habeas misericordiae[22] curam, et hoc filio[23] tuo, domino nostro[24], suggeras, ut illum illi loco praeficiat, cuius doctrina et sanctitas[25] ceteris sit vitae forma. Hunc autem filium praesentem beatissimae potestati vestrae per omnia commendo, et[26] tam de[27] his, quae hic suggessimus, quam etiam de his, quae supra questi sumus[28], eloquio vestro per eum illustrari mereamur.

EPISTOLA V.

Domino meo et Dei servo Braulioni Episcopo Isidorus[29].

Tuae sanctitatis epistolae me in urbe Toletana invenerunt. Nam permotus fueram caussa concilii. Sed quamvis iussio principis in itinere positum remeare me admonuisset[30], ego tamen, quia propinquior eram praesentiae ipsius, quam regressioni, malui etiam[31] potius cursum itineris non intercludere. Veni ad praesentiam principis. Inveni[32] praesentem diaconum[33] tuum; per eum eloquia tua suscipiens amplexus[34] sum et legi et de salute tua Deo[35] gratias egi. Desiderio omni[36] desiderans, quamvis debilis ac[37] fessus, fiduciam tamen[38] haberem[39] per Christum, in hac vita visendi te, quia *spes non confundit*[40] *per caritatem, quae diffusa est in cordibus nostris.* Codicem etymologiarum cum aliis codicibus de itinere transmisi[41], et, licet inemendatum prae valitudine, tibi tamen[42] modo ad emendandum studueram[43] offerre, si ad destinatum ibi[44] concilii locum[45] pervenissem. De constituendo autem episcopo Tarraconensi[46] non eam, quam petis[47], sensi sententiam regis. Sed tamen et ipse[48] adhuc ubi certius convertat animum, illi manet

1) *quatenus* Gu. 2. Z. va. — *quatinus* pr. — 2) *quotidie* Z. — *quottidie* va. — 3) *in malis* Z. Gu. 2. pr. va. — 4) *tranquillitatis aeternae* Gu. 2. pr. va. — 5) *perducas* Gu. 2. pr. va. — 6) *a* Z. — 7) *diu ad te* Z. Gu. 2. pr. va. — 8) *videre* Gu. 2. pr. — 9) *tuae faciei* Z. Gu. 2. pr. va. — 10) *capui vel capeo* Gu. 2. — *cavi* Z. pr. va. — 11) *temeritatem fortassis* Z. Gu. 2. pr. va. — 12) *sed hoc aut, haud illud* Gu. 2. pr. va. — *aliud* pro *illud* exhibet Z. — 13) *tantum* Z. Gu. 2. pr. va. — 14) *quantam audaciam* Gu. 2. pr. — 15) *gratiae vesrtae benevolentia* Gu. 2. pr. — *gratia benivolentia* va. — 16) *si quod* Gu. 2. pr. va. — 17) *tamen* Gu. 1. — 18) *tumorem* Z. — 19) *foris* Gu. 1. Fortasse vetus est scriptura pro *fores*. Et tum retinendum, quia est in optimo cod. — 20) *noster metropolitanus* Gu. 2. pr. va. — 21) *discessit* Gu. 2. pr. va. — 22) *minime* pro *misericordiae* Z. Gu. 2. pr. va. — 23) *filiolo tuo* Gu 2. pr. va. — 24) *nostro domino* Z. va. — 25) Sic Z. — *doctrinae sanctitas* rell. codd. et ed. pr. va. — 26) *ut* Z. — 27) *de his, quae hic suggessimus, quam etiam* om. Z. — 28) *questi fuimus* Z. — 29) *Isidorus ad Braulionem* Gu. 2. pr. — 30) *ammonuisset* va. — *ammonuissent* Gu. 2. pr. — 31) *etiam* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 32) *et inveni* Z. — 33) *diaconem* Gu. 1. — 34) *complexus* Gu. 2. pr. — 35) *Deo* om. Z. — 36) *omni desiderio* Z. — 37) *atque* Z. Gu. 2. pr. va. — 38) *tantum* Z. — 39) *habens* Z. Gu. 2. pr. va. — 40) *confunditur* Gu. 2. pr. va. — 41) *retransmisi* Gu. 1. — 42) *tamen tibi* Z. Gu. 2. pr. va. — 43) *statueram* Gu. 2. pr. va. — 44) *ibi*

incertum. Peto autem[49], ut pro meis peccatis apud dominum existere intercessor digneris, ut impetratu tuo deleantur delicta mea et remittantur facinora[50], item manu sua. Ora pro me[51] beatissime domine et frater[52].

EPISTOLA VI.

Domino et filio Braulioni Episcopo Isidorus[53].

En tibi[54], sicut pollicitus sum, misi opus de Origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis annotatum, sicut extat conscriptum stilo maiorum.

Ut[55] valeas, quae requiris, cito in hoc corpore invenire, haec tibi, lector, pagina[56] monstrat, de quibus rebus in singulis libris[57] conditor huius codicis disputavit.

In I. libro de grammatica et partibus eius[58].

In II. de rhetorica et dialectica.

In III. de mathematica, cuius partes sunt arithmetica, musica[59], geometrica[60] et astronomia.

In IV. de medicina.

In V. de legibus, vel instrumentis iudicum ac de[61] temporibus vel aetatibus seculi.

In VI. de ordine scripturarum, de canonibus et ciclis[62] de festivitatibus et officiis.

In VII. de Deo et angelis, de nominibus, praesagiis[63], de nominibus sanctorum patrum, de martyribus, clericis[64], monachis et de ceteris nominibus[65].

In VIII. de ecclesia et synagoga, de religione et fide, de haeresibus, de philosophis[66], poetis, sibyllis, magis, paganis, diis[67] gentium.

In IX. de linguis gentium, regum[68], militum civiumque vocabulis et affinitatibus[69].

In X. de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis.

In XI. de homine et partibus eius, de aetatibus[70] hominum[71], de portentis et transformatis.

In XII. de quadrupedibus et reptilibus[72], piscibus ac[73] volatilibus.

In XIII. de elementis, id est de[74] coelo et aere[75], de[76] aquis, de mari[77], de[78] fluminibus ac[79] diluviis.

om. Z. Gu. 2. pr. va. — 45) *locum concilii* Gu. 2. pr. va. — 46) *Terraconensi* Gu. 1. Z. — 47) *petistis* Gu. 2. — *petisti* Z. pr. — 48) *ipsi* Gu. 2. pr. — 49) *autem* om. Gu. 2. pr. va. — 50) *sarcina* pr. — 51) *nobis* Z. — 52) *domine, frater* Gu. 1. — 53) *Isidorus ad Braulionem* Gu. 2. pr. — 54) verba *En tibi* usque ad *stilo maiorum* in Gu. 2. pr. va praefationis loco ponuntur ante verba Lib. I. cap. I. *Disciplina a discendo.* — 55) Va. haec praemittit: *De quibus conditor huius operis disputaverit, hac tabula subscripta et quidem generali continetur. Ut valeas* etc. — 56) *subscriptio* Gu. 2. pr. va. — 57) *libris singulis* Z. Gu. 2. pr. va. Ceterum incertum est, an Isidori sit hic index cum praefatione. — 58) *eius partibus* va. — 59) *musica* om. Gu. 1. — *geometria, musica* Gu. 2. pr. — 60) *geometria* Z. Gu. 2. pr. — 61) *de* om. Z. — 62) *ciclis et canonibus* Z. Gu. 2. pr. va. — 63) *praesagis* Gu. 2. pr. — 64) *de martyribus cum clericis* va. — 65) *et cederis fidelium nominibus* Z. Gu. 2. pr. va. — 66) *de haeresibus et philos.* Gu. 2. pr. — 67) *ac diis gent.* Z. Gu. 2. pr. va. — 68) *de regum* Z. Gu. 2. pr. va. — 69) *vel affin.* Z. Gu. 2. pr. va. — 70) *et de aetatibus* Gu. 2. pr. va. — In Gu. 1. hoc loco incipit argumentum libri XII. — 71) *eius* Gu. 2. pr. — 72) *et* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 73) *et* Gu. 2. pr. va. — 74) *de* om. va. — 75) *de coelo, de aere* Gu. 2. pr. va. — *de coelo, aere* Z. — 76) *de* om. va. — 77) *mare* Gu. 2. — 78) *de mare et flum.* Gu. 2. — *de mari, flum.* Z. pr. va. — 79) *et* va.

In XIV. de terra, de paradiso[1] et provinciis totius orbis, de insulis, promontoriis[2], montibus ceterisque[3] locorum vocabulis ac de inferioribus terrae.

In XV. de civitatibus, de aedificiis urbanis et rusticis, de agris, de finibus[4] et mensuris agrorum, de[5] itineribus.

In XVI. de glebis ex terra, vel aquis, de lapidibus vilibus vel pretiosis[6], de ebore[7] quoque inter marmora notato, de omni genere gemmarum, de vitro, de metallis[8] omnibus, de ponderibus et mensuris.

In XVII. de culturis agrorum, de frugibus universi generis, de[9] vitibus et arboribus omnis generis, de herbis et oleribus universis.

In XVIII. de bellis et triumphis ac instrumentis bellicis, de foro, de spectaculis, de ludis, de[10] alea et pila.

In XIX. de navibus vel[11] funibus et[12] retibus, de[13] fabris ferrariis et fabricis parietum[14] et cunctis instrumentis[15] aedificiorum, de lignariis[16], de lanificiis quoque et vestibus universis et ornamentis[17].

In XX. de mensis et[18] escis et potibus et vasculis eorum, de vasis vinariis, aquariis[19] et oleariis cocorum[20], pistorum[21], repositorum[22] et luminariorum[23], de lectis, sellis[24] et vehiculis[25], de reliquis, quae in usu habentur[26], de instrumentis[27] rusticis et hortorum, sive equorum[28].

1) *de terra et parad.* Gu. 2. pr. va. — 2) *promontoriis* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 3) *ceteris* Gu. 2. pr. — *et ceteris* va. — 4) *de agris et finibus* Gu. 2. pr. — 5) *et de itin.* Gu. 2. pr. va. — 6) *de omni genere gemmarum et lapidum pretiosorum et vilium* Z. Gu 2. pr. va. — 7) *ebare* Gu. 2. pr. — 8) *de vitro et metallis* Gu. 2. — 9) *et de vit.* Gu. 2. — *de vitibus et arboribus omnis generis* om. Z. — 10) *de ludis de* om. Gu. 2. — *de ludis* om. pr. Z. va. — 11) *vel* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 12) *et* om. Z. va. — 13) *retibus et fabr.* Z. Gu. 2. pr. — 14) *et parietum* Gu. 2. — 15) *instrumentis* om. Gu. 2. — 16) *de lignariis* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 17) *et ornamentis et vestibus*, omisso *universis* om. Gu. 2. pr. — *et vestibus universis* omissis *et ornamentis* om. Z. va. — 18) *et* om. va. — 19) *aquariis et* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 20) *de vasis cocorum* Z. Gu. 2. pr. va. — 21) *et pistorum* Z. — 22) *repositorum* om. Z. Gu. 2. pr. — 23) *et luminariorum* om. Gu. 2. pr. va. — 23) *de lectis et sellis* Z. Gu. 2. pr. va. — 25) *sellis de vehiculis* Z. Gu. 2. pr. va. — 26) *de reliquis, quae in usu habentur* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 27) *et instrumentis* Z. Gu. 2. pr. va. — 28) *sive de instrumentis equorum* Z. Gu. 2. pr. va.

ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI
ORIGINUM SIVE ETYMOLOGIARUM
LIBER I.

CAP. I. *De disciplina et arte.*

1. *Disciplina* a discendo nomen accepit: unde et[1] *scientia* dici potest. Nam *scire* dictum est[2] a discere[3], quia nemo[4] scit, nisi qui discit[5]. Aliter dicta disciplina[6], quia discitur plena[7].

2. *Ars* vero dicta est, quod artis praeceptis regulisque consistat[8]. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam scientiam vocaverunt.

3. Inter artem et disciplinam Plato et Aristoteles hanc differentiam esse voluerunt[9], dicentes, artem esse in his[10], quae se et aliter habere possunt; disciplina vero est[11], quae de his[12] agit, quae aliter evenire non possunt. Nam quando veris[13] disputationibus aliquid disseritur, disciplina erit: quando vero[14] aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit[15].

CAP. II. *De septem liberalibus disciplinis.*

1. Disciplinae liberalium artium septem sunt. Prima *grammatica*, id est loquendi[16] peritia. Secunda *rhetorica*, quae propter nitorem et copiam eloquentiae suae maxime in civilibus quaestionibus necessaria existimatur. Tertia *dialectica* cognomento *logica*, quae legitimis disputationibus[17] vera secernit[18] a falsis.

1) *et* om. Gu. 1. — 2) *est* om. Z. Gu. 2. Verba sunt e D. Augustin. Soliloq. l. II. cap. 11. — 3) *discendo* Gu. 1. — 4) Vulgo additur *nostrum*, quod omisi cum cod. Z. Videtur enim esse explicatio vocis *nemo*. — 5) *quod discit* al. — *qui didicit* al. va. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — vulg. om. *dicta*. — 7) *plene* pr. — 8) *constat* al. De Graeca voc. *artis* origine vide Donat. ad Terent. Andr. I, 1, 4. et Servium in artem secundam Donat. Cassiodor. in praefat. ad Gramm. Diomed. II. p. 414. P. — 9) *voluerunt esse* Z. — *esse dixerunt* al. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *iis* vulg. — 11) *disciplinam vero esse* Ar. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *iis* vulg. — 13) *quamvis* haud dubie e compendio scripturae *q̃nvis* ortum est in Z. pro vulg. *quando veris*. Sufficiat autem semel notasse, saepe in cod. Zittav. scribendi compendia religiose esse reddita ex eo cod., unde scriba suum conscripserit, v. c. *altius* pro *alterius* (cap. 3. §. 4.) et similia. — 14) Sic Gu. 1. — vulg. om. *vero*. — 15) *habet* Z. va. — 16) *eloquendi* Z. — *recte loquendi* cod. Semleri A. — 17) Sic Gu. 1. — vulg. *disputationibus subtilissimis*. — 18) *cernit* Gu. 1.

2. Quarta *arithmetica*, quae continet numerorum causas et[1] divisiones. Quinta *musica*, quae in carminibus cantibusque consistit. Sexta *geometrica*[2], quae mensuras[3] dimensionesque complectitur. Septima *astronomia*, quae continet legem astrorum.

CAP. III. *De literis communibus.*

1. Primordia grammaticae artis literae communes existunt, quas librarii[4] et calculatores sequuntur[5]. Quarum[6] disciplina velut quaedam grammaticae artis infantia est, unde et eam Varro[7] *literationem*[8] vocat. Literae autem sunt indices rerum, signa verborum, quibus tanta vis est, ut nobis dicta absentium sine voce loquantur. Verba enim per oculos non per aures introducuntur[9].

2. Usus literarum repertus est propter memoriam rerum[10]. Nam ne oblivione fugiant, literis alligantur. In tanta enim rerum varietate nec disci[11] audiendo poterant omnia, nec memoria contineri.

3. *Literae* autem dictae quasi legiterae[12], quod iter legentibus praestent[13], vel quod in[14] legendo iterantur[15].

4. Literae Latinae et Graecae ab Hebraeis videntur exortae. Apud illos enim[16] prius dictum est *aleph*, deinde ex simili enunciatione apud Graecos tractum est *alpha* et[17] apud Latinos *A*. Translator enim ex simili sono alterius[18] linguae literam condidit, ut nosse possimus[19] linguam Hebraicam omnium linguarum et[20] literarum esse matrem. Sed Hebraei viginti

1) *casus* al. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. — *geometria* vulg. — 3) *terrae* h. l. om. Gu. 2, sed exhibet post *dimensionesque*, ita tamen, ut hoc scribam delere voluisse appareat. Idem legitur ex correctione veteri in cod. Palat. 281. teste Arevalo, qui ipse voc. *terrae* om., quia aberat a suis codd. Abest etiam a va. Et recte, Est enim interpretamentum. Nam ipse Isidor. lib. II. c. 25. dicit: Geometria mensura magnitudinis immobilis atque formarum, cum lib. III. cap. 10. veram nominis rationem reddiderit. — 4) Sic Gu. 1. — vulg. om. *prius et*. — 5) *secuntur* Gu. 1. — *secuti sunt* al. Cfr. August. lib. II. de ord. c. 12. — 6) Sic Z. Gu. 1. al. pr. va. — *quorum* vulg. — 7) *Varro eam* Z. — 8) *literaturam* scribendum esse coniecit Lindemann. ad Asper. Gramm. art. I, 2. (1725 P.) Corp. Gramm. Vol. I. p. 309. not. 4. Nam Asper haec dicit: *Terentius-Varro primum, ut adhuc rudem, appellatam esse dicit* (grammaticam) *litteraturam*. Sed quum ab omnibus codd. vulgata defendatur, nihil muto. Consentit praeterea cum Isidoro Augustin. loco modo laudato et Marcian. Cap. l. III. post in. — 9) Verba: *Verba enim per oculos non per aures introducuntur* om. Z. al. va. — *introducunt* exhibet Ar. pro vulg. *introducuntur*. — 10) *memoriam variarum rerum* Z. — 11) *dici* Gu. 2. — 12) *legiturae* Z. Gu. 1. At ut Isidorus, ita Priscian. I. p. 538 Putsch. Diomed. p. 415. P. — 13) *parent* Z. — 14) *in* om. Gu. 2. al. — 15) Sic Gu. 1. — *iterentur* vulg. — *notentur* Z. — 16) *enim* om. Gu. 2. Verba sunt ex Epiph. lib. de ponderib. — 17) Sic Gu. 1. — *idem apud Lat.* vulg. — *inde apud Lat.* Gu. 2. Ar. cod. Semleri B. pr. — *unde apud Lat.* va. — 18) *altius* Z. e compendio. Vide notam ad cap. 1. §. 3. — 19) *possemus* Z. Verba sunt Hieronymi ad Sophon. c. 3. — 20) Sic Gu. 1. Ar. — *ac* vulg. — 21) *viginti duo elementa* exhibet Gu. 1. 3. — *viginti duobus elementis* vulg. Sed quum optimus cod. accusativum praebeat, et saepe etiam Isidorus hanc teneat dicendi rationem, recipere malui insolentiorem structuram, quae his locis reperitur I, 4, 2. 38, 15. II, 16, 1. III, 21. V, 25, 3. 4. VII, 11, 2. VIII, 5, 19. IX, 1, 21. — 22) Pro *secundum* exhibet Z. *scilicet*. — 23) *Autem* addidi e Gu. 1. — *enim* exhibet Gu. 2. — *vero* va. — Vulgata omittit particulam. — 24) *per Moysen perhibetur* Z. At non opus esse verbo dicendi docent haec exempla cap. 3, 5. 4, 18. 15, 3. etc. Verba sunt ex Hieron. prolog. Galeat. — 25) Sic Gu. 1. 2. — *et* om. vulg. — 26) *et* om. pr. — 27) *literas*, quod est post *habuisse* omisi cum cod. Gu. 1. — 28) vulg. addit *dicunt*, quod omisi cum Gu. 1. 2. al. — 29) Sic codd. Z. Gu. 1. 2. vulg. *sacerdotales* ἱερὰς, *vulgares* πανδήμους. Sequitur in codd. post *vulgares*: *yepactiane*, quod haud dubie significat ἱερὰς πανδήμους, nam in editione prin-

duo elementa[21] literarum secundum[22] veteris Testamenti libros utuntur; Graeci vero XXIV. Latini autem[23] inter utramque linguam progredientes XXIII elementa habent.

5. Hebraeorum literas a lege coepisse per Moysen[24]: Syrorum autem et Chaldaeorum per Abraham. Unde et[25] cum Hebraeis et numero et sono concordant, solis characteribus discrepant. Aegyptiorum literas Ysis regina Inachi filia, de Graecia veniens in Aegyptum, reperit et[26] Aegyptiis tradidit. Apud Aegyptios autem alias habuisse[27] sacerdotes[28], alias vulgus, sacerdotales *ἱερὰς; πανδήμους* vulgares[29]. Graecarum literarum usum primi Phoenices invenerunt; unde et Lucanus[30]:

Phoenices primi[31] *(famae si creditur) ausi*[32]
Mansuram vocem rudibus[33] *signare figuris*[34].

6. Hinc est quod et librorum capita Phoeniceo colore scribuntur[35], quia ab ipsis initium[36] habuerunt. Cadmus Agenoris filius Graecas literas a Phoenice[37] in Graeciam primus attulit XVII[38]; *Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Φ*[39]. His Palamedes[40] Troiano bello[41] tres adiecit *Η. Χ. Ω.* Post quem Simonides Melicus[42] tres[43] alias[44] adiecit[45] *ξ. ϑ. ψ*[46].

7. Y literam Pythagoras Samius ad exemplum humanae[47] vitae primus formavit; cuius virgula subterior primam aetatem significat[48], incertam quippe et quae adhuc se nec vitiis nec virtutibus dedit. Bivium autem, quod superest, ab adolescentia incipit: cuius dextera[49] pars ardua est, sed ad beatam vitam[50] tendens: sinistra facilior, sed ad labem[51] interitumque deducens. De qua Persius sic ait[52].

Et tibi quae[53] *Samios*[54] *deduxit*[55] *litera ramos,*
Surgentem dextro monstravit[56] *limite callem.*

cipe, ubi desunt Graeca, (ut in. va.) quae adscripsit quidam, eadem sunt signa literarum in ultima parte vocis *yera s t i a n e*, quae sunt in voc. *πανδήμους*. Sed nescio unde sit haec repetitio. — 30) Locus est lib. III, 220., ubi vide Cort. — 31) *primum* va. — 32) *magnis si creditur ansis* Z. — *magni si creditur ausi* Gu. 2. 3. 4. pr. va. — 33) Sic Gu. 1. — *radibus vocem* vulg. — 34) Vulgo sequuntur haec verba: *Phoenices dicti a rubro mari, quod profluit in Syriam qui Sidonem urbem inibi condiderunt*, quae quum absint a codd. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. et al., omisi. Sunt autem in al. codd. apud Arev. — 35) Sic Gu. 1. — *scribuntur* retento ordine vulgato verborum exhibent etiam codd. Semleri A. B. pr. va. — *Phoeniceo colore librorum capita describuntur* vulg. — 36) vulg. *literae initium* — *literae* autem om. Gu. 1. Recte, ut opinor; nam si retines hanc vocem, tautologia oritur cum his: Graecorum literarum usum primi Phoenices invenerunt. Initium refertur ad capita, quae Isidorus a Phoenicibus originem habere dicit. — 37) *a Fenicia* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. *XVII primus attulit* vulg. — *viginti septem primus att.* Z. — *septemdecim primus att.* Ar. — *decem et septem primus attulit* pr. va. — 39) *Α. Β. Γ. Δ.* c'. Ζ. λ. *Κ. Λ.* μ. ν. ο. *Π.* p. c. t. *Φ.* Zittav. cod. Ut nos scripsimus, exhibet Gu. 1. 2. — *et* pro *T* pr. Literas om. va. — 40) *Pylamedes* Z. — *Palamides* Gu. 2. pr. — 41) Gu. 1. *de Troiano bello.* Vide de Palamede Serv. ad Virg. Aen. II, 82. et Max. Victorin. art. gr. 18. (p. 1946. P.) — 42) Om. *miles* Z. pr. va. et cod. B. Semleri, qui ipse *Melius* coniecit, unde Arev. scripsit. *Melicus*, ut e corrupta scriptura *meligum* in cod. Gothano Maximi Victor. art. gramm. 18. (1946. P.), ubi eadem referuntur, coniecit Dübner. Vid. Lindemanni not. 17. in edit. Corp. Gramm. Vol. I. p. 277. Idque ipse in nostrum locum transferre non dubitavi. — 43) Vulg. *similiter tres.* Sed om. *similiter* Gu. 1. — 44) *alias* om. Z. — 45) *addidit* Z. Gu. 2. cod. Semleri A. 46) *ψ.* Z. *Θ. γ.* Zittav. cod. — *H. X.* ch. Gu. 3. — *ϑ. ψ. ξ.* Arev. — *Ψ Ε Θ Τ* ed. pr. — Literas om. va. — 47) Sic Gu. 1. — *vitae humanae* vulg. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *significat primam aetatem* vulg. — 49) *dextra* Z. Gu. 2. pr. — 50) Sic Gu. 1. — *vitam beatam* vulg. — 51) *vel laborem* add. Z. Cfr. Serv. ad Virg. Aen. VI, 137. — 52) Sic Gu. 1. — *sic ait Persius* vulg. — *sic Persius ait* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. Locus Persii est Sat. III, 56. — 53) *qua* Gu. 2. 3. — 54) *Samius* Gu. 1. pr. — 55) *deducit* Z. — *diduxit* Arev. in Persii versu et Weber in editione Persii. Sed Weberum postea poenituit receptae scripturae. Vide eius notam p. 42. ed. Teubner., ubi nostrum locum citat. — 56) *monstratum* Z.

8. Quinque autem apud Graecos esse[1] mysticas literas. Prima y, quae humanam vitam[2], de qua nunc diximus. Secunda ϑ, quae mortem significat. Nam iudices eandem literam thetha[3] apponebant ad eorum nomina, quos supplicio[4] afficiebant. Et dicitur[5] *ἀπὸ τοῦ θανάτου*[6], id est a morte. Unde et habet per medium telum, id est, mortis signum. De qua quidam ait[7]:

O multum ante alias infelix litera theta[8].

9. Tertia *T*[9] figuram demonstrans dominicae crucis. Tamen et[10] Hebraice signum interpretatur. De qua dictum est in Ezechiele angelo[11]: *Transi per mediam*[12] *Ierusalem*[13], *et signa thau*[14] *in frontes*[15] *virorum gementium et dolentium*[16]. Reliquas vero duas[17] summam et ultimam sibi vendicat Christus. Ipse enim[18] principium ipse et finis[19], dicens *Ego sum A et Ω*. Concurrentibus enim in se[20] invicem A ad[21] Ω usque devolvitur, et rursum[22] Ω ad *A* replicatur, ut ostenderet in se Dominus et initii decursum ad finem et finis decursum ad initium.

10. Omnes autem literae apud Graecos et verba componunt et numeros faciunt. Nam alpha litera apud eos[23] in numeris vocatur[24] unum. Ubi autem scribunt[25] beta, vocantur[26] duo; ubi scribunt gamma[27], vocantur[28] in numeris ipsorum[29] tria, ubi scribunt delta, vocatur in numeris eorum[30] quatuor; et sic omnes literae apud eos numeros habent.

Latini autem numeros ad literas non computant, sed sola verba componunt, exceptis *I* et X litera, quae in figura crucem significat[31], et in numero decem demonstrat.

C A P. IV. *De literis Latinis.*

1. Latinas literas Carmentis[32] nympha[33] prima Italis tradidit. *Carmentis* autem dicta, quia carminibus futura canebat. Caeterum proprie[34] vocata est[35] Nicostrata.

1) Sic Gu. 1. — *esse apud Graecos* vulg. — *esse volunt apud Graecos* Z. — *y* om. va. — 2) *significat* add. vulg., sed om. Z. Gu. 1. 2. — 3) *thetam* Z. pr. va. — 4) *morte et supplicio* cod. Semleri A. — 5) Vulg. *et dicitur theta ἀπὸ* etc., sed *theta* om. Gu. 1. — 6) *apothutanaton* Z. Gu. 1. 2. — 7) Vulg. *sic ait*, quod al. om. — Gu. 1. om. *sic*. Locum nescio, unde desumptus sit. — 8) *theta Θ* Z. — 9) *Tertia thau t* Z. Gu. 2. pr. — *tertia t tau* Gu. 1. — *tau*. — 10) Sic Gu. 1. — *unde et* vulg. — *et* om. va. — 11) *per angelum* Gu. 2. al. et var. lect. ap. Goth. Locus est apud Ezech. 9, 4. — 12) *medium* al. — 13) *Hierusalem* Z. — 14) *thau t* Z. — 15) Sic Z. Gu. 1. Ar. ex gothicis et ex LXX., qui *ἐπὶ τὰ μέτωπα* exhibent. Vulgata bibliorum interpretatio *super frontes* — *in fronte* vulgata scriptura est ap. Isidor. — *in frontibus* al. — 16) *d* pro *dolentium* exhibet Z. Vide de litera Tau Hieron. ad Ezech. c. 9., unde sua habet Isidorus. — 17) *α et ω* add. Gu. 2. — *summam id est a et* (lac.) *ultimam* va. Haec sunt e Tertull. de Monogamia c. 5. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *ipse est enim* vulg. — ω om. va. — 19) Sic Gu. 1. et al. codex Semleri — *ipse finis* Z. Gu. 2. — *et finis* vulg. — 20) *inter se* cod. A. Semleri. — 21) *et* Z. — ω om. va. — 22) Sic Gu. 1. — *rursus* vulg. — *et* om. Z. — ω om. va. — 23) *apud Graecos* al. et var. lect. ap. Goth. — 24) Sic Gu. 1. — *vocatur in numeris* vulg. — *vocatur in numeris ipsorum* va. — 25) *scribitur* ter exhibet Z. et al. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *vocantur* vulg. — *vocantur in numeris ipsorum* va. — 27) *gammam* va. — 28) *vocatur* Gu. 2. al. pr. va. — 29) *in numeris ipsorum* om. Z. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. — *vocantur* vulg. — *vocantur in numeris ipsorum* Z. Gu. 2. — vulg. om. vv. *in numeris eorum*. — *vocatur in numeris ipsorum quatuor* va. — 31) Sic Gu. 1. — *exceptis I et X. literis* Gu. 2. — *excepta litera i et X litera et in fig.* Z. — *exceptis aliquibus, quae numeros figura demonstrant, ut I pro* X. *pro uno*, C. *pro centum, et X. pro decem litera, quae et in figura crucem.* cod. unus Semleri. — *exceptis I quae unum, et X. litera, quae et in figura crucem significat* vulg. — *exceptis aliquibus, quae numeros figura demonstrant, ut pro uno, c. pro centum, d. pro quingentis, l. pro quinquaginta, m pro mille, v. pro quinque, et X pro decem litera, quae et in figura crucem significat.* edit. pr. va. — Hoc caput in va. bis legitur, primum suo loco, deinde post caput XIII. Et mirum quidem, quod quum haec editio plerumque consentiat cum Gud. 2., primo loco

2. Literae autem aut communes sunt[36] aut liberales. *Communes* dictae[37], quia multi eis[38] in communi utuntur[39] ut scribere et legere[40]. *Liberales*, quia eas illi tantum[41] noverunt, qui libros conscribunt recteque loquendi dictandique[42] rationem noverunt[43].

3. Literarum duplex modus est: dividuntur enim principaliter in duas partes, in vocales et consonantes[44]. Vocales sunt quae directo[45] hiatu faucium sine ulla collisione varie[46] emittuntur. Et dictae vocales, quod per se vocem impleant, et per[47] se syllabam faciant nulla adhaerente consonante. Consonantes sunt, quae diverso motu linguae vel impressione labiorum efficiuntur. Et vocatae sunt consonantes[48], quia per se non sonant, sed iunctis[49] vocalibus consonant.

4. Hae[50] in duabus partibus dividuntur: in semivocalibus et mutis[51]. Semivocales dictae eo, quod quiddam semis[52] de vocalibus habeant. Ab *e* quippe vocali[53] incipiunt, et desinunt in naturalem sonum[54]. Mutae autem dictae, quia nisi subiectis sibi vocalibus nequaquam erumpunt. Si enim eis extremum vocalis detraxeris sonum, inclusum literae murmur sonabit[55]. Vocales autem et semivocales, et mutae a veteribus sonae et semisonantes et insonantes dictae sunt[56].

5. Inter vocales autem *i* et *u* apud Grammaticos[57] varias habent significationes. Nam modo vocales sunt[58], modo semivocales, modo mediae sunt[59]. Vocales ideo sunt, quia solae positae syllabas faciunt et aliis consonantibus coniunguntur.

6. Consonantes ideo habentur[60], quia interdum post se habent[61] vocales in iisdem[62] syllabis constitutas, ut Ianus[63], vates, et habentur pro consonantibus. Mediae autem idcirco dicuntur, quoniam naturaliter solae medium sonum habent, ut illius, unius[64]. Coniunctae aliis pinguius sonant[65], ut Ianus, vanus[66]. Solae enim[67] positae aliter sonant, aliter iunctae.

maxime cum vulgata faciat, secundo cum Gud. 2. Signavi ita: va. 1. 2. Videntur igitur ad hoc caput literis excudendum duo codd. in subsidio fuisse, vel, quod est credibilius, in uno cod. non fuisse hoc caput, unde postea ex alio codice, qui cum Gud. 2. conspiraverit, transscriptum sit. — 32) *Carynthis* h. l. etpaulo post exhibet Z. — 33) *nymphas* Z. Haec sunt e Serv. ad Virg. Aen. VIII, 110. — 34) *proprio nomine* al. — 35) Sic Gu. 1. — *est* om. vulg. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. va. 2. — *sunt communes* vulg. — *aut* om. va. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. Ar. — *dicendae* vulg. — 38) *eas* Gu. 2. al. — 39) Sic Z. Gu. 1. va. 2. al. — *utuntur in commune* vulg. — *in communi* al. — 40) Sic Gu. 1. 2. — *ut est scribere et legere* al. — *ut in scribendo et legendo* Ar. — *ut in scribere et legere* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — *tantum illi* vulg. — 42) *atque dictanti* Gu. 2. va. 2. — 43) *sciunt* ita cod. Taurin. in Catal codd. mss. t. 2. p. 12. — 44) *div. enim principaliter duabus partibus vocalibus et consonantibus* Gu. 2. — 45) *recto* Z. — 46) *vocis* al. et var. lect. apud Gothofr. At ut Isidorus, ita Aug. lib. II. de ordin. cap. 12. — 47) Verba *per se syllabam faciant nulla adhaerente consonante. Consonantes sunt, quae* om. Z. — 48) Sic Gu 1. — *vocatae consonantes* Z. G. 2. pr. va. 1. 2. Ar. — *dictae conson.* vulg. — 49) *iunctae* Gu. 2. va. 2. — 50) *Haec* Z. — 51) Sic Gu. 1. Z. — *in mutis* vulg. — 52) Sic Z. Gu. 1. Ar. Gothofr. va. 1. 2. — vulg. *semisonum.* Ut Isidorus, ita Serg. in art. primam Donati. — 53) *Aliae quippe vocales* Z. — 54) vulg. add. *ut f. l. m.*, quae om. Z. Gu. 1. 2. va. 2. Ar. — *ut f. l. m et ceterae* al. — 55) vulg. add. *ut b. c. d.*, quae om. Z. Gu. 1. 2. va. 2. Ar. — *ut b. c. d. et ceterae* al. — 56) Sic scripsi e vestigiis Gu. 1., in quo est: *semisonatis et consonatis.* — *mutae a veteribus sonas et semisonas et insonas dictas* Gu. 2. al. — *mutae a vet. sonae et semisonae et insonae dictae sunt* vulg., quacum facit Arev., nisi quod *sunt* om. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. 1. 2. — *apud gramm. I et V.* vulg. — 58) *sunt* om. Ar. va. 2. — 59) *sunt* om. Z. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. — *habentur ideo* vulg. — 61) Sic Z. Gu 1. — *habent post se* vulg — 62) *isdem* Gu. 1. 2. unde feci *iisdem* — *eisdem* vulg. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. va. 2. al. — *Iuno* vulg. — 64) *unius*, *illius* Z. — *ilus unus* Gu. 1. — 65) *sonat* Gu. 2. — 66) *vates* add. Z. — 67) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. 2. (*positae* om. va. 2.) Ar. — *autem* vulg.

7. *I* vero propterea interdum duplex dicitur, quia quotiescunque[1] inter[2] duas vocales invenitur, pro duabus consonantibus habetur, ut Troia. Geminatur enim ibi sonus eius[3].

8. *V* quoque litera proinde interdum nihil est[4], quia alicubi nec consonans est, nec vocalis[5], ut quis. Vocalis enim non est, quia *i* sequitur; consonans non est, quia *q* praecedit. Ideoque quando nec vocalis, nec consonans est, sine dubio nihil est. Eadem et digammon[6] a Graecis vocatur[7], quando sibimet aliisque vocalibus iungitur: quae ideo digammon[8] dicitur, quia duplex ad[9] instar F literae, quae duplicem gamma[10] habet, ad cuius similitudinem coniunctas vocales digammon[11] appellari Grammatici voluerunt, ut votum, virgo.

9. Inter semivocales autem[12] quaedam liquidae dicuntur propterea[13], quia interdum in una syllaba postpositae aliis consonantibus deficiunt et a metro excluduntur. Ex quibus duae[14] apud Latinos liquescunt *l* et *r*, ut flatus, fragor[15]. Reliquae *m* et *n* apud Graecos liquescunt: ut Mnesteus.

10. Decem et septem autem[16] Latinis literis vetus scriptura constabat. Unde et legitimae[17] nominantur illa ratione, scilicet vel quod ab *e* vocali incipiunt et in mutum sonum desinunt[18], ut sunt consonantes[19], vel quod a sono suo[20] incipiunt[21] et in vocalem *e*[22] desinunt[23], ut sunt mutae[24].

11. *H* autem litera pro sola aspiratione adiecta postea est[25]. Unde et a plerisque aspiratio putatur esse, non litera, quae proinde aspirationis nota dicitur, quia vocem elevat. Aspiratio enim est[26] sonus uberius elevatus[27], cuius[28] contraria est prosodia[29], sonus aequaliter flexus.

1) *quotienscunque* Gu. 2. al. pr., quae semper *quotiens* exhibet. Sic etiam va. — 2) *in metro intra* al. — *in metro inter* va. 1. — 3) *geminatus enim ibi sonus est* va. 2. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. va. 1. 2. — *est nihil* vulg. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. 1. 2. — vulg. om. vv. *nec vocalis.* — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. 4. al. pr. va. 1. 2. — *digamma* vulg. Vide notam Lindemanni ad Pompeium p. 21. — 7) *appellatur* Z. — 8) *ideoque digammon* Z. — *digamma* vulg. — *digammon* Z. Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. — 9) Sic Gu. 1. — *est instar* vulg. — 10) Sic Gu. 1. 2. va. 2. al. — *duplex gamma* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. — *digamma* vulg. — 12) *autem* interpositum est in Z. Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. — 13) *propterea* praeponitur in Gu. 1. 2. al. pr. va. 1. 2. — vulg. om. — 14) *duo* Z. — 15) Sic Z. Gu. 1. — *fragor et flatus* vulg. — *fragor flatus* va. — 16) *Decem autem et septem* Z. — 17) Sic Z. Gu. 1. Ar. var. lect. apud Goth. — *Latine* vulg. Vide Donat. art. prim. c. 2. et Serg. c. 6. — 18) *desinant* Gu. 1. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. va. 2. al. — *semivocales* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *suo sono* vulg. — 21) *incipiant* Gu. 2. — 22) Gu. 1. add. *q. b.* — *e* om. Gu. 2. va. — *q. b.* Gu. 1. — 23) *desinant* Gu. 1. — 24) *Fuerunt autem in principio decem id est a. b. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t et h. postea* add. Zittav. — al. *ut sunt mutae. Et sunt a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t et v.* — *ut sunt consonantes* al. pro *ut sunt mutae.* — *fuerunt autem in principio XVII. id est a. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m n. o. p. q. r. s. t. et v postea,* Sic edit. princ. — *fuerunt autem in principio XVII. id est a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t et v postea h. Litera autem h.* va. 1. — *Fuerunt autem in principio XVII. id est a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t et u postea h.* va. 2. — 25) Sic Gu. 1., (nisi quod vitiose exhibet *posita* pro *postea*) Z. Gu. 2. va. 2. — *adiecta est postea* vulg. Verba sunt ex Hieron. in nominib. Hebr. ex Deuter. — 26) *sonus est* Z. — *est* om. pr. — 27) *elatus* Ar. Gothofr. — 28) Sic Z. Gu. 1. al. — *cui* vulg. Sed saepe hoc adiectivum genitivum adsciscit apud Isidor., ut III, 20, 3. IV, 7, 18. IX, 8, 11. XIV, 8, 31. XIX, 1, 14. — 29) *prosodia est* Gu. 2. — 30) Sic per unum *l* Gu. 1. pr. — *Sallustius* vulg. — *Salvius* Z. Gu. 2. (in quo supra vers. est *vel Salustius*) Ar. Codd. Semleri A et B. Gothofr. av. 1. 2. Arev. citat Plin. in Epp. (i. e. III, 9, 33. 36.) et Suet. in Vespas. (cap. 3.) — 31) Sic Gu. 1. — *postea* vulg. — *prius* Ar. — 32) *K* Gu. 2., omissis vv. *et Q.* — 33) Vulgo praeponitur *Karta*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. codd. Semleri A et B. pr. va. 1. 2. — 34) Sic Gu. 1. — *superflua* vulg.

12. *K* literam Salustius[30] ludimagister primus[31] Latinis adiecit, ut in sono discrimen faceret duarum literarum *c*[32] et *q*, quae ideo supervacua dicitur, quia exceptis Kalendis[33] supervacua[34] iudicatur: per *c* enim universa exprimimus[35].

13. *Q* litera nec Hebraei, nec Graeci sonant[36]. Exceptis enim Latinis hanc nulla alia lingua habet[37]. Haec prius non erat. Unde et illa[38] supervacua[39] vocata[40] quia per *c* cuncta veteres scripserunt[41].

14. *X* litera usque ad Augusti tempus[42] nondum apud Latinos erat, sed pro ea *c* et *s* scribebant, unde et duplex vocatur[43], quia pro *c* et *s* ponitur, unde ex iisdem[44] literis compositum nomen[45] habet.

15. A Graecis autem literas duas[46] mutuavit Latinitas[47], *y* et *z* propter nomina scilicet Graeca, et hae apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur, sed pro *z* duas *s*[48] ponebant, ut hilarissat[49]; pro *y* vero *i*[50] scribebant.

16. Unicuique autem literae tria accidunt: nomen, quo[51] vocetur, figura, quo charactere signetur, potestas, quae vocalis, quae consonans habeatur[52]. A quibusdam et ordo adiicitur[53], quae praecedat, quae[54] sequatur[55], ut *a* prior sit, sequens *b*. *A* autem in omnibus gentibus ideo prior[56] est literarum[57], pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem[58] aperiat.

17. Nomina autem literarum gentes[59] a sono[60] proprie[61] dederunt notatis oris sonis atque discretis. Nam postquam eos[62] animadverterunt, et nomina illis et figuras imposuerunt: figuras autem partim ex placito, partim ex sono literarum formaverunt: utputa *i* et *o*, quarum unius[63] sicut exilis sonus[64], ita tenuis virgula[65]: alterius pinguis sonus, sicut et plena figura. Potestatem autem natura dedit, voluntas ordinem et apicem[66].

— 35) *exprimuntur* Z. — 36) Sic Gu. 1. — *Q literam nec Graeci resonant, nec Hebraei.* — *sonant* etiam al. exhibent. Haec sunt ex Hieron. in nominib. ex Iesa Nau. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. Ar. — *nulla alia lingua hanc habet.* — 38) Sic Gu. 1. — *ipsa* vulg. — 39) *superflua* al. — 40) *est* om. Z. Gu. 1. — 41) Verba: *quia per c cuncta veteres scripserunt* om. codd. Semleri. — 42) Sic Gu. 2. Ar. — *ad Augustini tempus* Gu. 1. — *ad tempus Augusti* Z. — *ad Augusti tempora* vulg. — 43) *vocatus* Gu. 2. — *est vocata* al. — 44) Sic Gu. 1. (*isdem*) 2. va. 2. — *unde et ex eisdem* vulg. — 45) *nomen compositum* Z. — 46) Sic Gu. 1., nisi quod *A* om. — *a Graecis autem duas literas* cod. A. Semleri. — *A Graecis duas literas* vulg. — 47) *mutavit latinas* va. 2. — 48) Verba: *propter nomina Graeca, et hae apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur, sed* om. Z., qui postea exhibet *duo ss ponebant pro Z.* — *propter nomina scilicet Graeca* exhibent Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. Ar. — pro vulg. *propter nomina Gr. duas ss* exhibent Gu. 1. 2. Sed scribendum est: *duas s.* — Arev. et va. 2. *duo ss* Vulg. om. *duas.* — *duo s* pr. va. 1. — 49) *hilarissat pro hilarizat scribebant* exhibet cod. A. Semleri. — 50) *duo ii* Z. — *h et a scribebant* al. — *u* pro *i* exhibet Arev. — 51) Sic Gu. 1. — *quomodo* vulg. — 52) *habeatur. Potestatem autem natura dedit, voluntas ordinem. A quibusdam* etc. al. pr. (*autem* om.). Cum pr. consentit va. 1. Tracta sunt autem verba huc e seqq. — 53) *dicitur* al. — *adicitur* pr. — 54) *id est quae* Z. Gu. 2. pr. va. 1. 2. Pro *quae — quae* cod. A. Semleri *qua — qua.* — *et quae* altero loco Z. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *praecedat — sequatur* vulg. — 56) *prima* Ar. — 57) Sic Gu. 1. 2. va. 1. 2. Ar. — *litera* Z. — 58) *vocem nascentibus* Z. — 59) *gentes* om. Z. — 60) Sic Gu. 1. — *exsono* vulg. Verba sunt ex August. II. de ordin. cap. 12. — 61) *linguae* om. Gu. 1., sed tum legendum est *proprie.* Nam vulg. est *propriae linguae.* — *proprio* va. 2. — 62) *eos* scripsi e coniectura Semleri, refertur enim ad *sonos.* — 63) *uni* Z. Ar. va. 1. 2. — *unus* pr. — 64) *ex illis est sonus* Z. — vulg. *exilis sonus est.* — *est* om. Gu. 1. Ar. — 65) *figura* al. va. 1. 2. — 66) Sic Gu. 1. 2. va. 2. — *natura, voluntas ordinem dedit* vulg. — *voluntas dedit ordinem et apicem* al. — *et apicem* om. vulg. — totam periodum om. va., quia supra posita est.

18. Inter figuras literarum et apicem[1] veteres dixerunt, apicem dictum propter quod[2] longe sit a pedibus, sed[3] in cacumine literae[4] apponitur[5]. Est enim linea iacens super literam aequaliter ducta[6].

CAP. V. *De grammatica.*

1. *Grammatica* est scientia recte loquendi[7], et origo et fundamentum liberalium literarum[8]. Haec[9] in disciplinis post literas communes inventa est[10], ut iam[11] qui didicerant[12] per eam recte loquendi[13] rationem sciant[14]. *Grammatica* autem a literis nomen accepit. *Γράμματα*[15] enim Graeci literas vocant.

2. *Ars* vero dicta est[16], quod artis praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, id est, a virtute, quam scientiam vocaverunt.

3. *Oratio* dicta est quasi oris ratio. Nam orare est loqui et dicere. Est enim[17] oratio contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio, quia non est oris ratio. Oratio autem plena est sensu, voce et litera.

4. Divisiones autem artis[18] grammaticae a quibusdam dinumerantur id est triginta[19], partes[20] orationis octo: vox articulata, litera, syllaba, pedes, accentus, positurae, notae[21], orthographia, analogia[22], etymologia, glossae, differentiae, barbarismi, soloecismi, vitia[23], metaplasmi[24], schemata[25], tropi, prosa[26], metra, fabulae, historiae.

CAP. VI. *De partibus orationis.*

1. Partes orationis primus Aristoteles duas tradidit, nomen[27] et verbum; Donatus deinde[28] octo definivit, sed omnes ad illa duo principalia revertuntur[29], id est[30], ad[31] nomen et verbum, quae significant actum et personam[32]. Reliquae appendices sunt et ex his originem trahunt.

2. Nam pronomen ex nomine nascitur, cuius officio fungitur, ut Orator ille. Adverbium de nomine nascitur, ut doctus, docte. Participium de nomine et verbo, ut lego, legens.

1) Sic Z. Gu. 1. 2. va. 2. al. Ar. — *apicum* cod. A. Semleri. — *apices* vulg. — *distinxerunt* pro *dixerunt* Arev. e coniectura Semleri. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *pro eo quod* vulg. — 3) *et* Ar. — 4) Sic Gu. 1. — *literarum* vulg. — 5) *apponatur* va. 2. — 6) *dicta* Gu. 2. — *figura autem, qua tota litera scribitur* addit Arev. — 7) *scribendique* al. add. — 8) Sic Z. Gu. 1. Ar. cod. A. Semleri. — *artium* vulg. — 9) Vulg. *Haec autem*, sed *autem* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. codd. A et B. Semleri, pr. — 10) *inventa primum est* al. — 11) *iam* om. Gu. 2. — 12) *didiscerant* Gu. 1. — *didicerunt* Ar. Deinde *literas*, quod est in vulg. post *didicerant*, om. Gu. 1., sed miro modo post *loquendi* in eod. cod. ponitur. Est haud dubie glossema, quare delevi. — 13) *loquendi dictandique* cod. A. Semleri. — 14) *faciant* pro *sciant* exhibet pr. — 15) *grammа* Gu. 3. — 16) *dicta est* om. Z. — *est* om. Ar. va. — 17) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *gram. artis* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — *trig. dinum.* vulg. — *triginta partes din.* al. — *numerantur* Z. — al. *XXVIII.* al. *viginti septem* — al. *XXVIIII partes din.* — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et partes* vulg. — 21) om. al. — 22) om. Gu. 2. — 23) *cetera vitia* al. — 24) *metaplasma* Z. Gu. 2. pr. — 25) *scema* Z. pr. *scemata* Gu. 2. va. — 26) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *prosae* vulg. — 27) *id est nomen* al. Cum Isidoro consentit Priscian. p. 577. P. Cfr. cum hoc capite Donat. II, 2. — 28) Sic Gu. 1. — *deinde Donatus* vulg. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. cod. A. Semleri, pr. va. — *referuntur* vulg. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. vulg. va. — *hoc est* vulg. — 31) *ad* om. Z. Gu. 2. va. — 32) Sic Gu. 1. — *personam et actum*

Coniunctio vero et[33] praepositio vel interiectio in complexum[34] istarum cadunt. Ideo et nonnulli quinque partes orationis[35] definierunt[36], quia istae superfluae sunt.

De nomine.

3. *Nomen* dictum quasi notamen, quod[37] nobis vocabulo suo res notas efficiat. Nisi enim scieris nomen[38], cognitio rerum perit. Propria nomina dicta[39], quia specialia[40] sunt. Unius enim tantum[41] personam significant. Species propriorum nominum quatuor sunt[42]: praenomen, nomen, cognomen, agnomen. *Praenomen* dicitur[43] eo, quod nomini preponatur[44], ut Lucius, Quintus.

4. *Nomen* vocatum[45], quia[46] notat genus, ut Cornelius. Cornelii enim omnes in eo genere vocantur[47]. *Cognomen*, quia[48] nomini coniungitur, ut Scipio. *Agnomen* vero quasi accidens[49] nomen, ut Metellus Creticus, quia[50] Cretam subegit. Extrinsecus enim venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomentum autem vulgo dictum est[51] eo, quod nomini cognitionis causa superadiiciatur[52], sive quod cum nomine est.

5. *Appellativa* nomina inde vocantur, quia communia sunt et in[53] multorum significatione consistunt. Haec in viginti octo species dividuntur, ex quibus *corporalia* dicta sunt[54], quae[55] vel videntur vel tanguntur, ut coelum, terra[56].

6. *Incorporalia*, quae carent corpore, unde nec videri, nec[57] tangi possunt, ut veritas, iustitia[58].

7. *Generalia*[59], quae multarum rerum sunt, ut animal. Nam et[60] homo et equus et asinus[61] animalia[62] sunt.

8. *Specialia* sunt[63], quae partem demonstrant, ut homo. Species enim animalium homo[64].

9. *Principalia*, quae primam positionem habent, nec aliunde nascuntur, ut mons, fons.

10. *Derivativa* eo, quod ex[65] alio nomine deducantur[66], ut a monte montanus.

11. *Diminutiva*, quae minuunt sensum[67], ut Graeculus, scholasticulus[68].

12. *Sono diminutiva*, quae sic sonant[69] sicut diminutiva, sed intellectu principalia sunt, ut tabula, fabula[70].

vulg. — 33) *vero et* om. cod. Semleri A. — 34) *in complexu* Z. Gu. 1. 2. gothici et al. ap. Arev. pr. va. — 35) *orationis* addidi e Gu. 1. — 36) Sic Gu. 2. pr. Ar. — *diffinierunt* Gu. 1. va. — *diffiniverunt* Z. — *definiunt* vulg. — 37) *eo quod* al. — 38) Sic Gu. 1. — *nomen scieris* vulg. — 39) vulg. add. *sunt*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 40) *dicta* add. Z. — 41) *tamen* ex errore, ut videtur, vulgata exhibet. Codd. et editt. pr. va. *tantum*. — 42) *sunt quatuor* Z. — *sunt* al. om. — 43) Sic Gu. 1. — *dictum* vulg. — 44) *praeponitur* va. — 45) *vocat* (i. e. *vocatur?*) Z. — 46) *quod* Z. — 47) *vocantur* om. va. — 48) *quod* Z. va. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *accedens* vulg. — 50) *quod* Z. — 51) Sic Gu. 1. 2. (*est* om. Gu. 2. pr. Ar.) Ar. — *dictum vulgo* Z. — *dictum* om. vulg. — *vulgo dictum* va. — 52) Sic Z. Gu. 1. 2. (uterque cod. *adiciatur*) va. Ar. — *superadditur* vulg. *superadicitur* pr. — 53) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *in* om. vulg. — 54) *sunt* addidi e Gu. 1. — 55) Sic hic et in sequentibus Gu. 1. al. pro vulg. *quia*, pro quo Z. exhibet *quod*. — 56) *et terra* Z. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. — *neque* vulg. — 58) *etc.* add. vulg., sed om. Z. Gu. 1. 2. va. — 59) *quoque* add. Gu. 2. pr. va. — 60) *et* om. Gu. 2. va. — 61) Sic Gu. 1. — *avis* vulg. — 62) *animal* Z. — 63) *sunt* addidi e Gu. 1. — 64) pro *animalium homo* Z. exhibet *ut homo*. — 65) *ex* om. Z. — 66) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *deducuntur* vulg. — 67) Sic Gu. 1. Ar. — *diminuunt sensum* Z. — *minuuntur sensu* vulg. — 68) *a scholastico* al. add. pr. Cfr. Donat. part. gramm. p. 1744. — 69) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quod sic sonant* Z. *sic* om. vulg. — 70) Sic Gu. 1. — *fabula, tabula* vulg.

13. *Tota Graeca*, quae[1] ex toto Graece declinantur, ut Calisto[2]. Sic enim Graecus[3] et Latinus dicit.

14. *Tota Latina*, quae[4] ex toto in latinum vertuntur, Graecus enim Odysseus dicit[5], Latinus Ulixes[6].

15. *Media* dicta sunt[7], quae ex parte Graeca sunt, ex[8] parte Latina. Eadem et *notha*, quia corrumpunt[9] ultimas syllabas[10] manentibus prioribus, ut apud Graecos Alexandros, Menandros[11]: apud nos[12] vero Alexander, Menander. Dicta autem notha[13], quemadmodum nothus dicitur quisquis de[14] dispari genere nascitur[15].

16. *Synonyma*[16], hoc est plurinomia[17], eo quod sit in pluribus nominibus significatio una, ut terra, humus, tellus. Idem enim sunt[18].

17. *Homonyma*[19], hoc est uninomia[20], eo quod sit in uno nomine significatio plurima[21], ut tumulus, nunc mons brevis[22], nunc tumens tellus, nunc sepulchrum. Est enim in uno nomine significatio diversa.

18. *Relativa* dicta eo, quod ad aliam referantur personam, ut magister, dominus, pater[23].

19. Illa autem[24] quae dicuntur ad aliquid aliter[25] se habentia, a[26] contraria significatione dicta sunt, ut dexter. Dici enim dexter non potest[27], nisi sinister fuerit.

20. Porro *qualitatis* nomina ex eo dicta, quia[28] qualis[29] quisque[30], ostenditur, ut sapiens, formosus, dives.

21. *Quantitatis*, quia a mensura trahuntur[31], ut longus, brevis.

22. *Patronymica* dicuntur eo, quod trahuntur[32] a patribus, ut Tydides Tydei filius, Aeneius[33] Aeneae filius, quamvis et a matribus et maioribus[34] ducantur.

23. *Thetica* vel[35] possessiva a possessione[36], ut Evandrius ensis.

24. *Epitheta*, quae[37] Latine adiectiva vel supposita[38] appellantur, eo quod ad implen-

1) *quod* Z. — om. *quia* va. — 2) *Calistio* Z. — *Callisto* Ar. — *Calypso* al. — *calisco lypso* pr. — 3) *et Graecus* Z. Gu. 2. Ar. va. — 4) *quod* Z. — 5) Sic Gu. 1. — *Graecus dicit Odysseus* vulg. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Olixeus* Z. — *Ulysses* vulg. — 7) *sunt* addidi e Gu. 1. — 8) *et* omisi auctoritate Gu. 1. 2. pr. va. — 9) *quod corrumpant* Z. — 10) *ultimis syllabis* Gu. 1. — *ultimas* om. Z. — 11) al. om. *Menandros*. — 12) Sic Z. Gu. 1. — *Latinos* vulg. — *apud vero Latinos* pr. — *vero* om. va. — 13) *Notha autem dicta* Z. — 14) om. Gu. 2. va. praepos. *de*. — 15) *nascatur* Z. — 16) in Gu. 1. scholion est ad marg. *univoca*. — 17) Sic Z. Gu. 1. al. pr. va. — *plurinomina* vulg. — 18) *nomina* quod vulgata exhibet post *sunt*, omisi e Gu. 1. — *Idem sunt omnia* Z. — *idem enim sunt omnia* Ar. va. — *id enim sunt omnia* Z. — *idem sunt nomina* pr. — 19) in Gu. 1. ad marg. est scholion *i. e. aequivoca*. — 20) Sic Z. Gu. 1. — *uninomina* vulg. — 21) *sint in uno nomine — significationes plurimae* al. — al. om verba: *sit in uno nomine plurima*. — 22) *est* h. l. add. vulg., quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 23) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *pater, dominus* vulg. — 24) *autem* om. Z. — *Ille* Gu. 2. — 25) *qualiter* al. — *aequaliter* al. — *aliqualiter* Ar. — 26) *a* om. Z. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. av. Ar. — *poterit* vulg. — 28) *quod* Z. — 29) vulg. post *quia* est *per ea*, sed om. Gu. 1. — 30) *sit* om. Gu. 1. — 31) *tribuuntur* Z. — 32) *trahantur* Z. — 33) Sic Z. Gu. 2. al. va. — *eneus* Gu. 1. pr. — *Aeneades* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *et a matribus et a maioribus* Z. Gu. 2. Ar. va. — *et a maioribus et a matribus* vulg. — 35) *id est* Gu. 2. Ar. va. Sed scribendum videtur *κτητικὰ id est possessiva*, ut est apud Donat. art. gramm. II, 2, 3. (1744 P.) ed. Corp. Gramm. Vol. I. p. 10. — *in possessiva* Z. — 36) *dicuntur* om. Gu. 1. 2. Ar. — 37) *quae* om. Z. — 38) *superposita* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — 39) *adiciantar* Gu. 1. 2. pr. — *adiciant* Z. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. (uterque cod. et pr. *Adicis*) 3. pr. va. Ar. — *Adiice* vulg. Sed ut nos scripsimus, sic sine lectionis varietate est apud Isidor. I, 8, 5. *addis personam et plene sentitur*; cfr. cap. 9. *Adiicis illi verbum et implesti sensum.* — 41) *descendunt ab actu* Z.

dam sui significationem nominibus adiiciantur[39], ut magnus, doctus. Adiicis[40] ea personis, ut magnus philosophus, doctus homo, et plenus est sensus.

25. *Actualia* ab actu descendunt[41], ut dux, rex[42], cursor, nutrix, orator.

26. *Gentis*[43] a gente veniunt, ut Graecus, Romanus.

27. *Patriae* a patria descendunt, ut Atheniensis, Thebanus.

28. *Loci* a loco, ut suburbanus[44].

29. *Verbalia* dicuntur, quia[45] a[46] verbo nascuntur, ut lector.

30. *Participialia*[47], quae sic sicut participia sonant[48], ut legens, demens[49].

31. *Verbis*[50] *similia*, a verbi similitudine dicta, ut contemplator. Nam et verbum est imperativi modi, futuri temporis, et nomen, quia comparationem[51] recipit. Hae omnes[52] species a nominum appellatione descendunt.

32. Secunda pars nominis[53] comparatio. *Comparatio*[54] est[55] dicta, quia[56] ex alterius comparatione alterum[57] praefert. Cuius gradus tres sunt: positivus, comparativus, et[58] superlativus. *Positivus dictus*, quia primus ponitur in comparationis gradu, ut doctus. *Comparativus* ab eo, quod comparatus positivo praefertur illi, ut doctior. Plus enim[59] novit[60] doctior, quam doctus. *Superlativus* eo[61], quod comparativo superferatur[62], ut doctissimus; plus enim scit[63], quam doctior.

33. *Genera* dicta sunt[64] quia[65] generent, ut masculinum et[66] foemininum. Caetera nomina non sunt genera[67], sed hoc[68] nominum ratio et auctoritas voluit. *Neutrum* dictum, quia nec hoc[69], nec illud[70], id est nec masculinum nec foemininum. *Commune* dictum, quia[71] duobus generibus nomen unum communicat[72], ut et[73] hic et haec canis.

34. Cui[74] contrarium est *epicoenum*, quod[75] utrumque sexum sub uno genere enunciat[76], ut hic piscis[77]. Est enim incerti sexus[78], quod nec natura nec oculis discernitur, sed sensus tantum[79] peritia. *Omne* genus dictum, quia generibus cunctis[80] servit: masculino, et foeminino, neutro[81] et communi et omni[82].

— al. haec om. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — al. haec om. — *rex*, *dux* vulg. — 43) *Gentes* Z. pr. — *gentilia* al. — 44) cod. Albanius add. *Temporis*, *quae tempus ostendunt*, *ut dies*, *mensis*, *annus*, *diurnus*, *nocturnus*. — 45) *quod* Z. — 46) Sic Gu. 1. — *de* vulg. — 47) Sic Gu. 1. al. va. — *Participalia* vulg. — 48) Sic Gu. 1. — *sic sonant*, *sicut participia* vulg. Fortasse ordo verborum mutatus est propter *κακοφωνίαν*, sed cfr. c. 4, 13. *supervacua est vocata*. — *quia* pro *quae* Gu. 2. va. — *quod* Z. — 49) Sic Gu. 1. — *legens vel clemens prudens* vulg. *demens*, *prudens* pr. — *prudens* al. om. — *prudens* omisso *clemens* Gu. 2. va. Error inde est ortus, quod scribae non intellexerunt, Isidorum verum participium ideo apposuisse, ut similitudo adiectivi verbalis et participii magis appareret. Eodem modo, ut nos, scripsit Serg. art. II. c. 2. — 50) *Verbi similia* Z. al. pr. — 51) *quod declinationem* Z. al. — *quia casum* Ar. — 52) *autem* om. Gu. 1. 2. Ar. — 53) Verba: *Secunda pars nominis comparatio* omitt. va. — 54) *orationis* Z. — 55) *est* addidi e Gu. 1. — 56) *quod* Z. — 57) *alteri* add. Gu. 2. al. va. — 58) *et* om. Z. — 59) *enim* om. Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. — *doctior novit* vulg. — *doctior* om. Z. va. — *plus enim novit hic* al. Pro *novit* exhibet Z. *nomen*. — 61) *ab eo* Z. — 62) *superfertur* Gu. 2. — 63) *novit* al. pr. va. — 64) vulg. *dicta sunt eo*, sed *eo* om. Z. Gu. 1. — 65) Sic Gu. 1. — *quod generent* vulg. — 66) copulam addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — Zittav. om. *ut*. — 67) *cetera non sunt nomina genera* Z. — *nomina* om. Arev. va. — 68) *haec* Z. — 69) *est*, quod exhibet vulgata, om. Gu. 1. — 70) *aliud* Z. — 71) Sic Z. Gu. 1. (*quia a duobus*) 2. va. — *quod* vulg. — 72) *significat* al. — 73) Sic Gu. 1. — vulg. om. primum *et*. — *haec* om. Gu. 2. — 74) *cuius* al. — 75) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 76) *enumerat* Z. — 77) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *passer* vulg. — 78) *generis* al. — 79) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. al. — *tamen* vulg. — 80) Sic Gu. 1. — Vulg. *cunctis generibus*. — 81) *et neutro* Z. Gu. 2. pr. (quae om. *et* ante *communi*) va. — 82) *et omni* addunt Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Vulg. om.

35. *Numerus* vocatus [1], quia per eum vel singularia vel pluralia [2] nomina ostenduntur. *Figura*, quia vel simplicia vel composita sunt [3].

36. *Casus* a cadendo dicti [4]; per eos enim inflexa nomina variantur et cadunt.

37. *Nominativus* dictus casus [5], quia per eum [6] aliquid nominamus, ut hic magister.

38. *Genitivus*, quia per eum genus [7] cuiuscunque quaerimus, ut huius magistri filius, vel quod rem [8] significamus, ut huius magistri [9].

39. *Dativus*, quia per eum nos dare aliquid alicui [10] demonstramus, ut da huic magistro.

40. *Accusativus*, quia [11] per eum aliquem accusamus, ut accuso [12] hunc magistrum.

41. *Vocativus*, quia per eum nos [13] aliquem vocamus, ut o magister.

42. *Ablativus*, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, ut auferam a magistro [14].

43. *Hexaptota* nomina dicta eo, quod sex casus varietates habent [15], ut est unus. *Pentaptota*, quod tantum in quinque casibus variantur, ut doctus. *Tetraptota*, quod tantum in quatuor casibus declinantur [16], ut latus [17] *Triptota*, quod tantum in tribus casibus [18], ut templum. *Diptota* [19], quod tantum in duobus casibus [20], ut Iuppiter [21]. *Monaptota*, quod uno casu tantum [22] utuntur [23], ut frugi.

CAP. VII. *De pronomine.*

1. *Pronomen* dictum est [24], quod vice [25] nominis ponitur, ne fastidium faciat nomen istud [26] dum iteratur. Nam cum dicimus, Virgilius scripsit Bucolica, addimus pronomen, ipse scripsit Georgica [27]; sicque [28] varietas [29] significationis [30] et fastidium tollit et ornatum [31] inducit.

2. *Pronomina* autem aut [32] finita sunt, aut infinita. *Finita* pronomina dicta, eo quod definiunt certam personam, ut ego; me enim intelligis statim [33]. *Infinita* dicuntur, quia non sunt certae personae [34]. De absentibus enim et incertis dicitur [35], ut quis [36], quae, quod. *Minus quam finita* appellantur, quia [37] commemorationem faciunt [38] notae personae, ut ipse, iste. Certum est enim [39] de quo dicitur.

3. *Possessiva* dicuntur [40] eo, quod nos aliquid [41] possidere ostendunt. Nam cum [42] di-

1) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *vocatur* Gu. 2. — *dictus* vulg. — 2) *vel singula vel plura* al. — 3) *quia composita vel simplicia* Gu. 2. — 4) *casus dicti a cadendo* Gu. 2. va. — 5) Sic Gu. 1. — *casus dictus* vulg. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *eundem* vulg. — 7) *per genus eum* al. — *cuiusque* va. — 8) *quo* Z. — *vel quam rem* al. et var. lect. apud Goth. — 9) *liber* add. Ar. — 10) Sic Gu. 1. — *nos dare alicui aliq.* Z. Gu. 2. va — *nos dare alicui demonstr.* al. pr. — *alicui aliquid nos dare* vulg. — 11) *quia* om. Gu. 2. — 12) *accusa* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. — *nos* om. vulg. 14) Verba: *auferam a magistro* om. Gu. 2. — *aufer* Z. — 15) Sic Gu. 1. — *eo quod per sex* Z. al. va. — *quia* omisso *eo* vulg. — 16) *declinentur* Gu. 2. — 17) *lateris* Gu. 2. — *later* va. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. om. *casibus.* — 19) *biptota* al. — 20) Sic Gu. 1. — *casibus* om. vulg. — 21) *Iuppiter* Gu. 2. Ar. — *ii.* (sic) Gu. 1. Cfr. Priscian. p. 695. P. — 22) Sic Gu. 1. — *uno tant. casu* vulg. — *in uno* Gu. 2. — 23) *fruuntur* va. — 24) Sic Gu. 1. — *est* om. vulg. — 25) Sic Gu. 1. — *quia pro vice* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *ipsum* vulg. — 27) vulg. *et Georg.*, sed *et* om. Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — va. vulg. *sic.* — 29) *veritas* al. — 30) *significationum* Gu. 2. va. — 31) *sermonem* add. al. — pro *inducit* Gu. 2. exhibet *adducit.* Consentit va. (*ornamentum*) al. *producit.* — 32) Sic Z. Gu. 2. va. Ar. — *aut* om. vulg. Facile per antecedens *autem* omitti potuit. — post vv. *aut infinita* al. add. *aut minus quam finita.* — 33) Sic Gu. 1. — *statim intelligis* vulg. — *intellegis* Gu. 2. — 34) *quae non sunt cum tempore* Z. — 35) Sic Gu. 1. — *dicitur et incertis* vulg. — *dicuntur* vulg. — 36) *nisi* Z. —

co[43] meus, tuus, definio[44] aliquid meum esse, vel tuum. *Relativa* dicuntur, quia ad interrogationem referuntur, ut quis est? respondetur: hic[45] est.

4. *Demonstrativa* dicuntur[46] eo quod habent demonstrantis[47] significationem. Aliquem enim praesentem his demonstramus, ut hic, haec, hoc: quae tria et articuli nominantur.

5. *Articuli* autem dicti, quod nominibus artantur[48] id est colligantur, cum[49] dicimus: hic orator. Inter articulum autem et pronomen hoc interest, quod articulus tunc est, quum[50] nomini iungitur, ut hic sapiens. Cum vero non[51] coniungitur, demonstrativum pronomen est, ut hic et haec et hoc.

6. Omnia autem pronomina aut primogenia[52] aut deductiva sunt. *Primogenia* sunt dicta[53], quia aliunde originem non trahunt[54]. Haec[55] viginti unum[56] sunt. Finita tria, ut[57] ego, tu et[58] ille. Infinita VII: quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus[59]. Minus quam finita sex: ipse, iste[60], hic, is, idem, sui. Possessiva quinque: Meus, tuus, suus, noster, et[61] vester. Reliqua autem *deductiva* dicuntur, quia ex illis[62] deducta atque composita existunt, ut quispiam, aliquis[63], et reliqua[64].

CAP. VIII. *De verbo.*

1. *Verbum* dictum est[65] eo, quod verberato aere sonet[66], vel quod haec pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas invicem loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat personam, ita verbum factum dictumque[67] personae. In persona verbi agentis aut[68] patientis significatio est[69].

2. Nam scribo personae[70] factum est. Item scribor non[71] personae factum indicat, sed[72] illius[73], a quo patitur.

Verborum genera duo sunt: Grammaticorum atque Rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora: praeteritum, instans[74], futurum[75], ut facit, fecit, faciet. Rhetorum autem universa oratio. Verba dicuntur velut[76], *Verbis bonis*[77] *nos cepit*, *verba bona habuit*, ubi non tantum sunt[78] verba, quae in tria cadunt tempora, sed universa oratio est. Verborum species sunt formae, modi[79], coniugationes, et genera[80].

37) *quae* Z. — 38) om. *faciunt* Z. — 39) *Certum enim est* Z. — 40) Sic Gu. 1. — *vocantur* vulg. — 41) *aliquid nos* Gu. 2. va. — 42) *dum* Gu. 2. va. — 43) *dico* om. Z. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *diffinio* vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *is* vulg. — 46) *dicuntur* addit Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. Ar. — *demonstrationis* vulg. — *demonstrantem* Gu. 2. va. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *arctantur* Z. Ar. — *coarctantur* vulg. — 49) *sicut cum* Z. — *ut cum* Ar. — 50) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quando* vulg. — 51) *non* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. h. l. et mox. Item al. — *primig.* vulg. — *primigenia sunt aut deductiva* Gu. 2. va. — 53) Sic Gu. 1. — *dicta sunt* vulg. — 54) *nòn oriuntur* Z. — 55) *ut haec* Z. Fortasse *et haec.* — 56) *viginti et unum* Z. Gu. 2. va. — *viginti et quatuor* Gu. 1. — 57) *ut* addidi e Gu. 1. va. — 58) *et* addidi e Gu. 1. — 59) *totus*, *quotus* Gu. 1. — 60) *ipse*, *iste* Gu. 1. — 61) *et* om. Z. Gu. 2. va. Ar. — 62) *istis* Z. Gu. 2. va. — 63) om. *aliquis* Gu. 2. — *aliquid* va. — 64) Sic Gu. 1. 2. va. — *etc.* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *est* om. vulg. — 66) *sonat* Gu. 2. Ar. pr. va. — 67) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *dictum factumque pers.* vulg. — 68) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 69) *est om.* Z. — 70) *agentis personae* Ar. — — 71) *non* om. Gu. 2. Ar. pr. 72) *scil.* Z. — 73) Sic Gu. 1. — *eius* vulg. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *instans*, *praeteritum* vulg. — *praeteritum*, *praesens* Ar. — 75) vulg. *et fut.*, sed om. *et* Z. Gu. 1. 2. va. — 76) Sic Gu. 1. — *veluti* vulg. — 77) *bonis* om. Gu. 2. — 78) *sunt* addidi e Gu. 1. — 79) *modi*, *formae* Z. — 80) *et tempora* al.

3. Formae verborum inde dictae eo, quod nos ad unamquamque rem informent. Per has enim ostendimus[1] quid agamus[2]. Nam *meditativa*[3] dicta est[4] a meditantis sensu, ut lecturio, id est legere volo[5]. *Inchoativa* post meditationem ab inchoantis iudicio[6], ut calesco. *Frequentativa* a saepius agendo, ut lectito, clamito[7]. Formae autem[8] sensum tenent, modi declinationem. Nam nescis, quid sit declinatio, nisi prius didiceris, quid sit sensus.

4. *Modi* dicti ab eo, quemadmodum sint in suis significationibus. *Indicativus* enim[9] modus dicitur, quia significationem habet indicandi[10], ut lego. *Imperativus*, quia sonum habet imperantis[11], ut lege. *Optativus*, quia per ipsum[12] aliquid optamus[13] agere, ut utinam legerem. *Coniunctivus*, quia ei coniungitur aliquid, ut locutio plena sit. Nam quando dicis[14], *cum clamem*, pendet sensus; quod si dicam, *cum clamem, quare putas quod taceam?* plenus est sensus.

5. *Infinitivus*[15] dicitur eo, quod tempora diffiniens[16] personam verbi non diffinit, ut clamare, clamasse. Cui si adiungas[17] personam: clamare debeo, debes, debet, fit quasi finitum.

6. *Impersonalis* dicitur, quia indiget personis[18] nominis vel pronominis, ut legitur, addis personam a me, a te, ab illo, et plene sentitur. Sed infinitivus[19] modus persona tantum verbi[20] eget: impersonalis vero vel pronominis persona, vel nominis.

7. *Coniugatio* dicitur pro eo[21], quod per eam ad unum sonum multa coniungantur[22]. Docet enim in quam syllabam exeat futurum tempus, ne[23] per imperitiam quis dicat legebo pro legam. Harum prima et secunda mittunt futurum tempus in *bo* et in[24] *bor*, tertia in *am* et in *ar*.

8. *Genera* verborum ideo dicta[25], quia gignunt. Nam activo adiicis[26] *r* et gignit passivum; rursum passivo adimis *r* et parit activum. Ideo autem ipsa dicuntur activa[27], quia agunt, ut verbero, et passiva, quia patiuntur, ut verberor; neutralia, quia nec agunt, nec patiuntur, ut iaceo, sedeo. His *r* literam si adiicis[28], non sonant Latine[29]. *Communia* dicuntur[30] quia et agunt et patiuntur, ut amplector. Haec similiter deposita[31] *r* litera Latina[32] non sunt. *Deponentia* vero dicuntur, quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in *dus*, ut gloriandus.

CAP. IX. *De Adverbio.*

Adverbium dictum est eo, quod verbis accidat[33], ut puta, bene lege[34]. *Bene* adverbium est[35], *lege* verbum. Ideo[36] dictum est[37] adverbium, quod semper verbo iunctum

1) *ostendimus nos* Z. — 2) In vulg. sequuntur haec: *Perfecta forma dicitur a perficiendo, ut lego; tunc enim dicendum est, quando in praesenti tempore legimus.* Quae quamquam apud Donat. II, 12, 3. (1755 P.) Max. Vict. ars 20 (1949), Phoc. ars VII, 2. (1711. P.) reperiuntur, tamen, quum absint ab optimis codd. Gu. 1. 2. Ar., omittenda esse censui. Codex Zittav., qui ea servavit nobis, pro *quando* exhibet *quum* et pro *legimus* *l e g a m u s*. — 3) Sic Gu. 1. Ar. — vulg. om. *nam.* — 4) *est* addidi e Gu. 1. 2. va. — 5) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *cogito* al. — *meditor* vulg. — 6) *indicio* al. Ar. var. lect. ap. Goth. pr. va. — 7) *clamito* add. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 8) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 9) *enim* interposui e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 10) Sic Gu. 1. — *indicandi habet* vulg. — *habet indicundis* Z. Gu. 2. va. — *indicandis hubet* Ar. pr. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *imperundi* vulg. — 12) *eum* Z. — 13) Sic Gu. 1. — *optamus aliquid* vulg. — 14) *dicas* Gu. 2. va. — 15) *Infinitus* Ar. — 16) Sic h. l. et mox Gu. 1. — *definiens* et *definit* vulg. — *deficit* Gu. 2. pro *definit.* — 17) *addes* va. — 18) Sic Gu. 1. — *persona* vulg. in gothicis *indigeo* et *egeo* cum accusativo. — 19) *infinitus* Ar. — *imperativus* Z. — 20) *verbi tantum* Z. — 21) Sic Gu. 1. — *pro* om. vulg. — 22) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *coniunguntur* vulg. — 23) *nec* Gu. 1. 2. (*per* om.) pr. va. Ar. — 24) *in* om. pr. — 25) *sunt* add. Gu. 2. va. — 26) *adicis* Gu. 1. 2. pr. va. — 27) Sic Gu. 1. — *ipsa autem activu dicuntur* vulg. — Pro *parit activum* al. *paritur act.* — 28) Sic Gu. 1. — *si r literam adiicis*

adimpleatur[38]. Verbum[39] solum sensum implet, ut scribo. Adverbium autem sine verbo non habet plenam significationem[40], ut hodie. Adiicis[41] illi verbum, ut[42] hodie scribo, et iuncto[43] verbo implesti sensum.

CAP. X. *De Participio.*

Participium dictum, quod et[44] nominis et verbi capiat partes[45], quasi particapium[46]. A nomine enim vendicat sibi genera et casus, a verbo tempora et significationes[47], ab utrisque[48] numerum et figuram.

CAP. XI. *De Coniunctione.*

1. *Coniunctio* dicta est[49], quod sensus sententiasque coniungat. Haec enim per se nihil valet, sed in copulatione sermonum[50] quasi quoddam exhibet glutinum. Aut enim nomina sociat, ut Augustinus et[51] Hieronymus: aut verba, ut scribit et legit. Una autem vis omnium, sive copulent, sive disiungant.

2. *Copulativae* autem coniunctiones dictae eo, quod sensum vel personas coniungant, ut ego et tu[52] eamus ad forum, ipsum et sensum coniunxit. *Disiunctivae*[53] dictae, quia disiungunt[54] res aut[55] personas, ut aut ego aut tu faciamus. *Subiunctivae* dicuntur, quia subiunguntur[56] ut que. Dicimus enim *regique hominique*[57] *Deoque*[58]*:* non dicimus, *que regi, que homini*[59], *que Deo.*

3. *Expletivae* dictae, quia explent propositam rem, ut puta[60], si hoc non vis, saltem illud fac. *Communes* nominantur, quia ubivis et praeponuntur[61] et subiunguntur[62], ut[63] igitur[64] hoc faciam, hoc igitur[65] faciam.

4. *Causales* dicuntur a causa eo, quod aliquid cogitent[66] facere, ut puta, occido illum; *quia habet aurum*, causa est[67]. *Rationales* dicuntur a ratione, qua quisque utitur in faciendo, ut *quomodo eum occidam*, ne agnoscar, ferro an veneno[68]?

vulg. — *addis* Gu. 2. — *adicis* pr. — 29) *Latina* Gu. 2. al. pr. — *non sunt latina* va. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *autem dic.* vulg. — 31) *deposito* Gu. 1. — 32) *Latina* om. Z. — 33) *accedit* Gu. 2. va. — *accedat* Ar. — 34) Sic Gu. 1. h. l. et mox — *lego* Z. h. l. et postea. — *legi* utroque loco vulg. — 35) *id est* Z. — 36) Sic Gu. 1. — *Inde* vulg. — *ergo* post *ideo* omisi e Gu. 1. — 37) *est* addidi e Gu. 1. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *adimpletur* vulg. — 39) *enim* omisi e Gu. 1. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *significationem plenam* vulg. — 41) *Adicis* Gu. 1. 2. pr. — *Adiicis* vulg. — *Adiicias* Z. — 42) *ut* addidi e Gu. 1. — 43) *iunctum* pr. — 44) Sic Gu. 1. — *et* om. vulg. — 45) *partem* al. — *partes capiat* pr. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *participium* vulg. — 47) *significationem* Z. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. va. al. — *utroque* vulg. — 49) *est* addidi e Gu. 1. — 50) *verborum* Z. al. — 51) *et* om. pr. — 52) *tu et ego* Z. — 53) *Disiunctivae autem dictae* Z. — 54) *disiungant* Gu. 2. — 55) prius *aut* addidi e Gu. 1. — *res et personas* pr. — 56) *subiungunt* Z. — 57) *homini* Gu. 2. — 58) *deoque* om. Z. Gu. 2. Hemistichium est e Iuvenco de Magis. — 59) *homini* omisso *deo* Arev. — 60) *ut puta* om. Z. — 61) Sic Gu. 1. — *et* prius om. vulg. — *ponuntur* Z. Ar. var. lect. ap. Goth. al. — 62) *et subiunguntur* om. Z. Gu. 2. al. — 63) *verbi gratia* Z. — 64) *igitur* om. Z. — 65) *sive hoc igitur* Z. — 66) *cogunt* Ar. — 67) *causa est* om. al. — 68) Sic Gu. 1. — *veneno an ferro* vulg. — al. *aut ferro, itaque veneno occidam.*

CAP. XII. *De praepositione*[1].

Praepositio dicta, quod[2] nominibus praeponatur et verbis. Accusativae[3] et ablativae praepositiones a casibus, quibus serviunt, dictae. *Loquelares* vero, quia loquelis, id est verbis semper cohaerent, nec aliquid valent solae positae, ut di, dis, re, se, am, con[4]. Coniunctae vero verbis figuram faciunt[5], ut diduco, distraho.

CAP. XIII. *De interiectione.*

Interiectio vocata[6], quia sermonibus interiecta, id est interposita affectum commoti animi exprimit, sicut cum[7] dicitur ab exultante[8] vah[9], a dolente[10] heu[11], ab irascente hem[12], a timente ei[13]. Quae voces quarum[14] linguarum propriae sunt, nec in aliam linguam facile transferuntur[15].

CAP. XIV. *De voce*[16].

Vox est aer ictus[17], sensibilis auditu[18], quantum in ipso est. Omnis vox aut est articulata[19] aut confusa. Articulata est hominum[20]: confusa animalium. Articulata est, quae scribi potest, confusa, quae scribi non potest.

CAP. XV. *De syllaba*[21].

1. *Syllaba* Graece, Latine conceptio sive complexio dicitur[22]. Nam syllaba dicta est *ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα*[23], id est a conceptione literarum. *Συλλαμβάνειν* enim[24] dicitur concipere. Unde vera est illa[25] syllaba, quae ex pluribus nascitur literis. Nam una vo-

1) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *de praepositionibus* vulg. — 2) *eo quod* Gu. 2. va. — 3) *autem* post *Accus.* omisi e Gu. 1. — 4) *re. se. am. con.* addidi e Gu. 1. — 5) *faciunt figuram* Gu. 2. va. — 6) *est* ante *vocata* omisi e Gu. 1. Ar. — 7) *cum* om. Z. — 8) *ab exultatione* al. — 9) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *uva* Gu. 2. va. — *eia* vulg. — *ua* pr. — 10) *vel a dolente* Z. — 11) *eu* Gu. 2. pr. va. — 12) *he* Gu. 2. al. — *heu* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *hei* vulg. — *he* pr. — 14) Sic Gu. 1. — *quarumcunque* vulg. — 15) Post hoc caput in gothicis est aliud *de literis apud grammaticos. Quod sint articulatae vocis. Et dicta litera ... iteretur*, ut supra cap. 3. nisi quod ibi sermo est in plurali de literis et dicitur *praestent* pro *praebeant*, aut *praebeat.* — 16) Cfr. Donat. I, 1, 1. (p. 1735. P.) Gu. 1. hoc caput post cap. XXXIII. exhibet. Consentit va. — 17) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. Donat. art. I, 1, 1. (1735. P.) ubi eadem leguntur. — *ictu* Gu. 1. — 18) *auditui* Z. — 19) *articulata est* Z. Gu. 2. pr. va. — 20) Verba: *aut confusa. Articulata est* om. Z., qui hoc tantum exhibet *ut hominum;* deinde *aut confusa, ut animalium.* — 21) Cfr. Diomed. p. 422. Charis. p. 2. — 22) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *conceptio sive connexio dicitur* Z. Gu. 2. Pro *complexio* in aliis est *comprehensio* — *conceptio dicitur sive complectio.* — *conceptio latine sive connexio dicitur* va. — 23) Sic scripsi e vestigiis codd., in quorum Gu. 1. est *apoto syllabani ta grammataon* — *apo tu sillabanin ton grammaton* Gu. 2. — *apoto sillabanynta grammata* Gu. 3. — ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα Arev. — ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν γράμματα vulg. — Cod. Zitt. om. vv. ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν γράμματα, *id est.* — *apotu sillabanin grammaton* pr. va. — *a* ante *conceptione* om. pr. va. — 24) *enim* om. Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. 2. va. — *vera est syllaba* Z. — *vere illa est syllaba* vulg. — *unde et vere* pr. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. — *unam vocalem — dicimus* vulg., quacum consentientes al. exhibent *dici.* — 27) *per syllabam* Z. — 28) Sic Gu. 1. — *Syllabae autem aut breves sunt aut longae aut communes sunt* Z. Gu 2. pr. va. (*aut* om.) Ar. *Sylla-*

calis[26] pro syllaba[27] abusive, non proprie dicitur, quae non tam syllaba dicenda est, quam ratio temporum. Syllabae autem aut breves sunt, aut longae, aut communes[28].

2. Breves vocatae, quia nunquam[29] produci possunt. Longae, quia semper producuntur[30]. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio cum necessitas cogit et producuntur et corripiuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabae breves longaeque[31] dicuntur, quia varias per[32] vocum moras aut dupla aut simpla habere videntur spacia temporis[33]. *Diphthongae* syllabae Graeco nomine dictae, quod in eis binae vocales[34] iunguntur[35].

3. Ex his apud nos veras esse[36] quatuor *ae*, *oe*, *au*, *eu*. *Ei* vero apud maiores tantum[37] celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideo semipes nominatur, quod sit dimidius pes. Nam pes duabus syllabis[38] constat. Cum ergo una syllaba est[39], quasi dimidius pes[40] est. Dionysius Lindius[41] syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecit, et ob id statua honoratus est.

CAP. XVI. *De Pedibus.*

1. *Pedes* sunt, qui certis temporibus syllabarum[42] consistunt[43], nec a legitimo spacio unquam recedunt. Pedes dicti sunt[44] eo, quod per ipsos metra ambulant[45]. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes CXXIIII sunt: disyllabi IIII, trisyllabi VIII, tetrasyllabi XVI, pentasyllabi XXXII, hexasyllabi LXIIII. Usque ad IIII autem[46] syllabas pedes dicuntur, reliqui[47] synzugiae[48] vocantur.

2. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum, quare ita vocentur[49].

Pyrrichius dictus est, quia hic assidue[50] vel in certamine, vel in ludo puerili saepius frequentabatur[51].

Spondeus dictus est[52], quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidem[53] dicitur, id est sonus, qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et hi[54], qui tuba[55] canebant in sacris gentilium, *σπονδαῦλαι*[56] nominabantur.

bae autem aut breves aut longae aut communes sunt vulg. — 29) *non* Gu. 2. va. — 30) Sic Gu. 1. Vulgo: *Longae, quia semper producuntur et nunquam corripi possunt.* — *Longae, quia nunquam corripi possunt* Z. Gu. 2. va. Ar. Locus Donati est lib. I. cap. 3. ed. Lindem. Corp. Gramm. (p. 1738. P.) — 31) Sic Gu. 1. — *longae brevesque* vulg. — *autem* om. va. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *per* om. vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *spatia temporis habere vid.* vulg. — 34) *binae voces* al. — 35) Sic Gu. 1. — *iungantur* vulg. — 36) *scimus* post *esse* omisi auctoritate Gu. 1. 2. gothicorum. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *tantummodo* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *constat syllabis* vulg. — 39) Sic Gu. 1., sed omisi *in*, qnod idem cod. exhibet ante *una* — *una syllaba est Z.* — *syllaba una est* vulg. — 40) *pes* om. Z. — 41) *Lindius* scripsi nomen, quod *Λίνδιος* est apud Strabon. et Suid. — *Linthius* Gu. 1. — *Lincius* Gu. 2. va. — *Lintius* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *syll. temp.* vulg. — 43) *insistunt* Z. Gu. 2. va. Ar. — 44) Sic Gu. 1. — *sunt* om. vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *ambulent* vulg. — 46) *ad quatuor usque syllabas* Z. — 47) Sic Gu. 1. al. — *reliquae* vulg. — 48) Sic Z pr. va. — *sinzigiae* Gu. 1. 2. — *συζυγίαι* vulg. At quum, ut hic scripsi, sic apud Donat. I, 4, 4. (1740 P.) praestantissimus cod. Santenianus exhibeat, quem ibi secutus est Lindemannus (vide notam), hoc quoque loco codd. vestigiis institi. — 49) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *vocantur* vulg. — 50) *assiduus* Z. — 51) Vulgo sequuntur haec: *sive ab igne appellatur, qui Graece πῦρ dicitur, qui veluti ignis celeriter labitur,* quae quum absint a codd. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar., omittenda censui. — 52) Sic Gu. 1. — *dicitur* vulg., quod om. Z. — 53) Sic Gu. 1. va. — *quidam* vulg. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. (*ii*). — *Unde hi et* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *tubis* al. — *tibiis* vulg. — *tibias* gothici. et va. — 56) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. esset *spondieales*. — *spondeales* va. — *spondiales* vulg.

3. *Trochaeus* vero dictus est eo[1], quod celerem[2] conversionem faciat cantilenae, et[3] quasi rota velociter in metris currat[4]. *Τροχός* enim Graece rota dicitur[5].

4. *Iambus* dictus est eo, quod[6] *ἰαμβίζειν*[7] Graeci[8] detrahere dixerunt. Huiusmodi enim carmine omnes invectiones[9] vel detractiones implere soliti sunt poetae[10]. Dictum autem nomen[11] ab eo, quod veluti[12] venenum quodammodo maledicti aut livoris[13] infundat.

5. *Tribrachus*[14] qui et chorius appellatur, dictus tribrachus[15], quia sit[16] ex tribus brevibus.

6. *Molossus*[17] dictus est[18] a saltatione molossorum, quam exercuerunt armati.

7. *Anapaestus*[19] Graece dicitur, id est repercussus[20]. Graeci enim *ἀνάπαιστιν* repercussionem dicunt. Qui ideo dicitur repercussus, eo quod repercutitur[21] a dactylo. Est enim illi contrarius.

8. *Dactylus* a digito dictus eo, quod[22] a longiore nodo inchoans in duas desinit[23] breves. Sic et iste pes iuncturam unam habet longam et duas breves. Unde et manus oppansa *palma* dicitur, et pendentes digiti *dactili*.

9. *Amphibrachus*, quod[24] in utraque parte brevem habeat, longam in medio interiacentem[25]. *Βραχύς* enim brevis dicitur.

10. *Amphimacrus* dicitur[26], quod duae hinc inde[27] longae habent[28] in medio inclusam brevem. *Μακρός* enim[29] longa[30] dicitur.

11. *Bacchius* appellatus est eo, quod[31] pede Bacchia[32], id est Liberi patris[33] sacra celebrabant[34].

12. *Antibacchius* vel *Palimbacchius* dictus est[35], quia tractus[36] a Bacchio est.

13. *Proceleumaticus* eo[37], quod sit ad celeuma[38] canendum[39] aptus.

1) Sic Gu. 1. — *dictus est ab eo* Z. — *ab eo dictus est* vulg. — 2) *celeriter* Z. — 3) *et* om. Z. — 4) Sic Gu. 1. — *currat in metris* vulg. — 5) *est* Z. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dictus est quod* vulg. — *dictus est ex eo* va. — 7) *iambizin* Z. Gu. 1. — *iambozin* Gu. 2. — *iambozim* pr. — *iambazin* va. — 8) *Graeci* om. Z. — 9) *inventiones* Gu. 2. va. al. — *intentiones* al. — 10) Sic Gu. 1. — *poetae sunt soliti* vulg. — *poetae soliti sunt* va. — 11) *nomen* Z. om. — 12) Sic Gu. 1. — *velut* vulg. — 13) *aliquo modo languoris* al. — 14) *Tribrachis* h. l. et mox Gu. 2. Ar. — 15) *tribrachus* addidi e Gu. 1. — *tribrachis* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. 2. va. — *fit* vulg. — 17) *Molosus* Gu. 1. 2. va. — 18) Sic Gu. 1. — *dicitur* Z. — *dictus* omisso *est* vulg. — 19) *Anapaestus* etc. Gu. 2. om. hunc articulum. — *anapaestus dictus a repercussione, a contrarietate appellatus, quia remissionibus* al. — *Anapaestus, quia remissionibus et ludis hic pes dicatus est* Ar. e longobardicis. Vulgata est e Diomede p. 475. P. — 20) Sic Gu. 1. — *id est* om. vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *repercutiatur* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *dictus quod* vulg. — *a digito longo dictus* va. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. — *desinat* vulg. — 24) *qui* Z. — 25) Sic Gu. 1. — *longa in medio interiacente* Z. Gu. 2. pr. va. — *in medio longa interiacente* vulg. — 26) *dicitur* om. Z. pr. va. — 27) *hinc et inde* Z. pr. va. — 28) Sic Gu. 1. Ar. — *habeant* vulg. — 29) *Graece* om. Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — *longus* vulg. Intelligendum videtur in scriptura cod. Gu. 1.: *syllaba*. — 31) *isto* om. Gu. 1. — *hoc* Z. — *eo* Ar. Videtur ad ritum saltantium respici. — 32) *Bacchica* Ar. — 33) *patris* addidi e Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. al. — *celebrabantur* vulg. — *celebrantur* pr. — 35) Sic Gu. 1. — *est* om. vulg. — 36) *quod iteratus a Bacchio sit* Z. — *qui iteratus a Bachio est* Gu. 2. va. (*quia*) — *quia contrarius vel iteratus a bachio est* Ar. — *quia iteratus* var. lect. ap. Goth. — 37) *eo* om. Z. va. — 38) *celeumam* Gu. 2. — 39) *canentium* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — 40) *diiambus et ditrocheus* Z. — 41) Sic Z. Gu. 1. al. pr. va. — *dictus* vulg. — 42) *gemini* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *constent* vulg. — 44) *spondeis, iambis* Z. — 45) *Antipaestus* Z. — *Antipastus* Gu. 1. va. — 46) Sic Gu. 1. — *sit* vulg. — 47) *ex brevi scilicet et longa* Z. pr. va. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. —

14. *Dispondeus* autem et *ditrochaeus* et *diiambus*[40] dicti[41], quod geminis[42] constant[43] iambis, spondeis[44] vel trochaeis.

15. *Antispastus*[45], quod fit[46] ex contrariis syllabis, ex brevi et longa[47], ex longa et brevi.

16. *Choriambus* vero, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit.

17. *Ionici* sane propter numerorum inaequalem sonum dicti. Habent enim binas longas syllabas binasque correptas[48].

18. *Paeones* dicti ab inventore[49].

19. *Epitriti*[50] vocati eo, quod[51] semper tres longas habeant syllabas et unam brevem.

20. *Synzugiae*[52] autem sunt pentasyllabi et hexasyllabi pedes et dictae[53] apud Graecos synzugiae[54] quasi quaedam declinationes[55], sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi et hexasyllabi, qui[56] ultra V et VI syllabas[57] non procedunt. Unde[58] non oportet in carmine has syllabas quodlibet nomen excedere[59], ut Carthaginensium[60], Hierosolymitanorum, Constantinopolitanorum[61].

21. Accidunt unicuique pedi *arsis*, *thesis*[62], id est vocis elevatio et positio[63]. Nec[64] enim iter dirigere poterunt pedes[65], nisi alterna vice[66] leventur et ponantur[67], ut arma: *ar* elevatio est, *ma* positio[68]. In his duobus per divisionem pedes legitimi colligantur[69]. Aequa divisio est quotiens[70] arsis et thesis aequali temporum divisione caeduntur[71].

22. Dupla[72], quotiens ex his unum[73] alterum duplo[74] vincit[75]. Sescupla[76] vero est, quotiens unum alterum[77] sescuplo superat[78]. In simpla enim eius[79] parte unum plus invenitur: in dupla unum[80] minus habetur. Sescuplum[81] enim dimidium dupli[82] dicitur. Triplum[83] est, quando maior pars[84] ter continet totum minus, id est tria et[85] unum. Epitritum[86] est, quando

breves vulg. — 49) Sic Z. (*Paeonas*) Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *Paeones autem a Paeone poeta suo inventore vocati sunt.* Sequitur explicatio: *Constant* (*enim* add. va.) *ipsi ex una longa et tribus brevibus, quae longa iuxta nomina eorum variatim est constituta*, quae omisi auctoritate codd. Z. Gu. 1. 2. al. — 50) Praecedunt vulgo haec: *Epitriti quatuor ex divisione sua nomina acceperunt et ideo*, quae omisi secundum codd. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 51) Sic Gu. 1. — *eo* om. vulg. — 52) Sic Z. (utroque loco) et pr. va. — *sinzigiae* Gu. 1. — *xzinzugiae* Gu. 2. — *Syzygiae* vulg. Vid. ad cap. 16, not. 48. — 53) Sic Z. Gu. 1. 2. (*dicti*) Ar. va. (*dicti*) — *dicti* omisso *et* vulg. — 54) *synzogiae* Gu. 2. pr. — *synzugiae* va. — 55) *coniugationes* al. — 56) *qui* Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. Ar. — *syllabis* Gu. 2. pr. va. — 58) *Unde et non oportet* va. — 59) Sic Gu. 1. — *excedere nomen* vulg. — 60) *Carthaginiensium* al. — 61) *Hierosolimitarum* Z. — *et Constant.* om. va. — *et Const.* vulg., sed om. copulam *et* Gu. 1. — 62) Sic Gu. 1. — *arsis et thesis* vulg. — 63) Sic Gu. 1. — *elevatio et positio vocis* vulg. — *depositio* Z. al. pr. va. — 64) Sic Gu. 1. — *neque* vulg. — 65) *vocis pedes dirigere poterit* Z. pr. (*poterunt*) — *inter* (*iter* Ar.) *pedes dirigere poterunt* Gu. 2. Ar. — *inter vocis pedes dirigere poterunt* va. — 66) *voce* Z. — 67) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *deponantur* vulg. — 68) *depositio* Z. pr. va. — 69) Sic Gu. 1. vulg. *colliguntur*. — *ut duo a duo* add. al. pr. (*ad duo*) va. (*ad*). — 70) Sic Gu. 1. 2. h. l. et mox. — *quoties* vulg. — 71) *lege consistunt*, *ut duo et duo* Z. — *ut quatuor a quatuor* al. — *ut quatuor ad duo* pr. va. — 72) *Dupla est* Z. — 73) *unus* va. — 74) *dupla* Z. — 75) *ut quatuor ad duo* add. Z. — 76) *Secupla* h. l. et mox Gu. 1. — 77) *altero* Z. — 78) *dimidietate minoris ut tria ad duo* Z. al. pr. (*numeris*) va. (*numeri*) add. (*numeri* pro *minoris* al.) — 79) *eius* om Z. — 80) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *unus minus* Gu. 2. va. al. — *uno minus* vulg. — 81) *Sescum* Ar. e libris longobardicis. — 82) Sic Z. Gu. 1. al. pr. va. — *dupli* om. vulg. — 83) *Tripla* Z. pr. — 84) *maius* pro *maior pars* Z pr. va. — 85) *ad* Z. pr. va. — 86) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Epitrita* vulg.

minus continetur a maiore [1] et eius [2] tertia pars. Caeduntur vero [3] pedum membra vel per aequalitatem, vel per duplum, vel per triplum vel per sescuplum [4], vel per epitritum [5].

23. Partimur ergo aequa [6] hos pedes [7]:
Pyrrhichium [8], ◡ ◡ [9], ut *fŭgă.*
Spondeum, — — [10], ut *āestās.*
Dactylum [11], — ◡ ◡ [12], ut *Māenălŭs.*
Anapaestum, ◡ ◡ — [13], ut *Ĕrătō.*
Dispondeum [14], — — — — [15], ut *ōrātōrēs.*
Proceleusmaticum [16], ◡ ◡ ◡ ◡ [17], ut *ăvĭcŭlă.*
Diiambum, ◡ — ◡ — [18], ut *prŏpīnquĭtās.*
Ditrochaeum, — ◡ — ◡ [19], ut *cāntĭlēnă.*
Antispastum, ◡ — — ◡ [20], ut *Sălōmōnĭs.*
Choriambum, — ◡ ◡ — [21], ut *ārmĭpŏtēns.*

24. Item dupla partimur hos pedes:
Trochaeum [22], — ◡, ut *mētă* [23].
Iambum, ◡ —, ut *părēns* [24].
Molossum [25], — — — [26], ut *Āenēās.*
Tribrachum [27], ◡ ◡ ◡ [28], ut *măcŭlă.*

1) *ut a maiore* Gu. 2. — 2) *et* om. Gu. 2 al. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *enim* vulg. — 4) Sic Gu. 1. (*secuplum*) — *vel per sescuplum, vel per triplum.* — 5) *per* om. Ar. va. Post *epitritum* add. al. — *longa est syllaba temporum non minus decem. Brevis non minus uno longa tota sic est brevis.* — 6) Sic scripsi de coniectura; *in aequa* Z. Gu. 1. Ar. — vulg. *inaequales.* — 7) *pedes* om. Ar. Vulgatae institutionis in enumerandis pedibus hoc sit exemplum: *Pyrrichium VI VI* (lac.) *ut fuga, aequa.* Cod. Zittav. Gud. 2. et Arev. semper omittunt vocabulum *aequa, dupla, sescupla, epitrita.* Gud. 1. autem et editt. princ. et va. retinent in omnibus exemplis voc. *aequa.* Vocabula, quibus pedum mensura ostenditur, omittunt Gud. 1. 2., retinent autem cod. Zittav. et editt. princ. va. et Arev. Adverbium *ut*, quod significat exempli causa, semper om. Arev. Retinent autem cod. Zittav. editt. princ. et va. Signa metrica, quae mihi Vir Cl. Lindemann. constituit secundum leges metricas, desunt in vulgatis exemplaribus, ut signa prosodica supra vocabula. Exhibent ea codd. Zittav. Gud. 1. 2. Editt. princ. et va. Arevalus cum vulgatis exemplaribus ea omisit. Cum hoc toto capite optime conferri potest Donat. art. gramm. I, 4. (p. 1731. P.) (ed. Lindem. Corp. Gramm. Vol. I. p. 6. seqq.) unde Isidorus exempla sumpsit. — 8) Praeponit Gu. 1. 2. Ar. *Spondeum.* — 9) CVV (1 1 above) Gu. 2.; (in quo ordo ita pervertitur vulgaris: *Spondeus, Pyrr* (sic!). *Ita dupla partimar hos pedes. Restant quos epitrita partio dividimus: Epitritas. Dact. Troch. Sescupla autem sunt hi: Amphimacer. Epitr. Anapestus. Iambus. Bacch. Epitrit. Disp. Molosus. Antibach. Epitr. Procel. Tribach. Peon. Diiamb. Ion. maior. Peon. Antispastus. Amphim. Peon. Corī* (sic!).) ◡I. ◡I. pr. va. — 10) —II—II Z.; *Spondeus* —II—II *aequa* Gu. 2.; —II—II pr. va. — 11) Praeponit Z. *Anapaestum.* — 12) —I. I. V. I. I. Z.; I. II. VV. II. Gu. 1.; IIVV (1 1 above). Gu. 2.; — II◡I◡I pr. va. — 13) V. V. I. I. —I. I. Z.; VVII Gu. 1.; VVII—II Gu. 2.; ◡I◡I—II pr. va. — 14) In Zittav. praecedit *Proceleusmat.* — 15) — —IIII— —II. I. I. Z.; IIII. IIII. Gu. 1.; — — IIII — — IIII. Gu. 2.; —II—II—II—II. pr. va. — 16) *Proceleumaticum* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 17) V. V. I. I. V. V. I. I. Z.; VV. II. VV. Gu. 1.; VVII. VVII. Gu. 2.; ◡I◡I◡I◡I (h. l. *aequa* om. pr.) pr. va. — 18) V.—I. II. V.—I. II. Z.; V. III. V. III. Gu. 1.; V—IIIV—III. Gu. 2; ◡I—II◡I—II pr. va. — 19) —V. I. I. I.—V. II. I. Z.; V. II. V. III. Gu. 1.; —VIII.—VIII. Gu. 2.; —II◡I—II◡I. pr. va. — 20) V—I. II.—V. I. I. I. Z.; V. III. V. III. Gu. 1.; V—III—VIII. Gu. 2.; ◡I—II.—II◡I pr. va. — 21) —V. I. I. I. V.—I. II. Z.; V. III. III. Gu. 1.; —VIII—VIII. Gu. 2.; — II◡I◡I—II. pr. va. — 22) In Z. praecedit *Iambus.* In Gu. 1. praecedit caput de *secuplis.* — 23) —II. V. I. Z. Gu. 1. (nisi quod om. —) II VI Gu 2.; — II◡I pr. va. — 24) V.

Ionicum minorem[29], ◡ ◡ — —[30], ut *Dĭŏmēdēs.*
Ionicum maiorem, — — ◡ ◡[31], ut *Iūnōnĭŭs.*

25. Unus vero[32], qui tripla[33] partitione[34] dividitur, quae maxima[35], atque minime[36] metris adest.

Amphibrachus, ◡ — ◡[37], ut *cărīnă.*

26. Sescupli autem hii sunt[38]:
Amphimacrus, — ◡ —[39], ut *īnsŭlāē.*
Bacchius, ◡ — —[40], ut *Ăchātes.*
Antibacchius, — — ◡[41], ut *nātūră.*
Paeon primus, — ◡ ◡ ◡[42], ut *lēgĭtĭmŭs.*
Paeon secundus, ◡ — ◡ ◡[43], ut *cŏlōnĭă.*
Paeon tertius, ◡ ◡ — ◡[44], ut *Mĕnĕdēmŭs.*
Paeon quartus, ◡ ◡ ◡ —[45], ut *cĕlĕrĭtās.*

27. Restant, quos epitrita partitione dividimus:
Epitritus primus, ◡ — — —[46], ut *săcērdōtēs.*
Epitritus secundus, — ◡ — —[47], ut *cōndĭtōrēs.*
Epitritus tertius, — — ◡ —[48], ut *Dēmŏsthĕnēs.*
Epitritus quartus, — — — ◡[49], ut *Fēscēnnīnus.*

Sunt igitur aequi X, dupli VI[50], triplus vero[51] unus, sescupli VII, Epitriti IIII.

¯II. Z.; VI. II. Gu. 1.; ◡I—II pr. va. — 25) Praecedit in Z. *Tribrachum.* — 26) ¯I. I.¯ ¯I. I. I. I. Z. Gu. 1.; —II — — IIII Gu. 2.; — II—II—II pr. va. — 27) *Tribrachyn* Arev. — 28) V. I. V. V. I. I. Z. Gu. 1.; VI. V. VII. Gu. 2.; ◡I◡I◡I pr. va. — 29) Vulg. praecedit *Ionicus maior*, at noster ordo est e Z. Gu. 1. — 30) V. V. I. I. ¯ ¯I. I. I. I. Z. VV. II. IIII. Gu. 1.; VVII¯ ¯IIII. Gu. 2.; ◡I◡I—II—II. pr. va. — 31) — —II. II. V. V. I. I. Z. Gu. 1.; — —IIII. VV. II. Gu. 2.; —II—II◡I◡I pr. va. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg.: *Unus vero tantum est, qui* — Zitt. *Iste tantum tripla.* Totam sententiam om. Lucan. cod. Alius cod. post *triplus unus* exhibet haec verba. — 33) Sic Gu. 1. — *tripla* vulg. — 34) *proportione* Z. — 35) Sic Gu. 1. — *quae est max.* vulg. — 36) *minimis* Gu. 1. — vulg. exhibet *atque ideo*, sed *ideo* om. item Gu. 1. — 37) VI ¯II. V. II. V. I. Z.; VI. V. IIII. Gu. 1.; ◡I—II◡I pr. va. — 38) *ii* Gothofred. edit. In Gu. 1. praecedit caput de Epitritis, tum sequitur caput de duplis. — 39) —II. V.¯ II. Z.; II. V. III. Gu. 1.; — II◡I—II pr. va. (*sescuplum* pr. pro *sescupla*, quod exhibet va.); VI—IIV. Gu. 2. — *Amphibrachys* pro *Amphimacrus* dedit Arev. — 40) V¯I. II.¯II. Z.; V. III. II. Gu. 1.; V—III¯II. Gu. 2.; ◡I—II—II. pr. va. — 41) ¯II¯ VI. I. I. Z.; II. V. III. Gu. 1.; — II—VIII. Gu. 2.; — II—II◡I pr. va. — 42) —II. V. V. V. I. II. Z.; VIII. V. V. II. Gu. 1.; I¯VIII. VVII. Gu. 2.; — II◡I◡I◡I (*sescuplum* pr.) pr. va. — 43) V—I. II. V. V. I. I. Z.; V. III. V. V. II. Gu. 1.; II. V—III. VV. II. Gu. 2.; ◡I—II◡I◡I pr. va. (*sescuplum* pr.) — 44) V. V. I. I.¯ V. I. I. I. Z.; V. V. II. V. III. Gu. 1.; III. V. V. II.¯ VIII. Gu. 2.; ◡I◡I—◡I pr.; ◡I◡I – II◡I va. — 45) V. V. I. I. V.—II. I. Z. Gu. 1.; III. V. VII.¯VIII. Gu. 2.; ◡I◡I◡I — II pr. va. — 46) V — I. II.¯ ¯II. II. Z.; V. III. III. Gu. 1.; IV—III—III. Gu. 2.; ◡I—II—II—II pr. (*Epitrit. vero prim.* va.) va. — 47) ¯V. I. I. I.¯ ¯II. II. Z. Gu. 1.; II¯VIII.¯ ¯IIII. Gu. 2.; —II◡I —II—II pr. va. — 48) — — II. II. V¯I. II. Z.; II. II. VII. Gu. 1.; III— — IIIIV—III. Gu. 2.; —II—II◡I —II. pr. va. — 49)¯ ¯II. II.¯V. II. I. Z.; IIII. V. II. Gu. 1.; IIII. — — IIII. — — VIII. Gu. 2.; — II—II—II◡I. pr. va. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sunt igitur aequi X, dupli vero VI.* — *aequi et dupli VI.* Z. — *Sunt igitur hi aequi X.* ed. pr. — *duplici* Gu. 2. — 51) Sic Gu. 1. — *vero* om. vulg. Sequuntur in Gu. 1. haec: *triplus vero tantum est, qui tripla partitione dividitur. Sescupli VII., quae est maxima atque ideo minimis metris assit. Epitritum IIII.* Consentit Gu. 2., nisi quod exhibet: *unus tantum est* et *partione* et *minime.* Al. post *epitriti IIII.* ea exhibent; omittunt autem *sescupli VII.*; Caesenas codex antiquissimus *epitriti IIII. fiunt XXVIII.* Sed haec omnia quin spuria sint, e superioribus repetita quis dubitet?

28. Numerus autem[1] syllabarum in pedibus a duabus[2] usque ad sex protenditur[3]; ulterius enim non procedit, quia usque ad[4] sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt, ut quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando pro una longa duae breves ponuntur, aut pro duabus longis quatuor[5] breves[6], ut[7]:

Sectaque intexunt abiete costas.

Abiete nunc[8] resolutio est[9] spondei in proceleumatico[10], in qua resolutione semper episynaloepham[11] sequitur Virgilius[12].

29. Ex una enim[13] longa duae breves fiunt[14]: ex duabus autem[15] brevibus longa nunquam fit. Findi autem solida possunt, solidari scissa non possunt. Figura est, cuius nota syllabae agnoscuntur. Ubi enim partem[16] circuli inferiorem bis positam aspicis, pyrrhichius est *vv*, ubi I geminum iacens[17], spondeus[18] est — —.[19].

Nam nota brevis inferior semicirculus[20] est; nota longa I iacens[21].

30. Metra in[22] pedibus accidunt, ut a trochaeo trochaicum, a dactylo dactylicum[23], a iambo iambicum[24], de quibus paulo post dicendum est.

CAP. XVII. *De accentibus*[25].

1. Accentus, qui Graece prosodia est[26], ex Graeco nomen accepit[27]. Nam Graece πρός, ad[28] Latine, ᾠδή Graece, Latine cantus est. Hoc enim[29] nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini autem[30] et alia nomina habent[31]. Nam accentus et tonos[32] et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit et desinit.

2. Accentus autem dictus, quod[33] iuxta cantum sit, sicut adverbium quod iuxta verbum est. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam, gravis, quod deprimat et deponat. Est enim contrarius acuto circumflexus, quia[34] de acuto et gravi constat. Incipiens enim ab acuto in gravem desinit, atque ita dum ascendit et descendit, circumflexus efficitur.

3. Acutus autem et circumflexus similes sunt. Nam uterque[35] levat syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus[36]. Nam semper deprimit syllabas, cum illi levent, ut:

1) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 2) *duobus* Z. Gu. 1. 2. — 3) *procedit* al. — *protenduntur vel procedunt* al. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. — 5) *quatuor scilicet breves* va. — 6) vulg. addit *ponuntur*, quod om. Gu. 1. Ar.; *sunt* pro eo exhibet Gu. 2. — 7) Post *ut* vulgo additur *Virgilius*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. Locus Virgilii est Aen II, 16. — 8) *vero* pro *nunc* Z. — 9) *est* om. Z. — *spondei est* va. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *proceleumaticum* vulg. — 11) Sic quidam codd. ap. Arev. — *synaloepham* al. — *sinalimpham* Z. Gu. 2. pr. — *sinalimpha* va. — *episianalimpha* Gu. 1. — *episynalepha* vulg. Accusativo opus est h. l., quia sequitur in optimis codd. *Virgilius*. — 12) *Virgilius* addunt Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 13) *Ex una autem* vulg., sed *autem* om. Gu. 1. Videtur autem hoc vocabulum in *enim* mutandum. — 14) *sunt* Z. — 15) *enim* Z. Gu. 1. 2. Ar. Muta in *autem*, ut vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *circuli partem* vulg. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *geminum iacens* vulg. — 18) *est* addidi e Gu. 1. — 19) Haec signa om. Gu. 1., at quum idem ea supra retinet, casu videntur a librario omissa. Zittav. ita =; Gu. 2. pr. — —; Ar. —. Cum Arev. consentit va. — 20) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 21) *est* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — Vulg. addit hoc signum —, quod exhibent Z. (—) Ar. pr. va. — 22) *in* addidi e Gu. 1. 2. — 23) *dactylum* Z. — 24) *iambum* Z. — 25) Omittit hoc caput Gud. 2. et va. hoc loco, sed exhibet post caput 32., post caput *Quid sit vox*. Cfr. cum hoc capite Max. Victorin. ars §. 17. (p. 1942. P.) Donat. I, 5. Diomed. p. 425. Prisc. p. 1287. — 26) Sic Gu. 1. — *dicitur* vulg. — 27) *ex Graeco nomen accepit* om. al. — 28) Sic Gu. 1. — *Latine ad* vulg. — 29) *enim* om. Gu. 2. — 30) *enim* Ar. — 31) Sic Gu. 1. — *habent et alia nomina* vulg. — 32) *nothos* Z. —

Unde venit Titan, et nox ubi sidera condit[37].

Unde hic gravis est. Minus autem sonat, quam acutus et circumflexus.

4. Monosyllaba autem pars orationis si naturaliter brevis est, ut *vir*, aut positione longa, ut *ars*, acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut *res*, circumflexum. Dissyllaba pars orationis si priorem naturaliter longam habet et ultimam brevem, circumflectitur, ut *Musa*; aliter acuitur. Trisyllaba pars orationis si mediam brevem habet, ut *tibia*, tunc primam acuimus. Si vero naturaliter longam habet secundam et ultimam[38] brevem, ut *Romanus*[39], tunc mediam circumflectimus.

5. Tetrasyllaba autem[40] et pentasyllaba ratione trisyllabarum[41] retinentur[42]. Gravis accentus cum uno accentu poni potest in dictione una; cum utrisque numquam[43]. In composita dictione unus est accentus[44].

6. Accentus autem[45] reperti sunt vel propter distinctionem, ut: *Viridique in littore conspicitur sus*[46], ne dicas *ursus;* vel propter pronunciationem, ne dicas *meta* breviter et non producta[47] *mēta*[48]; vel discernendae ambiguitatis causa, ut *ergo*. Nam cum producitur *go*, causam significat, cum corripitur, coniunctionem[49].

CAP. XVIII. *De figuris accentuum*[50].

1. Figurae accentuum decem sunt, quae a Grammaticis pro verborum distinctionibus apponuntur.

Οξεῖα[51], id est acutus accentus[52], linea a sinistra parte in dexteram[53] partem sursum ducta; fit ita[54]: ′

2. *Βαρεῖα*[55], id est gravis linea, a summo sinistrae in dexteram[56] deposita, fit ita[57]: ‵

3. *Περισπωμένη*, id est circumflexus, linea de acuto et gravi facta exprimitur ita: ^

4. *Μακρός*[58], id est longa virgula iacens est[59] ita: —

5. *Βραχύς*[60], id est brevis, pars est circuli inferior, iacens ita: *v*

6. *Ὑφέν*, id est coniunctio, quia duo verba connectit[61], subiecta virgula versui circumflexa; fit ita: ℧[62]

33) Sic Gu. 1. h. l. et mox. Vulg. *quia.* — 34) *qui* Gu. 2. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. va. — *uterque* vulg. — 36) Sic Gu. 1. Ar. — *ambobus videtur* Z. Gu. 2. pr. va. — *est ambobus* vulg. — 37) Versus nescio unde sit. — 38) *obliquam* al. — 39) Sic Gu. 1. Ar. — *Metellus* vulg. — *Metellus vel Romanus* va. — 40) *pars orationis* add. Z. — 41) *trisyllaborum* Ar. — 42) *retinetur* al. — 43) *ut Catullus* addit vulgat., sed om. Z. Gu. 1. 2. — 44) Sic Gu. 1. — *accentus est* vulg., quae addit *ut armipotens*, *omnipotens* e Donat. om. Gu. 1. 2. — *ut malesanus*, *ut armipotens al. malesanus*, omisso *armipotens* al. — 45) *autem* om. Z. — 46) Locus est Virgil. Aen. VII, 83. In Gu. 1. est *conspicitur. q. sus* (sic!) — 47) *producte* pr. — 48) Sic Gu. 1. — *meta* Z. Gu. 2. Ar. va. pr. — *me* vulg. Al. om. — 49) *coniunctionem significat* al. — *in coniunctionem transit* al. — *coniunctio est* Ar. — 50) Hoc caput om. h. l. Gu. 2., sed exhibet post cap. 32. Cum argumento capitis cfr. Donat. I, 5. Mar. Victor. ars. §. 17. — 51) *Oxia* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 52) *accentus linea acutus* Gu. 2. — *lineatus aliter acutus* va. — 53) *dextrum*, omisso *parte* Z. — 54) Signum accentus in Z. Gu. 2. est ita ./.; Gu. 1. —; Ar. pr. va. / — 55) *Baria* Z. Gu. 1. 2 pr. va. — 56) *a summo dextere in sinistram* Gu 2. al. — *in dextram* pr. — 57) *ita fit* Z., in quo signum est 7; Gu. 1. 2. pr. \; Ar. va. \ — 58) *Macra* Ar. Vulg. additur *autem*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 59) *est* om. Z. — 60) *Brachim* Z. — *Brachin* Gu. 1. 2. pr. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *coniungit* vulg. — 62) Z. ita: U; Gu. 1. ita: -∩-; Gu. 2. pr. ita: ℭ; va. ita Ɔ; Ar. ℧., quod recepi. Vulg. Ω.

7. *Diastole*, id est distinctio, quae e[1] contrario separat, dextra[2] pars circuli supposita versui, fit ita: ↄ[3]

8. *Apostrophus*[4] pars item circuli dextera[5] et ad summam literam apposita, fit ita: ↄ[6], qua nota deesse ostenditur in sermone ultima vocalis[7], ut tribunal' pro tribunale.

9. *Δασεῖα*[8], quod interpretatur aspiratio, ubi enim[9] h litera poni[10] debet, tali figura annotatur[11]: ⊢

10. *Ψιλή*[12], quod interpretatur siccitas, sive purum, id est, ubi h litera esse non debet, tali nota[13] ostenditur: ⊣[14]

11. Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa litera aspirationis fecerunt. Unde si iungas[15] has, fecisti[16] eam[17] aspirationis notam[18]. Rursum[19] si medium eius apicem scindis[20], *δασεῖαν* et *ψιλήν* facis[21].

CAP. XIX. *De posituris*[22].

1. Positura est figura[23] ad distinguendos sensus per cola et commata et periodos, quae dum in ordine[24] suo apponitur, sensum nobis lectionis ostendit. Dictae autem posituræ vel quia[25] punctis positis annotantur, vel quia ibi vox pro intervallo distinctionis deponitur.

2. Has Graeci *θέσεις*[26] vocant, Latini posituras. Prima positura subdistinctio dicitur, eadem et[27] comma est. Media distinctio sequens est, ipsa est[28] colon. Ultima distinctio, quae totam sententiam claudit ipsa est periodos, cuius, ut diximus, partes sunt colona et commata[29], quarum diversitas punctis diverso loco positis demonstratur.

3. Ubi enim in initio[30] pronunciationis necdum plena pars sensus[31] est, et tamen respirare oportet[32], fit[33] comma, id est particula sensus, punctusque ad unam[34] literam ponitur[35], et vocatur subdistinctio[36] ab eo, quod punctum subtus, id est ad unam[37] literam accipit.

4. Ubi autem in sequentibus iam sententia sensum praestat[38], sed adhuc aliquid superest de sententiae plenitudine, fit colon[39], mediamque literam puncto[40] notamus, et mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam literam ponimus.

5. Ubi vero iam per gradus pronunciando plenam[41] sententiae clausulam facimus, fit pe-

1) *contrarios* Gu. 2. — 2) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *dextera* vulg. — 3) Signa sunt haec: ·?· Gu. 1. ↄ Gu. 2. ⊃ pr. va. — 4) Sic Gu. 1. — *Apostrophos* vulg. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — *dextra* vulg. — 6) ⊃ pr. va. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. va. — *ultimas vocales* vulg. — 8) *Dasia* Z. Gu. 2. — *Dasiam* Gu. 1. — *Dasian* pr. va. — 9) Sic Gu. 1. — *id est ubi* vulg. — 10) *apponi* Gu. 1. — *esse* Z. — 11) *nota ostenditur* Z., qui addit hoc signum, quod posui. Consentiunt Gu. 2. Ar. pr. va. — Vulg. ᶜ — *annotatur* recepi e Gu. 1. Vulg. *notatur*. — 12) *Epsile* Gu. 1. — 13) *figura* va. — 14) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. Vulg. ᵓ — 15) *coniungas* Gu. 2. Ar. va. — *etsi* va. pro *si*. — 16) Sic Gu. 1. 2. al. — *facis* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *eandem* vulg. — 18) vulg. apponitur nota *H.*, quam om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 19) *Rursus* Gu. 2. — 20) Sic Gu. 1. — *scindis* vulg. — 21) *δασεῖαν* ⊢ *et* *ψιλὴν* ⊣ *facis*. Ar. — 22) Sic Z. Gu. 1. va. — *De positura* vulg. Om. hoc caput h. l. Gu. 2., sed collocat post cap. 32. Cfr. ad hoc cap. Donat. I, 6. — 23) *figura est* Z. — 24) Sic Gu. 1. — *in* om. vulg. — 25) *quod*, omisso *vel* Z. — 26) *thesis* Z. Gu. 1. pr. — *theses* va. — 27) *est* addidi e Gu. 1. — 28) *cola* Z. Gu. 1. (qui *est* pro *et* exhibet) 2. pr. va. — 29) *cola et comma* Z. Gu. 2. va. — *Cola et commata* Gu. 1. — *Κῶλον* et *κόμμα* vulg. — 30) *in* om. al. — 31) *sensui* Z. Gu. 2. al. — *sensui pars est* pr. va. — 32) *respiramus* al. — 33) *et fit comma* Z. — 34) *imam* Gu. 2. Ar. va. — 35) *apponitur* va. — 36) *subdistinctio o*, sed *o* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 37) *imam* Gu. 2. Ar. va. — 38) *parat* Z. — 39) *punctum al.* — *puncta* al. — 40)

riodos[42], punctumque ad caput literae ponimus, et vocatur distinctio, id est disiunctio, quia integram separavit[43] sententiam.

6. Hoc quidem apud oratores. Caeterum apud poetas, ubi in versu post duos pedes syllaba remanet, comma est, quia ibi post scansionem praecisio verbi facta est[44]. Ubi vero post duos pedes de parte orationis nihil superest, colon est. Totus vero[45] versus[46] periodos[47] est.

CAP. XX[48]. *De notis scripturarum.*

1. Praeterea quaedam scripturarum[49] notae apud celeberrimos auctores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis apposuerunt. Nota est figura propria[50] in litterae modum posita, ad demonstrandam[51] unamquamque verbi sententiarumque[52] ac versuum rationem. Notae autem versibus apponuntur numero XXVI., quae sunt nominibus infra scriptis.

※ 2. *Asteriscus* apponitur in his[53], quae omissa[54] sunt; ut illucescant[55] per eam notam, quae deesse videntur. Stella enim ἀστήρ dicitur Graeco sermone[56], a quo *asteriscus*[57] derivatus est[58].

→ 3. *Obelus*, id est, virgula iacens, apponitur in verbis vel in[59] sententiis superflue iteratis, sive in iis locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta iugulet supervacua atque falsa confodiat. Sagitta enim Graece ὄβελος dicitur[60].

⇀ 4. *Obelus*[61] *superne appunctus*[62] apponitur[63] in his[64], de quibus dubitatur, utrum debeant tolli[65] nec ne[66].

÷ 5. *Lemniscus*, id est, virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in his locis, quae Sacrae Scripturae interpretes eodem sensu, sed[67] diversis sermonibus transtulerunt.

Y 6. *Antigraphus* cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.

←✱ ※→ 7. *Asteriscus cum obelo.* Hac[68] proprie Aristarchus utebatur in iis versibus, qui non suo loco positi erant.

⌐ 8. *Paragraphus* ponitur ad separandas res a rebus, quae[69] in connexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis et regiones a[70] regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diversis[71] certaminibus separantur.

cola Z. Gu. 1. (qui addit: *id est media distinctio*) 2. va. al. — 41) *plenae* va. — 42) Sic Z. Gu. 1. — *periodus* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *separat* vulg. — 44) *quia* usque ad *facta est* al. om. — 45) Sic Gu. 1. *autem* vulg. — 46) *versus* om. Z. — 47) Sic Gu. 1. — *periodus* vulg. — 48) Omittit cod. Zitt. capita 20. 21. 22. 23. 24. 25. In cod. Guelf. 2. hoc caput bis legitur, primum suo loco multis omissis, deinde post cap. 32. plenius, quare si quid aliter altero loco erit, utar signis a et b. Scriba codicis haec notavit: *De notis sententiarum. Hoc capitulum in sequentibus plenius invenies.* In edit. va. hoc caput post caput *de pedibus* reperitur. Arevalus tabulam apposuit, in qua signa notantur. — 49) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *sententiarum* vulg. — 50) *Propria in literae modum posita est figura* Gu. 1. — 51) *demonstrandum* Ar. — 52) *que* om. va. — 53) Sic pr. va. — *his* omisso *in* Gu. 2. — 54) *amissa* al. — 55) *illucescat* va. — 56) Sic Gu. 1. 2. a. b. — *Graec. serm. dic.* vulg. — 57) Vulg. *asteriscus stellula*, sed *stellula* om. Gu. 1. 2. b. Ar. pr. va. — 58) Sic Gu. 1. — *est deriv.* vulg. — 59) Sic Gu. 1. — *in* om. vulg. — 60) *Sagitta* usque ad *dicitur* om. Gu. 2. a. — 61) *Obelus superne* usque ad *recta* om. Gu. 2 a. — 62) Sic Ar. *adpunctum* Gu. 2. b. — *punctus* Gu. 1. d. — *punctatus* al. — *appunctatus* vulg. — 63) *apponitur* Gu. 1. — 64) *in hisdem* Gu. 2. b. — 65) Sic Gu. 1. — *tolli deb.* vulg. — 66) *apponi* add. Gu. 1. 2. b. al. va. — Toletanus antiquissimus: *necne apponi falsitate notatum est.* — 67) *sensu*, *et div.* al. — 68) *Hanc* Gu. 2. b. — *hunc* vel *hanc* gothici. — 69) *quaeque* Gu. 1. — 70) *regiones a* om. Gu. 1. 2. b. — 71) *diversis* om. va.

7 9. *Positura* est figura[1] paragrapho contraria, ideo[2] sic formata, quia sicut illa[3] principia notat, ita[4] ista fines a principiis separat[5].

ᴗ 10. *Cryphia*[6], circuli pars inferior cum puncto, ponitur in iis locis, ubi quaestio dubia[7] et obscura aperiri vel solvi non potest[8].

>- Ↄ 11. *Antisigma*[9] ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut[10] in antiquis auctoribus[11] positum invenitur.

Ↄ· 12. *Antisigma cum puncto* ponitur in iis locis, ubi in eodem sensu duplices sunt versus[12], et dubitatur, qui[13] potius eligendus sit.

> 13. *Diple.* Hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum virorum ad separanda vel demonstranda testimonia scripturarum sanctarum[14].

·> 14. *Diple* περὶ στιγμήν[15]. Hanc primus Leogoras[16] Syracusanus apposuit[17] Homericis versibus ad separationem Olympi a coelo.

>÷ 15. *Diple* περιεστιγμένη[18] id est, cum geminis punctis. Hanc antiqui in iis apponebant, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat, aut detraxerat, aut permutaverat[19]. In iis et nostri usi ea[20] sunt.

>- 16. *Diple* ὠβελισμένη[21] interponitur ad separandas[22] in comoediis vel tragoediis periodos.

< 17. *Aversa*, quoties strophe et antistrophus infertur.

<-> 18. *Aversa cum obelo* ad ea ponitur, quae ad aliquid respiciunt, ut:

Nosne tibi fluxas Phrygiae res[23] vertere fundo
Conamur[24]? nos[25]? an[26] miseros qui Troas[27] Achivis
Obiecit?

19. *Diple superne obelata* ponitur ad conditiones locorum ac temporum personarumque mutatas.

20. *Diple recta*[28] *et aversa*[29] *superne*[30] *obelata* ponitur[31] finita loco suo monade, significatque similem sequentem quoque esse[32].

21. *Ceraunium* ponitur, quotiens[33] multi versus improbantur, ne[34] per singulos obelentur; κεραύνιον[35] enim fulmen significat.

1) *est figura* om. va. — 2) *et ideo* Gu. 2. b. pr. va. — 3) Sic al. — *ille* vulg. — 4) *ita* om. Gu. 1. — 5) *separant* Gu. 1. — 6) *Crifica* Gu. 1. — 7) *dura* Gu. 1. Ar. — 8) *solvi non poterit* al. — *solvi potuit* al. — *solvi non potest* Ar. — 9) *Antisimma* h. l. et postea pr. va. — 10) *sic* Gu. 1. 2. b. Ar. — 11) *auctoritatibus* Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. — *versus sunt* vulg. — 13) *quis* Gu. 1. — 14) Sic Gu. 1. — *sanct. script.* vulg. — 15) *Diple* πλεκτική *vel* περιϊστική vulg. — Gu. 1. pr. va. *peristicon.* — *perinsticon* Gu. 2. b. — περὶ στίχον Ar. — 16) Sic Gu. 1. 2. b. Ar. (vide Suidam s. v.) — 17) *posuit* Gu. 1. 2. b. al. pr. va. — 18) Vulg. περιστιγμένη — *peridistigmene* pr. va. — 19) *aut permut.* al. om. — 20) Sic Gu. 1. — *ea usi* vulg. — 21) *obelismene* om. Ar. — 22) *separandos* pr. — 23) *friges*, omisso *res* Gu. 2. b. Consentit va. Locus est Virg. Aen. X, 88. — 24) *Conantur* Gu. 1. — 25) *nos* om. Gu. 4. — 26) *an* om. Gu. 2. b. — 27) *Troiias* Gu. 1. — 28) *Diple recta* Ar. — 29) Sic pr. va. — *adversa* vulg. — 30) *super* Gu 1. — 31) *apponitur* Gu. 2. — 32) *quoque esse* al. om. — 33) Sic Gu. 1. — *quoties* vulg. — 34) *ne*, retento *obolantur* Gu. 1. — *nec* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. a. b. pr. va. — κεραυνός vulg. — 36) Sic Ar. — *Crissimon* Gu. 1. 2. — *Crisanon* pr. — 37) Sic Gu. 1. 2. b. va. — vulg. *fortis vel frontes. Phi et ro* om. Gu. 2. a. — 38) *ubi haec* Gu. 1. — 39) *omnino non est* al. — 40) Sic Gu. 1. 2. a. b. — *aut inconv.* vulg. — 41) *Cronis* Gu. 1. 2. b. pr. va. — 42) Sic Gu. 1. — *nota tantum in fin.* vulg. — *nota* om. al. — 43) Sic Gu. 1. 2. b. Ar. va. — *Alontus* pr. — Ἄλογον vulg. — 44) *quae* om. Gu. 1. — 45) *emendandas* Gu. 1. 2.

22. *Chresimon*[36]. Haec sola ex voluntate uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur.

23. *Phi et Rho*, id est φροντίς[37]. Haec ubi[38] aliquid obscuritatis est ob sollicitudinem ponitur.

24. *Anchora superior* ponitur ubi aliqua res magna omnino[39] est.

25. *Anchora inferior* ubi aliquid vilissime vel inconvenientius[40] denunciatum est.

26. *Coronis*[41] nota est, quae in fine[42] libri apponitur.

27. *Alogus*[43] notae est, quae[44] ad mendas[45] adhibetur.

28. Fiunt[46] et aliae notae librorum[47] pro agnoscendis iis, quae per extremitates paginarum exponuntur, ut, ubi lector in limine[48] signum huiusmodi[49] invenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse positionem[50], cuius similem superiacentem notam invenerit.

CAP. XXI. *De notis vulgaribus*[51].

1. Vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit. Notarum usus erat, ut quicquid pro concione[52], aut in iudiciis[53] diceretur, librarii scriberent complures simul astantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba et quo ordine exciperet. Romae primus Tiro[54] Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum.

2. Post eum Vipsanius[55], Philargyrius[56], et Aquila libertus Maecenatis alius[57] alias[58] addiderunt. Denique[59] Seneca, contracto[60] omnium digestoque et aucto numero, effecit opus[61] in quinque milia. Notae autem dictae eo, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent et ad[62] notitiam legentium revocent, quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur.

CAP. XXII. *De notis iuridicis.*

1. Quaedam literae autem[63] in libris iuris verborum suorum notae sunt, quo scriptio[64] celerius breviorque[65] fiat. Scribebant[66] autem[67] verbi gratia per B et F[68] *bonum factum*, per

b. — *emendandos* va. — 46) Sic Gu. 1. 2. b. Ar. va. — 47) Sic Gu. 1. pr. va. — *libror. not.* vulg. — *notae vel libror.* Gu. 2. b. — *notulae* Ar. — 48) *in liminari* vulg. — *in liminare* Gu. 2. — *illuminari* Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. — *huiusmodi sign.* vulg. — 50) *expositionem* pro *esse pos.* pr. — 51) Hoc caput Gu. 2. exhibet post cap. XXXII. Consentit va. — 52) *pro contentione* Gu. 1. 2. al. va. — *pro contione vel contentione* vulg. *Contentio* ortum est ex male intellecto compend. voc. *concio.* — *per contentionem* al. — 53) *apud iudices* al. — 54) *prius* omisso *Tullius* Gu. 1. *Prius* e neglecta linea supra *iu* ortum est. — *Tullius primus* Gu. 2. — *primus tullius primus tiro* va. — *primus Tullius Tiro* vulg. Verba sunt ex Hieron. in Chron. Euseb. — 55) vulg. *Tertius Persunnius*, sed *Tertius* om. Gu. 1. 2. Deinde Ar. e cod. Ouetensis collegii, in quo *Vipsanius* diserte scriptum erat, hoc nomen in textum posuit. Proxime accedit *Dipsamnius*, quod exhibet Gu. 1. — *vir sammius* (sic loco raso) Gu. 2. — *persammius* va. *Persannius* vulg. — 56) Scribendum est, ut dedi. *Philargyrus* al. Vulg. *Philargius.* De Aquila vide Lindem. ad Probum II, 1, 40. p. 120. not. 3. — 57) *alius* om Gu. 2. al. pr. va. — 58) *alia* Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. — *Deinde* vulg. — 60) *cum tractu* Gu. 1. — *contractu* Gu. 2. va. — 61) Sic Gu. 1. (*affecit*) *opus effecit* vulg. — 62) *ut notitiam* Gu. 1. — *ut ad notitiam* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. — *autem literae* vulg. — 64) *inscriptio* Gu. 2. va. — 65) Sic Gu. 1. 2. — *celeris breviorque* al. va. Ar. — *celeris brevisque* al. — *celebris brevior* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *scribebatur* vulg. — 67) Sic Gu. 1. *enim* vulg. — 68) *per B et per F* al. pr., sic ead. ed.

S et C *senatus consultum*, per R et p *respublica*, per P et R *populus Romanus*, per d et t *duntaxat*, per supinam[1] m[2] literam *mulier*, per p *secundum naturam pupillus*, per P[3], averso[4] capite *pupilla*, per unum k *kaput*, per duo kk[5] coniuncta[6] *kalumniae kausa*, per i et e *iudex esto*, per d et m *dolum malum*.

2. Cuius generis plurimas consimiles notas in libris antiquis invenies[7]. Has iuris notas novitii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per haec[8] callidi ingenio ignorantes[9] decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus literas[10], ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrent[11].

C A P. XXIII. *De notis militaribus*[12].

1. In breviculis quoque, quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur[13], quanti ex militibus superessent quantique in bello cecidissent[14]. T[15] nota in capite versiculi[16] supposita[17] superstitem designabat; *Θ* litera[18] vero ad uniuscuiusque nomen defuncti[19] apponebatur. Unde et habet per medium telum, id est mortis signum. De qua Persius[20]:

Et potis est nigrum vitio[21] *praefigere theta.*

2. Cum[22] autem imperitiam[23] significare vellent, Lambda[24] litera usi sunt, sicut mortem significabant, cum ponebant theta ad caput. In stipendiorem quoque largitione propriae erant notae.

C A P. XXIV. *De notis literarum.*

1. Notas etiam literarum inter se veteres faciebant, ut quicquid[25] occulte invicem per

per S et per c. et ita semper. — 1) *sopinam* Gu. 1. — 2) alter e duobus gothicis Toletanis *a*, Ottob. 427. *me*. sed supra eadem manu III satis clare, idque recepit Arev. — 3) *PV* Ar. pere (sic) pr. va. — 4) Sic Gu. 1. — *verso* vulg. — 5) *kappa* add. Gu. 2. pr. — 6) Sic Gu. 1. — *iuncta* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. (*et* om. et exhibet *invenitur*) — *plurimae consimiles notae in libris antiquis inveniuntur* — 8) Sic Gu. al. — *has* vulg. — 9) *ignorantes* om. Gu. 2. — 10) *in apicibus literarum* al. — 11) *demonstrarunt* al. — 12) Gu. 2. exhibet hoc caput post cap. XXXIII. — 13) *inspicerentur* Gu. 2. Porro *qua* pro vulg. *quae* exhibent omnes codd. et ed. pr. va. Cfr. de re Rufin. Invect. 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *excidissent* vulg. — *occisi sunt* aut *essent* al. — 15) *T Tau* Gu. 1. 2. pr. al. — *thau nota T* va. — 16) *incipiente versiculo* al. — 17) Sic Gu. 1. — *posita* vulg. — al. va. hoc om. — 18) *litera* addidi e Gu. 1. — *theta* add. Gu. 2. pr. — *theta litera*, omisso signo al. — *Theta vero Θ* va. — 19) Sic Gu. 1. — *defuncti nomen* vulg. — 20) vulg. *Persius ait*, sed *ait* om. Gu. 1. — Locus est ap. Pers. Sat. IV, 13., e quo Arev. dedit. *es* pro *est*. — 21) *vitium* Gu. 1. 2. va. Vulgata est ap. Pers. — 22) *Λ Dum* (sic) Gu. 2. — va. sine hoc signo. — 23) Sic Gu. 1. 2. al. — *in pueritia* al. — *impueritiam* al. — *impuritiam* Ar. — *peritias* al. — *pueritiam* vulg. Quidam suspicantur per λ significari ληρεῖν λαλεῖν puerorum. Unde a codd. nobis est standum, quum pueri sint *imperiti*, *impuritiam* Arev. posuit propter obscoenum verbum λεςβιάζειν apud Aristophanem. — 24) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. 2. sit *lauta* — al. om. *litera Λ litera* vulg. Vitiose ap. Gothofr. est *A*. — *Λ lauta litera* pr. va. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *si quid* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *in scripturis* al pr. — *scriptura* vulg. — 27) *velint* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. al. — *mutuo* vulg. — 29) omisi e Gu. 1. al. vocem *usus* ante *iis*; Gu. 2. *quibus* pro *usus iis* exhibet; *in his* pro *iis* scripsi e Gu. 1. 2. pr. va. (*in* om.) — 30) *velint* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. 2. va. — *eae* vulg. — 32) Sic Gu. 2. 3. va. — *quod* Gu. 4. — *quum* vulg. — *quam* pr., quod esse *quoniam* intelligitur e c. 27, 3. ubi eadem edit. *quam* pro *quoniam* praebet. — 33) At quum *quum* et *quoniam* ex hoc compendio *q̄m* sae-

scripturas[26] significare vellent[27], mutue[28] scriberent. Testis est Brutus, qui in his literis[29] ea, quae acturus erat, notabat, ignorantibus aliis, quid sibi vellent[30] hae[31] literae.

2. Caesar quoque Augustus ad filium, *quoniam*[32], inquit, *innumerabilia incidunt*[33] *assidue quae scribere*[34] *alterutrum*[35] *oporteat*[36], *et*[37] *esse secreta, inter nos habeamus notas*[38] *si vis tales, ut, cum*[39] *aliquid notis*[40] *scribendum erit, pro unaquaque litera scribamus sequentem hoc modo*[41], *pro a b pro b c. et deinceps eadem ratione caeteras; pro z autem litera ad duplex a a redeundem erit*[42]. Quidam etiam[43] versis[44] verbis scribebant[45].

CAP. XXV. *De notis digitorum.*

1. Sunt et[46] quaedam digitorum notae, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes colloquuntur. Sic[47] mos est militaris, ut quotiens[48] consentit[49] exercitus, quia voce non potest, manu promittat. Alii, quia voce non possunt, gladiorum motu[50] salutant[51].

2. Ennius[52] de quadam impudica:

— *Quasi*[53] *in choro pila*
Ludens datatim[54] *dat se et communem facit.*
Alium tenet, alii innuit[55], *alibi*[56] *manus*[57]
Est occupata, alii pervellit pedem,
Alii dat anulum aspectandum[58], *a*[59] *labris*
Alium invocat, cum alio cantat; attamen
Aliis dat digito literas.

Et Salomon[60]: *Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.*

pissime confundantur, et *quum* particula causalis valde sit suspecta, ubi cum indicatico coniuncta reperitur, malui eos libros sequi, qui *quoniam* exhibent. — 33) *incedunt* Gu. 3. — *accidant* al. — 34) Sic Gu. 1. — *scribi* vulg. — 35) vulg. *ad alterutrum*, sed *ad* om. Gu. 1. 2. 3. 4. al. pr. va. — 36) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. al. pr. va. — *oportet* vulg. — 37) *et* om. Gu. 2. 3. 4., qui exhibet *secretas*. — 38) Sic Gu. 1. — *habeamus ergo inter nos notas* vulg., quacum faciunt Gu. 2. 3. al. pr. va., nisi quod *ergo* omittunt cum Gu. 1.— 39) *cumque* Gu. 1. — 40) *nobis* Gu. 4. — 41) *hoc modo* om. Gu. 4. — 42) Sic Gu. 1. — *redeundum erit ad duplex a a* vulg. — 43) *autem* Gu. 2. — 44) *versis* om. Gu 2. — 45) *scribunt* al. pr. va. — 46) Sic Gu. 1. — *Sunt quaedam et* vulg. — 47) *sicut* Ar. pr. va. — 48) Sic Gu. 1. — *quoties* vulg. — 49) Sic Gu. 1. al. — *consentiat* vulg. — *consensit* Gu. 2. — 50) *nutu gladiorum* liber longobardicus viri cl. G. Loaisae. — 51) *Salutent* Ar. — 52) *Naevius* Ar. ex Festo v. *Adnictat*, (ubi vid. *Scal.* et *Dac.*) ubi similis versus citatur, sed non eiusdem esse scriptoris docuit Lindemann. ad Festum p. 341. — 53) *Quae* al. — 54) *dotatim* pr. va. et vulg. In Gud. 3. expunctum est, et supra vers. *data tympana*. — *Se* pro *sese* scripsi, metro id postulante. — 55) Sic Gu. 1. al. Vulg. *adnutat* videtur e Festo huc translata. — *annuit* al. et Gu. 3. supra vers. — *nutat* pr. va. — *alium admittit* al. — *adnictat* al. — *alium advocat* Gu. 4. — 56) *alii* Gu. 2. — *alibi est manus occupata* va. Hiatum ut vitaret Dac., scripsit *ast alii*. Pro *pervellit* recte Dac. scripsisse videtur *percellit*. Scal. male *perpellit*. — 57) *manibus seu manu* al. — 58) *exspectandum* Gu. 1. 2 3. 4. al. pr. va. — *aspectandum* al. — 59) vulg. *et a labris*, sed om. *et* Gu. 1. 2. 3. 4. al. pr. va., et metrum id reiicit. Hoc verum est. Sed ut vitetur hiatus vix ferendus, legere vult Lindemann. *ab auribus* pro *a labris*. Sed ferri potest hiatus quum *a labris* non pertineat ad *aspectandum*, sed ad *invocat*. *A labris* invocare est motu labrorum indicare, quid velis. Pro *cum alio* Dac. scripsit *cumque alio*, at in hac dicendi forma legitimus est hiatus. — 60) *ait* add. al. Locus est Proverb. Salom. 6, 13. Vulgata veteris testam. exhibet *oculis*.

CAP. XXVI. *De Orthographia.*

1. *Orthographia* Graece, Latine recta scriptura dicitur[1]. Haec disciplina docet, quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione, ita orthograpia de scribendi peritia, utputa *ad* cum est[2] praepositio, per *d* literam, cum est coniunctio[3], *t* literam[4].

2. *Haud* quando àdverbium est[5] negandi *d* litera terminatur, et aspiratur in capite[6], quando autem coniunctio[7], per *t* literam sine aspiratione scribitur.

3. *Apud* praepositio per *d* scribitur, sicut *ad patrem*[8], quoniam veteres saepe *ad* pro *apud*[9] usi sunt, duabus ex iis mediis literis subtractis.

4. Interdum autem aliae[10] literae in locum[11] aliarum[12] rite ponuntur. *B* et *p* literis quaedam cognatio est. Nam pro Birrho dicimus Pyrrhum[13]. *C* et *g* quandam cognationem habent. Nam cum[14] dicimus centum et trecentos, postea dicimus quadringentos, *g* ponentes pro *c*. *C* et *q*[15] similiter cognatio est[16]. Nam huiusce[17] per *c*, cuiusque per *q* scribimus. *Cum* autem praepositio per *c* scribenda est, si autem adverbium fuerit, per *q*. Dicimus enim *quum lego*. *Deus* per *e* solam: *daemon* per *ae*[18] diphthongon annotandus[19].

5. *Equus*, quod est animal, per *e* solum[20] scribendus. *Aequus*, quod est iustus, per *ae* diphthongum[21] scribendum[22]. *Exul* addita *s* debet scribi, *exsul*[23] dicitur, quia[24] extra solum est. *Exultat* melius sine *s* litera scribitur. Nam cum ipsa *x* ex c et *s*[25] constat[26], quomodo, cum in ea sit[27], rursus ei alia additur[28].

6. *Aequor* per diphtongon[29] scribendum[30], quia ab aqua nomen est factum[31].

7. *Forsitan* per *n* scribendum in fine[32], quia integrum eius facit[33]: Forte si tandem[34].

8. *Fedus*, quod est deformis, per *e* solum[35] scribendum: *foedus* quod est pactum, per *oe*[36] diphthongon scribendum[37].

9. *Formosus* sine *n* scribitur, quia a forma vocatur.

1) Vulg. *Orthographia Graece, Latine recta scriptura interpretatur. Ὀρθὴ enim Graece recta, γραφὴ scriptura dicitur.* Sed ego secutus sum Gu. 1. — *Ortho* Z. Gu. 2. pr. va. — *Graece* om. Gu. 2. — *recta Latine grafia* Z. — *grafia* Gu. 2. pr. Cfr. ad hoc caput Velium Long. de orthogr. — 2) *quum ad est* Z. — 3) *coniunctura* al. — 4) Gu. 1. *per d literam — per t literam*, idque recepi. Vulg. *d literam et t literam accipit.* — 5) *est adverbium* Z. — 6) *aspirationem habet in capite* al. — 7) *disiunctiva est* add. vulg., sed omisi e Gu. 1. 2. (qui *est* retinet.) — 8) *sicut ad* om. al. — *sicut apud patrem* Gu. 2. *Sicut ad patrem* scripsi e Gu. 1. — *sicut ad ut apud patrem* vulg. — 9) Sic Gu. 1. al. — *apud pro ad* vulg. — *pro adverbio* Z. pr. va. — 10) *et aliae* va. — 11) *loco* Gu. 2. — 12) *literarum* post *aliarum* omisi e Gu. 1. 2. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Nam pro Pyrrho dicimus Birrhum* vulg. — 14) *dum* Gu. 2. — 15) *porro inter* om. Gu. 1. — *inter* al. — pr. om. — 16) Sic Z. (om. *est*) Gu. 1. — *similiter cog̃n* (sic) *habent* Gu 2. — 17) *huiuscemodi* pr. va. — 18) *ae* om Z. — 19) Sic Gu. 1. — *est notandus* vulg. — *notandus est* Z. — 20) Sic Gu. 1. — *per e solam* Z. Gu. 2. al. pr. va. — *solum* om. vulg. — 21) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *diphthongan* Gu 2. — *diphthongon* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *est scribendus* vulg. et Gu. 2. Z. (qui *est* om.) — al. om. *est scribendus.* — 23) *quia exsul* vulg., sed *quia* om. Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. — *qui* vulg. — 25) *et c et s* Z. — *ex* om. Gu. 2. — 26) *constet* Z.; fortasse hoc verum est, nisi antea scribendum sit *quando*, unde indicativus pendeat. — 27) *ea insit* Gu. 2. Vulgo additur *s*, quod om. Gu. 1. 2. — 28) Sic Gu. 1. 2. — *additur alia* vulg. — 29) *diphthongon* Gu. 1. va. Ar. — *diphthongan* Gu. 2. — *diphthongum* vulg. — 30) *scribitur* Gu. 2. va. — 31) Sic Gu. 1. — *ab aqua est nomen factum* Gu. 2. — *ab aqua nomen est factum* va. *ab aequo nomen est factum* Z. — *quia non ab aqua, sed ab aequalitate nomen est factum.* vulg. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. — *in fine scribendum* vulg. 33) Sic Gu. 1. — *est* vulg. — 34) *Si forte* Z. Gu. 2. pr. — *in fine si forte* va. — 35) Sic Gu. 1. — *solam* vulg. 36) Sic Gu. 1. — *cum oe diphthongo* vulg. — 37) *scribendus* Gu. 2. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *nota*

Gnatus, quod est filius, per *g* scribendum, quia facit generatus.

10. *H*, quae aspirationis litera[38] est, in Latino vocalibus tantum[39] iungitur: ut *honor*, *homo*, *humus*[40]. Aspiratur autem et consonantibus, sed in Graecis et Hebraeis[41] nominibus. *Heus* autem[42] et *heu* interiectiones[43] per *h* scribendae.

11. *I* literam inter duas vocales constitutam bis scribi quidam existimabant, ut in *Troia*[44] et *Maia*[45]. Hoc[46] ratio non permittit. Nunquam enim tres vocales in una syllaba scribuntur. Sed *I* litera inter duas vocales constituta pro duplici[47] habetur.

12. *Id* pronomen neutri generis per *d* scribitur, ab eo quod est *is*, *ea*, *id*, quia facit *idem*. Quod si verbum est tertiae personae, per *t* notabitur[48], ab eo quod est *eo*, *is*, *it*, quia facit *iter*[49].

13. *K* literam antiqui praeponebant quotiens[50] *a* sequebatur, ut *kaput*, *kanna*[51], *kalamus*. Nunc autem *kalendae* et *Karthago*[52] per eandem[53] tantum scribuntur. Omnia[54] autem Graeca nomina quacunque[55] sequente vocali per *k* scribenda[56].

14. *Laetus* per diphthongon[57] scribitur, quia laetitia a latitudine vocata est, cuius[58] contraria est tristitia, quae angustiam facit. *L* litera[59] interdum pro *d* litera utimur, ut *latum* pro datum et *calamitate*[60] pro cadamitate; a cadendo enim nomen sumpsit[61] calamitas.

15. *Maximus* an *maxumus*[62], et si quae[63] sunt similia[64] qualiter scribenda sunt[65] quaesitum est. Varro tradidit[66], Caesarem[67] per *i* eiusmodi[68] verba enunciare solitum esse et scribere[69]. Inde propter auctoritatem tanti viri ut dixi[70] consuetudinem factam, ut *maximus*, *optimus*, *pessimus* scribatur.

16. *Malo* per unum *l*[71] scribendum, quia est magis volo[72]. *Malle* per duo *ll*, quod magis velle est[73]. *Nolo* quoque per unum *l*; *nolle* per duo. *Nolo* enim ne volo est, *nolle* ne velle[74].

17. *Os* si vultum significat aut ossum[75] per *o* solum[76] scribendum est, si personam, *h* praeponenda est[77].

vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *in Latino tantum vocalibus* vulg. — 40) *humilitas* al. add. — 41) *et in Hebraeis* Gu. 2. — 42) *autem* om. va. — 43) *interiectio* Gu. 2. va. — 44) Sic Z. Gu. 1. — *ut Troia* vulg. — *ut Troiia* Ar. va. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. — *et* om. vulg. — *Maiia* Ar. va. — 46) vulg. *sed hoc*; om. particulam Z. Gu. 1. 2. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *dupla* vulg. — 48) *notabimus* pr. — *ut eo is*, *it* va. — 49) Sic Z. Gu. 1. — *itur* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. — *quoties* vulg. — 51) Sic Z. Gu 2. Ar. Gothofr. pr. va. — *kama* vulg. At ut hic codd., sic Max. Victor. in art. 18. (1945. P.) — 52) Sic Gu. 1. — *karthago et kalendae* vulg. — 53) *eum* Z. — 54) Verba: *Omnia autem* usque ad §. 28. verba: *et cetera similia* omittit cod. Zittav. Al. om. verba: *Omnia* usque ad *scribenda*. — 55) Sic scripsi e Gu. 1. in quo est *quaecunque*. — *qualicunque* vulg. — 56) vulg. *sunt scribenda*, sed *sunt* om. Gu. 1. — 57) vulg. *per ae diphthongon*; sed *ae* om. Gu. 1. 2. — *diphthongum* Ar. — 58) Sic Gu. 1. — *cui* vulg. Sed vide ad cap. 4, 11. — *cuius e contrario* al. — 59) vulg. *L. autem*, sed *autem* om. Gu. 1. — 60) *calamitatem* Ar. pr. — 61) Sic Gu. 1. 2. — *assumpsit* vulg. — *sumsit nomen* al. — 62) Sic Gu. 1. — *Maxumus an maximus* vulg. — 63) *qua* Ar. Gu. 2. pr. va. — 64) Sic Gu. 1. — *similia sunt* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *scribi debeant* vulg. — *scribi debeamus* vulg. — 66) *tradit* Gu. 2. va. — 67) *ad Caesarem* al. — 68) Sic Gu. 1. 2. — *huiusnudi* vulg. — 69) Sic Gu. 1. 2. — *enunciare et scribere solitum esse* vulg. — 70) *ut dixi addidi* e Gu. 1. — *consuetudine facta* Gu. 2. — 71) *per unam l* al. Sic mox al. *per duas ll*, ut Gu. 2. — 72) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *magis est* vulg. 73) Sic Gu. 1. — *quia est magis velle* vulg. — *magis scribendum*, *quia est magis velle* pr. — 74) Sic Gu. 1. — *Volo*, *nolo per unum l*; *velle et nolle per duo. Nolo enim non volo est*, *nolle non velle.* vulg. — *Nolo quoque per unum l*; *velle et nolle per duo. Nolo enim nec volo est, nolle nec velle.* Gu. 2. pr. (*per duo ll.* — *ne volo* — *ne velle*) va. (*nec volo* — *duo ll*) — 75) Sic Gu. 1. — *Os si vultum aut ossa* (*ossum* Gu. 2. Ar.) *significat* vulg. — 76) Sic Gu. 1. 2. hic et §. 18. va. (infra va. *solam*) — *solam* vulg. — 77) *est* om. Gu. 2.

18. *Ora* finium per *o*; *hora* dierum[1] per[2] *h* scribendum est[3].

Onus, si de onere venit, per o solam scribendum est, si de honore, cum *h* aspiratione.

19. *Praeterea* et praepositio[4] per *ae*[5] diphthongon[6] scribendum.

Pene, quod est[7] coniunctio, per *e*.

Poena vero[8], quod est supplicium, per *oe*.

20. *Q* litera tunc recte ponitur[9], cum illam *u* litera statim[10] subsequitur[11], et alia quaelibet una pluresve vocales iunguntur, ita ut una syllaba fiat. Caetera per *c*[12] scribuntur.

21. *Quae* pronomen cum *a*[13] scribendum; *que* coniunctio sine *a*.

Quid per *d* literam scribitur, cum pronomen est; per *t*, cum verbum: cuius positio est prima[14] *queo*[15], *quis*, *quit*, et in compositione *nequeo*, *nequis*, *nequit*.

22. *Quod*, quando pronomen est, per *d* scribendum[16]; quando numerus, per *t*, ut *quot*, *tot*[17] per *t* scribitur.

Cotidie[18] per *q* scribitur[19] non per *c*, ut sit[20] quot diebus.

23. *R* litera communionem[21] habet cum *s* litera. Itaque apud antiquissimos[22] honos, labos, et[23] arbos dicebatur, nunc honor, labor, et arbor.

24. *Sat* per *t* scribi oportet, quia integrum eius facit *satis*.

Sed per *d* oportet scribi. Apud antiquos enim sed[24] *sedum* dicebatur, nos finales duas literas abscidimus.

25. *Tantus*[25], sicut et *quantus* in medio *m* habebant[26]. Quam enim[27] et tam, unde et quantitas, quantus, tantus[28].

26. *Vae* interiectio cum *a*[29] scribendum[30]. *Ve* coniunctio sine *a*[31].

27. *Christus*, quia Graecum est, per *X*[32] scribendum est[33]. Ita[34] *Chrisma*.

28. *Y* et *Z* literis sola Graeca nomina scribuntur. Nam cum *iustitia* sonum *z* literae[35] exprimat, tamen, quia Latinum est[36], per *t* scribendum est, sicut[37] *militia*, *malitia*, *nequitia*, et caetera similia.

29. In dubiis vero[38] verbis consuetudo veterum erat, ut, cum eadem litera alium intellectum correpta, alium producta haberet, longae syllabae apicem apponebant, utputa[39] *populus* arborem[40] significaret, an hominum multitudinem, apice distinguebatur. Sic et ubi literae

1) Sic Gu. 1. 2. — *diei* vulg. — 2) *per* om. Gu. 2. — 3) *est* addidi e Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. — *Praepositio et praeterea* vulg. — 5) *ae* om. Gu. 2. — 6) *diphthongum* Ar. — 7) *est* om. Gu. 2. — 8) *Poena vero* Gu. 1. — Fortasse aberrarunt scribae couli a linea et primo loco omittendum est *vero*. Nam altero loco sane est aptius. Quare ita scribere non dubitavi. — 9) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *praeponitur* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *statim u litera* vulg. — 11) Ita Gu. 1. al. — *sequitur* vulg. — 12) *perae* al. Non intellexit scriba sensum. — 13) *per e* al. — 14) Sic Gu. 1. 2. — *prima est* vulg. — *est* om. va. — 15) *quaeso* Gu. 1. — 16) *scribendum* om. Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. — *quia totidem* vulg. Hoc om. va. — 18) Sic Gu. 1. — *Quotidie* vulg. — *Quottidie* va — 19) Sic Gu. 1., sed punctis notata est vox. — *scribendum* vulg. — 20) *ut si* Gu. 2. va. — 21) *communem* al. — 22) Sic Gu. 1. — *antiquos* vulg. — 23) *et* addidi e Gu. 1. Sic mox *et arbor*. — 24) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *sed* om. vulg. — 25) *Tamtus et quamtus* Ar. — *Tamtus* — *quamtus* va. Vide Cassiodor. de orthogr. 26) *habebunt* Ar. — *habeant* pr. et *n* pro *m*. — 27) *de quam enim et tam veniunt; unde* Ar. — *enim* post *Quam* om. Gu. 1. — 28) *quamtitas, quamtus et tamtus*. Ar. — *tantus et quantus*. Gu. 2. va. — 29) *per ae* al. — *cum ae* va. — 30) sic Gu. 1. — *scribenda* vulg. — 31) *per e* al. — 32) *per X*, *id est Ch*. vulg., sed vv. *id est Ch*. om. Gu. 1. 2. pr. va. — 33) *est* addidi e Gu. 1. — 34) *ita et* Gu. 2. Ar. pr. va. — 35) Sic Gu. 1. 2. va. — Z. *literae sonum* vulg. — 36) *est* om. Gu. 2. — 37) *sic* Gu. 2. al. va. — 38) Sic Gu. 1. — *quoque* vulg. — 39) *puta* om Z. — 40) vulg. *an arborem*, sed *an* om. Z. Gu. 1. — 41) SEL'A, SER'A, As'ERES Ar. Cfr. Marius Victorin. de Orthogr. p. 2456. P. — 42)

consonantes geminabantur, sicilicum superponebant, ut *sella*, *serra*, *asseres*[41]. Veteres enim non duplicabant literas, sed supra sicilicos[42] apponebant, qua nota admonebatur lector literam esse geminandam[43].

CAP. XXVII. *De Analogia*[44].

1. *Analogia* Graece, Latine similium comparatio sive proportio nominatur. Cuius haec vis est, ut, quod dubium est, ad aliquid[45] simile, quod non est dubium, referatur, et[46] incerta certis probentur. Octo autem modis comparatio analogiae colligitur, id est[47] qualitate, comparatione, genere, numero, figura, casu, extremitatibus similium syllabarum, et similitudine temporum.

2. Si quidem[48] de iis unum defuerit, iam non est analogia[49], sed[50] *anomalia*[51], id est extra regulam, ut *lepus* et *lupus*[52], totum convenit, sed dissentiunt casu[53]: facit[54] enim *lupi*, *leporis*. Nam regulariter est, dum quaeris, utrum *trames* masculinum sit an foemininum[55], similis est illi nomini[56] in omni declinatione *limes*, et erit masculinum.

3. Item *funis* si incerti generis esse credis, similis[57] illi *panis* in declinatione, et[58] erit masculinum. Item ex comparatione positivorum, ut si dicas *doctus*, *magnus*, positivi sunt et sui similes. Fit et per diminutionem, utputa *funem*[59] masculinum esse funiculus ostendit. Sic[60] *marmor* neutri generis marmusculum esse[61] indicat.

4. Nam genus quod[62] in principalitate est, id esse solet[63] in[64] diminutione. Sed hoc non semper, ut *pistrinum*[65] *pistrilla*. Sed scire debemus ex positione, id est[66], primitivo declinationem, et ex diminutione[67] genus colligere.

CAP. XXVIII. *De Etymologia*[68].

1. *Etymologia* est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis[69] per interpretationem colligitur. Hanc Aristoteles *σύμβολον*, Cicero[70] annotationem nominavit, quia rerum nomina et verba[71] nota facit[72] exemplo posito[73], utputa *flumen*, quia fluendo crevit, a fluendo dictum.

2. Cuius cognitio saepe usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam cum[74] videris, unde ortum est nomen, citius vim eius intelligis. Omnis enim rei inspectio etymologia

sicilios Z. — *sicilicum* al. — 43) Sic Gu. 1. — *geminandam esse literam* vulg. Vulg. addit haec: *et Sicilicus, quia in Sicilia inventus est primo*, quae om. Z. Gu. 1. Ar. pr. va. — 44) Cfr. Quinctil. Instit. I, 5. et Sergii art. sec. de casib. — 45) Sic Gu. 1. va. — *aliquod* vulg. 46) Sic Gu. 1. gothici, quibus Lucanus, ut saepe alibi, concinit. — *ut* vulg. — 47) *in* Z. praeponit. — 48) *Si quid de his* Z. Gu. 2. Lucanus cod. pr. va. — 49) vulg. add. *id est similitudo*, quae verba om. Gu. 1. — 50) vulg. *sed est* delevi e Z. Gu. 1. — 51) *anomala* Z. — 52) Sic Gu. 1. va. — *lupus et lepus* vulg. — *et* om. Z. pr. — 53) *casus* al. — 54) *fecit* Ar. pr. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *masculinum an femininum sit* vulg. — 56) *nomini* addidi e Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. — *similis est* vulg. — 58) *et* om. Gu. 2. — 59) *funa* Gu. 1. *finis* Z. — *item si funis* va. — 60) Sic Gu 1. — *sicut* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *marmusculum indicat* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *quod genus* vulg. — 63) *idem* al. — 64) *solet esse* Gu. 2. — 65) *pristinum* Z. Gu. 2. — *pistrella* pro *pistrilla* pr. — 66) *id est* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *primitiva declinatione* al. — 67) *et ex* vulg., sed *ex* om. Z. Gu. 1. 2. — *expositionem declinationem et exdim.* va. — 68) Omittuntur in cod. Zittav. capita, quae nunc sequuntur usque ad finem libri. Scriba codicis haec notavit: *Subsequentes materias, ut de Aethymologia* (sequuntur nomina capitum usque ad initium libri III.) *quum omnes sint vulgares et in libris impressis hinc inde reperiantur, eas studio omisi, et ad librum tertium tractantem de Arithmetica me contuli.* — 69) *vis nominis vel verbi* va. — 70) Cicero in Topic. 8, 35. *notationem* vocat. Errat igitur Isidorus. — 71) Sic Gu. 1. — *nomina et verba rerum* vulg. — 72) *fecit* Gu. 1. — *notum facit.* va. — 73) Sic Gu. 1. al. — *posita* Gu. 2. — *proposito* vulg. — 74) *dum* Gu. 2.

cognita planior est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum naturam imposita sunt, sed quaedam secundum[1] placitum, sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum quod placet nostrae voluntati nomina damus.

3. Hinc est, quod omnium nominum etymologiae non reperiuntur, quia quaedam non secundum qualitatem, qua genita sunt[2], sed iuxta[3] arbitrium humanae voluntatis vocabula[4] acceperunt. Sunt autem[5] etymologiae nominum aut ex causa datae, ut *rex*[6] a recte agendo, aut ex origine, ut *homo*, quia sit ex[7] humo, aut ex contrariis[8], ut a lavando *lotum*[9], dum lutum[10] non sit mundum, et *lucus*, quod[11] umbra opacus parum luceat.

4. Quaedam et[12] facta sunt ex nominum derivatione, ut a *prudentia prudens;* quaedam etiam ex vocibus, ut a *garrulitate garrulus;* quaedam ex Graeca etymologia orta et declinata sunt in Latinum[13], ut *sylva*, *domus*[14].

5. Alia quoque ex nominibus locorum urbium vel[15] fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam ex diversarum gentium[16] sermone vocantur. Unde et origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque barbara nomina, incognita[17] Latinis et Graecis.

CAP. XXIX. *De glossis*[18].

1. *Glossa*[19] Graeca interpretatione linguae[20] sortitur nomen. Hanc philosophi adverbium[21] dicunt, quia vocem illam, de cuius qualitate requiritur[22], uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo declarat positum[23], ut: *Conticescere* est tacere.

2. Item:

Latus haurit apertum[24]:

haurit, percutit. Item cum terminum dicimus finem, aut populatas interpretamur esse vastatas, et omnino cum unius verbi rem uno verbo manifestamus.

CAP. XXX. *De differentiis.*

Differentia est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de altero nominant. Haec enim duo inter se[25] quadam communione confusa, coniecta differentia discernuntur[26], per quam quid sit utrumque[27] cognoscitur, ut cum quaeritur, quid inter regem sit[28] et tyrannum, adiecta differentia, quid uterque sit definitur, ut Rex modestus et temperatus[29], tyran-

1) vulg. *et secundum*, sed *et* om. Gu. 1. — 2) *sunt genita* va. — 3) *secundum* pr. va., quae in parenthesi exhibet *aliter iuxta.* — 4) *vocabula scilicet* va. — 5) *autem* om. Gu. 2. — 6) Sic Gu. 1. — *reges* vulg. — *reges a regendo et recte agendo* al. — 7) *ab humo* pr. va. — 8) *a contrar.* va. — 9) Sic Gu. 1. — *lotus* Gu. 2. al. — *lutum* vulg. — 10) *lotum* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. *quia* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *etiam* vulg. — 13) *Latino* al. — 14) vulg. additur *Graece* ὕλη, δῶμα, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. — 15) *vel* om. Gu. 2. — 16) *et de diversarum gentium* pr. — *multa etiam de div. gent.* va. — 17) *et ignota* Gu. 2. — 18) Hoc caput in Gu. 2. sequitur post cap. 33. Sic va. — 19) *Glosa* Gu. 2. pr. — 20) *linguae* om Gu. 2. — 21) *ad verbum* Ar. — 22) *de cuius requiritur* Gu. 2. al. — *de cuius re quaeritur* al. — *de qua requiritur* Ar. — 23) Sic Gu. 1. — *positum declarat* vulg. — 24) *Item Virgilius Latus haurit ap.* al. Locus est ap. Virg. Aen. X, 314. — 25) Sic Gu. 1. — *quadam inter se* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *secernuntur* vulg. Cfr. de re Alcuin. Gramm. p. 2086. P. et Boeth. lib. I. de diffinit. c. 28. Repetuntur eadem l. II. c. 30. — 27) *verum* Gu. 2. — 28) *quid inter regem intersit* al. — 29) Sic Gu. 1. — *temperans* vulg. — 30) Sic Gu. 1. *utrumque* vulg. — *quid sit inter utrumque* al. — 31) *sic et cetera* om. al. — 32) *corruptum* Gu. 2. — 33) *vel numero* al. — 34) *floreat* Gu. 2. va. — 35) Sic Gu. 1. — *prima syllaba* vulg. — *media syllaba prima*

nus vero crudelis. Inter haec enim duo differentia cum posita fuerit, quid sit uterque[30] cognoscitur. Sic et caetera[31].

CAP. XXXI. *De barbarismo.*

1. *Barbarismus* est verbum corrupta[32] litera vel sono[33] enunciatum. Litera, ut *floriet*[34], dum *florebit* dicere oporteat; sono, si pro media syllaba prima[35] producatur, ut *latebrae, tenebrae.* Appellatur[36] autem[37] barbarismus a barbaris gentibus, dum latinae orationis integritatem nescirent. Unaquaeque[38] enim gens Romanorum facta[39] cum opibus suis[40] vitia quoque verborum[41] et morum Romam transmisit.

2. Inter barbarismum autem et barbarolexim[42] hoc interest, quod *barbarismus* in verbo latino fit, dum corrumpitur, quando vero[43] barbara verba latinis eloquiis inferuntur[44], *barbarolexis*[45] dicitur. Item[46] quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur, quando autem[47] in metro, metaplasmus dicitur.

3. Barbarismus autem fit scripto et pronunciatione. Scripto[48] modis quatuor[49], si quis in verbo literam vel syllabam adiiciat[50], mutet, transmutet, vel minuat. Pronunciatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus et reliquis, quae sequuntur[51].

4. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos, si accentus in alia syllaba[52] commutetur. Per aspirationem, si adiiciatur *h* litera, ubi non debet, aut detrahatur, ubi esse oportet.

5. Per hiatus autem[53] quotiens[54] in pronunciatione scinditur versus, antequam compleatur, sive quotiens vocalis vocalem sequitur[55], ut *Musae Aonides*[56]. Fit barbarismus et per motacismos, et iotacismos[57], et labdacismos[58].

6. *Motacismus* est, quotiens *m*[59] literam vocalis sequitur, ut *bonum aurum*, *iustum amicum*, sed[60] hoc vitium aut suspensione *m* literae, aut detractione vitamus.

7. *Iotacismus* est, quotiens in iota litera duplicatur sonus[61], ut *Troia, Maia*[62], ubi earum literarum exilis adeo[63] erit pronunciatio, ut unum iota non duo sonari videantur[64].

8. *Labdacismus* est, si pro uno *l* duo pronunciantur[65], ut Afri faciunt, sicut *colloquium* pro *conloquium*[66], vel quotiens unum *l* exilius, duo largius proferimus, quod contra est. Nam unum largius, duo exilius proferre debemus.

9. *Collisio* est, quotiens novissimae syllabae finis in alterius principio est, ut *matertera*[67], *moeror orbis*[68].

va. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *Appellatus* vulg. — 37) *enim* Gu. 2. — 38) *unaquaque* Gu. 2. — 39) Sic Gu. 1. — *facta Romanorum* vulg. — *facta romanis subdita* al. — 40) Sic Gu. 1. 2. al. — *suis opibus* Ar. var. lect. ap. Goth. — *suis operibus* vulg. — *operibus suis* pr. va. — 41) vulg. *et verborum* sed *et* om. Gu. 1. — 42) *barbara lexin.* Gu. 1. — *barbara lexis* Gu. 2. — *barbaro lexin* al. pr. va. — 43) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *inseruntur* vulg. — *interseruntur* va. — 45) *barbara lexis* Gu. 1. — 46) *iterum* al. — 47) *autem* addidi e Gu 1. — 48) *Scripto autem* Gu. 2. va. — 49) Sic Gu. 1. — *quatuor modis* vulg. — 50) *adiciat* Gu. 2. — 51) *secuntur* Gu. 1. — 52) *in aliam syllabam* al. — 53) Sic Gu. 1. — *Per hiatum*, *quoties* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. semper. — 55) *quotiens in literam vocalis sequitur vocalem* va. — 56) *Adonides* Gu. 1. — 57) Copulam addidi e Gu. 1. — 58) *Lautacismos* hic et infra Gu. 2. pr. va. — 59) *in m* Ar. va. — 60) vulg. *sed et;* eieci copulam secundum codd. Gu. 1. 2. al. — 61) *sonus* om. al. — 62) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Troiia, Maiia* vulg. sed sonus duplicatur, non litera. 63) Sic Gu. 1. — *adeo exilis* vulg. — *erit* om. va. — 64) *sonari videtur* Gu. 1. — *videantur* Gu. 2. va. — Scribendum censeo: *sonari videantur.* — 65) Sic Gu. 1. — *pronuntientur* vulg. — 66) *conloquio* Gu. 2. va. — 67) *mater terra* Gu. 2. Ar. — *mater terra est* al. 68) *moeror orbis* addidi e Gu. 1.

CAP. XXXII. *De soloecismo.*

1. *Soloecismus* et plurimorum verborum inter se inconveniens[1] compositio, sicut barbarismus unius verbi corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta soloecismus est, ut si quis dicat *inter nobis* pro inter nos, aut *date*[2] *veniam sceleratorum* pro sceleratis.

2. Dictus autem soloecismus a civibus[3], qui ex urbe Soloe[4], quae nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum apud alios[5] commorantes, suam et illorum linguam vitiose inconvenienterque[6] confunderent, soloecismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes soloecismos facere dicuntur.

3. Soloecismus autem apud poetas schema dicitur, quotiens in versu necessitate metri factus invenitur. Cum autem non invenitur necessitas, permanet soloecismi culpa[7].

4. Soloecismus fit duobus modis, aut per partes orationis, aut per accidentia[8]. Per partes orationis[9], si alteram[10] pro altera ponamus, utputa si praepositiones adverbiis applicamus[11]. Per accidentia fit, id est[12] per ea, quae accidunt partibus[13], utputa per qualitates, per genera[14], numeros[15], figuras et[16] casus. Per ista igitur omnia[17] fiunt soloecismi, sicut Donatus exposuit.

5. Fiunt praeterea ex[18] plurimis modis. Nam Lucilius centum genera soloecismorum dixit, quos omnes vitare potius, quam sequi debet, qui regulam recte loquendi tenere studet[19].

CAP. XXXIII. *De vitiis.*

1. Vitia apud Grammaticos illa dicuntur, quae in eloquio cavere debemus. Sunt autem haec: barbarismus, soloecismus, acyrologia, cacemphaton[20], et reliqua.

2. *Barbarismus* est corruptio unius verbi[21], ut si tertiam syllabam quis producat in[22] *ignoscere*.

3. *Soloecismus* compositio vitiosa verborum, ut si aliquis *inter hominibus* dicat pro inter homines[23].

1) Sic vulg. et pr. — *conveniens* omnes codd. Cfr. Augustin. de Doctr. Christi II. c. 13. Diomed. p. 448 P. — 2) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *dare* vulg. — 3) vulg. *Sicilibus* add., sed om. Gu. 1. va. — Gu. 2. exhibet *a civilibus.* — *a cilicibus* Ar. al., omisso *civibus*, — *a civibus cicilibus* pr. — 4) *solo* Gu. 2. pr. — *solon* va. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *Italos* vulg. — 6) *inconsequenterque* Gu. 2. Ar. — 7) *copula* Gu. 1. — 8) *per accidentia partium orationis.* vulg., sed vv. *partium orationis* om. Gu. 1. 2. (qui simul om. *per partes orationis*) Ar. — 9) *per partes orationis fit* vulg., sed *fit* om. Gu. 1. al. pr. va. — 10) *partem* add. Ar. va. — 11) Sic Gu. 1. — *applicemus* vulg. — 12) *dum* pro *id est* Gu. 2. — 13) vulg. *orationis* add., quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 14) *per* addidi e Gu. 1. — 15) *et numeros* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. va. Ar. — *figuram*, *casis* vulg. — *figura et casus* Gu. 2. — *figura casus* pr. — 17) *omnia* om. Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *studet tenere* vulg. — *debent* — *student* al. — 20) *cacephaton* Ar. hic et infra; al. add. *pleonasmos.* Cfr. de his figuris Donat. l. III. c. 2. p. 1768 P. (unde Areval. plurima Isidoriana correxit.) et Charis. p. 242. — 21) Sic Gu. 1. *verbi unius* vulg. — 22) *ut si* — *ignoscere* om. Gu. 2. al. *in ante ignoscere* om. Gu. 1. — 23) *ut si* — *inter homines* om. Gu. 2. al. — *inter hominibus dicat* pro vulg. *dicat inter hominibus* exhibet Gu. 1. — 24) Locus unde sit, nescio. — 25) Sic Gu. 1. — *est autem* vulg. — 26) *dolere timenti* Gu. 2. — Vulgata addit *non sperare*, quod om. Gu. 1. — 27) Locus est Virg. Aen. V, 287. *gramineum in campum.* — 28) *Proprium est autem* va. — 29) Sic Gu. 1. — *Cacemphaton dictio obscena* vulg. — 30) vulg. *vel incomposite*, sed *vel* om. Gu. 1. — 31) *arrectae* Gu. 2. 3. — *arrecti aliter arrige* va. — Locus Virg. Aen. I, 579. — 32) Sic Gu. 1. — *iuvat ire et Dorica castra* Gu. 2. Ar. — *iuvat ire et Dorica castra videre* vulg. Locus est ap. Virg. Aen. II, 27., ubi est: *iuvat ire et Dorica castra desertosque videre locos litusque relictum.* — 33) Sic Gu. 1.

4. *Acyrologia* non propria dictio, ut:

Liceat sperare timenti[24].

Proprium autem est[25] timenti formidare[26]; et:

gramineo in campo[27].

Proprium est[28] graminosum dicere campum, non gramineum.

5. *Cacemphaton* est obscoena dictio[29], incomposite[30] sonans. Obscoena, ut:

His animum arrecti[31] *dictis.*

Incomposita, ut:

Iuvat ire Dorica castra[32].

Mala enim fuit compositio[33] ab ea syllaba incipere, quae superiorem finiebat[34].

6. *Pleonasmos* adiectio unius verbi supervacua[35], ut[36]:

Hactenus arvorum cultus et sidera coeli.

Neque enim alibi nisi in coelo sunt sidera[37].

7. *Perissologia* adiectio plurimorum verborum supervacua, ut *vivat Ruben et non moriatur*[38]: dum[39] non sit aliud vivere quam non mori[40].

8. *Macrologia* longiloquium[41], res non necessarias comprehendens, ut: *Legati non impetrata pace retro unde venerunt*[42] *domum reversi sunt.*

9. *Tautologia*, idem[43] loquium ut:

Si fata virum servant, si vescitur aura aetherea, neque crudelibus[44] *occupat umbris.*

Totum enim quod repetitur una res est, sed crebro sermone enunciata[45].

10. *Eclipsis* est defectus dictionis, in quo necessaria verba desunt, ut:

Cui pharetra ex auro[46]:

deest enim *erat*[47].

11. *Tapinosis* est humilitas, statum magnae rei dictis infirmans[48], ut:

Apparent rari nantes in gurgite vasto[49].

Gurgitem posuit pro mari.

2. al. — *Mala enim compositio fit.* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *qua superior finierat* vulg. — *quo sup. fin.* va. Vulg. sequuntur haec: *sed et si alio modo quolibet incomposita dictio proferatur, cacemphaton dicitur.* Quae quum absint a Gu. 1. omisi cum Arevalo. Gu. 2. omittit *et* et *alio modo.* — 35) *ad plenam significationem* add. Gu. 2. va. — 36) Vulg. *ut in Virgilio*, sed *in Virgil.* om. cod. Gu. 1. Ar. pr. va. — *in Virgilio at* exhibet Gu. 2. Locus est Virg. Ge. II, 1. — 37) in Gu. 2 sequuntur verba: *Est in Esaia* usque ad *lingua* e §. 7. translata. Consentit va. — 38) Locus est Deuteronom. 33, 6. — 39) *quum* al. — 40) Vulg. sequuntur haec: *Est* (*Et* Gu. 2) *in Esaia Aure audietis* (*audientes* Gu. 2; qui addit *dum non possum audire nisi aure.*). Cum Gu. 2. consentit va., nisi quod *possimus* exhibet. *Et apud Joannem, Quod vidimus oculis nostris, dum non aliter* (*aliter* om. va.) *videmus, nisi oculis. Et, Locutus sum lingua mea* (*mea* om. Gu. 2. va.), quae quum absint a Gu. 1. pr. omisi cum Arevalo. — 41) *est longiloquium* Gu. 2. va. — 42) Sic Gu. 1. 3. Et ita Pompeius in comment. in Donat. de barbar. et metaplasm. p. 441. ed. Lindem. Idem exhibet Donat. III, 3, 2., ubi idem locus incerti scriptoris citatur. — *venerant* vulg. — 43) *idem eloquium* al. — *idemloquium* Ar., cui assentior propterea, quod in Gu. 1. optimo cod., cui hoc loco consentiunt edd. pr. et va. *iteratum* deest; quod si omittitur verba sensum non habent; *idem* et *idest* saepe confunduntur; et ut *veriloquium*, ita *idemloquium* facile dici potuit. Nisi forte *eloquium* hunc ipsum habeat sensum. — 44) *neque adhuc* vulg., sed *adhuc* om. Gu. 1. Vulgata est ap. Virg. Aen. I, 546. — *nec adhuc* va. — 45) *annuntiata* Gu. 2. pr. va. — 46) Locus est Virg. Aen. IV, 136. — 47) Lucanus cod. addit: *His adiiciuntur hypallage, onesis; anacolaton id est incomparabilis, pathos id est passio, ecphonesis prima exclamatio, energia, idest exclamatio erat.* Cod. Florentinus S. Marci om. *pathos id est passio* et add. *exclamatio. Secunda erat.* — 48) *rei magnae enunciatio vilis, ut* al. — 49) Lo-

12. *Cacosyntheton*, id est[1] vitiosa compositio verborum[2], ut:

— *Versaque iuvencum*
Terga fatigamus hasta[3].

13. *Amphibologia*, ambigua dictio, quae fit aut[4] per casum accusativum, ut illud responsum Appollinis ad Pyrrhum:

Aio te Aeacida Romanos vincere posse[5].

In quo non est certum, quem in ipso[6] versu monstraverat[7] esse victorem.

14. Fit et[8] per incertam distinctionem[9], ut:

Bellum ingens geret[10] *Italia.*

Incerta distinctio est[11], utrum bellum ingens, an[12] ingens Italia.

15. Fit et per commune verbum, ut[13]: *Calumniatur Cicero*[14], *deprecatur Cato, praestolatur Brutus, dedignatur Antonius*; nec ostenditur[15] in hac ambiguitate, utrum ipsi alios, an alii ipsos deprecati sunt, aut calumniati.

16. Fit et per homonyma[16], quo[17] uno nomine multa significantur, ut *acies*, si[18] non addas aut ferri, aut oculorum, aut militum.

CAP. XXXIV. *De metaplasmis.*

1. *Metaplasmus* Graeca lingua, Latine dicitur[19] transformatio. Qui[20] fit in[21] uno verbo propter metri necessitatem et licentiam poetarum, cuius species istae[22] sunt.

2. *Prothesis* appositio in principio verbi[23]: *gnato*[24] pro *nato* et *tetulit* pro *tulit*[25]. *Epenthesis* est[26] appositio in medium[27], ut:

cus est Virg. Aen. I, 118. — 1) *id est* addidi e Gu. 1. — 2) *verborum* addidi e Gu. 1. — 3) Locus est Virg. Aen. IX, 609 seq. — 4) *aut* om. al., haud dubie, quod non videbant scribae respondere §. 14. verba: *Fit et.* — 5) Ennii versus est ap. Cic. de Divin. II, 56, 116., ubi vid. Giese. Citat eundem versum Donat. I, 3. 1. (1738. P.) — 6) Sic Gu. 1. — *illo* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *monstraverit* vulg. — 8) Vulg. *Fit et amphibologia*, sed. v. *amphibologia* om. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 9) *definitionem* al. — 10) *ingerit* pro *geret* Gu. 2. — *gerit* pr. va. — Locus est Virg. Aen I, 263. — 11) *est* addidi e Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. va. Ar. — *aut* vulg. — Gu. 2. om. vv. *Incerta — Italia.* — 13) vulg. sequuntur haec: *si quis dicat*, quae om. Gu. 1. 2. al. (qui om. simul *ut*) Ar. pr. va. — 14) Sic Gu. 1., nisi quod addidi *Cicero*, quod errore quodam omissum videtur post *Calumniatur.* — Gu. 2. al. pr. va. Ar. *Depraecatur Cato, calumpniatur Cicero, praestolabatur* (*praestolatur* edit. pr.) *Brutus, dedignatur* (*designatur* Ar.) *Antonius.* Cum ed. principe consentit va. — Vulg. *Criminatur Cato*, (ut est apud Donat. III, 3, 2. p. 1771. P.) *vadatur Cicero, praestolatur Brutus, dedignatur Antonius.* — 15) Sic Gu. 1. Consentiunt Gu. 2. (qui *ut* pro *aut* exhibet) pr. (*sint*) va. (*sint* et *ostendit*) et Ar., qui *sint* pro *sunt* legendum esse suspicatur. Sed cfr. Isidor. II, 24, 2. III, 46, 1. VI, 2, 13. XIX, 13. Vulg. videtur partim e Donato esse petita. Est enim ita: *nec addat quem vel a quo. Cato enim philosophus aliorum crimina reprehendebat. Cicero defensor causarum erat. Vades enim dicuntur, qui legaliter causas agunt. Sed in hac ambiguitate non ostendit, quem criminetur Cato, pro quo agat Cicero. Vadat enim id est causam agit et non dicit cuius.* — 16) Sic Gu. 1. al. pr. va. *homonymian* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. al. — *quando* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 19) *Latine tamen transformatio* Gu. 1. — *Latine transformatio dicitur* Gu. 2 Ar. pr. va. — *Latina* al. — 20) *quae fit* al. — 21) *in* om. Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. 2. Ar. va. — *hae* vulg. — 23) *dictionis, literae, aut syllabae* add. al. — 24) *ut* ante *gnato* omisi e Gu. 1. — *gnato pro nato* om. Gu. 2. — 25) verba *et tetulit* (*retulit* Gu. 1) *pro tulit* addidi e Gu. 1. Ar. — 26) *est* addidi e Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. — *medio* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — vulg. *ut relliquias pro reliquias et maneant in relligione nepotes pro religione.* — Gu 2. hoc totum om. — Ar. *ut relliquius pro reliquias, induperator pro imperator,*

manent in religione nepotes[28],

pro religione.

3\. *Paragoge* appositio in finem[29], ut *admittier orant*[30] pro *admitti*.

Aphaeresis est[31] abscisio[32] de principio, dictionis[33] ut *temno* pro *contemno*.

Syncope est[34] abscisio de medio, ut *forsan* pro *forsitan*.

Apocope abscisio de fine, ut *sat* pro *satis*.

4\. *Ectasis*, productio[35] contra naturam, ut:

Exercet Diana choros[36].

Systole correptio contra naturam.

Urbemque Fidenam[37],

cum prima syllaba produci debeat.

Diaeresis discisio[38] unius syllabae[39] in duas, ut:

Dives pictai vestis[40],

pro pictae.

5\. *Episynaloephe* conglutinatio duarum syllabarum[41] in unam[42], ut *Phaethon* pro *Phaëthon*[43].

Synaloephe collisio vocalium adiuncta[44] vocalibus, ut:

Atque ea diversa penitus, et reliqua[45].

6\. *Eclipsis* est[46] collisio consonantium cum vocalibus, ut:

Multum ille et terris iactatus et alto[47].

Antithesis contrapositio[48] literae pro alia litera[49], ut:

impete vasto[50],

pro impetu.

Donatum III, 4. secutus, qui omnino est conferendus. Locus est ap. Virg. Aen. III, 409. — 29) Sic Gu. 1. *in fine* vulg. — 30) *orant* addidi e Gu. 1. Locus est Virg. Aen. IX, 231. Verba: *admittier pro admitti et potestur pro potest*, quae exhibet vulg., om. Gu. 2. Ar., qui pro his haec habet: *magis pro mage et potestur pro potest*, Donatum secutus; ultima verba *et potestur pro potest* omisi e cod. Gu. 1. — *ut mittier pro admitti, ut mage magis, ut potestar pro potest* va. — 31) *est* addidi e Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. pr. va. — *abscissio* Gu. 2. Ar. — 33) *dictionis* addidi e Gu. 1. — 34) *est* addidi e Gu. 1. — *abscissio* Ar. hoc loco et mox. — 35) *praeiunctio* al. — 36) Vulgo praecedunt haec: *Italiam fato profugus et*, quae om. Gu. 1. — Gu. 2. om. verba *Italiam* usque ad *produci debeat*. — Ar. ita: *Italiam fato, quum Italiam correpte dici debeat* e Donato l. c. Locus est Virg. Aen. I, 499. — 37) Sic Gu. 1. (qui *que* om.) — Vulg. *Aquosus Orion et urbemque Fidenam.* — Arev. *Aquosus Orion, quum Orion producte dici debeat*, secutus Donat. — *ut quum dicimus Orion et urbemque Fidenam* al. — Locus est Virg. Aen. VI, 773. — *ut aquosus Orion* va. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. — *discissio* vulg. — 39) *unius* om. Gu. 2. al. pr. — *syllabae unius* va. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *ut Dives pictai vestis pro pictae et aulai pro aulai*, quae om. Gu. 2. — *albai longai* pro *aulai pro aulae*. pr. va. — Ar. *ut Albai longai pro Albae longae* e Donat. — Locus est Virg. Aen. IX, 26. — 41) *syllabarum* addidi e Gu. 1. — 42) *in uno* Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. nisi quod necessario scribendum erat *Phaethon pro Phaëthon* pro scriptura cod. *foeton pro feton*. — Vulg. *ut prende coronas et ianva pro ianua*, quae om. Gu 2. — Arev. *Phaethon pro Phaëton*, *Nerei pro Nerei, aeripedem pro aëripedem* secutus Donatum. — *ianva pro ianua, genva pro genua, parjete pro pariete* al. — *ut pariete pro pariete et ianua pro ianua, feton pro fegeton* pr. va. — 44) *iuncta* pr. va. — 45) vulg. addit *dum parte geruntur*, quae om. Gu. 1., addens: *et reliqua*. Locus est Virg. Aen. IX, 1. Totum exemplum om. Gu. 2. — 46) *est* addidi e Gu. 1. — 47) Exemplum om. Gu. 2. — Ar. om. *iactatus et alto*. Locus est Virg. Aen. I, 3. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *contraria positio* vulg. — *prima positio* al. — 49) *pro alia litera* om al. Sic etiam al. om. exempla, ut Gu. 2. — *ut impete* pr. va. — 50) Sic Gu. 1. — vulg. *impete pro impetu et olli pro illi*. — Arev. *ut olli pro illi* e Donat. Duo sunt loci, ubi

Metathesis transpositio literae, ut *Thymbre* pro *Thymber*[1].

7. Inter barbarismum et figuras[2], hoc est[3] Latinam et perfectam elocutionem[4] metaplasmum esse dicunt[5], qui in uno sermone sit ratione[6] vitiosus[7]. Inter soloecismum item[8] et[9] schema[10], id est perfectam sermonum connexionem, figura est, quae fit in contextu[11] sermonum ratione[12] vitiosa. Ergo ratione[13] metaplasmi et schemata quae[14] media sunt et discernuntur peritia et imperitia[15]. Fiunt autem ad ornatum.

CAP. XXXV. *De schematibus.*

1. *Schemata*[16] ex Graeco in Latinum eloquium figurae interpretantur, quae fiunt in verbis vel in sententiis[17] per varias formas dictionum[18] propter eloquii ornamentum[19]. Hae dum[20] multae sint[21] apud Grammaticos, istae inveniuntur.

2. *Prolepsis* est praesumptio, ubi ea, quae sequi debent[22], anteponuntur, ut:

Interea reges ingenti mole Latinus[23].

Debuit enim sic dicere: *Interea reges, ingenti mole*, et statim adiicere[24], quod sequitur: *procedunt castris*[25], deinde[26] dicere: *Latinus*, etc. sed facta est pro ornamento[27] praesumptio rei, et qui sequi debuerant[28] reges interpositi sunt in septem versibus, et postea[29] additum est: *Procedunt castris*[30]. Inde[31] praesumptio, quia anteposita sunt, quae sequi debuere.

3. *Zeugma* est clausula, dum[32] plures sensus uno verbo clauduntur, quae fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in postremo, aut in medio unum[33] verbum ponitur, quod sententias iungit. In primo, ut:

Vertitur[34] *oenophoris*[35] *fundus, sententia nobis,*

In medio, ut[36]: *Graecia Sulpitio sorte*[37] *data est*[38] *Gallia Cottae.* In postremo, ut:

— *Namque hoc tempore*
Obséquium amicos, véritas odiúm parit[39].

4. *Hypozeuxis* est figura superiori contraria, ubi in[40] singulis sensibus propria unicuique clausula est, ut:

Regem adit et[41] *regi*[42] *memorat nomenque genusque*[43].

impete vasto reperitur Ovid. Met. III, 79. Sil. It. II, 243. — *olli* reperitur Virg. Aen. I, 254. et al. — 1) Sic Gu. 1. — Vulg. *ut Euandre pro Euander, Timbre pro Timber*, quae om. Gu. 2. — Arev. consentit vulgatae. — *et timbre* va. Locus videtur esse Virg. Aen. X, 394. *Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis.* — 2) *et lexin* Ar. — 3) *hoc interest* Gu. 1. — 4) *locutionem* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *esse dicunt metapl.* vulg. — *metaplasmus est* Ar. pr. Omnia haec sumpta sunt e Serv. ad Virg. Aen. V, 119. — 6) Sic Gu. 1. — *fit ratione* Gu. 2. pr. va. — *oratione fit* al. — *ratione fit.* vulg. — 7) *vitioso* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. va. — *Item inter sol.* vulg. — 9) *et phrasin* Ar. — *Item* usque ad *sermonum* om. Gu. 2. — *sermonum connexionem* pro *connexionem sermonum* Gu. 1. exhibet. — 10) *schema, id est figura est* Ar. — 11) *in* addidi e Gu. 1. — 12) *oratione* al. — 13) *ratione* addidi e Gu. 1. — 14) *quae* addidi e Gu. 1. — 15) *et imperitia* om. Gu. 2. — 16) *Scemata ergo* va. Cfr. cum hoc capite Donat. III, 5. Charis. p. 249. — 17) Sic Gu. 1. — vel *sententiis* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *distinctionum formas* vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2 al. — *ornatum* vulg. — al. *sententiis per utriusque dictionis formas et fastidium auferunt et eloquium ornant. Sunt autem apud grammaticos istae species.* — 20) Sic Gu. 1. — *Haec* et *multa* et *ista* vulg. Femininum refertur ad formas. Pro *dum* al. *quum.* — 21) Sic Gu. 1. 2. al. pr. Ar. — *sunt* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *debent* Gu. 2. pr. va. — *dicunt* vulg. — 23) Locus est Virg. Aen. XII, 161. et 169. — 24) *dicere* Gu. 2. — 25) *a castris* Gu. 1. — 26) *et inde* va. — 27) *carminis* al. add. — 28) Sic Gu. 1. — *debuerunt* Gu. 2. va. — *debuere* vulg. Eadem varietas lectionis reperitur in sequenti *debuere.* — 29) *post* al. — 30) *a castris* Gu. 1. — 31) *et deinde* al. — 32) Sic Gu. 1. — *quum* vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *id verbum*

5. *Syllepsis* est in dissimilibus clausulis aut pluralis dictio singulari[44] verbo finita, ut:

Sociis et rege recepto[45],

aut singularis dictio plurali verbo expleta[46], ut:

— Sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles[47], *et pressi copia lactis*[48].

Supra[49] enim *sunt* dixit. Hic debuit dicere: *est et*[50] *pressi copia lactis.*

6. Fit autem Syllepsis non solum per partes orationis, sed[51] per accidentia partibus orationis[52]. Nam ubi et pro multis unus et pro uno multi[53] ponuntur, syllepsis est. Pro multis unus, ut est illud:

Uterumque[54] *armato milite*[55] *complent*[56],

cum non uno, sed multis militibus. Item pro uno multi, ut in Evangelio: *Latrones qui crucifixi erant cum eo*[57] *improperabant ei*[58], ubi pro uno uterque inducitur blasphemasse.

7. *Anadiplosis* est, quando ab eodem verbo quo prior versus finivit, sequens versus incipit, ut est illud:

Certent et cignis[59] *ululae, sit*[60] *Tityrus Orpheus,*
Orpheus in sylvis, inter delfinas[61] *Arion*[62].

8. *Anaphora* est repetitio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut:

Nos te Dardania incensa tuaque[63] *arma secuti,*
Nos tumidum sub te permensi classibus aequor.

9. *Epanaphora* est in uno versu per principia sensuum eiusdem verbi repetitio, ut:

Te nemus Anguitiae[64], *vitrea te*[65] *Fucinus*[66] *unda*
Te liquidi flevere[67] *lacus.*

10. *Epizeusis* in uno sensu congeminatio verbi, ut:

Sic sic iuvat ire per[68] *umbras.*

11. *Epanalepsis* est in principio sermonis[69] versus positi eiusdem in fine replicatio, ut est illud:

Crescit amor nummi quantum ipsa[70] *pecunia crescit*[71].

vulg. — 34) *evertitur* omisso Gu. 2. — 35) *oenophoris* Gu. 2. va. Ar. ex Nonio, qui hunc versum e Lucil. Satir. III. citat v. *Sententia.* Verum hoc censeo propter oppositionis vim, quae est in *nobis.* — 36) *ut* om. Gu. 2. — 37) Sic scribendum censeo, non *sorti*, ut omnes codd. et vulg. exhibent. — 38) *est* addidi e Gu. 1. — *ut* om. Gu. 2. — 39) Locus est Terent. Andr. I, 1, 40. — 40) *in* om. Gu. 2. — 41) *et* om. Gu. 1. — *adiit* Gu. 2. — 42) *regem* Gu. 1. — 43) Locus est Virg. Aen. X, 149. — 44) *in singulari* va. — 45) Locus est Virg. Aen. I, 553. — 46) *expletur* al. — *finita* al. — 47) *Castaneae molles* om. Gu. 3. et al. — 48) Locus est Virg. Ecl. I, 81. — 49) *Supra enim* usque ad *lactis* pr. et al. om. — *Supra enim dixit sunt* va. — 50) Sic Gu. 1. va. — *et* om. vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *sed et* vulg. — 52) *orationis* om. Ar. — 53) *et pro multis unus* Gu. 2. — 54) *utrumque* Gu. 1. — 55) *milicie* Gu. 1. — 56) Locus est ap. Virg. Aen. II, 20., unde locus sumptus est. — 57) *cum eo crucifixi erant* Gu. 2. — *crucifixi cum eo erant* va. — 58) *improperabant ei* om. Gu. 2. — *ei* om. Gu. 4. pr. va. — *illi* pro *ei* scripsi e Gu. 1. Locus est Matth. 27, 44. — 59) *cinis* Gu. 1. — 60) Sic Gu. 1. 3. 4. Ar. — *fit* vulg. — 61) *delfines* Gu. 3. — 62) *Orion* mutandum est ex Virg. Ecl. VIII, 55. in *Arion.* — 63) Sic Gu. 3. 4. Ar. pr. va. e Virg. Aen. III, 157. — vulg. *qui.* — *quod* Gu. 1. — 64) Sic Gu. 3. et Virg. Aen. VII, 759. — *Angitiae* vulg. — *argucie* Gu. 1. pr. va. — *argitiae* Gu. 2. — *hanc vicia* Gu. 4. — 65) *te vitrea* Gu. 3. 4. va. — 66) Sic Ar. e Virg. — *Focinus* vulg. — *facinus* Gu. 4. — 67) *flaere* Gu. 4. — 68) Sic Gu. 1. — *sub* vulg. cum Virg. Aen. IV, 660. — 69) Sic Gu. 1. — *sermonis in principio* vulg. — 70) *ipsa* om. Gu. 3. — 71) Locus est Juven. Sat. XIV, 139. ubi est ultimo loco *crevit.*

12. *Paranomasia* est in significatione diversa dictio pene ipsa, ut est illud[1]: *Abire an obire te convenit*, id est exulem fieri, an mori.

13. *Schesis onomaton* multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulata, ut:

Nubila[2], *nix*, *grando*, *procellae*, *fulmina*, *venti.*

14. *Paromoeon*[3] est multitudo verborum ex una litera inchoantium, quale est illud[4] apud Ennium:

O Tite tute[5] *Tati tibi tanta tiranne tulisti*[6].

Sed bene hoc[7] temperat Virgilius, dum non toto versu utitur hac figura, ut Ennius, sed nunc in principio versus tantum, ut est illud:

Saeva sedens super arma[8];

nunc[9] in medio, ut:

Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis;

nunc[10] in fine, ut:

Sola mihi tales casus Cassandra canebat[11].

15. *Homoeptoton* est[12], cum plurima nomina per unum casum denunciantur, ut est illud:

Sed neque currentem, se[13] *nec cognoscit euntem,*
Tollentemque manu[14] *saxumque*[15] *immane moventem.*

16. *Homoteleuton* est, cum uno modo verba plurima[16] finiuntur, ut: *abiit*, *abcessit*[17], *evasit*, *erupit.*

17. *Polyptoton* est, cum diversis casibus sententia variatur, ut:

Ex nihilo nihil, in[18] *nihilum*[19] *nil*[20] *posse reverti.*
Marcus Dama[21]. — *Papae!* — *Marco spondente, recusas*[22].
Marcus dixit. — *Ita est.* — *Assigna*[23], *Marce, tabellas.*

18. *Hirmos* est sententia continuatae orationis tenorem suum usque ad ultimum servans, ut:

In[24] *secessu longo locus, insula portum,*

et reliqua. Hinc[25] enim vadit[26] in longum sensus[27] usque ad illud:

Horrendisque[28] *atrum nemus imminet umbris.*

19. *Polysyntheton* est dictio[29] multis concatenata coniunctionibus, ut:

1) Sic Gu. 1. — *ut illud* vulg. Locus unde petitus sit, nescio, sicut nec praecedentis auctorem. — 2) *nebula* al. — 3) *Paranomoeon* Gu. 1. pr. va. — 4) *illud* addidi e Gu. 1. — 5) *tate* Gu. 2 va. — 6) Eundem versum citat in eadem re Donat. III, 5, 2. ubi vid. notam Lindemanni 3. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. — *bene haec* al. — *hoc bene* vulg. — 8) Aen. I, 295. — 9) *Nunc* usque ad *dumis* om. Gu. 2. 4. al. Locus est Virg. Aen. VI, 526. — 10) vulg. *Nunc autem*; *autem* om. Gu. 1. — 11) Virg. Aen. III, 183. — *causas* pro *casus* Gu. 1. — 12) *est* om. Gu. 2. va. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — *sed* vulg. contra Virg. Aen. XII, 903. — 14) Sic Gu. 1. 2. et Virgil. — *manus* vulg. — 15) *saxum* omisso *que* Gu. 1. — 16) *cum uno verbo plurima* va. — 17) *abscessit* Arev., qui suspicatur *excessit*, ut est ap. Cic. Catil. II, 1, 1. — 18) *nihilum* pro *nihil in* Gu. 1. 2. 4. — 19) *ad nihilum* Gu. 1. 2. 4. — 20) *nihil* Gu. 4. Locus est apud Pers. Sat. III, 84: ubi est *De nihilo* pro *Ex nihilo.* — 21) Sic scripsi cum Arevalo e Pers. Sat. V, 79. — *Marci dona* vulg. — *Marcidama* Gu. 1. — *et marcidam apape* Gu. 2. — *et marce clama.* va. — *et marce dampua* Gu. 3. — *et marci damia* Gu. 4. — *et marcida et mappa* pr. — 22) *recurras* Gu. 2. 3. 4 pr. va. — Post hoc verbum Arev. e Pers. inseruit: *Credere tu nummos? — Marco sub iudice palles?* — 23) *signa* pr. — 24) vulg. *Est in*, sed *est* om. Gu. 1. Locus est Virg. Aen. I, 159. — 25) *Hic* va. — 26) Sic Gu. 1. — *in longum vadit*

— *Tectumque, laremque,*

Armaque, Amicleumque canem, Cressamque pharetram[30].

20. *Dialyton* vel *asyntheton* est[31] figura, quae e[32] contrario sine coniunctionibus solute ac simpliciter effertur, ut:

Venimus, vidimus, placuit.

21. *Antitheton*[33], ubi contraria contrariis opponuntur et sententiae pulchritudinem reddunt, ut est[34] illud:

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis:

Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus[35].

22. *Hypallage*[36], quotiescunque per contrarium verba intelliguntur, ut:

Dare classibus Austros[37],

cum ventis naves demus, non navibus ventos.

CAP. XXXVI. *De tropis.*

1. *Tropos* Graeco nomine Grammatici vocant, qui Latine modi[38] locutionum interpretantur. Fiunt autem a propria significatione ad non propriam similitudinem. Quorum nomina omnium[39] difficillimum est annotare, sed ex omnibus Donatus XIII usui tradenda[40] conscripsit.

2. *Metaphora* est verbi alicuius usurpata translatio, sicut cum dicimus[41], *fluctuare segetes, gemmare*[42] *vites*, dum in iis rebus fluctus et gemmas non invenimus, in quibus haec verba aliunde transferuntur. Sed hae atque aliae tropicae locutiones ad ea, quae intelligenda sunt, propterea figuratis amictibus obteguntur, ut sensus[43] legentis exerceant, et ne nuda ac[44] in promptu posita[45] vilescant.

3. Fiunt autem metaphorae modis quatuor[46] ab animali ad animale, ut:

Aligeros conscendit equos.

Metaphorice loquens miscuit quadrupedi alas avis, et quo cursu deserta petivit[47], miscuit volatili quadrupedis cursum[48]. Ab inanimali ad inanimale, ut

Pontum pinus arat, sulcum premit alta carina[49].

Miscuit usum terrae aquis, dum arare et sulcum premere ad terram pertineat, non ad mare.

vulg. — 27) *sensum* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *Desuper horrendis.* — *Desuper* om. etiam Gu. 3. Ar. — *horrentique — umbra* Gu. 4. Arev. pr. — *horrentique — umbris* va. — *horrentis* Gu. 3. Locus est Virg. Aen. I, 165. *Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.* — 29) *distinctio* Gu. 2. — 30) *Cressamque pharetram* addidi e Gu. 1., quicum facit Virg. Ge. III, 344. seq. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *figura est* vulg. — 32) *e* om. Gu 2 — 33) Vulg. *est* addit, quod om. Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — *ut illud* vulg. — 35) Ovid. Met. I, 19. — 36) *et* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 37) Virg. Aen. III, 61. — 38) *vel mores vel modi* al. Cfr. cum hoc capite Donat. III, 6. Charis. p. 243. — 39) Sic Gu. 1. — *Quorum omnium nomina* vulg. — 40) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *tradendos* vulg. — *tradendo* al. — 41) Sic Gu. 1. va. Ar. — *sicut dicimus* vulg. — 42) *et gemmare* Gu. 2. Videtur respicere auctor ad ea, quae de eadem re dixit Cicer. in Orat. 24, 81. — 43) Sic Gu. 1. — *sensum* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *atque* vulg. Scripsi autem cum optimo cod. *ac* ante vocalem, quod ad talem scriptorem, qualis est Isidorus vix grammaticorum praeceptum recte transferas, quo *ac* non ante vocales ponendum est. — 45) *posita* om. al. — 46) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quatuor modis* vulg. — 47) *petierit* Gu. 2. *petiverit* Ar. pr. va. — 48) Sic Gu. 1. — *cursum quadrupedis* vulg. Unde sit versus, nescio. Haec autem locutio *Aligeri equi* addenda est Lexicis Latinis. — 49) Nescio, unde sint versus.

Ab inanimali ad animale, ut *florida iuventus:* miscuit flores inanimales iuventuti, quae animam habet. Ab animali ad inanimale, ut[1]:

Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti[2]
Cincta[3] *salo resonant, magnus cui*[4] *perpete*[5] *mento*
Profluit Oceanus, et flumina crinibus errant.

Mentum enim, tempora[6] et crines non ad[7] Oceanum, sed ad homines pertinent[8].

5. Sic et alia rerum nomina ex[9] alio genere in aliud genus decentissime decoris gratia transferuntur, ut oratio perornetur. Metaphora autem aut partis unius est, ut *fluctuare segetes,* (non potes dicere *segetare fluctus*) aut antistropha est, id est, reciproca, ut *remigium alarum*[10]. Nam et alae navium et alarum remigia dicuntur.

6. *Catachresis* est alienae rei nomen appositum. Haec et eo[11] a metaphora distat[12], quod illa vocabulum habenti largitur[13], haec, quia non habet proprium, alieno utitur, ut:

Faciemque[14] *simillima lauro;*

et:

— *Nunc*[15] *una ambae iunctisque feruntur*
Frontibus, et longa sulcant vada salsa carina;

dum facies et frons tantum[16] animalium et hominum sit[17]. Quod nomen si[18] poeta navi non apposuisset[19], quod[20] proprium eidem parti diceret, non haberet.

7. *Metalepsis* est tropus[21] a praecedente[22] quod sequitur, ut[23]:

Inque manus cartae nodosaque venit arundo[24].

Nam per manus[25] verba, per arundinem literae significatae sunt.

8. *Metonomia* est[26] transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatem[27] translata. Fit autem multis modis. Aut enim per id, quod continet, id, quod continetur, ostendit, ut *theatra plaudunt*, *prata mugiunt*, dum illic homines plaudunt[28], hic boves mugiunt, aut contra per id, quod continetur, id, quod continet, ut:

— *Iam proximus ardet*
Ucalegon[29],

dum non ille, sed domus eius arderet.

9. Item per[30] inventorem id, quod inventum est, ut:

Sine Cerere et Libero friget Venus[31];

et:

1) Incerti poetae verba. — 2) *crispanti* Gu. 1. — *crepitanti* Gu. 4. — 3) *cuncta* Gu. 4. — 4) *cuius* Gu. 1. — 5) *propter te* Gu. 1. — *perpeti* Gu. 3. Citantur versus ut Claudiani ab Augustin. l. III. de doctr. Chr. — 6) vulg. *et tempora*, sed *et* om. Gu. 1. va. — 7) *ad* om. Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. — *pertinent, sed ad* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *de* vulg. — 10) Virg. Aen. I, 301. VI, 19. haec locutio reperitur. — 11) Sic Gu. 1. — *Haec eo* Ar. — *haec et a* al. — *et eo* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *differt* vulg. — 13) vulg. *largitur aliud*, sed om. pronom. Gu. 1. Ar. — 14) *faciesque* Gu. 2. va. Locus est Virg. Ge. II, 131. — 15) *Centaurus* praeponit Gu. 1. pr. va. Locus est Virg. Aen. V, 157. seq. — 16) *tantundem* Gu. 2. al. — 17) sic Gu. 1. 2. — *sint* vulg. 18) *et si* Gu. 2. va. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. — *non apposuisset navi* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *quid* vulg. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *Metal. tropus* vulg. — *Metal. tropus est* va. — 22) vulg. *a praecedente indicans*, sed *indicans* om. Gu. 1. 2. al. — 23) *ut* addidi e Gu. 1. al. — *utque* Gu. 2. — *utrumque* pr. — *ut quaeve* va. — 24) Pers. Sat. III, 11. — 25) Sic Gu. 1. — *manum* vulg. — 26) *est* om. va. — *ab aliqua* va. — 27) *proximitate* al. — 28) Sic Gu. 1. — *plaudant* vulg. Sic id. cod. *mugiunt*. Nescio unde locutiones desumptae sint. — 29) Virg. Aen. II, 311. — 30) *Item et per* va. — 31) Terent. Eun. IV, 5, 6. — 32) Prima edit. quam

Commixtam[32] *Vulcanus mittit ad astra favillam.*

Vult enim per Cererem frumenti inventricem intelligere panem, per Liberum inventorem vitis, vinum, per Venerem libidinem, per Vulcanum ignem. At[33] contra per inventum inventorem demonstrat[31], ut:

Vinum precamur ,

pro Libero, qui vinum apud Graecos invenit.

10. Item per efficientem id quod efficitur, ut[36] *pigrum frigus*, quod pigros homines faciat, et *timor pallidus*, eo quod pallidos homines reddat. At contra per id quod efficitur efficiens, ut:

Iungit equos auro[37], *genitor, spumantiaque addit*
Frena feris[38].

Spumantia frena dixit, cum utique non ipsa faciant[39] spumas, sed equus, qui ea gerit, spumis conspergat[40] infusis.

11. *Antonomasia* est quae[41] pro nomine, id est vice nominis posita, ut *Maia genitus* pro Mercurio. Qui tropus fit tribus modis[42], ab animo, ut:

Magnanimusque Anchisiades[43];

a corpore, ut:

Ipse arduus[44];

extrinsecus, ut:

Infelix puer atque impar congressus Achilli[45].

12. *Epitheton* suprapositum[46] nomen. Praeponitur enim proprio nomini, ut:

— *Alma Ceres,*
Obscoenique canes, importunaeque volucres[47].

Inter antonomasiam[48] autem et epitheton hoc differt, quod antonomasia pro vice nominis ponitur, epitheton autem nunquam est sine nomine[49]. Quibus duobus tropis vel vituperamus aliquem, vel ostendimus[50], vel laudamus.

13. *Synecdoche* est conceptio, cum a parte totum, vel a toto pars intelligitur. Eo enim et per speciem genus, et per genus species demonstratur, sed species est pars[51], genus autem totum. A toto enim pars intelligitur, ut:

Quam[52] *multae glomerantur aves*[53], *ubi frigidus annus*
Trans[54] *pontum fugat*[55].

Non enim totus annus frigidus est[56], sed pars anni, id est hiems. At contra a parte totum, ut:

laudat Arev. *Mixtam Vulcanus committit ad astra favillam.* Nostra edit. pr. vulgatam exhibet. Arev. suspicatur legendum esse *cum mittit*. Locus est Virg. Aen. IX, 76. — 33) *aut* Gu. 2. va. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *demonstrant* vulg. — 35) Integer hic versus laudatur a Donat. III, 6, 2. (1776. P.) *Vinum precamur, nam hic Deus praesens adest.* Plauto ascribitur a Serv. ad Virg. Aen. I, 723. — 36) Sic Gu. 1. — *sicut* vulg. — 37) Sic Gu. 1. et Virg. V, 817. unde locus petitus est. — *auri* vulg. — 38) Sic Gu. 1. 2. 4. pr. va. Ar. — *loris* vulg. — 39) *Faciunt* Gu. 1. 2., sed tum scribendum censeo *quoniam* pro *quum*, quod causali significatione non cum indicativo iungitur. — 40) *conspargat* Gu. 2. — 41) *quae* inserui e Gu. 1. — 42) *modis tribus* Gu. 2. — 43) Virg. Aen. V, 407. — 44) Virg. Aen. III, 619. — 45) Virg. Aen. I, 475. — 46) *nomen positum*, *proponitur* al. — *supra posita nomen* va. — 47) Versus sunt compositi e Virg. Ge. I, 7. et 470. Nam v. 7. est locus: *Alma Ceres.* v. 470. *Obscoeni* etc. — 48) Sic Gu. 1. Ar. pr. — *antonomasian* vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *sine nomine est* vulg. — *est* om. va. — 50) *offendimus* al. — 51) Sic Gu. 1. — *pars est* vulg. — *sed species est genus suum totum.* Ar. — al. om. *sed species* — *totum.* — 52) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — *quum* vulg. — 53) *avis* Gu. 1. — 54) *trans* om. Gu. 3. 4. — 55) Virg. Aen. VI, 311. — 56) Sic Gu. 1. — *est frigidus* vulg.

— *Flammas cum regia puppis*
Extulerat[1].

Ubi non solum puppis, sed navis, et non navis, sed qui in ea, et non omnis, sed unus flammas extulit.

14. *Onomatopoeia* est[2] nomen fictum[3] ad imitandum sonum vocis confusae, ut *stridor valuarum*, *mugitus boum*, *balatus ovium*, *hinnitus equorum*[4].

15. *Periphrasis* est circumlocutio[5], dum res una plurimis verbis significatur, ut:

Auras vitales carpit[6].

Significavit enim per copulationem verborum unam rem, hoc est vivit. Hic autem tropus geminus est[7]. Nam aut veritatem splendide producit, aut foeditatem circuitu evitat. Veritatem splendide producit, sicut est[8]:

Et iam prima novo spargebat lumine[9] *terras*
Titoni croceum linquens aurora cubile.

Vult enim dicere: iam lucescebat, aut: dies ortus erat. Foeditatem circuitu devitat[10], sicut:

— *Placitumque petivit*
Coniugis infusus gremio[11].

Hoc enim circuitu evitat obscoenitatem et decenter ostendit concubitum.

16. *Hyperbaton* transcensio[12], cum verbum aut sententia ordine commutatur[13]. Huius species quinque[14]: anastrophe, hysteron proteron[15], parenthesis, tmesis, synthesis[16].

Anastrophe est[17] verborum ordo praeposterus, ut:

Littora circum[18],

pro circum littora.

17. *Hysteron proteron* sententia ordine[19] mutata[20] ut:

Postquam altos tetigit fluctus, et ad aequora venit[21].

Ante enim ad aequora venit[22] et sic tetigit fluctus.

18. *Parenthesis*, ubi interponimus sententiam nostram[23], qua ex medio remota integer sermo[24] perdurat, ut:

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves praemittit Achatem[25].

Est enim ordo: Aeneas[26] rapidum praemittit Achatem. Nam illud in medio[27] parenthesis est.

19. *Tmesis* vero[28] est sectio unius nominis per interpositionem verborum, ut:

— *Multum*[29] *nebulae circum*
Dea fudit[30] *amictum*,

pro circumfudit.

1) Virg. Aen. II, 256. — 2) *est* addidi e Gu. 1. va. — 3) *adfictum* Gu. 1. — *effictum* va. — 4) *hinnitus equorum* addidi e Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *circumloquium* vulg. — 6) Virg. Aen. I, 387. *auras vitalis carpis.* — 7) *est geminus* va. — 8) *est* addidi e Gu. 1. — 9) *lumina* Gu. 1. Locus est bis ap. Virg. Aen. IV, 584. IX, 459. — *Titan* Gu. 2. in marg. — al. *tithoni.* — *Titani* va. — 10) *evitat* Gu. 2. — 11) vulg. addit *per membra soporem,* quae om. Gu. 1. 3. va. gothici. — *soporem* om. pr. Locus est Virg. Aen. VIII, 405. — 12) *est* delevi e Gu. 1. 2. — 13) *ordine* addidi e Gu. 1. 2. va. — 14) *sunt* omisi e Gu. 1. — 15) *proteron vel hysterologia.* — 16) Arev. e codd. *Synchysis.* — *synchrisis* al. Vide Lindem. not. 21. ad Donat. III, 6, 2. Corp. Gramm. Vol. I. p. 35. — 17) *est* addidi e Gu. 1. — 18) Virg. Aen. III, 75. — 19) *ordine* al. om. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *commutata* vulg. — 21) Virg. Aen. III, 662. — 22) *ante enim ad aequora venit* om Gu. 1. — 23) *nostram* om. Ar. — 24) Sic Gu. 1. — *sensus* vulg. — *sermo sensus* Gu. 2. — 25) Virg. Aen. I, 643. seq. — 26) *Aeneas*

20. *Synthesis*[31] est[32], ubi ex omni parte confusa sunt verba, ut illud:

— Iuvenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audendi[33] *extrema cupido*[34]
Certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
Excessere omnes aditis[35] *arisque relictis*
Dii, quibus imperium hoc steterat[36], *succurritis urbi*
Incensae[37], *moriamur et in media arma ruamus.*

Ordo talis est: *Iuvenes fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia excessere dii quibus hoc imperium steterat*[38]. *Unde si vobis cupido certa est, me sequi, audentem extrema, ruamus in media arma et moriamur.*

21. *Hyperbole* est excelsitas fidem excedens ultra quam credendum est, ut:

Sidera verberat unda;

et[39]:

Terram inter fluctus aperit[40].

Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quae indicantur[41] excedant, ut voluntas loquentis, non fallentis appareat. Quo tropo non solum augetur aliquid, sed minuitur[42]: augetur, ut *velocior aura:* minuitur, ut *mollior pluma, durior saxo.*

22. *Allegoria* est alieniloquium[43]. Aliud enim sonat, aliud[44] intelligitur, ut:

— Tres[45] *in littore cervos*
Conspicit errantes.

Ubi tres duces belli Punici, vel tria bella Punica significantur. Et in Bucolicis[46]:

Aurea mala decem misi,

id est Augusto[47] decem misi eclogas[48] pastorum. Huius tropi plures sunt species, ex quibus eminent VII: ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, astysmos.

23. *Ironia* est sententia per pronunciationem contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo callide aut per accusationem, aut per insultationem aliquid[49] dicitur, ut est illud:

Vestras Eure domos[50], *illa se iactet in aula*
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet[51].

Et quomodo aula, si carcer est? Solvitur enim pronunciatione. Nam carcer pronunciatio est: iactet in aula ironia[52], et totum[53] per contrariam pronunciationem enunciatur[54] per speciem ironiae[55], quae laudando deridet.

om. Gu. 3. Totam explicationem om. al. — 27) *medium* Gu. 1. — 28) *vero* addidi e Gu. 1. — 29) *multo — amictu* Arev. e Virg. Aen. I, 412. — Gu. 3. om. *amictum.* — 30) *fundit* Gu. 4. — 31) *Synchysis* Arev. — 32) *est* om. Gu. 2. — 33) *audentem* Ar. e Virg. Aen. II, 348. seqq. — *audiendi* Gu. 3. — *audenda extremi* pr. — 34) *est* omisi e Gu. 1. 2. — vulg. *cupido est.* — 35) *omnes aditis* om. Gu. 3. — 36) *fecerat* Gu. 1. — 37) *incensae urbi* Gu. 2. — 38) *quibus hoc imperium steterat* om. Gu. 1. — 39) Virg. Aen. III, 423. — 40) *in* pro *inter* Gu 2. va. Locus est Virg. Aen. I, 107. — 41) Sic Gu. 1. al. — *quibus indicatur* vulg. — 42) *et* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 43) *aliena alieniloquium* Gu. 1. — 44) *et aliud* va. — 45) *in* om. Gu. 3., ut Virg. Aen. I, 184. — 46) Virg. Ecl. III, 71. — 47) Sic Gu. 1. — *ad Augustum* vulg. — 48) Sic Gu. 1. — *decem eclogas pastor.* vulg. — 49) *aliquid* om. pr. — 50) *surgit domus* Gu. 3. — 51) Virg. Aen. I, 140. — 52) *est* post *Ironia* omisi e Gu. 1. — 53) *totam* Gu. 1. — 54) *annuntiatur* Gu. 2. pr. va. — *dicendum* al. — 55) Sic

24. *Antiphrasis* est sermo e contrario intelligendus, ut *lucus*, qui[1] caret luce per[2] nimiam nemorum umbram, et *manes*, id est mites[3] et modesti, cum sint terribiles et immanes, et *Parcae*[4] et *Eumenides*, Furiae[5] quia[6] nulli parcant vel benefaciant. Hoc tropo et nani Atlantes et caeci videntes et vulgo Aethiopes appellantur argentei[7].

25. Inter ironiam autem et antiphrasim hoc distat, quod *ironia* pronunciatione sola indicat, quod intelligi vult, sicut cum dicimus homini agenti malum[8]: *Bonum est, quod facis*, *antiphrasis* vero non voce pronunciantis significat[9] contrarium, sed iis[10] tantum verbis, quorum origo contraria est[11].

26. *Aenigma* est quaestio obscura, quae intelligitur difficile[12], nisi aperiatur, ut est illud: *De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo*[13], significans ex ore leonis favum extractum. Inter allegoriam autem et aenigma hoc interest, quod *allegoriae* est vis gemina[14], et sub res alias[15] aliud figuraliter indicat, *aenigma* vero sensus tantum[16] obscurus est, et per quasdam imagines adumbratus[17].

27. *Charientismos* est tropus, quo[18] dura dictu gratius proferuntur, uti[19] cum interrogantibus nobis, *numquid quaesierit nos*[20] *aliquis?* respondeatur[21]: *bona fortuna*[22]. Unde intelligitur, neminem nos quaesisse[23].

28. *Paroemia*[24] rebus et temporibus accommodatum proverbium. Rebus, ut: *Contra stimulum calces*[25], dum significatur adversis resistendum. Temporibus, ut: *Lupus est in fabula.* Aiunt enim rustici hominem vocem[26] perdere, si eum lupus prior[27] viderit. Unde et subito tacenti dicitur istud[28] proverbium: *Lupus in fabula.*

29. *Sarcasmos* est hostilis irrisio cum amaritudine, ut:

— *Referes ergo haec, et nuntius ibis*
Pelidae genitori, illi mea tristia facta
Degeneremque Neoptolemum narrare memento[29].

30. Huic contrarius est *astysmus*[30], urbanitas sine iracundia, ut istud[31]:

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Maevi,
Atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos[32].

Id est: qui[33] Bavium non odit, pro poena ei contingat ut diligat Maevium. Fuerunt autem Maevius et Bavius poetae pessimi, et inimici Virgilii. Qui ergo hos[34] diligit, faciat, quae contra naturam sunt, id est, iungat vulpes et mulgeat hircos.

Gu. 1. — *ironiae speciem* vulg. — 1) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 2) *propter* al. — 3) *quum sint immites* al. add. — 4) *Parcas* Gu. 1. — 5) vulg. *id est* praecedit, quod om. Gu. 1. va. — 6) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *argentei appellantur* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *male* vulg. — 9) *vocat* al. — 10) *suis* Gu. 1. — 11) *contraria est origo* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. — *difficile intelligitur* vulg. — 13) Locus est in libris sacris Iudic. 14, 14. — 14) *allegoriae vis gemina est* Ar. — *allegoria est bis gemina* Gu. 1., unde scripsi *allegoriae est vis gemina.* — *allegoria vis ge-* ta *mina* (sic) Gu. 2. al. — *allegoria bis gemina est* vulg. — 15) Sic Gu. 1. 2. al. — *subrealia* vulg. — 16) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *tantum sensus* vulg. — *sensu obscurum* al. — 17) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2 pr. va. Ar. — *obumbratus* al. Vulg. addit haec: *ut Quaedam filia mater matris et mater filiarum filiae suae*, quae om. Gu. 1. — 18) *quod* Gu. 1. — 19) *veluti* al. — 20) Sic Gu. 1. — *nos quaesierit* vulg. — 21) *respondeatur* Gu. 1. — 22) *fortuna* al. om. — *quia bona fortuna* pr. — 23) *quaesivisse* va. — 24) *est* om. e Gu. 1. va. — 25) *calcitres* va. — 26) Sic Gu. 1. — — *vocem hominem* vulg. — 27) Sic Gu. 1. va. — *lupus prius* al. — *prior lupus* vulg. — 28) Sic Gu. 1. va. — *illud* vulg. — 29) Virg. Aen. II, 547. — 30) *id est* omisi e Gu. 1. 2. va. — 31) Sic Gu. 1. Ar. — *id* vulg. — *ut est illud* Gu. 2. va. — 32) Virg. Ecl. III, 90. Pro *atque* Gu. 1. *itaque* et pro *mulgeat* Gu. 4. *mulgerat.* — 33) *qui* om Gu. 1. — 34) *ergo hos* Gu. 1. — 35) *ponitur* al. — 36) *imago* addidi e Gu. 1. 2. — 37) *para-*

31. *Homoeosis* est, quae Latine interpretatur similitudo, per quam minus notae rei per similitudinem eius, quae magis nota est, panditur[35] demonstratio. Huius species sunt tres: icon[36], parabolae[37], paradigma, id est imago, comparatio, exemplum[38].

32. *Icon* est imago, cum figuram rei ex simili genere conamur exprimere, ut:

Omnia[39] *Mercurio similis*[40] *vocemque coloremque*[41],
Et crines flavos et membra decora iuventae[42].

Congrua est enim[43] similitudo de specie[44], cuius persona inducitur.

33. *Parabola* est[45] comparatio ex dissimilibus rebus:

— *In arvis*[46]
Aestiferae Libyae visus[47] *leo, comminus*[48] *hostem*[49]
Consedit[50];

ubi leoni[51] Caesarem comparavit, non ex suo, sed ex alieno[52] genere similitudinem[53] faciens.

34. *Paradigma* vero[54] est exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili genere conveniens aut ex dissimili[55], quam proponimus, rei ut[56]: *Tam fortiter periit apud Hipponem*[57] *Scipio, quam Uticae Cato.*

35. Similitudo autem[58] tribus modis fit, a pari, a maiore, a minore[59]. A pari autem, ut est illud:

Veluti[60] *magno*[61] *in populo cum saepe coorta est*[62]
Seditio[63];

a maiore ad minus:

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen[64];

a minore ad maius:

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibusque canoris;

quasi dicat, re parva et brevi, id est, si ille cithara fretus, ego pietate.

CAP. XXXVII. *De prosa*[65].

1. *Prosa* est producta oratio, a lege[66] metri soluta. *Prosum* enim antiqui productum dicebant et rectum. Unde ait Varro, apud Plautum *prosis lectis* significari[67] rectis; unde etiam quae non est perflexa[68] numero, sed recta prosa oratio dicitur, in rectum producenda[69]. Alii

bola al. — 38) *id est comp. ex.* om. pr. — 39) *per omnia* Gu. 2. pr. va. — 40) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Virg. Aen. IV, 568. — *similia* vulg. — 41) *voce coloreque* Gu. 2. va. — 42) *iuventa* Gu. 4. — 43) Sic Gu. 1. — *Congrua enim est* vulg. — 44) *dispeciei* Gu. 2. — 45) *Parabota* (sic) omisso *est* Gu. 2. — 46) vulg. praecedit *ut*: *Qualis*, quae om. Gu. 1. — 47) *viso* Ar. e Lucan. I, 205., ubi est: *sicut squalentibus arvis aestiferae Libyes viso leo comminus hoste subsedit.* — *aestiferae* recepi e Lucano, quod *est fere* nil nisi corruptela est. — 48) *qui cominus* Gu. 1. — 49) *hoste* Ar. — 50) *subsedit* Ar., sed vulgatam tuentur nostri codd. et gothici cum antiquis editt., uti etiam legitur in Arte S. Iuliani Toletani. — 51) *leonem* Gu. 1. — 52) *ex alieno* al. — 53) Sic Gu. 1. va. — *comparationem* vulg. — 54) *vero* addidi e Gu. 1. 2. va. — 55) Sic Gu. 1. — *aut ex simili aut ex dissimili genere, conveniens ei, quam proponimus rei* vulg. — *eius* pro *ei* gothici. pr. va. — 56) *ita ut* Gu. 1. — *ut ita* Gu. 2. va. — *ita. Tam* etc. vulg. Legendum haud dubie *ut.* — 57) Sic Gu. 1. va. *Hipponam* vulg. — 58) *et* Gu. 1. — 59) *a minore* om. pr. — 60) *A pari autem, ut est illud veluti* Gu. 1. pro vulg. *A pari ac veluti.* — 61) *magna* Gu. 3. 4. — 62) *cohorta* omisso *est* Gu. 4. — 63) Virg. Aen. I, 148. — 64) Virg. Aen. VI, 119. — 65) Sic va. Hoc caput in Gu. 2. sequitur post cap. XL. — 66) vulg. *et a metri*; copulam om. Gu. 1. — 67) Sic Gu. 1. 2. al. — *significare* vulg. — 68) multi mss. *perplexa.* — 69) Sic Gu. 1. — *producendo* vulg.

aiunt, prosam[1] dictam ab eo, quod sit profusa, vel ab eo, quod spatiosius proruat[2] et excurrat, nullo sibi termino praefinito.

2. Praeterea[3] tam apud Graecos, quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum, quam prosae. Omnia enim prius versibus condebantur, prosae autem studium sero viguit. Primus apud Graecos Pherecides Syrus[4] soluta oratione[5] scripsit; apud Romanos autem Appius Graecus adversus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit. Iam exhinc caeteri[6] prosae eloquentiam condiderunt[7].

CAP. XXXVIII. *De Metris.*

1. *Metra* vocata, quia[8] certis pedum mensuris atque spaciis terminantur, neque ultra dimensionem temporum constitutam[9] procedunt. Mensura enim Graece μέτρον dicitur.

2. *Versus* dicti ab eo, quod pedibus in ordine suo dispositis[10], certo fine moderantur per articulos[11], qui caesa et membra nominantur[12]. Qui[13] ne longius provolverentur, quam iudicium posset[14] sustinere, modum[15] statuit ratio, unde reverteretur, et ab co ipso[16] versum vocatum[17], quod revertatur[18].

3. Huic adhaeret rythmus, qui non est certo fine moderatus, sed tamen[19] rationabiliter ordinatis pedibus currit, qui Latine nihil aliud quam numerus dicitur, de quo est illud:

Numeros memini si verba tenerem[20].

4. *Carmen* vocatur quicquid pedibus[21] continetur: cui datum nomen existimant seu[22] quod carptim pronunciaretur[23], unde hodie lanam[24], quam[25] purgantes discerpunt[26], carminare dicimus: sive[27] quod qui illa canerent, carere mente existimabantur.

5. Metra vel a pedibus nuncupata, vel a rebus quae scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum[28].

6. A *pedibus* metra vocata, ut dactylica, iambica, trochaica. A trochaeo enim trochaicum[29] nascitur, a dactylo dactylicum: sic et alia a suis pedibus. A *numero*[30] ut[31] hexametrum, pentametrum, trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pedum vocamus. Hos

1) Sic Gu. 1. — *prosam aiunt* vulg. — 2) *prodeat* al. — 3) vulg. *Praeterea sciendum*, sed *sciendum* om. Gu. 1. 2. Ar. — *propterea* al. pro *praeterea*. — 4) *Syrius* Ar. Cfr. Apul. II. Florid. Plin. II. N. V, 29. VII, 56. — 5) *solutam orationem* al. — 6) vulg. *et ceteri*, sed copulam om. Gu. 1. — *et ceteri* om al — 7) Sic Gu. 1. 2. (*contenderunt*) Ar. (*eloquentia*). — *prosam orationem* al. — 8) *quae* al. — 9) *constituta* al. — 10) *dispositi* al. — 11) *particulas*. Sic Gu. 1. — 12) *quos nominant* al. — 13) *quae* va. — 14) *possit* al. — 15) *medium* va. — 16) *ipsum* al. va. — 17) vulg. *vocatum dicunt*, sed om. ultimam vocem Gu. 1. al. — 18) *revertitur* Gu. 2. al. — 19) *tantum* al. Verba sunt Augustini II. de ordin. c. 14. cfr. III de Music. 1. — 20) Virg. Ecl. IX, 45. — 21) *pedes* ed. Goth. errore, ut videtur, typographico. — 22) *seu* om. al. — 23) *pronunciatur* al. — 24) *lanam hodie* Gu. 2. — 25) *quamquam* Gu. 2. — 26) *discernunt* al. — 27) Sic Gu. 1. 2. supra vers. — *seu* vulg. — 28) *vel a rebus quae scribuntur*, *vel ab inventoribus*, *vel a frequentatoribus*, *vel a numero syllabarum* Gu. 2. Ar. pr. va. — 29) *metrum*, quod sequitur vulg., delevi auctoritate Gu. 1. — 30) *vero* vulgatae omisi e Gu. 1. 2. al. pr. — 31) *ut* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — 32) *qui* al. — 33) *faciunt* al. — 34) Sic Gu. 1. — *dicunt* vulg. — 35) *apud Latinos primus* al. — *tradit* pro *traditur* pr. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *vocata* vulg. — 37) *Archilochium* Ar. — 38) *Nam* om. va. — 39) vulg. *Anacreon Teius*, sed *Teius* om. Gu. 1. Ar. va. — 40) *Sapha* Gu. 1. — *Saf'a* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *Archilochia* Ar. — *Archiloicum* vulg. — *Archilocus quidam Archiloica scripsit* Gu. 2. — *Archiloicus pr.* — *Archiloica archilicus scripsit* va. — 42) Sic Gu. 1. — *Colophonia* Ar. — *Colofonios* Gu. 2. — *Colophonium* vulg. — 43) *Sotadeos* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *Asclepiadea* vulg. — *Asclepiadia* va. — 45) *ea* om. Gu. 2. — 46) Sic

Graeci quia[32] geminos ferunt[33], trimetros vocant[34]. Hexametros autem Latinos primum fecisse Ennius traditur[35], eosque longos vocat.

7. Ab *inventoribus* metra appellata[36] dicuntur, ut Anacreonticum, Sapphicum, Archiloicum[37]. Nam[38] Anacreontica metra Anacreon[39] composuit. Sapphica Sappho[40] mulier edidit, Archilochia[41] Archilochus quidam scripsit, Colophonica[42] Colophonius quidam exercuit. Sotadeorum quoque repertor est Sotades[43] genere Cretensis. Simonidia quoque metra Simonides poeta lyricus composuit.

8. A *frequentatoribus*, ut Asclepidia[44]. Non enim ea[45] Asclepidius[46] invenit, sed proinde ea vocata[47] quod eisdem[48] elegantissime et frequentissime[49] usus sit.

9. A *rebus*, quae scribuntur, ut heroicum, elegiacum, bucolicum. *Heroicum* enim carmen dictum, quod eo[50] virorum fortium res et facta narrantur[51]. Nam heroes appellantur viri quasi aeri[52] et coelo digni propter sapientiam et fortitudinem. Quod metrum auctoritate caetera metra[53] praecedit, unum ex omnibus tam maximis operibus aptum, quam parvis, suavitatis et dulcedinis aeque capax.

10. Quibus virtutibus nomen solum obtinuit, ut heroicum vocaretur ad memorandas scilicet res heroum[54], hoc est fortium[55]. Nam et prae caeteris simplicissimum[56] habetur constatque duobus[57], dactylo et spondeo, ac saepe pene vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperantissimus[58] fit utriusque mixtura, quam si instruatur a singulis.

11. Omnibus quoque metris prior[59] est. Hunc[60] primum Moyses in cantico Deuteronomii[61] longe ante[62] Pherecidem et Homerum cecinisse probatur. Unde et apparet antiquius fuisse apud Hebraeos studium carminum, quam apud gentiles, siquidem et Iob temporibus Moysi[63] aequatus[64] hexametro versu dactylico[65] spondeoque decurrit.

12. Hunc[66] apud Graecos Hecataeus[67] Milesius[68] fertur primus composuisse, vel, ut alii putant, Pherecides Syrus[69]. Quod metrum ante Homerum Pythium dictum est, post Homerum heroicum nominatum.

13. *Pythium* autem vocatum volunt[70] eo, quod hoc genere metri oracula Apollinis sunt edita[71]. Nam cum in Parnasso[72] Pythonem serpentem in vindictam[73] matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum metro hortati sunt, dicentes[74] *** ut ait Terentianus[75].

Gu. 1. — *Asclepius* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *ita vocata* Gu. 2. al. pr. va. — *ita vocata sunt* vulg. — 48) Sic Gu. 1. — *ea idem* Gu. 2. — *eis idem* vulg. — 49) Sic Gu. 1. — *frequentissime et* (quae al. om.) *elegantissime* vulg. — 50) *ab eo* Gu. 1. pro *quod eo*. — 51) Sic Gu. 1. — *narrentur* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *aerii* vulg. — 53) *cetera metra auctoritate* va. — 54) Sic Gu. 1. — *heroum res* vulg. — *eorum res* al. — 55) *hoc est fortium* om. Gu. 2. Ar. — 56) *simplicissimus* Gu. 2. — 57) Vulg. *duobus sed pedibus*. — *pedibus* omisi e Gu. 1. — 58) Sic Gu. 1. — *temperatissima* Gu. 2. al. — *temperatissimus sit* al. — *temperatissime fuit* al. — *temperantius* pr. — *temperatissima sit* va. In superlativo ne haereas sequente *quam*, cfr. VII, 6, 36. XIII, 7, 1. Adde Liv. XXXIV, 32, 3. (Drakenb.) — 59) Sic Gu. 1. 2. va. — *prius* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — *Hoc* vulg. — *unde* Gu. 2. — 61) *Deuteronomi* Gu. 1. — *Deuteronomium* al. — 62) *ante* om. Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. *Moysi temporibus* vulg. Vide de re Hieron. Praefat. ad Hiob. — 64) Sic Gu. 1. — *adaequatus* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *dactilo* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *Hoc* vulg. — 67) Sic Arev. e Strab. I. *πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸν μέσον καὶ εὐδοκήμισεν. εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι λύσαντες τὸν μέτρον τἄλλαδε φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψεν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύθην, καὶ Ἑκαταῖον.* — *Achatesius* vulg. — *Achates* Gu. 1. al. — *Anacatesius* al. — *Acates* al. — 68) *Mileseius* Gu. 1. — *Mileus* al. — 69) *Syrius* Ar. — 70) *volait* al. — al. om. — 71) Sic Gu. 1. — *sint edita* vulg. — *edita sunt* al. — 72) *Paradiso* Gu. 1. — vulg. add. *monte*, quod om. Gu. 1. al. — 73) *victoriam* al. — 74) *dicentes* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. quamquam verba desint adhortandi, quae restituere conatus est Arev. ita: *ἰὴ παίαν, ἰὴ παίαν, ἰὴ παίαν.* Sumpsit ea ex Terentian. Maur. Cap. IV. v. 1592. Lacunae signum posui. — 75) *Terentius* Gu. 1.

14. *Elegiacus* autem dictus[1] eo, quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Terentianus hos elegos dicere solet, quod clausula talis tristibus, ut tradunt, aptior esset modis.

15. Hoc[2] autem omnino vix[3] constat, a quo sit inventus[4], nisi quia apud nos Ennius eum[5] prior usus est. Nam apud Graecos sic adhuc lex[6] Grammaticorum pendet, ut sub iudice res relegata sit[7]. Nam quidam eorum Colophonium quendam, quidam Archilochum auctorem atque inventorem volunt.

16. *Bucolicum*[8], id est pastorale carmen plerique[9] primum compositum[10] a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedaemone[11]. Nam[12] transeunte in Thraciam Xerxe rege Persarum, cum Spartanae virgines sub hostili metu neque egredi urbem auderent[13], neque pompam chorumque[14] agrestem[15] de more Dianae[16] exercerent[17], turba pastorum, ne religio praeteriret[18], eundem[19] inconditis[20] cantibus celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum a bobus[21] de maiori[22] parte animalium[23], quamvis opilionum caprariorumque sermones in iis et cantica inferantur.

17. *Hymnos* primum David prophetam[24] in laudem Dei composuisse ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles prima Memmia[25] Phemopoe[26] fecit in Apollinem et Musas, quae fuit[27] temporibus Ennii longe post David. Hymni autem ex Graeco in Latinum laudes interpretantur.

18. *Epithalamia* sunt carmina nubentium, quae decantantur[28] ab scholasticis[29] in honorem sponsi et sponsae. Haec primum Salomon edidit in laudem ecclesiae et Christi[30]. Ex quo gentiles sibi Epithalamium vendicarunt, et istius[31] generis carmen assumptum est[32]. Quod genus primum a gentilibus in scenis celebrabatur[33], postea tantum haesit in nuptiis[34]. Vocatum[35] autem epithalamium[36] eo, quod in thalamis[37] decantetur[38].

19. *Threnos*, quod Latine lamentum vocamus, primus versus Ieremias[39] composuit super urbem Hierusalem et populum, quando captivus ductus est[40]. Post hunc apud Graecos Simonides poeta lyricus. Adhibebantur[41] autem funeribus atque lamentis: similiter et nunc.

20. *Epitaphium* Graece, Latine super[42] tumulum. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitatione[43] eorum fit, qui iam defuncti sunt. Scribuntur[44] enim ibi[45] vita et mores[46] et aetas eorum[47].

1) Sic Gu. 1. 2. al. — *Elegiacum autem dictum* vulg. 2) *hic* al. — 3) Sic Gu. 1. — *vix omnino* vulg. — 4) Sic Gu. 1. 2. al. — *inventum* vulg. — 5) Sic Gu. 1. — *eo* vulg. Vide notam ad cap. 3, 4. — 6) *lis* Ar. — *grammaticorum lites pendent* al. — *sicut adhuc* va. — 7) *religata* Gu. 1. al. var. lect. ap. Goth. pr. va. — *relicta* Grial. e vet. cod. Rom. — 8) *Bucolicum* Ar. pr. va. — 9) vulg. *plerique Syracusis*, sed nomen propr. om. Gu. 1. — 10) *positum* Gu. 2. — 11) *a Lacedaemone* Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. — *Namque* vulg. — 13) *auderent* om. Gu. 1. al. — 14) *quorumcunque* al. — 15) cod. Roman. *agrestae*: Grial. suspicatur *agresti* secundum Pausan. VII. — 16) *de more Dianae* pro vulg. *Dianae deae pro more* scripsi e Gu. 1. — *Dianae de more* Gu. 2. — *Dianae deae more* pr. va. — 17) *exercere possent* al. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *periret* vulg. — 19) *eandem* va. — *idem* al. — 20) *incognitis* pr. — 21) *a bobus* addidi e Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. — *maiore* vulg — 23) *animalium* addidi e Gu. 1. — 24) *prophetam* Ar. Recte. Nam facile *m* absorberi potuit ab *in*. De re vide Hieron. lib. I. de eccles. Offic. c. 6. — 25) *Mnemia* Grial. e suis codd. — *Emmia* al. — *Inemia* al. — 26) Sic de coniectura Arevali scripsi, de qua Fortunatianus in arte de dactylico metro. — *Timotoe* vulg. — *Tymothees* Gu. 1. — *Cymothoe* al. ap. Grial. — 27) *fuit* om. Gu. 2. — 28) *cantantur* al. — 29) Sic Gu. 1. — *a schol.* vulg. — 30) *Christi et ecclesiae* Gu. 2. — 31) *istis* Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *assumptum haesit* vulg. — 33) *celebratur* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — *in nuptiis haesit* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. al. — *Vocatur* vulg. — 36) *epithalamum* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *super thalamum* vulg. — 38) *cantetur* al. pr. va. — 39) Sic Gu. 1., nisi quod *versu* exhibet. — *Ieremias versus* vulg. — *versum Ier.* Gu. 2. — *primus quidem Ier.* va. — *versu* va. — 40) *super urbem Hierusalem, quando subversa est et populus Israel captivus ductus est* Ar. — *et populus Israel subversus et captivus* al. — 41) *adhibebant* al. — 42) Sic Gu. 1. va.

21. *Poesis*[48] dicitur Graeco nomine opus multorum librorum, *poema* unius, *idilicon*[49] paucorum versuum, *distichon* duorum, *monostichon* unius.

22. *Epigramma* est titulus, quod in Latinum[50] superscriptio interpretatur; *ἐπί* enim supra[51], *γραμμή* litera vel superscriptio[52] dicitur[53].

23. *Epodon* in poemate clausula est brevis[54]. Dictum autem epodon, quod adunatur[55] ad speciem elegiaci, ubi praemisso uno longiore[56], alter brevior componitur[57], atque[58] in singulis quibusque maioribus[59] sequentes minores quasi clausulae recinunt[60].

24. *Clausulas* autem Lyrici appellant[61]:

Beatus ille, qui procul negociis[62],

deinde sequitur precisus versus[63]:

Ut est[64] *prisca gens mortalium;*

sic et deinceps alterni, in[65] quibus aliqua pars deest, et ipsi praecedentibus similes, sed minores.

25. *Centones* apud Grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri sive[66] Vergilii ad propria opera more centonario ex[67] multis inde[68] compositis in unum sarciuntur[69] corpus, ad facultatem cuiusque[70] materiae. Denique Proba, uxor Adelphi, centonem ex Virgilio de Fabrica mundi et Evangeliis plenissime expressit. Materia composita secundum versus, et versibus secundum materiam concinnatis[71]. Sic quoque et quidam[72] Pomponius ex eodem[73] poeta[74] inter caetera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit: similiter et de Aeneidos[75].

CAP. XXXIX. *De fabula.*

1. *Fabulas* poetae a fando nominaverunt, quia non sunt res factae, sed tantummodo[76] loquendo[77] fictae. Quae ideo sunt inductae, ut ficto[78] animalium mutorum[79] inter se colloquio imago quaedam hominum vitae[80] nosceretur. Has primus invenisse traditur Alcmon Crotoniensis, appellanturque[81] Aesopicae[82], quod[83] is apud Phrygas[84] in hac re polluit[85].

2. Sunt autem fabulae aut Aesopicae, aut Libysticae. *Aesopicae* sunt, cum[86] animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quae animam non habent, ut urbes, arbores, mon-

— *supra* vulg. — 43) Sic Gu. 1. — *dormitione* vulg. — 44) *Scribitur* Gu. 2. al. pr. — 45) *ibi* om. Gu. 2. — 46) *mores* Gu. 2. om. — al. *mors*. — 47) *eorum* al. om. — 48) *poemis* Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. — *Idilion* vulg. — 50) *latine* Gu. 2. — *latina lingua* al. — 51) Sic Gu. 1. — *super* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *scriptio* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *nominatur* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — *clausula brevis est* vulg. — 55) *assimilatur* al. — *assimilat* al. — *adiiciatur* al. — *accinatur* Ar. — *acclinatur vel adunatur* va. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *longiori* vulg. — 57) *componatur* Gu. 2. — 58) *ita* post *atque* omisi e Gu. 1. al. va. — 59) *maiores* Gu. 2. — 60) *recinnant* Gu. 2. — *retinent* va. — 61) Vulg. sequuntur haec verba: *quasi praecisos versus integris subiectos ut est apud Horatium*, quae omisi e cod. Gu. 1. — 62) Horat. Epod. 2. in. — 63) *versus* addidi e Gu. 1. — 64) *est* addidi e Gu. 1. — 65) *in* addidi e Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. — *vel* vulg. — 67) Sic Arev. — *centenario* vulg. cum codd. Cfr. Tertull. de praescriptt. c. 39. — 68) *Hinc* om. Gu. 1. *Inde* videtur esse *ex his carminibus*. — 69) *sarciunt* Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 70) *quasi* al. — 71) *concinnantibus* pr. — 72) *sic quoque quidam* va. — 73) Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *ex eo demum* vulg. — 74) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *poemate* vulg. — 75) Sic Gu. 1. intellige *carmine*. — *de Aeneide* Ar. — *et Aeneidos* vulg. — *et aeneiden* va. — 76) Sic Gu. 1. — *tantum* vulg. — 77) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *fando* vulg. — *a fando* va. — 78) *fictorum* Gu. 1. al. — 79) Sic Gu. 1. — *mutorum animalium* vulg. — 80) *hominum vitae* Gu. 2. — 81) *que* addidi e Gu. 1. va. — 82) *Aesopicae* usque ad *aut* om. Gu 2. Cfr. de re Aristid. rhet. c. 2. Hesych. v. *Λιβυκοί*. — 83) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 84) Sic Gu. 1. Arev. — *Phrygiam* vulg. — *frigias* va. — 85) Sic Gu. 1. Ar. pr. va. — *pollebat* vulg. — 86) *cum* addidi e Gu. 1. 2. Ar. pr. va.

tes, petrae, flumina. *Libysticae* autem, dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium.

3. Fabulas poetae quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturas[1] rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictas[2], ut eas[3], quas[4] vulgo dicunt, vel quas[5] Plautus et Terentius composuerunt.

4. Ad naturam rerum fingunt fabulas[6], ut *Vulcanus claudus*, quia nunquam per naturam[7] rectus est ignis, ut illa *triformis bestia*,

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimaera[8]:

id est caprea, aetates hominum per eam volentes distinguere; quarum ferox est et horrens[9] prima adolescentia, ut leo; dimidium vitae[10] tempus lucidissimum, ut caprea, eo quod acutissime videat; tunc fit[11] senectus casibus subiacens[12] inflexis, ut draco.

5. Sic et *Hippocentauri* fabulam esse confictam, id est, hominem equo mixtum, ad exprimendam[13] humanae vitae velocitatem, quia equum constat esse velocissimum.

6. Ad mores, ut apud Horatium mus loquitur muri, mustela vulpeculae, ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et Aesopi tales[14] sunt fabulae[15] ad morum finem relatae, vel sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt et loquuntur[16] ad olivam[17] et ad ficum et ad vitem et ad rubum, quod totum utique ad mores fingitur[18], ut ad rem, quae intenditur, ficta quidem narratione[19], sed veraci significatione veniatur.

7. Sic et Demosthenes orator fabula usus[20] est adversus Philippum, qui cum ab Atheniensibus postularet, ut sibi decem oratores darentur, et[21] discederet, finxit ille fabulam[22], qua suaderet[23], dicens, lupos aliquando[24] pastoribus, quorum diligentiam decipere voluissent, suasisse, ut in amicitiam convenirent, ea tamen conditione, ut si[25] canes, in quibus erat causa iurgiorum, iure[26] illis traderentur: annuisse pastores et in spem securitatis dedisse canes, quos ovium suarum vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi adempta omni formidine[27], omne quod in gregibus illis erat, non pro satietate tantum, sed[28] etiam pro libidine laceraverunt. Philippum quoque[29] principes populi[30] postulare, quo facilius possit[31] opprimere spoliatam custodibus urbem.

CAP. XL. *De Historia.*

1. *Historia* est narratio rei gestae, per quam ea, quae in praeterito[32] facta sunt, dinoscuntur[33]. Dicta autem Graece historia *ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν*, id est[34] a videre vel[35] cognoscere.

1) *ex natura* al. — *ad naturam* Ar. — 2) *fictae* Ar. — al. om. — 3) *eae* Ar. — 4) *quales* al. — 5) *quales* Gu. 2. Ar. — 6) Sic Gu. 1. — *fabulas fingunt* vulg. — *fabulae finguntur* al. — 7) Sic Gu. 1. — *per naturam nunquam* vulg. — 8) Lucret. V, 903. — 9) *est* addidi e Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. — *videat* vulg. — 11) *tum sit* al. — 12) *subiacens* addidi e Gu. 1. cod. Roman. ap. Grial. — 13) *deprimendam* Gu. 1. — 14) *hospitales* Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. — *fabulae sunt* vulg. — 16) *locuntur* Gu. 2. — 17) *oleam* Gu. 2. Ar. va. — 18) *finguntur* edit. Goth. — 19) *ficta quadam ratione* al. — *ficta quidem ratione* al. — 20) Sic Gu. 1. 2. va. — *abusus* ed. Goth. et Ar. pr. — 21) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *ut* al. — *vel* vulg. — 22) vulg. *hanc fabulam*, sed *hanc* om. Gu. 1. Ar. — *hinc* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. pr. — *dissuaderet* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *aliquorum* edit. Goth. — 25) *ut si* Gu. 1. pr. va. al. — *si* Ar. — 26) *cura* Gu. 1. — 27) *fortitudine* al. — 28) Sic Gu. 1. — *verum* vulg. — 29) *hoc quoque* vulg., sed om. *hoc* Gu. 1. 2. al. Ar. pr. va. — 30) *populum* pro *populi* ed. princ. — 31) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *posset* vulg. — 32) *in praeteritum* al. — 33) Sic Gu. 1. pr. va. — *dignoscuntur* ed. Goth. Ar. — 34) Sic Gu. 1. — *vel* vulg. — 35) *vel a* ed. Goth. — *quod est videre vel cognoscere* va. De re vide Serv. ad Virg. Aen. I, 373. — 36) Sic Gu. 1. —

Apud veteres enim nemo historiam conscribebat[36], nisi is qui interfuisset, et ea, quae scribenda essent[37] vidisset. Melius enim oculis quae fiunt deprehendimus, quam quae[38] auditione colligimus.

2. Quae enim videntur, sine mendacio proferuntur. Haec disciplina ad Grammaticam pertinet, quia quod est[39] dignum memoria, literis mandatur. Historiae autem ideo monumenta[40] dicuntur, eo quod[41] memoriam tribuant[42] rerum gestarum. Series autem dicta per translationem a sertis florum invicem comprehensorum[43].

CAP. XLI. *De primis auctoribus historiarum.*

1. Historiam[44] primus apud nos[45] Moyses de initio mundi conscripsit. Apud gentiles vero primus Dares Phrygius[46] de Graecis et Troianis historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt.

2. Post Daretem autem in Graecia Herodotus primus historiographus[47] habitus est[48]. Post quem Pherecides claruit iis temporibus, quibus Esdras legem scripsit[49].

CAP. XLII. *De utilitate Historiae.*

Historiae gentium non impediunt legentibus[50] in iis, quae utilia dixerunt. Multi[51] enim sapientes praeterita hominum gesta ad institutionem praesentium historiis[52] tradiderunt[53], siquidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur, et per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur.

CAP. LXIII. *De generibus Historiae.*

1. Genus historiae triplex est. *Ephemeris* namque appellatur unius diei gestio[54]. Hoc apud nos Diarium vocatur. Nam quod Latini[55] diurnum[56], Graeci Ephemerida[57] dicunt.

2. *Kalendaria* appellantur, quae in menses singulos digeruntur.

3. *Annales* sunt res singulorum annorum. Quaecunque[58] enim digna memoriae domi militiaeque, mari ac terrae per annos in commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales nominantur[59].

4. Historia autem multorum annorum vel temporum est, cuius diligentia[60] annui[61] commentarii in libris delati sunt. Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est

conscribebat historiam vulg. — 37) *conscribenda essent* Gu. 2. va. Ar. — *erant* al. — 38) vulg. *quam ea, quae*, sed *ea* om. Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. — *quicquid dignum* vulg. — 40) Sic Gu. 2. Ar. — *monimenta* vulg. — 41) *eo* addidi e Gu. 1. 2. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. al. — *tribuunt* vulg. — 43) *comprehensarum* Gu. 2. — 44) Vulg. *Historiam autem*, sed *autem* om. Gu. 1. — 45) *apud nos primus* Gu. 2. — 46) *frigium* add. pr. — 47) *historiam primum* Gu. 2. — *primus historiam* va. — *historicus primus* Ar. — *primus in historia* cod. Roman. Grial. — *historiam* ut Gu. 2. mendose gothici. — 48) *est* om. Ar. — 49) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *conscripsit* vulg. — 50) Sic Gu. 1. va. al. — *legentes* vulg. Nusquam alibi hanc constructionem reperies ne apud ultimos quidem scriptores. Est i. q. *impedimento esse*, unde oritur dativus. Cfr. de re Augustin. II. de doctr. Chr. c. 28. — 51) *Multum* Gu. 2. — 52) *in historiis* al. — 53) Gu. 1. om. verba a *tradiderunt* usque ad *retro*. Pessime pro *tradiderunt* Gu. 2. Ar. pr. va. *indiderunt*. — *que* in voc. *annorumque* om. Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *digestio* vulg. De re vide Gell. V, 18. — 55) *Latinum* Gu. 1. — 56) *diarium* Arev. — 57) *Ephemeridia* Gu. 1. — *ephemeria* va. — 58) *Neque enim* Gu. 1. — *quaeque enim* Gu. 2. pr. — 59) Sic Gu. 1. pr. va. — *nominaverunt* vulg. — 60) *diligentiae est* Gu. 2. — 61) *anni* Gu. 2.

eorum temporum, quae vidimus, annales vero sunt eorum[1] annorum, quos aetas nostra non novit. Unde Salustius ex historialibus[2], Eusebius et Hieronymus ex annalibus et historia constant[3]. Item inter[4] historiam et argumentum et fabulam hoc[5] interest[6]. Nam historiae sunt res gestae verae, quae vere factae sunt[7], argumenta sunt quae etsi facta non sunt, fieri tamen possunt, fabulae vero sunt, quae nec facta[8] sunt, nec fieri possunt, quia contra naturam sunt.

L I B E R II.

CAP. I. *De Rhetorica.*

1. *Rhetorica* est bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus[9], ad persuadenda[10] iusta et bona in rerum personarumque negocio et causa[11]. Dicta autem Rhetorica Graeca[12] appellatione *ἀπὸ τοῦ ῥητορίζειν,* id est a copia[13] locutionis. *Ῥῆσις* enim apud Graecos locutio dicitur, *ῥήτωρ* orator.

2. Coniuncta est autem Grammaticae arti Rhetorica. In Grammatica enim scientiam recte loquendi discimus, in Rhetorica vero percipimus, qualiter ea, quae didicimus, proferamus[14].

CAP. II. *De inventoribus Rhetoricae artis.*

1. Haec autem disciplina a Graecis inventa est, a Gorgia, Aristotele, Hermagora, et translata[15] in Latinum a Tullio videlicet et Quinctiliano et Titiano[16], sed ita copiose, ita varie vel pro scientia vel pro locutione[17] verborum Graecorum[18], ut eam lectori admirari in promptu sit, comprehendere impossibile.

2. Nam membranis retentis quasi adhaerescit[19] memoriae series dictionis[20], ac mox repositis recordatio omnis[21] elabitur. Huius disciplinae perfecta cognitio oratorem facit.

CAP. III. *De nomine oratoris et partibus Rhetoricae.*

1. *Orator* est igitur vir bonus, dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus vitae[22]. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quae constat partibus quinque, in-

1) *Eorum* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 2) *historia* Arev. ex Grialio, qui id in Goth. Ouet. coll. invenerat. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *constat* vulg. — 4) *item* addidi e Gu. 1. al. — 5) *hoc* addidi e Gu. 1. — 6) *interesse* al. sine verbo dicendi. Cfr. Serv. ad Aen. I, 239. — 7) Sic Gu. 1. — *Historiae sunt res verae, quae factae sunt* vulg. — 8) *factae* al. — 9) *eloquentiae copia* add. Ar. — 10) Sic Gu. 1. — *persuadendum* vulg. — 11) verba: *in rerum personarumque negotio et causa* (Gu. 1. 2. va. *negotii causa*) om. Arev. et absunt a gothicis. — *negotio causa* pr. — 12) *Graeca* om. Gu. 1. — 13) *ab hac copia* Gu. 1. — *ab* om. Gu. 2. va. — 14) *proferemus* al., ita etiam Palat. 281. ad marg. — 15) *quin translata* al. — *ansis quoque est translata* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. (*Tatiano*) — *Titiano et Quinctiliano* vulg. — *et Titiano* om. Arev. — *et* om. Gu. 2. ante *Titiano*. De Titiano Hieron. in Chron.: *Titianus vir eloquens praefecturam praetorii apud Gallias administrat.* Serv. ad X. Aen. *Titianus et Calvus, qui themata de Virgilio elicuerunt et deformaverunt ad dicendi usum.* — 17) verba: *vel pro scientia vel pro loquacitate* (*locutione* Gu. 1. quod recepi) *verborum* om. Ar. Gu 2. — 18) *Graecorum* addidi e Gu. 1. qui miro modo post hoc vocabulum repetit: *sed ita copiose, ita varie.* — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *accrescit* vulg. — *accrescit aliter adhaerescit* va. — 20) *distinctionis* Gu. 2. — *dictionis aliter distinctionis* va. — 21) *hominis* add. Gu. 2. va. — 22) Sic Gu. 1. — *vita,*

ventione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione et fine officii, quod est aliquid persuadere.

2. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, usu. Natura ingenio, doctrina scientia, usus[23] assiduitate. Haec sunt enim quae non solum in oratore, sed in unoquoque homine artifice exspectantur[24], ut aliquid efficiat[25].

CAP. IV. *De tribus generibus causarum.*

1. *Genera causarum* sunt tria[26], deliberativum, demonstrativum, iudiciale. Deliberativum genus est, in quo de quibuslibet utilitatibus vitae, quod[27] aut debeat, aut non debeat fieri, tractatur. Demonstrativum est[28], in quo laudabilis persona aut vituperabilis[29] ostenditur.

2. Iudiciale, in quo de ipsius personae facto aut poenae, aut praemii sententia datur. Dictum autem iudiciale eo, quod iudicet hominem, et sententiam suam[30] ostendat, utrum laudabilis praemio dignus sit, aut certe reus[31] condemnari liberarive[32] supplicio[33].

3. Deliberativum genus vocatur eo, quod de unaquaque re in eo deliberatur. Huius genus duplex est, suasio et desuasio[34], id est de[35] expetendo[36] et fugiendo, id[37] est, de faciendo et non faciendo[38].

4. Suasoria autem in tribus[39] locis dividitur, honesto, utili, et possibili. Haec differt aliquid deliberativa[40], quia suasoria[41] eget altera persona[42], deliberativa interdum et apud se agit. In suasoria autem duae sunt, quae plus valent, spes et metus.

5. Demonstrativum[43] dictum, quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando demonstrat. Quod genus duas habet species[44], laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur, ante ipsum, in ipsum, post ipsum.

6. Ante ipsum, ut:

— qua te tam laeta tulerunt
Saecula[45] —.

In ipsum, ut:

O sola infandos Troiae miserata labores[46].

Post ipsum, ut:

In freta dum fluvii current[47], *dum montibus umbrae*
Lustrabunt[48], *convexa polus dum sidera pascet*[49],
Semper honos nomenque[50] *tuum laudesque manebunt.*

(quod om. Arev.) *artibus* vulg. — 23) *usu* Gu. 1. pr. va. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. — *spectantur* vulg. — Grial. suspicatur *expetuntur*. — 25) *efficiant* al. — *efficiatur* va. — 26) Sic Gu. 1. — *tria sunt* vulg. — *Modi causarum tres* al. — 27) *quid* Gu. 2. Ar. va. — 28) *est* addidi e Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. — *reprehensibilis* vulg. — 30) Sic Gu. 1. — *sententia sua* vulg. — 31) al. om. — al. *reus sit*. — 32) *liberarique* Gu. 1. Ar. — *deliberarique* al. — 33) vulg. addit *debeat*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 34) Sic scripsi e Gu. 1. 2. — *dissuasio* vulg. Sic *desuasor* Lindenbrog. legit in Ammian. Marcell. I. 30. p. 463. sed *Dissuasor* ibidem Vales. fol. 609. — 35) *de* om. pr. — 36) Sic scripsi secundum Arev. — *exspectando* vulg. cum codd. — 37) *id est* om. Ar. — 38) *de fugiendo et non faciendo* al. — 39) *in tribus modis vel locis* va. — 40) om. praepositionem *a* ante *deliberativa* e Gu. 1., ut Plin. H. N. IX, 35, 54. *Concha haud multum ostrearum conchis differens.* — 41) *suasoria* usque ad *apud se agit* om. Gu. 2. — 42) *alteram personam* gothici. — 43) *Demonstrativum autem dictum* va. — 44) *species habet* Gu. 2. — 45) Virg. Aen. I, 605. — 46) Virg. Aen. I, 597. — 47) *currunt* Gu. 2. 3. 4. va. — 48) *lustrabuntur* pr. — 49) *convexa polus dum sidera pascet* om. Gu. 2. 3. 4. va. — *poli* Gu. 1. — *pascit* Gu. 1. — *polos* pr. — *placet* pr. — 50) *nomen ei* Gu. 1. — Locus est Virg. Aen. I, 607.

7. Pari ordine e contrario et in vituperatione hominis haec forma servanda est, ante hominem, in hominem, post hominem[1]. Locus communis ad demonstrativum vituperationis genus pertinet. Quod tamen ab eo in aliquo[2] differt. Nam vituperatio, quae contraria est laudis[3], specialiter ad certam[4] facientis personam adhibetur.

8. Communis vero locus generaliter in facti crimine praeponitur. Unde et communis locus dicitur, quia absente persona non tantum[5] in hominem[6], quantum in ipsum crimen exponitur. Omne enim vitium non in uno tantum, sed etiam commune[7] in pluribus[8] invenitur.

CAP. V. *De gemino statu causarum.*

1. *Status*[9] apud Rhetores ea res dicitur[10], in qua causa consistit, id est, constitutio. Graeci autem[11] statum a contentione *στάσιν*[12] dicunt. Latini autem non solum a pugna, per quam expugnarent[13] propositionem adversarii, sed quod in eo[14] pars utraque consistit[15]. Fit autem ex intentione et depulsione.

2. Status autem causarum duo sunt, rationalis et legalis. De rationali oriuntur coniectura[16] finis, qualitas, translatio. De fine iudicialis[17] et negocialis. De iudiciali absoluta[18] et assumptiva. De assumptiva concessio, remotio criminis[19], relatio criminis, compensatio[20]. De concessione purgatio et deprecatio.

3. Coniecturalis est status[21], cum factum, quod ab alio[22] obiicitur, ab alio pernegatur. Diffinitivus[23] status est, cum id, quod obiicitur[24], non hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis diffinitionibus approbatur[25]. Qualitas est, dum, qualis res sit[26] quaeritur: et quia[27] de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio generalis appellatur[28].

4. Translatio[29] cum causa ex eo pendet[30], quod non aut is[31] agere videtur, quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oporteat. Translativa est[32] constitutio, quod actio translationis et commutationis indigere videatur[33].

5. Iudicialis est, in qua aequi et recti natura et praemii[34] aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est, in qua, quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur. Assumptiva est, quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris[35] autem aliquid defensionis assumit.

6. Concessio est, cum reus omnis[36] non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur, postulat. Quod nos ad poenitentes probavimus[37] pertinere. Remotio criminis est cum id crimen, quod infertur ab se et ab sua culpa, vi et potestate in alium reus demovere[38] conatur.

1) Vulgo sequuntur haec: *Locus communis locus rhetoricus nullus est alius, nisi argumenti sedes. Haec vero communitas ad inquisitionem pertinet: ut nunquam manducavi immune, etiam immundum.* Quae quum absint a Gu. 1. 2. pr. va. Ar., omisi. — 2) *aliquid* Gu. 2. — 3) Sic Gu. 1. — *laudi* vulg. Vide ad I, 4, 11. — *laude* Gu. 2. — 4) *incertam* Gu. 1. 2. al. va. — 5) *non tam — quam* Ar. — 6) *homine* Gu. 1. 2. pr. va. — 7) *in commune* Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. 2. al. et cod. Palat. 281. ad marg. — *plurimis* vulg. — 9) vulg. addit *causarum*, quod om. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 10) Sic Gu. 1. — *dicitur ea res* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 12) Sic Gu. 1. Ar. — *stasim* Gu. 2. — *ἴστασιν* vulg. — *istasim* pr. va. 13) Sic Gu. 1. — *expugnent* vulg. — 14) *in ea* Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. — *consistat* vulg. — 16) *coniunctura* Gu. 1. pr. — 17) *iuridicialis* Ar. et sic mox. — 18) Sic Gu. 1. va. Ar. — *absolutiva* vulg. — 19) *criminis relatio* va. — 20) *comparatio* Ar. — *criminis compensatio* va. — 21) Sic Gu. 1. va. — *status est* vulg. — 22) Sic Gu. 1. va. — *alii* vulg. — *alio* Gu. 2. — 23) *Definitivus* Ar. va. — 24) *obicitur* Gu. 2. et mox. — *quum id obiicitur non hoc esse, quod dicitur* al. — 25) *Ipsa et constitutio generalis dicitur* pr. va. add. — 26) Sic Gu. 1. — *sit res* vulg. — 27) *quae* al. — 28) *appellata controversia* Gu. 2. — 29) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *pendet ab eo* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *quod aut* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — *constitutio est* vulg. — *dicitur pro est* Arev. — 33) Sic Gu. 1. —

7. Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod aliquis[39] ante iniuria[40] lacessitus sit[41]. Comparatio est, cum aliud aliquod[42] alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.

8. Purgatio est, cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse[43], et consultu[44] peccasse[45] reus confitetur, et tamen, ut ignoscatur, postulat. Quod genus perraro[46] potest accidere.

9. Item ex legali statu haec oriuntur, id est scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio et diffinitio legalis. Scriptum est et voluntas[47], quando verba ipsa[48] videntur cum sententia scriptoris[49] dissidere. Legis contrariae status est, quando inter se duae leges aut plures discrepare noscuntur[50].

10. Ambiguitas est, cum id, quod scriptum est, duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est, quando ex eo quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, invenitur. Diffinitio legalis est, cum vis verbi[51] quasi in diffinitiva constitutione, in quo[52] posita sit, quaeritur.

11. Status ergo tam rationales, quam legales a quibusdam certius XVIII connumerati sunt[53]. Ceterum secundum Rhetoricos[54] Tullii XIX reperiuntur propterea, quia translationem inter rationales principaliter affixit status. Inde se etiam ipse[55] Cicero reprehendens, translationem legalibus statibus applicuit[56].

CAP. VI. *De tripertita controversia.*

1. *Tripertita*[57] *controversia*[58] aut simplex erit[59], aut iuncta. Et si iuncta erit, considerandum est, utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit[60], an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est, quae absolutam continet quaestionem unam[61] hoc modo: Corinthiis bellum indicamus[62], an non?

2. Iuncta[63] est ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur hoc pacto: Utrum Carthago diruatur, an[64] Carthaginensibus reddatur, an eo colonia deducatur? Ex comparatione, in qua per contentionem[65] utrum potius, aut quid potissimum quaeritur, ad hunc modum: Utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam[66] maximae contra Hannibalem copiae sint[67].

videtur vulg. — 34) *praemia* Gu. 2. — *Iuridicialis* Ar. — 35) *foris* usque ad *assumit* om. Gu. 2. — 36) *omnis* om. Ar. — 37) *probabimus* Gu. 2. — *probamus* al. pr. va. — 38) Sic Gu. 1. 2. — *dimovere* vulg. — 39) *alius* Ar. — 40) *iniuriam* Gu. 1. 2. pr. va. — 41) *lacessitus est* al. — *lacessierit* Arev. — 42) *aliqua* va. — 43) vulg. *pecasse se*, sed om. pronom. Gu. 1. 2. — *se peccasse* va. — 44) *consulte* Gu. 2. — *consulto* Ar. — 45) *se* add. Gu. 2. — 46) *paro* pr. — 47) Sic Gu. 1. — *Scriptum et voluntas est* vulg. — *legis* pro *leges* va. — 48) *ipsa verba* Gu. 2. — 49) *scriptoris sententia* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *videntur* vulg. — 51) *verbi* om. Gu. 2. al. — 52) Sic Arev. — *in qua* vulg. — 53) *sunt* Gu. 1. pro *connumerati sunt*. — 54) vulg. *libros* addit, quod om. Gu. 1. 2. va. Intelligitur Cic. de Invent. I, 8. seqq. — *rhetoricas* exhibet va. — 55) Sic Gu. 1. — *ipse etiam* vulg. — 56) Sic Gu. 1. al. — *applicavit* vulg. — 57) *Tripartita* Arev. — 58) vulg. *iuxta Ciceronem* add., quod om. Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. pr. Ar. (*coniuncta*). — *est* vulg. — 60) *sit* om. Ar. — 61) Sic Gu. 1. — *unam questionem* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. Ar. et Cic. de Inv. I, 12, 17. unde et exempla sumpta sunt et omnis disputatio. — *indicimus* vulg. — 63) *Coniuncta* Ar. — 64) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *aut* vulg. — 65) *in qua per contentionem* om. Gu. 2. al. — 66) *quam* om. al. — 67) vulg. *positae sint*; priorem vocem om. Gu. 1. 2. Ar.

CAP. VII. *De quatuor partibus orationis.*

1. *Partes orationis* in Rhetorica arte quatuor sunt, exordium[1], narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem facit assertionis[2], quarta finem totius orationis complectitur.

2. Inchoandum est itaque taliter, ut benivolum[3], docilem[4], vel attentum auditorem faciamus: benivolum praecando[5], docibilem[6] instruendo, attentum excitando. Narrandum est ita[7], ut breviter atque aperte loquamur; argumentandum est ita[8], ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus; concludendum est[9] ita, ut concitemus animos[10] audientis, implere, quae dicimus.

CAP. VIII. *De quinque modis causarum.*

1. *Species causarum* quinque sunt[11], id est[12] honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causarum[13] genus[14], cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris. Admirabile est eo, quod[15] attentus fit animus[16] eorum, qui audituri sunt. Humile est, quod negligitur ab auditore[17].

2. Anceps est, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa honestatis et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam[18] pariat et[19] offensam[20]. Obscurum[21], in quo[22] aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus[23] ad cognoscendum[24] negociis[25] causa cernitur implicata.

CAP. IX. *De Syllogismis.*

1. *Syllogismus* Graece, Latine[26] argumentatio[27] appellatur. Argumentatio autem dicta est[28], quasi argutae mentis oratio, qua inventum probabile exsequimur. Syllogismus igitur est praesumptionis[29] et assumptionis confirmationisque extrema conclusio aut ex ambigentis incerto, aut ex fiducia comprobantis.

2. Constat autem[30] tribus partibus, propositione, assumptione[31], conclusione. Propositione, ut puta, quod bonum est, turpem usum habere non potest[32]. Consentit[33] audiens, assumpsit[34] ille: Pecunia turpem usum habet. Concluditur: Ergo pecunia bonum non est[35].

1) *id est exordium* al. Cfr. cum hoc capite Cic. de Inv. I, 14, 19. seqq. — 2) Sic Gu. 1. — *fidem assertionibus facit* Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. hoc loco et mox; vulg. *benevolum,* quam scripturam ipse Isidor. damnat libro X, 26. — 4) *docibilem* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *precando* vulg. — 6) Sic Gu 1. 2. — *docilem* vulg. — 7) *ut* om. Gu. 1. — *quod* al. — 8) *est* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 9) *est* om. Gu. 2. Ar. — 10) Sic Gu. 1. 2. al. — *animum* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — *sunt quinque* vulg. — 12) *id est* om. va. Ar. Locus est e Cic. de Inv I, 15, 20. — 13) Sic Gu. 1. — *causae* vulg. — 14) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. — 15) Sic Gu. 1. — *quo* vulg. — 16) *a quo est alienatus animus* Gu. 2. Ar. e Cicer. l. c. — *sint* Arev. — *quo est attentius vel alienatus animus* va. — 17) *ab auditoribus* al. — Vulg. addit: *et non magnopere attendendum videtur*, quae sunt Ciceronis, sed omisi e Gu. 1. 2. Arev. — 18) *benivolum vel benevolentiam pariat* Gu. 1. Scribendum est *benivolentiam*, ut supra c. 7, 2. — *benivolentia* Gu. 2. al. va. — 19) *et* om. Gu. 1. — 20) *offensionem* al., ut est ap. Cic. — 21) vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 22) *aut in quo* al. — 23) *quaestionibus* al. add. — 24) *agnoscendum* Gu. 2. — 25) *negotium* Gu. 1. 2. al. — 26) *Latine* om. Gu. 1. — 27) *argumenti ratio* add. al. — 28) *est* om. Gu. 2. — 29) Sic Gu. 1. — *propositionis* vulg. — 30) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 31) *assumptione, propositione* Gu. 2. — 32) *usum non habet* var. lect. ap. Goth. — 33) *consensit* va. — 34) *assumit* Ar. — 35) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *bonum non est* vulg. — 36) *Syllogismos* gothici. — 37) *ergo* Gu. 1. — om. Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. — *dialectici utuntur* Gu. 1. — 39) *confirmat* Gu. 1. — 40) Sic Gu. 1. — *atque* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. al. Ar. —

3. Syllogismis[36] autem[37] non solum rhetores, sed maxime utuntur dialectici[38], licet Apostolus saepe proponat, assumat, confirmet[39] atque concludat: quae, ut diximus, propriae artis Dialecticae et[40] Rhetoricae sunt.

4. Syllogismorum apud rhetores principalia[41] genera duo sunt, inductio et ratiocinatio. Inductionis sunt membra tria[42], prima propositio[43], secunda illatio, quae et[44] assumptio dicitur, tertia conclusio.

5. Inductio est[45], quae rebus[46] non dubiis captat assensionem eius, cum quo[47] instituta est, sive inter Philosophos, sive inter Rhetores, sive inter sermocinantes. Propositio inductionis est, quae similitudines concedendae[48] rei necessario unius inducit aut plurium[49].

6. Illatio inductionis est, quae et[50] assumptio dicitur, quae[51] rem, de qua contenditur, et cuius causa similitudines habitae sunt, introducit. Conclusio inductionis est, quae aut concessionem illationis confirmat, aut quid ex ea conficiatur[52] declarat. Ratiocinatio est oratio, qua id, de quo quaestio est[53], comprobatur.

7. Ratiocinationis[54] sunt duo modi[55]. Primus enthymema, qui est imperfectus syllogismus atque rhetoricus. Secundus epichirema[56], qui est[57] in rhetoricis latior syllogismus.

8. Enthymema igitur[58] Latine interpretatur mentis conceptio, quam[59] imperfectum syllogismum artigraphi solent[60] nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit, quando id[61], quod ad fidem[62] pertinet faciendam, utitur, syllogismorum lege praeterita, ut est illud: *Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum.* Ex sola enim propositione et conclusione[63] constat esse perfectum, unde magis Rhetoribus, quam Dialecticis convenire iudicatum est.

9. Enthymematis membra sunt quinque, primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum.

10. Convincibile est, quod evidenti ratione convincit[64], sicut fecit Cicero pro Milone: *Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis[65] per vos[66] restitui posse, nolitis[67].*

11. Ostentabile est, quod certa rei demonstratione constringitur[68], sicut Cicero in Catilina[69]: *Hic tamen vivit[70], etiam[71] in senatum[72] venit[73].* Sententiale est, quod sententia generalis adiicit[74], ut apud Terentium[75]:

principaliter vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *membra tria sunt* vulg. — 43) *positio* al. — 44) *et* om. Gu. 2. — 45) *vel oratio* add. Gu. 1. — 46) *quae pro rebus* va. — 47) *cui* Ar. — *quo* om. Gu. 2, quod *cui* fuisse in textu arguit. Huc accedit, quod nescio quis codex Arevali saepissime consentit cum Gu. 2., et ex codice emendasse Arevalum certum est. — 48) *concedendi* Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *plurimorum* vulg. — *unam aut plurimas* al. — 50) *et* om. Gu. 2. — 51) *quod* pr. — 52) *conficitur* al. — 53) *est* addidi e Gu. 1. — *est quaestio* Gu. 2. Ar. pr. va. — 54) In codd. nescio quomodo factum sit, ut §§. ordo plane sit turbatus. Nam §§. ita sequuntur. §. 7. Enthymema. §. 8. Ratiocinationis. §. 9 Enthymematis. Ego secutus sum edit. Gothofredi. Nam turbae illae etiam editt. pr. va. Vulcan. Ar. invaserunt. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *duo sunt modi* vulg. — 56) *Epicherema* Ar. — 57) *est* om. pr. — *in rhetoricis et l.* Gu. 2. va. — 58) *Graece* add. Gu. 2. — 59) *quem* Gu. 2. Ar. — 60) Sic Gu. 1. — *solent artigr.* vulg. — 61) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *id in quo* al. — *quoniam idem quod* al. Vide ad I, 3, 4. — 62) *finem* al. — 63) *et conclusione* addidi e Gu. 1. — 64) *convincitur* al. — *convincit* al. — 65) Sic Gu. 1. 4. pr. va. al. et Cic. pr. Mil. 29, 79. unde locus est sumptus. — *putaretis* vulg. — *etsi* pro *si* va. — 66) *nos* Gu. 1. — 67) Sic Gu. 1. 4. pr. va. al. — *noletis* Gu. 2. — *nolletis* vulg. Ut nos, sic est ap. Cic. l. c. — 68) Sic Gu. 1. — *constringit* vulg — 69) *in Catilinam* Ar. — 70) vulg. addit *imo vivit*, quod om. Gu. 1. — *imo* solum om. Ar. e Cic., ut videtur, Catil. I, 1. 2. — 71) *imo etiam* Ar. — *immo vero etiam* Cic. l. c. — 72) *senatu* Gu. 2. va. — 73) *vivit* Gu 2. va. — 74) *addicit* Ar. va. — 75) Terent. Andr. I, 1, 41.

Obséquium amicos, véritas odiúm parit.

12. Exemplabile est, quod alicuius exempli comparatione eventum simile[1] comminatur, sicut Cicero in Philippicis: *Te miror Antoni, quorum exempla imitaris, eorum exitum*[2] *non pertimescere*[3].

13. Collectivum est, cum in unum, quae argumentata[4] sunt, colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone: *Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela. Quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus: hunc iniuria, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere.*

14. Praeterea[6] secundum Victorinum enthymematis[7] altera diffinitio ex sola propositione[8], sicut iam dictum est, quae ita constat: *Si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda*[9].

15. Sunt autem qui mundum dicunt sine divina administratione discurrere. Ex sola conclusione, ut est illud: *Vera est igitur divina sententia.* Ex propositione et assumptione, ut est illud[10]: *Si inimicus est, occidit; inimicus*[11] *autem est.* Et quia illi deest conclusio, enthymema vocatur.

16. Sequitur epichirema. Est descendens[12] de ratiocinatione latior et exsecutior rhetoricis syllogismis[13], latitudine distans et productione sermonis a Dialecticis syllogismis, propter quod rhetoribus datur. Hic autem constat modis tribus. Primus modus est tripertitus[14], secundus quadripertitus[15], tertius quinquepertitus.

17. Tripertitus epichirematicus[16] syllogismus est, qui constat membris tribus, id est propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat ex membris quatuor: prima propositione, secunda assumptione et una propositionis, sive assumptionis coniuncta[17], tertia[18] probatione et[19] conclusione.

18. Quinquepartitus est itaque[20], qui constat ex membris quinque, id est prima propositione, secunda eius probatione, tertia assumptione, quarta eius probatione, quinta conclusione. Hunc Cicero ita fecit[21] in arte Rhetorica[22]: *Si deliberatio et demonstratio*[23] *genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari*[24]. *Eadem enim*[25] *res alii*[26] *genus, alii*[27] *pars esse potest. Idem*[28] *genus et pars esse*[29] *non potest*, et cetera[30], quousque syllogismi huius membra claudantur[31].

1) Sic Gu. 1. — *similem* vulg. — 2) Sic Gu. 1. pr. Cic. Phil. II, 1, 1. — 3) *perhorrescere* ap. Cic. — 4) Sic Gu. 1. Ar. (qui addit *ita*, secundum Grial. e vet. cod. Ouet. Coll. goth.) va. — *argumentati* al. — *argumenta* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. 4. pr. va. Ar. et Cic. pr. Mil. 16. init., apud quem ita est locus: *cum omnium gratia — quem tempore, quem impune non est ausus — iniquo loco, alieno tempore.* — *piaculo* vulg. — 6) *propterea* al. — 7) vulg. *est altera*, sed *est* om. Gu. 1. — 8) *praepositione* Ar. — 9) *quaerenda* Gu. 2. — 10) Verba *Sunt autem* usque ad *et assumptione, ut est illud* addidi e Gu. 1. Grial. e libris Tarraconens., quem sequitur Arevalus. Vulg. post *requirenda* pergit: *Ex sola assumptione, ut est illud: Si inimicus est.* — 11) *Si inimicus* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. — *est* om. vulg. Sed novam periodum incipiendam putavi. Res desumpta est e Cic. de Inv. I, 34. seqq. — 13) *rhetoricus syllogismus* Ar.; nisi *in rhetoricis* scribas, *rhetoricis syllogismis* eodem sensu saltem accipiendum, si comparas §. 8. — 14) Sic Gu. 1. — *tripert. est* vulg. — 15) Gothofr. edit. *tripartit.* Consentit va. et sic *quadripart. quinquepart.* — 16) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *epichirematis* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *coniunctione* vulg. — 18) *tertia eius* pr. va. — 19) *et quarta conclusione* Grial. et Arev. e gothicis. — 20) *itaque* add. Gu. 1. — *itaque est* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *facit* vulg. — 22) de Inv. I, 9, 12. — 23) *monstratio* Gu. 2. — 24) *partes causae putari alicuius generis* Gu. 4. — *generis* om. Gu. 2. — *parari* pro *putari* Gu. 1. — 25) *enim*

CAP. X. *De lege.*

1. Lex est constitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod[32] Rex vel[33] Imperator edicit[34], constitutio vel edictum vocatur. Institutio aequitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est, mos est vero[35] vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est.

2. Mos autem longa consuetudo est, de moribus tracta[36] tantundem. Consuetudo autem est[37] ius quod de[38] moribus institutum, pro lege suscipitur, cum deficit lex, nec differt, scriptura an ratione consistat[39], quando[40] et legem ratio commendat.

3. Porro si ratione lex consistat, lex erit omne, quod iam[41] ratione constiterit, dumtaxat, quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti ratione[42] proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu[43].

4. Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut[44]: *Vir fortis petat praemium:* aut vetat, ut: *Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat:* aut punit, ut: *Qui caedem fecerit, capite plectatur.*

5. Factae sunt autem[45] leges, ut earum metu humana coerceretur[46] audacia, tutaque sit inter probos[47] innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim praemio aut poena vita moderatur humana.

6. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque[48], ne aliquid per obscuritatem in captionem[49] contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

CAP. XI. *De sententia.*

1. Sententia est dictum impersonale, ut:

Obsequium amicos, veritas odium parit[50].

Huic[51] si persona fuerit[52] adiecta[53], chria erit[54], ita: *offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo.* et[55]: *Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo.*

om. Gu. 1. — 26) *aliis* pr. va. — 27) Sic Gu. 2. va. (om. *non.*) Ar. — *aliis* vulg. — 28) *Eidem* Gu. 2. Ar. et Cic. — *Idem* vulg. — *Idem putari* Gu. 4. — 29) *esse* addidi e Gu. 1. al. — 30) Sic va. — Gu. 1. al. *vel.* Vulg. om. copulam. — 31) Sic Gu. 1. 4. va. Ar. — *clauduntur* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quid* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. — *aut* vulg. — 34) *edicunt* al. — 35) Sic Gu. 1. — *mos vero est* vulg. — *est* om. va. — 36) *tractant* Gu. 2. — *tractans* al. — *tractans tantum* al. — *tractans unde* al. — 37) *est* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 38) Sic Gu. 1. 2. (omisso *de*) *ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. (*non* pro *nec*) Ar. pr. va. — Vulg. *nec scriptura aut ratione consistat.* — 40) *quoniam* al. — 41) Sic Gu. 1. — *iam quod* vulg. — 42) *ratione* addidi e Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *est in communi usu* vulg. — 44) vulg. add. *est illud*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 45) *autem* om. va. — 46) Sic Gu. 1. — *coerceatur* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. va. — *improbos* vulg. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *manifestaque* vulg. — 49) Sic Gu. 1. pr. Ar. quod significat: quod esse possit captioni; hoc non intelligentes scribae posuerunt *in captione*, ut Gu. 2. va. Paulus Sentent. V, 33. *ne quis in captionem verborum in cavendo incidat.* — vulg. om. *in.* — 50) Terent. Andr. 1, 1, 41. — 51) *Huic* Arev. va. — *Hinc* vulg. — 52) *fuerit* Arev. va. — *fuerat* vulg. — 53) vulg. addit: *id est iudicium*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 54) *crian* Gu. 2. pr. va. — *crisis* var. lect. ap. Goth. — 55) *ut* Gu. 1., pro quo legendum *et*.

2. Nam inter chrian[1] et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde si sententiae persona adiiciatur, fit chria, si detrahatur, fit sententia.

CAP. XII. *De Catasceue et Anasceue.*

1. Catasceua[2] est confirmatio propositae[3] rei. Anasceua[4] autem contraria superiori est. Revincit enim non fuisse, aut non esse, quod natum, aut factum, aut dictum esse proponitur[5], ut si quis Chimaeram neget[6] fuisse, aut fuisse firmet[7].

2. Inter hanc[8] et thesin hoc interest[9], quod thesis, quamvis et ipsa habeat disputationem in utramque partem[10], tamen incertae rei quasi quaedam deliberatio vel cohortatio[11] est. Catasceua autem et anasceua in his rebus, quae verisimiles non sunt, sed pro veris ponuntur[12], plerumque versantur.

3. Anasceuae prima divisio est inconveniens[13] et mendacium. Inconvenientis species sunt, quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur aut in dictis, aut in factis. In dictis, ut si quis indecora et non respondentia auctoritati[14] dixisse dicatur, velut si aliquis infamet Catonem illum[15] Censorium, iuventutem[16] ad nequitiam et luxuriam cohortatum[17].

4. In factis, ut si quis abhorrens aliquid a sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur, ut est fabula de adulterio Martis et Veneris. Mendacium[18] tres habet species: incredibile, quod factum non esse[19] credatur, ut adolescentem, qui[20] de Siculo littore ingredientes[21] Africam classes videret[22].

5. Impossibile est, ut Clodius insidias Miloni fecerit, et idem occisus sit[23] a Milone. Contrarium est; nam si insidias fecit, occidit. Occisus[24] non fecit insidias. Haec distributio in contrarium[25] reformata catasceue proderit[26]. Oportebit[27] tamen principia sic ordinare[28], ut aut credendum esse veterum auctoritati, aut fabulis fidem non habendam esse dicamus.

6. Et ad id[29] postremum in anasceue requirimus[30], ne quid aliud significare voluerint, qui ista finxerunt: ut[31] Scillam non marinam, sed maritimam foeminam, nec succinctam canibus, sed[32] rapacem aliquam et inhospitalem venientibus extitisse.

CAP. XIII. *De Prosopoeia.*

1. Prosopoeia est, cum inanimalium[33] et persona et sermo fingitur[34]. Cicero in Catilina[35]: *Etenim si mecum patria mea, quae mihi vita mea[36] multo est carior, loqueretur, dicens*, etc.

1) *et crian* Gu. 1. 2. pr. va. — 2) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. — *Catasceue* vulg. hoc loco et infra. — 3) *positae* al. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. al. — *Anasceue* vulg. — 5) *praeponitur* pr. — 6) *negat* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1., — *confirmet* vulg. — *aut fuisse* om. va. — 8) Sic Gu. 1. — *has* vulg. — *haec* al. — 9) *interesse* Gu. 2. — 10) vulg. addit *scilicet negandi et confirmandi,* quae om. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 11) Sic Gu. 1. al. va. — *coarctatio* vulg. — *coartatio* pr. — 12) *proponuntur* Ar. — 13) *in inconv.* Ar. — 14) *auctoritate* Gu. 1. va. — 15) *illum* om. va. — 16) *iuventute illa* al. var. lect. apud Goth. — *illam* om. Ar., quem sequor. — 17) Sic Gu. 1. al. va. Ar. — *coartatum* vulg. — *esse cohortatum* al. — *coartatam* pr. — 18) *autem* vulg. add. quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 19) *quod non factum esse cred.* va. — 20) *qui* om. Ar. et tum *videre* exhibet. — 21) *egredientes Africa* Arev. et Plin. H. N. VII, 21., ubi est: *exeunte classe e Carthaginis portu.* Sed magis errasse puto ipsum Isidorum, quam ut omnes codd. pravam scripturam exhibere putem. — 22) *viderit* al. — 23) *est* Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. — *Occisus est* Gu. 2. va. Ar. — *Qui occisus est* vulg. — 25) vulg. addit: *ut, Clodius insidias fecit Miloni et occidit. Confirmatio est* quae om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 26) *ut gradus omnes constituamus, honestum, utile, verisimile, possibile, consentaneum, vel ex diverso inhonestum, inutile, parum verisimile, impossibile, contrarium* add. go-

2. Sic et montes et flumina et[37] arbores loquentes inducimus, personam imponentes rei, quae non habet naturam loquendi, quod et tragoedis[38] usitatum est et in orationibus frequentissime invenitur.

CAP. XIV. *De Ethopoeia.*

1. Ethopoeiam vero illam vocamus, in qua[39] hominis personam fingimus pro exprimendis affectibus aetatis, studii[40], fortunae, laetitiae, sexus, moeroris, audaciae. Nam cum piratae persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio[41]: cum foeminae sermo simulatur, sexui convenire debet[42] oratio: iam vero adolescentis et senis et militis et imperatoris, parasiti et rustici, et philosophi diversa oratio dicenda est[43].

2. Aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda, quis loquatur et apud quem et de quo et ubi et quo tempore: quid egerit, quid acturus sit, aut quid pati possit, si haec consulta neglexerit.

CAP. XV. *De generibus quaestionum.*

1. Genera quaestionum duo sunt, quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum *ὑπόϑεσις* Graece, Latine causa dicitur, ubi cum certa persona controversia est.

2. Infinitum, quod Graece *ϑέσις*, Latine propositum nominatur. Hoc personam non habet certam, nec inest aliqua[44] certa circumstantia, id est, nec locus, nec tempus. In causa vero certa sunt omnia[45], unde[46] quasi pars causae est propositum.

CAP. XVI. *De elocutione.*

1. Iam vero in elocutionibus illud[47] uti oportebit, ut res, locus, tempus, persona audientis efflagitat[48], ne profana religiosis[49], ne inverecunda castis, ne levia gravibus, ne lasciva[50] seriis, ne ridicula tristibus misceantur.

2. Latine autem et perspicue loquendum. Latine autem loquitur, qui verba rerum vera et naturalia persequitur, nec a sermone atque cultu praesentis temporis discrepat. Hinc[51] non sit satis videre, quid dicat, nisi id quoque aperte et suaviter[52] dicere, ne id quidem tantum[53], nisi id quod dicat[54] et facere[55].

thici aliquot. — 27) Praecedit: *Oportebit credendum esse* in va. — 28) *ordinari* al. — 29) *ad* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 30) Sic Gu. 1. — *requiramus* vulg. — *recurramus* Ar. — 31) *ut si* Ar. — 32) *seu* Gu. 1. — *sed severam* al. — 33) *animalium* al. Vulg. addit *rerum*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 34) vulg. addit *sicut*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 35) *in Catilinam* Ar. Intelligitur Cic. in Catil. I, 11, 27. — 36) *vita mea* om. Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. — *vel* vulg. — 38) *tragoediis* Gu. 2. va. Ar. — 39) *in quam* Gu 1. pr. — 40) *studiis* Gu. 1. — 41) *abrupta erit temeraria oratio* Gu. 1. — 42) *debet convenire* Gu. 2. va. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg.: *adolescentis improvida, et senis debilis, et militis fortis, et imperatoris gravis, et parasiti suasibilis, et rustici inculta, et philosophi perornata diversa oratio dicenda est.* — *Diversa est ratio dicendi* al. — *ratio ducenda est* Arev. e goth. Ouet. coll. — *est dicenda* va. — 44) Vulg. *inest in aliqua* etc. Sed Gu. 1. om. *in.* — *inest ei al.* Ar. va. — 45) Sic Gu. 1. — *omnia sunt* vulg. — 46) *undique si* al. — 47) Sic Gu. 1. 2 al. — *illa* Ar. — *illo* vulg. Vide ad I, 3, 4. — 48) *efflagitetur* Gu. 1. — 49) *religioni* al. — 50) *lascivia* edit. Goth. — 51) Sic Gu. 1. al. — *Huic* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *suaviter et aperte* vulg. — 53) *nec id quod est tantum* Gu. 2. — *ne id quidem tantum dicere* al. — 54) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. e cod. I. Vatic. Arch. et cod. 2. Tolet. — 55) *fecerit* al. et

CAP. XVII. *De trimodo dicendi genere.*

1. Dicenda sunt quoque summissa leniter[1], incitata graviter, inflexa moderate. Hoc est[2] enim illud trimodum genus dicendi, humile, medium, grandiloquum. Cum enim magna dicimus, granditer proferenda sunt, cum parva dicimus[3], subtiliter, cum mediocria, temperate.

2. Nam in parvis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem maioribus, ubi de Deo vel hominum salute proferimus[4], plus magnificentiae et fulgoris est exhibendum[5].

3. In temperatis vero causis, ubi nihil agitur, ut agat, sed tantummodo, ut delectetur auditor, inter utrumque moderate dicendum est[6]: sed[7] quamvis de magnis rebus quisque dicat, non tamen semper granditer docere[8] debet, sed summisse, cum docet; temperate, cum aliquid laudat[9] vel vituperat; granditer, cum ad conversionem[10] aversos[11] animos[12] provocat. Utenda[13] tamen verba in summisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia.

CAP. XVIII. *De colo, themate, et periodis.*

1. Componitur autem instruiturque omnis oratio verbis, comma[14], et colo[15] et periodo. Comma particula est sententiae. Colon[16] membrum[17]. Periodos ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate colon, ex colo[18] periodos.

2. Comma est iuncturae finitio, utputa: *Etsi vereor iudices*[19], ecce unum comma; sequitur et aliud comma: *ne turpe sit pro fortissimo viro dicere*, et factum est colon, id est membrum, quod intellectum sensui praestat, sed adhuc pendet oratio, sicque deinde ex pluribus membris fit periodos, id est extremae[20] sententiae clausula: *ita*[21] *veterem*[22] *iudiciorum morem*[23] *requirunt.* Periodos autem longior esse non[24] debet, quam ut uno spiritu proferatur.

CAP. XIX. *De vitiis literarum et verborum et sententiarum cavendis.*

1. Praeterea purum et honestum oratoris eloquium carere debet omnibus vitiis tam in literis, quam in verbis, quam etiam in sententiis[25].

2. In literis, ut iunctura apta et conveniens sit; et sic observandum, ne praecedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem prima[26] incidat verbi sequentis, ut *foeminae Aegyptiae.*

Rom. cod. — *facete dicat* Ar. e Grial. coniect. — *nisi id quod deceat fecerit* Grial. coniectura. Infinitivus pendet per attractionem a vv. *non sit satis.* Cfr. Krueger über die orat. obliq. p. 70. — 1) *leviter* Ar. — 2) *est* om. Gu. 2. — 3) *dicimus* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — 4) Sic Gu. 1. — *referimus* vulg. — 5) *est* addidi e Gu. 1. 2 Ar. pr. va. — 6) Sic Gu. 1. — *est moderate dicendum* vulg. — 7) vulg. *sed et*, sed *et* om. Gu. 1. — 8) *dicere* Ar. — 9) vulg. *vel laudat; vel* om. Gu. 1. 2. Ar. pr. — 10) *conversationem* al. — 11) *adversos* al. — om. al. — 12) *animas* al. — 13) *Utendum* Gu. 2 — 14) Sic Gu. 1. 2. va. — *commate* vulg. — *verbi comma* pr. — 15) *et colon et periodon* Gu. 1. 2. va. — *colon periodon* pr. — *et* prius om. vulg. — 16) *cola* Gu. 1. — 17) *membra* Gu. 2. — 18) *colon* Gu. 1. 2. pr. va. Scripsi *colo* pro *colis*, quod est in vulg. — 19) Locus est e Cic. pr. Milon. init. — 20) Sic Gu. 1. Ar. va. — *extremae* vulg. — 21) *id est* Gu. 1. — 22) *veterum* Gu. 1. — 23) *morem iudiciorum* Cic. — 24) *non* om. al. — 25) *in* om. Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. — *primam* vulg.; *prima* est *ut prima.* — 27) *in structura* Gu. 2. al. — *in iunctura* pr. — *in iunctura aliter structura.* — 28) Sic Gu. 1. Ar. — *applicentur* vulg. — 29) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *triamque* vulg. — 30) *in* om. al. pr. — 31) Vulg. *ut est.* — *est* om. Gu. 1. Ar. va. — 32) *et* om. Ar. — 33) Additur vulgo: *Praeterea carere debet oratio et omnibus vitiis, quae inter prima Grammaticorum studia cognoscuntur.* Om. Gu. 1. Ar. — al. pr. om. *et.* — *in* pro *inter* Gu. 2. Verba sunt e cap. seq. §. 3. — 34)

Quae structura[27] melior fit, si consonantes vocalibus applicantur[28]. Trium quoque[29] consonantium, quae in[30] se incidentes stridere et quasi rixari videntur, vitanda iunctura est, id est, *r. s. x.*, ut[31]: *ars studiorum*, *rex Xerxes*, *error Romuli.* Fugienda est et[32] consonans *m* illisa vocalibus, ut *verum enim*[33].

C A P. XX. *De iuncturis verborum.*

1. In verbis quoque cavenda sunt vitia, ut non impropria verba ponantur, quae[34] Graeci Acyrologian vocant. Amanda est ergo proprietas, sic tamen, ut aliquando[35] propter humilitatem sordidi aut spurci vocabuli translatis vocabulis[36] sit utendum, non tamen longe accitis, sed ut veris proxima videantur et cognata[37].

2. Fugienda etiam Hyperbata longiora, quae fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque et vitium illud cavendum, cum quidam iactatione[38] eloquentiae ducti, quod uno[39] aut duobus verbis significare poterant, interpositis inanibus vocibus longa et circumflexa[40] ambage concludunt[41]: quod vitium Perissologian vocant[42].

3. Cui contrarium criminis vitium[43] est ob brevitatis studium[44] etiam necessaria verba furari[45]. Fugienda sunt quoque, sicut in literis et verbis, ita[46] in sententiis vitia, quae[47] inter prima Grammaticorum studia cognoscuntur.

4. Sunt autem Cacemphaton[48], Tautologia, Ellipsis[49], Acyrologia, Macrologia, Perissologia, Pleonasmos et his similia. At contra orationem extollit et exornat energia Emphasicum[50], quae plus quiddam[51], quam dixerit[52], intelligi facit, ut si dicas: *Ad gloriam Scipionis ascendet*[53], et Virgilius[54]:

Demissum lapsi per funem.

Cum enim dicit lapsi, altitudinem imaginis suggerit[55]. Huic contraria virtus est, verbis minuere, quae natura sua magna sunt.

C A P. XXI. *De Figuris verborum et sententiarum.*

1. Angetur[56] et ornatur oratio etiam figuris verborum ac[57] sententiarum. Nam quia directa et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam dicendi, quam audiendi[58] creat, flectenda

quam Ar. — 35) *ut non aliquando* va. — 36) *vocabulis vel nominibus* Gu. 1. Hoc *vel* esse videtur: *alii*, ut interdum variae lectt. ita in contextis iunguntur. Scripsi itaque *vocabulis.* — 37) *proximam videantur et cognatam* Gu. 1. — Ordinem verborum recepi pro vulg. *proxima et cogn. vid.* — *cognita* al. — 38) *iactantia* Gu. 2. al. var. lect. ap. Goth. — 39) *unius* Gu. 1. — 40) *circumplexa* pr. Vulcan. Rell. *circumflexa.* — 41) *concluduntur* Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — *Perissologia vocatur* vulg. — 43) *criminis* add. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 44) Sic Gu. 1. — *brevitatis studio* vulg. — *ut brevitatis studio* Gu. 2. pr. va. — 45) *furare* al. — 46) vulg. *et* add., quod om. Gu. 1. Verba: *ita et in sententiis vitia* Ar. collocat post *cognoscuntur.* — *vitanda* pro *vitia* cod. 1. Vat. Arch. — *in* ante *sent.* om. pr. — 47) *quae* usque ad *cognoscuntur* om. al., quod supra cap. 19. extr. leguntur vulgo. — 48) *Cacophaton* Ar. — *Cacephaton* al. va. — 49) *Eclipsis* Ar. — 50) *tum fasis* (pro vulg. *et emphasis*) Gu. 1. — *tamen falsis* Gu. 2. — *cum emphasi* al. Hoc verum puto, quare recepi. — *tum emphasis* pr. Ar. — *energiatum emfasis* va. — 51) *quidam* Gu. 1. — *quoddam* pr. — *quidem* al. — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *dixerat* vulg. — 53) *ascendit* Gu. 2. va. — 54) Aen. II, 262. — 55) *lapsi per funem, imaginis altit.* al. — *imaginis* om. Ar. (qui suspicatur: *altitudinis imaginem*) et Grial. e cod. Rom. — 56) *Sunt autem et quaedam figurae verborum in praeceptis eloquentiae, quibus* praeponunt al. pr. — 57) *et sentent* va. — 58) *dicenti* — *audienti* Ar.

est, et in alias versanda formas, ut et dicentem reficiat et ornatior stet[1], et iudicem diverso vultu audituque deflectat. E[2] quibus plurimae superius a Donato in schematibus artis Grammaticae annotatae sunt.

2. Unde tantum illa hic interponi oportuit, quae in poemate aut nunquam aut difficulter fiunt, in oratione autem libere[3].

3. *Anadiplosis*[4] est congeminatio verborum, ut *hic tamen vivit, imo vivit*[5], *etiam*[6] *in senatum venit*[7].

4. *Climax* est gradatio, cum ab eo verbo[8], quo sensus superior terminatur, inferior incipit, ac deinde[9] quasi per gradus dicendi ordo servatur[10], ut est illud Africani[11]: *Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas.* Hanc figuram nonnulli catenam appellant, propter quod[12] aliud in alio quasi nectitur nomine, atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contexione[13] verborum, ut apud Gracchum[14]: *Pueritia tua adolescentiae tuae inhonestamentum fuit, adolescentia senectuti*[15] *dedecoramentum, senectus reipublicae flagitium.* Sic et apud Scipionem[16]: *Vi atque ingratis*[17] *coactus cum illo sponsionem feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo coetu damnavi, damnatum ex voluntate dimisi.*

5. *Antitheta*, quae Latine contraposita appellantur: quae, dum ex adverso ponuntur, sententiae pulchritudinem faciunt[18], et ornamento[19] locutionis decentissima existunt, ut Cicero: *Ex hac parte*[20] *pudor expugnat*[21], *illinc*[22] *petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido; hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes*[23] *omnes certant: cum iniquitate luxuria; ignavia cum*[24] *temeritate, vitiis*[25] *omnibus; postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita; mens sana cum amentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* In huiusmodi certamine ac praelio[26], huiusmodi locutionis ornamento liber Ecclesiasticus[27] usus est, dicens: *Contra malum bonum, et contra mortem vita: sic contra pium peccator: et sic intuere*[28] *in omnia opera altissimi: et binum et bina*[29], *unum contra unum.*

1) Sic Gu. 1. — *fiat* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *De* vulg. — 3) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. Ar. — *libera* vulg. — Vulg. add. *fiunt*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — *fiant* al. — *item* pro *fiunt* exhibet Gu. 2. — 4) *Anadiplosis* usque ad caput *de dialectica* omittunt codd. Gu. 3. 4. — 5) Vulg.: *imo vivit, et iam in senatum venit.* At vv. *imo vivit* om. Gu. 1. pr. — *vivit* om. Ar. — 6) *et non solum vivit, sed etiam in sen.* etc. va. — 7) *in senatura vivit* Gu. 1. — *in senatu vivit* Gu. 2. va. Locus est e I. Cic. in Catil. 1, 2. — 8) *verbo* om. al. — 9) Sic Gu. 1. — *dehinc* vulg. — 10) *servatur ordo dicendi* Gu. 2. — 11) *Africanum* putat Areval. eum esse, de quo Ammian. Marcell. lib. XXIX. cap. 3. *Africanus homo disertus, causarum defensor assiduus, a Valente occisus.* At haud dubie intelligendus est P. Scipio Africanus, cuius orationes laudat Cic. in Brut. c. 21. Nam omnia fere exempla figurarum ab antiquis petiit oratoribus Isidorus. — 12) *propterea quod* Ar. — *quod* om. Gu. 2. — 13) *contextione* Gu. 2. va. — *contextu* al. — 14) *grammaticam* Gu. 2. — *grecum* pr. Cfr. Cic. Brut. cap. 27. — 15) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *senectutis* vulg. — 16) Est P. Scipio Africanus, de quo modo diximus. — 17) Sic Arev. — *gratis* vulg. Arevali emendationem ignorans, in eandem incidit Ellendt. in Praefat. ad Cic. Brut., ubi hoc Africani fragmentum laudat idem Ellendt. — 18) *sententiae pulchritudinem faciunt* om. al. — 19) Sic Gu. 1. — *in ornam.* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *Ex hac parte* vulg. Locus est e II. Catil. 11, 25. — 21) Sic Gu. 1. 2. Ar. Cic. — *expugnat* vulg. — 22) *illic* Gu. 1. — 23) *et*, quod est vulg. ante *virtutes*, om. Gu. 1. 2. Ar. va. Cic. — 24) *cum* om. Gu. 2. va. — 25) Sic Gu. 1. 2. — *et cum vitiis omnibus* vulg. — *et* om. Ar. va. Cic.: *cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus; postremo copia cum egestate* etc. — 26)

6. *Synonymia* est, quotiens in connexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero[30]: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.* Item[31]: *Non feram, non patiar, non sinam*[32].

7. *Epanodos*, quam regressionem nostri[33] vocant: *Principium dignitatis*[34] *erat pene par; non par fortasse eorum, quae*[35] *sequebantur.*

8. *Antapodosis*, quotiens media primis et ultimis conveniunt[36]: *Vestrum iam*[37] *hoc factum*[38] *reprehendo*[39], *Patres conscripti, non meum, ac pulcherrimum quidem factum: verum, ut duxi, non meum, sed vestrum.*

9. *Paradiastole* est, quotiens id, quod dicimus, interpretatione discernimus: *cum te pro astuto sapientem appellas, pro inconsiderato fortem, pro inliberali diligentem*[40].

10. *Antanaclasis* est, quae[41] eodem verbo contrarium exprimit sensum. Querebatur quidam de filio, cum[42] mortem suam expectaret, respondente: *Non expecto, imo peto*, inquit, *ut expectes.*

11. *Antimetabole* conversio[43] verborum, quae ordine mutato contrarium facit[44] sensum: *Non ut edam vivo, sed ut vivam edo.* Et illud[45]: *Si consul Antonius, Brutus hostis: si conservator reipublicae Brutus, hostis Antonius.*

12. *Exoche: Quis eos appellavit? Appius. Quis produxit*[46]*? Appius.*

13. Nunc figuras sententiarum, quas operae pretium est[47] cognoscere, persequamur[48].

14. *Sententia*[49] est dictum impersonale, ut:

Obséquium amicos, véritas[50] *odiúm parit.*

Huic si fuerit persona[51] adiecta, Chria[52] erit, ita: *Offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo.* Nam inter chriam et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde si sententiae persona adiiciatur[53], chria erit[54]: si detrahatur, fit sententia.

15. Sententiarum species multae[55]: Aliae enim sunt indicativae, aliae sunt[56] pronunciativae, ut:

Nusquam tuta fides[57],

aliae imperativae, ut:

Verba: *In huiusmodi certamine ac proelio* om. Ar. — 27) Locus est in Ecclesiast. 33, 15. — 28) *contuere* Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. — *bina et bina* vulg. Vulgata bibliorum *duo et duo.* LXX: δύο, δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός. — 30) Locus Ciceronis est e I. in Catil. 3, 8. — 31) Sic Gu. 1. va. — *Item* vulg. — 32) Locus est e I. Cic. Catil. 5, 10. — 33) *nonnulli nostri* va. — 34) *Principum dignitas* Ar. e Cic, pr. Ligar. c. 6, 19. — *principium dignitas* pr. va. — 35) *quemque seq.* Gu. 1. — *qui seq.* va. — 36) Vulg. praecedunt haec: *ut ibi*, quae om. Gu. 1. 2. va. — *ibi* om. Ar. Locum Ciceronis esse suspicor, sed tamen reperire non potui. — 37) *nostrum* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. 2. — *etiam hoc factum* pr. va. — *hic factum* Ar. — *iam* om. vulg. — 39) *reprehendendo* Gu. 1. — 40) *pro liberali indiligentem* Gu. 1. Ex Hyperide locus citatur apud Rutil. Lupum. Citat eundem Quinctil. IX, 3, 65. — 41) *qui* Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. al. — *cur* vulg. — *quod* Quinctil. IX, 3, 68, ubi ille *quidam Proculeius* dicitur. Cfr. Rutil. Lup. — 43) Vulg.: *est conversio. Est* om. Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *efficit* vulg. — 45) Eosdem locos citat Quinctil. IX, 3, 86. Alter est apud Cic. Philipp. IV, 3. — 46) *Qui produxit* Arev. Exochae definitionem pete ex Aquila Rom. — 47) *sit* Gu. 2. al. — Pro *nunc* pr. exhibet *hinc.* — 48) *persequimur* pr. va. In va. titulus est *de figuris sententiarum.* — 49) Idem dixerat cap. 11. — 50) *veritas* om. Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. — *persona fuerit* vulg. — 52) *crian* Gu. 2. pr. va. — 53) *adiciatur* pr. — 54) Sic Gu. 1. (*crian.*) — *fit chria* vulg. — 55) Vulg.: *multae sunt*, sed *sunt* om. Gu. 1. h. l. et addit post *enim*, ut Gu. 2. pr. va. (quae *enim* om.) — 56) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 57) Locus est e Virg. Aen. IV, 373.

Vade, age nate, voca Zephiros, et labere pennis[1].

Aliae admirativae, ut:

Tantaene[2] *animis coelestibus irae*[3]*?*

16. Aliae comparativae[4]:

Si vinco et pereo[5], *quid ibi me vincere*[6] *praestat?*

Aliae superlativae, quae cum aliquo motu animi et indignatione promuntur, ut[7]:

— Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames[8]

Aliae interrogativae, ut:

Iuvenes, quae causa subegit
Ignotas tentare vias? Quo tenditis? inquit[9].
Quid genus[10], *unde domus*[11]*? Pacemne huc fertis, an*[12] *arma?*

18. Aliae responsativae[13], ut *illinc, istinc.* Aliae deprecativae, ut:

Eripe me his invicte malis[14]*!*

Aliae promissivae, ut:

Parce metu Cytheraea, manent immota tuorum[15].

Aliae concessivae quae impulsione[16] prohibeant, ut:

Sequere[17] *Italiam ventis pete regna per undas.*

Quae tamen ne[18] non intellecta sit persuasio, permixta sunt aliqua, quae vetant[19] latenter, ut:

Ventis pete regna per undas[20].

Aliae demonstrativae, ut: *en, ecce.* Aliae optativae, ut:

O mihi praeteritos referat si Iupiter annos[21].

19. Aliae denegativae[22], ut: *nequaquam.* Aliae, quae[23] cum exclamatione proferuntur, ut:

Quis furor o cives pacem convertit in arma[24]*?*

Et Cicero[25]: *O dii immortales, ubinam gentium sumus?*

20. Aliae exhortativae, cum ad sententiam provocamus, ut:

Aude hospes contemnere opes[26].

1) Virgil. Aen. IX, 223. — 2) *tantumne* pr. — 3) Virg. Aen. I, 11. — 4) Vulg. *ut est* addit, quae om. Gu. 1. — *est* om. Ar. va. — 5) *Si vinco pro eo* Gu. 1. — Nescio unde locus sit desumptus. — 6) *vincere me* Gu. 1. — 7) Vulg. *ut ibi*, sed *ibi* om. Gu. 1. Verba *ut ibi: Quid* usque ad *fames* om. Gu. 2. Ar. — 8) Virg. Aen. III, 57. — 9) Verba *quo tenditis, inquit* addidi e Gu. 1. Sunt e Virgil. Aen. VIII, 113. seqq. — 10) Sic Gu. 1. — *qui genus* e Virgil. Arev. — *quod* vulg. — 11) Sic va. — *unus domum* Gu. 1. — *unde domo* Arev. e Virgil. — *unde domus* vulg. — 12) *in* Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. — *responsivae* vulg. — 14) Virg. Aen. VI, 365. — 15) *fata tibi* e Virg. Aen. I, 257. addidit Arev. — 16) Sic Gu. 1. va. al. — *cum impuls.* vulg. — 17) *I sequere* Arev. e Virg. Aen. IV 381. — 18) *nec non* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *vetent* vulg. — 20) Vulg. *pete regna per undas*, at vv. *pete regna* om. Gu. 1. va. Ar. — 21) Virg. Aen. VIII, 560. — *referet* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. al. apud Grial. — *derogativae* vulg. — *negativae* al. et var. lect. ap. Goth. — 23) *quae* om. pr. al. — 24) Locus est e Petron. Satyr. cap. 68. extr. ed. Amstelodam. 1700. — *O cives* non est apud Petron. — 25) in I. Catil. 4, 9. — 26) Virg. Aen. VIII, 364. — 27) *e* Gu. 1. — 28) *Quidne* Gu. 1. — *quinni* Gu. 2. — 29) *et habebis* Gu. 1. 2. pr. va. Locus est ex parodia Virgil. Ge. I, 299. ortus, ubi est *Nudus ara, sere nudus: hiems ignava colono.* Citat hunc versum Servius ad Virg. l. c. Pro *messes* apud Serv. recte est *febres.* — 30) Virg. Georg II, 299. — 31) Sic Gu. 1. — *mirativae* vulg. — *mi-*

21. Aliae dehortativae, cum a[27] contrario vitio peccatoque reducimus. Sunt et affirmativae, ut *quidni*[28], *quippe*.

22. Praeceptivae, ut:

Nudus ara, sere nudus, habebis[29] *frigore messes.*

23. Vetativae, ut:

Neve inter vites corylum sere, neve flagella
Summa pete[30].

24. Negativae, ut: *non*, *minime*. Sunt et admirativae[31], ut: *Pape, vivere non licet, et fornicari libet*[32]*?*

25. Dolentis[33]:

Heu[34] *mihi, quod nullis*[35] *amor est sanabilis herbis*[36].

Flentis similitudinis sic[37]:

— *Quondam Creta fertur*[38] *Labyrinthus in alta.*

Admonentis, irridentis, gementis, exhortativae, consolativae, commiserantis: quorum quot sunt figurae[39], tot et in pronunciando voces.

26. Sunt et Amphidoxae, quarum pars inhonesta[40], ut:

— *non est tua tuta*[41] *voluntas:*
Magna[42] *petis Phaëton.*

27. Sunt et aliae, *procatalepsis*, cum id, quod[43] nobis obiici[44] poterat, ante praesumimus ad diluendum, ut: *Si*[45] *quis vestrum*[46] *iudices, aut eorum, qui assunt, forte mirantur*[47]. Sunt et *aporiae*, dubitatio simulantis nescire se quae scit, aut quomodo dicatur.

28. *Koenosis*[48] autem dicitur communicatio consilii cum iudicibus aut adversariis, ut si dicas: *Vos consulo, iudices, aut vos adversarii, quid me facere convenerit*[49], *aut quid vos facturi fuissetis*[50].

29. *Paradoxon* est, cum dicimus, inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco[51] Cicero: *Cuius laudis praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse*[52] *factum.*

30. *Epitrope*, id est permissio, cum aliqua[53] ipsis iudicibus aut adversariis permittimus aestimanda[54], ut Calvus in Vatinium[55]: *Perfrica faciem*[56], *et dic te*[57] *digniorem, qui praetor fieres, quam Catonem.*

serativae al. — 32) Verba sunt Hieronymi in Epist. ad Rust. 4. — 33) *ut* add. Ar. pr. — 34) *Hei* Ar. va. — 35) *nullus* Gu. 1. pr. va. — 36) Locus est ex Ovid. Heroid V., 149., ubi est: *Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis.* — 37) vulg. addit *ut*, quod om. Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. 2. consentientes cum Virgil. Aen. V, 588. — *Sicut quondam Creta fertur* Ar. — *sic ut Creta fertur* va. — *Creta ut fertur quondam* vulg. — 39) Vulg. *genera vel fig.* Ut nos, sic Gu. 1. 2. — *vel figurae* om. va. — 40) Vulg. praecedunt *pars honesta est*, quae om. Gu. 1. — 41) *tuta tua* Gu. 1. — 42) *magna regna* va. Locus est ap. Ovid. Met. II, 53. seq. — 43) *qua* va. — 44) *obici* pr. — 45) *Si* om. Gu. 1. — 46) *nostrum* Gu. 1. — 47) *mirantes* Gu. 2. pr. — *miratur* Arev., ut apud Cicer. Divin in Caecil. init. At ut Isidorus, ita citat Pompeius Grammat. p. 81. Lindemann. et Codd. aliqui. — 48) *Quinosis* pr. — *Oenonosis* va. — 49) Sic Gu. 1. pr. al. — *conveniret* Gu. 2. va. — Vulg. *convenit.* — 50) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *fuistis* Gu. 2. — *fueritis* vulg. — 51) *pro* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — vulg. *se esse factum.* At apud Cicer. in orat. pro Flacco non reperitur hic locus, nisi memoriter eum laudaverit, qui legitur ab init. orationis: *sperabam iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem.* — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. — *aliquid* vulg. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *existimanda* vulg. — 55) Sic recte Arev. Vulg. in *Vaticinio.* Vide Weichert. de C. Licinio Calvo poeta, in Opuscul. p. 113. seq. — 56) Sic Gu. 1. — *frontem* vulg. — 57) *dic* om. va.

31. *Parrhesia*[1] est oratio libertatis et fiduciae plena[2]: *Occidi non*[3] *Spurium Melium*[4], et caetera. Qua figura caute utendum est, ut Cicero: praemisit[5] enim rationem[6].

32. *Ethopoeia*[7] est, cum sermonem ex aliena persona inducimus, ut pro Caelio Tullius facit Appium Caecum cum Clodia[8] loquentem.

33. *Energia* est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua iam locuti[9] sumus.

34. *Metathesis* est, quae mittit animos iudicum in res praeteritas aut futuras, hoc modo: *Revocate*[10] *mentes ad spectaculum expugnatae miserae civitatis, et videre vos credite incendia, caedes, rapinas, direptiones, liberorum*[11] *corporum iniurias, captivitates matronarum, trucidationes senum.* In futurum autem anticipatio eorum, quae dicturus est adversarius, ut Tullius[12] pro Milone, cum mittit[13] animos iudicum in eum reipublicae statum[14], qui futurus est[15], etiamsi occiso Milone Clodius viveret.

35. *Aposiopesis* est, cum id, quod dicturi videbamur, silentio intercipimus[16]:

Quos ego, sed motos praestat componere fluctus[17].

36. *Epanalepsis* est digressio, ita: *Tulit calor me*[18] *dicendi et dignitas rerum paulo longius, quam volebam, sed redeo ad*[19] *causam.*

37. *Anamnesis*[20] est commemoratio eius rei, quam oblitos fuisse nos fingimus.

38. *Apaetesis*[21] est, cum id, quod in animos iudicum quasi deposueramus, opportune reposcimus.

39. *Aetiologia* est, cum proponimus aliquid[22], eiusque causam et rationem reddimus.

40. *Characterismus*[23], descriptio figurae alicuius expressa, ut:

Omnia Mercurio similis[24] *vocemque coloremque*[25]
Et crines flavos[26] *et membra decora iuventa*[27].

Ἀθροισμός[28], cum plures sensus breviter expeditos in unum locum coacervat, et cum quadam festinatione decurrit, ut Cicero[29]: *Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum*[30], *bona, fortunas*[31], *coniuges, liberosque vestros*[32], etc.

41. *Ironia* est, cum per simulationem[33] diversum, quod[34] dicit, intelligi cupit. Fit autem aut cum laudamus eum, quem vituperare volumus, aut vituperamus, quem laudare volumus[35]. Utriusque exemplum erit, si dicas amatorem reipublicae Catilinam, hostem reipublicae Scipionem.

1) *Parisia* va. — 2) Vulg. addit *ut ibi*, quae om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 3) *Occidi, occidi* e Cicer. pr. Milon. 27, 72. scripsit Arev. — 4) *melius* Gu. 1. — 5) *promisit* va. — 6) *factionem* Gu. 1. Gothici ap. Arev. — 7) *Etopopoiia* Gu. 1. pr. va. — 8) Sic Arev. pr. — *Clodio* vulg. At vide Cic. in orat. — 9) Sic Gu. 1. — *locuti iam sumus* vulg. — 10) Nescio, unde sit locus petitus. Ciceronis certe non est. — 11) *vel vivorum* addit va. — 12) *Tullium* Gu. 1. 2. — 13) *committit* Gu. 1. — 14) *in eum locum reipublicae status* va. — 15) *statum futurum est* Gu. 1. pr. al. — *status futurus est* va. — *qui futurus esset, si* Ar. — 16) vulg. add. *ita*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 17) Virgil. Aen. I, 135. — 18) *me calor* Gu. 2. — 19) *ad* om. Gu. 2. Locus unde sit, non constat. — 20) *Anaminisis* Gu. 2. pr. va. — 21) *Aparisis* Gu. 1. — *Aparasis* Gu. 2. pr. va. — 22) *oportune reposcimus aliquid* add. Gu. 2. pr. va. (*proponi* exhibet.) — 23) Vulg. *est* addit, quod om. Gu. 1. 2. — 24) *simul* Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. 2. va. et Virgil. Aen. IV, 558. — vulg. *colorem* sine *que*. — *coloremque vocemque* pr. — 26) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *et flavos* vulg. contra Virgil. — 27) *iuventae* Arev. — 28) *Epitrochasmos* Ar., qui sequitur Grial., qui putat Athroismum et Epitrochasmum confusum esse a librariis et alterutrius definitionem excidisse. In MSS. apud Grial. est *litrismus*, *lintrismus*, *syntrismus*. *Litrismos* pr. va. — 29) Vulg. addit *sic*, quod om. Gu. 1. 2. va Ar. — 30) *vestrorum* Gu. 1. 2. At *vestrum* recte est ap. Cic. init. III. Catil. — 31) *fortuna* Gu. 1. — 32) *usus* pro *vestros* pr. va. — 33) *similitudinem* va. — 34) Sic Gu. 1. — *quam* vulg. — 35) *aut vituperamus, quem laudare volumus* om. Gu. 2. — 36) *quae cum magna sunt* va.

42. *Diasyrmos* ea, quae magna[36] sunt, verbis minuit, aut minima extollit.

43. *Hyphe*[37] est, quotiens in eodem sensu diutius immoramur[38]: *Cui tandem pepercit? cuius amicitiae fidem custodivit*[39], *cui bono inimicus non fuit? quando non aut*[40] *accusavit*[41] *aliquem, aut verberavit*[42], *aut prodidit?*

44. *Epangelia* est promissio, qua iudicem attentum facimus, pollicentes, nos aliqua magna aut[43] minima dicturos.

45. *Prosopopoeia* est, cum inanimalium persona[44] et sermo fingitur. Cicero in Catilina: *Etenim si mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior, loqueretur, dicens*, etc.

46. *Parathesis*[45] est, cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum[46], repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit.

47. *Peusis* est soliloquium[47], cum ad interrogata ipsi nobis respondemus.

48. *Synaeresis*[48] est, cum differimus[49] aliquid, petentes, ut[50] aliud interim nos[51] permittant dicere.

CAP. XXII. *De Dialectica*[52].

1. *Dialectica* est disciplina ad discernendas[53] rerum causas[54] inventa. Ipsa est Philosophiae species, quae Logica dicitur, id est rationalis, diffiniendi, quaerendi et disserendi[55] potens. Docet enim in pluribus generibus quaestionum, quemadmodum disputando vera et falsa diiudicentur.

2. Hanc quidem[56] primi[57] Philosophi in suis dictionibus habuerunt[58]; non tamen ad artis redegere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius[59] doctrinae argumenta perduxit[60], et Dialecticam nuncupavit, pro eo quod in eadem dictis[61] disputatur. Nam λεκτόν[62] dictio dicitur. Ideo autem post Rhetoricam disciplinam Dialectica sequitur, quia in multis utrique[63] communia existunt.

CAP. XXIII. *De differentia Dialecticae et Rhetoricae artis*[64].

1. *Dialecticam*[65] et Rhetoricam Varro in novem disciplinarum libris tali similitudine diffinivit: Dialectica et Rhetorica est, quod in manu hominis pugnus astrictus[66] et palma distensa: illa verba contrahens, ista distendens[67].

— 37) *Epimone* Ar. — 38) *remoramur* al. Vulg. add. *sic*, quod om. Gu. 1. — *ut* pro *sic* exhibet Gu. 2. va. — 39) *servavit* Gu. 2. — 40) *non aut* va. — 41) *causavit* Gu. 1. — 42) *verberaverit* edit. Gothofred. Unde autem locus sit, non constat. — 43) *an* Gu. 2. — 44) Vulg. *et persona*, sed copulam om. Gu. 1. al. Cfr. cap. 13. — 45) *Parenthesis* Gu. 1. — 46) *iudicium* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. va. — *Peusis, id est soliloq.* vulg. — 48) *Sirenosis* Gu. 1. — *Synchoresis* Grial. et Arev. e mss., in quibus est *synerosis*. Cum his consentit pr. — *Synosis* va. — 49) *deferimus* Gu. 1. — 50) *ut* om. al. — 51) Sic Ar. va. — *nos non* vulg. — 52) *Incipit liber tertius de dialectica* va. Idem est in libris Tarraconens. — *Inter figuras sententiarum incipiunt cap.* etc. Gu. 2. pr. al. — Cap. 7. (sive totius libri 29.) est in Gu. 2. *de formulis syllogismorum.* — *Incipiunt capitula de Dialectica* vulg. quae et titulos capp. exhibet. — 53) *Discernendas* Gu. 1. al. Sic mox *disserendi* al. exhibent — *discernendum* al. — 54) *rerum in causas* pr. — 55) *discernendi* al. — 56) Sic Gu. 1. va. Ar. — *quidam* vulg. — 57) *primum* al. — 58) *habuerint* al. — 59) *huius* al. om. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *produxit* vulg. — 61) Sic Gu. 1. 2. — *quod eadem* al. — *quod in ea de dictis* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (nisi quod latinis literis expressa est vox, quam ego Graecis scripsi.) — λέξις vulg. — 63) *utraque* Gu. 2. va. al. — *uterque* pr. — 64) Totum hoc caput iisdem fere verbis legitur apud Cassiodor. de Dialectica. — 65) vulg. addit *vero*, quod om. Gu. 1. — 66) *districtus* Gu. 1. — 67) *il-*

2. Dialectica siquidem[1] ad disserendas res acutior[2]. Rhetorica ad illa, quae nititur, docenda[3] facundior. Illa ad scholas nonnunquam venit: ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos: haec[4] frequenter et populos.

3. Solent autem Philosophi antequam ad isagogen veniant[5] exponendam[6], diffinitionem Philosophiae ostendere, quo facilius ea, quae ad eam pertinent, demonstrentur.

CAP. XXIV. *De diffinitione Philosophiae*[7].

1. *Philosophia* est rerum humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi[8] coniuncta. Haec[9] duabus ex rebus constare videtur, scientia et opinatione[10].

2. Scientia est, cum res aliqua certa ratione percipitur; opinatio autem, cum res adhuc incerta[11] latet et nulla ratione firma[12] videtur, utputa sol utrumne tantus, quantus videtur, an maior sit, quam omnis terra: item luna globosa sit, an concava, et stellae utrumne adhaereant coelo an per aerem libero cursu ferantur: coelum ipsum qua magnitudine, qua materia constat[13]: utrum quietum sit et inmobile[14], an incredibili celeritate volvatur: quanta sit[15] terrae crassitudo, aut quibus[16] librata fundamentis[17] et suspensa permaneat.

3. Ipsum autem nomen[18] Latine interpretatum amorem sapientiae[19] profitetur. Nam Graeci φιλόν amatorem[20], σοφίαν sapientiam dicunt. Philosophiae species tripertita est: una naturalis, quae Graece Physica appellatur, in qua de naturae inquisitione disseritur: altera moralis, quae Graece Ethica dicitur, in qua de moribus agitur: tertia rationalis, quae Graeco vocabulo Logica appellatur, in qua disputatur, quemadmodum in rerum causis[21] vel vitae moribus veritas ipsa quaeratur.

4. In Physica igitur causa quaerendi, in Ethica ordo vivendi, in Logica ratio intelligendi versatur. Physicam apud Graecos primus perscrutatus est Thales Milesius, unus ex illis sapientibus[22]. Hic enim ante alios coeli causas et[23] vim rerum[24] naturalium contemplata ratione[25] suspexit, quam postmodum Plato in quatuor diffinitiones distribuit, id est[26] Arithmeticam, Geometricam[27], Musicam, Astronomiam[28].

5. Ethicam Socrates primus ad corrigendos componendosque mores instituit, atque omne eius studium[29] ad bene vivendi disputationem[30] perduxit, dividens eam in quatuor virtutibus[31], id est prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam[32].

la verba contrahens, ista distendens om. al. — 1) Sic Gu. 1. Ar. Cassiod. — *quidem* vulg. — 2) *argutior* va. — 3) *docendo* al. — 4) vulg. *autem* add., quod om. Gu. 1. Ar. Cassiod. — 5) *veniat* Gu. 1. — 6) *exponendum* Gu. 1. — 7) Hoc caput item apud Cassiodor. legitur. — 8) *bene vivendi* al. om. — 9) Vulg. *Haec autem*, sed particulam om. Gu. 1. Ar. — 10) *Opinione* Gu. 1. e compendio, puto. Nam *opinatione* est apud Lactant. III, 3., unde definitio est sumpta. — 11) Sic Gu. 1. — *adhuc incerta res* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *firmata* vulg. — 13) *constet* al. pr. va. — 14) Sic Gu. 1. Ar. et Lactant. III, 3, 4., unde hic locus est. — 15) *sit* om. va. — 16) *in quibus* Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. — *fundam. librat.* vulg. — 18) *philosophiae* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. va. — 19) *scientiae* al. — 20) Sic scripsi e certissima Grialii coniectura, quum in Gu. 1. 2. pr. va. Ar. sit *amorem* pro vulg. *amicum*. Videtur *amorem* e compendio ortum esse. — 21) *in* om. Gu. 1. — *in naturalibus causis* al. — 22) Sic Gu. 1. — *ex septem illis sapientibus* Gu. 2. pr. va. Ar. — *ex septem sap.* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — *atque* vulg. — 24) *rerum* al. om. — 25) *contemplatione* al. — 26) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *scilicet* vulg. — 27) *Geometriam* pr. va. Ar. — 28) Vulg. *et Astron*, sed copulam om. Gu. 1. 2. pr. va. — 29) Sic Gu. 1. — *studium eius* vulg. — 30) *disputationemque* Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. 2. (qui add. *animae*, ut pr., quae in reliquis vulgatam exhibet). — *in quatuor animae* va. — *in quatuor virtutes* vulg. — 32) Vulg. *et temper.*, sed copulam om. Gu. 1. 2. pr. va. — 33) Sic Gu. 1. — *adversa aequanimiter* vulg. — 34) *rerum* ad-

6. Prudentia est in rebus, qua discernuntur a bonis mala. Fortitudo, qua aequanimiter adversa[33] tolerantur. Temperantia, qua libido, concupiscentiaque rerum[34] frenatur. Iustitia, qua recte iudicando sua cuique distribuuntur[35].

7. Logicam, quae rationalis vocatur, Plato subiunxit, per quam, discussis rerum morumque[36] causis, vim earum rationabiliter perscrutatus est, dividens eam in Dialecticam et Rhetoricam. Dicta autem Logica, id est rationalis. *Λόγος* enim apud Graecos et sermonem significat et rationem.

8. In his quippe tribus generibus Philosophiae etiam eloquia divina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, ut in Genesi et Ecclesiaste[37], aut de moribus, ut in Proverbiis et in omnibus sparsim libris, aut de Logica, pro qua nostri Theoreticam[38] sibi vendicant, ut in Cantico[39] canticorum, et in[40] Evangeliis.

9. Item aliqui doctorum Philosophiam in nomine et partibus suis ita diffinierunt: Philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia. Aliter: Philosophia est ars artium et disciplina disciplinarum. Rursus[41]: Philosophia est meditatio mortis, quod magis Christianis convenit[42] qui, seculi ambitione calcata, conversatione disciplinabili, similitudine futurae patriae vivunt. Philosophia[43] dividitur in duas partes: prima in spectativam[44]; secunda in actualem[45].

10. Alii diffinierunt Philosophiae rationem in duabus consistere partibus, quarum primu[46] inspectativa[47] est, secunda[48] actualis. Inspectativa[49] dividitur in tribus modis, id est prima in naturalem; secunda in doctrinalem; tertia in divinalem[50]. Doctrinalis dividitur in quatuor[51], id est, prima in Arithmeticam, secunda in Musicam, tertia in[52] Geometriam, quarta in[53] Astronomiam.

11. Actualis dividitur in tribus[54], id est, prima in moralem, secunda in[55] dispensativam, tertia in[56] civilem. Inspectativa[57] dicitur, qua supergressi visibilia[58], de divinis aliquid[59] et[60] coelestibus contemplamur, eaque[61] mente solummodo inspicimus, quae[62] corporeum supergrediuntur obtutum.

12. Naturalis dicitur, ubi uniuscuiusque rei natura discutitur, quia nihil generatur contra naturam[63] in vita[64]: sed unumquodque his[65] usibus deputatur, in[66] quibus a creatore diffinitum est, nisi forte cum voluntate Dei aliquod miraculum[67] provenire monstretur[68].

didi e Gu. 1. pr. Ar. — *concupitiaque* pr. — 35) *quisque distribuit* al. — 36) *morumque omnium* al. — 37) Sic Gu. 1. Vulg. om. *in*. — *ecclesiasten* codd. et editt. pr. va. — 38) *vel theologicam theoreticam* Gu. 1. — *theologiam* al. — *theorican* Ar. Scripsi *theoreticam*, cuius varia lectio est *vel* i. e. *alii: theologicam*. Locus est ex Hieronym. epist. ad. Paulam Urb., vel ex Origen. Homil. I. in Cant. — 39) *canticis* pr. va. — 40) *in* addidi e Gu. 1. 2. — 41) *Rursum* Gu. 2. — 42) Sic Gu. 1. — *convenit Christ.* vulg. — 43) Verba: *Philosophiae* usque ad *actualem* om. Ar. — 44) *in spectiva* al. — *in inspectivam* va. — 45) *in actualiis* al. — *et actualem* al., omisso *secunda*. — 46) Sic Gu. 1. 2. al. — *prior* vulg. — 47) *inspectiva* va. — 48) *altera* va. al. — 49) *Inspectiva* al. — 50) *divinam* Gu. 1. — *divina* Gu. 2. Praeterea *primo* — *secundo* — *tertio* pr. va. — 51) Vulg. *in quatuor partes*, sed *partes* om. Gu. 1. 2. Intellige: *modis* e superioribus. — 52) *in* om. Gu. 2. va. — 53) *in* om. va. — 54) *in tres* edit. Gothofred. — *in tres partes* al. — *tribus, id est prima* om. Ar., sic etiam *secunda in*, *tertia in*. — 55) *in* om. va. — 56) *in* om. Gu. 2. va. — 57) *Inspectiva* va. — 58) *vilia* al. — 59) *aliquod* pr. — 60) *ex coel.*, om. *et* Gu. 1. — 61) *quoniam* Gu. 2. Ar. — *quantum* Cassiod. — 62) *qua* va. — 63) *contra naturam* addidi e Cassiodor, ut etiam Arev. fecit. Nam omissis his sensus non est integer. — *agitur* Gu. 2. al. — *geratur* pr. va. — 64) *confusum* al. add. — 65) Sic Gu. 1. Ar. (*iis*) Cassiod. — *in iis* vulg. — *in his* pr. va. — 66) *in* om. Ar. contra Cassiodor. — 67) *aliquid miraculorum* al. — 68) Sic Gu. 1. al.

13. Divinalis dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spiritales creaturas ex aliqua parte, profundissima qualitate disserimus.

14. Doctrinalis [1] dicitur scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes, vel ab aliis [2] accidentibus, ut est par, impar, vel ab huiuscemodi [3], in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quatuor [4]: Arithmetica, Geometria [5], Musica, Astronomia [6].

15. Arithmetica est [7] disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometrica [8] est disciplina magnitudinis [9] immobilis et formarum [10]. Musica est disciplina quae de numeris loquitur, qui ad aliquid sunt his [11] qui inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina, quae cursus coelestium siderumque [12] figuras contemplatur omnes, et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

16. Porro actualis dicitur, quae res propositas operationibus suis explicat [13]. Cuius partes sunt tres, moralis, dispensativa et civilis. Moralis dicitur, per quam mos vivendi [14] honestus appetitur, et instituta [15] ad virtutem tendentia praeparantur. Dispensativa dicitur, cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Civilis dicitur, per quam totius civitatis utilitas administratur.

CAP. XXV. *De Isagogis Porphyrii* [16].

1. Post Philosophiae diffinitiones, in quibus generaliter omnia continentur, nunc Isagogas Porphyrii expediamus. Isagoga quippe Graece, Latine [17] introductio dicitur, eorum scilicet, qui Philosophiam incipiunt: continens in se demonstrationem primarum rationum de qualibet re quid sit, suaque certa ac diffinitione substantiali [18] declaratur.

2. Nam posito [19] primo genere, deinde species et alia, quae vicina esse possunt, subiungimus; ac discretis communibus [20] separamus, tamdiu interponentes differentias, quousque ad proprium eius [21] de quo quaerimus, signata eius expressione perveniamus, ut puta: Homo est animal rationale, mortale [22], terrenum, bipes, risus [23] capax.

3. Genus animal cum dictum est [24], substantia hominis [25] declarata est. Est enim ad hominem genus animal, sed quia late patebat, adiecta est species [26], id est [27] terrenum: et iam [28] exclusum est id, quod aut aethereum [29] aut humidum [30]. Differentia vero, ut bipes, quae propter animalia posita est, quae multis pedibus innituntur. Item rationale, propter illa, quae ratione egeant [31]: mortale autem propter id, quod non angelus est [32].

1) Edit. Gothofred. *Doctrinalis*, tum *Divinalis*, hoc ordine, quem habet Cassiodor. — 2) *ipsis* va. — 3) *alia huiuscemodi* Ar. e Cassiodor. — *ab huiusmodi* va. — 4) vulg. add. *scilicet*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 5) *Geometrica* Gu. 2. — 6) Vulg. *et Astron.*, sed copulam om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 7) *est* om. Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. — *Geometria* vulg. — 9) *quantitatis magnit.* va. — 10) Sic Gu. 1. Ar. Cassiod. — *immobiliumque formarum* vulg. — *immobilisque formarum* pr. va. — *immobilis formarum* Gu. 2. — 11) *quia aliquid sunt hi, qui* Cassiodor. — *quae inv.* va. — 12) *siderum atque* al. — 13) *explicare contenditur* al. — 14) Sic Gu. 1. 2. — *viv. mos* vulg. — 15) *instituta quae* Gu. 1. Haud dubie est alia haec lectio *institutaque* pro *et instit.* — 16) Haec quoque omnia habet Cassiodor. — 17) *Latino* Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. — *substant. diff.* vulg. — 19) *praeposito* al. — 20) *communionibus* Arev. — 21) *eius* add. Gu. 1. 2. Ar. va. (*primum* pro *proprium.*) — 22) *mortale* om. Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2. (*risu*) pr. va. Ar. — *risusque* vulg. — 24) *genus, quod dictum animal* al. — *genus cum dictum est animal* al. — *genus animal dictum est* al. — 25) Vulg. *ipsius hom.*, sed pronomen om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 26) *homo* addit Gu. 1. — 27) *id est* addidi e Gu. 1. — 28) Vulg. *et iam. Iam* om. Gu. 1. 2. — 29) *aerium* va. — 30) *humidum est* al. — al. humidum *suspicabatur.* — 31) *egent* Ar. va. — 32) *angelus non est* Ar. — *est* om. al. — 33) *discretis omnibus* add. al. —

4. Postea discretis[33] atque seclusis[34] adiectum est proprium in parte postrema[35]: est enim solum hominis, quod ridet. Sic perfecta est omni[36] ex parte[37] diffinitio ad hominem declarandum. Cuius diffinitionem disciplinae[38] plenam existimaverunt[39] Aristoteles et Tullius ex genere et differentiis consistere.

5. Quidam postea pleniores in docendo eius perfectam substantialem diffinitionem in quinque partibus, veluti[40] membris suis, diviserunt. Quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentiis[41], quarta de proprio, quinta de accidente.

6. Genus, ut animal. Est enim vocabulum generale et commune[42] omnium animam habentium. Species, ut homo. Est enim specialitas, qua[43] separatur a caeteris animantibus. Differentia, ut mortale, rationale[44]. His enim duobus differt homo[45].

7. Cum enim dicitur rationabile[46], discernitur ab irrationabilibus mutis[47], quae non habent rationem. Cum dicitur[48] mortale, discernitur ab angelis, qui nesciunt mortem. Proprium, ut risibile. Est enim homo[49] qui[50] ridet, et hoc praeter hominem nullius animalis est. Accidens, ut color in corpore, doctrina[51] in animo[52].

8. Haec enim temporum varietate et accidunt[53] et mutantur: et[54] est ex omnibus his[55] quinque partibus oratio plenae sententiae[56], ita: Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malique capax. Sic etiam[57] in omni oratione substantiali tamdiu interponere debemus species et differentias[58], quam diu seclusis omnibus, quae hoc idem[59] esse possunt[60], ad id perveniatur, ut proprietas iam certa teneatur.

9. Isagogas autem ex Graeco in Latinum transtulit Victorinus orator, commentumque[61] eius quinque libris Boetius edidit.

CAP. XXVI. *De categoriis Aristotelis*[62].

1. Sequuntur[63] Aristotelis categoriae, quae Latine praedicamenta dicuntur: quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est.

2. Instrumenta categoriarum sunt tria, id est[64] prima aequivoca; secunda univoca; tertia denominativa. Aequivoca sunt, quando multarum rerum unum nomen[65] est, sed non eadem diffinitio, ut leo. Nam quantum ad nomen pertinet, et verus[66] et pictus et coelestis leo dicitur. Quantum ad diffinitionem pertinet, aliter verus diffinitur, aliter pictus, aliter[67] coelestis.

discretis communionibus Ar. — 34) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *exclusis* al. — *disclusis* vulg. — 35) Vulg. addit *risusque capax*, quae om. Gu. 1. 2. — 36) Sic recte Ar. — *omnis* vulg. — 37) *ex parte* om. Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. — *discipl. diffin.* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *existimarunt* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *velut in* vulg. — *veluti in* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *differentia* vulg. — *de diffinitione vel differentia* va. 42) — Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Est enim animal commune et generale* vulg. — 43) *quae* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *rat. mort.* vulg. — 45) Vulg. add. *a ceteris*, quae om. Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. — *rationale* vulg. — 47) Vulg. *et mutis*, sed *et* om. Gu. 1. Ar. — 48) *dicitur* addidi e Gu. 1. al. — 49) Sic Gu. 1. — *homo est enim* vulg. — *homo enim est* va. — 50) *quod* Gu. 2. pr. va. — 51) *et doctrina* va. — 52) *in anima* Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. Ar. — *accedunt* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. Ar. va. — *ut* vulg. — 55) *his* om. Ar. — 56) *plena sententia* al. — *plena sententiae* Ar. — 57) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 58) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. — *doctrinas* vulg. — 59) *quae commune poss.* al. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *possunt esse* vulg. — 61) *commentaque* al. — 62) Cfr. cum hoc capite Cassiodor. de Dialect. p. 535. ed. Genev. 1650. — 63) *Secuntur* Gu. 1. — 64) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. — *scilicet* vulg. Nihil horum exhibet va. — 65) Sic Gu. 1. — *nomen unum* vulg. — 66) Verba: *et verus* usque ad *pertinet* om. Gu. 2. — 67) Vulg. *et aliter*, sed *et* om. Gu. 1. 2. pr. va.

3. Univoca sunt, quando duarum aut plurimarum rerum unum et[1] nomen est et diffinitio, ut vestis. Nam et birrus et tunica nomen vestis possunt accipere et eius diffinitionem. Ergo hoc[2] univocum[3] in generibus esse intelligitur[4], quia[5] et nomen et diffinitionem dant[6] ex[7] formis suis.

4. Denominativa, id est[8] derivativa, dicuntur, quaecunque ab aliquo solo differentiae casu secundum nomen[9] habent et appellationem, ut a bonitate bonus, a malitia[10] malus.

5. Categoriarum autem species decem sunt, id est[11] substantia, quantitas, qualitas, relatio, locus, tempus, situs[12], habitus, agere et pati.

6. Substantia est, quae proprie dicitur et principaliter[13], quae neque de subiecto praedicatur, neque in subiecto est, ut aliquis[14] homo vel[15] aliquis equus. Secundae autem substantiae dicuntur, in quibus[16] speciebus illae, quae principaliter[17] primo dictae sunt[18], insunt atque clauduntur, ut in homine Cicero.

7. Quantitas est mensura, per quam aliquid[19] vel magnum vel minus ostenditur, ut longus, brevis. Qualitas est, ut[20] qualis sit orator, an rusticus niger, an[21] candidus. Relatio est, quae refertur ad aliquid. Cum enim dicitur filius, demonstratur et pater. Haec relativa simul[22] incipiunt. Nam[23] servus et[24] dominus uno tempore exordium nominis sumunt, nec aliquando invenitur dominus prior servo, nec servus[25] domino. Alteri enim alterum[26] praeesse non potest.

8. Locus[27] est[28] ubi sit, in foro[29], in platea. Loci autem motus sex partes habet[30], dexteram[31] et sinistram, ante et retro, sursum et[32] deorsum. Partes quoque istae sex duo habent, longe et prope. Tempus, ut: heri, hodie[33]. Porro situs a positione dictus[34], ut quis aut stet, aut sedeat, aut iaceat[35].

9. Habitus ab habendo aliquid[36] dictus, ut habere scientiam in mente, virtutem in corpore, circa corpus vestimentum, et caetera, quae ad habendi[37] modum, designato a doctoribus numero, comprehenduntur.

10. Iam vero agere et pati ab agentis et patientis significatione consistunt. Nam scribo vocis actum habet, quoniam[38] facientis rem indicat. Scribor patientis est, quoniam[39] pati se ostendit. In his enim novem generibus[40], quorum exempli gratia quaedam[41] posita sunt, vel in ipso substantiae genere, quod est *οὐσία*, innumerabilia reperiuntur. Nam et ea, quae intellectu capimus, id[42] ad alterum horum decem praedicamentorum sermone vulgamus.

1) *et* addidi e Gu. 1. — 2) *hoc* om. va. — 3) *univoca* va. — *unicum* Gu. 2. — 4) *intelliguntur* va. — 5) *qui* Gu. 2. — 6) *dat* Ar. — 7) *ex* addidi e Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *et* vulg. Hanc interpretationem om. Ar. — 9) *nomina* va. — 10) *et a mal.* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *scilicet* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *situs, loc., temp.* vulg. — 13) *Subst. quae pr. et princ. dicitur, est, quae* Ar. Ut nos, sic Gu. 1. — *Subst. est, quae pr. et pr. substare dicitur* vulg. — *substare* om. praeter Gu. 1. etiam Gu. 2. pr. va. — 14) *aliqui* Gu. 2. h. l. et mox. — 15) *vel* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 16) *speciebus* add. Gu. 1. et Cassiodor. — *species* Gu 2. pr. — *in quibus illae species* va. — 17) Vulg. add. *substantiae*, quod om. Gu. 1. — 18) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. pr. va Ar. — 19) *aliquod* pr. — 20) *ut* om. va. — 21) Sic Gu. 1. al. — *an* primo tantum loco Gu. 2. al. — *aut* — *aut* vulg. — 22) *esse* add. va. — 23) *Namque* Gu. 2. va. — 24) *ac* Gu. 2. pr. va. — 25) Vulg. *prior domino*, sed *prior* om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 26) Sic Gu. 1. — *alteri enim alterum* vulg. — *alter enim alteri* al. — 27) Praecedit vulg. Definitio *situs*, quam post *tempus* collocant Gu. 1. 2. al., ut §. 5. — 28) *enim* pro *est* Gu. 2. — 29) *ut in foro* al. — 30) Sic Gu. 1. — *partes sex habet* Gu. 2. pr. va. — *habet sex partes* vulg. — 31) *dextram* Gu. 2. pr. va. — 32) *atque* Gu. 2. pr. va. Ar. — 33) Sic Gu. 1. — *hodie, heri* vulg. — 34) Vulg. addit *est*, quod om Gu. 1. 2. va. al. Ar. — 35) *ut quid agit iste? aut sedet aut iacet* al. — 36) *aliunde* al. — 37) *habendum* pr. va. — 38) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quam*

11. Plena enim sententia de his ita est: Augustinus magnus orator[43], filius illius, stans in templo, hodie infulatus, praedicando[44] fatigatur. Usia[45] autem substantia est, id est, proprium, quae caeteris subiacet; reliqua[46] novem accidentia sunt. Substantia autem dicitur ab eo, quod omnis res ad se ipsam subsistit. Corpus enim subsistit, et ideo substantia est.

12. Illa vero accidentia, quae in subsistente atque subiecto sunt, substantiae non sunt, quia non subsistunt, sed mutantur, sicut[47] color vel forma.

13. De subiecto autem et in subiecto quasi de ipso et in ipso. Ubi enim dicitur de subiecto, substantia est, quasi dicatur de substantia. Ubi[48] autem dicitur in subiecto, accidentia sunt, id est, quae accidunt in substantia, ut quantitas, qualitas, vel figura. De subiecto igitur genera et species, in subiecto accidentia sunt. Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt[49], quantitas, qualitas[50] et situs. Haec enim sine usia esse non possunt. Extra usiam vero sunt[51] locus, tempus et habitus, intra et extra usiam sunt relatio, facere et pati.

14. Appellatas autem categorias constat, quia non possunt nisi ex subiectis[52] agnosci. Quis enim, quid homo sit[53], possit agnoscere, nisi aliquem hominem sibi ponat ante oculos, quasi subiectum homini[54].

15. Hoc opus Aristotelis[55] intelligendum[56] est, quando[57], sicut dictum est, quicquid homo loquitur, inter decem ista[58] praedicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros intelligendos, qui sive[59] Rhetoribus sive Dialecticis applicantur[60].

CAP. XXVII. *De perihermeniis Aristotelis.*

1. Sequitur dehinc liber Perihermenias subtilissimus nimis, et per varias formas iterationesque[61] cautissimus[62], de quo dicitur. Aristoteles, quando perihermenias scriptitabat[63], calamum in mente tingebat[64].

2. Omnis[65] quippe res, quae una est et uno[66] significatur[67] sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum: quae duae partes orationis interpretantur[68] totum, quicquid concepit[69] mens ad eloquendum[70]. Omnis enim elocutio conceptae rei mentis interpres[71] est.

3. Hanc Aristoteles[72], in rerum expressione et faciendis sermonibus[73] peritissimus, Perihermeniam nominat[74], quam interpretationem nos appellamus, scilicet, quod res mente conce-

pr. — *quum* vulg. — 39) Sic Gu. 2. Ar. al. va. — *quam* pr. cum vulg. — 40) *gen. novem* pr. va. — 41) *quaedam* om. pr. — 42) *ea* Ar. — *ad* om. va. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *praedicator.* vulg. — 44) *disputando* Gu. 2. va. — 45) *Usiae autem, id est substantiae proprium est, quod* Ar. — *Usia autem, id est substantiae proprium, quod* al. — 46) *reliqua autem* Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *ut* vulg. — 48) Verba: *Ubi autem* usque ad *in substantia* om. Gu. 1. — 49) *tria sunt intra usiam* Gu. 2. va. — *tria* om. al. Vulg. addit *scilicet*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 50) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 51) *sunt* om. pr. — 52) *ex substantiis* al. — 53) Sic Gu. 1. — *quid sit homo* vulg. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *nomini* vulg. — 55) *Aristotiles ait* Gu. 1. — 56) *intente legendum est* Ar. e Cassiodor. — 57) Sic Gu. 1. al. — *sic quando* al. — *quomodo* pr. — *quoniam* vulg. — 58) *ista* addidi e Gu. 1. 2. al. va. Cassiod. — 59) Sic Gu. 2. Ar. va. Cassiod. — *sine — sive* vitiose Gu. 1. — *sine — et* vulg. — 60) Sic Gu. 1. Ar. Cassiodor. — *apponuntur* vulg. — 61) *rationesque* al. et var. lect. ap. Goth. — 62) *acutissimus* al. — 63) *scriptitavit* al. — 64) *tenebat* al. — 65) *Praefatio perihermeniarum* praeponitur in Gu. 2. va. Ar. — 66) *una* Gu. 1. — 67) *significat* al. — 68) *his enim utitur totum* al. — 69) *conceperit* Gu. 2. al. va. — 70) Sic Gu. 1. — *eloquendum* vulg. — 71) *mente interpretata* al. — 72) vulg. addit *vir*, quod om. Gu. 1. — 73) *et faciendis serm.* al. om. — 74) *facundissimo no-*

ptas prolatis[1] sermonibus interpretatur per cataphasin et apophasin[2], id est[3] affirmationem et negationem. Per affirmationem, ut homo currit; per negationem, ut homo non currit.

4. In his itaque perihermeniis supra dictus philosophus de septem speciebus tractat, id est de nomine, de verbo, de oratione, de enunciatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione.

5. Nomen est vox significativa secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars est[4] significativa separata, ut Socrates. Verbum est, quod significat tempus, cuius pars nihil[5] extra significat, sed semper eorum[6], quae de altero dicuntur, nota[7], ut cogitat, disputat. Oratio est vox significativa[8], cuius partium[9] aliquid separatum est significativum[10], ut Socrates disputat. Enunciativa oratio[11] est vox[12] significativa de eo, quod est aliquid vel non est, ut Socrates est, Socrates non est.

6. Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo, ut Socrates est. Negatio est alicuius ab aliquo[13], ut Socrates non est. Contradictio est affirmationis et negationis oppositio, ut Socrates disputat, Socrates non disputat.

7. Perihermeniarum est haec ratio[14], quod ex his interpretamentis syllogismi fiunt. Unde et analytica[15] pertractantur.

C A P. XXVIII. *De syllogismis Dialecticis.*

1. Sequuntur[16] dehinc Dialectici syllogismi, ubi totius eius artis[17] utilitas et virtus ostenditur; quorum conclusio plurimum[18] lectorem adiuvat[19] ad veritatem investigandam tantum, ut absit ille[20] error deiiciendi[21] adversarium per sophismata falsarum conclusionum.

2. Formulae categoricorum, id est praedicativorum syllogismorum sunt tres. Primae formulae modi sunt novem.

3. Primus modus est, qui conducit, id est, qui colligit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directum[22], ut: *Omne iustum honestum: omne honestum bonum: omne igitur*[23] *iustum bonum.*

4. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativis et abdicativis[24] abdicativum universale directum[25], ut: *Omne iustum*[26] *honestum: nullum honestum turpe: nullum igitur iustum turpe*[27].

mine monstravit al. — *hermenium* exhibet Arev. — 1) *probatis* al. — 2) *catafrasin et apofrasin* Gu. 1. 2. pr. va. al. — 3) Vulg. *id est per*, sed *per* om. Gu. 1. — 4) *est* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 5) *in his* pro *nihil* Gu. 1. — 6) *aliquid* add. al. — 7) Sic scripsi e Cassiodor. p. 539. a quo prope absunt Gu. 1. 2. in quibus est *nota.* — *ut notat, cogitat* al. — *nota est* Ar. — 8) Vulg. addit *ad placitum*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 9) *partim* Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. — *separ. sig. est* vulg. — 11) *est oratio* pr. va. — 12) *sign. vox* va. — 13) *ab aliquo* Gu. 2. — 14) Apud Arevalum haec praecedunt: *Haec omnia in libro perihermeniarum minutissime divisa et subdivisa tractantur, quarum rerum definitiones hic breviter sufficiat intimasse, quando in ipso competens explanatio reperitur.* Sumpsit haec e Classiodor. p. 540. Vulg. autem pro *Perih. est haec ratio*, quae sunt in Gu. 1. al. (*haec est*), leguntur haec: *Utilitas perih. haec est.* — al. *intentio* pro *ratio.* — *Perih. utilitas* Gu. 2. — 15) *analectica* Gu. 2. va. — 16) *Sequitur* Gu. 1. — 17) *dialecticae artis* al. — *eius* om. va. — 18) *primum* al. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — 20) *illi* al. va. — 21) Sic Gu. 1. al. ap. Grial. — *decipiendi* vulg. — *devinciendi* al. apud Grial. — 22) Sic Gu. 1. al. va. Cassiodor. p. 537. — *directim* vulg. — 23) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. Cassiod. — *ergo omne iust. bon.* vulg. Conclusivam particulam om. Gu. 1. Pro *conducit* fortasse ubique *concludit* scribendum est, ut exhibet Cassiodor. — 24) Sic Gu. 2. pr. va. (*et* om.) Ar. — *dedicativus et abdicativus* Gu. 1. Vulg. *dedicativo et abdicativo.* — Cassiod. *dedicativa et abdicativa.* — 25) *directim* Ar. — 26) Vulg. *est honestum*, sed *est* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Cass. — 27) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Cass. — *ergo null. iust. turpe.* vulg. — 28) *et abdicativis* add. Gu. 2. — 29) *abdicativum particulare*

5. Tertius modus est, qui conducit ex dedicativis[28] particulari et universali dedicativum[29] particulare directum[30], ut: *Quoddam iustum honestum*[31]*: omne honestum utile: quoddam igitur iustum utile*[32].

6. Quartus modus[33], qui conducit[34] ex particulari dedicativa[35] et universali abdicativa dedicativum particulare directum, ut: *Quoddam iustum*[36] *honestum: nullum honestum turpe: quoddam igitur*[37] *iustum non est turpe.*

7. Quintus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativis[38] particulare dedicativum per reflexionem, ut: *Omne iustum honestum: omne honestum bonum: quoddam igitur*[39] *bonum iustum.*

8. Sextus modus est, qui conducit ex universali dedicativa et universali abdicativa abdicativum[40] universale per reflexionem, ut: *Omne iustum honestum: nullum honestum turpe: nullum igitur turpe iustum.*

9. Septimus modus est, qui conducit ex particulari et universali dedicativis dedicativum particulare[41] per reflexionem, ut: *Quoddam iustum honestum: omne honestum utile: quoddam igitur utile iustum.*

10. Octavus modus est[42], qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa[43] particulare abdicativum[44] per reflexionem[45], ut: *Nullum turpe honestum: omne honestum iustum: quoddam igitur*[46] *turpe non est iustum.*

11. Nonus modus est, qui conducit ex universali abdicativa et particulari dedicativa[47] dedicativum[48] particulare per reflexionem, ut: *Nullum turpe honestum: quoddam honestum iustum: quoddam igitur iustum non est turpe*[49].

12. Formulae secundi modi sunt quatuor:

Primus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directum[50], ut: *Omne iustum honestum: nullum*[51] *turpe honestum: nullum igitur turpe iustum*[52].

13. Secundus modus est[53], qui conducit ex universalibus[54] abdicativa et dedicativa abdicativum universale directum[55], ut: *Nullum turpe honestum: omne iustum honestum: nullum igitur turpe iustum.*

Cassiod. — 30) *directim* pr. Ar. — 31) *est hon.* Cass. — 32) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Vulg. *ergo quoddam iustum utile.* — 33) *est* vulgatae om. Gu. 1. — 34) *conducit vel concludit* Cass. — 35) *dedicativo et universali abdicativo dedicativum* al. „Infra etiam *dedicativa* pro *dedicativo* aut contra." Arev. in varr. lectt. — *abdicativum* va. — *abdicativum particulare directum* Arev. (*directim*) Cassiodor. — *directim* pr. — 36) Sic Gu. 1. 2. va. Cass. — *honest. iust.* vulg. — 37) Sic Gu. 1. Ar. pr va. Cass. — *ergo quoddam* vulg. — 38) *dedicativo* Gu. 1 al. („et similiter alibi" Arev. in varr. lectt.) pr. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. et sic in omnibus quae sequuntur, nisi ubi nominatim vulgatam a libris mss. et aliis defensam laudavero, scriptum esse scito. — 40) *abdicativum* om. Cassiod. — 41) *ex universali dedicativum particulare* Cassiod. — 42) *est* om. Cassiod. — 43) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *abdicativo et dedicativo* vulg. Semper genere feminino hanc formulam legi in libris manuscriptis et editis putandum est, nisi ubi vulgatam a codd. confirmari dixero. — *et dedicativo* om. Cassiod. — *ex universali dedicativo* va. — 44) *abdicativum* om. Cassiod. — 45) *per flexionem* pr. — 46) *quoddam igitur iustum non est turpe* Cassiod. — 47) *abdicativo* et *dedicativo* Arev. — *ex universalibus* Cassiod. — 48) *abdicativum* Cassiod. — 49) *quodd. ig. iustum honestum* Cassiod. — 50) Sic Gu. 1. 2., qui postea semper ita; ubi vulgata servatur a codd., id indicabo. — 51) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Cass. — *nihil* vulg. — 52) *iustum turpe* va. Ar. — *igitur nec iustum turpe* Cassiod. — 53) *est* om. va. — 54) *ex universali* Cassiod. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. Cassiod. — *directim* pr. Ar. — *dictum* vulg.

14. Tertius modus est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare [1] directum, ut: *Quoddam iustum honestum: nullum turpe honestum: quoddam igitur* [2] *iustum non est turpe.*

15. Quartus modus est, qui conducit ex particulari [3] abdicativa [4] et universali abdicativa [5] abdicativum particulare [6] directum, ut: *Quoddam iustum non est turpe: omne malum turpe: quoddam igitur iustum non est malum* [7].

16. Formulae tertii modi sunt sex:

Primus modus [8], qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directum [9], quam reflexum [10], ut: *Omne iustum honestum: et omne* [11] *honestum iustum: omne iustum bonum: quoddam igitur honestum bonum, quoddam* [12] *bonum honestum.*

17. Secundus modus est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directum, ut: *Quoddam* [13] *iustum honestum: omne iustum bonum: quoddam igitur honestum bonum.*

18. Tertius modus est [14], qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directum, ut: *Omne iustum honestum: quoddam iustum bonum: quoddam igitur honestum bonum.*

19. Quartus modus est, qui conducit [15] ex dedicativa universali [16] et particulari abdicativa [17] abdicativum particulare directum, ut: *Omne iustum honestum: nullum iustum malum: quoddam igitur honestum non est malum.*

20. Quintus modus est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativum particulare [18] directum, ut: *Quoddam iustum honestum: nullum iustum malum: quoddam igitur iustum non est malum* [19].

21. Sextus modus est, qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativum particulare directum, ut: *Omne iustum honestum: quoddam iustum non est malum: quoddam igitur honestum non est malum.*

22. Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat, librum legat, qui inscribitur Perihermenias Apuleii, et quae subtilius sunt tractata cognoscet [20]. Distincta enim atque considerata ad magnas intelligentiae vias lectorem, praestante Domino, utiliter introducunt. Nunc ad Hypotheticos syllogismos ordine sequenti veniamus.

1) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Cassiod. — *partic. abdic.* vulg. — 2) Hoc loco Gu. 1. vulgatam retinet: *igitur quoddam.* Haud dubie scriptum erat *igitur* per compendium. — *Quoddam igitur* Gu. 2. pr. va. Ar. Cassiod. — 3) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Cassiod. — *ex universali* vulg. — 4) *abdicativo* Ar. — *abdicativa* Cass., quod recepi pro *dedicativo.* — 5) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Cass. — *et particulari* vulg. — 6) Sic Gu. 1. 2. al. va. Ar. Cass. — *abdicativo* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Cassiod. Vulg. *Omne iustum est turpe: quoddam malum non est turpe, quoddam ergo malum non est turpe.* — 8) *est* add. va. — 9) *directim* h. l. servat Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. va. Cass. — *reflexim* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — *omne honestum bonum* va. — *omne iustum bonum* Ar. Cass. — 12) *vel sic* praeponit Ar. — Cassiod. *vel.* — 13) Hanc conclusionem Gu. 2. ita exhibet: *quoddam iustum honestum: omne iustum bonum: Quoddam igitur bonum honestum.* Arev. ita: *Omne iustum honestum: quoddam iustum bonum: quoddam igitur iustum bonum.* — 14) *est* om. pr. — *qui* om. va. — 15) *concludit* Cassid. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *ex universali ded.* vulg. — *ex universalibus ded.* Ar. Al. *ex dedicativo et abdicativo.* — 17) *et part. abd.* om. Cassiod. — 18) *particulare* Gu. 1. va. Ar. Cassiod. — *universale* vulg. — 19) Cassiod ita: *Quodd. iust. hon.: omne hon. bon.: igitur quoddam hon. non est malum.* — *quoddam honestum non est malum* exhibet etiam Ar. — 20) *subtiliusque tractata cognoscet* al. — *subtilius quae sunt tractata cogn.* va. pr. — *cognoscit* Gu. 2. va. — 21) Sic scripsi e va. — *VI.* vulg. — 22) vulg. add. *est*, quod om Gu. 1. — 23) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. et ita in seqq. iidem libri. — 24) *autem* vulg. add., quod om. Gu. 1. 2. va. Cass. — 25) vulg. *est ita*, sed *est* om. Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. — *non et dies est* e Cass Arev.

23. Modi syllogismorum Hypotheticorum, qui fiunt cum aliqua conclusione, sunt septem[21].

Primus modus[22]: *Si dies est, lucet: est autem dies: lucet igitur*[23].

Secundus modus est: *Si dies est, lucet: non*[24] *lucet: non est igitur dies.*

Tertius modus[25] ita: *Non dies est*[26] *et*[27] *non lucet: atqui*[28] *dies est, lucet igitur.*

24. Quartus modus est ita: *Aut dies est, aut nox: atqui*[29] *dies est: nox igitur non est.*

Quintus modus est ita: *Aut dies, aut nox est*[30]*: atqui*[31] *nox non*[32] *est, dies igitur*[33].

Sextus modus est ita: *Non dies est et non lucet*[34]*: dies autem est; nox igitur non est.*

25. Septimus modus est ita: *Non dies*[35] *et nox: atqui*[36] *nox non est*[37]*: dies igitur est.* Modos autem Hypotheticorum syllogismorum[38] si quis plenius[39] nosse desiderat, librum legat Marii Victorini, qui inscribitur de Syllogismis hypotheticis. Hinc[40] ad Dialecticas diffinitionum species accedamus, quae tanta dignitate praecellunt, ut possint iuredici orationum apertae manifestationes[41] et quaedam indicia dictionum.

CAP. XXIX.

De divisione diffinitionum ex Marii Victorini libro abbreviata[42].

1. Diffinitio est Philosophorum[43], quae in rebus exprimendis explicat, quid[44] res ipsa sit, qualis sit[45], et quemadmodum membris suis constare debeat[46]. Est enim oratio[47] brevis uniuscuiusque rei[48] naturam a communione divisam[49] propria significatione concludens. Divisio diffinitionum in partes quindecim[50] habetur.

2. Prima species diffinitionis est οὐσιώδης[51] id est substantialis, quae proprie et vere dicitur diffinitio, ut est: Homo[52] animal rationale et mortale[53], sensus[54] disciplinaeque capax. Haec enim[55] diffinitio per species et differentias descendens venit ad proprium, et designat plenissime, quid sit homo.

3. Secunda species diffinitionis est, quae Graece ἐννοηματική dicitur, Latine notio[56] nuncupatur, quam notionem communi, non proprio nomine possumus dicere. Haec isto modo semper efficitur: Homo est, quod rationali conceptione et[57] exercitio praeest animalibus cunctis. Non enim dixit[58], quid est[59] homo, sed[60] quid agat, quasi quodam signo in notitiam devo-

— *non est dies* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. Cass. — 28) *etsi quia dies est* Gu. 1. — *et qui dies est* Gu. 2. — *at quia* pr. — *atque* va. — 29) *atquia* Gu. 1. pr. — *atqui* Gu. 2. Hoc recepi. Habet etiam Cass. — *atque* va. — *Utique* vulg. — 30) Sic Gu. 1. — *aut dies est aut nox* vulg. — 31) Sic Ar. e Cass. h. l. et mox. — *utique* vulg. — *atque* Gu. 1. — 32) *non* om. Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — *dies igitur est* Ar. pr. Cass. — *igitur dies est* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *non est dies, ergo non lucet* vulg. — *non et dies est non l.* Ar. Cass. — 35) Sic Gu. 1. — *non est dies* vulg. — *Non et dies est et nox* Ar. — 36) Sic Ar. Cass. — *atque* Gu. 1. — *utique* vulg. — 37) *non est nox* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *syll. hyp.* vulg. — 39) *melius* va. — 40) Verba: *Hinc* usque ad *ostendere* om. Gu. 2. — 41) *ut possint iure dici orationum apertae man.* Ar., quem secutus sum: *ut possint dici orationum maximum decus et quaedam, lumina dictionum* Cassiod. p. 539. Vulg. *Ut possint iudiciorum aperte manifestationes et quaedam indicia dictionum ostendere.* — 42) Cfr. Boeth. de Definit. cap. 4. et Cassiodor. p. 536. seqq. — 43) *phil. est* Ar. — 44) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — 45) *non qualis sit* Ar. — 46) *debebat* Gu. 1. — 47) *ratio* va. — 48) *rei* add. Gu. 1. Cassiod. — 49) *divisa* Gu. 1. — 50) *XIIII.* Vulg. — 51) *ut usiodis* Gu. 2. — *vel usualis* add. insuper va. — 52) Vulg. *homo est*, sed *est* om. Gu. 1. pr. Ar. Cass. — 53) *et* addidi e Gu. 1. — 54) *sensus* om. Gu. 2. — 55) *enim* om. Gu. 2. — 56) *notitio* Gu. 1. h l. et postea. — 57) *et* om. Gu. 1. 2. pr. al. — 58) *Non hic dixit* Ar. — 59) Sic Gu. 1. 2. Cass. — *sit* vulg. — 60) *sed dicendo* al.

cato[1]. In ista[2] enim et in reliquis[3] notitia profertur rei[4], non substantialis explicatio declaratur; et[5] quia illa substantialis[6], diffinitionum omnium obtinet principatum.

4. Tertia species diffinitionis est, quae *ποιότης* Graece[7] dicitur, Latine qualitativa[8] vocatur: quae[9] ex qualitate nomen accepit pro eo, quod, quale[10] sit id, quod sit[11], evidentius[12] ostendit. Cuius exemplum tale est: Homo est, qui ingenio valet, artibus pollet et cognitione rerum, aut, quod agere debet[13], eligit, aut animadversione, quod[14] inutile[15] sit, contemnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus est homo[16].

5. Quarta species diffinitionis est, quae Graece *ὑπογραφική*, Latine a Tullio[17] descriptio nominatur[18], quae adhibita circumcisione[19] dictorum factorumque[20] rem, quaeque[21] sit, descriptione declarat. Quaeritur enim, quid sit avarus[22], quid crudelis, quid luxuriosus, et universa[23] luxuriosi, avari[24], crudelis[25] natura describitur, ut, si luxuriosum volumus[26] diffinire, dicemus[27]: Luxuriosus est victus non necessarii[28], sed sumptuosi[29] et onerosi[30] appetens, in deliciis affluens, in libidine[31] promptus. Haec et alia[32] diffiniunt luxuriosum, sed per descriptionem diffiniunt. Quae oratoribus species diffinitionis[33] magis[34] apta est, quam Dialecticis, quia latitudines[35] habet, quae simili modo[36] in bonis rebus ponitur et in malis[37].

6. Quinta species diffinitionis est, quam Graece[38] *κατὰ ἀντίλεξιν*[39], Latine adverbium dicimus. Haec vocem illam, de cuius[40] re quaeritur, alio sermone designat, uno ac[41] singulari, et quodammodo quid illud[42] sit in verbo uno[43] positum, uno verbo alio[44] declarat, ut: *Conticescere est tacere.* Item cum terminum dicimus[45] finem, aut populatas interpretamur esse vastatas.

7. Sexta species diffinitionis est, quam Graeci *κατὰ διαφοράν*, nos per differentiam

1) *devocat* Ar. — 2) Sic Gu. 2. Cass. — *In isto* Ar. — *Ista* vulg. — 3) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. Cass. — *in* om. vulg. — 4) Sic e vestigiis Gu. 1. scripsi, in quo est *fertur rei.* — 5) *et* om. Gu. 1. 2. va. — 6) *est*, quod sequitur vulg., om. Gu. 1. Ar. — *quae subst. est* va. — 7) Sic Gu. 1. — *Graece ποιότης* vulg. — *poites* Gu. 1. pr. va. — *poites* Gu. 2., supra vers. *vel ποιώτης*. — 8) *qualitas* al. — 9) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 10) *quod quid quale* Gu. 2. va. — *quid quale* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. va. — *quod quaeritur* vulg. — *quid quale sit, id quod sit* Cassiod. — 12) Sic Gu. 1. — *evidenter* vulg. — 13) *quid agere debeat* Ar. — *quae agere debeat* Cassiod. — 14) Sic Gu. 1. — *quid* vulg. — 15) *utile* — *non contemnit* Gu. 1. — *inutile* — *contemnit* vulg. cum Cassiod. — 16) *homo est* Gu. 2. — 17) Intelligendus videtur locus Ciceronis de Orat. III, 53. Cfr. Topic. 22. Auct. ad Herenn. IV, 39. — 18) Sic Gu. 1. pr. va. al. — *nuncupatur* vulg. — Gu. 2: *vel naturalis nominatur.* Haec lectio orta videtur e Cassiod., ubi est: *descriptionalis nuncupatur.* — 19) Sic Gu. 1. — *circuitione* vulg. — 20) *et factorum* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *quae* vulg. — *quid quaeque res sit* Ar. — *quae quid sit* Cassiod. — 22) *avarus sit* Gu. 2. — 23) *universi* al. pr. — 24) *et avari* Sic 2. — 25) Sic Gu. 1. 2. Vulg. *et crudelis.* — 26) *voluerimus* Gu 2. — 27) Sic Gu. 1. — *dicimus* vulg. — 28) *necessarius* Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. — *sumptuosi* vulg. — 30) *onerosi* Ar. e Cassiod. Quos sequor. — 31) *in libidinem* Ar. — 32) *haec et talia* Gu. 2. al. — *haec talia* va. — 33) Sic Gu. 1. — *quae species diff. orat.* vulg. — 34) *communis magis apta* etc. Gu. 1. — 35) *latitudinem* al. — *latitudinis plurimum* va. — 36) *similitudo* Gu. 1. al. va. — *similiter modo* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *in* om. vulg. — 38) *Graeci* Gu. 1. — 39) *κατ' ἀντιλ. et ad verbum* Ar. Locus est e Boeth. Top. III. — 40) *de cuius ratione quaer.* al. — *de qua* al. — al. *re* om. — *requiritur* al. — *de cuius notatione quaer.* var. lect. ap. Goth. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. — 42) *aliud* Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *uno verbo* vulg. — 44) *aliud* al. — 45) *esse* add. Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. — *quid sit inter* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *qua* Gu. 2. 4. pr. Ar. Cass. et Cic. Top. c. 7, 32. — 48) Sic Gu. 1. 4. Cass. — *eluderet* codd. gothici et Cic. — *elidit* vulg. — 49) *moveat* al. — 50) Sic Gu. 1. — *designet* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *modo ut laudet, modo ut vituperet* ed. Goth. *Modo ut laudet ac vituperet* Vulg. — pro *ac* al. *aut*, ut pr. va. — 52) *Nobilitas enim est* Gu. 1. — *nobilitas est enim* Gu. 2. — 53) *virtus* Ar. — *virtutibus* al. — 54) *apex vel caput est* va. — *caput* Ar. — 55) *cata afarasin a to genentio*

dicimus. Scriptores vero artium de eodem et de altero nominant, ut cum quaeritur, quid intersit[16] inter Regem et tyrannum: adiecta differentia, quid uterque sit, diffinitur, id est, rex est modestus et temperans, tyrannus vero impius et immitis.

8. Septima species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ μεταφοράν, Latini per translationem dicunt, ut Cicero in Topicis: *Littus est, quo*[17] *fluctus eludit*[18]. Hoc varie tractari potest. Modo enim ut moneat[19], modo ut signet[50], modo ut laudet, modo ut vituperet[51]. Ut moneat: *Nobilitas*[52] *est virtutis*[53], *modorum apud posteros sarcina.* Ut designet: *Apex*[54] *est arx corporis.* Ut laudet: *Adolescentia est flos aetatis.* Ut vituperet: *Divitiae sunt brevis vitae longum viaticum.*

9. Octava species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου[55], Latini per privantiam contrarii[56] eius, quod diffinitur, dicunt[57]: *Bonum est, quod malum non est. Iustum est, quod iniustum non est*, et his similia. Hoc autem genere diffinitionis uti debemus, cum contrarium est notum[58], ut: *Si bonum est, quod prodest cum honestate, id*[59], *quod tale non*[60] *est, malum est*[61].

10. Nona species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ ὑποτύπωσιν, Latini per quandam imaginationem dicunt, ut: *Aeneas est Veneris et Anchisae filius.* Haec semper in individuis versatur, quae[62] Graeci ἄτομα[63] appellant.

11. Decima[64] species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ ἀναλογίαν, Latini iuxta rationem dicunt, ut si quaeratur: Quid sit animal, respondeatur, ut homo. Rem enim quaesitam praedictum declaravit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud, quod quaeritur, declarare.

Gu. 1. pr. — *cata afarasin vocant a to genentio* pr. va. — *catafresinatogeniti* Gu. 4. — τοῦ ἐναντίου om. Gu. 2. in versu, sed supra lin. est τοῦ ἐναντίου. — 56) *contrarium* pr. va. — 57) *ut* add. Gu. 2. va. — 58) *notum est* Gu. 2. — 59) *id est* Gu. 1. — 60) *non* om. Gu. 1. — *non est* om. Gu. 1. — 61) *non malum est* Gu. 1. — 62) *quam* Gu. 1. pr. — 63) *athomas* Gu. 1. 2. — 64) Sic duas §§. partim ex Arevalo, partim ex meis dedi codd. et impressis libris. Gu. 1. exhibet omnia ita: *Decima species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ ἐλλειπὲς πλήρους ὁμοίου γένους; Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt, ut si quaeratur, quid sit animal, respondeatur ut homo. Rem enim quaesitam praedictum declaratur exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud, quod quaeritur, declarare. Undecima species diffinitionis est, quam Graeci κατὰ ἀναλογίαν, Latini iuxta rationem dicunt, ut si quaeratur, quid sit thesis, respondeatur cui vis deest, ut sit arsis.* Consentiunt in ordine Gu. 2. pr. va., nisi quod in singulis aliquantum inter se differunt. Sunt autem lectiones variae hae: pro κατ᾽ ἀναλογίαν exhibet Gu. 2: ωοc*Ριπως Ηλλοπε*, in quo idem cod. om. *quam Graeci* et pro *quaeratur* suppeditat *quaeritur*. — *cataipotiposin* va. Pro *cui vis deest ut sit arsis* Gu. 2. exhibet *cui deest dotrans, ut sit assis.* Cod. Alban. *cui dodrans deest, ut sit arsis.* Edit. va.: *cuius vel cui deest ut sit arsis.* — *Ut* ante *homo* om. va. — *iuxta proportionem* pro *iuxta rationem* var. lect. ap. Goth. — *cata elipse elopes olocrerum homogenus* Gu. 4. pro κατ᾽ ἐλλειπές etc. Edit. pr. ita: *catellepes olocerii homo genus.* Edit. va.: *cata elli cepeson vel moctino cellocelo cerii homo genus.* Arev. eo ordine, quo ego, scripsit, sed pro κατ᾽ ἀναλογίαν scripsit ὡς τύπος. *Latini exemplum appellant.* et definitionem animalis huic §. addidit. In §. 12. scripsit: *quid sit triens, respondeatur, cui bes deest, ut sit assis.* Vocabulo *assis* hanc notam subiunxit: „*Assis* in recto casu pro *as* usurpatur etiam a veteri Persii Scholiaste ad Sat. II. v. 59. et Donato ad Terentii Phormionem I, 1, 9.“ — Vulgata Vulcanii est: *Decima species ipsius* (quod omisi cum Gu. 1. pr. va. Ar.) *diffinitionis est, quam Graeci κατ᾽ ἐλλειπές πλήρους ὁμοίου γένους, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt, ut si quaeratur Quid sit thesis? respondeatur: Cui vis deest, ut sit arsis. Undecima species diffinitionis est, quam Graeci κατ᾽ ἀναλογίαν* (*cata* Gu. 1., unde scripsi κατὰ) *Latini iuxta rationem dicunt, ut si quaeratur Quid sit animal? respondeatur, ut homo. Rem etc.*, ut nos. Cfr. Cassiod. p. 540., qui exhibet quod scripsit Arev.

12. Undecima species diffinitionis est, quam Graeci *κατ᾽ ἐλλειπὲς πλήρους ὁμοίου γένους*, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt, ut si quaeratur, quid sit thesis, respondeatur, cui vis deest ut sit arsis.

13. Duodecima species diffinitionis est, quam Graeci *κατὰ ἔπαινον*[1] vocant[2], id est, per laudem, ut Tullius pro Cluentio: *Lex est mens et animus*[3] *et consilium et sententia civitatis.* Et aliter[4]: *Pax*[5] *est tranquilla libertas.* Fit et per vituperationem, quam *ψόγον* Graeci[6] vocant, ut: *Servitus est postremum malorum omnium*[7], *non modo bello, sed morte quoque repellenda*[8].

14. Tertiadecima[9] diffinitionis species[10], quam Graeci *κατὰ τὸ πρός τι*[11], Latini ad aliquid vocant, ut est illud: *Pater est, cui*[12] *est filius. Dominus est, cui est servus.*

15. Quartadecima species diffinitionis est, quam Graeci *κατὰ τὸν ὅρον*[13], ut Cicero[14] in Rhetoricis: *Genus est, quod plures amplectitur partes. Item pars*[15], *quae subest generi.*

16. Quintadecima species diffinitionis est, quam Graeci *κατὰ αἰτιολογίαν*, Latini secundum rei rationem vocant, ut: *Dies est sol super*[16] *terram*[17], *nox est sol sub terris*[18]. Scire autem debemus praedictas species diffinitionum topicis merito esse sociatas, quoniam inter quaedam argumenta sunt positae[19], et nonnullis locis commemorantur in Topicis. Nunc[20] ad Topica veniamus, quae sunt argumentorum sedes, fontes sensuum et origines dictionum.

CAP. XXX. *De Topicis*[21].

1. Topica[22] est disciplina inveniendorum argumentorum. Divisio Topicorum sive locorum, ex quibus argumenta ducuntur[23], triplex est. Nam alia in eo ipso, de quo agitur, haerent; alia, quae dicuntur effecta[24], quae quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur; alia, quae assumuntur extrinsecus. Argumenta, quae in eo ipso, de quo agitur, haerent, in tribus divisa sunt. Prima a toto; secunda a parte; tertia a nota.

2. Argumentum[25] a toto, cum[26] diffinitio adhibetur ad id, quod quaeritur, sicut ait Cicero: *Gloria est laus recte factorum, magnorumque in republica*[27] *fama meritorum.*

3. A partibus est argumentum, cum is, qui se defendit, aut negat factum[28], aut factum esse iure[29] defendit.

1) *cateilenon* pr. va. — 2) *vocant* om. va. — 3) Sic Gu. 1. 2. — *consiliumque* va. — *et consilium et animus* vulg. Intelligitur locus Cic. pr. Cluent. 53, 146: *Mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus.* — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *alter* vulg. — 5) Locus est e Cic. Phil. II, 44, 113. — 6) Sic Gu. 1. — *Gr. ψόγον* vulg. — 7) Sic Gu. 1. et Cic. Phil. II, 44, 113. e rec. Orell. — *omnium malorum* vulg. — 8) *repellenda est* Gu. 2. va. — *morte etiam repellendum* Cicer. — 9) *Decima* Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. — *diffin. spec.* vulg. — *est* omisi e Gu. 1. post species. — 11) *cata ton pros tin* Gu. 1. 2. 4. — *cata ton posten* pr. va. — 12) *cuius* omisso *est* Gu. 2. et sic mox. — 13) Sic Gu. 1. 2. 4. (*cata ton rus* exhibent); *catatorrus* pr. va. — *diff. est κατὰ τὸν ὅρον, Latine generalis* vulg., quae Latina om., Gu. 1. — 14) *ut* addidi e Gu. 1. — 15) Vulg. *pars est*, sed *est* om. Gu. 1. Vulgatam exhibet Cic. de Invent. I, 28, 42. — 16) Sic Gu. 1. va. — *supra* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *terras* vulg. — 18) *subtus terris* al. — 19) *posita* Ar. — 20) Vulg. *Nunc autem*, sed *autem* om. Gu. 1. — 21) Cfr. cum hoc capite Cassiodor. p. 541. et 554. — 22) *Topica localis* va. — 23) *dicuntur* Gu. 1. 2. pr. — 24) *affecta* Ar. h. l. et §. 5. — 25) *est* add. va. — 26) *cum* om. Gu. 1. — 27) *in remp.* Arev. Locus est ex Cic. orat. pr. Marcell. 8: *Gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.* — 28) *factum, aut* om. Gu. 1. 2. — 29) *in re* Gu. 1. 2. — 30) *ex* addidi e Gu. 1. — *et* pro *eo* exhibet Gu. 2. pr. va. —

4. A nota est argumentum, cum ex[30] sui nominis argumento[31] aliquod dicitur[32], ut Cicero: *Consulem quaerebam, inquit*[33], *quem in isto maiali invenire non poteram.*

5. Effecta argumenta sunt quodammodo, quae[34] ex rebus aliis tracta noscuntur. Sunt autem numero XIIII, id est, primum a coniugatis[35] argentum est, cum declinatur a nomine et fit verbum, ut Cicero Verrem dicit evertisse[36] provinciam; vel nomen a verbo, cum latrocinarii dicitur latro[37]. Nomen est a[38] nomine; Terentius:

Inceptio[39] *est amentium, haud amantium*[40];

dummodo distat[41] unius[42] postremitas, in alia vocis declinatione[43] formata.

6. Secundum argumentum a genere est, cum de eodem genere sententia dicitur, ut Virgilius:

Varium et mutabile genus[44].

7. Tertium argumentum ab specie est[45], cum generali quaestioni fidem species facit, ut:

At non[46] *sic Phrygius*[47] *penetrat Laecedaemona pastor.*

A simili[48] argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur, ut[49]:

Suggere[50] *tela mihi: non ullum*[51] *dextera*[52] *frustra*
Torserit in Rutulos, steterunt quae[53] *in corpore Graium*
Iliacis campis.

8. A differentia argumentum est, quando per differentiam aliqua separantur, ut Virgilius[54]:

Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis.

A contrariis argumentum dicitur, quando res discrepantes sibimet opponuntur, ut Virgilius:

Mortaline manu factae immortale[55] *carinae*
Fas habeant, certusque incerta pericula lustret[56]
Aeneas?

9. A consequentibus argumentum dicitur[57], quando positam rem aliquid inevitabiliter consequitur, ut Virgilius[58]:

Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

Ab antecedentibus argumentum est, quando aliqua ex iis, quae prius gesta sunt[59], comproban-

cum ex vi Ar. — 31) *argumentum* Gu. 2. pr. va. — 32) *elicitur* Gu. 2. Ar. — *eligitur* al. — 33) Sic Gu. 1. — *inquit, quaerebam* vulg. — *inquam* Gu. 2. 4. al. et Cic. in Pis. 9, 19: Consulem ego tum requirebam, (*quaerebam*, ut Isidor., apud Cic. optimus Palimps. Taurin. Non tamen recepit Orell.), consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc maiali invenire non possem. — 34) Sic Gu. 1. — *quae quodammodo* vulg. et Cassiod. — 35) *coniugale* Gu. 2. — 36) *eversisse*. Sic Gu. 1. 2. 4. pr. — *everrisse* Ar. Locus non alius potest esse, quam ubi *everriculum* dicitur Verres in Verr. IV, 24. in. — Verbum *everrere* non est apud Cicer. — 37) *nomen est latro* add. va. — 38) *est* om. va. — 39) *hoc inceptio* va. — 40) Locus est Andr. I, 3, 13. — 41) *distet* Ar. — 42) Vulg. addit *appellationis*, quod om. Gu. 1. — 43) *in aliam — declinationem* Ar. — 44) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *varium et mut. semper femina* vulg. cum Virgil. Aen. IV, 569. — 45) Sic Gu. 1. — *Tertium asp. arg. est* vulg. — 46) *ut non* Gu. 4. — *an non* va. — 47) *frigium* Gu. 1. Locus est Virg. Aen. VII, 363. — 48) *At simile* Gu. 1. — 49) *ut* om. Gu. 2. — 50) *Suggerere* al. — 51) Sic Gu. 1. 3. 4. pr. Ar. et Virg. Aen. X, 333. — *nullum* Gu. 2. va. — *illum* vulg. — 52) *dextra* pr. — 53) Sic Gu. 2. 3. 4. Virgil. Ar. — *steterant quae* Gu. 1. — *steteritque* vulg. — 54) Virg. Aen. X, 581. — 55) *immortales* va. — 56) *lustrat* Gu. 1. — *lustres* Gu. 2. pr. va. Locus est ap. Virg. Aen. IX, 95. — 57) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *ducitur* vulg. — 58) Aen. I, 129. — 59)

tur, ut Cicero pro Milone: *Cum non dubitaverit aperire*[1], *quod*[2] *cogitaverit, vos potestis dubitare quid fecerit*[3].

10. A repugnantibus argumentum est, quando illud, quod[4] obiicitur, aliqua contrarietate destruitur, ut Cicero[5]: *Is igitur non modo de tali periculo liberatus, sed honore amplissimo ditatus, domi te interficere voluisset.*

11. A coniugatis[6] argumentum est, cum contra[7] probabiliter ostenditur, quid sit ex re quaque venturum, ut Virgilius:

Nos[8] *si pellant, nihil afore*[9] *credunt,*
Quin omnem Hesperiam penitus[10] *sua sub iuga mittant!*

12. A causis argumentum est, quando consuetudine[11] communi res quaeque tractatur, ut Terentius:

Ego non nihil veritus sum dudum abs te cavere[12],
Ne faceres quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes[13].

Ab effectis argumentum est, cum ex iis, quae facta sunt, aliquid approbatur, ut Virgilius:

Degeneres animos timor arguit.

13. A comparatione argumentum est, quando per collationem[14] personarum sive causarum, sententiae ratio sub imputatione[15] formatur, ut Virgilius:

Tu potes Aeneam[16] *manibus subducere Graium*[17],
Nos aliquid contra Rutulos iuvisse[18] *nefandum est?*

14. Item argumenta, quae dicuntur[19] extrinsecus, quae Graece[20] *ἄτεχνα*[21], id est artis expertia[22] vocantur, ut est testimonium[23]. Testimonium constat[24] re.

15. Haec[25] dividitur in[26] quinque modis, id est[27], primus[28] ex persona, secundus ex[29] naturae auctoritate, tertius ex[30] temporibus auctoritatum, quartus ex dictis factisque maiorum, quintus ex tormentis. Tertius ergo superior modus, qui est ex temporibus, in octo species derivatur. Primus[31] ingenio, secundus opibus[32], tertius aetate, quartus fortuna, quintus arte, sextus usu, septimus necessitate, octavus concursione fortuitorum. Testimonium omne est, quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem. Persona[33] non qualiscunque est, quae testimonii pondus habet ad faciendam fidem, sed morum probitate debet esse laudabilis.

sunt om. va. — 1) *vel aperire* Gu. 1. al. — 2) *id quod* Gu. 1. — *quid* Gu. 2. 3. va. — *quid cogitaret* Cic. pr. Milon. 16, 44. — 3) *liberatur* Gu. 1. — 4) *quod domi* va. — 5) Locus Ciceronis est ex orat. pr. Deiot. 5, 15, ubi est: *Is igitur, non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suae interficere voluisse?* Cassiodor. cum Cicer. consentit, nisi quod *ditatus* et *domi suae te* exhibet. — 6) *A coniunctis* Ar. — 7) *contra* addidi e Gu. 1. al. — 8) *Verum nos* pr. — 9) Sic Gu. 3. et Virgil. Aen. VIII, 147. — *affore* Gu. 1. 2. 4. pr. — *adfore* va. — *abfore* vulg. — 10) *penitus* addidi e Gu. 1., exhibet etiam Virg. — *mittat* Gu. 2. — 11) *ex consuetudine* va. — 12) *Dave* pro *cavere* Ar. e Terent. Andr. III, 4, 2. Sed retinere malui vitium Isidori, quam contra omnes codd. ire. Terent exhibet: *Ego dudum — ne faceres idem.* — 13) Aen. IV, 13. — 14) *collucationem* Gu. 1. — *consolationem* Gu. 2. — 15) *impugnatione* Gu. 1. al. — 16) *Aenean* Gu. 2. 3. et Virgil. Aen. X, 81. — 17) *Gladium* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. 3. 4. va. Ar. Virg. v. 84. (*Rutulos contra* Virg.) Pro *aliquid* Gu. 2. exhibet *autem.* — 19) Sic Gu. 1. 2. — *ducuntur* vulg. — 20) *Graeci — vocant* Ar. pr. va. — 21) *tegnos* Gu. 1. 2. pr. va. — 22) *expertes* Gu. 1. 2. pr. va. — 23) Arev. h. l. addit *Testimonium omne est, quod ab aliqua re externa sumitur ad fidem faciendam.* Tum sequitur *Haec dividitur.* — 24) Vulg. add. *vero*, quod om. Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *et* vulg. — 26) *in* addidi e Gu. 1. — 27) *idem est* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. h. l. et postea *secundus*, *tertius*, *quartus*, *quintus* pro vulg. *primo*, *secundo*, *tertio*, *quarto*, *quinto.* — 29) *a* Gu. 1. — 30) *ex* om. Gu. 1.

16. Naturae auctoritas est[31], quae maxima virtute consistit. Testimonia multa sunt, quae afferant[35] auctoritatem, id est, ingenium, opes, aetas, fortuna, ars, usus, necessitas et concursio rerum fortuitarum. A dictis factisque maiorum petitur fides, cum priscorum dicta factaque memorantur. A tormentis fides praebetur[36], post quae nemo creditur mentiri velle[37].

17. Ea vera, quae tractantur in tempore[38], quia suis nominibus plana[39] sunt, diffinitione non indigent. Memoriae quoque condendum est, Topica oratoribus, Dialecticis, poetis, iurisperitis[40] communiter quidem argumenta praestare, sed quando aliquid specialiter probant, ad Rhetores, poetas, iurisperitosque pertinent[41], quando vero generaliter disputant, at philosophos attinere[42] manifestum est.

18. Mirabile plane genus operis, in unum potuisse colligi, quicquid mobilitas[43] aut[44] varietas humanae mentis in sensibus exquirendis per diversas causas poterat invenire conclusum[45] liberum atque[46] voluntarium intellectum. Nam quocunque se converterit[47], quascunque cogitationes intraverit, in aliquid eorum, quae praedicta sunt, necesse est cadat[48] ingenium.

CAP. XXXI. *De oppositis.*

1. Contrariorum genera quatuor sunt, quae Aristoteles *ἀντικείμενα*, id est opposita vocat, propter quod sibi velut ex adverso[49] videntur obsistere[50], ut contraria; nec vero tamen[51] omnia quae opponuntur sibi[52] contraria sunt[53], sed omnia contraria opposita sunt. Primum genus est contrariorum, quod iuxta Ciceronem diversum[54] vocatur, pro eo, quod tantum contrarie[55] sibi opponuntur, ut non eorum sint, quibus opponuntur, ut sapientiae[56] stultitia.

2. Quod genus in tres species dividitur. Nam sunt quaedam eiusmodi[57], quae medium habent[58]; et quaedam sunt[59], quae sine medio sunt; et quaedam sunt, quae habent medium et tamen sine nomine sunt, nisi utrumque[60] ei vocabulum creat[61]. Candidum et nigrum medium habent[62], quia inter eos saepe[63] color pallidus vel fuscus invenitur.

3. Sine medio sunt, quotiens unum de duobus accidit, ut sanitas vel infirmitas. Horum nihil est medium. Ea autem, quorum sine nomine media sunt[64], ut felix, infelix, medium habent non felix[65]. Secundum genus est relativorum, quae ita sibi opponuntur, ut ad se conferantur, sicut duplum simplum.

— 31) Sic Gu. 1. h. l. et postea genus masculinum exhibet, relatum ad *modus*. Femininum *Prima* etc. refertur ad speciem. — 32) *in operibus* va. — 33) *Persona* usque ad *fidem faciem* om. Gu. 2. — 34) *est* om. va. — 35) Sic Gu. 1. al. — *afferunt* vulg. — 36) *probetur* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *velle mentiri* vulg. — 38) *cum tempore* al. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *plena* vulg. — 40) Vulg. *et iurisperitor.*, sed *et* om. Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *pertinet* vulg. — 42) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *pertinere* vulg. — 43) *mutabilitas* Gu. 2. — *nobilitas* al. — 44) Sic Gu. 1. — *ac* vulg. — 45) *conclusit* al. — 46) Sic Gu. 1. — *ac volunt.* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *verterit* vulg. — 48) Vulg. *ut cadat*, sed *ut* om. Gu. 1. va. Ar. — 49) *ex adversa* Gu. 1. — 50) *existere* pr. va. — 51) *vero tamen* Gu. 1. Haud dubie legendum est *nec vero tamen.* — 52) Sic Gu. 1. pr. va. — *sibi opp.* vulg. — *sibi* om. al. — 53) *sibi contr. sunt* Gu. 2. — *contraria sibi opp.* va. — 54) *adversum* Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. — *contraria* vulg. — 56) Sic Gu. 1. — *sapientia* vulg. — 57) Sic codd. apud Arev. — Gu. 1. 2. al. va. *eius* pro *ex eis* al. om. talia *ex eis* vel *eius* vel *eiusmodi.* al. om. *quaedam.* — 58) *habent medium* Gu. 2. — 59) Sic Gu. 1. va. — *sunt quaed.* vulg. — 60) Vulg. add. *contrariorum*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 61) Sic Gu. 1. — *creet* vulg. — *credit* al. *credat* al. *tradat* al. *careat* al. — 62) *habet* al. — *Candidus et niger* Arev. — 63) *saepe inter eos* Gu. 2. — 64) Sic Gu. 1. Vulg. *quorum media sine nom. sunt.* — *quorum media sunt sine nomine sunt* va. — 65) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Vulg. *videlicet neque a toto felix*, *neque in toto infelix.*

4. Hoc[1] solum oppositorum genus[2] ad se refertur. Non est enim[3] maius, nisi ad minus referatur[4] et simplum nisi ad duplum[5]. Nam relativum relativo[6] ita opponitur, ut hoc ipsum, quod opponitur, aut eius[7] sit, cui opponitur, aut ad id quocunque modo referatur[8]. Dimidium enim opponitur duplo, eiusque dupli medium est, sed ita illi opponitur, ut eius sit, cui opponitur.

5. Sic et parvum opponitur[9] magno, ita ut ipsum parvum ad magnum, cui opponitur, sit parvum. Nam superiora quae dicuntur[10] contraria, ita sibi opponuntur, ut eorum non sint, quibus opponuntur[11], nec ad ea quocunque modo referantur, siquidem[12] iniquitas iustitiae ita contraria[13] est, ut non eiusdem iustitiae iniquitas sit, aut ad illam sit iniquitas.

6. Tertium genus est oppositorum[14] habitus vel orbatio. Quod genus Cicero privationem vocat, qua[15] ostendit aliquid quempiam habuisse, unde privatus est. Cuius species sunt tres: quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore congruo. In re, ut caecitas, visio. In loco, ut caecitatis et visionis in oculis[16] locus est. In tempore congruo, ut non dicere infantem[17], sine dentibus[18] eum, cui dentes aetas[19] adhuc parva negavit. Non enim est privatus dentibus, quos nondum habuit.

7. Quartum vero genus ex[20] confirmatione et negatione opponitur, ut Socrates disputat, Socrates non disputat. Haec a superioribus ideo[21] differt[22], quod illa singillatim[23] dici possunt, haec nisi connexe dici non possunt. Quod genus quartum apud Dialecticos multum habet conflictum, et appellatur ab eis valde oppositum, siquidem et tertium non recipit.

8. Nam ex illis quaedam[24] habere tertium possunt, ut in contrariis, candidum et nigrum. Tertium eius nec candidum nec nigrum, sed fuscum vel pallidum. In relativis quoque, ut multa et pauca. Tertium eius[25] nec multa nec pauca, sed mediocria. In habitu vel orbatione, ut visio et caecitas. Tertium eius, nec caecitas, nec visio, sed lippitudo. Hic ergo legit, non legit: tertium non[26] habet.

---

1) Sic Gu. 1. va. — *Horum* vulg. — 2) *tertium genus* Gu. 2. — 3) Sic Gu. 1. — vulg. *non enim est.* — *non enim inest maius* al. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *referatur ad minus* vulg. — 5) Vulg. sequitur *aut eius, cui opponitur,* quae om. Gu. 1. — *ipsum quod opponitur his* pro vulg. exhibet Gu. 2. va. — 6) *ipsi rel.* al. pr. (*ipso* ut va.) — *vel relat.* al. — *appon.* pr. — 7) *ei* Gu. 1. — 8) *sit, cui oponitur, aut ad id* om. Gu. 1. — *sit* om. Gu. 2. Pro verbis *aut ad id quocunque modo referatur* Gu. 2. exhibet *qui opponit nisi connexe dici non possunt, quocunque modo referatur.* — *quod opponitur, quocunque modo opponatur* al. — *refertur* pro *referatur* al. — 9) *etsi parvum ipsum (ipsum* om. Gu. 2.) Gu. 1. 2. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quae sup. dic.* vulg. — 11) *quae oppon.* al. omissis verbis: *nec ad ea quocunque modo ref.* — *at eorum non sint, quibus opp.* va. — 12) *Sed* Gu. 2. — 13) *contrarium* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. pr. va. — Gu. 2. supra lin. In textu est: *Tria genera sunt opp.* — Vulg. *oppositorum est.* — 15) *quo* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1., omissis verbis *in oculis*, quae addit vulg. Eadem vv. om. Ar. — *in oculo* Gu. 2. Vulg. *et visio.* — 17) Sic Gu. 1. — *infantem non dicere* vulg. — 18) *est* add. Gu. 1. — 19) *adhuc aetas* Gu. 2. — *adhuc parva aetas* pr. va. — 20) *et* Gu. 1. — 21) *id* al. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. — *differunt* vulg. Refertur ad *speciem.*

LIBER III.

PRAEFATIO LIB. TERTII DE QUATUOR SEQUENTIBUS DISCIPLINIS.

Mathematica[27] Latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes[28] vel ab aliis accidentibus, ut est par, impar: vel ab aliis huiuscemodi[29] in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quatuor, id est[30] Arithmetica, Musica, Geometria[31], Astronomia[32]. Arithmetica est disciplina numerabilis quantitatis[33] secundum se. Musica est disciplina, quae de numeris loquitur, qui in sonis inveniuntur[34]. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina, quae cursus coelestium siderum atque figuras contemplatur, atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo latius indicabimus[35], ut earum causae competenter possint ostendi[36].

CAP. I. *De vocabulo arithmeticae disciplinae.*

1. Arithmetica est disciplina numerorum. Graeci enim numerum *ἀριθμόν* vocant[37]. Quam scriptores secularium literarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quoniam[38] ipsa ut sit[39], nulla alia indiget disciplina.

2. Musica autem et Geometria[40] et Astronomia, quae sequuntur[41], ut sint atque subsistant, istius egent auxilio.

De auctoribus eius.

3. Numeri[42] disciplinam apud Graecos primum Pythagoram autumant[43] conscripsisse, ac deinde a Nicomacho diffusius esse dispositam[44], quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt.

CAP. II. *Quid sit numerus.*

Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta. Nam unum semen numeri[45] esse, non numerum dicimus[46].

— 23) Sic Gu. 1. — *singulatim* Ar. — *sigillatim* vulg. — 24) *quidem* Gu. 1. — 25) *genus nec multa etc.* Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. — *nihil* vulg. — *Explicit liber. Incipit praefatio de quatuor sequentibus disciplinis* Gu. 1. pr. (*explicit liber* om.) — *Finit liber secundus, incipit liber III. praefatio de quatuor subsequentibus disciplinis.* — 27) Cfr. Cassiodor. Mathemat. p. 567. seqq. — 28) *separamus* al. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — 30) *id est* om. Z. — 31) *Geom. Mus.* Z. Ar., qui etiam in explicatione harum disciplinarum hunc ordinem servavit. Gothici et vett. editt., testante Arev., *musica et geometria* et mox prius musicam explicant, quam geometriam. — *Geometrica* Gu. 2. — 32) Vulg. *et Astr.*, sed *et* om. Gu. 1. — 33) *innumerabilis* Z. va. — *numeralis* al. — *numerab. quant.* pro vulg. *quant. num.* exhibet Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — *inv. in son.* vulg. — 35) *indicamus* Z. Gu. 2. pr. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *possunt ostendi* Z. — *causa... possit* al. — *possint agnosci* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *dicunt* vulg. — 38) *quia* al. — *quo* al. — 39) *ipsa non sit* Z. — *ut sit* al. — 40) *Geometrica* Gu. 2. — 41) *secuntur* Z. Gu. 2. pr. — 42) *Numeros vel numeri* al. — 43) *aucupantur* Z. — *aucupant* Gu. 2. al. — *nuncupant* Gu. 1. al. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. — *compos.* vulg. — 45) *numeri semen* Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. — *volunt* vulg. Nihil horum exhibent Gu. 2. Ar. et Grial. e gothi-

CAP. III. *Unde numeri sint dicti.*

1. Numero nummus nomen dedit, et a sui frequentatione vocabulum indidit. Unus a[1] Graeco nomen trahit. Graeci enim unum *ἕνα*[2] dicunt: sic II. III. quos illi *δύω* et[3] *τρία* appellant.

2. Quatuor vero a figura quadrata nomen sumpserunt. Quinque autem non secundum naturam, sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo, qui numeris nomina indidit. Sex autem et septem a Graeco veniunt.

3. In multis[4] enim nominibus quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione *s*[5] ponimus[6]. Inde est[7] pro *ἕξ* sex, et[8] pro *ἕπτα* septem, sicut pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translationem, sicut illi et nos: ita illi *ἐννέα*[9], nos novem: illi *δέκα*, nos decem.

4. Dicti autem decem a Graeca etymologia, eo quod ligent et coniungant[10] infra iacentes numeros. Nam *δεσμός*[11] coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti dicti, quod sint decem bis geniti, *u* pro *b* litera posita. Triginta, quod ternario[12] denario gignantur: sic usque[13] ad nonaginta[14].

5. Centum vero vocati a cantho[15], quod est circulus[16]; ducenti a duo et[17] centum. Sic et reliqua[18] usque ad mille. Mille[19] a multitudine, unde et militia, quasi multicia[20]: inde et milia[21], quae[22] Graeci mutata litera[23] myriades[24] vocant.

CAP. IV. *Quid praestent numeri.*

1. Ratio numeri[25] contemnenda non est. In multis enim sacrarum[26] scripturarum locis, quantum mysterium habent[27], elucet[28]. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est[29]: *Omnia in mensura et numero et pondere fecisti.*

2. Senarius namque numerus[30] qui partibus suis[31] perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat. Similiter et XL. dies, quibus Moyses et Helias et ipse Dominus ieiunaverunt, sine numerorum cognitione non intelliguntur.

cis. — 1) *Unde a Graeco* Z. — *a* pro *ex* Gu. 1. 2. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. (*mona*) va. (*mona*) Ar. — *unitatem μονάθα* vulg. — 3) *et* om. Ar. — 4) *In* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 5) Vulg. add. *literam*, quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *s* om. pr. — 6) *supraponimus* pr. — 7) *est* addidi e Z. Gu. 1. 2. — *id est pro exa sex* va. — *hexa* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 8) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 9) Sic scripsi e Gu. 1. Vulg *sicut illi ὀγδώ et nos octo.* — Gu. 2. Z. pr. *sicut illi ogdo et nos octo, ita illi* etc. — Arev. *sicut illi et nos; illi* etc. — *nea* Z. Gu. 1. 2. pr. va — 10) *coniungantur* Gu. 2. — 11) *δεσμεύειν* Arev. — 12) Vulg. *a ternario*, sed praepositionem om. Gu. 1. — 13) *usque usque* Gu. 1. An fortasse pro *et sic porro usque* positum est? — 14) *septuaginta* va. — 15) Sic Arev. — *cantu* Z. Gu. 1. 2. pr. — *cento* edit. Goth. — 16) *circulum* Z. Gu. 1. 2. va. — 17) *et* om. Z. Gu. 1. 2. va. — 18) Sic Gu. 1. — *reliqui* vulg. — 19) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 20) *milutia* al. — 21) Verba: *inde et milia* om. Gu. 1. — *unde* va. pro *inde*. — 22) *quae* om. al. — 23) Vulg. *mutata litera scilicet r pro l.* Sed *scilicet r pro l* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — *idest r pro l* pr. — 24) *mirlades* pr. — *μύρια* Ar. — Nota msc. in vet. edit. Bignaeana haec est: *Verius fuerit χιλίαν, nam μυρίαδα dena milia significare certum est.* — 25) *numerorum* Vulcan. — 26) *sanctarum* va. Ar. — 27) Sic Gu. 1. va. — *habeant* vulg. — 28) *elucent* pr. — 29) *est* om. Z. — 30) *numerus* addidi e Gu. 1. — 31) Vulg. *numeri sui,* sed *sui* om. Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *sanctis* vulg. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *non nisi huius artis scientia.* — *nonnisi noti huius artis scienter* Ar. — *gnari* pro *noti* al. Ut nos e codd., sic Beda in libro de computo, qui Isidorum sequetur. *Notus scientiae* est *gnarus*, ut alii e glossemate exhibent. Hinc explicandus genitivus. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *possumus* vulg. — 35) *eas* Z. — 36) *dicimus* Gu 1. — 37) *quando mensium curricula supputamus* Ar. — 38) Sic Z. Gu. 1. — *anni spacium* vulg. — 39) *in* om. Ar. — 40) *Adimis* al. — 41) *calculi comp.* al. — *seculo calculi computum* pr. va. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *ignorantiae caecatio* vulg. — *ignorantia caecatio* pr. — 43) Sic Gu. 1. 2.

3. Sic et alii in scripturis sacris[32] numeri existunt, quorum figuras nonnisi noti huius artis scientiae[33] solvere possunt[34]. Datum est etiam nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam[35] discimus[36], quando de mensium curriculo disputamus[37], quando spacium anni[38] redeuntis agnoscimus.

4. Per numerum siquidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum in[39] rebus omnibus, et omnia pereunt. Adime[40] seculo computum[41], et cuncta ignorantia caeca[42] complectitur, nec differri[43] possunt[44] a caeteris animalibus, qui calculi nesciunt[45] rationem.

C A P. V. *De prima divisione parium et imparium*[46].

1. Numerus dividitur in his[47] paribus et imparibus. Par[48] numerus dividitur in his[49]: pariter par, pariter[50] impar, et impariter par, et[51] impariter impar. Impar numerus dividitur in his[52], primum et simplum[53], secundum et[54] compositum, tertium mediocrem[55], qui quodammodo primus et incompositus est[56]. Alio vero[57] modo secundus et compositus est.

2. Par numerus[58] est, qui in duabus aequis partibus dividi potest, ut duo et quatuor et octo[59]. Impar vero numerus est[60], qui dividi aequis partibus[61] nequit, uno medio vel deficiente vel superante, ut III. V. VII. IX. et reliqui[62].

3. Pariter par numerus est, qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque[63] ad indivisibilem[64] perveniat unitatem, ut puta sexaginta et quatuor[65] habet[66] medium XXX et II[67], hic autem XVI, sedecim[68] vero[69] VIII, octonarius IIII, quaternarius II, binarius unum, qui singularis indivisibilis est.

4. Pariter impar est, qui in partes aequas recipit sectionem, sed partes eius mox indissecabiles[70] permanent, ut VI, X[71] et XIIII et XVIII et XXII[72], triginta[73]. Mox enim ut[74] hunc numerum diviseris[75], incurres[76] in numerum, quem secare non possis.

5. Impariter par numerus[77], cuius partes[78] dividi possunt, sed usque ad unitatem non perveniunt, ut XXIIII. Hi enim[79] in medietatem[80] divisi XII faciunt[81] rursumque in aliam me-

Ar. et Grial. e codd. pr. — *differre* vulg. — 44) Sic Z. Gu. 1. al. apud Grial. va. — *potest* vulg. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *quae* pro *qui* al. — 46) Cfr. cum hoc capite Cassiodor. de Arithmet. p. 569. — 47) Sic Gu. 1. Vulg. om. *in his.* — *in paribus et in imparibus* Ar. — 48) *Par numerus etc.* Al. *Par* etc. *pariter impar et impariter par. Impar numerus dividitur in his, primum simplum, secundum compositum, tertium* etc. — 49) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *in iis* vulg. — 50) Vulg. *et pariter impar*; *et* om. Z. Gu. 1. pr. va. — 51) *et* om. va. Fortasse recte. Nam quum saepe edit. va. consentiat cum Gu. 1., suspicor vitio tantum h. l. remansisse *et*, quum supra idem cod. recte copulam omittat. — 52) Sic Z. Gu. 1. va. — *in iis* vulg. — 53) *simplicem* Ar. — 54) et om. Gu. 1. — 55) *mediocre* Z. al. — 56) *est* om. Ar. — 57) *vero* om. Gu. 1. Retinet Cassiod. cum Isidori vulg. exemplaribus. — 58) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Numerus par* vulg. — 59) Sic Gu. 1. 2. (*et duo*) pr. va. Vulg. *ut IIII. VIII.* — 60) *Impar num. vero est* va. — 61) *dividi aequis partibus* om. Z. — 62) Sic Z. (om. *et*) Gu. 1. Ar. *et reliqua* Gu. 2. pr. va. — 63) *quoadusque* Gu. 1. — 64) *invisibilem* Gu. 1. — *divisibilem* va. — 65) Sic Gu. 1. — *sexaginta quatuor* vulg. — 66) *habent* va. — 67) Sic Gu. 1. — *et* om. vulg. — 68) *Sexdecim* Gu. 1. — *in XVI.* Gu. 2. Cassiod. — *Hic autem XVI. XVI. vero octo* pr. — 69) *vero* om. Z. — 70) *insecabiles* al. va. — *inde secabiles* pr. — 71) Vulg. *et X.*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — al. om. *X.* al. om. *VI. X.* alii alio modo. — 72) Sic Gu. 1. — Vulg. *et XII, triginta etc.* — Ar. *X. XVIII. trig.* — *VI. XVIII. et L.* va. — *et XII* om. Gu. 2. — *octo* pro *duodecim* Z. pr. — 73) *quadraginta* Z. Vulg. add. *et quinquaginta*, quae om. Gu. 1. — *et* om. Z. Gu. 1. — 74) *si* Z. Gu. 2. pr. va. — 75) *divideris* Gu. 2. — 76) Sic Gu. 1. — *incurris* vulg. — 77) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 78) Vulg. add. *etiam*, quod om. Gu. 1. — 79) Sic Gu. 2. Ar. va. — *Hic enim* Gu. 1. — *Hi autem* vulg. — 80) *in medietate* pr. al. — *immediate* va. — 81) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *faciunt XII.* vulg.

dietatem VI, deinde in aliam tres, et ultra divisionem non recipit sectio illa, sed ante unitatem invenitur terminus, quem secare non possis.

6. Impariter impar[1] est, qui ab impari numero impariter mensuratur, ut XXV, XLIX[2]; qui dum sint impares numeri, ab imparibus etiam partibus dividuntur, ut septies septem, quadragies novem[3], et quinquies quini XXV[4]. Imparium[5] numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres.

7. Simplices sunt, qui nullam aliam[6] partem habent, nisi solam unitatem, ut ternarius solam tertiam, et quinarius solam quintam, et septenarius solam septimam. His enim una pars sola est. Compositi sunt, qui non solum unitate[7] metiuntur[8], sed etiam alieno[9] numero procreantur, ut novem, XV, et[10] XXI, et XXV[11]. Dicimus enim ter terni[12], et septies terni[13], ter quini, et quinquies quini[14].

8. Mediocres numeri sunt, qui quodammodo simplices et incompositi esse videntur. Alio vero modo secundi et[15] compositi, verbi gratia[16]: Novem[17] ad XXV[18] dum comparatus fuerit, primus est et incompositus, quia[19] non habet communem numerum, nisi solum monadicum: ad[20] XV vero si comparatus fuerit, secundus est et compositus, quoniam inest illi communis numerus[21] praeter monadicum, id est ternarius numerus, quia[22] novem mensurat ter terni, et quindecim ter quini.

9. Item parium numerorum alii sunt superflui, alii diminutivi[23], alii perfecti. Superflui sunt, quorum partes simul ductae plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius. Habet enim[24] partes quinque: duodecimam, quod est unum; sextam, quod duo[25]; quartam, quod tria[26]; tertiam, quod quatuor; dimidiam, quod sex. Unum enim et duo, et tria[27], et quatuor, et sex simul ducta[28] XVI faciunt[29] et longe a duodenario excedunt: sic[30] et alii similes plurimi, ut duodevicesimus, et multi tales[31].

10. Diminutivi[32] numeri sunt, qui partibus suis computati minorem summam efficiunt, utputa denarius, cuius partes sunt tres: decima quod est unum; quinta, quod duo; dimidia, quod quinque. Unum enim[33] et duo et quinque simul ducta[34] octonarium faciunt, longe

1) *numerus* add Gu 2. — 2) *XLVIII.* va. — 3) Sic Gu. 1. — *novies* vulg. — *nonus* Gu. 2. — *noni* pr. — *noveni* va. — 4) *XXV.* om. Z. — *vigies quinquies* Gu. 1. — 5) *Imparium* usque ad *mediocres* om. Z. — 6) *aliam* om. pr. — 7) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *unitatem* vulg. — 8) *mentiuntur* al. — *sentiunt* al. — 9) *ab alio* Gu. 2. va. al. cod. Rom. et Boeth. — 10) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. — *XX.* vitiose pr. — 11) *et XXV.* om. Gu 2. — 12) Sic Gu. 2. pr. va. al. Ar. — *terni* Gu. 1. — *ter ter novem* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. Ar. — *ter* vulg. Sequitur *XXI.* quod om. Gu. 2. pr. va. Recte, ut supra. — 14) vulg. *terquini XV. et q. q. XXV.* Numeros om. Gu. 1. 2. pr. va. al — 15) *secundi et* om. Z. Gu. 1. 2. pr. al. — *secundi* om. va. Retinui cum Cassiodor. — 16) *ut verbi gratia* Z. Gu. 2. va. — 17) *ut novem* va. — 18) *XXVII.* va. — 19) *qui* Gu. 1. — 20) *ad* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Cassiod. — 21) *numerus compositus et communis* Z. — 22) *qui* Z. Gu. 1. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2 pr. va. al. — *diminuti* vulg. — 24) *enim habet* Z. — 25) *quod est duo* al. et similiter infra. — 26) *tres* Gu. 1. — 27) *tres* Gu. 1. — 28) Sic, Z. Gu. 1. va. al. Ar. — *ductae* vulg. — *iunctae* pr. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *viginti sex fac.* Z. — 30) *Sic et* usque ad *plurimi* om. Z. — 31) Vulg. *multi superflui tales*, sed voc. *superflui* om. Gu. 1. Ar. pr. va. — 32) Sic Gu. 1. pr. va. — *Diminuti* vulg. — 33) *enim* om. Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *ductae* vulg. — 35) *minore in summa consistunt* al. — *reducti* va. — 36) *et tertiam et dimidiam* va. — *et* al. om. Omnia sunt e Boeth. de Arithm. I, 20. — 37) *Sexta eius enim* Z. — Vulg. *Sexta enim eius*, sed *enim* om. Gu. 1. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *est unum* vulg. — 39) *in* pro *id est* Z. — 40) *unum et* om. Gu. 1. — 41) *tria* Z. Gu. 2. va. Ar. al. — 42) Sic Gu 1. — *simul eundem* vulg. — 43) Sic h. l. et mox Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *inter* vulg. — 44) *quadrag. nonag. et sex.* Gu. 2. pr. va. — 45) *primus* add. Z. (I.) Gu. 1. cod. Tolet. pr. va. — 46) Sic Gu. 1. — *secundum* vulg. — 47) *II. aut ad* Gu. 1. cod. Tolet. I. — 48) vulg. addit. *refertur*, quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 49) Vulg.

a denario minorem. Similis est huic octonarius, vel alii plurimi, qui in partes redacti infra consistunt[35].

11. Perfectus numerus est, qui suis partibus adimpletur, ut senarius; habet enim tres partes, sextam, tertiam et dimidiam[36]: sexta eius[37] unum est[38], tertia duo, dimidia tres. Hae partes in summam ductae, id est[39] unum et[40] duo et tres[41] eundem simul[42] consummant perficiuntque senarium. Sunt autem perfecti numeri intra[43] denarium sex, intra centenarium XXVIII, intra[44] millenarium CCCCXCVI.

CAP. VI. *De secunda divisione totius numeri.*

1. Omnis numerus[45] aut per[46] se consideratur, aut[47] ad aliquid[48]. Iste[49] dividitur sic[50]: alii enim[51] sunt aequales[52], alii inaequales[53]. Iste dividitur sic[54]: alii[55] sunt maiores, alii minores[56]. Maiores dividuntur sic: multiplices[57], superparticulares[58], superpartientes[59], multiplices[60] superparticulares, multiplices[61] superpartientes. Minores dividuntur sic: submultiplices, subsuperparticulares[62], subsuperpartientes[63], submultiplices subsuperparticulares, submultiplices subsuperpartientes.

2. Per se numerus est, qui sine relatione aliqua dicitur[64], ut I. II.[65] III. IIII. V. VI, et caeteri similes. Ad aliquid numerus est[66], qui relative ad alios[67] comparatur, ut[68] verbi gratia IIII ad[69] II, dum comparatus[70] fuerit, duplex[71]; sex ad III, octo ad IIII, decem ad V[72], et iterum tres[73] ad unum triplex; sex ad II, IX ad tria et ceteri[74].

3. Aequales numeri dicuntur, qui secundum quantitatem aequales sunt, ut[75] verbi gratia tria ad tria[76], X ad X, C ad C. Inaequales numeri sunt, qui ad invicem comparati inaequalitem demonstrant, ut III ad II, IIII ad III, V ad IIII, X ad VII, et[77] universaliter maior minori, aut[78] minor maiori; huiusmodi[79] dum comparatus fuerit, inaequalis dicitur.

4. Maior numerus est, qui habet in se illum minorem numerum, ad quem comparatur, et[80] aliquid plus, ut verbi gratia quinarius numerus trinario[81] numero fortior est, eo quod habet in se quinarius numerus[82] trinarium[83] et alias partes eius duas, et reliqui tales.

sequuntur vv. *qui est secundum se.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. cod. Tolet. pr. va. Ar. — 50) *sic divid.* Z. — 51) *id est alii sunt Z.* — *primus alii* etc. va. *Alii* usque ad *duplum* om. Gu. 2. — 52) Vulg. add. *ut duo*, quae om. Z. Gu. 1. cod. Tolet. Ar. — 53) Sic Gu. 1. va. Ar. Vulg. *alii sunt inaeq.* — *alii inaeq. sunt* Z. pr. Tum sequitur vulgo *ut tres*, quod om. Gu. 1. Ar. — *ut* om. Z. cod. Tolet. — *sunt tres* va. — 54) Vulg. *Iste, qui refertur ad aliquid*, sed vv. *qui ref. ad al.* om. Z. Gu. 1. cod. Tolet. (*Sed div. sic.*) pr. va. Ar. — 55) *id est alii* Z. pr. — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *Alii sunt maiores, ut duo, alii sunt minores, ut unum.* Ar. consentit cum Gu. 1. nisi quod *sunt minores* exhibet. — *ut duo* et *ut unum* om. etiam Gu. 2. pr. — *ut* ante *duo* om. va. — *et unum* item om. va. Post *ut unum* sequuntur in vulg. haec: *Duo enim ad unum duplum.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 57) *I. mult. II. sup. III. sup. IV. mult. V. superp.* Z. Gu. 1. (*id est* pro *I.*) 2. pr. va. et sic in *Minor.* — *in multipl.* Ar. — 58) *subsuperparticulares* Z. Gu. 2. — 59) *subsuperpartientes* Z. Gu. 2. — 60) *submultiplices superparticulares* Z. — 61) *multipl. subsuperparcientes* pr. — *superp. mult.* va. — *mult subpartientes* Gu. 1. — 62) *superparticulares* va. — 63) *superparcientes* va. — 64) Sic Gu. 1. 2. — *dicitur* vulg. — 65) *ut I. II.* om. Gu. 1. 2. — *ut I.* om. Z. — *I. II.* Ar. — 66) Gu. 1. 2. — *est num.* vulg. — *est* om Z. — 67) *numeros* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. va. — 68) *ut* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 69) *aut duo* Gu. 2. — 70) *computatus* Z. — 71) Vulg. add. *dicitur, et multiplex*, quae om. Gu. 1. — 72) *decem ad quinque* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 73) *tria* Z. — 74) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *etc.* vulg. — 75) *ut* addidi e Z. Gu. 1. va. — *ut* pro *verbi gratia* exhibet Gu. 2. — 76) vulg. *duo ad II.* praeponit, quod om. Gu. 1. — *tres ad tres* va. — 77) *et est* pr. — 78) *ac* Z. — 79) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *huiuscemodi* vulg. — 80) *ad* Z. Gu. 2. — *aut* va. — 81) *ternario* Ar. — 82) Sic Gu. 1. — *habet quin. num.* Z. Gu. 2. pr. va. — *quin. num. habet in se* vulg. — 83) *ternarium* Ar.

5. Minor numerus est[1], qui continetur a maiore, ad quem comparatur, cum aliqua parte sui, ut ternarius[2] ad quinarium continetur[3] ab eo cum duabus[4] partibus suis[5]. Multiplex numerus est, qui habet in se minorem[6] numerum bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, ut[7] verbi gratia duo ad unum dum comparati fuerint, duplex est; III ad unum, triplex[8]; IIII quadruplex[9], et reliqui.

6. Econtra[10] submultiplex numerus est, qui inter[11] multiplicem numerum[12] continetur bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, ut[13] verbi gratia unus[14] a duobus bis continetur, a[15] tribus ter, a quatuor quater[16] a quinque quinquies, et ab aliis multipliciter.

7. Superparticularis numerus est, dum fortior continet inter[17] se inferiorem[18] numerum, circa quem comparatur, similiter et unam partem eius, ut[19] verbi gratia III ad II dum comparati fuerint, continent inter se duo[20] et alium unum, qui media pars est duorum. Quatuor ad III dum comparati fuerint, continent inter[21] se III, et alium unum, qui est tertia pars trium. Iterum[22] quinque ad IIII dum comparati fuerint, habent in se quaternarium numerum, et alium unum, qui quarta pars esse dicitur quaternarii numeri[23], et ceteri tales.

8. Superpartiens numerus est, qui inferiorem[24] numerum totum continet, et super hoc alteras partes eius[25] duas, aut III, aut IIII, aut V, aut alias, ut[26] verbi gratia V ad III dum comparati fuerint, habet in se quinarius numerus trinarium numerum[27], et super hoc alias partes eius duas[28]; VII ad IIII dum comparati fuerint, habent in se quatuor, et alias partes eius tres[29]; novem ad V dum comparati fuerint[30], habent in se quinque, et alias partes eius quatuor[31].

9. Subsuperpartiens numerus est, qui continetur in numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus aut tribus aut pluribus, ut[32] verbi gratia tria continentur a V cum aliis duabus partibus suis; V a IX[33] cum IIII partibus suis.

1) *eius est* va. — 2) *trinarius* Z. — 3) *enim* add. Ar. — 4) *a duabus* Gu. 2. — 5) *sui* Z. — 6) Vulg. *illum minorem*, sed *illum* om. Gu. 1. Ar. — 7) *ut* addidi e Z Gu. 1. 2. pr. va. — 8) *est* add. Gu. 2. va. — 9) Vulg. add. *ad unum*, quae om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 10) *Contra* Z. Vulg. sequuntur haec: *et illi superiores, qui continent intra se minores, appellantur duces, isti vero comites.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 11) *intra* Z Gu. 2. Ar. — 12) *numerum* addidi e Gu. 1. — 13) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 14) *unum* Ar. — 15) *aut* Gu. 1. Sic mox *aut quatuor.* — 16) *a quinque quinquies* addidi e Z. Gu. 1. 2. cod. Tolet. pr. va. — 17) *in se* Z. — *intra se* Gu. 2. Ar. — 18) *inferior est* pr. — 19) Sic Z. Gu. 2. pr. va. — Gu. 1. h. l. errore omisisse videtur. — 20) Sic Gu. 1. va. — *duos* vulg. — 21) *inter* Gu. 1. — *in se* vulg. — *habent in se* Z. — *intra* Gu. 2. — 22) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Item* vulg. — 23) *qui est quarta pars dicti quatern. num.* Ar. — *quatuor* pro *quarta pars* Z. — 24) Vulg. *qui in se*, sed *in se* om. Gu. 1. — 25) *eius* om Z. — 26) *ut* addidi e Z. Gu. 1. pr. va — 27) *numerum* addidi e Gu. 1. — *ternarium* Ar. va. — 28) *duas eius* Z. — 29) Sic Gu. 1. — *tres p. eius* vulg., quae add. *et vocatur supertripartiens quartas.* Haec om Z. Gu. 1. 2. pr. va Ar. — 30) *novem dum ad quinque comp.* va. — 31) Sic Gu. 1. Tolet. — *quatuor partes eius* vulg., quae add. *Iste dicitur supertripartiens quintus.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 32) *ut* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 33) *ad novem* Z. Gu. 2. va. — 34) *minor est* Z. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *fortiori* vulg — *a fort.* Z. — 36) *alia una* Gu. 1. — *sui* Z. — *una parte sua* Gu. 2. va. — 37) *ut* addidi e Z. Gu. 1. 2. cod. Tolet. pr. va. — 38) *similes* add. vulg., sed om. Z. Gu 1. 2. pr. — *et ceteri sim.* om. va. — 39) *Submultiplex particularis* Z. Gu. 2. va. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *comp. fuerit ad. num. sibi inf.* vulg. — 41) *numerum inferiorem* Z. — 42) Verba: *cum aliqua parte eius* addit h. l. Gu. 1. Vulg. *multipliciter aut tripliciter, aut quadrupliciter cum aliqua parte eius.* Sed vv. *aut dupl.* usque ad *quadrupl.* om. Z. Gu. 1. 2. va. pr. Ar. Cass. — 43) *multiplicatus* Z. — 44) *ut* addidi e Z. Gu. 2. cod. Tolet. pr. va. Cassiod. — 45) *tres* cod. Tolet. pr. — 46) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *continet* vulg. — 47) *binos quatuor* Gu. 1. — *bini quatuor* Z. Gu. 2. pr. cod. Tolet. — *bis duo* va. Vulgata est ap Cassiod. — 48) *octo* Z. — 49) *quaterni* Z. Gu. 2. cod. Tolet. pr. va. Vulg. addit *octo*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. Cassiod. — 50) Vulg. addit: *videlicet quae est unum.* Haec om. Z. (qui addit: *Octo ad quatuor dum comparati fuerint, continent totidem*) Gu. 1. 2. pr. va. Ar. —

10. Subsuperparticularis numerus est minor[34], qui continetur in fortiore[35] numero cum aliqua[36] parte sua, aut media, aut tertia, aut quarta, aut quinta, ut[37] verbi gratia duo ad III, III ad IIII, IIII ad V, et ceteri[38].

11. Multiplex[39] superparticularis numerus est, qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum[40] continet in se totum inferiorem numerum[41] cum aliqua parte eius[42] multipliciter[43], ut[44] verbi gratia V ad duo[45] dum comparati fuerint, continent[46] in se bis binos et[47] unam partem eius. Novem[48] ad IIII dum comparati fuerint, continent in se bis quaternos[49] et unam partem eius[50].

12. Multiplex superpartiens[51] numerus est, qui dum comparatus est ad inferiorem sibi numerum[52], continet eum[53] multipliciter cum aliis partibus eius[54], ut[55] verbi gratia VIII ad[56] tria dum comparati fuerint, continentur in se bis terni[57], cum aliis partibus eius duabus[58]; XIIII ad VI[59] dum comparati fuerint, continentur in se bis seni[60] cum aliis duabus partibus eius; XVI ad VII dum comparati fuerint, continent inter se bis VII cum aliis duabus partibus eius[61]; XXI[62] ad IX[63] dum comparati fuerint, continent inter se bis IX[64] cum aliis tribus eius partibus[65].

13. Submultiplex superpartionalis[66] numerus[67] est, qui dum ad fortiorem sibi comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter, cum aliquibus partibus suis, ut[68] verbi gratia III ad VIII continentur bis cum duabus partibus eius[69]; IIII ad XI continentur bis cum tribus partibus suis[70].

CAP. VII. *De tertia divisione totius numeri*[71].

1. Numeri aut[72] discreti sunt, aut[73] continentes. Iste dividitur sic: I. lineales[74], II.

51) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *Submultiplex superparticularis* (cod. Tolet *subsuperparticularis*). At quamquam cum vulgata conspirat Cassiodor., tamen errare malui cum optimo codice, siquidem erratum fuerit, quam vulgatam sequi. — *Multiplex superpartionalis* cod. Tolet. — 52) *qui dum ad fortiorem sibi numerum comparatus fuerit* cod Tolet. — *qui dum comparatus fuerit* Z. — Gu. 1. *qui dum comparatus est ad inferiorem sibi numerum fuerit*; hic *est* e glossemate pro *fuerit* ortum videtur, unde *fuerit* ad hunc locum transtuli, quum vulg. sit: *qui dum compar. ad inf. s. n. fuerit.* — 53) *in se eum* va. — 54) *cum alia una parte sua* cod. Tolet. — 55) *ut* addidi e Gu. 1. 2. cod. Tolet. pr. va. — *ubi* Z. — 56) *et ad tria* Gu. 1. — *octo ad quatuor* va. — *duo ad quinque* cod. Tolet. — 57) Sic Gu. 1. cod. Tolet. — *terni* exhibent praeterea Z. Gu 2. pr. va. — *continent in se bis ternos* vulg. — *continentur ab eo bis cum una parte sui* cod Tolet. — 58) Sic Gu. 1. — *cum aliis duabus partibus eius* vulg. — 59) Sic Gu. 2. Ar. — Vitiose, ut videtur, in Gu. 1. *XVI. ad VI. quatuordecim ad sedecim* cod. Tolet. — *XIIII. ad XII.* vulg. — 60) Sic Gu. 1. 2 va. pr. — *sene* Z. — *senos* vulg. — 61) Sic Arev. Vulg vitiosissime: *XVI. ad VII. dum comparati fuerint, continent inter se bis VIII.* — *Duodecim ad* octo Z. — *sedecim ad quatuor* cod. Tolet. — *XVI. ad VII. de comp. fuer.* (*fuerint* om. Z.) *continent inter* (*intra* Z. Gu. 2. — *continent eum bis* va.) *se bis* (*VIII*, quod exhibet vulg. vitiose pro *VII.*, om. Gu. 1. Tolet. va.) *cum aliis duabus* (sic cum Gu. 1. cod. Tolet. Ar. va.) *partibus eius* Gu. 1. — 62) *XXIIII.* Gu. 1. — *XX.* va. — *XXII.* cod. Tolet. — 63) *octo* Z. va. — 64) *intra se bis octo* cod. Tolet. — *Continent intra se bis novem cum aliis duabus eius partibus* Gu. 1., sed tum supra XX. ponendum est, non XXIIII., ut exhibet Gu. 1. Sed sequor h. l. vulgatam, nisi quod *eius* post tribus posui cum cod. eod., quum vulg. *partibus eius* legatur. — 65) Arev. addit aliam §. 13., quam in meis codd. et edit. pr. et va. non reperi: *Submultiplex subsuperparticularis est, qui dum ad fortiorem comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter cum aliqua parte sua, ut III ad VII. et IIII. ad IX.* — 66) *subsuperparticularis* Ar. — *Superpartitionalis* Cassiod. — 67) *numerus* om Ar. — 68) *ut* addidi e Z. Gu. 1. 2. cod. Tolet. pr. va. — 69) *cum aliis partibus suis* Gu. 2 pr. — 70) *eius* Gu 2. pr. — 71) Hoc caput omittit cod. Zittav. Cfr. autem Cassiod. ad hoc caput. — 72) *I aut* Gu. 1. — *aut discreti sunt duo* va. — 73) *II aut* Gu. 1. — 74) *I lineales* Gu. 1. 2. Ar. (*linealis* cum vulg.) pr. va. et sic *II. III.* iidem libri exhibent. Vulg. add. *ut unus duo*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar.

superficiosi[1], III. solidi[2]. Discretus numerus est, qui a[3] discretis monadibus continetur, ut[4] verbi gratia III.[5] IIII. V. VI. et reliqui.

2. Continens est numerus[6], qui[7] coniunctis[8] monadibus continetur, ut[9] verbi gratia ternarius numerus in[10] magnitudine intelligitur[11], id est[12] linea aut spatium aut solidum dicitur. Continens similiter: quaternarius[13] et quinarius numerus[14].

3. Linealis[15] numerus est, qui inchoans a monade linealiter scribitur[16] usque[17] ad infinitum. Unde alpha ponitur pro designatione[18] linearum, quoniam haec litera unum significat apud Graecos, ita[19]:



4. Superficialis numerus est[20], qui non solum longitudine, sed et[21] latitudine continetur, ut trigonus, quadratus, quinqueangulus[22] vel circulatus numerus[23], et ceteri, qui semper in plano pede, id est superficie continentur. Hic figurae adiiciendae sunt: Trigonus numerus est ita[24]:



Quadratus numerus est ita[25]:



Quinqueangulus[26] est[27] ita:




5. Circularis numerus est ita[28]:




1) *superficialis* Ar. — *secundus superficiosus* va. Vulg. addit *ut tres*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Post *ut tres* sequuntur vulg. haec: *Ternarius enim primus latitudinem pandit*, quae om. Gu. 1. pr. va. Ar. — 2) *solidi* om. va. Post *solidi* sequuntur vulg. haec: *ut octo. Is enim est primus cubitus*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. — 3) *qui* Ar. — 4) *ut* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 5) *III* ad *IIII.* Gu. 2. va. Iidem libri *V* ad *VI.* — 6) Sic Gu. 1. — *Cont. num. est* vulg. — 7) *quia* Gu. 2. va. — 8) *coniunctus* Gu. 1. — 9) *ut* om. Gu. 1. — 10) *si in* Ar. Cassiod. — 11) *intellegatur* Gu. 2. va. Cassiod. — 12) *id est* om. Gu. 2. Ar., qui exhibet *linea* aut *spatio*, aut *solido*. Vulgatam tuetur Cassiodor. — 13) *ut quatern.* vulg., sed *ut* om. Gu. 1. Ar. — 14) Sic Gu. 1. — *numeri* vulg. — 15) *Linearis* va. — 16) Sic Gu. 1. Cass. — *describitur* vulg. — 17) *usque* om. al. pr. — *finitum* Gu. 1. — 18) *signatione* al. — 19) Sic Gu. 1. 2. pr. al. — *est ita* va. Vulg. *ista est figura linealis.* Figuram addidi e codd. et editt. pr. va. — Arev. in tabula aerea ad hoc caput omisit eam. — 20) *est ita* Gu. 1. — 21) *et* om. Gu. 2. al. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *quinquangulus* vulg. — *quinqueangularis* cod. Tolet. — 23) Sic Gu. 1. cod. Tolet. goth. — *circulares numeri* vulg. — 24) *qui se semper* Gu. 1. Verba: *hic figurae adi. sunt. Trig.* etc. usque ad *Circularis num. est ita* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 25) *est* om. va. — 26) *quinquangulus* va.

qui dum similiter multiplicatus fuerit, a se inchoans ad se convertitur, ut[29] verbi gratia quinquies quini vigies quinque[30], ita:



Solidus numerus est, qui longitudine et altitudine[31] continetur, ut sunt pyramides, qui in modum flammae consurgunt, ita:



6. Cubus, ut sunt tesserae[32], ita:



Sphaerae, quibus est aequalis undique rotunditas, ita:



Sphaericus autem numerus est, qui a circulato numero multiplicatus a se inchoat et in se convertitur, ut[33] quinquies quini vi viginti quinque[34]. Hic circulus dum in[35] se ipsum[36] multiplicatus fuerit, facit sphaeram, id est quinquies XXV CXXV.



CAP. VIII. *De differentia Arithmeticae, Geometriae et Musicae.*

1. Inter Arithmeticam[37] et Geometriam[38] et Musicam hoc interest, ut media[39] invenias. In Arithmetica primo sic[40] quaeris[41]. Coniungis extrema, et dividis, et facis medium: utputa fac extrema esse VI et XII, simul iungis et faciunt X et VIII[42]; partiris media et facis IX, quod est analogicum[43] arithmeticae, ut medius[44] quot monadibus[45] superat primum[46], his[47] superetur ab extremo. Superant enim IX VI tribus monadibus, his superatur a XII.

2. Secundum geometriam vero[48] ita quaeris. Extrema multiplicata tantum faciunt, quantum et media multiplicata[49], utputa VI et XII multiplicata facient[50] septuagies[51] dipondius[52]; media VIII et IX multiplicata tantundem faciunt.

— 27) *est* om. va. — 28) *numerus* om. va. Ceterum connexus hic *qui dum similiter* est e codd. Gu. 1. 2. pr. va. Vulg. *Circularis dum similiter.* — *Circularis, dum sibimet multipl.* Arev. — 29) *ut* addidi e Gu. 1. pr. va. al. — 30) *vigies* pro *vicies* scripsi e Gu. 1. — *quinquies* pro *quinque* Gu. 1. — *sexies quinquies et ita* cod. Tolet. — 31) *latitudine et altitudine* Ar. — *longit. et lat.* Cass. — 32) *ut sunt tesserae* exhibet Gu. 1. — *Cubus sunt tess.* vulg. — 33) *ut* om. Gu. 1. 2. pr. va. cod. Tolet. — 34) *vigies quinquies* Gu. 1. 2. pr. va. — *bis quinquies* cod. Tolet. goth. — 35) *in* om. Ar. — 36) Sic Gu. 1. cod. Tolet. goth. Cass. — *ipso* vulg. — 37) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 38) *geometricam* Gu. 2. cod. Tolet. — 39) *medium* cod. Tolet. goth. — *mediam etiam* va. — 40) *si* Gu. 1. 2. — 41) *quaeres* Gu. 2. — 42) Sic Gu. 1. cod. Tolet. goth. — *XVIII* vulg. — 43) *analogium* al. — 44) *medium* cod. Tolet. goth. — 45) *monudes* Z. — *monadies* Gu. 2. — 46) *primus* Z. Gu. 2. — 47) Sic h. l. et mox Gu. 1. cod. Tolet. goth. — 48) *vero* om. Z. va. Noster ordo est e Gu. 1. 2. (*geometricam*, ut va.) pr. va. cod. Tolet. goth. — 49) *duplicata* Z. Gu. 2. va. al. cod. Tolet. goth. — 50) *faciunt* va. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. cod. Tolet. goth. va. pr. — *septuagesies* vulg. — 52) *dipondios* cod. Tolet. goth. — om. Arev.

3. Secundum musicam ita: Qua primi parte[1] superat medius[2] primum, ex eadem extremi parte[3] superatur medius ab extremo, utputa VI et VIII[4] duabus partibus superantur[5], quae duae[6] tertia[7] media[8] VIII superantur ab ultima quae est duodecim[9].

CAP. IX. *Quot numeri infiniti existunt.*

1. Numeros autem infinitos esse certissimum est, quoniam in quocunque[10] numero finem faciendum putaveris, ipse non dico[11] uno addito augeri, sed quamlibet sit magnus[12], et[13] quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atque scientia numerorum[14] non solum duplicari, verum etiam multiplicari potest.

2. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur, ut nullus eorum par esse cuicunque alteri possit. Ergo et dispares inter se atque diversi sunt, et singuli[15] finiti sunt, et omnes infiniti sunt.

CAP. X. *De Geometriae inventoribus et vocabulo eius.*

1. *Geometricae*[16] disciplina primum ab Aegyptiis reperta dicitur, quod, undante[17] Nilo et omnibus possessionibus eius[18] limo obductis, initium terrae dividendae per lineas et mensuras nomen arti dedit. Quae deinde longius acumine sapientium[19] profecta[20] et maris et coeli et aeris spacia metitur[21].

2. Nam provocati studiosi[22] coeperunt post terrae dimensionem et coeli spacia quaerere: quanto intervallo luna a terris, a luna sol ipse distaret, et usque ad verticem coeli quanta[23] se mensura distenderet[24]; sicque intervalla ipsa coeli orbisque ambitum per numerum[25] stadiorum ratione probabili distinxerunt.

3. Sed quia ex terrae dimensione haec disciplina coepit[26], ex initio sui et nomen servavit. Nam geometrica de terra et de[27] mensura nuncupata est[28]. Terra enim Graece γῆ vocatur, μέτρον mensura. Huius disciplinae ars continet in se lineamenta[29], intervalla, magnitudines[30] et figuras, et in figuris dimensiones et[31] numeros.

1) *qua primi p.* Gu. 1. — *primi* om. vulg. — *partes* Z. al. cod. Tolet. goth. — 2) *medium* cod. Tolet. goth. Sic mox idem cod. — 3) Sic Gu. 1. Vulg. *eadem parte superatur.* — 4) *ab VIII.* Ar. — 5) Vulg. *media superant*, sed *media* om. Z. Gu. 1. 2. al. cod. Tolet. goth. pr. — *duabus monadibus superatur.* Ar. — *Superantur* scripsi pro *superant* e Gu 1. — Al. *ut puta sex, octo, XII. Primus enim id est sex tertia sui parte, id est ubi superatur a medio, id est VIII., quem medius XII. extremi tertia sui parte, id est quaternario vincunt.* — 6) Vulg. add. *partes*, quod om. Gu. 1. — 7) *tertia et media* Z. — *sunt tertia* al. Ar. — 8) *eademque media* Ar. — 9) Sic Gu. 1., nisi quod *superatur* cum Z. Gu. 2. cod. Tolet. goth. pr., (quae addit *vel decima secunda* vulgatae, quae est: *superantur ab ultima nona.*) va. Editio princeps et va. et al. addunt in fine capitis haec:

Arithmetica medietas
VI. VIII. (VIIII al. ap. Arev.) XII.
Musica medietas
VI. (V. va. et al.) VIII. XII. (XI. al.)
Geometrica medietas
VI. VIII. (VIIII. add. pr. et al.) XII.

10) *in unocunque* Z. — *in* om. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. — *id est ipse non dico* Gu. 2. al. pr. — *idem ipse* Z. va. Ar. — *id est posse non dico* vulg. — 12) *quamlibet sit magnus* al. add. — 13) *sed* pr. — 14) *numerum* al. — 15) Vulg. *singuli quique*, sed *quique* om. Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *Geometria* — *Geometrica* va. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *quia inundante* vulg. — 18) *omnium possessionibus limo* Ar. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *sapientum* vulg. — 20) Sic Gu. 1. 2. al — *provecta* Ar. — *producta* vulg. — 21) *metiuntur* Z. Gu. 2. — *metuntur* Gu. 1. — 22) *Studio sic* Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — 23) *primo* Gu. 1. — 24) *distenderit* al. — *ostenderet* Z. — 25) *pro numerorum* Z. — 26) Gu. 1. *accepit.* — 27) *et* om. va.

CAP. XI. *De quadripartita divisione artis Geometriae.*


1. Geometricae[32] quadripertita[33] divisio est, in planum[34], in magnitudinem numerabilem[35], in[36] magnitudinem rationabilem[37], et in[38] figuras solidas.

2. Planae figurae sunt[39], quae longitudine[40] et latitudine continentur, quae sunt iuxta Platonem numero quinque[41]. Numerabilis[42] magnitudo est, quae numeris arithmeticae dividi potest.

3. Magnitudines rationales[43] sunt, quarum mensuram scire possumus[44]: irrationales vero[45], quarum mensurae quantitas non habetur cognita[46].

CAP. XII. *De figuris Geometriae.*


1. Figurae solidae sunt, quae longitudine et[47] latitudine et altitudine continentur, ut est cubus, cuius[48] species quinque[49] in plano. Quarum prima plano pede circulus est[50] figura plana, quae vocatur circumducta; cuius in medio punctus est, quo cuncta convergunt, quod centrum geometrici[51], Latini punctum circuli[52] nuncupant plano pede[53], ita:



2. Quadrilatera figura est in plano[54] quadrata, quae sub quatuor lineis rectis[55] iacet[56], ita:



Dianatheton grammon[57] figura plana, ita:



— *Geometrica* autem pro *Geometria* scripsi e Gu. 1. 2. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. va. pr. Ar. — *nuncupatur* vulg. — 29) *liniamenta* Z. Gu. 1. 2. — 30) Vulg. *et magnit.*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *magnitudinis* Gu. 1. — 31) *et* om. Z. Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. — *Geometriae* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. — *quadripart.* vulg. — 34) *in planas figuras* Ar. — 35) *numeralem* al. — 36) *et* Z. — 37) *rationalem* Z. Ar. — al. om. vv. *in m. rat.* — 38) *in* om. Z. pr. — 39) *plan. fig. sunt, sicut geometrae* (al. *geometrici*) *vocant, quae* al. — 40) *in long.* Gu. 2. — 41) Vulg. sequuntur haec: *trigonus, tetragonus, pentagonus, hexagonus, heptagonus. Iam octonarius in cubum, id est in solidam pergit figuram.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Arev. (qui etiam om. *quae sunt iuxta Platonem numero quinque.*) — 42) *Et num.* Z. — 43) *rationabiles* — *irrationabiles* va. — 44) *possimus* Gu. 2. — 45) *sunt* add. vulg., quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 46) Sic Gu. 1. — *cognita non habetur* vulg. — *cognitio* va. Huic capiti addit Arev. primam §. cap. seq., quod deinde ita idem incipit: *In plano figurarum prima* etc. At quum omnes codd. vulgatam tueantur, nihil muto. — 47) *et* om. cod. Tolet. goth. — 48) *Huius* cod. Tolet. goth. — 49) Vulg. *sunt quinque*, sed *sunt* om. Gu. 1. 2. pr. va. cod. Tolet. goth. — 50) Sic Gu. 1., qui post *pede* addit figuram circuli cum nota: *ita.* — Vulg. *Quarum prima circulus est, plano pede figura plana.* — *plano pede* om. cod. Tolet. goth. — *Plena* pro *plana* Gu. 2. — 51) Sic Gu. 1. — *geometrae* vulg. — *geometriae* cod. Tolet. goth. pr. — *vocant* add. Gu. 2. pr. Ar. — 52) *circuli punctum* cod. Tolet. goth. — 53) *plano pede* addidi e Gu. 1. pr. — 54) *Quadrilatera plano pede figura in plano quadrata* Gu. 2. — *in plano* Arev. — *ut plano* Gu. 1. cod. Tolet. goth. — *in plano pede* pr. — *plano pede* vulg. — *plano pede figura est in plano quadr.* va. — 55) *rectis lineis* Gu. 2. cod. Tolet. goth. va. — 56) *iacet plano pede* cod. Tolet. goth. — 57) Sic Gu. 1.


Orthogonium, id est[1] rectiangulum[2] figura plana. Est enim triangulum et habet angulum rectum[3], ita:




Isopleuros[4] figura plana[5], recta et subter[6] constituta in solidum[7], ita:



3. Sphaera figura[8] in rotundum formata, partibus cunctis aequalis in solidum[9], ita:



Cubus est figura propria[10] solida, quae longitudine et latitudine et altitudine continetur[11], ita:



4. Cylindrus est figura quadrata, habens superius semicirculum in solidum, ita:



5. Conon figura est[12], quae ab amplo in angustum finit, sicut orthogonium, ita:



6. Pyramis est figura[13], quae in modum ignis ab amplo in acumen consurgit, ita:



Ignis enim apud Graecos πῦρ appellatur[14]. Sicut autem[15] intra[16] X omnis est numerus, ita[17] intra hunc[18] circulum omnium figurarum concluditur ambitus[19]. Prima autem figura

2. pr. va. cod. Tolet. goth. Ar. — 1) *id est* om. Ar. — 2) Sic Gu. 1. 2. cod. Tolet. goth. pr. va. — *triangulum est* Arev. — *rectang.* vulg. — 3) Vulg. add. *in plano pede*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. cod. Tolet. goth. — Verba: *et habet angulum* om. cod. Tolet. goth. — *Est enim triangulum* om. Arev. — 4) *Isopleros* Gu. 1. cod. Tolet. goth. — 5) Vulg. *fig. est plana*, sed *est* om. Gu. 1. pr. va. cod. Tolet. goth. — 6) Sic Gu. 1. 2. cod. Tolet. goth. va. — *subtiliter* vulg. — 7) *plano pede* pro *in solidum* exhibet cod. Tolet. goth. Ceterum om. Arev. vv. *recta* usque ad fin. — 8) Vulg. *est figura*; *est* om. Gu. 1. — 9) *in solidum* om. Arev. — 10) *propria* om. Arev. — 11) Vulg. add. *in solidum*, quae om. Gu. 1. Ar. — 12) *est* addidi e Gu. 1. — *figura solida* Arev. — 13) *figura solida* Arev. — 14) *appellatus est ita* Gu. 1. h. e. *appellatur*, *est ita*, ut sequatur nunc figura, at in commodo loco. — 15) Sic Gu. 1. cod. Tolet. goth. Ar. — *enim* vulg. — 16) *infra* Gu. 1. 2. cod. Tolet. goth. va. — 17) *ita et* cod. Tolet. goth. — 18) *hunc* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 19) *habitus* Gu. 1. — 20) *Principia huius artis* Ar. — 21) *Linea est* Ar., om. *secunda*. — *est* omisi e Gu. 1. 2. cod. Tolet.

huius artis[20] punctus est, cuius pars nulla est. Secunda linea[21] praeter latitudinem. Longitudo recta linea est, quae ex aequo in suis punctis iacet[22]. Superficies vero, quoniam[23] longitudines et latitudines solas habet. Superficiei vero fines lineae sunt, quorum formae[24] ideo in superioribus X figuris positae non sunt, quia inter[25] eas inveniuntur[26].

CAP. XIII. *De numeris Geometriae.*

Numerum[27] autem secundum Geometriam ita quaeris. Extrema quippe eius[28] multiplicata tantum faciunt, quantum et[29] media multiplicata[30]: utputa VI et XII multiplicata faciunt septuagesies[31] dipondius[32], media VIII et IX multiplicata tantundem faciunt.

CAP. XIV. *De Musica et eius nomine.*

1. *Musica* est peritia modulationis sono cantuque consistens[33]. Et dicta Musica per derivationem[34] a Musis. Musae autem appellatae *ἀπὸ τοῦ μῶσθαι*[35], id est a quaerendo, quod per eas, sicut antiqui voluerunt, vis carminum et vocis modulatio quaereretur.

2. Quarum sonus, quia res est sensibilis[36], praeterfluit[37] in praeteritum tempus[38] imprimiturque memoriae. Inde a poetis Iovis et Memoriae[39] filias Musas esse[40] confictum est. Nisi enim memoria[41] ab homine teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt.

CAP. XV. *De inventoribus eius.*

1. Moyses dicit repertorem Musicae artis fuisse Tubal[42], qui fuit de stirpe Cain ante diluvium. Graeci vero Pythagoram dicunt huius artis invenisse primordia ex malleorum sonitu et cordarum extensione percussa[43]. Alii Linum Thebaeum et Zetum et Amphiona in arte Musica[44] primos claruisse ferunt.

2. Post quos paulatim directa est praecipue haec disciplina et aucta multis modis, eratque[45] tam turpe Musicam nescire, quam literas. Interponebatur[46] autem non modo sacris[47], sed[48] omnibus solemnibus, omnibusque laetis vel tristioribus rebus.

3. Ut enim in veneratione divina hymni, ita in nuptiis Hymenaei, et in funeribus threni, et lamenta ad tibias canebantur. In conviviis vero lyra vel cithara circumferebatur, et accubantibus singulis ordinabatur conviviale genus canticorum.

goth. va. — 22) *iacet* (sic) al. — 23) *quo* Gu. 1., h. e. *quoniam.* — 24) *formulae* al. — 25) *intra* Gu. 2. va. Ar. — 26) *inveniantur* cod. Tolet. goth. — 27) Sic Gu. 1. — *Numeros* vulg. — 28) *eius quippe* Z. — 29) *et* om. Z. — 30) Sic Z. Gu. 1. cod. Tolet. goth. al. va. — *multiplicata* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *septuagies* vulg. — *septuagies fac.* cod. Tolet. goth. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *dipondios* cod. Tolet. goth. — 33) *existens* Z. — 34) *diriv.* Gu. 1. — 35) *apotumusion* Z. — *apotumuson* pr. va. — *apotumaso* Gu. 4. — *apotumason* Gu. 2. — *apotomacdu* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. — *sensibilis res est* vulg. — 37) *et praet.* Gu. 2. al. — 38) *praeterito tempore* al. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Minervae* vulg. — *Iunonis* al. — 40) *esse* om. Z. — 41) Sic Gu. 1. — *ab homine memoria* (*memoriae* va.) vulg. — 42) *Iuval* Ar. — 43) *extensarum percussura* al. — 44) *musica arte* Z. — 45) *erat quia tam est Musicam* Gu. 1. h. e. ni fallor: *aucta multis modis erat, quia tam turpe est.* Sed male. — 46) *Interponebantur* Gu. 2. — 47) *scripturis* add. Z. — 48) Vulg. *sed et; et* om. Gu. 1. *sed* om. Z. —

CAP. XVI. *Quid possit Musica.*

1. Itaque sine Musica nulla disciplina potest esse perfecta, nihil enim[1] sine illa. Nam et ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse compositus[2], et coelum ipsum sub harmoniae modulatione revolvitur[3]. Musica movet affectus, provocat[4] in diversum habitum sensus.

2. In proeliis quoque tubae concentus pugnantes accendit, et quanto vehementior fuerit clangor, tanto fit ad certamen animus fortior[5]. Siquidem et remiges cantus hortatur, ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet, et singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur[6].

3. Excitos quoque[7] animos musica sedat, sicut de David legitur[8], qui ab[9] spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, necnon et[10] serpentes, volucres atque delphines[11] ad auditum suae modulationis musica provocat[12]. Sed et[13] quicquid loquimur, vel intrinsecus venarum pulsibus commovemur, per musicos rythmos harmoniae virtutibus probatur esse sociatum.

CAP. XVII. *De tribus partibus musicae.*

1. Musicae partes[14] sunt tres, id est, harmonica, rythmica, metrica[15]. Harmonica est, quae discernit[16] in sonis acutum et gravem. Rythmica est, quae requirit incursionem verborum, utrum bene sonus, an male cohaereat.

2. Metrica est, quae mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut verbi gratia heroicon, iambicon[17], elegiacon[18], etc.

CAP. XVIII. *De triformi Musicae divisione.*

1. Ad[19] omnem autem sonum[20], qui materies cantilenarum est, triformem esse constat[21] naturam. Prima est harmonica, quae ex vocum cantibus constat. Secunda organica, quae ex flatu consistit. Tertia rythmica, quae pulsu[22] digitorum numeros recipit.

2. Nam aut voce editur sonus, sicut per fauces, aut flatu, sicut per tubam vel[23] tibiam, aut pulsu, sicut per citharam, aut per quodlibet aliud, quod percutiendo canorum[24] est.

CAP. XIX. *De prima divisione musicae quae Harmonica dicitur.*

1. Prima divisio Musicae, quae harmonica[25] dicitur, id est, modulatio vocis, pertinet ad comoedos, tragoedos, vel choros, vel ad omnes, qui voce propria canunt. Haec ex animo

1) Vulg. *nihil enim est*, sed *est* om. Gu. 1. 2. — 2) *esse fertur comp.* Z. — 3) *revolvi* al. va. — 4) *at* Gu. 1. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. — *fortior ad cert. an.* vulg. — *an. ad cert. fort.* va. — 6) *solidat* al. — 7) *exercitus* Z. — *excitatosque an.* Gu. 1. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. (*de* om.) pr. va. — *legitur de Dav.* vulg. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ab ipso spir.* pr. va. — *a spir.* vulg. — 10) *et* om. va. — 11) Sic Gu. 1. — *delphinas* Gu. 2. va. — *delphinos* vulg. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *provocavit* vulg. — 13) *et* om. va. — 14) *partes* al. om. — 15) *et metr.* Z. — 16) *decernit* Gu. 1. al. — 17) Sic Z. Gu. 1. — *heroicum, iambicum* vulg. — *labicon* pro *iambicon* Gu. 2. — 18) *elegiacum* va. — 19) *At* Ar. omisso *autem.* — 20) *musicae sonum* al. — 21) Sic Gu. 1. — *constat esse* vulg. — 22) Sic Gu. 1. h. l. et mox. — *impulsu* vulg. — 23) *et tibiam* va. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *sonorum* vulg. — 25) *harmonia* al. — 26) *per spiritum* al. — 27) *Proprie autem voces hominum sunt rationabilium vel animalium* al. — *irrationalium* Z. — *animalium* addidi e Gu. 1. — 28) *vox* om. Z. — Accusativos c. Inf. scripsi e Gu. 1. 2. al. pro *sonitus vox vocatur.* — *appellatur* pro *vocatur* Z. — 29) Locus est ap. Virgil. Aen. III, 556. — *a litore* Gu. 2. — *ab litore* Gu. 4. Sed apud Virgil. est: *pulsataque saxa Audimus longe, fractasque ad litora voces.* — 30) *litorei* Z. Gu. 1. 2.

et corpore motum facit, et ex motu sonum, ex quo colligitur Musica, quae in homine vox appellatur.

2. Vox est aer spiritu[26] verberatus, unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est, seu irrationabilium[27] animalium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonitum vocem[28] vocari, ut:

Vox tubae infremuit, fractasque ad littora voces[29].

Nam proprium est, ut littore[30] resonent[31] scopuli, et[32]:

At tuba terribilem[33] *sonitum*[34] *procul aere canoro*[35].

Harmonica est modulatio vocis et concordantia plurimorum sonorum, vel coaptatio.

3. Symphonia[36] est modulationis[37] temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu. Per hanc quippe[38] voces acutiores gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit, sensum auditus[39] offendat. Cui[40] contraria est diaphonia, id est voces discrepantes vel dissonae.

4. Euphonia est suavitas vocis. Haec et melos a suavitate et melle dicta.

5. Diastema est vocis spacium ex duobus, vel pluribus sonis aptatum[41].

6. Diesis est spacia quaedam[42], et deductiones modulandi atque vergendi[43] de uno in alterum[44] sonum[45].

7. Tonus est acuta enunciatio vocis. Est enim harmoniae differentia et quantitas, quae in vocis accentu vel tenore consistit: cuius genera in XV[46] partibus musici[47] diviserunt, ex quibus[48] hyperlydius novissimus et acutissimus, hypodorius[49] omnium gravissimus[50].

8. Cantus est inflexio vocis, nam sonus directus est; praecedit autem sonus cantum[51].

9. Arsis est vocis elevatio, hoc est[52] initium. Thesis vocis positio[53], hoc est finis.

10. Suaves sunt voces[54] subtiles et spissae, clarae atque acutae. Perspicuae voces sunt, quae longius protrahuntur, ita ut omnem impleant continuo[55] locum, sicut clangor tubarum.

11. Subtiles voces sunt, quibus non est[56] spiritus[57], qualis est infantum[58], vel aegrotantium, vel mulierum[59], sicut in nervis. Quae enim subtilissimae cordae sunt[60], subtiles ac tenues sonos[61] emittunt.

12. Pingues sunt voces, quando[62] spiritus multus simul egreditur[63], sicut virorum. Acuta vox est[64] tenuis, alta, sicut in cordis videmus. Dura vox est, quae violenter emittit sonum[65], sicut tonitrui[66], sicut incudis sonus, quotiens in durum malleis[67] percutitur[68] ferrum.

13. Aspera vox est rauca, et quae dispergitur per minutos et indissimiles pulsus. Caeca vox est, quae quam mox[69] emissa fuerit, conticescit, atque suffocata nequaquam longius produ-

pr. va. — 31) *sonent* Z. pr. — *sonant* Gu. 1. 2. va. — 32) *et* om. Z. — *et ad terr.* va. — 33) *terribilem tuba* Gu. 2. — 34) *sonum* Gu. 4. — 35) *canorem* Z. Locus est e Virgil. Aen. IX, 503. — 36) *Symphonica* Z. — 37) *moderationis* edit. Gothofr. — 38) *quinque* Z. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *auditoris* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *cuius* vulg. — 41) *aptum* Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. va. — *spacium quoddam* vulg. — 43) Sic Gu. 1. Ar. — *vergentes* vulg. — 44) *alterum* Gu. 1. al. — 45) *sono* al. — *sonum* om. Z. — 46) *in* om. Z. — *XII.* Gu. 2. — 47) *musicae* Gu. 2. — 48) *primus* add. al. — 49) *polydorius* Gu. 1. — 50) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — *gratissimus* pro *grav.* Gu. 2. — 51) *canticum* al. — 52) Sic. Gu 1. — *id est* vulg. — 53) *depositio* al. — 54) Sic Gu. 1. — *voces sunt* vulg. — 55) *continuum* Ar. — 56) *est* om. Z. — 57) Vulg. add. *spissus*, quod om. Z. Gu. 1. Ar. — 58) Sic Gu. 1. — *infantium* vulg. — 59) Sic Gu. 1. — Vulg. *vel mul. vel aegr.* — 60) *sunt chordae* Z. — 61) *voces* pr. — 62) *quum* al. — 63) *egred. simul* va. — 64) *est* addidi e Gu. 1. 2. va. Arev. — 65) Sic Gu. 1. al. — *sonos* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *tonitruum* vulg. Cfr. Lexic. v. *Tonitruum.* — 67) Sic Gu. 1. — *malleus* vulg. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *percutit* vulg. — 69) Sic scripsi e coniectura secundum cod. Gu. 1. facta, in quo est *cum mox*. *Quam mox*

citur, sicut[1] in fidibus[2]. Vinnolata vox est vox levis et mollis[3] atque flexibilis. Et vinnolata dicta a vinno, hoc est cincinno molliter flexo.

14. Perfecta autem vox est alta, suavis et clara: alta, ut[4] in sublimi[5] sufficiat; clara, ut aures adimpleat[6]; suavis autem[7], ut animos[8] audientium blandiatur[9]. Si ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

CAP. XX. *De secunda divisione, quae organica dicitur.*

1. Secunda divisio est organica[10] in his[11], quae spiritu reflante[12] completa in sonum[13] vocis animantur, ut sunt tubae, calami, fistulae, organa, pandoria[14], et his[15] similia instrumenta.

2. Organum vocabulum est generale musicorum vasorum omnium[16]. Hoc[17] autem, cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis ea vulgaris est Graecorum consuetudo[18].

3. Tuba primum a Tyrrhenis inventa, de quibus Virgilius:

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor[19].

Adhibebatur autem non solum in proeliis, sed[20] in omnibus festis diebus propter laudes[21] vel gaudii claritatem. Unde et in Psalterio[22] dicitur: *Canite in*[23] *initio mensis tuba, in die insigni*[24] *solemnitatis vestrae*[25]. Praeceptum enim fuerat Iudaeis, ut in[26] initio novae lunae tuba clangerent, quod etiam et[27] hucusque faciunt.

4. Tibias excogitatas in Phrygia ferunt: has diu quidem[28] funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant, quod primum de cervinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent, deinde per abusionem coeptas[29] vocari etiam[30], quae non de cruribus ossibusque[31] essent. Hinc et tibicen quasi[32] tibiarum cantus[33].

5. Calamus nomen est[34] proprium arboris[35] a calendo[36], id est fundendo voces vocatus[37].

6. Fistulam quidam putant a Mercurio inventam, alii a Fauno, quem Graeci vocant Pan[38]. Nonnulli eam[39] ab Idi[40] pastore Agrigentino ex Sicilia. Fistula autem dicta, quod vocem emittat. Nam Graece φώς vox, στόλα missa appellatur[41].

videtur eodem modo usurpasse Isidorus, quemadmodum alii scriptores *simulatque*. Vulg. *mox ut*. — *ut* om. Gu. 2. — 1) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. — *fictilibus* vulg. — 3) *Vinnolata vox levis vox mollis* Gu. 1. — *Vinnolata vox est vox levis, vox mollis*. Unde scripsi *Vinnolata* (*Vinnola* Arev.) *vox est vox levis et mollis* — *levis et* om. Z. va. — 4) *vero* pro *ut* Z. et sic mox *vero aur.*, *vero an.* — 5) *sublime* va. — 6) Sic Gu. 1. 2. al. — *impleat* vulg. — 7) *autem* addidi e Gu. 1. — 8) *animis* Ar. — *aures vel animos* va. — 9) Sic Gu. 1. Ar. — *blandiat* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *Sec. div. org. est* vulg. — *Secunda divisio* om. Gu. 2. — 11) Sic Z. Gu. 2. — *in iis* vulg. — 12) *flante* al. — Z. om. *reflante*. — 13) *sonis* Gu. 2. — 14) *pandura* Arev. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. — *iis* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *vasorum omn. mus.* vulg. — 17) *Huic* Z. — 18) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *consuet. Graec.* — *Graecorum* om. Arev. — 19) Locus Virg. est Aen. VIII, 526. — 20) Vulg. *sed et*; *et* om. Gu. 1. 2. — 21) *laudis* Z. al. — 22) Locus est Psalm. 81, 4. — 23) *in* addidi e Z. Gu. 1. va. — *Cantate* va. — 24) *insignis* al. — 25) *sottu* sic (!) Z. pro *sol. vestrae*. Gu. 1. *soll' vri*. — 26) *in* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. al. — 27) Sic Z. Gu. 2. — *ad hucusque* Gu. 1. — *et* vel *ad* om. vulg. — 28) Sic Z. Gu. 1. — *quidem diu* vulg. — 29) Vulg. *ita coeptas*, sed *ita* om. Gu. 1. — *unde per* pro *deinde per* al. — 30) *et* Z. — 31) *ossibusve* Ar. — 32) *sunt* add. Gu. 2. va. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. al. (*est* addunt) pr. va. — *cantor* vulg. — 34) *est nomen* Z. — 35) Sic Gu. 1. — *arb. propr.* vulg. — 36) *canendo* al. Quid sit *calendo* hac significatione nescio. Recte haud dubie Grial. suspicatus est *calando* i. e. vocando. — 37) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *vocatum* vulg. — *vocatur* Z. va. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Pana* vulg. Cfr. Plin. VII, 56. — 39) *eam* om. va. — 40) *uno* Gu. 1. cod. Palat. 281. ad marg. cod. Rom. Grial., qui hoc nomen ex *Daphnide* haud male cum Ant. Augustino corruptum suspicatur, quem Diodor. l. VIII. bucolici carminis auctorem dicit. — 41) Sic Gu. 1. — *Nam Graece*

7. Sambuca in musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde[42] tibiae componuntur.

8. Pandorius[43] ab inventore vocatus. De quo Virgilius:

Pan primus[44] *calamos cera coniungere plures*
Instituit, Pan curat oves, oviumque magistros[45].

Fuit enim apud gentiles Deus pastoralis, qui primus dispares calamos ad cantum aptavit, et studiosa arte composuit.

CAP. XXI. *De tertia divisione, quae rythmica nuncupatur.*

1. Tertia divisio est[46] rythmica, pertinens ad nervos[47] et pulsus, cui dantur species cithararum diversarum[48], tympanum et cymbalum[49], sistrum, acetabula[50] aenea vel[51] argentea, vel alia, quae metallico[52] rigore percussa[53] reddunt cum suavitate tinnitum et cetera huiuscemodi[54].

2. Citharae ac psalterii repertor Tubal[55], ut praedictum est, perhibetur. Iuxta opinionem autem Graecorum citharae usus repertus fuisse creditur ab Apolline[56]. Forma citharae initio[57] similis[58] fuisse traditur[59] pectori[60] humano, quod uti vox a pectore[61], ita ex ipsa cantus ederetur, appellatamque[62] eadem de causa. Nam pectus Dorica lingua *κιθάρα* vocatur[63].

3. Paulatim autem plures eius species[64] extiterunt, ut psalteria, lyrae, barbitae[65]. Phoenices et pectides[66], et quae dicuntur Indicae, et feriuntur a duobus simul. Item aliae atque aliae[67], et quadrata forma vel[68] trigonali.

4. Cordarum etiam numerus multiplicatus est[69], et commutatum[70] genus. Veteres[71] autem citharam fidiculam, vel fidicem[72] nominaverunt, quia tam concinunt inter se cordae eius, quam bene conveniat[73] inter quos fides sit. Antiqua[74] autem cithara septemcordis erat. Unde et[75] Virgilius[76]:

Septem discrimina vocum.

phos, stolia missa appellatur Z. — *Nam Graece phos vox, stolia missa Latine missa app.* Gu. 2. va. (*missa Lat.*) — *Nam Gr. phos vox stola* (*stolia* pr.) *missa app.* Arev. va. Omittit hanc etymologiam vulg., sed recepi, quod in omnibus libris sit. Quamquam neutrum verbum Graecum est. *Φώς* est a *φημί* et *στόλα* a *στέλλω*. Isidori autem esse certo affirmem, quum ineptiores etiam etymologias afferat et verba Graeca a se conficta, quibus sua confirmet. — 42) Vulg. *unde et*, sed *et* om Gu. 1. 2. — 43) *Pandura* Arev. — 44) *primos* Gu. 2. — *primum* al. — 45) *magistrum* Z. Locus Virgil. est Eclog. II, 32. — 46) Sic Gu. 1. — *Tert. est div.* vulg. — 47) *numeros* Z. — 48) *divers. cith.* va. — 49) *tympanum quoque cymb.* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 50) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *acitabulum* vulg. — 51) Sic Z. Gu. 1. — 52) *in metall.* Z. — 53) *repercussa* Gu. 1. al. — 54) Sic Gu. 1. 2. al. — *huiusmodi* vulg. — 55) *Iubal* Ar. — 56) Sic Gu. 1. — *ab Apoll. creditur* vulg. — *ab Apoll. fuisse cred.* Z. Cod. Mutin. addit: *Sed et gentilium Plato etc.*, quae huc translata sunt e cap. LXX. — 57) *in initio* va. — 58) *similis* om Z. — 59) *creditur* Z. — *refertur* va. — 60) *pectore* Gu. 1. — 61) Sic Gu. 1. — *quod veluti vox de pect.* vulg. — *quo uti vox ex p.* Z. va (*e pect.*) — *quo veluti* pr. — *uti* Arev. — 62) Sic Z. Gu. 1. 2. — *appellataque* vulg. Frequens haec constructionis variatio. — 63) *citharam vocari* Gu. 2. — 64) *species eius* Z. — 65) Sic Z. Gu. 1. al. va. — *balbilae* Gu. 2. — *barbiti* Ar., sed nihil mutem, quod Isidorus saepe alias declinationes vocum fingit. — 66) *pectines* al. — 67) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *aliae autem et aliae* vulg. — 68) *et* Ar. — 69) *triplicatur* Z. — 70) *est* add. Gu. 2. — 71) *Veteres* usque ad *decalogi leg.* om. Z. — 72) *fidem* Ar. — 73) Sic Gu. 1. 2. va. — *convenit* al. — *conveniunt* vulg. — 74) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *antiqui* pr. — *Antiquitus* vulg — 75) *et* add. Gu. 1. 2. pr. va. — 76) Aen. VI, 646.

5. Discrimina autem ideo, quod[1] nulla corda vicinae cordae similem sonum[2] reddat. Sed ideo VII cordae, vel quia[3] totam vocem implent, vel quod septem motibus sonat coelum.

6. Cordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus cordae in cithara. Has primus Mercurius excogitavit, idemque prior in nervos sonum strinxit[4].

7. Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, a psallendo nominatum, quod ad eius vocem chorus consonando[5] respondeat. Est autem similitudo citharae barbaricae in[6] modum Δ literae, sed psalterii et citharae haec differentia est[7], quod psalterium lignum illud concavum, unde sonus redditur, superius habet et deorsum feriuntur cordae, et desuper sonant. Cithara vero[8] concavitatem ligni inferius habet. Psalterium[9] autem Hebraei decachordon usi sunt propter numerum[10] decalogum[11] legis.

8. Lyra dicta ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, id est[12] a varietate vocum, quod diversos sonos efficiat[13]. Lyram primum a Mercurio inventam fuisse dicunt[14], hoc modo. Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta etiam testudo est[15]. Quae cum putrefacta esset[16], et nervi eius remansissent extenti intra[17] corium, percussa a Mercurio sonitum dedit, ad cuius speciem Mercurius lyram fecit et Orpheo tradidit, qui huius rei maxime studiosus erat[18].

9. Unde existimatur[19] eadem arte non feras tantum, sed et saxa atque silvas cantus modulatione applicuisse. Hunc[20] musici propter studii amorem et carminis laudem etiam inter[21] sidera suarum fabularum commentis collocatam esse finxerunt.

10. Tympanum est pellis vel corium ligno ex una parte extentum[22]. Est enim pars media symphoniae in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum, quod medium est. Unde et margaritum medium tympanum dicitur, et ipsum, ut symphonia, ad virgulam percutitur.

11. Cymbala et acitabula[23] quaedam sunt, quae percussa invicem se tangunt et faciunt sonum[24]. Dicta autem cymbala, quia cum ballematica[25] simul percutiuntur. Graeci enim[26] dicunt cymbala ballematica[27].

12. Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim regina Aegyptiorum[28] id genus invenisse probatur. Iuvenalis:

Isis et irato feriat[29] mea lumina sistro[30].

Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix huius generis mulier[31]. Unde et apud Amazonas[32] sistro ad bellum foeminarum exercitus vocabatur[33].

13. Tintinabulum de sono vocis nomen habet, sicut[34] plausus manuum, stridor valvarum.

1) *quia* va. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. — *vocem* vulg. — 3) *et quia* al. — al. *vel* om. — 4) *in nervis son. instituit* al. — *nervos in sonum* Ar. — 5) *in sonando* Gu. 1. — 6) *et in* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. pr. va. — *haec est diff.* vulg. — *est* om. Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *autem* vulg., quae add. *e contra*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. — 9) Sic Gu. 1. 2. al. — *Psalterio* vulg. et sic *decachordo*, ubi *decacordon* exhibet etiam pr. — 10) *numerum* om. va. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *decalogi* vulg., at est h. l. adiectivum. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. pr. va. Arev. — ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, *id est* om. vulg. — 13) *efficit* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *inv. a Merc. f. d.* Z. — Vulg. *a Merc. dic. inv. f.* — 15) *est test.* Z. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *quum esset putr.* vulg. — *cum* om. Gu. 1. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *inter cor.* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *q. h. r. max. erat stud.* Z. — *q. erat h. r. max. stud.* vulg. — 19) Sic Z. Gu. 1. (qui *et* om. quod vulg. est post *unde*) 2. al. — *aestim.* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *Hanc* vulg. Sic mox *collocatum*, quod etiam Gu. 2. exhibet, unde vitiose tantum in hoc cod. scriptum videtur *Hanc*. — 21) *intra* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. 2 — *extensum* vulg. — 23) *Cymbala acetab.* Z. Ar. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *sonum fac.* vulg. — 25) *ballematia* Z. Gu. 2. Ar. h. l. et mox. — *ballematio* va. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ita enim.* — *cum enim* Z. Gu. 2. Gothici. — *Ita enim* om. va., nec aliud substituit. — 27) *ballematia* Gu. 1. va. — 28)

14. Symphonia vulgo lignum appellatur[35] cavum ex utraque parte[36] pelle extenta[37], quam[38] virgulis hinc et inde musici feriunt, litque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus.

CAP. XXII. *De musicis numeris.*

1. Numeros autem secundum musicam ita quaeris[39]. Positis extremis, utputa VI et decies[40] dipondius, vides, quot monadibus[41] superetur, VI a XII[42], et est[43] VI monadibus: ducis[44] per quadratum, sexies seni faciunt XXXVI. Coniungis[45] extrema illa prima[46], VI ad[47] XII, simul efficiunt XVIII[48]. Partiris tricies sexies per decies octo, efficitur[49] dipondius. Hos iungis cum summa minore, id est[50] sexies, erunt VIII et erit medium inter VI et XII. Quapropter[51] VIII superant VI duabus monadibus, id est tertia de sexies[52], et superantur VIII a XII IIII monadibus, tertia portione. Qua parte ergo superat, eadem[53] superatur.

2. Sed haec ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate circulorum, ita et[54] in microcosmo[55] in tantum praeter vocem valet, ut sine ipsius perfectione etiam[56] homo symphoniis carens non constet[57]. Eiusdem musicae perfectione etiam metra consistunt[58] in arsi et thesi, id est elevatione et positione.

CAP. XXIII. *De Astronomiae nomine.*

Astronomia est astrorum lex, quae cursus siderum ac[59] figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

CAP. XXIV. *De inventoribus eius.*

1. Astronomiam primi Aegyptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam Caldaei primi docuerunt[60]. Abraham autem instruisse[61] Aegyptios Astrologiam, Iosephus auctor[62] asseverat[63]. Graeci autem dicunt, hanc artem ab Atlante prius[64] excogitatam, ideoque dictus est sustinuisse coelum.

2. Quisquis autem ille fuit, motu coeli et ratione animi[65] excitatus per temporum vices, per astrorum rutos[66] diffinitosque cursus, per intervallorum spacia moderata[67], consideravit dimensiones quasdam et numeros, quae diffiniendo[68] ac secernendo in ordinem nectens Astrologiam reperit.

Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Aeg. reg.* vulg. — 29) *ferit* Gu. 1. — 30) Iuven. XIII, 93. — 31) Vulg. *est mul.*, sed *est* om. Gu. 1. Ar. — *mulier extitit* Gu. 2. al. — *huius est gen. mul.* pr. — 32) *Amazones* va. — 33) *vocatur* Z. — 34) Vulg. *sicut et*, *et* om. Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. — *app. lign.* vulg. — 36) *parte* om. va. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *extensa* vulg. — 38) *quamvis* Z. — 39) *quaeres* al. — 40) *XII.* Ar. — *decas* al. — 41) *a mon.* Z. Gu. 2. — 42) *ad duodecim* Z. Gu. 1. 2. — *a* om. va. — 43) *est* addidi e Gu. 1. Ar. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *ductis* al. va. — — *dictis* vulg. — 45) *Coniunges* al. — 46) *prima* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 47) *ac* Ar. — 48) *X* et *IX.* Gu. 1. — 49) Sic Arev. — *efficit* vulg. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *scilicet* vulg. — 51) *propterea quod* Ar. — 52) *tertia de sex* Gu. 2. — *tria ad sexies* Z. — 53) *parte* add. Z. — 54) *et* om. Z. — 55) *microcosmos* Z. pr. —, *ita et inimicocros comos* Gu. 2. — 56) *et* Z. — 57) Sic Z. Gu. 1. al. — *consistet* Gu. 2. va. — 58) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *constant* vulg. — 59) *et* Z. Gu. 2. pr. va. — 60) Vv. *primi docuerunt* om. Z. — 61) Sic Gu. 1. — *instituisse* vulg. cum codd. Gu. 3. 4. — 62) *auctor* addidi e Gu. 1. pr. Ar. — *autem* pro hoc exhibet Gu. 3. — 63) *edisserit* al. — 64) *primum* Gu. 2. — 65) Sic Gu. 1. 2. al. — *animae* vulg. — 66) Sic Z. Gu. 1. Ar. var. lect. apud Goth. — *rotatus* vulg. — 67) *moderate* Z. — 68) *definiendo* Z. Gu. 2. Ar. — *et defin.* al. — *quasdam dim.* Gu. 2. — *numerosque* omisso

CAP. XXV. *De institutoribus eius.*

In utraque autem lingua diversorum sunt quidem[1] de astronomia scripta volumina, inter quos tamen[2] Ptolemaeus rex Alexandriae[3] apud Graecos praecipuus habetur[4]: hic etiam et canones instituit, quibus cursus astrorum inveniatur[5].

CAP. XXVI. *De differentia astronomiae et astrologiae.*

1. Inter Astronomiam autem[6] et Astrologiam aliquid differt. Nam Astronomia coeli[7] conversionem, ortus, obitus motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est.

2. Naturalis, dum exsequitur solis et lunae cursum[8], vel stellarum, certasque[9] temporum stationes. Superstitiosa vero illa est[10], quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur[11], quique etiam XII[12] signa coeli[13] per singula animae[14] vel corporis membra disponunt, siderumque cursu[15] nativitates[16] hominum et mores praedicare[17] conantur.

CAP. XXVII. *De Astronomiae ratione.*

Astronomiae ratio modis plurimis[18] constat. Definit[19] enim, quid[20] sit mundus, quid coelum, quid sit[21] sphaerae situs et cursus, quid axis[22] coeli et poli, quae sint[23] climata coeli, qui cursus solis et lunae atque astrorum, etc.

CAP. XXVIII. *De mundo et eius nomine.*

Mundus est is[24], qui constat ex coelo et terra et mari[25] cunctisque sideribus. Qui idcirco mundus appellatus est[26], quia semper in motu est; nulla enim requies eius elementis concessa est.

CAP. XXIX. *De forma mundi.*

Formatio[27] mundi ita demonstratur[28]. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam[29], ita declinatur in australem. Caput autem eius et[30] quasi facies orientalis regio est, ultima pars septentrionalis[31].

quae Gu. 2. — 1) Sic Gu. 1. — *quidem sunt* vulg. — 2) *tantum* va. — 3) *rex Alex.* om. Ar. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. — *habetur praec.* vulg. — 5) *inveniantur* Ar. — 6) *autem* om. Gu. 2. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *conv. coeli* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *cursus* vulg. — 9) *quae* om. Z. Gu. 1. al. (qui add. post *temporum*) va. — 10) Sic Gu. 1. — *est vero illa* Gu. 2. — 11) *auguriantur* Sic Gu. 1. 2. pr. va. — 12) *XII.* om. Z. — 13) Sic Gu. 1. — *coeli signa* vulg. — 14) *animi* Gu. 2. — 15) *cursus* Z. — *cursum* Gu. 2. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. (*nativitatis*) pr. va. Ar. — *necessitates* vulg. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *praedicere* vulg. — 18) *plur. mod.* Z. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *Diffinit* vulg. — 20) *quod* Z. h. l. et semper hoc capite. — *quid sit coel. quid sit mund.* Gu. 2. — 21) *sit* add. Gu. 1. — 22) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *et qui ax.* vulg — *asces* Gu. 2. al. — 23) *sunt* Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. Ar. — *hic* vulg. Al. om. pronomen. — 25) *ex terra*, *ex mari* al. — *et* ante *mari* al. om. — 26) Sic Gu. 1. — *est app.* vulg. — 27) *Forma* al. — 28) *monstratur* al. — 29) *in septentrionali plaga* Gu. 2. Vv. *ita declinatur in australem* om. Gu. 1. — *in australi* Gu. 2. — 30) *et* om. Gu. 2. — 31) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *physici* vulg. — 33) *volubilem atque ardentem* gothici et sic n. seq. *eum* pro *id.* — 34) Sic Gu. 1. — *vocatum*

CAP. XXX. *De coelo et eius nomine.*

1. *Coelum* philosophi[32] rotundum, volubile[33] atque ardens esse dixerunt, vocatum autem[34] hoc nomine, eo quod tanquam vas coelatum impressa signa[35] habeat stellarum.

2. Distinxit enim eum[36] Deus claris luminibus, et implevit sole[37] scilicet et lunae[38] orbe fulgenti[39], et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Hoc autem Graece *οὐρανος*[40] dicitur *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι*[41], id est a videndo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior.

CAP. XXXI. *De situ sphaerae coelestis.*

1. *Sphaera* coeli species est[42] quaedam in rotundo[43] formata, cuius centrum terra est ex omnibus partibus aequaliter conclusa[44]. Hanc[45] sphaeram nec principium habere dicunt, nec terminum, ideo, quod in rotundum quasi circulus, unde incipiat, vel ubi desinat, non facile comprehenditur[46].

2. Philosophi autem mundi septem coelos, id est planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus[47] connexa memorant omnia, quos sibi[48] innexos et velut insertos[49] versari retro, et e contrario ceteris motibus[50] ferri arbitrantur.

CAP. XXXII. *De eiusdem sphaerae motu*[51].

1. Sphaerae motus duobus[52] axibus involvitur[53], quorum unus est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus[54]; alter Australis, qui nunquam videtur, et Austronotius[55] dicitur.

2. His duobus polis moveri sphaeram coeli dicunt, et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circuire[56], septentrionibus[57] breviores gyros iuxta cardinem peragentibus.

CAP. XXXIII. *De eiusdem sphaerae cursu*[58].

Sphaera coeli ab oriente et[59] occidente semel in die et nocte vertitur XXIIII horarum spaciis, quibus sol cursum suum[60] super[61] terras et subtus[62] terras[63] sua volubilitate concludit.

CAP. XXXIV. *De celeritate coeli.*

Tanta celeritate coeli sphaera[64] dicitur currere[65], ut, nisi[66] adversum[67] praecipitem eius cursum astra currerent, quae eam[68] remorarentur[69], mundi ruinam faceret[70].

que vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *impressas habeat figuras* vulg. — *impressas* omisso voc. *figuras* Z. — 36) Sic Gu. 1. 2. al. et gothici. Vulg. *id.* De *coelus*, *i* vid. Forcellini Lexic. — *ipsum* al. — Zittav. om. pronom. — 37) *solis* Gu. 2. va. — 38) *luna* Z. — 39) *fulgente* Gu 2. — 40) om. va. — 41) om. pr. — 42) Sic Gu. 1. — *Sphaera coeli est spec.* vulg. Gu. 2. ita incipit: *Spere motus duobus axibus volvitur, in rotundum formata.* — 43) Sic Gu. 1. — *rotundum* vulg. — 44) *inclusa* Z. — 45) *Nam* Z. — 46) *comprehendatur* al. — *comprehendant* va. — 47) *ordinibus* al. — 48) *quos ibi* Z. va. — *quae sibi* Gu. 2. — 49) *innexa vel inserta* Gu. 2. — 50) *suis* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — *certis* Arev. — 51) Sic titulus est in Gu 1. 2. — *De motu eiusdem.* vulg. — 52) *Duabus* Z. Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. — *volvitur* vulg. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Borealis* vulg. — 55) Sic Gu. 1. Ar. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *circumire* vulg. — 57) *septentrionalibus* va. — 58) Sic Gu. 1. — *De cursu eiusd. sp.* vulg. — 59) *in occid.* om. *et* al. — 60) *suum* om. al. — 61) Sic Z. Gu. 1. — *supra* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *sub* vulg. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 64) *sphaera coeli* Gu. 2. — 65) *volvi* al. — 66) *ut nonnisi* Z. — 67) Sic Gu. 1. — *adversus* vulg. — 68) *eum* al. — *ea* va. — 69) *remorarent* Z. Gu. 2. al. — *morarent* pr. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *facerent*

CAP. XXXV. *De axe coeli.*

Axis est[1] septentrionalis linea recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit, et dicta axis, quod in ea[2] sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

CAP. XXXVI. *De coelestibus polis.*

Poli sunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter est[3] Septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus; alter Australis, qui nunquam videtur, et Austronotius[4] dicitur, et dicti poli, quod sunt[5] axium cycli[6] ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati; sed polus semper Boreus[7] videtur, Austronotius nunquam, quia dextra coeli altiora sunt, pressa Austri.

CAP. XXXVII. *De cardinibus coeli.*

Cardines coeli extremae partes sunt axis. Et dictae[8] cardines eo, quod per eos vertitur coelum, vel quia sicut cor[9] volvuntur.

CAP. XXXVIII. *De convexis coeli.*

Convexa autem coeli extrema eius sunt, a curvitate dicta, ut est[10] illud:

Convexum quoties claudit nox humida coelum.

Convexum enim curvum est, quasi conversum seu inclinatum, et ad modum circuli[11] flexum.

CAP. XXXIX. *De ianuis coeli.*

Ianuae coeli duae sunt, oriens et occasus[12]. Nam una porta[13] sol procedit, alia se recipit.

CAP. XL. *De gemina facie coeli.*

Facies coeli vel caput orientalis regio est[14], ultima septentrionalis. De qua Lucanus:

Sic mundi pars ima iacet, quam Zona[15] nivalis[16]
Perpetuaeque premunt hiemes.

CAP. XLI. *De quatuor partibus coeli.*

1. *Climata* coeli, id est plagae, vel partes quatuor sunt, ex quibus prima pars orientalis est, unde aliquae stellae oriuntur. Secunda occidentalis, ubi nobis aliquae stellae occidunt.

vulg. — 1) *est* om. Z. — 2) *eo* Ar. — 3) *est alter* va. — 4) Sic Gu. 1. Ar. et mox. — 5) Sic Gu. 1. — *sint* vulg. — 6) *circuli* Gu. 2. — *coeli* al. — 7) Sic Gu. 1. — *Boreus semper* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *dicti* vulg. — 9) *cardo* al. — 10) *unde est* Ar. Poetae versus unde sit, ignoro. — 11) *circi* va. — 12) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *occidens* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — 14) *est* addidi e Gu. 1. — 15) sole Z. — *sola* Gu. 1. — *una* pro *ima* Gu. 1. — *solae* Gu. 3. — 16) *nivales* Z. Gu. 1. 3. pr. Locus Lucan. est IV, 106. — 17) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *pervenit sol.* vulg. — 18) Sic Gu. 1. 2. — *exortu* vulg. — 19) *autem* add. Z. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *faciat* vulg. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. — 22) *semper inducit* va. — 23) *vocatur* Ar. — 24) Sic Gu. 1. — *et vertex dic.* vulg. — 25) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 26) Sic Z. Gu. 2. al. va. — 27) *usque in* Z. — 28) Sic Gu. 1. — *vocata* vulg. — 29) *primus*, secundus etc. masculine Arev. e Cassiod. de Astronom. p. 579. — 30) *Meroris* Gu. 1. — *Meroe* Ar. e Cass. — 31) *Scenes* Z. — *Sinis* Gu. 2. Vulg. addit *vel Sienes*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Syrene* Cass. — *Syene* Arev. — 32) Sic Arev. — *catagoras* Gu. 2. pr. — *cathocaras* Gu. 1. — *Catochoras* Cass. — *Catagoras vel catagorias* va. — *Catacorius* vulg. — 33) *vel est* Gu. 1. — 34) *Mesopontum* Z. Gu. 1. va. — 35) Sic scripsi e Gu. 1., in quo est

Tertia septentrionalis, ubi sol pervenit[17] in diebus maioribus. Quarta Australis, ubi sol pervenit noctibus maioribus.

2. Oriens autem ab ortu[18] solis est nuncupatus. Occidens[19], quod diem facit[20] occidere atque[21] interire. Abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit[22]. Septentrio autem a septem stellis axis vocatus[23], quae in ipso revolutae rotantur. Hic proprie dicitur et vertex[24] eo, quod vertitur.

3. Meridies autem vocata[25], vel quia[26] ibi sol facit medium diem quasi medidies, vel quia tunc purius micat aether. Merum enim purum dicitur.

4. Sunt et alia VII climata coeli, quasi VII lineae ab oriente in[27] occidentem, sub quibus et mores hominum dispares, atque animalia specialiter diversa nascuntur, quae nuncupata[28] sunt a locis quibusdam famosis, quorum primum[29] est Merois[30], secundum Somis[31], tertium Catachoras[32], id est[33] Africa, quartum Rhodus, quintum Hellespontus[34], sextum Mesopontus, septimum Borusthenes[35].

C A P. XLII. *De hemisphaeriis.*

Hemisphaerium[36] dimidia pars sphaerae est. Hemisphaerion supra[37] terram[38] est ea pars coeli, quae a nobis tota videtur; Hemisphaerion sub terra est, quae videri non potest, quam diu sub[39] terra fuerit.

C A P. XLIII. *De quinque circulis coeli.*

1. *Zonae* coeli sunt quinque[40] quarum distinctionibus quaedam partes temperie sua incoluntur, quaedam immanitate[41] frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Quae ideo[42] zonae vel circuli appellantur, eo[43] quod in circumductione sphaerae existunt.

2. Quorum primus circulus ideo *Ἀρκτικός*[44] appellatur, eo quod inter[45] eum Arctorum[46] signa inclusa prospiciuntur[47]. Secundus circulus *θερινὸς τροπικός* dicitur[48], quia in eo circulo[49] eus sol Aquilonis finibus aestatem faciens[50] ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde tropicos[51] appellatur.

3. Tertius circulus[52] *ἡμερινός*[53], qui a latinis ideo aequinoctialis appellatur, eo quod sol, cum ad eum orbem pervenerit, aequinoctium facit. *Ἡμερινός*[54] enim Latine dicitur dies atque nox, quo circulo dimidia sphaerae pars constituta perspicitur[55]. Quartus autem[56] circulus *Ἀνταρκτικός*[57] vocatus[58] eo, quod contrarius fit circulo, quem *Ἀρκτικόν*[59] nominavimus[60].

Brusthenus. Borusthenes est in inscriptionibus. Vide Forcellini Lexic. ed. German. I. — 36) *Hemisphaeria* Gu. 1. 2. — *hemisphaerion* al. et Cassiod. — 37) *super* Z. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. — *terras* vulg. — 39) *subtus* al. — 40) Sic Gu. 1. — *quinque sunt* vulg. — 41) *quae causa immanit.* Z. — 42) Vulg. *ideo et*, sed *et* om. Z. Gu. 1. va. — 43) *ideo quod* va. — 44) Sic Gu. 1. 2. nisi quod Latinis literis vox scripta est *Arcticus* vulg. — 45) *intra* Z. Gu. 2. va. Ar. — 46) Sic Gu. 1. Ar. — *Arcturi* vulg. — *Arcterii* Z. — 47) *perspiciantur* Z. — *prospiciantur* va. — *perspiciuntur* Arev. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (*ex eo θερ.*) — *θερινὸς, qui et tropius dic.* vulg. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *circuiens* vulg. — 50) Sic Gu. 1. Ar. — *facit et* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *tropicus* va. — 52) *circulus* om. Z. — 53) Sic Z. Gu. 1. 2. — *himerinus* vulg. — *ἰσημερινός* Arev., sed quum in libris sit *emerinos*, hoc praetuli, nam huic convenit etymologia, quae sequitur. Et sic mox pro *ἡμέρα* est in Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *ἰσημερινός enim Latine dies dicitur aequinox* Ar. — 54) Sic Gu. 1. 2. — *ἡμέρα enim Latine dies dicitur atque* (*ac* Z.) *nox.* — 55) *respic.* Gu. 1. — *prospic.* al. — 56) *autem* addidi e Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. — *Antarcticus* vulg. — 58) *vocatur* Ar. — 59) Sic Gu. 1. 2. — *Arcticum* vulg. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *nominamus* vulg.

4. Quintus circulus χειμερινὸς τροπικός, qui a Latinis hiemalis sive brumalis appellatur, ideo quia[1] sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem his[2], qui ad Aquilonem sunt, facit, aestatem autem[3] his, qui in Austri partibus commorantur.

CAP. XLIV. *De circulo zodiaco.*

Zodiacus autem circulus est, qui ex linearum quinque angulis[4] et ex[5] una linea constat.

CAP. XLV. *De candido circulo.*

Lacteus circulus[6] via est[7], quae in sphaera videtur, a candore dicta[8], quia alba[9] est. Quam[10] aliqui dicunt viam esse, qua[11] circuit sol, et ex huius[12] splendoris ipsius transitu ita lucere.

CAP. XLVI. *De magnitudine solis*[13].

Magnitudo solis fortior terrae[14] est, unde et eodem momento, quo[15] oritur, et orienti simul et occidenti aequaliter apparet. Quod[16] vero tanquam cubitalis nobis videtur, considerare oportet, quantum sol distat a terris, quae longitudo facit, ut parvus videatur a[17] nobis.

CAP. XLVII. *De magnitudine lunae.*

Magnitudo quoque lunae minor fertur esse quam solis[18]. Nam dum sol superior sit a luna, et[19] tamen maior nobis quam luna videtur[20], tam si prope nos accessisset, multo maior, quam luna conspiceretur. Sicut sol autem fortior terra est[21], ita terra fortior luna[22] per aliquam quantitatem.

CAP. XLVIII. *De natura solis.*

Sol dum igneus sit, prae nimio motu conversionis suae amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri[23], et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus[24] eum saepius madidum atque[25] rorantem.

CAP. XLIX. *De cursu solis.*

Solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti[26]. Nam si fixus[27] coelo maneret, omnes dies et noctes aequales[28] existerent, sed quoniam[29] alio loco cras occasurum, alio occi-

1) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ideo quod* Z. va. — *ideo sol.* vulg. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. et postea — *iis* vulg. — 3) Sic Gu. 1. 2. — *et aest. his* vulg. — 4) *quinquangulis* Z. — 5) *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 6) *circulus* om. Gu. 1. — 7) *est via* Z. — 8) *dictus* Gu. 2. — 9) *albus* Gu. 2. — 10) *quem* Gu. 2. — 11) *quam* al. — 12) *huius* add. Gu. 1. — *splendoribus ipsius* va. — 13) Hoc caput in Gu. 1. sequitur post cap. XLVI. — 14) Sic Gu. 1. 2. — *est terrae* al. pr. va. — *est terra* vulg. — *terra est* al. Genitivus post comparativum Graece positus reperitur etiam XVII, 7, 21. et 52. — 15) *cum* Z. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Quia* vulg. — 17) *a* add. Z. Gu. 1. 2. 3. al. pr. va. De verbi *videre* passiva forma et significatione dixi ad Cic. de Finib. Bonor. et Mal. II, 16, 51. p. 130. Cfr. infra cap. 52. — 18) Sic Gu. 1. — *solis* vulg. — 19) *et* om. Gu 2. — 20) Sic Gu. 1. Vulg. *a nobis maior quam luna videatur.* (*videtur* Z. Gu. 1. 2.) — 21) Sic Gu. 1. — *sol. fort. est terra* Z. Gu. 2. 3. — *Sicut autem fortior est sol terra* vulg. — 22) Vulg. *fortior est*, sed *est* om. Z. Gu. 1. al. Ar. — *lunae* Z. Gu. 2. 3. — 23) *aquam nutrire* al. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *dicimus* vulg. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 26) *multi* pro *verti* Z. h. e. *verti multi dicunt*, *dicunt* om. Gu. 1. 2. gothici. — 27) *fpt* Gu. 1., quod punctis notatum est. — 28) *aequales et noctes* Z. — 29) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *cum* vulg. — 30) *vidimus* va. — 31) *Hissp.* Gu. 2. — 32) *orbis annuus conficitur* Gu. 2. — 33) *Oriens* usque ad *inducit* om. Arev. — 34) *vadendo longe* al. — 35) *et* Z. — *ac* Ar. pr. va. — 36) *maturescant* al. var. lect. ap. Goth.

disse hesterno videmus[30], apparet eum per se ipsum moveri, non cum mundo verti. Spaciis[31] enim inaequalibus orbes annuos conficit[32] propter temporum mutationes. Oriens[33] diem facit, occidens noctem inducit.

2. Nam vadens[34] longius ad meridiem hyemem facit, ut hibernis humoribus atque[35] pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem, aestatem reddit, ut fruges maturitate durentur, et quae sunt in humidis incocta, fervefacta mitescant[36].

CAP. L. *De effectu solis.*

1. Sol[37] oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est sol super terras[38], nox est sol sub terra[39]. Ex ipso enim sunt horae: ex ipso dies, cum ascendit[40]: ex ipso etiam nox, cum occiderit: ex ipso menses et anni numerantur: ex ipso vicissitudines temporum fiunt[41].

2. Quando autem per meridiem currit, vicinior terrae est[42], quando[43] vero iuxta septentrionem, sublimis[44] attollitur. Cui[45] ideo Deus diversos cursus loca et tempora constituit[46], ne, dum semper in eisdem[47] moraretur[48] locis, cotidiano[49] vapore eius consumat omnia[50], ut[51] Clemens ait: *Cursus diversos accipit, quibus[52] aeris temperies pro ratione temporum dispensatur[53], et ordo vicissitudinum permutationumque[54] servatur[55]. Nam dum[56] ad[57] superiora contenderit[58], ver[59] temperat: ubi autem[60] ad summum coeli[61] venerit, aestivos accendit calores: descendens[62] rursus autumno[63] temperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem redit circulum, ex glaciali compage coeli rigorem nobis hiberni[64] frigoris derelinquit.*

CAP. LI. *De itinere solis.*

Sol oriens per meridiem iter habet. Qui postquam ad occasum pervenerit[65], et Oceano se intinxerit[66], per incognitas sub terra[67] vias vadit, et rursus ad orientem recurrit.

CAP. LII. *De lumine lunae.*

1. *Lunam* philosophi[68] dicunt proprium lumen habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram, et paulatim se vertendo diversas formas efficere.

— 37) *Sol oriens* usque ad *dies est* om. Z. — 38) *supra terram* Z. — *supra terras* Gu. 2. — 39) *nox est sol sub terra* om. Gu. 2 — *sub terras* Al. — *sub terris* Ar. — 40) Sic Gu. 1. — *ascenderit* vulg. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. — *fiunt iemp.* vulg. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *est terrae* vulg. — 43) *quum* al. — 44) *sublimius* Z — 45) *Cui* usque ad *derelinquit* om. gothici — 46) Sic Gu. 1. — *constituit*, *loca et temp.* vulg. — *cursus* om. Z. — *instituit* Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. — *in iisdem* al. — *in hisdem* Gu. 2. pr. va. — *in his* Z. *eisdem* sine *in* vulg. — 48) *demoraretur* Z. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *quotidiano* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — *consumeret omnia* al. — *omnia consumerentur* al. — *universa consumerentur* vulg. — terra consumeretur al. et var. lect. apud Goth. — *universa* om. Z. Gu. 2. — *consumat* Z. Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — *sicut* vulg. Verba sunt Clementis VIII. Recognit. — 52) *cuius* al. — 53) *dispensetur* al. — 54) *mutationem* Z. — *mutationum* al. et var. lect. ap. Goth. — 55) *servetur* Gu. 2. al. — *acceperit* Z. — *accipit* Gu. 1. al. — 56) *cum* Z. — 57) *ad* om. Z. — 58) Sic Gu. 1. — *conscenderit* vulg. — 59) *aerem* Z. — 60) *autem* om. Z. Gu. 2. va. — 61) *coeli* om. Z. Gu. 2. al. va. — 62) *decedens* Z. al. — 63) *autumni* Gu. 2. — 64) *hiemis* Gu. 2. al. — *frigores* Gu. 2. — *et frigoris* al. — 65) Sic Gu. 1. — *venerit* vulg. — 66) *tinxerit* Ar. — *iunxerit* Z. — al. *iunxerint* — *iniunxerit* var. lect. apud Goth. — 67) *terras* Gu. 1. — *terram* Gu. 2. va. — 68) Vulg. *quidam philosophi*, sed *quidam* om. Gu. 1. pro hoc *quidem* exhibet — *phil. dic. quid.* Gu.

2. Alii contra[1] aiunt, lunam non suum lumen habere, sed solis radiis illuminari. Unde et eclipsim patitur, si inter ipsam et solem umbra terrae[2] interveniat[3]. Sol enim illi loco[4] superior est. Hinc evenit[5], ut quando[6] sub illo[7] est, parte superiore[8] luceat, inferiore vero[9], quam habet ad terras[10], obscura sit.

CAP. LIII. *De formis lunae.*

1. Lunae prima figura bicornis est, ita[11]: 
Secunda sectilis[12], ita:
Tertia dimidia habet ita[13]: 
Quarta plena[14], ita: 
Quinta iterum dimidia ex maiore, ita[15]:  
Sexta iterum sectilis, ita[16]: 
Septima bicornis, ita[17]: 

2. Septima iterum[18] semis et vicesima[19] secunda semis in suo ordine mediae sunt:  Ceterae autem proportiones[20] sunt.

CAP. LIV. *De interlunio lunae.*

Interlunium lunae est[21] tempus illud inter deficientem et nascentem lunam. Est autem trigesima[22] dies, qua[23] luna non lucet. Quae ideo tunc[24] videri non potest, quia soli coniuncta obscuratur[25], sed[26] eodem momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur.

CAP. LV. *De cursu lunae.*

1. Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spacia[27] moderatur[28]. Quae ideo obliquo et[29] non recto incedit cursu, ut sol, ne[30] incidat in centrum terrae et frequenter patiatur eclipsim[31].

2. Vicinus est enim[32] eius circulus[33] terrae. Crescens autem orientem cornibus spectat[34], decrescens occidentem: merito, quia occasura[35] et amissura est lumen.

CAP. LVI. *De vicinitate lunae ad terras.*

Luna vicinior est terris[36], quam sol. Inde[37] brevior orbe celerius peragit cursum suum.

2. — 1) *e contra* Vulcan. et pr. va. — 2) *terrae umbra* va. — 3) *se interponat* Arev. Quae sequuntur hoc capite omnia idem omittit. Sed nihil monuit, qua auctoritate id fecerit. — 4) Sic Gu. 1. pr. — *illo loco* Z. — *sol enim illi sup.* Gu. 2. — *sol enim illi loco sup. est* va. — *sol enim longe ipsa sup.* vulg. — 5) *venit* Gu. 2. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *quoniam* vulg. — *cum* Z. — 7) *illa* Gu. 2. — 8) *superiori* Gu. 2. — 9) *inferior vero pars* Gu. 2. — 10) *parte* add. vulg., quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 11) Sic Gu. 1. 2. (*ita est.*) — Vulg. *Prima figura lunae bicornis est.* Figuras non exhibet Arev., sunt tamen in libris scriptis et editis. — 12) *sextilis* Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. — *ita* sine *habet* Gu. 2. Utrumque om. vulg. — 14) *plenaria* Z. — *ita* om. pr. — *habet ita* va. — 15) *ita* om. Gu. 2. — 16) *ita* om. Gu. 2. — 17) *ita* om. Gu. 2. — 18) *iterum* pro *autem* scripsi e Gu. 1. Ar. — 19) *triginta* Z. — 20) Sic Gu. 1. — *pro portione* Gu. 2. — *portionales* al. — *proportionales* vulg. — 21) *et* om. Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *trigesimus* vulg. — *triginta* Z. — 23) Sic Gu. 1. Ar. — *quo* vulg. — 24) *tunc* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 25) *obumbratur* Z. — 26) *de-*

Nam iter, quod sol in diebus CCCLXV peragit[38], luna[39] per XXX dies currit[40]. Unde et antiqui menses in luna, annos autem in solis cursu posuerunt.

CAP. LVII. *De eclipsi solis.*

Eclipsis solis est, quotiens luna trigesima ad eandem lineam, qua sol vehitur, pervenit, eique se obiiciens[41] solem[42] obscurat. Nam deficere nobis sol videtur, dum illi orbis lunae opponitur.

CAP. LVIII. *De eclipsi lunae.*

1. *Eclipsis lunae* est, quotiens in umbram terrae luna incurrit. Non enim suum lumen habere, sed a sole illuminari[43] putatur, unde et defectum patitur[44], si inter ipsam et solem umbra terrae interveniat.

2. Patitur autem hoc decima quinta luna eousque[45], quam diu centrum atque umbra[46] obstantis terrae exeat videatque solem, vel a sole videatur.

CAP. LIX. *De differentia stellarum, siderum, et astrorum.*

1. *Stellae*[47] et *sidera* et *astra* inter se differunt. Nam stella est quaelibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis[48] facta, ut Hyades, Pleiades.

2. Astra autem[49] stellae grandes, ut Orion, Bootes. Sed haec nomina scriptores confundunt, et astra pro stellis et stellas pro sideribus ponunt.

CAP. LX. *De lumine stellarum.*

Stellae non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicuntur, sicut et luna.

CAP. LXI. *De stellarum situ*[50].

Stellae immobiles sunt et cum coelo fixae perpetuo motu feruntur, neque cadunt[51] per diem, sed solis[52] splendore obscurantur.

CAP. LXII. *De cursu stellarum.*

Sidera autem[53] feruntur, aut moventur. Feruntur, quae coelo fixa sunt et cum[54] coelo volvuntur. Moventur vero quaedam, sicut planetae, id est erraticae, quae cursus suos vagos certa tamen[55] diffinitione conficiunt.

nuo add. Gu. 2. — 27) *in centro spatia* Gu. 2. al. va. — 28) *moderat* Gu. 2. — 29) *et* om. Z. — *obl. inced. cursu et non recto* Gu. 2. al. — 30) *scilicet ne* Z. Gu. 2. pr. va. — *incedat* Gu. 2. pr. va. — 31) *eclipsin* Z. pr. va. — 32) *Vicina enim eius est* Z. — *Vicinus enim est* pr. va. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *circ. eius* vulg. — 34) *exspectat* Z. Gu. 2. pr. *respectat* al. — 35) *casura* Gu. 2. — 36) Sic Gu. 1. — *terris vicinior est* vulg. — 37) *inde et*, sed *et* om. Gu. 1., qui exhibet *brevior*, quod recepi. — 38) *peragit* addidi e Z. Gu. 1. 2. (*sol. per.*) Ar. pr. va. — *trecentis sexaginta* gothici. — 39) Sic Gu. 1. — *ista* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *percurrit* vulg. — *per* ante XXX. om. pr. — 41) *obiciens* Gu. 1. 2. pr. — 42) *solem* al. om. — 43) *sed a sole illuminari* om. al. — 44) *pututur* Gu. 1. — 45) *et* pro *eousque* al. — 46) *in centrum* Gu. 2. — *umbra* Z. Gu. 2. va. Ar. — 47) *Stella* Ar. — 48) *pluribus* Gu. 2. — 49) Vulg. *sunt astra*, sed *sunt* om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. — *motu* vulg. — 51) *cadent* Gu. 2. pr. — *candent* va. — 52) Vulg. *a solis*, sed *a* om. Z. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — 53) *aut* Z. Ar. — 54) *cum* om. al. — 55) *tamen* om. Gu. 2.

CAP. LXIII. *De vario cursu stellarum.*

Stellae pro eo[1], quod orbes per diversos[2] caelestium planetarum feruntur. Quaedam[3] celerius exortae tardius[4] occidunt: quaedam tardius exortae citius ad occasum suum perveniunt: aliae pariter oriuntur et non simul occidunt: omnes autem suo tempore ad suum[5] cursum proprium revertuntur.

CAP. LXIV. *De intervallis stellarum.*

Stellae inter se diversis intervallis distant a terra, propterea dispari claritate magis minusve nostris oculis apparent. Nam multae[6] maiores sunt his[7] quas videmus conspicuas, sed longius positae parvae videntur a nobis.

CAP. LXV. *De circulari numero[8] stellarum.*

1. *Numerus circularis*[9] stellarum est, per quem[10] cognoscitur[11], in quanto tempore circulum suum unaquaeque stella percurrat, sive per longitudinem, sive per latitudinem[12].

2. Nam Luna VIII annis fertur explere cursum[13] suum, Mercurius annis XX, Lucifer annis IX[14], Sol annis XIX, Vesper annis[15] XV, Phaethon XII, Saturnus annis[16] XXX. Quibus peractis ad reversionem circuli sui iisdem[17] signis et partibus revertuntur.

3. Quaedam sidera radiis solis praepedita anomala fiunt, aut retrograda, aut stationaria, iuxta quod poeta[18] meminit dicens[19]:

— Sol tempora dividit aevi[20]:
Mutat[21] nocte diem[22], radiisque potentibus[23] astra
Ire vetat, cursusque vagos[24] ratione[25] moratur.

CAP. LXVI. *De stellis planetis.*

Quaedam stellae ideo *planetae* dicuntur, id est errantes, quia per totum mundum vario motu discurrunt. Unde pro eo, quod errant, retrogradae[26] dicuntur, vel anomalae efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt[27]. Caeterum quando tantum detrahunt, retrogradae[28] dicuntur, stationem autem faciunt, quando stant.

1) Vulg. *dicuntur pro eo*, sed verbum om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 2) *ordines* Z. al. var. lect. ap. Goth. Ordo noster est e Gu. 1. — *per div. ord.* vulg. — 3) Vulg. *Nam quaedam*, sed *nam* om. Z. Gu. 1. 2. — 4) *tardius occ. quaed. tard. exortae* om. Z. — *serius* priore loco pro *tardius* va. Ar. — 5) *suum* om. Z. Gu. 2. Ar. — 6) *multo* Z. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. — *iis* vulg. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. — *De num. circ.* vulg. — 9) *Circ. num.* Z. — 10) *quod* Z. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *cognosci dicitur* vulg. — 12) Vulg. sequuntur haec: *Latitudo intelligitur per signiferum, longitudo per proprium excursum.* Quae om. Gu. 1. 2. pr. va Ar. — Pro *intelligitur* al. *cognoscitur.* — 13) Sic Z. Gu. 1. — *circulum* vulg. — 14) *novem annis* Z. — 15) *annis* add. Gu. 1. — *Pyrois* pro *Vesper* Ar. — 16) *annis* addidi e Gu. 1. 2. — 17) *hisdem* Gu. 1. va. — *his iisdem* Z. — 18) Vulg. *et poeta,* sed *et* om. Gu. 1. — 19) Locus est apud Lucan X, 201. seq. — 20) *aevi* om. va. — 21) *et mutat* Gu. 2. — 22) *noctem et diem* Gu. 2. — *noctem* om. *die* Gu. 4. — 23) *patentibus* Gu. 2. — 24) *vagos* om. Z. — 25) *statione* Gu. 4. Arev. e Lucan. — 26) *retrograda* Z. Gu. 1. — *retrogradantur* al. — 27) *retrahunt* Gu. 1. — 28) *retrograda* Gu. 1. — 29) *Nam* praeponit Gu. 1. — 30) *antegraditio* Gu. 2. — 31) Vulg. add. *consuetum*, quod om. Gu. 1. — 32) *propter* Gu. 2. — 33) *procedit* al. — 34) *et* Z. — 35) *stellarum* om.

CAP. LXVII. *De praecedentia et antegradatione stellarum.*

Nam praecedentia[29] vel *antegradatio*[30] stellarum est, dum stella motum suum[31] agere videtur, et aliquid praeter[32] consuetudinem praecedit[33].

CAP. LXVIII. *De remotione vel retrogradatione stellarum.*

Remotio vel[34] *retrogradatio* stellarum[35] est, quando[36] stella, dum motum suum agit[37], simul et retrorsum moveri videtur[38].

CAP. LXIX. *De statu stellarum.*

Status stellarum est, quia[39] dum stella semper movetur[40], tamen in aliquibus locis stare videtur.

CAP. LXX. *De nominibus stellarum, quibus ex causis nomina acceperunt.*

1. *Sol* appellatus est[41] eo, quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus.

2. *Luna* dicta quasi Lucina, ablata media syllaba. De qua Virgilius[42]:

Casta fave Lucina.

Sumpsit autem nomen per derivationem[43] a solis luce, eo quod ab eo lumen[44] accipiat acceptumque reddat.

3. *Stellae* dictae a stando[45], eo quod[46] fixae stant semper[47] in coelo, nec cadunt. Nam quod videmus de[48] coelo stellas quasi labi, non sunt stellae, sed igniculi ab aethere lapsi, qui fiunt, dum ventus altiora petens aethereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes[49]. Nam stellae cadere non possunt: immobiles enim sunt, ut praedictum est[50], et cum coelo fixae feruntur.

4. *Sidera* dicta eo[51], quod ea navigantes considerando dirigunt[52] cursum consiliumque[53], ne fallacibus undis aut ventis alibi[54] deducantur. Quaedam autem stellae idcirco signa dicuntur, quia ea[55] nautae observant[56] in gubernandis remigiis, contemplantes aciem[57] fulgoremque eorum[58], quibus rebus status coeli futurus ostenditur.

5. Sed et omnes homines ea intendunt ad praevidendas[59] aeris qualitates per aestatem et hiemem vernalemque temperiem. Ortu enim vel occasu suo certis[60] stationibus temporum qualitates[61] significant.

6. Signorum prima[62] Arctos[63], quae[64] in axe fixa[65] VII stellis in se revolutis rotatur.

Z. — 36) *in qua* Z. Gu. 2. pr. va. — *in quo* al. — 37) *agat* Z. Gu. 2. pr. va. al. — 38) Vulg. add. *Ista omnia in absidis colliguntur*, quae om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 39) *quia* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. — *quando* va. — 40) *moveri videtur* al. — 41) *est* add. Z. Gu. 1. — 42) Eclog. IV, 10. — 43) *per deriv. nomen* va. — *diriv.* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *ab eo lumen* — *lumen ab eo* Z. — 45) *ab stando* Gu. 2. pr. — 46) Sic Gu. 1. — *quia* sine *eo* vulg. — 47) Sic Z. Gu. 1. (*fixa*) 2. — *fixae stant in coelo semper* va. — *semper fixae stant* vulg. — 48) *in* Z. — *e* Gu. 2. al. pr. va. — 49) *candentes* Z. — 50) Sic Gu. 1. — *imm. enim, sicut praedictum* (*supradictum* al.) *est* (om. Z.), *sunt* vulg. — 51) *eo* om. Z. va. Ar. — 52) Vulg. *inter dirig.*, sed *inter* om. Z. Gu. 1. Ar. — 53) Sic Gu. 1. — *cursum consilium* Ar. — *cursus consilium* Ar. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *alio* vulg. — 55) *quod eae* Z. — *quod eas* va. — *quia ea* Gu. 1., quod recepi, refertur ad *signa*. — 56) *observent* Z. — 57) *faciem* Z. — 58) *earum* Gu. 2. va. Ar. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Arev. — 60) *ceteris* Z. — 61) *qualitatem* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. — *primus* vulg. — 63) *Arcton* Z. Gu. 1. 2. va. — 64) Sic Gu. 1. — *qui* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *fixus* vulg.

Nomen est[1] Graecum quod Latine dicitur ursa[2], quae quia[3] in modum plaustri vertitur, nostri eam septentrionalem[4] dixerunt.

7. Triones enim proprie sunt boves aratorii, dicti eo, quod terram terant, quasi teriones[5]. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit, quia in eo sunt.

8. Arctophylax dicitur, quia[6] Arcton, id est Helicem Ursamque[7] sequitur. Eundem[8] et Booten[9] dixerunt[10], eo quod plaustro haeret: signum multis spectabile[11] stellis, inter quas[12] Arcturus est[13].

9. Arcturus post caudam maioris ursae posita[14] sidus est in signo Bootis[15]. Unde[16] Arcturus dictus est, quasi *ἄρκτου οὐρά*[17], quia Bootis praecordiis socia[18] collocata[19] est. Oritur autem Arcturus[20] autumnali tempore.

10. Orion astrum ante Tauri vestigia fulget, et dictus Orion ab urina[21], id est ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis obortus mare et terras[22] aquis et[23] tempestatibus turbat.

11. Hunc[24] Latini Iugulam vocant, quod sit armatus[25], ut gladius[26], et stellarum luce terribilis atque clarissimus[27], in quo si haec fulgeant[28] omnia, serenitas portenditur, si obscura sit[29] huius[30] acies, tempestas cernitur imminere.

12. Hyades dictae *ἀπὸ τοῦ ὕειν*, id est a succo[31] et pluviis[32]. Nam pluviae[33] Graece *ὑετός*[34] dicuntur. Ortu quippe[35] suo efficiunt pluvias. Unde et eas Latini succulas[36] appellaverunt, quia, quando[37] nascuntur, pluviarum signa monstrantur. De quibus Virgilius:

Arcturum, pluviasque Hyadas[38].

Sunt autem VII in fronte Tauri[39], et oriuntur tempore vernali.

13. Pliades[40] a pluralitate[41] dictae, quia pluralitatem Graeci *ἀπὸ τοῦ πλεῖστον* appellant[42]. Sunt enim stellae septem ante[43] genua Tauri, ex quibus sex videntur, nam una latet[44]. Has Latini Vergilias dicunt a temporis significatione, quod est ver, quando exoriuntur[45]. Nam occasu suo hyemem, ortu aestatem, primaeque navigationis tempus ostendunt.

14. Canicula stella, quae et[46] Sirius dicitur, aestivis[47] mensibus in medio centro coeli est: et dum sol ad eam ascenderit, coniuncta cum sole duplicatur calor ipsius[48], et dissolvuntur

1) *eius* pro *est* Z. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Ursa dic.* vulg. — 3) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. al. — *quod* vulg. — 4) Sic Gu. 1. — *septentrionem* vulg. — 5) *terriones* Ar. — 6) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 7) *que* addidi e Gu. 1. — *linces aliter elicen* va. — 8) Vulg. *Eundemque*, sed *que* om. Z. Gu. 1. — *Unde* al. — 9) *Bootem* Z. — *et* ante hoc voc. om. Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *dixerant* vulg. cum al. — 11) *inspectabile* Ar. — 12) *quos* Gu. 1. — 13) Sic Z. Gu. 1. Vulg. *inter quas Arcturus est, sidus post* etc. — *Arcturus est sidus* altero loco Arev. — 14) Sic Gu. 1. — *positum* vulg. — 15) *Bootae* h. l. et postea Arev. — 16) Vulg. *Unde et*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 17) Graeca om. Z. pr. va. — 18) *socia* om. Z. Gu. 1. 2. va. — 19) *collocatus* Z. (om. *est*) pr. va. — *collata* Gu. 1. — 20) *Arcturus* addidi e Gu. 1. — 21) *Urina vel orina* va — 22) *terram* va. — 23) *ac* Gu. 2. — 24) *Hanc* Gu. 2. — 25) *armata* Gu. 2. — 26) *gladio* Ar. — 27) *clarissima* Gu. 2. — 28) *fulgent* Z. Gu. 2. pr. va. — *effulgent* pro *haec fulgeant* Ar. — 29) Sic Gu. 1. — *obscuratur* vulg. — 30) *his* Ar. — 31) *suco* Gu. 1. 2. pr. — 32) Vulg. *et a pluv.*, sed *a* om. Z. Gu. 1. 2. — 33) *pluvia dicitur* Ar. — 34) *yetosten* Gu. 2. — *hiatos vel hietosten* va. — 35) *quidem* Z. — 36) Sic Gu. 1. Ar. — *suculas* vulg. — 37) *quum* al. — 38) *pliadesquehiades* Gu. 1. Vulg. addit e Virg. Aen. 1, 744. *geminosque Triones*, quae om. Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Ar. — 39) Sic Gu. 1. Ar. — *infr. Tauri sept.* vulg. — VII om. Gu. 2. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Pleiades* vulg. — 41) *pluritate* Z. — 42) Verba: *quia pluralitatem Graeci ἀπὸ τοῦ πλεῖστον appellant* addidi e Gu. 1. 2. 3. 4. va. — Ar. scripsit *πλειότητα*, sed Gu. 1. *apotopaictox* Gu. 2: *ariotod luctan.* Gu. 3. *απο το πλυστον* Gu. 4. *ἀποτοπαπιcτοx*. Edit. va.: *apotonaicton*. Ed. pr. Graeca om. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. — *autem* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *latet una* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. al. (*quum* pro *quando*) Ar. — *quod vere exor.* vulg. — 46) *et* om. Gu. 2. — 47) *aestatibus* Gu. 1. — 48) *eius* va. — 49)

corpora et vaporantur. Unde et ex ipsa stella dies caniculares[49] dicuntur, quando et molestae sunt purgationes.

15. Canis autem vocatur propterea quod[50] corpora morbo[51] afficiat, vel[52] propter flammae candorem, quod eiusmodi[53] sit, ut prae caeteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellatus est[54].

16. Cometes stella est dicta[55], eo quod comas luminis ex se fundat[56]. Quod genus sideris[57] quando[58] apparuerit, aut pestilentiam, aut famem, aut bella significat.

17. Cometae[59] autem Latine crinitae appellantur[60], quia[61] in modum crinium flammas spargunt, quas Stoici dicunt esse ultra[62] XXX, quarum nomina et effectus quidam Astrologi scripserunt.

18. Lucifer dictus, eo quod inter omnia sidera plus lucem ferat[63]; est autem unus[64] ex planetis. Hic[65] proprie et[66] iubar dicitur, eo quod iubas lucis effundat[67], sed et splendor solis ac lunae et stellarum iubar vocatur, quod in modum iubae[68] radii ipsorum extendantur[69].

19. Vesperus stella est[70] occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero[71] rege Hispaniae[72]. Est autem et ipsa ex quinque stellis planetis, noctem ducens et solem sequens[73]. Fertur autem quod haec stella oriens luciferum, occidens vesperum facit. De qua Statius:

Et alterno deperditur[74] unus in ortu.

20. Planetae stellae sunt, quae non[75] sunt fixae in coelo, ut reliquae, sed in aere feruntur. Dictae[76] autem planetae ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore. Nam interdum in Austrum, interdum in Septentrionem, plerumque contra mundum, nonnunquam[77] cum mundo feruntur. Quarum nomina Graeca sunt Phaethon, Phaenon, Pyreis, Hesperus, Stilbon[78].

21. Has[79] Romani nominibus deorum suorum, id est[80] Saturni[81], Martis, Veneris, Iovis, atque[82] Mercurii sacraverunt. Decepti enim et decipere volentes in eorum adulationem[83], qui[84] sibi aliquid secundum amorem[85] praestitissent, sidera ostendebant in coelo, dicentes, quod esset illud sidus[86] Iovis et illud Mercurii: et concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmavit, Christus evertit.

caniculares al. om. — 50) *propter quod* Z. Gu. 2. pr. va. — 51) *morbo corp.* Z. — 52) Sic Gu. 1. — *sive* vulg. — *aut* al. *Sirius* pro hoc Arev. — 53) Sic Gu. 1. — *eiusmodi* vulg., pro quo Gu. 2. exhibet *quem emittit.* — 54) Sic Gu. 1. — *appellarunt* va. — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dicta est* vulg. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *fundat ex se* vulg. — 57) *sideris* om. Z. — 58) *quum* pro *quando* Lucensis sive Lucanus cod. fere semper. — 59) *Cometes* Z. Gu. 1. 2. al. va. — 60) *Latini crinitos appellant* al. — 61) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 62) *plus quam* Gu. 2. — 63) *lucere* Z. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. Vulg. *Lucifer enim est una.* — 65) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Haec* vulg. *Hoc* al. — 66) *et* om. Gu. 2. — 67) Sic G. 1. 2. — *ex se fundat* vulg. — 68) *iubarum* al. *iubar* al. Vv. *Ac lun. et st.* sunte Z. Gu. 1. 2. pr. va. Vulg. *et lun. ac st.* — 69) *extenduntur* al. — 70) *est* addidi e Gu. 1. *Hesperus* pro *Hesperus* (*Vesper* sic (!) Gu. 2.) Arev. — 71) *a Vespero* Z. Gu. 2. al. pr. va. — *ab Hespero* vulg. — 72) *Hisp. reg.* Gu. 2. — 73) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *seq. sol.* vulg. — 74) *dependitur* Z. Gu. 1. 2. 4. al. va. In Gu. 3. pro p correctum est, ut sit defenditur. Ceterum locus Statii, in iis quae extant, non reperitur. Pro *unus* Z. *onus*, Gu. 2. *humus* — *humor* al. — *humos* pr. — 75) *non* om. Gu. 1. — 76) Sic Z. Gu. 1. va. (semper feminine.) — 77) *ut nunquam* Gu. 1., quod est *at nunquam*, pro vulg. *nonnunquam.* — 78) Vv. *Quar. n. Gr.* usque ad *Stilbon* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (Codd. Z. pr. *feton*, *fetonta*, *firiona*, *hesperus*, *stelbon.* Gu. 1. *feton*, *planonta*, *phiriona*, *hesp. sterbon.* Gu. 2. *feton*, *fetonta*, *phirion*, *hesp. stelbon.* Edit va.: *pheton*, *pleton*, *pherion*, *daphirion*, *pheton*, *phetonta.* Emendationes secutus sum Arevali. — 79) vulg. *hos.* — 80) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *hoc est* vulg. — 81) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Saturni, Lunae, Iovis* vulg. — 82) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va Ar. — *et Merc.* vulg. — 83) *adulatione* Z. Gu. 1. al. — 84) *quae* Gu. 2. — 85) *seculi* add. Arev. — 86) Sic Z. Gu. 1. 2. — *illud sidus esset* vulg. — *Iovis esset illud sidus* Gu. 2.

22. Iam vero illa, quae ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus et animantium imago de stellis formatur, ut Arctos[1], Aries, Taurus, Libra et huiusmodi alia; ii[2], qui sidera praeviderunt[3], in numerum[4] stellarum speciem[5] corporis superstitiosa vanitate permoti finxerunt, ex causis quibusdam deorum suorum et imagines et nomina conformantes[6].

23. Nam Arietem primum signum, cui, ut Librae, mediam mundi lineam tradunt, propter Ammonem Iovem[7] ideo vocaverunt, cuius[8] in capite, qui simulacra faciunt, Arietis cornua fingunt[9].

24. Quod signum Gentiles ideo primum inter signa[10] constituerunt, quia in Martio mense[11], qui est[12] anni principium, solem in eo signo[13] cursum suum[14] agere[15] dicunt. Sed et Taurum inter sidera collocant, et ipsum in honorem[16] Iovis, eo quod in bovem[17] sit[18] fabulose conversus, quando Europam transvexit.

25. Castorem quoque et Pollucem post mortem inter notissima sidera constituere[19]: quod signum Gemini[20] dicunt[21].

26. Cancrum quoque inde[22] dixerunt, eo quod cum ad id[23] signum sol venerit in mense Iunio[24], retrograditur in modum cancri, brevioresque[25] dies facit[26]. Hoc enim[27] animal[28] incertam habet primam partem[29], denique ad utramque partem gressum dirigit, ita ut prior pars sit posterior et posterior prior.

27. Leonem in Graecia ingentem Hercules[30] occidit, et propter virtutem suam hunc inter duodecim signa[31] constituit[32]. Hoc signum sol cum attigerit[33], nimium calorem mundo[34] reddit, et annuos flatus Etesias[35] facit.

28. Virginis etiam signum intra astra idcirco[36] collocaverunt, propter quod his[37] diebus, in quibus per illud sol decurrit[38], terra exusta solis ardore nihil pariat. Est enim hoc tempus canicularium dierum.

29. Libram autem vocaverunt ab aequalitate mensis ipsius, quia[39] VIII kal. Octobris sol per illud signum currens aequinoctium facit[40]. Unde et Lucanus:

Ad iustae[41] pondera librae.

30. Scorpium quoque et sagittarium propter fulgura[42] mensis ipsius appellaverunt.

pr. va. Ar. — 1) *Arctos*, pro quo Z. Gu. 2. (*ut arcton, ut aries*) pr. va. *arcton* exhibent, addidi e Gu. 1. Ar. — 2) *hi* Z. Gu. 1. 2. — 3) *pervid.* Z. — 4) *numero* Gu. 2. — 5) *specie* Gu. 2. — 6) *confirmantes* Gu. 1. 2. va. al. — *formantes* Z. — 7) Vulg. *id est Iov.*, sed *id est* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Iovis* al. Sed addidi ex iisdem libris *ideo.* — 8) Sic Gu. 1. — *quia* Z. al. pr. va. — *in cuius capite* Gu. 2. Ar. — 9) *figunt* Arev. — 10) Sic Gu. 1. — *inter signa prim.* vulg. — *signum* Gu. 2. — 11) Gu. 1. 2. — *quod* (*quia* Arev.) *in mense Martio* vulg. — 12) *est* om. Z. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *in signo illo* vulg. — 14) *suum* om. Arev. — 15) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *peragere* vulg. — 16) *in honore* Gu. 1. 2. — 17) *in bove* Gu. 2. — 18) *fuit* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. — *constituerunt* vulg. — 20) *Geminos* Z. va. — 21) Sic Z. Gu 1. 2. pr. va. — *dicitur* vulg. — 22) *inde* om. Gu. 2. — 23) *eum* Gu. 1. 2. — *quod ad id sign. sol dum ven.* Ar. — 24) Sic Gu. 1. — *mense Iun. sol ven.* vulg. — *in mense* va. — 25) *breviores* Gu. 2. — 26) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *facit dies* vulg. — 27) *autem* Z. — 28) *et animal* Gu. 2. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *part. prim.* vulg. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *in Graecia Herc.* Z. — *ing. Herc. in Graecia* vulg. — 31) *signa* om. Gu. 1. — 32) *constituerunt* Gu. 2. — 33) *attingerit* Gu. 2. — 34) *in mundo* Gu. 2. — 35) *aestates* Z. pr. va. — *hesias* Gu. 1. 2. Recte scripsit Arev. *Etesias* pro *aestus*, quod vulg. legitur, idem om. vv. *quam in toto reliquo anno.* Consentiunt Z. Gu. 1. pr. — 36) Sic Gu. 1. — *idcirco inter astra* (*in astra* va.) vulg. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *iisdem* vulg. — 38) Sic Z. pr. — *per eum sol.* Gu. 1. 2. Nescio an fortasse *signus*, i Isidori tempore fuerit. Nam idem dicendi genus § 26. a codd. confirmatur optimis. Idem redit §. sequenti, ubi pro *per illud*, *per eum*

Sagittarius vir equinis cruribus deformatus[43], cui[44] sagittam et arcum adiungunt[45], ut ex eo mensis ipsius fulmina demonstrentur. Unde et sagittarius est vocatus.

31. Capricorni figuram ideo inter sidera fixerunt[46] propter capram Iovis nutricem, cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis[47] ideo formaverunt[48], ut pluvias eiusdem temporis[49] designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere.

32. Porro Aquarium et Pisces ab imbribus temporum vocaverunt, quod hyeme, quando in his signis sol vertitur[50], maiores pluviae profunduntur. Et admiranda[51] dementia gentilium[52], qui non solum pisces, sed etiam[53] arietes et hircos et tauros et[54] ursas et canes et[55] cancros et scorpiones in coelum transtulerunt[56]. Nam et aquilam signum Iovis[57] propter fabulas inter coeli astra eius memoriae[58] causa collocaverunt.

33. Perseum quoque et uxorem eius Andromedam, postquam[59] sunt mortui, in coelum raptos[60] esse crediderunt, ita ut imagines eorum stellis assignarent[61], eorumque appellare nominibus[62] non erubescerent[63].

34. Aurigam etiam Erichthonium inter[64] coeli astra collocaverunt[65], propter quod vidissent eum primum quadrigam[66] iunxisse. Mirati sunt enim eius ingenium[67] ad imitationem Solis accessisse, et propter hoc nomen eius post mortem inter sidera posuerunt.

35. Sic Calisto, Lycaonis regis[68] filia, dum ab Iove compressa et fabulose a[69] Iunone in ursae speciem versa fuisset[70], quae Graece ἄρκτος appellatur, post interfectionem ipsius nomen eius Iovis cum filio in stellis Septentrionalibus transtulit, eamque Arcton[71], filium autem eius Arctophylax[72] appellavit[73].

36. Sic[74] Lyra pro Mercurio[75] in coelum[76] collocata[77], sic Centaurus Chiron, propter quod nutrierit[78] Aesculapium et Achillem, inter astra dinumeratus est.

37. Sed quolibet modo superstitionis haec[79] ab hominibus nuncupentur, sunt tamen sidera, quae Deus in mundi principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinavit.

38. Horum igitur signorum observationes, vel geneses, vel cetera superstitiosa[80], quae se ad cognitionem siderum coniungunt, id est ad notitiam fatorum, et[81] fidei nostrae sine dubitatione contraria sunt[82], sic ignorari debent a Christianis, ut nec scripta esse videantur.

exhibent Gu. 1. 2. — 39) Sic Gu. 1. 2. (*quia ab*) Ar. — *quod* vulg. — 40) *faciat* Gu. 2. — 41) *iusta* Gu. 2. — *adustae* var. lect. ap. Goth. Locus est Lucan. IV, 58. — 42) *figura* add. Gu. 1. — 43) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *deformatur* vulg. — 44) *cuius* Gu. 1. 2. — 45) *iungunt* Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. pr. — *finxerunt* vulg. (*inter signa vel sidera*) va. — 47) *piscem* Gu. 2. al. — 48) Sic Z. Gu. 1. pr. — *finxerunt* vulg. — 49) *mensis* al. va. — 50) *vehitur* Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. — *miranda* vulg. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *gentil. dem.* vulg. — 53) *sed et* Z. — *etiam* om. Gu. 2. — 54) *et* addit Gu. 1. — 55) *et* add. Gu. 1. 2. — 56) *in coelum* add. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 57) Sic Gu. 1. (postea om. *Iovis* ante *fabulas*) — *et cygnum.* — 58) *eiusdemque causa* Gu. 1. — 59) *quia mortui sunt* Z. — *quam* Gu. 2. pr. — *posteaquam* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — *receptos* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *designarent* vulg. — 62) *nom. app.* Z. — 63) *erubescent* Z. — 64) *in* Z. al. pr. va. al. om. *coeli.* — 65) *collocarent* Gu. 2. — 66) *aurigam* Z. — 67) Sic Gu. 1. — *ing. eius* vulg. — 68) *regis* add. Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — 69) *a* Gu. 1. *ab* vulg. — 70) Sic Gu. 1. — *fuisset spec. vers.* Gu. 2. Z. pr. — *conversa* vulg. — 71) *arctum* Gu. 1. — 72) Sic Z. Gu. 1. 2 pr. va. al. — *Arctophylaca* vulg., quae add. *ea*, quod om. Z. Gu. 1. va. — 73) *appellatum* Z. — 74) *Sicque libram* Z. — 75) *per Mercurium* va. — 76) *in coelo* Z. Gu. 2. al. — 77) Sic Gu. 1. haud dubie, quum scriptum sit *collecta*; Gu. 2. *locatam.* — 78) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *nutrierat* vulg. — *nutrisset* Gu. 2. — 79) Sic Gu. 1. — *superstitiones hae* vulg. — 80) *ceteras res superstitiosas* Gu. 2. — 81) *et* pro *quae* scripsi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 82) *contrariae* Gu. 2.

39. Sed nonnulli siderum pulchritudine et claritate pellecti[1], in lapsus[2] stellarum caecatis mentibus corruerunt, ita ut per supputationes noxias, quae mathesis dicuntur[3], eventus rerum praescire posse[4] conentur: quos non solum Christianae religionis doctores, sed etiam[5] gentilium Plato, Aristoteles, atque alii rerum veritate[6] commoti concordi sententia damnaverunt, dicentes confusionem rerum potius de tali persuasione[7] generari.

40. Nam si[8] genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premeretur[9], cur aut laudem mereantur boni, aut mali percipiant ultionem[10]? Et quamvis ipsi non fuerint coelesti sapientiae dediti, veritatis tamen testimonio errores eorum merito[11] perculerunt.

41. Ordo autem iste septem saecularium disciplinarum ideo a Philosophis[12] usque ad astra perductus est, scilicet ut animos seculari sapientia implicitos[13] terrenis rebus[14] abduceret, et in superna contemplatione collocaret[15].

L I B E R IV.

C A P. I. *D e M e d i c i n a*[16].

1. *Medicina* est, quae corporis vel tuetur, vel restaurat salutem: cuius materia versatur in morbis et vulneribus.

2. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum, quae ars eorum exhibet, qui proprie Medici nominantur, sed etiam cibus, potus[17], et tegmen[18]. Denique defensio omnis[19] est atque munitio, qua sanum corpus nostrum adversus externos ictus casusque servatur.

C A P. II. *D e n o m i n e e i u s.*

Nomen autem Medicinae a modo, id est a[20] temperamento impositum existimatur[21], ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo[22] contristatur natura, mediocriter[23] autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint, vexantur. Immoderatio enim omnis[24] non salutem, sed periculum affert.

1) *perlecti* Gu. 1. — 2) *lapsu* Gu. 1. 2. al. — *illapsu* pr. va. — *lapsum* Z. — 3) Gu. 1. 2. — *dicitur* vulg. — 4) *posse* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *rerum* al. om. — 5) *et* pr. va. — 6) *varietate* Gu. 1. — 7) *suasione* al. pr. — 8) *ut dicunt* in parenthesi add. Ar. — *Nam sicut* pr. — 9) *premerentur* Gu. 2. — *premitur* Ar. — 10) *legum percip. ult.* vulg., sed *legum* om. Gu. 1. — *percipiunt* Gu. 2. — 11) *meritum* Gu. 2. — 12) *prophetis* Z. — 13) Sic Gu. 1. — *implicatos* vulg. — 14) Vulg. *a terr. reb.*, sed *a* om. Gu. 1. — 15) *collocaret. Explicit liber tertius* add. Z. Gu. 1. qui add. *Incipiunt capitula libri quarti.* In cod. Alban. et aliis sequitur liber de legibus. In edit. principe et cod. Guelferbyt. 2. sequitur nunc Isidori liber de rerum natura ad Siseputum regem. Codicis Zittav. scriba haec addit: *Incipit liber quartus de medicina arte etc.* Cum autem infra pag. M[a] in altera istius voluminis parte in Isagogis Iohannicii Iohannis, Alexandrini, discipuli Zegni Galieni de eadem medicina seu physica ratione satis fuse a me scriptum sit, illum quartum de medicina librum tractantem studiose omisi et ad quintum de auctoribus legum agentem me recepi. Haec ille stupidus scriba. Deest igitur in cod. Zittav. lib. IV., quia huic codici annexus est liber, cuius titulum scriba supra laudavit.

CAP. III. *De inventoribus Medicinae.*

1. Medicinae autem artis auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc[25] filius eius Aesculapius laude vel[26] opere amplificavit[27].

2. Sed postquam fulminis ictu Aesculapius interiit, interdicta fertur medendi cura, et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene[28] quingentos usque ad tempus[29] Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam revocavit in[30] lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Coo.

CAP. IV. *De tribus haeresibus Medicorum.*

1. Hi itaque[31] tres viri totidem haereses invenerunt. Prima Methodica inventa est ab Apolline, quae remedia sectatur et[32] carmina. Secunda Empirica, id est experientissima, inventa est ab Aesculapio, quae non indiciorum signis, sed solis constat experimentis[33]. Tertia Logica, id est rationalis[34], inventa ab Hippocrate.

2. Iste enim discussis aetatum, regionum, vel aegritudinum[35] qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est[36]. Empirici enim[37] experientiam solam sectantur: Logici experientiae rationem adiungunt: Methodici nec elementorum rationem observant, nec tempora, nec aetates, nec causas[38], sed solas morborum substantias.

CAP. V. *De quatuor humoribus.*

1. Sanitas est integritas corporis et temperantia naturae ex calido et humido, quod est sanguis, unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status.

2. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur, quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim, quae ex eo[39] nascitur, demonstrarent[40]. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non perducit[41] ad sanitatem.

3. Morbi[42] omnes ex quatuor nascuntur humoribus[43], id est ex sanguine et felle, melancholia et phlegmate. Ex[44] ipsis enim reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum creverint naturae[45], aegritudines faciunt. Sicut autem[46] quatuor sunt[47] elementa, sic et quatuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quatuor humores, sicut quatuor elementa, quae conservant corpora nostra.

16) Caelium Aurelianum fere sequitur in hoc libro. — 17) Vulg. *et potus*, sed *et* om. Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. Vulg. *cib. et potus*, *tegmen et regimen*. Ar. *et tegumen* omisso *tegmen*. — 19) Sic Gu. 1. Vulg. *Denique defensio omnis atque num.* — 20) *a* addidi e Gu. 1. — *temperamentis* al. — 21) Sic Gu. 1. al. — *aestimatur* vulg. — 22) *in multum* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *mediocri* vulg. — 24) *omnis* al. om. — 25) *ac* al. — 26) *et* al. — 27) Sic Gu. 1. — *ampliavit* vulg. — 28) al. om. al. *fere* — *periit* pro *defecit* va. — 29) *tempora* al. — al. *annos*. — 30) *in* pro *ad* Gu. 1. 2. — 31) *Hi* addidi e Gu. 1. 2. — 32) *ac carm.* Gu. 2. — 33) *exper. const.* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — 35) *vel infirmitatibus* pr. — *vel infirmitatum* va. — 36) al. *infirmitatum*, *per quam causas*, *ratione adhibita perscrutetur*, *curam rationabiliter perscrutatus est*. 37) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ergo* vulg. — 38) *nec causas* al. om. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ea* vulg. — 40) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *demonstrent* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *producit* vulg. — 42) Vulg. add. *enim*, quod om. Gu. 1. 2. — 43) *hum. nasc.* Gu. 2. — 44) *Ex ipsis* usque ad *infirmi* om. Ar. — 45) Sic Gu. 1. — *nat. crev.* vulg. — 46) Sic Ar. al. — *enim* vulg. — 47) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va.

4. Sanguis ex Graeca etymologia vocabulum sumpsit, quod vegetet et sustentet et vivat [1]. Choleram [2] Graeci vocaverunt, quod unius diei spacio terminetur, unde et colera, id est fellicula, nominata [3], hoc est, fellis effusio. Graeci enim fel *χολὴν* dicunt.

5. Melancholia dicta, eo quod sit ex nigri sanguinis [4] fece admixta abundantia [5] fellis. Graeci enim *μέλαν* nigrum vocant, fel autem *χολὴν* appellant.

6. Sanguis Latine vocatur [6], quod suavis sit [7], unde et homines, quibus dominatur sanguis, dulces ac [8] blandi sunt.

7. Phlegma [9] autem dixerunt, quod sit frigida. Graeci enim frigus *φλέγμονα* appellant [10]. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, et ex ipsis [11] laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra naturae cursum creverint [12], aegritudines faciunt. Ex sanguine enim [13] et felle acutae passiones nascuntur, quas Graeci *ὀξέα* [14] vocant. Ex phlegmate vero et melancholia veteres causae procedunt, quas Graeci *χρόνια* [15] dicunt.

CAP. VI. *De acutis morbis.*

1. *Ὀξεῖα* [16] acutus morbus, qui aut cito transit, aut celerius interficit, ut pleurisis [17], phrenesis. *Ὀξὺ* enim apud Graecos acutum [18] et velocem significat [19]. *Χρόνια* est prolixus corporis morbus, qui multis temporibus remoratur, ut podagra, phthisis [20]. *Χρόνος* enim apud Graecos tempus dicitur [21]. Quaedam autem passiones ex propriis causis nomen acceperunt.

2. Febris a fervore dicta [22], est enim [23] abundantia [24] caloris.

3. Phrenesis appellata sive ab impedimento mentis, quia Graeci mentem [25] *φρένας* vocant, sive [26] quod dentibus infrendant [27]. Nam frendere est dentes concutere. Est autem perturbatio mentis [28] cum exagitatione et dementia ex colerica vi effecta.

4. Cardiace [29] vocabulum a [30] corde sumpsit, dum ex aliquo timore [31] aut dolore efficitur [32]. Cor enim Graeci *καρδίαν* vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu.

1) Sic Gu. 1. (*sustinet* alius *sustentet*) Ar. — Idem legitur lib. XI, 1, 122., ubi item Gu. 1. activa exhibet. Vid. not.— Gu. 2. *vegetet et urit sustentet* — *quod vegetetur et sustentetur* al. pr. — *quod ex eo corpus vegetetur et sustentetur et vivat* vulg. — *quod vegetetur et urit sustentetur et vivat* va. — 2) *namque* add. Gu. 1. — 3) vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. 2. nisi quod exhibent *sudoris sanguinis*, quod nescio quomodo expliceem. Vulg. *quod ex nigri sanguinis fece admixta sit.* — *sit* om. pr. va. — 5) *et abundantia* Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. al. — *vocatus* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *sit suav.* vulg. — 8) *et* Gu. 2. pr. va. Ar. — 9) *fleuma* Gu. 1. — 10) Verba: *Graeci* usque ad φλέγμονα addidi e Gu. 1. 2. 3. 4. va. pr. Ar. — *rigorem* pro *frigus* Gu. 2. 3. Ar. — *frigorem* Gu. 4. — *frigidum* pro *frigida* Arev. — 11) Sic Gu. 1. 2. (*et* om.)— *ex his* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *extra cursum nat.* Gu. 2. pr. va. Ar. — *excursum naturae* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *autem* vulg. — 14) ὀξέας Ar. — 15) χρονίας Ar. — 16) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1.— *Oxea* Ar. Graecas literas retinui, quamquam in codd. Latinae sunt. — 17) *pleuresis* Gu. 1. al. pr. va. — *pleuritis* Ar. — 18) Sic Gu. 1. — *acut. ap. Graec.* vulg. — 19) *significant* va. — 20) *tussis* Gu. 1. — *tisis* Gu. 2. — *thisis* pr. va. — 21) Codd. Gu. 1. 2. 3. 4. gothici et Lucensis, pr. va. addunt h. l., quae leguntur §. 7. a verbo: φλεγμονὴ etc. ubi varietates lectionis indicabo. Iidem codd. goth. et Lucens. om. vv. *Quaedam . . . acc.* — *dicitur tempus* Gu. 2. — 22) Vulg. *dicta est*, sed *est* om. Gu. 1. 2. — 23) *etenim* va. — 24) *ab habund.* Gu. 1. — 25) *mentes* Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *seu* vulg. — 27) *frendant* al. — *frendent* al. — 28) *mentis* addidi e Gu. 1. al. — 29) *Cardia* Gu. 1. 2. 3. 4. al. pr. va. — 30) *ex* Gu. 2. va. — 31) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *tumore* vulg. Caelius quidem lib. II. cap. 31. refert ex Artemidoro et Asclepiadis sectatoribus esse *tumorem secundum cor*, at paulo post ipse Isidor. *cum formidabili metu.* — 32) Sic Gu. 1. al. — *afficitur* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. 3. Ar. — *Loetaria* pr. — *Lethargus* vulg. — 34) *Sinancis* Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va.

5. Lethargia[33] a somno vocata. Est enim oppressio cerebri cum oblivione et somno iugi, veluti stertentis.

6. Synanche[34] a continentia spiritus et praefocatione dicta. Graeci enim *συνάγχειν*[35] continere dicunt. Qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium praefocantur.

7. Phlegmone[36] est fervor stomachi cum extensione atque dolore, sive *φλεγμονὴ*[37] est inquietudo cum rubore et dolore et extensione[38]. Quae[39] cum coeperit fieri, febris[40] consequitur. Unde et dicta est *φλεγμονή*[41], *ἀπὸ φλέγειν*[42], id est inflammare[43]. Sic enim sentitur et inde nomen accepit.

8. Pleurisis[44] est dolor lateris acutus cum febre et sputo sanguinolento[45]. Latus enim Graece *πλεῦρα* dicitur, unde[46] pleuritica[47] passio nomen accepit.

9. Peripleumonia[48] est pulmonis vitium cum dolore vehementi[49] et suspirio. Graeci enim pulmonem *πλεύμονα*[50] vocant, unde[51] et aegritudo dicta[52].

10. Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia, quod ex letali percussu repentinus casus fiat. Graeci enim percussionem *ἀποπληξίαν*[53] vocant.

11. Spasmus Latine[54] contractio subita partium aut nervorum cum dolore vehementi[55]. Quam passionem a corde nominatam dixerunt, quia[56] in nobis principatum vigoris habet. Fit autem ex[57] duobus modis, aut ex repletione, aut ex inanitione.

12. Tetanus maior[58] est contractio nervorum a cervice ad dorsum.

13. Telum lateris dolor est. Dictum[59] autem ita a medicis[60], quod dolore corporis[61] transverberat[62], quasi gladius.

14. Ileos dolor intestinorum[63]. Unde et ilia dicta sunt. Graece enim *εἰλύειν*[64] obvolvere dicitur, quod se intestina prae[65] dolore involvunt[66]. Hi et torminosi dicuntur ab intestinorum tormento[67].

15. *Ὑδροφοβία*, id est aquae metus[68]. Graeci enim *ὕδωρ* aquam vocant, *φόβον* timorem[69] dicunt, unde[70] et Latini hunc morbum ab aquae meatu[71] lymphaticum vocant. Fit au-

— 35) *Sinancis* Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — *συνέχειν* Ar. — 36) *fleumon* Gu. 1. 2. pr. va. — *flegmon* gothici et Lucens. — 37) *flecmon* Gu. 2. al. pr. va. — *fleumon* priore loco Gu. 3. 4. — *flegmon* al. — *fleumoniptinquietum* Gu. 2. va. priore loco. — *fleomonem inquietum* Gu. 2. va. priore loco. — *est morbus inquietus* cod. Lucens. priore loco. — 38) *et tensione* Gu. 1. — *et dol. extens.* Gu. 2. uterque priore loco. Hoc loco Gu. 1. pro *et dol.* exhibet *atque dol.* Arev. om. vv. *Sive* usque ad *vastitate.* Verba: *et extensione et duricia et vastitate*, quae seq. post *extens.* om. Gu. 1. hoc loco, priore retinet. — 39) *Nam cum* priore loco omnes libri et Arev. hoc loco. — 40) Vulg. *inquietudo et febris*, sed priora om. Gu. 1. hoc loco, priore retinet cum reliquis. — 41) *fleumon* utroque loco Gu. 1. 3. 4. pr. va. — *fleonian* priore loco Gu. 2. — 42) Vulg. *ἀπὸ τοῦ φλέγειν*, articulum om. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. hoc et priore loco. — 43) Latina addidi e codd. et libris editis pr. va. Ar., nisi quod vitiose omnes praeter Arev. exhibent *id est inflammans.* — 44) Sic scripsi, quum in codd. esset Gu. 1. 2. 3. pr. va. — *Pleuritis* vulg. — 45) cod. Alban. add. *et sanioso. De his vero signis si unum defuerit, pleuritica dici non potest.* — 46) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — *inde et* al. — 47) *pleuretica* Gu. 1. 2. pr. va. — 48) Sic Gu. 2. 3. pr. va. — *Perifleumonia* Gu. 1. — *Peripneum.* vulg. — 49) *nimio vel vehem.* va. — 50) Sic Gu. 3. — *fleumon* Gu. 1. 2. pr. — *πνεύμονα* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *inde* vulg. — 52) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. — *ἀπόπληξιν* vulg. — 54) *apud Latinos* Gu. 2. — 55) *nimio* pr. va. al. — 56) *quod* Ar. — 57) *ex* addidi e Gu. 1. — 58) *maiorum* Ar. — 59) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. — 60) *a med. ita* Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. — *corpus* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *transverberet* vulg. — 63) *dolor est* Gu. 2. va. — *intestinarum* Gu. 2. pr. — 64) *ilios* Gu. 1. 2. — *yleos* Gu. 3. pr. va. — *εἰλεῖν* Ar. — 65) *pro* Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. — *involvant* vulg. — 67) *ob — tormenta* al. — 68) *meatus* Gu. 1. — 69) *tumorem* Gu. 1. — 70) *unde* usque ad *vocant* om. al. — 71) *ab aquae meatu* Gu. 1. — *ob*

tem vel[1] ex canis rabidi morsu[2], aut ex aeris[3] spuma in terram proiecta, quam si homo tetigerit aut bestia[4] aut dementia repletur, aut in rabiem vertitur.

16. Carbunculus dictus, quod in ortu suo rubens sit, ut ignis, postea niger, ut carbo extinctus.

17. Pestilentia est contagium, quod dum unum apprehenderit[5], celeriter ad plures transit. Gignitur autem[6] ex corrupto aere, et in visceribus penetrando innititur. Hoc[7] etsi plerumque per aerias[8] potestates fiat[9], tamen sine arbitrio omnipotentis Dei non[10] fit.

18. Dicta autem pestilentia, quasi pastulentia[11], quod veluti incendium depascat:

Et[12] toto descendit[13] corpore pestis.

Idem[14] et contagium a contingendo, quia quem[15] tetigerit, polluit[16].

19. Ipsa et inguinia[17] ab inguinum percussione. Eadem et lues a labe et luctu vocata, quae tanto[18] acuta est, ut non habeat spacium temporis, quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit.

CAP. VII. *De Chronicis morbis.*

1. Chronica[19] est prolixus morbus, qui multis temporibus remoratur[20], ut podagra, phthisis[21]. *Χρόνος*[22] enim apud Graecos dicitur tempus[23].

2. Cephalea[24] ex causa[25] vocabulum sumpsit[26]. Capitis enim passio est, et Graeci *κεφαλὴν* caput vocant[27].

3. Scotoma[28] ab accidenti[29] nomen sumpsit, quod repentinas tenebras ingerat[30] oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem est, quotiescunque ventus consurgit, et terram in circuitum[31] mittit.

4. Sic et in vertice[32] hominis arteriae et[33] venae ventositatem ex resoluta humectatione[34] gignunt, et in oculis gyrum faciunt. Unde et vertigo nuncupata[35] est.

5. Epilepsia vocabulum sumpsit, quod mentem apprehendens pariter[36] et[37] corpus possideat. Graeci enim apprehensionem[38] *ἐπιληψίαν* appellant[39]. Fit autem ex melancholico hu-

aquae metum vulg. — *ab aquae metu* Gu. 2. — 1) *aut* Gu. 2. pr. va. — 2) *ex canis morsu rapidi* Gu. 2. — 3) *eius* var. lect. apud Gothofr. Arev. — 4) Sic Gu. 1. — *homo vel bestia tetig.* vulg. — 5) *apprehendiderit* Gu. 1. — 6) *enim* Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *haec* vulg. — 8) *aeris* Gu. 1. — *aereas* Ar. — 9) *fit* va. — 10) *omnino non* vulg., sed *omnino* om. Gu. 1. — 11) *pastulantia* Gu. 1. — 12) *ut* Gu. 1. — 13) *descendat* Gu. 1. Ar. va. — *desaeviat* Gu. 3. supra lin., in textu est vulg., quae est ap. Virgil. Aen. V, 683. — 14) *Eadem* va. — 15) *quemcunque* al. — *quemque* Arev. — 16) *polluet* Gu. 1. — 17) *inguina* Gu. 1. 2. pr. va. — *inguinaria* Arev. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *tantopere* vulg. At eodem modo loquitur Isidor. VI, 19, 21. XII, 2, 38. XIV, 8, 10. — *tantum* va. — 19) *Chronia* Ar. va. — 20) *renovatur* al. — 21) *tussis* Gu. 1. 2. al. hic et infra — *thisis* pr. va. — 22) *Cronon* Gu. 1. 2. pr. va. — 23) Sic Gu. 1. — *temp. dic.* vulg. — 24) *Cefalia* Gu. 1. — *autem* sequitur in Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *capite* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *habet* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *Graeci enim caput κεφαλὴν voc.* vulg. *Et Graeci cap. cefalin* Gu. 2. al. — *Gr. cap. κεφ.* pr. — *capitis enim passione et Graeci caput cephalin voc.* va. — 28) *Scotomia* Gu. 1. pr. va. — 29) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *accidente* vulg. — *accidendo* al. — 30) *ingerit* al. — 31) *in circuitum* Ar., quem sequor, quia idem cum Gu. 1. 2. pro *movet* scripsit *mittit.* — 32) *verticem* Gu. 1. 2. — 33) *et* om. Gu. 1. — 34) *humectione* Gu. 2. — 35) *nominata* Gu. 2. — 36) *pariter appreh.* Gu. 1. — *appendens* Gu. 2. al. va. — 37) Sic Gu. 1. — *etiam* vulg. — *corpus etiam pariter* Gu. 2. — 38) *appension.* Gu. 1. 2. va. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. — *vocant* vulg. — 40) *abundaverit* al. — 41) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *adversus* vulg. — 42) Vulg. *et caduca*, sed *et* om. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 44) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *spumas* al. — *spasmum* vulg. — 45) *vocant* Gu. 2. — 46) *per lunae cursum* Gu. 2. va.

more, quotiens exuberaverit[40] et ad cerebrum conversus[41] fuerit. Haec passio caduca[42] dicitur[43], eo quod cadens aeger spasmos[44] patiatur.

6. Hos etiam vulgus lunaticos vocat[45], quod per hunc cursum[46] comitentur eos insidiae[47] daemonum. Idem[48] et larvatio[49], idem[50] est et morbus comitialis, id est[51] maior et divinus[52], quo caduci tenentur. Cuius[53] tanta vis est, ut homo valens concidat spumetque[54].

7. Comitialis autem dictus, quod apud[55] gentiles cum comitiorum die cuiquam[56] accidisset, comitia dimittebantur[57]. Erat[58] autem apud Romanos comitiorum dies solemnis in kalendis Ianuarii[59].

8. Mania ab insania vel furore vocata. Nam Graecorum vetustas furorem *μανίαν*[60] appellavit[61], sive ab iniquitate, quam Graeci *μανίαν* vocaverunt[62], sive a divinatione, quia[63] Graece *μανεῖν* dicitur divinare[64].

9. Melancholia dicta est a nigro felle. Graeci enim nigrum *μέλαν* vocant, fel autem *χολὴν* appellant. Epilepsia autem in phantasia fit; melancholia in ratione; mania in memoria.

10. Typi[65] sunt frigidae febres, qui[66] abusive typi appellantur[67] ab herba quae in aqua nascitur[68], Latine[69] forma atque status dicitur. Est enim accessionum vel recessionum[70] revolutio per statuta temporum intervalla.

11. Reuma Graece, Latine eruptio, sive fluor appellatur.

Catarrhus est fluor reumae ingis ex naribus, quae[71] dum ad fauces venerit, *βράγχος* vocatur; dum ad thoracem, vel pulmonem, *πτύσις*[72] dicitur.

12. Coryza[73] est, quoties infusio[74] capitis in os[75] venerit narium, et praefocationem[76] fecerit cum sternutatione, unde et coryza nomen accepit.

13. Branchos est praefocatio faucium a[77] frigido humore. Graeci[78] enim guttur *βράγχος* dicunt, circa quem[79] fauces sunt, quos[80] nos corrupte brancia[81] dicimus.

14. Raucedo amputatio[82] vocis. Haec et arteriasis vocatur, eo quod raucam vocem[83] et clausam reddat ab arteriarum iniuria[84].

— *per hunc cursu* Gu. 1. — *pro lunae cursu* Ar. *Lunae* vocabulum potius e *lunaticos* repetendum. — 47) Sic Gu. 1. al. var. lect. ap. Gothofr. — 48) Sic Gu. 1. 2. al. — *Eadem* vulg. — 49) *larbaticus* Gu. 2. — 50) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. esset *id est*, quod saepe cum *idem* confunditur in codd. Vulg. *ipse.* — 51) *idem* Ar. — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *diutinus* vulg. Caelius I. Tard. cap. 4. *sacram* dicit appellatam *passionem, sive quod divinitus putetur immissa* etc. — 53) *Cui* al. va. — 54) *spumatque* Gu. 1. pr. va. — 55) *apud* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 56) *quicquam* Gu. 2. — 57) *dicebantur* Gu. 2. — 58) *erant* Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. — *Ianuariis* va. — *in kalendas Ianuarias* al. — *III. kal. Ian.* Arev. — 60) *manicen* Gu. 1. 2. pr. — *μαντικήν* Arev. — 61) Sic Gu. 1. — *appellabat* vulg. — *appellabant* pr. — *vocat* Gu. 2. — 62) Verba: *sive ab iniq.* usque ad *vocaverunt* addidi e Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. — *ab inanitate* Arev. al. *ab antiquitate.* Al. *vocant.* — 63) Sequitur vulg. *divinare*, quod Gu. 1. in fine addit. — 64) Sic Arev. Codd. Gu. 1. 2. 3. pr. va. *manin* pro *μαντεύειν* exhibent. — 65) Sic Gu. 1. h. l. et postea. pr. Ar. — *tibi* Gu. 2. — *Typhi* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *quae* vulg. — 67) *appellabantur* pr. va. — 68) *febres, quia τύπος Latine forma atque status dicitur. Est enim* etc. Arev. — 69) Vulg *quae Latine*, sed *quae* om. Gu. 1. — 70) Vv. *vel recessionum* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 71) *qui* Gu. 2. al. — 72) *tussis* Gu. 1. — *tisis* Gu. 2. pr. — *φθίσις* vulg. — *πτύσις* Ar. ex Aurel. lib. II. tard. cap. 7. — 73) *Corisia* va. utroque loco. — 74) *influxio* Arev. e Cael. 2, 7. — 75) Sic Gu. 1. — *ossa* vulg. — 76) *provocationem* Ar. — 77) *a* om. Gu. 2. — *cum frig.* al. — 78) *Graece . . . . . dicitur* Gu. 2. — 79) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *quod* vulg. — 80) *quas* Ar. pr. — *quae* Gu. 2. — *quam* va. — 81) *brancias* Gu. 2. al. va. — *branchias* Ar. — 82) *est amput.* Gu. 2. — 83) Sic Gu. 1. — *vocem raucam* vulg. — 84) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *iniuriis* vulg. — *ab art. ini.* al. om.

Suspirium nomen sumpsit, quia inspirationis difficultas est, quam Graeci *δύσπνοιαν*[1] dicunt, id est praefocationem[2].

15. Peripleumonia[3] a pulmonibus[4] nomen accepit. Est enim pulmonis tumor cum spumarum sanguinearum effusione.

16. Haemoptois[5] emissio sanguinis per ora[6], unde et nomen accepit. *Αἷμα* enim sanguis dicitur.

17. Phthisis[7] est ulceratio et tumor in pulmonibus, qui iuvenibus[8] facilius evenire solet[9]. *Φθίσις*[10] autem[11] apud Graecos dicta est[12], quod sit consumptio[13] totius corporis.

18. Tussis Graece ab altitudine vocatur, quod a profundo pectoris veniat. Cuius contraria est superior in faucibus, ubi uva distillat[14].

19. Apostema[15] a collectione nomen accepit. Nam collectiones Graeci apostemas[16] vocant.

20. Empye[17] dicta est apostema[18] intrinsecus vel in latere, vel in stomacho cum dolore et febribus et tussi[19] et abundantibus[20] spumis[21] et purulentiis[22].

21. Hepaticus[23] morbus a[24] iecoris passione nomen accepit. Graeci enim iecur *ἧπαρ*[25] vocant.

22. Lienosis a[26] splene vocabulum sumpsit. Graeci enim[27] *σπλὴν*[28] lien vocant[29].

23. Hydrops[30] nomen sumpsit ab aquoso humore cutis. Nam Graeci *ὕδωρ*[31] aquam vocaverunt. Est enim humor subcutaneus[32] cum inflatione[33] turgente et anhelitu foetido.

24. Nephresis[34] a renum[35] languore[36] nomen accepit. Renes enim Graeci *νεφροὺς*[37] dicunt[38].

25. Paralysis dicta a corporis impensatione[39], facta ex multa infrigidatione, aut in toto corpore, aut in parte.

26. Cachexia nomen sumpsit a corporis iniuria, aut ab habitu[40]. *Καχεξίαν* enim malam vexationem Graeci[41] vocaverunt. Fit[42] haec passio intemperantia[43] aegrotantis, vel mala[44] curatione medicaminis[45], aut post aegritudinem tarda resumptione[46].

1) *dissodam* Gu. 1. — *disotam* Gu. 2. — *disnoan* Gu. 3. pr. va. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *suffocat.* vulg. — 3) Sic Gu. 1. 2. pr. — *Peripneum.* vulg. — 4) *pulmone* al. — 5) Sic Ar. — *Emoptois* Gu. 1. 3. pr., — *Emoctois* Gu. 2. — *Haemoptysis* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — *os* vulg. — 7) *Tussis* Gu. 1. 2. — *tysis* Gu. 3. pr. — 8) *in iuven.* Gu. 2. al. va. — 9) *inveniri solet facilius* Gu. 2. — *venire* pro *evenire* al. — 10) *tussis* Gu. 1. 2. — *tisis* pr. — 11) *autem* om. Gu. 2. — 12) *est* addidi e Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *tot. corp. consumtio* (*consummatio* al.) vulg. — 14) *titillat* Gu. 2. al. va. Sed cfr. Martial. X, 56. *Non secat et tollit stillantem Fannius uvam.* — 15) *Apostoma* Gu. 1. 2. pr. — 16) *ἀποστήματα* Ar. — *apostomas* Gu. 2. 3. pr. va. — *apostomos* Gu. 1. Retinere malui codd. scripturam, quam Isidorum corrigere. — 17) Sic Arev. — *ἐμπύησις* vulg. — *Enpus* Gu. 1. — *Empus* Gu. 2. va. — *Empis* pr. — *Empyis* Gu. 3. — 18) *dicta ab apostoma* Gu. 1. 2. pr. va. — 19) *tusse* Gu. 2. — 20) *ab abund.* va. — 21) *sputis* Ar. — 22) *purulentis* Gu. 1. al. va. — 23) Sic Arev. va. — *ypaticus* Gu. 1. 2. 3. pr. — 24) *e* Gu. 2. — 25) *epaten* va. — *ypaten* Gu. 1. 2. 3. pr. — 26) *ab* Gu. 2. va. — 27) *enim* om. Ar. — 28) *splenen* Gu. 1. 2. — 29) *dicunt* Gu. 2. pr. va. al. — 30) *ydropis* Gu. 1. 2. 3. al. pr. va. — 31) *ydros* Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 32) *subcut. hum.* Gu. 2. — 33) *inflammatione* al. — 34) Sic Gu. 1. 2. 3. al. pr. va. — *Nephritis* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *renium* vulg. — 36) *langore* Gu. 1. — *dolore* Gu. 2. — 37) *nefresin* Gu. 1. 2. pr. va. — *nefretyn* Gu. 3. — 38) *dicuntur* (sic) Gu. 2. — 39) *a corporis morbi abundantia* al. — 40) Sic Gu. 1., qui exhibet *aut ab ambitu.* al. *vel a lambitu.* Princ. edit. cum va. haec om. — Vulg. *vel malo habitu* — *vel habitu* Gu. 2. — al. *malo habitu vel iniuria* — *iniuria vel* om. Ar. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *Graeci mal. vex.* vulg. — 42) Vulg. *Fit autem*, sed *autem* om. Gu. 1. — 43) Vulg. *ex intemp.*, sed *ex* om. Gu. 1. 2. al. — 44) Sic Gu. 1. — *vel cur. mala* Gu. 2.

27. Atrophia nomen accepit ab[47] diminutione corporis. Nam Graeci nutrimenti cessationem *ἀτροφίαν* dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus et paulatim convalescentibus.

28. Sarcia[48] est superfluum carnis incrementum, quo[49] ultra modum corpora saginantur. Graeci enim carnem *σάρκα*[50] vocant.

29. Ischias[51] vocata a corporis parte, quam vexat. Nam vertibulorum[52] ossa, quorum[53] summitas iliorum[54] initio terminatur[55], Graeci *ἰσχία*[56] vocant. Fit autem, de phlegmate[57] quotiens descenderit[58] in recta ossa, et efficitur ibi glutinatio.

30. Podagram Graeci a retentione pedum dicunt nominatam, et a ferali dolore. Siquidem omne, quod immite fuerit, abusive agreste vocamus.

31. Arthriticus[59] morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit.

32. Calculus petra[60] est, quae in vesica fit[61], unde et nomen accepit. Gignitur autem[62] ex materia phlegmatica.

33. Stranguria[63] dicta est, eo quod stringat[64] urinarum difficultatem.

34. Satyriasis iuge desiderium Veneris cum extensione naturalium locorum. Dicta passio a Satyris[65].

35. Diarrhoea[66] iugis ventris cursus[67] sine vomitu.

36. Dysenteria[68] divisio continuationis, id est ulceratio intestini. *Δύς* enim divisio est[69], *ἔντερα*[70] intestina. Fit autem antecedente[71] fluore, quem[72] Graeci *διάῤῥοιαν*[73] vocant.

37. Lienteria dicta, quod cibum tanquam per laevia[74] intestina[75] nullis[76] obstantibus prolabi faciat[77].

38. Colica[78] passio nomen accepit[79] ab intestino, quod[80] Graeci *κῶλον* appellant.

39. Rhagadiae[81] dicuntur, eo quod fissurae[82] sint rugis collectae circa orificium[83]. Hae et[84] haemorrhoidae[85] a sanguinis fluore dictae. Graeci enim sanguinem *αἷμα* dicunt.

pr. va. Ar. — *mali medicaminis* al. — Vulg. *mala* om. — 45) *medicantis* Ar. — 46) Sic Ar. — *resumptio* codd. et editt. pr. va. cum vulg. — 47) *ab* Gu. 1. — *a* vulg. — 48) Sic Ar. — *sartian* Gu. 1. al. pr. — *Sarcianus* Gu. 2. — *Sarcinian* va. — *farcina* va. — *Sarcoma* vulg. — 49) *quod* Gu. 1. al. — 50) *sarcian* Gu. 1. 2. pr. — *sarcinan* va. — 51) *Sciassis* Gu. 1. 2. 3. al. pr. — *Scialis* va. — *ischiasis* al. — *corporis parte* pro *parte corp.* scripsi e Gu. 1. — 52) *vertebrorum* va. — 53) *qua* al. — 54) *illorum* al. — 55) *terminantur* Ar. Om. va. — 56) *scia* Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 57) Vv. *de phlegmate* addidi e Gu. 1. (*fleuma* sine *de*) 2. (*de flegma*) 3. pr. va. (qui libri exhibent *de flegmate.*) — 58) *descendit* al. — 59) Sic Ar. — *Artetricus* Gu. 2. — *Artericus* Gu. 1. pr. va. — *Arthritis* vulg. — — 60) *petra* pro *lapis* scripsi e Gu. 1. 2. Ar. Hinc etiam *quae* pro *qui.* — 61) *est* (vel fit) (sic) Gu. 2. — 62) *enim* Gu. 1. — 63) *Stranguinaria* va. — 64) *distringat* al. — 65) Gothici addunt: *Alexander historiographus ait, Vulscos* (al. *Vulsos*) *quidam appellatos aiunt a Vulsco Antiphatele Strigonis filio. Fabius quoque Sicolicis* (*sic colicis*) *profectos corrupto nomine Vulscos ait dictos.* — 66) *Diarria* Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 67) *fluxus* Arev. — 68) Vulg. *Dys. est*, sed *est* om. Gu. 1. — 69) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *difficultatem significat* vulg. — 70) *intra* Gu. 1. — *synteria* Gu. 2. — *yntera* Gu. 3. — *interia* pr. — *ienteria* va. — 71) *antecedenti* Gu. 2. — 72) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *quam* vulg. — 73) *Diarian* Gu. 1. 2. 3. pr. — 74) Sic Ar. — *lenia* Gu. 1. al. — *lineam* vulg. — 75) *intestine* Gu. 1. 2. pr. va. — *intestini* al. — 76) *nullis* om. Gu. 2. — 77) Sic Gu. 1. — — *facit* (*faciat* Gu. 2. pr. Ar.) *prolabi* vulg. — 78) *Colia* pr. *Colicula* va. — 79) Sic Gu. 1. — *sumpsit* vulg. — 80) *quem* Gu. 1. 2. — *quae* edit. Gothofr. — 81) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. — *Ragades* vulg. — *Rhagadia* Cels. VI, 17. et sic al. apud Isidor. — 82) *scissurae* al. — 83) *ora faucium* va. — 84) *Haec*, om. *et*, Gu. 1. al. — 85) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. al. — *haemorroi*

C A P. VIII. *De morbis qui in superficie corporis videntur.*

1. Alopecia[1] est capillorum fluor circumscriptis[2] pilis fulvis, aeris qualitatem habentibus: vocata hoc nomine a similitudine animalis vulpeculae, quam Graeci ἀλώπεκα[3] vocant.

2. Parotidae[4] sunt duritiae[5], vel collectiones, quae ex febribus aut ex aliquo[6] alio nascuntur in aurium vicinitates[7], unde et παρωτίδες sunt appellatae. Ὦτα enim Graece auricula dicitur[8].

3. Lentigo est[9] vestigia macularum parvula in rotunditatem[10] formata, ab[11] specie lenticulae dicta.

4. Erysipelas[12] est, quem[13] Latini sacrum ignem appellant, id est execrandum per antiphrasim. Siquidem in superficie rubor flammeus cutis rubescit[14]. Tunc mutuo[15] rubore quasi ab igne vicina invaduntur loca, ita ut etiam febris excitetur.

5. Serpedo est rubor cutis cum pustularum extantia, et nomen sumpsit a serpendo, eo quod serpat per membra.

6. Impetigo est sicca scabies, prominens a corpore cum asperitate et rotunditate formae. Hanc vulgus sarnam[16] appellant[17].

7. Prurigo est[18] vocata a perurendo[19] et ardendo.

8. Nyctalmus[20] est passio, qua[21] per diem visus patentibus oculis denegatur et nocturnis irruentibus tenebris redhibetur[22], aut versa vice, ut plerique volunt, die redditur, nocte negatur.

9. Verrucae aliud sunt: satyriasis[23] aliud. Verrucae singillatim[24] sunt, satyriasis vero una[25] fortior, ac circa ipsam plures inveniuntur[26].

10. Scabies[27] et lepra utraque passio ab asperitate[28] cutis cum pruritu et[29] squammatione, sed scabies[30] tenuis asperitas et squammatio est. Hinc denique nomen accepit, quae[31] ita[32] veluti purgamenta amittat[33]. Nam scabies quasi squamies[34].

11. Lepra vero asperitas cutis[35] squammosa lepidae[36] herbae similis, unde et nomen sumpsit: cuius color nunc in nigredinem[37] vertitur, nunc in alborem, nunc in ruborem. In cor-

des vulg. — 1) *Allopicia* Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 2) *circumseptis* al. — 3) *allopiciam* Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 4) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. al. — *Parotides* vulg. — 5) *durities* al. — 6) Sic Gu. 1. pr. va. al. — *vel alio* vulg. — 7) *vicinitate* pr. va. Ar. — 8) Sic Gu. 1. 2. 3. al. pr. va. Ar. (*graece auriculae dicuntur.*) — 9) *est* om. Ar. — 10) *rotunditate* Gu. 1. 2. — 11) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 12) *Fresipila* Gu. 1. — *Eresipila* Gu. 2. 3. — *Frisipila* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *quam* vulg. — 14) Sic Gu. 1. al. (*cutes*) Vulg. *rubore flammeo cutes rubescunt.* Hoc retinet Ar., nisi quod *cutis rubescit* exhibet. — 15) *moto* Gu. 2. pr. va. Ar. — *multo* al. — 16) *formam* Gu. 1. — 17) Sic Gu. 1. — *appellat* vulg. — 18) *est* addidi e Gu. 1. — *vocata est* Gu. 2. va. — 19) *pruriendo* al. — 20) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. — *Νυκταλωπία* vulg. — Praeponit autem Gu. 2. *Ordeolus. Nyctalmus* sequitur post *Lepra.* — 21) *quem* Gu. 1. Sic idem cod. *visum . . . denegat.* — 22) Sic Gu. 2. Ar. — *redivivit* Gu. 1. — *redditur* vulg. — 23) al. *phtiriasis.* — *aliud est sat.* va. — 24) Sic Gu. 1. al. va. — *singulatim* vulg. — 25) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *alia* al. — *illa* vulg. — *prima* va., quod verum censeo. — 26) *pruritus ex squammatione inv.* al. — 27) Vulg. add. *quoque*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 28) Sic Gu. 1. — *asperitas* va. — 29) *et* pro vulg. *atque* scripsi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 30) *et lepra* al. add. — 31) *quod* al. var. lect. ap. Goth. — *velociter* pro *veluti* var. lect. ap. Goth. — 32) *ita* om. Gu. 2. al. — 33) Sic Gu. 2. Ar. — *admittat* vulg. — 34) *scamies* Gu. 1. 2. — *squammies* Ar. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *cutis asper.* vulg. — 36) *alepidae* al. — *alepidi* al. — *lepidi similis* Ar. — 37) *nigritudinem* al. — 38) Sic Gu. 1. — *col. div.* vulg. — 39) *ubique se* va. — 40) *adulteri* Gu. 2. pr. va. — 41) Sic Gu. 2. 3. pr. va. — *Elephantiasus* Gu. 1. — *Elephantiasis* vulg. — 42) *a* pro vulg. *ex* scripsi e Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. va. Ar. — *elephanti* vulg. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *dura et asp. pellis* vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *corp. superf.* vulg. — 46) *Graece ... appellatur* Ar. — 47) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 48) *fellis* Ar. — *fellei id est nigri* al. et var.

pore hominis ita lepra dinoscitur: si variatim inter sanas cutis partes diversus color[38] appareat, aut si ita se ubique[39] diffundat, ut omnia unius coloris quamvis adulterini[40] faciat.

12. Elephantiacus[41] morbus dicitur a[42] similitudine elephantis[43], cuius naturaliter dura pellis et aspera[44] nomen morbo in hominibus dedit, quia superficiem corporis[45] similem facit elephantorum cuti, sive quia ingens passio est, sicut animal ipsum, ex quo derivatum ducit nomen.

13. Icteris Graeci appellant[46] a cuiusdam animalis nomine, quia[47] sit coloris fellei[48]. Hunc morbum Latini[49] arcuatum[50], a similitudine[51] coelestis arcus. Auriginem[52] vero Varro appellari ait[53] a colore auri[54]. Regium autem morbum inde existimant[55] dictum, quod vino bono et regalibus cibis facilius[56] curetur.

14. Cancer a similitudine animalis maritimi est[57] vocatum. Vulnus sicut[58] medici dicunt nullis medicamentis anabile. Aut[59] ergo praecidi solet[60] a corpore membrum, ubi nascitur, ut aliquantulum[61] vivat: tamen inde mortem, quamlibet tardius, affuturam.

15. Furunculus[62] est tumor in acutum surgens, dictus, quod ferveat, quasi fervunculus, unde et Graeci *ἄνθραξ* dicunt[63], quod sit ignitus.

16. Ordeolus est parvissima atque[64] purulenta collectio in capillis[65] palpebrarum[66] constituta, in medio lata, et ex utroque conducta, hordei granum simulans[67]: unde et nomen accepit.

17. Oscedo est, qua[68] infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium.

18. Frenusculi ulcera in circuitu[69] oris: similia his, quae fiunt in[70] iumentis asperitate frenorum.

19. Ulcus putredo ipsa; vulnus, quod ferro fit, quasi vi ulcus[71]. Et ulcus, quod olet[72], quasi olcus, unde et ulcera[73].

20. Pustula est in superficie corporis turgens[74] velut[75] collectio.

21. Papula est parvissima cutis erectio, circumsepta[76] cum rubore; et ideo papula dicta[77], quasi pupula[78], *συρίγγιον*.

22. Sanies dicta, quod[79] ex sanguine nascatur[80]. Excitato enim calore vulneris sanguis

lect. ap. Goth. — 49) *Latine* al. — 50) Vulg. add. *appellant*, quod om. Gu. 1. — *dicunt* Gu. 2. al. pr. va. — *arquatum* pro *arcuatum* Ar. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — 52) *Auruginem* Gu. 2. Ar. — *Aurigionem* va. — 53) *ait appellatam* Gu. 2. — 54) *vario* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. — *aestimant* vulg. — 56) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *citius* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *maritimi anim.* — *est* addidi ex eod. cod. — 58) Sic Gu. 1. pr. va. — 59) *aut* om. al. — 60) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *debet* vulg. — 61) *aliquanto diutius* Gu. 2. Ar. — *aliquantum diutius* va. — *aliquantum* al. — *mortem inde* va. pro *inde mort.* — 62) Hic ordo verborum est in Gu. 1. 2. Ar. Vulg.: *Ordeolus*, *Furunc.* — *Fervunculus* Gu. 2. pr. — 63) Sic Gu. 1. Vulg. *Graece .... dicitur.* — 64) Sic Gu. 1. — *ac* Gu. 2. pr. va. — *et* vulg. — 65) *in pilis* al. va. — 66) *palpebribus* al. Pal. 281. pro var. lect. *palbebrium.* Consentit edit. princ. — 67) Sic Gu. 1. — *similans* vulg. — *grano similis* al. — 68) Vulg. *in qua*, sed *in* om. Gu. 1. 2. va. — *quo* Gu. 2. — 69) Sic Gu. 1. — *circa rictum oris* vulg. — *circa ictum oris* Gu. 2. — 70) *in* addidi e Gu. 1. — 71) *Vulcus* Gu. 1. — *Vigetulcus* va. — *Vi*, omisso *ulcus* Gu. 2. pr. Ar. — 72) *oleat* va. — 73) Verba: *unde et ulcera* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Ulcus* pro *olcus* Gu. 2. al. pr. va. — 74) Sic Gu. 1. al. — *turgida* vulg. — 75) Vulg. *veluti*, *velut* Gu. 1. — 76) Sic Gu. 1. — *circumscripta* vulg. — 77) *dicta* om. Gu. 2. — 78) *popula* Gu. 1. — *pupillu* al. et var. lect. ap. Goth. Sequitur deinde vulg. *sirimpia*, pro quo Gu. 1. 2. al. pr. va. Arev. exhibent *sirimpio*. Arev. ita: *pupula. Sirimpio ....*, quasi huius vocis deesset explicatio, quod non ita se habere credo. Latet enim, nisi me coniectura mea fallit, in hac voce corrupta Graecum vocabulum *συρίγγιον*, quod est *parva fistula*, parvum ulcus, et explicandi causa iis, quae praecedunt, additur. Quare id recipere non dubitavi, ita: *pupula*, *συρίγγιον*. — 79) *quia* Gu. 2. pr. va. Ar. — 80) Sic Gu. 1. Vulg. *nascitur*.

in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocunque loco, nisi ubi sanguis advenerit, quia omne, quod putrescit, nisi calidum et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri non potest. Sanies autem et tabes sibi differunt. Fluere enim sanie vivorum est, tabe[1] mortuorum.

23. Cicatrix est obductio vulneris[2], naturalem colorem partibus servans: dicta, quod obducat vulnera atque[3] obcaecat[1].

CAP. IX. *De remediis et medicaminibus.*

1. Medicinae curatio spernenda non est[5]. Meminimus enim et Esaiam[6] Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus Timotheo modicum vinum prodesse dixit.

2. Curatio autem morborum tribus generibus[7] constat: Pharmacia, quam Latini medicamina[8] vocant: Chirurgia, quam Latini manuum operationem appellant, manus enim apud Graecos χεῖρες[9] vocantur: diaeta[10], quam Latini regulam nuncupant[11]: est enim observatio legis[12] ac[13] vitae[14].

3. Pharmacia[15] est medicamentorum curatio. Chirurgia[16] est[17] ferramentorum incisio; nam ferro inciduntur[18] quae medicamentorum non senserint medicinam.

4. Antiquior[19] autem medicina herbis tantum et[20] succis erat. Talis enim[21] medendi usus coepit, deinde ferro et caeteris medicamentis.

5. Omnis autem curatio aut ex contrariis aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis, ut frigidum calido, et humido siccum[22]; sicut et in homine superbia sanari non potest, nisi humilitate sanetur.

6. Ex similibus vero, sicut ligamentum vel[23] rotundo vulneri rotundum, vel oblongo oblongum opponitur[21]. Ligatura enim ipsa non eadem membris et vulneribus omnibus, sed similis simili coaptatur, quae duo etiam ipsa adiutoria nominibus suis significant.

7. Nam antidotum Graece, Latine[25] ex contrario datum dicitur. Contraria enim contrariis medicinae ratione curantur. At contra est ex similibus[26], ut πικρά, quae[27] interpretatur amara, quia gustus eius amarus est. Ex convenienti enim nomen accepit, quia amaritudo amaritudinem morbi[28] solvere[29] solet.

8. Omnia autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula. Hiera enim[30] dicta

1) *tabe vero* va. — 2) *vulnerum* Gu. 2. — 3) *atque* pro vulg. *et* scripsi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 4) *obcaecet* Ar. va. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — *non est spern.* vulg. — 6) *et* om. Gu. 1. Sed idem exhibet Tertull. de coron. mil. c. 8., unde hic locus sumptus est. Locus Esaiae est c. 38. v. 21. Locus Novi Testam. est. 1. Timoth. c. 5. v. 23. — 7) *generibus* om. al. — 8) *medicamen* al. — *quae Lat. med.* al. — 9) *chiros* Gu. 1. — *cyros* Gu. 2. pr. va. Legendum χεῖρες; sequitur enim in Gu. 1. *vocantur.* — 10) *diaetan* Gu. 1. pr. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. Arev. — *appellant* vulg. — 12) *mortis* al. — 13) *ac* pro *et* posui e Gu. 1. — 14) Vulg. sequuntur haec: *Sunt autem omni curationi species tres: primum genus diaeteticum, secundum pharmaceuticum, tertium chirurgicum. Diaeta est observatio legis et vitae.* Haec om. Gu. 1. Arev. *omnium curationum* pro *omni curationi.* — *dieticum* pro *diaeteticum* pr. va. — *ac vitae* pr. va., ut supra Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *Pharmaceutica* vulg. — 16) *Cyrorgica* Gu. 2. — 17) *est* om. Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. — *excid.* vulg. — *exciditur, quod non senserit medicinam* al. — 19) *antiquorum* al. — *antiquiorum* al. — 20) *et* pro vulg. *ex* posui e Gu. 1. pr. va. Ar. — 21) *enim* om. Ar. — 22) Sic Gu. 1. — *vel siccum humido* vulg. — *vel hum. sicc.* Gu. 2. pr. va. — 23) *vel* om. Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. al. — *apponitur* vulg. — 25) *Nam antid. quod Lat.* al. — 26) Sic Gu. 1. — *contra ex simili* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *quod* vulg. — 28) *amaritudo morbi amaritudine* Gu. 2. Ar. — 29) *solvi* Gu. 2. pr. va. Ar. — 30) *autem* Gu. 1. — *Hiera dicta enim* Gu.

quasi divina. Arteriaca, quod apta sint gutturis meatui, et tumores faucium et arteriarum leniant. Theriaca est antidotum[31], quo venena serpentium pelluntur, ut pestis peste[32] solvatur. Cathartica[33] Graece, Latine purgatoria dicuntur.

9. Catapotia, eo quod modicum potetur, seu inglutiatur[34]. Diamoron a succo mori[35] nomen sumpsit, ex quo conficitur; sicut diacodion, quia ex codia[36], id est ex papavere fit; sicut diaspermaton, quia ex seminibus componitur.

10. Electuarium vocatum, eo quod molle sorbeatur. Trochiscos[37] dictus, quia in modum rotulae deformatur[38], τρόχος enim Graece rota dicitur. Collyria Latinum sonat[39], quod vitia oculorum detergant. Epithema, eo quod superponatur[40], aliis adiutoriis praecedentibus.

11. Cataplasma, eo quod inductio sola sit. Emplastrum, eo quod inducatur. Malagma, eo quod sine igne maceretur[41] et comprehendatur[42]. Enema Graece, Latine relaxatio[43] dicitur. Pessaria[44] dicta, quod intus iniiciantur[45].

12. Medicinam iumentorum Chiron quidam Graecus invenit. Inde pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. Dictus autem Chiron ἀπὸ τοῦ χειρίζεσθαι[46], quia chirurgus fuit[47].

13. Criticos[48] dies medici vocant, quibus, credo[49], ex indicio infirmitatis hoc[50] nomen impositum est[51], quod quasi iudicent hominem, et sententia[52] sua aut puniant, aut liberent.

CAP. X. *De libris medicinalibus.*

1. Aphorismus est sermo brevis, integrum sensum propositae[53] rei scribens.

2. Prognostica praevisio aegritudinum, vocata a praenoscendo[54]. Oportet enim medicum et praeterita cognoscere[55], et praesentia scire, et futura praevidere.

3. Dynamidia[56], potentia herbarum et vis et possibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa δύναμις[57] dicitur, unde et dynamidia nuncupatur, ubi eorum medicinae scribuntur.

4. Botanicum herbarium dicitur, quod ibi herbae notentur[58].

CAP. XI. *De instrumentis Medicorum.*

1. Enchiridion[59] dictum, quod manu astringitur[60], dum plurima contineat ferramenta, χείρ enim Graece manus appellatur[61].

2. — *Genera et diurna* alii pro *Hiera ... divina.* — *gera* pro *Hiera* va. — 31) Vulg. add. *serpentinum* (al. *serpentium*), quod om. Gu. 1. h. l., sed add. post *venena*, *serpentium.* — 32) *peste pestis* Gu. 2. — 33) *Cartariaca* va. — *Catarticam ... purgatoriam* Gu. 2. — *purgatorium dicunt* al. — 34) *inglutinatur* Gu. 1. — *inglutietur* Gu. 2. — 35) Sic Ar. — *morae* Gu. 1. 2. pr. va. — *mora* vulg. — 36) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. — ἐκ τῆς κωδείας vulg. — 37) *Trochiscus* Ar. — *Trociscus* va. — 38) *deformantur* Gu. 2. — 39) *sonant* va. Ar. — *Latine* pro *Latinum* va. — 40) Sic Gu. 2. pr. va. Arev. — *suppon.* vulg. — 41) *maceratur* va. — 42) *compraedatur* Gu. 1. — 43) *laxatio* Gu. 2. — 44) *Passaria* Gu. 1. — *Pressaria* vulg. — 45) *iniciatur* Gu. 1. — *initiantur* vulg. — 46) ἀπὸ τοῦ χειρίζειν Arev. — 47) Gu. 1. *chirurgus fuit, dicitur appellatus.* — *fuit, unde appellatus* — *chir. fuisse dicitur, appellatus* va. Vulg. *chir. fuisse dicitur, unde appellatus.* — *chir. fuit et idem sic appellatur* vel *appellatus* al. — Ego secutus sum Arev. — 48) *Creticos* Gu. 1. 2. pr. va. 49) Vulg. *ut credo*, sed *ut* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *illud* vulg. — 51) *esse* al. — 52) *sentiant* Gu. 1. — *ex sent.* va. — 53) *praepositae* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — *a praenosc. voc.* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *agnoscere* vulg. — 56) Sic Ar. h. l. et paullo post. — *Dinamedia* Gu. 1. 2. 3. pr. va. h. l. et postea. — *Dynamia* vulg. — 57) *Dinamedis* Gu. 1. pr. va. — 58) *notae sint* al. — 59) *Encerion* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. — *astringatur* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — *Graece vocatur ma-*

2. Phlebotomum ab incisione vocatum. Nam incisio Latine[1], Graece τομή[2] dicitur.

3. Smilaria[3]. Angistrum. Spathomele. Guva, quae a Latinis a similitudine cucurbita[4], a suspirio ventosa[5] vocatur. Denique animata spiritu per igniculum, dehinc[6] praeciso corpori[7] superposita[8] omne, quod intra[9] cutem vel altius aestuat, sive humorem, sive sanguinem, in superficiem vocat[10]. Clyster[11].

4. Pila[12] a pisendis[13] seminibus, id est[14] terendis. Hinc et pigmenta, eo quod in pila et pilo aguntur quasi piligmenta[15]. Est enim pila vas concavum, et medicorum apta[16] usui, in quo[17] proprie ptisanae fieri[18] et pigmenta concidi[19] solent.

5. Varro autem refert et[20] Pilumnum[21] quendam in Italia fuisse, qui pinsendis praefuit arvis[22], unde et[23] pilumni et pistores. Ab[24] hoc igitur[25] pilum et pilam inventam[26], quibus far pinsitur[27], et ex eius nomine ita appellata[28]. Pilum autem est, unde contunditur, quicquid in pilam[29] mittitur.

6. Mortarium[30], quod ibi iam semina in pulverem redacta et mortua condiantur.

7. Coticula[31] est, in qua circumdata[32] collyria resolvuntur. Erit enim lenis. Nam aspera frangi potius, quam resolvi collyrium facit.

CAP. XII. *De odoribus et unguentis.*

1. Odor ab aere vocatus[33].

2. Thymiama lingua Graeca vocatur, quod sit odorabilis[34]. Nam thymus[35] dicitur flos, qui odorem refert. De quo Virgilius:

Redolentque thymo[36].

3. Incensum dictum, quod[37] igne[38] consumitur, dum offertur.

4. Tetraidos formulae incensi in longitudinem porrectae, quae fiunt ex quatuor pigmentis. Quatuor enim Graece τέτταρα, formula εἶδος dicitur.

nus va. — 1) *Latine* om. Gu. 2. pr. va. Ar. — 2) *tomen* Gu. 1. — *tomum* Gu. 2. 3. pr. va. — 3) *Smilaria* Gu. 2. 4. — *Simile* Ar. Desunt autem in codd. et libris editis harum trium vocum interpretationes. Scripsi cum Gu. 2. *Smilaria* pro vulg. *Similaria*. Est enim a Graeco σμίλη, cuius usus est in expurgandis vulneribus. *Angistrum* est, quod medici nunc uncinum dicunt. *Spathomele* ad exploranda ulcera adhibetur. Sequitur *guna*, quod in Gu. 1. scribitur *gluva*, in al. *guvia*, Ar. pr. va. *guva* — *Spatomelacuva* Gu. 2. Recte Arev. pr. va. *guva*, quod est a Graeco κούφας, cucurbitae leves sine scarificatione. Cfr. Cael. Aurel. l. IV. cap. 7. — 4) Sic Arev. — *cucurbitae* vulg. — 5) *ventoso* Gu. 1. — 6) *denique* Gu. 1. — 7) *corpore* Gu. 1. — 8) *supra posita* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *inter* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *vocat in superf.* vulg. — 11) Sic Ar. — *Clistere* Gu. 1.2.3. var. lect. ap. Goth. — *Gliscere* vulg. — om. va. Huius quoque vocis interpretatio deest, quae legitur in cod. Alban. ad marg. *Clyster est instrumentum, per quod enema iniicitur.* — 12) Sic Gu. 1. va. Ar. — *Pisa* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 3. — *pinsendis* vulg. — *pinsandis* va. — 14) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. *Et* vulg. — 15) *pilagm.* Ar. Al. om. vv. *Hinc* usque ad *concidi sol.* — 16) Sic Gu. 1. 2. — *aptum* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *in qua* vulg. — 18) *feriri* va. var. lect. ap. Goth. Al. om. — 19) *concidi vel tundi* va. — 20) *et* addidi e Gu. 1. — 21) Sic Gu. 2. pr. Ar. — *Piliumnum* Gu. 1. — *Pilumnium* vulg. — 22) Lucan. cod. pro correctione *pinsendi praebuit artem*, quod exhibet etiam Florent. cod. S. Marci cum Lucano saepe consentiens. — *pinsandis* va. — 23) *et* om. Gu. 2. — 24) *ob* Gu. 1. — 25) *igitur* pro vulg. *ergo* scripsi e Gu. 1. 2. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. — *pila* edit. Goth. — 27) *pinsetur* Gu. 1. 2. al. pr. va. An fortasse est coniunctivi praesens? Vide Struve über die Lat. Decl. u. Coniug. p. 279. — 28) *appellatur* al. *Et* ante *ex* om. Gu.2.— *ita* om.va.— 29)Sic Gu.1.2. va. Ar.—*pila* vulg.— 30) *est* add. Gu. 2. va.— 31) Vulg. *Citicula* mutavi cum Arev. in *Coticula*. — 32) *circumdata* Gu. 1., quod praetuli vulg. *circumducta*. — 33) Sic Gu. 1. — *vocatus ab aere* vulg. — *vocatur* al. — 34) Sic Gu. 1.— *odorabile* vulg. — 35) *timura* Gu. 1. — *timo* pr. va. — 36) Vulg. addit e Virg. Georg. IV, 169. *flagrantia* (*fragr.* Ar.) *mella*. — 37) Sic Gu. 1. — *quia* vulg.—

5. Stacte[39] est incensum, quod ex pressura manat, dictum a Graecis *παρὰ τὸ στάζεσθαι*[40]; id est optimum.

6. Myrobalanum, quia fit ex glande odorata. De quo Horatius:

Et

Pressa[41] *tuis balanus capillis.*

Oleum est purum nullique rei admixtum[42].

Unguentum vero est omne, quod ex communi oleo confectum aliarum specierum commixtione augetur, odoris iocunditatem sumens et longius redolens.

7. Unguenta[43] autem quaedam dicuntur a locis, ut telinum, cuius Iulius Caesar meminit, dicens:

Corpusque suavi[44] *telino*[45] *unguimus*[46].

Hoc conficiebatur in[47] insula Delo, quae est una[48] ex Cycladibus.

8. Sunt et[49] quaedam ab inventoribus nominata[50], ut amaracinum. Nam tradunt quidam[51], regium quendam puerum Amaracum nomine complura[52] unguentorum genera ferentem casu prolapsum esse, et maiorem ex commixtione odorem creasse. Unde[53] nunc optima unguenta amaracina dicuntur: sunt autem ex genere florum.

9. Item sunt alia[54], quae a materiae suae qualitate dicuntur, ut rosaceum a rosa, cyprinum[55] a flore cypri[56], unde et[57] propriae materiae odorem referunt.

10. Ex his quaedam simplicia unguenta sunt, quae ex[58] una tantum specie existunt, unde et sui nominis referunt odoratum, ut anetinum[59]: est enim sincerum ex oleo et aneto tantum. Composita autem sunt, quae pluribus[60] admixtis fiunt, unde et nominis sui odorem non habent, quia obtinentibus aliis, quae admiscentur, incertum odorem ducunt[61], ut[62] cerotum, chalasticum[63], marciatum.

38) *igni* Gu. 2. — 39) *Stacten* Gu. 1. 2. 3. va. — *Sacten* pr. — 40) Sic Gu. 1., in quo est *tapatocstapepκιπ* Gu. 2: *π•ΛΡτοΛΖΗΝCΘΚΘΝ* Gu. 3. *paratostaze in stauraz* Gu. 4. *paratostazein ctaκτιν*. — *naptoctazein ctakin, ideo obstructum optimum.* Al. *a Graecis παρὰ τὸ στάζειν* al. *στακαν* al. *στακτη*, *id est oltritum. Myrobalanum.* Ita codd. gothici. i. e., nisi fallor, *παρὰ τὸ στάζειν στάξιν*. Om. Graeca pr. Vulg. *ἀπὸ τοῦ στάζειν.* Post *παρὰ τὸ στάζεσθαι* est in Gu. 1. 2. 3. princ. Gu. 2. *id est obstructum al. optimum.* Vulg. *ἀπὸ τοῦ στάζειν, quod est manare et distillare.* — 41) *expressa* Gu. 1. 2. pro *et pressa.* — *pressat* pr. — *iubalanus* Gu. 1. 2. pr. va. — *tui bal.* Gu. 3. Locus est apud Horat. Od. III, 29, 4. — 42) Vv. *Oleum* usque ad *admixtum* addidi e Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. — 43) Hunc articulum Gu. 1. in fine cap. XIII. exhibet. — 44) *Corpusque suum* Gu. 1. — *Corpusque suavitate lino* — *Corpusque suavi* va.; *que* recepi e Gu. 1. — 45) *telinio* al. et var. lect. ap. Goth. Vulcan. coniecit *Delinio.* At est a Graeco *τῆλις*, quod est *foenum Graecum.* Ant. Augustin. hunc versum non Caesaris Dictatoris, sed Strabonis Tragici putabat, cuius Cicero meminit in Brut. c. 48. et Festus in *Prophetas*, quod senarius ipse prope integer etiam Grialio probat, quem integrum ita fuisse suspicatur: *Corpusque suavi Telini unguine ungimur. Telini* meminit etiam Tertull. in lib. de pallio c. 4. et Athen. lib. XV. cap. 15. Ad libros Caesaris de analogia retulit haec Ful. Ursin. Vide hoc fragmentum in edit. Caesar. Daehn. p. 337. Incerta. — 46) Sic Gu. 1. — *unguimus* vulg. — *ungimur* al. — 47) *in* om. Gu. 1. — *telo* pro *Delo* pr. Ar. — 48) *una* om. al. — 49) *Sunt autem* Gu. 2. — *et* om. va. — 50) Sic Gu. 1. — *ab inventorum nomine* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *quidam tradunt* vulg. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Vulg. *quam plura.* — 53) *unde et* Gu. 2. — 54) Verba: *sunt alia* addidi e Gu. 1. — *Item alia, quae* Gu. 2. va. Ar. — 55) *quae primum* Gu. 2. — *quipsinum* va. — *cyperum* est verum nomen. — 56) *cipro* Gu. 1. pr. — om. Gu. 2. va. — 57) Sic Gu. 1. 2. al. Ar. edit. Goth. Vulg. *quae proinde et.* — 58) *ex* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *Unde* usque ad *odoratum* al. om. — 59) *aneticum* Gu. 1. — 60) *a plur.* Gu. 2. pr. — 61) *inducunt* al. — 62) *ut* om. Gu. 2. Ar. — 63) Sic Gu. 1. Ar. — *calcasticum* al. pr. — *caleast.* va. — *calest.* vulg.

CAP. XIII. *De initio Medicinae.*

1. Quaeritur a quibusdam, cur[1] inter disciplinas caeteras liberales[2] Medicinae ars[3] non contineatur. Propterea, quia illae singulares continent causas, ista vero omnium. Nam et Grammaticam medicus scire debet[4], ut intelligere vel exponere possit, quae legit.

2. Similiter et Rhetoricam, ut veracibus argumentis valeat diffinire, quae tractat; necnon et Dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atque custodiendas[5]. Sic et Arithmeticam propter numerum[6] horarum in accessionibus[7] et periodis dierum[8].

3. Non aliter et Geometriam[9] propter qualitates[10] regionum, et locorum situs, in quibus doceat, quid quisque[11] observare oporteat[12]. Porro Musica incognita illi non erit, nam multa sunt, quae in aegris[13] hominibus per hanc disciplinam facta leguntur, sicut de David legitur[14], qui[15] ab[16] spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus Phreneticum quendam per symphoniam pristinae sanitati restituit.

4. Postremo et Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum et mutationes[17] temporum. Nam sicut ait quidam[18] medicorum, cum ipsorum qualitatibus et nostra corpora commutantur.

5. Hinc est, quod Medicina secunda Philosophia dicitur. Utraque enim disciplina totum hominem sibi[19] vendicat. Nam[20] sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

LIBER V.

CAP. I. *De auctoribus legum.*

1. Moyses gentis[21] Hebraicae[22] primus[23] omnium[24] divinas leges sacris literis[25] explicavit. Poroneus rex Graecis primus leges iudiciaque constituit.

2. Mercurius Trimegistus[26] primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus Atheniensibus[27] dedit. Lycurgus primus Lacedaemoniis[28] iura[29] ex Apollinis auctoritate confinxit.

3. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno[30], primus leges Romanis edidit[31], deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset, Decemviros legibus scribendis crea-

1) Sic Gu. 1. — *quare* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *inter cet. lib. discipl.* Gu. 2. pr. va. — *inter ceteras artes lib.* vulg. — 3) Sic Gu. 1. pr. va. — *med. non contineatur ars* Gu. 2. — *ars med.* vulg. — *teneatur* al. — 4) Sic Gu. 1. — *iubetur* vulg. — 5) Sic Gu. 1. — *curandas* vulg. — 6) Vulg. add. *horarum,* quod om. Gu. 1.— *numerorum*, omissis vv. *propter numerum horarum.* — 7) Sic Gu. 1. — *accessionibus* vulg. — 8) *dictionum* al. — 9) *geometricam* va. — 10) *propter qualitatem* al. — *propter numerum qualitates* al. — 11) *quemque* Gu. 2. al. — *quis* Ar. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. — *debeat* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Graecis* vulg. — 14) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Vulg. *habetur de David.* — 15) *quia* va. Ar. — 16) *ab* pro *a* scripsi e Gu. 1. 2. va. — 17) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *mutationem* vulg. — 18) *quidam ait* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *totum sibi hom.* vulg. — 20) *Nam* usque ad *ipsorum* al. om. — 21) *gentis* Z. Gu. 1. al. va. Hic genitivus nisi explicandus est ita: *Moyses e gente Hebraica*, ortus videtur a partit. *primus.* — 22) *Hebraeae* al. — 23) *primum* Z. — 24) *omnium* om. Gu. 2. — 25) *scriptis literis* al. — *sacras literas* al. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. — *Trismeg.* vulg. — *termeg.* pr. — 27) praecedit vulg. *leges*, quod om. Gu. 1. — 28) *Lacedaemoniorum* Z. — 29) vulg. addit *legum,* quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *iura legum tradidit et ex* etc. va.—

vit[32], qui leges ex libris[33] Solonis[34] in Latinum sermonem translatas XII tabulis exposuerunt[35].

4. Fuerunt autem hi: Appius Claudius[36], Genutius[37], Veturius[38], Iulius, Manilius, Sulpitius, Sextius, Curiatius, Romelius, Postumius. Hi Decemviri legum conscribendarum electi sunt.

5. Leges autem redigere in libris primus consul Pompeius instituere[39] voluit, sed non perseveravit, obtrectatorum metu. Deinde Caesar coepit id facere, sed ante interfectus est.

6. Paulatim autem antiquae leges vetustate atque incuria exoleverunt[40], quarum etsi iam nullus[41] usus est, notitia tamen videtur necessaria.

7. Novae[42] a Constantino Caesare coeperunt, et reliquis succedentibus, erantque[43] permixtae et inordinatae. Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus, sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.

CAP. II. *De legibus divinis et humanis.*

1. Omnes autem leges aut divinae sunt, aut humanae. Divinae natura: humanae[44] moribus constant, ideoque hae[45] discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent.

2. Fas lex divina, ius lex humana est[46]. Transire per alienum[47] fas est, ius non est.

CAP. III. *Quid differunt inter se ius, leges et mores.*

1. Ius generale nomen est[48], lex autem iuris est species[49]. Ius autem dictum, quod iustum[50]. Omne autem ius legibus et moribus constat.

2. Lex est[51] constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta[52]. Nam lex a legendo vocata[53], quia scripta est.

3. Mos autem longa consuetudo[54] est de moribus tracta tantundem[55]. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt, scriptura, an ratione consistat, quando et legem[56] ratio commendet[57].

4. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam, quod[58] ratione constiterit, duntaxat, quod[59] religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

30) *in regnum* Ar. — 31) *dedit* Z. Gu. 2. — 32) *constituit* Gu. 2. — *creavit vel constituit* va. — *decrevit* al. — 33) *libro* Gu. 2. — 34) *Salomonis* Z. Gu. 2. gothici. — 35) *ediderunt* al. — *seditiosus* Z. pro *seditiosos*. — 36) *App. et Claud.* Gu. 2. Al. om. praenomina. — 37) *Venuntius* Z. — *Venutius* va. — *T. Genutius* Arev. — 38) *Veterius* om. va. — *P. Sextius. Spur. Veturius, C. Iulius, A. Manilius, Ser. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Postumius* Ar. — *Veturius* et *Curiatius* pro *Veterius* et *Curatius* recepi ex Arev. — 39) *statuere* al. — 40) *exoluerunt* Z. — 41) Sic Z. Gu. 1. — *nullus iam* vulg. — 42) Vulg. praeponit *Leges*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 43) *erant quippe* al. — 44) *humana* Z. Gu. 1. — 45) Sic va. Ar. — *haec* vulg. — 46) Sic Gu. 1. — *lex div. est, ius lex hum.* vulg. — 47) Vulg. praeponit *agrum*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *per aliena* al. — 48) *est nomen* Z. — 49) *species est* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. — *quia iustum est* vulg. — *et ideo ius dictum est*, omissis verbis *quia iustum est* Gu. 2. — 51) *Lex autem est* va. — 52) *conscripta* pro *non scripta* Gu. 1. — *non scr. est* pr. — 53) Vulg. add. *est*, quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 54) *consuetudo, sive lex non scripta est* Z. — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *tantum* vulg. — *tantummodo tracta* al. — 56) *quando vel etium lege* al. — 57) Sic Gu. 1. — *commendat* vulg. — 58) *omne id quod* al. — 59)

CAP. IV. *Quid sit ius naturale.*

1. Ius autem[1] naturale est, aut civile, aut gentium. Ius[2] naturale est commune omnium[3] nationum[4], eo[5] quod ubique instinctu naturae, non constitutione[6] aliqua habetur[7], ut viri et foeminae coniunctio, liberorum successio[8] et educatio, communis omnium possessio, et omnium una libertas, acquisitio eorum, quae coelo, terra[9] marique capiuntur.

2. Item depositae rei vel commendatae[10] pecuniae restitutio, violentiae per vim repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est[11], nunquam iniustum[12], sed naturale aequumque habetur.

CAP. V. *Quid sit ius civile.*

Ius civile est, quod quisque populus vel civitas[13] sibi proprium, humana divinaque[14] causa constituit.

CAP. VI. *Quid sit ius gentium.*

Ius gentium[15] sedium occupatio, vel[16] aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes[17], postliminia[18], foedera[19] pacis, indutiae, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas[20] prohibita. Inde[21] ius gentium, quod[22] eo iure omnes fere gentes[23] utuntur.

CAP. VII. *Quid sit ius militare.*

1. Ius militare est belli inferendi solennitas, foederis faciendi nexus, signo dato[24] egressio[25] in hostem vel commissio[26]. Item signo dato receptio[27], item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur[28], item stipendiorum modus, dignitatum gradus, praemiorum honor, veluti cum corona vel[29] torques donantur[30].

2. Item praedae decisio[31], et[32] pro personarum qualitatibus et laboribus[33] iusta divisio ac[34] principis portio.

CAP. VIII. *Quid sit ius publicum.*

Ius publicum est[35] in sacris et[36] sacerdotibus et in[37] magistratibus.

dum Z. — 1) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — *Ius aut nat.* Ar. — *Ius* om. Gu. 2. — 2) *autem* add. Gu. 1. — 3) *omnium* om. Z. — 4) *gentium* Gu. 2. — 5) *et quod* Z. Ar. — 6) *vel confutatione* Z. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *habeatur* vulg. — 8) *susceptio* Ar. — 9) *terrae* Gu. 2. — 10) *commodatae* Ar. — 11) *et si quod huic simile est* Gu. 2. — *et si quid huic simile est* omissis verbis: *Nam hoc.* — *illi sim.* Z. — *huic* om. edit. Gothofr. — 12) *iniuste* Gu. 1. — *non iure* Gu. 2. — 13) *vel quaeque civ.* al. — 14) *divinaque* om. Z. — 15) Vulg. addit *est*, quod om. Gu. 1. — 16) *vel* addidi e Gu. 1. — 17) *captivitates* al. om. — 18) *postlimina* Gu. 1. — 19) *foedera* al. om. — 20) *inter alienas gentes* Gu. 2. — 21) Vulg. *et inde*, sed *et* om. Gu. 1. — 22) *quia* Gu. 2. — 23) *gratis* Z. — 24) *signo dato* al. om. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — 26) *pugnae comm.* Ar. — 27) *receptio* (sic) Gu. 1. i. e. *receptatio*. — 28) *desideratur* va. — 29) *et* va. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 31) *discissio* Z. pr. va. — *divisio* al. — 32) *et* om. Gu. 2. — 33) *laboris* Z. Gu. 2. al. — 34) *et* Gu. 2. — *item* Ar. — 35) *est* om. Z. h. l. et in fine exhibet. — 36) *et in* al. — 37) *in* om. Z. va. — 38) *Quiritium* Ar. — 39) *quo nulli tenentur* Ar. — 40) *quod de* al. — al. *in quo agitur.* — 41) *usucapioneque*, *quae* Z. — *de usu captioneque* (vel) pr. va. — *de sensu de captionibus* Gu. 1. — *de usu*

CAP. IX. *Quid sit ius Quiritum.*

1. Ius Quiritum[38] est proprie Romanorum, quod nulli tenent[39] nisi Quirites, id est, Romani, tanquam de[40] legitimis haereditatibus, de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus[41], quae iura apud nullum populum alium[42] reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, et in eosdem solos[43] constituta.

2. Constat autem ius[44] Quiritum ex legibus et[45] plebiscitis[46], constitutionibus principum et edictis, sive prudentium[47] responsis.

CAP. X. *Quid sit[48] lex.*

Lex est constitutio populi, qua[49] maiores natu simul[50] cum plebibus aliquid sanxerunt.

CAP. XI. *Quid scita plebium.*

1. Scita sunt[51], quae plebes[52] tantum constituunt[53], et vocata sunt[54] scita, quod[55] ea plebs sciat[56], vel[57] sciscitatur[58], et rogat, ut fiat[59].

CAP. XII. *Quid senatusconsultum.*

Senatusconsultum[60], quod tantum senatores populis[61] consulendo decernunt[62].

CAP. XIII. *Quid constitutio et edictum.*

Constitutio, vel edictum, quod rex, vel imperator constituit, vel edicit[63].

CAP. XIV. *Quid responsa prudentium.*

Responsa sunt, quae iurisconsulti[64] respondere dicuntur consulentibus, unde et responsa Pauli dicta; fuerunt enim quidam prudentes et arbitri[65] aequitatis[66], qui institutiones civilis[67] iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque[68] sopirent.

CAP. XV. *De legibus consularibus et tribunitiis.*

1. Quaedam etiam[69] leges dicuntur ab iis[70], qui condiderunt, ut consulares, tribunitiae, Iuliae, Corneliae. Nam[71] sub Octaviano[72] Caesare suffecti consules[73] Papius et Poppaeus[74] le-

captionibus capionibus (sic) Gu. 2. — *de usucapionibus* Ar. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *null. alium pop.* vulg. — 43) Sic Z. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *in eodem solo* Gu. 1. — *in eisdem solis* vulg. — *in eisdem locis* Gu. 2. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (*Quiritium*) — *Quiritum ius* vulg. — 45) *ex* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 46) *senatusconsultis* add. Arev. — 47) *prudentum* Ar. — 48) *sit* addidi e Z. Gu. 1. — 49) *quo* Gu. 1. 2. — 50) *aliquid simul* Gu. 2. — 51) *Plebiscita* al. — 52) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *plebs* vulg. — 53) *constituit* Gu. 2. — *constituere* al. — 54) *sunt* add. Gu. 1. al. (qui *ita* pro *scita* exhibent; *plebiscita* al.) — 55) *propterea quod* Gu. 2. — 56) *tantum sciat* Gu. 2. — 57) Vulg. *vel quod*, sed *quod* om. Gu. 1. — 58) *sciscit* Ar. — *sciscitat* al. — *exsciscitat* al. — 59) *ita ut rogata fuit* Ar. — *rogat ut fiant* al. — al. *rogat ut faciat.* — 60) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. va. Ar. — 61) *populi* al. — 62) *decernuntur* Gu. 1. — *dedicarunt* al. — 63) *edit* al. — 64) *iurisconsultores* va. — 65) *arbitrii* Gu. 1. — 66) *veritatis* al. — 67) *civiles* al. — 68) *contentionesque* al. om. — *sopirentur* Z. Gu. 2. al. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *esse* vulg. — 70) *his* Z. Gu. 2. va. — 71) Vulg. *et* add., quod om. Gu. 1. — 72) *Octavio* Gu. 1. 2. pr. — 73) *consules sunt effecti* Z. — 74) Sic Arev. — *Pompeius* vulg., quod nomen ex alterius ignoratione ortum est.

gem tulerunt[1], quae a nominibus eorum appellatur Papia Poppaea[2], continens[3] patrum[4] praemia pro suscipiendis liberis.

2. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis in extraneis plus[5] testamento legaret, quam ut quarta pars haeredibus superesset[6]. Ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est[7]. Aquilius[8] quoque condidit legem[9], quae hactenus Aquilia vocatur.

CAP. XVI. *De lege satyra.*

Satyra[10] vero lex[11], quae de pluribus simul rebus[12] eloquitur[13], dicta a copia rerum, et quasi a saturitate[14], unde et satyras[15] scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Iuvenalis et Persii[16].

CAP. XVII. *De legibus Rhodiis.*

Rhodiae leges sunt navalium commerciorum[17], ab insula Rhodo cognominatae, in qua antiquitus[18] mercatorum usus fuit[19].

CAP. XVIII. *De privilegiis.*

Privilegia autem sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam privilegium inde dictum[20], quod in privato feratur.

CAP. XIX. *Quid possit lex.*

Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut: *Vir fortis petat praemium*, aut vetat, ut: *Sacrarum virginum*[21] *nuptias nulli petere liceat*, aut punit, ut: *Qui caedem fecerit, capite plectatur*. Eius[22] enim praemio aut poena vita moderatur humana.

CAP. XX. *Quare facta sit lex.*

Factae sunt autem[23] leges, ut earum metu humana coerceretur[24] audacia, tutaque sit inter probos[25] innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.

1) *contulerunt* al. va. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar., ex cuius edit. recepi *Poppaea* pro vulg. *Pompeia.* — 3) *continendis* Gu. 1. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *primum* vulg. — 5) Sic Gu. 1. — *plus in extr.* vulg. — *plus extraneis* al. — om. *in extran.* Arev. — 6) Sic Gu. 1. — *superesset haer.* vulg. — 7) *nuncupatur* al. — 8) *Aquilinus* et *Aquilina* Z. Gu. 1. — *Aquillius* et *Aquillia* Arev. — 9) Sic Gu. 1. (*condit*) — *legem condidit* vulg. — 10) *Satura* Gu. 2. — 11) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. — *rebus simul* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *loquitur* vulg. — 14) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *satietate* vulg. — 15) Sic Gu. 1. — *satyram* vulg. — *satyra* Z. — *satura* Gu. 2. — *saturam* al. — 16) *lex novella* add. Gu. 1. 2. Gothici et Caesenas vetustior, edit. princ. Fortasse hic excidit huius legis interpretatio. — 17) Sic Gu. 1. — *naval. commerc. sunt* vulg. — 18) *antiquus* Gu. 2. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *fuit usus* vulg. — 20) *dictum* om. Z. — 21) *virg. sacr.* Gu. 2. Cfr. de hac re lib. II. c. 10. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *cuius* Z. — *aut enim* vulg. — *Autem* pro *enim* va. — 23) *autem* add. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 24) Sic Gu. 1. al. — *humanae coerceantur audaciae* Z. — 25) Sic Gu. 1. — *improbos* vulg. — *ut inter improbos tuta sit inn.* pr. va. — 26) Sic. Z. Gu. 1. 2. al. (*per consuet. p.*) Vulg. *patriae cons.* — 27) *obscuritatis* Gu. 2. — 28) Sic Arev. — *in captione* vulg. Vide ad II. c. 10. — 29) *obtineat* al. — 30) *nomen* addidi e Gu. 1. —

CAP. XXI. *Qualis debeat fieri lex.*

Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae[26], loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem[27] in captionem[28] contineat[29], nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

CAP. XXII. *De causis.*

Pragma Graecum nomen[30] est, quod Latine dicitur causa[31], unde et[32] pragmatica[33] negocia dicuntur, et actor[34] negociorum et causarum[35] pragmaticus nuncupatur.

CAP. XXIII. *De testibus.*

Testes, quos[36] sibi quisque[37] ante iudicium placitis alligat[38], ne[39] cui sit postea liberum aut dissimulare[40], aut subtrahere se, unde et alligati appellantur. Item testes dicuntur[41], quod testamento adhiberi solent, sicut signatores, quod[42] testamentum[43] signant.

CAP. XXIV. *De instrumentis legalibus.*

1. Voluntas est[44] generale nomen omnium legalium instrumentorum, quae quia non vi, sed voluntate procedit, ideo tale nomen accepit.

2. Testamentum vocatum, quod[45] nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari[46] potest, nec sciri, quid[47] in eo scriptum sit, quia clausum et obsignatum est; et inde dictum est[48] testamentum, quia nec[49] valet nisi post testatoris monumentum, unde et[50] Apostolus, *Testamentum*, inquit, *in mortuis*[51] *confirmatur.*

3. Testamentum sane in scripturis sacris[52] non hoc solum dicitur, quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne placitum et pactum[53] testamentum vocabant[54]: nam Laban et Iacob testamentum fecerunt[55], quod[56] etiam[57] inter vivos valuerit[58], et in Psalmis[59]: *Adversum*[60] *te testamentum disposuerunt*, hoc est, pactum, et innumerabilia talia[61].

4. Tabulae testamenti inde[62] appellatae sunt, quia ante chartae et membranarum usum in dolatis tabulis[63] non solum testamentum[64], sed etiam epistolarum alloquia[65] scribebantur, unde et portitores earum tabularii[66] vocantur.

31) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *causa dic.* vulg. — 32) *unde* usque ad *nunc.* om. Z. — 33) *pragmata* Ar. — 34) *auctor* Gu. 2. al. — 35) Sic Gu. 1. — *causarum et negoc.* vulg. — 36) *Hos* al. — *Testes* Ar. — Vulg. *Testes sunt, a quibus quaeritur veritas* (*veritas q.* al.) *in iudicio.* Sed verba: *quae* (Gu. 1. etiam *sunt* om.) usque ad *iud.* om. Z. Gu. 1. 2. — 37) Sic Gu. 1. *quisque sibi* vulg. — 38) *allegat* Z. — 39) *nec* Gu. 1. 2. pr. — 40) *insimulare* al. — 41) Sic Gu. 1. — *dicti* vulg. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *qui* vulg. — *quia* al. — 43) Sic Gu. 1. 2. al. — *testamenta* vulg. — 44) *est* addidi e Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 46) *firmari* al. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *quod* vulg. — 48) *est* addidi e Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. — *non* vulg. — 50) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 51) *a mortuis* Gu. 2. — Vv. *Testamentum* usque ad *confirmatur* om Gu. 1. Locus est in Epist. ad Hebr. 9, 17. — 52) *sanctis* pr. va. Ar. — 53) Sic Gu. 1. — *pactum et plac.* vulg. — 54) *vocatur* al. — 55) *disposuerunt* al. — 56) *utique* vulg. add., quod om. Gu. 1. — 57) *et* Z. — om. particulam va. — 53) Sic Gu. 1. — *valeret* vulg. — 59) *legitur* add. va. Ar. Locum Psalmorum non inveni. Arev. citat. 82, 6., sed ibi hic versus non reperitur. — 60) *Adversus* Z. al. va. — 61) *talia* om. Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. al. — *ideo* vulg. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *tabul. dol.* vulg. — 64) *testamenta* Z. Gu. 2. al. — 65) *eloquia* al. — 66) *tabellarii* Ar. — *tabularum* Z. —

5. Testamentum iuris civilis est quinque testium signatum signis[1], subscriptione firmatum.

6. Testamentum iuris praetorii est[2] septem testium signis signatum[3], sed illud apud cives fit, inde civile, istud apud praetores, inde iuris praetorii. Testamentum autem signare notare est, ut[4] notum sit, quod scriptum est[5].

7. Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum[6], unde et nomen accepit. Graeci enim ὅλον totum[7], γραφὴν literam dicunt.

8. Irritum testamentum est, si is, qui testatus est, capite diminutus est, aut si non rite[8] factum sit.

9. Inofficiosum testamentum est, quod liberis exhaeredatis[9] sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.

10. Ruptum testamentum inde vocatum[10], eo quod nascente postumo, neque exhaeredato[11] nominatim[12], neque haerede instituto dirumpitur[13].

11. Suppressum testamentum est, quod in fraudem[14] haeredum vel legatariorum seu libertorum[15] non palam est prolatum[16]: quod si non latet, tamen si praedictis personis non proferatur, supprimi tamen[17] videtur.

12. Nuncupatio est, quam in ceris tabulisque[18] testator recitat, dicens: *Haec ut in his tabulis*[19] *cerisque scripta sunt*[20], *ita dico*[21], *ita lego: itaque vos cives Romani testimonium mihi*[22] *perhibete*[23], et hoc[24] dicitur nuncupatio: nuncupare enim est[25] palam[26] nominare et confirmare.

13. Ius liberorum est coniugum sine liberis invicem pro[27] loco pignorum haereditatis alterna conscriptio.

14. Codicellus[28], ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictus[29], qui hoc scripturae genus instituit[30]. Est autem scriptura nulla indigens solennitate verborum, sed sola testatoris voluntate qualicunque scripturae pronuntiatione[31] expressa, cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse[32] subventum propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem

1) Sic Gu. 1. — *signis signatam* vulg., quae om. Z. Gu. 2. va. — *signatum* om. al. — 2) *esse* Gu. 1. — 3) *signis firmatum* al. — 4) *id est ut not.* Z. pr. — *et notare est* va. — 5) *quia praescr. est.* al. — 6) al. *atque scriptum.* Haec om. al. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — ὅλην *totam* vulg. — 8) *recte* Gu. 2. — 9) Vulg. *frustra exhaeredatis liberis*, sed *frustra* om. Gu. 1. — *exhaereditatis* exhibet va. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 11) *exhaeredatio* Z. — *exhaereditate* al. — *exhaereditato* va. al. — 12) *nominato* Gu. 1. — 13) Sic Z. Gu. 1. — *disrump.* vulg. — 14) *in fraude* Z. Gu. 1. 2. al. va. — 15) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *liberorum* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *non est palam prol.* vulg. — 17) *tamen* om. Z. va. — 18) Sic Gu. 1. — *tabulis cerisque* vulg. — Gu. 2. om. *testator* usque ad *cerisque.* Pro *quam* Ar. *quum*, Z. *quia.* — 19) *ut in tab. his* pr. — 20) Vulg. praemittit *ita videtur*, quod om. Z. Gu. 1. 3. pr. va. Ar. — *ut ita videtur* Gu. 2. — 21) *ita do* Ar. — 22) *mihi testim.* pr. va. — 23) *praebitote* Ar. — 24) *haec* Z. — 25) *nunc. est enim* Z. Gu. 2. pr. va. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *in palam* vulg. Gaius Instit. Comm. II. §. 104. ed. Goesch. hanc nuncupationem ita profert: haec ita ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium mihi perhibitote. Cfr. Ulpian. Fragm. XX., cit. §. 9. — 27) *pro* om. Ar. — 28) *Codicillus* Z. — *Codicellum* Ar. — *Codicellus* va., quod probo. Nam infra semper masculino utitur. — 29) *ductum* Gu. 2. — 30) *constituit* al. — 31) Sic Gu. 1. — *significatione* vulg. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *esse constat* vulg. — 33) *solemnitatum* Gu. 2. va. — 34) *scribat tit.* Z. va. — *scribet tit.* Gu. 2. — *scribit tit.* pr. — *tit. scribet* al. — *scriberet*, *et titulum* Gu. 1., quod recepi. — 35) *eundem* Gu. 1. — 36) *scripturae* al. om. — 37) *Codicillus* semper per *i* Z. — 38) Sic Gu. 2. supra vers., in textu *accipit*, ut vulg. — *addit* Gu. 1. — *accepit* Z. — 39) Sic

adhibendorum solemnium[33], ita ut qui scriberet, et titulum[34] eiusdem[35] scripturae[36] codicellum[37] vocet. Sicut autem codicellus fit vice testamenti, ita epistola vice codicellorum.

15. Cretio est certus dierum numerus, in quo institutus haeres aut adit[38] haereditatem, aut finito tempore cretionis secluditur[39], nec liberum est illi ultra capiendae haereditatis[40].

16. Cretio autem appellata[41] quasi decretio, id est decernere vel constituere, utputa: *ille haeres mihi esto*[42]: additurque[43], *cernitoque*[44] *intra dies tot*[45]. Adeundarum autem haereditatum centesimus[46] statutus erat dies, quibus non esset[47] cretio addita[48].

17. Fideicommissum dictum, ut fiat, quod a defuncto committitur. Nam fides dicta eo, quod fiat, quod tamen non in[49] directis verbis, sed precativis exposcitur.

18. Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura[50], legibus ac moribus comprobata, et dictum[51] pactum quasi ex pace factum, ab eo, quod est pango[52], unde et pepigit foedus.

19. Placitum quoque similiter[53] ab eo, quod placet[54]. Alii dicunt pactum[55] esse, quod volens quis[56] facit[57], ad placitum[58] vero[59] etiam nolens compellitur, veluti quando quisque[60] paratus sit in iudicio ad respondendum, quod nemo potest dicere pactum, sed placitum.

20. Mandatum dictum, quod olim in commisso negocio alter alteri manum dabat.

21. Ratum vero, quod[61] rationabile et rectum, unde et qui pollicetur dicit: *Ratum*[62] *esse profiteor*, hoc est, firmum atque perpetuum, rite autem esse non recte, sed ex more.

22. Chirographum .... Cautio[63] ...

23. Emptio et[64] venditio est rerum commutatio atque contractus ex convenientia veniens.

24. Emptio autem dicta, quod a me tibi sit[65]: venditio quasi venundatio, id est a nundinis.

25. Donatio[66] cuiuslibet[67] rei transactio[68]. Dictam autem dicunt donationem, quasi doni[69] actionem, et dotem quasi do item. Praecedente enim in nuptiis donatione, dos sequitur.

26. Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quo[70] se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla[71], sicut habemus in iure. Unde[72] est, quod praecedente donatione viri sequitur[73] dos uxoris.

Gu. 1. al. — *excluditur* vulg. — 40) Sic Gu. 1. 3. 4. Arev. — *capiendi haereditates* vulg. cum Z. al. pr. va. — *capienda haereditas* Gu. 2. — *capiendi haereditatis* edit. Goth. — *capiendae haereditatis arbitrium* Gu. 3. e glossemate. Genitivi pendent a formula *liberum est*, cuius sensus est: *libertas est.* — 41) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — *esto mihi* vulg. — *mihi haeres esto* Ar. — *Mihi* om. al., nec est apud Gaium II. §. 164., ubi est: *Heres Titius esto.* — 43) *que* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 44) *cerniturque* Z. pr. — 45) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *tot dies* vulg. — 46) *certissimus* Gu. 1. 2. — 47) *est* al. pr. va. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *adiecta* vulg. — 49) *in* om. Gu. 2. Ar. — 50) *scripta* Z. — 51) *est* add. vulg. — 52) *pago* Ar. — *paco* al. — 53) *similiter* om. va. — 54) *quod est placeat* va. — *placeat* Gu. 2. al. — 55) *pactum* om. Z. — *factum esse* al. — 56) *quisque* Ar. — 57) *faciat* Z. — 58) *ad placitum* Ar., quod recepi, cum sequatur *compellitur*, quum vulg. sit *quo quisquam nolens comp.*, at vv. *quo quisquam* om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar., qui item *etiam* addunt. — 59) *vero* om. va. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quisquam* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *quasi* vulg. — 62) *ratum me esse* al. — *et* post *unde* om. va. — 63) Vulg. addit: *vel scriptio duarum instar chartarum. Graece enim manuscriptum, Latine dicitur cautio.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Ciros graece manus, graphia scriptum dicitur* va. Pro *scriptio* al. *perscriptio* aut *conscriptio.* — *Latine* om. pr. Recte Arev. haec spuria esse censet, et deesse utriusque vocis interpretationem, ut saepius apud Isidor. in MSS. Apposui defectus notam. — 64) *et* om. Z. — 65) *sit tibi* Z. — Pro *venundatio* Arev. *venundinatio* exhibet. — 66) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 67) *cuilibet* Gu. 1. — 68) *translatio* Z. — 69) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *domi* vulg. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *quod* vulg. — 71) Sic Gu. 1. 2. — *anc. ux.* vulg. — 72) Sic Gu. 1. — *Inde* vulg. — 73) *se-*

27. Donatio usufructuaria[1] ideo dicitur, quod[2] donator ex ea fructuum usum[3] adhuc retinet, servato[4], cui donatum[5] est, iure.

28. Donatio directa ideo nuncupatur, quia et iure et usu statim[6] transit in alterum, nec ultra inde aliquid[7] ad ius donatoris retorquetur.

29. Conditiones sunt proprie testium[8], et dictae conditiones a condicendo, quasi condictiones, quia non ibi testis unus iurat, sed duo[9] vel plures. Non enim in unius ore, sed in duorum, aut trium testium stat omne verbum. Item conditiones, quod inter se conveniat[10] sermo testium, quasi condiciones[11].

30. Stipulatio est promissio[12], vel sponsio, unde et promissores[13] stipulatores vocantur. Dicta autem stipulatio ab[14] stipula. Veteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas[15] agnoscebant, sive quod stipulam iuxta Paulum iuridicum firmum sacramentum appellaverunt[16].

Sacramentum est pignus sponsionis; vocatum autem sacramentum, quia violare, quod quisque promittit, perfidia[17] est.

CAP. XXV[18]. *De rebus.*

1. Haereditas est res, quae morte alicuius ad quempiam pervenit, vel[19] legato[20] testamento, vel possessione retenta. Dicta autem haereditas a[21] rebus additis[22], sive ab aere, quia qui possidet agrum et censum solvit, inde et haeres[23].

2. Res sunt, quae in nostro iure consistunt.

Iura autem sunt, quae a nobis iuste possidentur, nec aliena sunt.

3. Dicta autem res a recte habendo, ius[24] a iuste[25] possidendo. Hoc enim iure possidetur, quod iuste, hoc iuste[26], quod bene. Quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui vel sua[27] male utitur, vel aliena praesumit. Possidet autem iuste, qui non irretitur[28] cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur, possessus est, non possessor.

4. Bona sunt honestorum seu nobilium, quae proinde bona dicuntur, ut[29] non habeant turpem usum, sed ea homines ad res bonas utantur.

5. Peculium proprie minorum est personarum seu[30] servorum. Nam peculium est, quod

quetur al. — 1) *ususfr.* al. — *usufructifera* al. — 2) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *ususfructuum* va. — *usumfructum* vulg. — *ususfr.* Z. — 4) *servatum* Gu. 1. — 5) *donata* al. — 6) *statum* Gu. 1. — 7) *aliquid inde* Gu. 2. — 8) Sic Gu.1. — *propr. test. sunt* Z. Gu. 2. — *test. sunt pr.* vulg. — 9) Vulg. *vel duo,* sed *vel* om. Z. Gu. 1. — 10) *convenit* al. — 11) Sic Gu. 1. pr. — *condictiones* vulg. — 12) Vulg. *quasi prom.*, sed *quasi* om. Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — 13) *unde sponsores et stipul.* Gu. 2. — *stipulat. prom.* Z. — 14) *ab* pro *a* scripsi e Gu. 1. 2. — 15) *sponsionem suam* al. — 16) Verba *sive quod* usque ad *app.* addidi e Gu. 1. 2. (*stipulam* et *sacramentum* om. cum Gu. 2. 3. va. Arev.) 3. va. Verba sunt e V. Sentent. tit. 8. — 17) Sic Gu. 1. — *perfidiae* vulg. — 18) Caput XXV. XXVI. XXVII. om. cod. Zittav. — 19) *nec* — *nec* Ar. — 20) *legata* Ar. e Cicer. Top. 6, 29. ubi est: *Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure* — — *nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta.* Sed potius Isidorum errasse crediderim, quam omnes codd. corruptos esse hoc loco. — 21) *aut rebus* Gu. 1. — 22) *aditis* Ar. — 23) Sic Arev. — *inde et res* vulg., quod ortum e seqq. — 24) *ius autem a* Gu. 1. — 25) *recte* Gu. 1. 2. — *iure* va. — 26) *iure* va. — *quod recte vel iuste*, *hoc iuste vel recte*, *quod bene* al. — Tum *hoc iuste* pro *hoc recte* scripsi e Gu. 1. Arev. — 27) Sic Gu. 1. (*mala*) 2. Ar. Vulg. *suis.* — 28) Sic Gu. 1. va. var. lect. ap. Goth. Arev. — *irritetur* Gu. 2. pr. — *retinetur* al. — *irritatur* vulg. — 29) *quia* al. — 30) Sic Gu. 1. — *sive* vulg. — 31) *suum* add. va. — 32) Vulg. add. *arbitrio*, quod voc.

pater, vel dominus filium suum, vel servum[31] pro suo tractare[32] patitur. Peculium autem a pecudibus dictum, in quibus veterum constabat universa substantia.

6. Bonorum possessio est ius possessionis, certo ordine certoque titulo[33] acquisita.

7. Intestata haereditas est, quae testamento scripta non est, aut, si scripta sit, iure tamen nequaquam est edita[34].

8. Caduca dicuntur[35], quia eius haeredes ceciderunt[36].

9. Familia[37] herciscunda est divisio haereditatis inter haeredes. Herciscunda enim apud veteres divisio nuncupatur.

10. Communi dividendo[38] est inter eos, quibus communis res est, quae actio iubet postulantibus iis arbitrum[39] dari, cuius arbitratu res dividantur[40].

11. Finium regundorum[41] actio dicta, eo quod per eam regantur fines utrique , ne dissipentur, dummodo non angustiore quinque pedum loco ea controversia sit.

12. Locatio[43] res ad usum data cum diffinitione mercedis.

13. Conductio est res in usum accepta cum constituta mercede.

14. Res credita est, quae in obligationem[44] ita deducta est, ut ex tempore , quo[46] contrahebatur, certum sit, eam[47] deferri[48].

15. Usura est incrementum foenoris, ab usu aeris crediti nuncupata.

16. Commodum est id, quod nostri iuris est, et ad alios[49] temporaliter translatum est cum modo[50] temporis, quamdiu apud eum[51] sit, unde et[52] commodum[53] dictum est.

17. Precarium est, dum prece creditor rogatur permitti[54], debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo[55] fructus capere. Et dictum precarium, quia prece aditur[56], quasi precadium[57], r litera pro d[58] commutata[59].

18. Mutuum autem[60] appellatum est, quia id, quod a me tibi datur, ex meo tuum fit.

19. Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi diu[61] positum. Deponere autem quis videtur, cum aliquid metu furti, incendii, naufragii, apud alium custodiae causa deponit.

20. Interest autem in loquendi usu inter pignus et arram. Nam pignus est, quod datur propter creditam[62], quae dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero, quae primum[63] pro re bonae fidei contractu[64] empta, ex parte datur, et postea completur.

om. Gu. 1. Ar. — *pro suo iure* al. va. et var. lect. ap. Goth. — 33) *certoque tempore et titulo* al. — 34) *adita* Ar. — *edicta* va. — 35) Vulg. *inde dicuntur*, sed *inde* om. Gu. 1. — *dicitur* al. — 36) *haereditas ceciderit* al. — 37) *familiae* Gu. 1. al. et mox *herciscundae* al. et va. — 38) Sic Gu. 1. 2. al. va. Ar. (*dividundo*.) Vulg. *Communis divisio*. Vide titul. 3. lib. X. Dig. de communi dividendo. — 39) *arbitrium* Gu. 2. — 40) *dividatur* Gu. 2. va. Ar. — 41) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *regendorum* vulg. — 42) *utriusque* Gu. 2. al. var. lect. ap. Goth. va. — 43) vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *obligatione* al. — 45) *ex omni tempore* al. — 46) Vulg. *quo res*, sed *res* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 47) Sic Gu. 1. Ar. — *eas* vulg. — 48) *deferre* Gu 2. al. pr. va. — *differre* al. — *deberi* Ar. — 49) *alterum* Ar. — 50) Sic Gu. 1. va. Ar. — *commodo* al. et var. lect. ap. Goth. Verba: *Commodum temporis* usque ad finem articuli om. Gu. 2. — 51) *commodo* add. Ar. — 52) *et* om. va. — 53) *commodutum* Ar. — 54) Sic Gu. 1. — *rogatus permittit* vulg. — 55) *ea* Gu. 1. al. — 56) Sic Gu. 1. var. lect. ap. Goth. Ar. — *additur* vulg. — *auditur* Gu. 2. — 57) *precadium* Ar. — 58) Sic Gu. 1. — *r pro d lit.* vulg. — 59) *commodata* al. — 60) *autem* addidi e Gu. 1. — 61) *quamdiu* va. — 62) Vulg. *rem creditam*, sed *rem* om. Gu. 1. — 63) Sic Gu. 1. 2. (*est* post *primum* add.) va. — Vulg. *primum*, *quod*; *quod* autem om. pr. — 64) Sic Gu. 1. 2. var. lect. ap. Goth. pr. — *contracta* vulg.

21. Est enim arra complenda, non auferenda; inde[1] qui habet arram, non reddet[2] sicut pignus, sed desiderat plenitudinem; et dicta arra a re, pro qua traditur. Item inter pignus et fiduciam et hypothecam hoc interest.

22. Pignus est enim[3], quod propter rem creditam obligatur, cuius rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor. Caeterum dominium penes debitorem est.

23. Fiducia est, cum res aliqua sumendae mutuae pecuniae gratia vel mancipatur, vel in iure creditur[4].

24. Hypotheca est, cum res[5] commendatur[6] sine depositione[7] pignoris[8], pacto[9] vel cautione sola interveniente.

25. Momentum dictum a temporis brevitate, ut quam statim, tam cito[10] salvo[11] negocio reformetur, nec in ullam moram produci debeat, quod repetitur, sicut nec ullum est spacium[12] momenti, cuius tam brevis est temporis punctus, ut in aliquam moram nullo modo producatur.

26. Instrumentum est, unde aliquid construimus, ut culter, calamus, ascia[13].

27. Instructum[14], quod per instrumentum efficitur, ut baculus, codex, tabula.

28. Usus, quo[15] in re instructa[16] utimur, ut in baculo inniti[17], in codice legere, in tabula ludere; sed et[18] ipse fructus agrorum, quod[19] eo utimur[20], usus vocatur. Haec enim sunt illa tria[21].

29. Usufructus autem vocatus[22], quia solo usu habetur eius fructus, manente apud alium iure.

30. Usucapio[23] est adeptio[24] dominii per continuationem iustae possessionis, vel[25] biennii, vel alicuius temporis.

31. Mancipatio est[26], quia manu res[27] capitur[28]. Unde[29] oportet eum, qui mancipium[30] accipit, comprehendere id ipsum, quod ei mancipio[31] datur.

32. Cessio est proprie rei concessio, sicut est illud: *Cedo iure propinquitatis*[32]. Cedere enim dicimus quasi concedere, id est[33], quae propria sunt, nam aliena restituimus[34], non cedimus. Nam cedere proprie dicitur[35], qui contra veritatem alteri[36] consentit, ut Cicero: *Cessit*[37] *amplissimi viri auctoritati*[38], *vel potius paruit.*

1) Sic Gu. 1. — *unde* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — 3) *Pign. enim est* Gu. 2. va. — 4) *ceditur* va. Ar. — 5) Vulg. *aliqua* add., quod om. Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. va. — *commodatur* vulg. — 7) *dispositione* Gu. 1. — 8) *pecuniae vel pignoris* al. — 9) *facto* Gu. 1. — *pactione* Ar. — 10) Sic Gu. 1. Vulg. *quam cito, tam statim.* — *quam cito, quam statim* Ar. va. — 11) *solo* al. — 12) Sic Gu. 1. — *spac. est* vulg. — 13) Sic Gu. 1. (*cultros*) 2. pr. va. Arev. — Vulg. *cal. ascia, culter.* — 14) *Instrumentum* Gu. 1. 2 — 15) *quem* Gu. 2. — 16) *constructa* va. — 17) *innitere* Gu. 2. pr. — 18) *et* om. Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. — *quia eo* vulg. — *quia ex eo* al. — 20) Sic Gu. 1. passive, ut al. deponent. Vulg. *utimur.* — 21) Sic Gu. 1. — *Haec sunt tria illa* vulg. — *illa tria* Arev. — 22) *vocatur* al. — 23) *usucaptio* Gu. 1. — *ususcaptio* va. — *ususcapio* Gu. 2. — 24) *ademptio* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 25) *velut* — *velut* Gu. 2. — 26) Vulg. *dicta est*, sed *dicta* om. Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *res manu* vulg. — 28) *capit* va. — 29) *et* add. Gu. 2. va. — 30) *mancipio* Ar. — 31) *de mancipio* Gu. 1. al., qui *ei* om., unde addita praepositio explicatur. — 32) *propinquitas* Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *et quae* vulg. — 34) *nam si al. rest.* al. — 35) *dicimus* va. — 36) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *alicui* vulg. — 37) Vulg. *inquit* add., quod om. Gu. 1. — 38) *auctoritate* Gu. 1. 2. pr. va. Vulgata est Ciceronis pro Ligar. 7, 22. — 39) *quod* al. Ar. va. — 40) *sed proprie formando* Pal. 281. pro var. lect. aut correct. — 41) *actione propositionis eius* Gu. 1. — 42) *vocatum* al. om. — 43) *eum* Gu. 1. 2. — 44) *per eius vicem* va. — 45) *et* add. Gu. 2. va. — 46)

33. Interdictum est, quia[39] a iudice non in perpetuum, sed pro reformando[40] momento ad tempus interim dicitur, salva propositione actionis eius[41].

34. Pretium vocatum[42], eo quod prius illud[43] damus, ut pro eius vice[44] rem, quam appetimus, possidere debeamus.

35. Commercium dictum a mercibus, quo nomine res venales appellamus. Unde[45] mercatus dicitur coetus[46] multorum hominum, qui res emere vel vendere[47] solent.

36. Integri[48] restitutio est causae vel rei reparatio.

37. Causa redintegratur, quae vi potestatis expleta non est. Res redintegratur, quae vi potestatis ablata atque extorta est.

CAP. XXVI. *De criminibus in lege constitutis.*

1. Crimen a carendo nominatur[49]: ut furtum, falsitas, etc., quae non occidunt, sed infamant.

2. Facinus dictum a faciendo malum, quod noceat alteri.

3. Flagitium ex[50] flagitando corruptelam libidinis, quae[51] noceat sibi. Haec sunt duo genera[52] omnium peccatorum.

4. Vis est virtus potestatis, per quam causa, sive res vel aufertur, vel extorquetur.

5. Vis privata est, si quisque[53] ante iudicium armatis hominibus quenquam a suo deiecerit, vel expugnaverit[54].

6. Vis publica est, si quis civem ante populum, vel iudicem, vel regem appellantem necaverit, vel[55] torserit, sive verberaverit, vel vinxerit[56].

7. Dolus est mentis calliditas, ab eo, quod deludat. Aliud enim agit, et[57] aliud simulat[58]. Petronius aliter existimabat[59], dicens: *Quid est iudices*[60] *dolus? Nimirum ubi aliquid factum est, quod dolet legi*[61]*: habetis dolum, accipite nunc malum.*

8. Calumnia est iurgium alienae litis, a calvendo[62], id est, decipiendo dicta.

9. Falsitas appellata a fando aliud, quam verum est.

10. Iniuria est iniustitia. Hinc est apud[63] Comicos: *Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris*[64].

11. Seditio dicitur dissensio civium, quod seorsum alii ad alios eunt[65]. Nam hi maxime turbatione rerum et tumultu gaudent.

coitus al. — *quoitus* al. — 47) Sic Gu. 1. — *vendere et* (*vel* Gu. 2. pr. va. Ar.) *emere* vulg. — 48) *Integre* Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. — *nomen accepit* vulg. — *nomen habet* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. — *a* vulg. — 51) Sic Gu. 1. va. — *qua* Ar. — *quod* vulg. — 52) Sic Gu. 1. pr. va. — *duo sunt gen.* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. — *quisquam* vulg. — 54) *expugnaverint* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. — *aut tors.* vulg., quae al. om. — 56) *convixerit* Gu. 2. — 57) *et* om. Gu. 2. — 58) *dissimulat* Gu 1. — 59) Sic Gu. 1. — *existimat* Gu. 2. Ar. — *aestimat* vulg. — 60) Sic Ar. — Vulg. *iudicis.* — 61) Sic Gu. 1. — Vulg. *legi dolet.* Quis Petronius iste sit, cuius verba Isidorus nobis conservavit, incertum est. — 62) *a cavillando* va. — 63) *apud* om. pr. — 64) Sic Arev. — Codd. omnia turbant. Vulg. est: *Iniuria est iniustitia: hinc est apud Comicos: In iure sequi: vel: Iniuria est, qui audet aliquid contra ordinem iuris.* Gu. 1.: *Iniuria est, quae audet aliquid contra ordinem iuris. Iniuria est iniustitia, hinc est apud Comicos. Seditio* etc. Gu. 2. pr. va.: *Iniuria est iniustitia. Hinc est apud Comicos: Iniuria est, qui audet* etc. Al.: *Hinc est illud Virgilii: Quum Turni iniuria matrem — Admonuit: Iniuria est quae* etc. Haec est quasi quaedam loci indicatio, unde sua habeat Isidorus. Sunt nimirum e Serv. ad IX. Aen. 108., ubi idem versus reperitur. Arev. mavult *apud Comicum*, quod apud Terentium sit Hecyr. I, 1, 15. *Iniurium autem est ulcisci adversarios.* — 65) *saeviunt* al. var. lect. ap. Goth. — *se inunt* (sic) Gu. 1. — *seuunt* Gu. 2. 3. Citantur haec a Nonio, ut Ciceronis, v. *Seditio* p. 25. ed. Mercer. Cfr. Serv. ad Aen. I, 149. Ut vulg. ap. Isi-

12. Sacrilegium proprie[1] est sacrarum rerum furtum, postea et[2] in idolorum cultu[3] adhaesit[4] hoc nomen.

13. Adulterium est illusio[5] alieni coniugii, quod, quia alter[6] alterius torum commaculavit, adulterium[7] nomen accepit.

14. Stuprum et raptus[8] proprie est illiciti coitus, a corrumpendo dictus, unde et qui rapto potitur, stupro fruitur[9].

15. Homicidii vocabulum compositum est ex homine et caede. Qui enim caedem in hominem fecisse compertus erat, homicidam veteres appellabant.

16. Parricidii actio non solum in eum dabatur, qui parentem, id est[10] patrem, aut[11] matrem interemisset, sed et in eum, qui fratrem occiderat, et dictum parricidium quasi parentis caedium[12].

17. Internecii[13] iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum[14] fecerat, et ob id hominem occiderat, quod[15] accusatorem eius possessio bonorum sequebatur. Internecii[16] autem significatio est, quasi quaedam hominis[17] enecatio[18]. Nam praepositionem[19] inter pro e ponebant antiqui[20]. Naevius: *Mare interbibere.* Et Plautus: *Interluere mare*, id est, eluere et[21] ebibere.

18. Furtum est rei alienae clandestina contractio[22], a furvo, id est a fusco[23] vocatum, quia in obscuro fit. Furtum autem capitale crimen apud maiores erat[24] ante poenam quadrupli.

19. Pervasio[25] est rei alienae manifesta praesumptio. Furtum autem earundem rerum fit, quae de loco in[26] locum transferri possunt, pervasio autem earum[27], quae[28] transferuntur, et earum, quae immobiles[29] sunt.

20. Inficiatio est negatio debitae rei, cum a creditore deposcitur. Idem[30] et abiuratio[31], id est rei creditae abnegatio.

21. Ambitus iudicium in eum est, qui largitione[32] honorem capit et ambit, amissurus dignitatem, quam munere invadit.

dor., sic Nonius. — 1) *proprium* Gu. 1. — 2) *et* om. va. — 3) *cultui* al., tum del. *in.* — 4) Sic Gu. 1. — *haesit* vulg. — 5) *abusio* al. Ouet. et Neap., unde Arev. suspicatur *invasio.* Sed nihil mutandum. — 6) *alter* om. Gu. 2. al. va. — 7) Sic Gu. 1. — *adulterii* vulg. — 8) Sic scripsi e coniectura, quum vulg. sit *stuprum, id est raptus.* Gu. 1. *Stuprorum raptus.* Gu. 2. 3. al. pr. va. *Stuprum raptus.* — *Stuprum, lenocinium, raptus* al. Arev. post *Stuprum* lacunae signa posuit, quasi deesset huius vocis interpretatio, sed cum similia haec duo vocabula sint, coniunctim explicuisse crediderim ea Isidorum, et coniuncta esse docet Serv. ad Virg. Aen. IV, 217. Idem significare videtur pluralis *illiciti,* qui est in Gu. 1. cod. optimo corrupte *illiciciti.* — 9) *unde Virgilius rapto potitur id est stupro fruitur* e Virgil. l. c. Arev. — 10) Vulg. *qui patrem,* sed *qui* om. Gu. 1. — 11) *aut* pro vulg. *vel* Gu. 1. — 12) *caedem* Gu. 1. 2. — *cidium* al. — *caedes* Ar. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *Internicii* Gu. 3. — *Internecivi* Ar. — *Interneciei* vulg. — 14) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *testimonium* vulg. At vide lib. X. v. *Internecida* et Dacer. ad Festum v. *Internecivum.* edit. Lindem. p. 469. — 15) *quod* addidi e Gu. 1. — *quem* superscript. in Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. 2. *Interneciei* vulg. — *Internecium* Gu. 2. al. — *Internicium* Gu. 3. — *Internecivi* Ar. — 17) Sic Gu. 1. 2. — *hominis quaed.* vulg. *Signatio* pro *significatio* va. — 18) *enecatio* Ar. quod recepi. Facile enim *e* amitti potuit. — *innectatio* al. — 19) Sic Gu. 1. — *proposition.* vulg. — 20) Sic Gu. 1. 2. (*antiqui* om.) — *praeponebant ne* pr. — *ponebant ne. Naev.* va. Vulg. *ponebant antiqui pro E* vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *ebibere et eluere* vulg. — *et vivere et eluere* Gu. 2. — *vel ebibere et el.* pr. Locus Plauti neque in editis fabulis est, neque in fragmentis collectis. — 22) *contrectatio* Gu. 2. va. Ar. — 23) *a* addidi e Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. *fuit* vulg. — 25) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. h. l. et postea. — Vulg. *persuasio*, quod unde ortum sit, primus versus docet. — 26) *ad* Gu. 2. — 27) Vulg. *et earum,* sed *et* om. Gu. 1. — 28) *et quae transf.* Gu. 1. — 29) *immobilia* Gu. 2. al. va. — 30) Sic Gu. 1. Ar. Vulg. *Item.* — 31) *obiuratio* var. lect. ap. Goth. — 32) Sic Gu. 1. Ar. — *largiorem* vulg. — *largitiorem* Gu. 2. — 33) *Peculatum* Gu. 1. 2. — 34) *invertunt* va. — 35) *a* om. Gu. 1. — 36) *peculatum* — *dictum*

22. Peculatus[33] iudicium in eos datur, qui fraudem aerario faciunt, pecuniamque publicam intervertunt[34]. Nam a[35] pecunia peculatus est dictum iudicium[36]. Non autem sic iudicatur furtum rei publicae[37], sicut rei privatae. Nam ille sic iudicatur ut sacrilegus, quia fur est sacrorum.

23. Repetundarum accusatur, qui pecunias a sociis cepit. In hoc iudicio reus si ante moriatur, in bona eius iudicium redditur.

24. Incesti iudicium in virgines sacratas, vel[38] propinquas sanguine constitutum est. Qui enim talibus commiscentur[39], incesti, id est incasti habentur.

25. Maiestatis reatu tenentur ii, qui regiam maiestatem laeserunt[40], vel violaverunt, vel qui rempublicam prodiderunt, vel cum hostibus consenserunt.

26. Piaculum dictum, pro eo quod[41] expiari potest; commissa sunt enim, quae erant quoquo ordine expianda.

C A P. XXVII. *De poenis in legibus constitutis.*

1. Dupliciter malum appellatum est[42], unum, quod homo facit, alterum, quod patitur. Quod facit, peccatum est; quod patitur, poena. Malum autem tunc plenum est, cum et praeteritum est, et impendet[43], ut sit dolor[44] et metus.

2. Poena dicta, quod puniat. Est autem epithetum necessarium[45], et sine adiectione non habet plenum sensum: adiicis[46] poena[47] carceris, poena exilii, poena mortis, et imples sensus[48].

3. Supplicium proprie dictum[49] non qui quoquo modo[50] punitur, sed ita damnatur, ut bona eius consecrentur[51] et in publico[52] redigantur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo[53], unde et[54] supplicare.

4. Octo genera poenarum in legibus contineri Tullius scripsit[55], id est[56] damnum, vin-

Gu. 1. 2. al. pr. va. — *peculatum est dictum iudicium* Gu. 1., ex quo addidi *iudicium* et *dictum* scripsi. — 37) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *publicae rei* vulg. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sive in prop.* vulg. — 39) Sic Gu. 1. — Vulg. *miscentur* — *miscuntur* Gu. 2. pr. — 40) Sic Gu. 1. va. Ar. — *deseruerunt* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. — *quod* sine *pro eo* vulg. — — 42) Sic Gu. 1. al. — *appellatur* vulg. — 43) Vulg. *et impetit* praeponit, seq. *vel impendet;* prius om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *impendit* Gu. 1. 2. pr. va. al. — *et impetit et impendit* al. — 44) *et dolor* Gu. 2. pr. va. Ar. — 45) Sic Arev. pro vulg. *nomen*, quod recte Grial. ortum dicit e compendio *nem*, quod sit in libro Salmant. Al. *necessarium nomen.* — 46) *adicis* Gu. 1. 2. — 47) *poenam* ter Gu. 1. al. — 48) Sic Gu. 1. — *sensum* vulg. — 49) Sic Gu. 1. al. — *dicitur* vulg. — 50) Sic edit. va. optime omnium, ut videtur, librorum genuinam scriptoris manum servavit. Nam codd. turbant, quorum Gu. 1. exhibet: *non quomodo punitur.* Gu. 2. pr. *non qui quomodo pun.* Al. *non quo pun.* Arev. *non quo quis quoquo modo punitur.* Vulg. *non quo quis pun.* Quae sequuntur *sed ita damnatur* dedi e Gu. 1. 2. al. va., quum vulgata sit: *sed qui ita damnatur.* Arev. *sed quum ita damn.* — 51) *conserventur* va. — 52) *in publicum* al. — 53) *a deo* pr. — *domino* al. — *de eo* al. — 54) *et unde* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. al. — *scribit* vulg. — 56) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *scilicet* vulg. Neutrum horum exhibet Arev. Sed quod Orell. ad Cic. Opp. Vol. IV. P. I. p. 572. in Fragm. ad libros de Legibus notat n. 8., ambiguum esse, utrum hoc significet: „in legibus Romanis," ita ut locus petitus esse possit etiam e libris de Republica, tanto opere ab Augustino tritis; (Nam apud eundem extant ea, quae citat Isidorus, lib. de Civ. Dei XXI, 11.) an, „in libris Legum s. de Legibus." Hoc, inquam, non dubium esse potest, quin ad neutrum horum librorum referendus sit hic Ciceronis locus. Impedit enim verborum collocatio et apud Isidor. et apud August., quin alterutram sententiam amplectamur. Nam verborum ordo est talis, ut plane non intelligere nobis liceat, e quo Ciceronis libro locus sit desumptus. Similis autem eius reperitur ap. eundem I. de Orat. c. 43, 194. *vitia... hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis,*

cula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem et mortem[1]. His namque poenis vindicatur omne perpetratum[2] peccatum.

5. Damnum a diminutione rei vocatum.

6. Vincula a vinciendo, id est, artando dicta, eo quod constringant atque retineant, vel quia vi ligant colla[3].

7. Compedes dicti[4], quia continent pedes.

8. Pedicae[5] sunt laquei, quibus pedes illaqueantur, dictae a pedibus capiendis.

9. Catenae autem, quod capiendo contineant[6] utraque vestigia, ne progrediantur. Item catenae quod se capiendo teneant plurimis nodis.

10. Manicae[7] sunt vincula, quibus manus capiuntur, licet et manicae tunicarum sint[8].

11. Nervi[9] . . . . .

12. Boia, id est[10] torques damnatorum, quasi iuga[11] boum[12], ex genere vinculorum[13].

13. Carcer, in quo custodiuntur noxii. Et dictus carcer, quod in[14] eo homines coerceantur includanturque, quasi arcer[15], ab arcendo scilicet. Locum autem, in quo servantur noxii, carcerem dicimus numero tantum singulari, unde vero emittuntur quadrigae, carceres vocamus numero tantum plurali.

14. Verbera dicta, quia cum agitantur, aerem verberant. Hinc flagra et plagae et flagella, quia cum flatu et strepitu in corpore sonant. Nam plagae quasi flagae et, flagra[16] primae positionis sunt, flagella autem per diminutionem[17] dicta.

15. Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quae vulgo scutica dicitur.

16. Fustes sunt, quibus pro criminibus iuvenes feriuntur, appellati, quod praefixi[18] in fossis stent[19], quos palos rustici vocant.

17. Vectes dicti, quod manibus vectentur[20], unde ostia saxaque velluntur[21], sed hi ad poenas legum non pertinent.

18. Virgae sunt summitates frondium arborumque, dictae, quod virides sunt[22], vel quod

verberibus, *exiliis*, *morte multantur*. Ad hunc fortasse respexit Isidor. — 1) Orellius l. c. quum eum, ut videtur, latuerit Isidori (nam ex Augustino tantum sua citavit) locus, et apud Augustin. sit: *mortem*, *servitutem*, quaerit not. 9., „Estne hic ordo vere Tullianus, ut servitus gravior etiam morte poena existimetur? Videant ICti." — 2) *perpetrandum* Gu. 2. — 3) *colla* om. Gu. 2. va. Ar. — 4) Sic Gu 1. 2. al. — *dictae* vulg. — 5) *Pedices* Gu. 2. va. — 6) Sic Gu. 1. — *capiendo teneant* Gu. 2. pr. va. Ar. — *capiendo tenent* al. Vulg. *accipiendo tenent*. — 7) *Manices* Gu. 2. — 8) *sint* om. Gu. 2. — al. *sunt* exhibent. — 9) Sic Gu. 1. 2. Sed in codd. Gu. 1. 2. et al. teste Arev. interpretatio deest, quae in vulgg. editt. ex Festi epitome sumpta videri possit. Est autem ita: *Nervus est vinculum ferreum*, *quo pedes vel cervices impediuntur*. Epitome Festi est ita: *Nervum appellamus etiam ferreum vinculum*, *quo pedes vel etiam cervices impediuntur*. Festus ipse sic: *Nervum appellamus etiam ferreum vinculum*, *quo pedes impediuntur*, *quamquam Plautus* (Curcul. V, 3, 40.) *eo etiam cervices vinciri ait*: *Perfidiose captus eo epol* (fort. *edepol*) *nemo cervices probat*. Rectius lacunae signum posuit Arev., quam ut istud supplementum reciperet. Saepe enim apud Isidorum lemmatum explicatio interiit. Editt. pr. et va., quae eam exhibent pro *est vincul. ferr.* suppeditant *est ferreum vinc.* et pro *vel cerv.* exhibet va. *vel etiam cerv.* — 10) *id* addidi e Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. — *iugum* vulg. — 12) *in bove* Arev. var. lect. ap. Goth. va. — 13) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. Vide de *boia* Scalig. ad Festum edit. Lindemann. p. 351. — 14) *in* addidi e Gu. 1. al. (qui *quo in eo* exhibent.) — 15) Sic Gu. 1. Ar. — *arce* va. — *arcens* vulg. — 16) Vulg. praeponit *sed plagae*, quae om. Gu. 1. — 17) *dirivationem* al. — 18) *infixi* al. — 19) *stant* al. — 20) *vectantur* al. — 21) *evellantur* al. — 22) *sint* al. va. — 23) Sic Gu. 1. — *certe* vulg. — *haec* al. — 24) Vulg. add. *vocatur*, quod

vim habeant arguendi, quae si lenis fuerit, virga est, si arcte[23] nodosa, vel aculeata, scorpio rectissimo nomine[24], quia[25] arcuato vulnere[26] in corpus infigitur[27].

19. Ictus proprie flagellorum sunt ab agitando vocati.

20. Ungulae dictae, quod effodiant. Haec et fidiculae, quia iis rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur[28].

21. Eculeus[29] autem dictus, quod extendat[30].

22. Tormenta vero dicta[31], quod torquendo mentem inveniant.

23. Est et lautumna[32] supplicii[33] genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo ad poenas[34] sceleratorum. Iste enim prior[35] lautumnia[36], tormenta, fustes, metalla atque exilia adinvenit, et ipse prior ex regibus[37] exilium meruit.

24. Talio est similitudo vindictae, ut taliter quis patiatur, ut fecit. Hoc enim et natura et lege institutum est[38], ut laedentem similis vindicta sequatur. Unde et est illud[39] legis: *Oculum pro oculo, dentem*[40] *pro dente.* Talio autem non solum ad iniuriam referendam, sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo et iniuriae et beneficentiae.

25. Ignominia[41], eo quod desinat habere honestatis nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur. Dicta est autem ignominia[42] quasi sine nomine, sicut ignarus sine scientia, sicut ignobilis sine nobilitate.

26. Hoc quoque et infamia[43], quasi sine fama bona[44]. Fama autem dicta, quod[45] fando, id est[46] loquendo pervagatur per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum et malarum rerum[47]. Nam fama felicitatis interdum est, ut illud est[48], *Illustris fama*, quod laus est[49]: malarum, ut Virgilius:

Fama malum, qua[50] *non aliud velocius ullum.*

27. Famae autem nomen certiloquium[51] non habet, quia plurimum mendax est, adiiciens[52] multa, vel demutans de veritate: quae tamdiu vivit, quamdiu non probatur[53]. At ubi probaveris[54], esse[55] cessat, et exinde res nominatur, non fama.

28. Exilium dictum quasi extra solum. Nam exul dicitur, qui extra solum est. Unde

om. Gu. 1. 2. Ar. — 25) *qui* al. — 26) *vulneri* al. — 27) *infingitur* va. — 28) Arevalus in tabula aerea addidit figuras chirotecae ferreae, unci ferrei, pectinis ferrei, variorum ungularum generum, duorum lebetum, expressas picturis Gallonii ad imaginem instrumentorum talium in sepulcris et monasteriis repertorum, quas quum Isidorus ipse nobis non servaverit, ut alias figuras, non curavi tabulis imprimendas. — 29) *Equuleus* Ar. — *Aculeus* va. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 31) *dicta* addidi e Gu. 1. — 32) *Lautunum* Gu. 1. — *lautumnum* Gu. 2. al. — *lautumum* al. — *Latomia* al. et var. lect. ap. Goth. — 33) *supplicium* Gu. 1. — 34) *poenam* Ar. — 35) *primus* va. — 36) Sic Gu. 1. — *lautumna* Gu. 2. — *lautumnas* vulg. — *latomias* Arev. — 37) *ex* om. Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — *est instit.* vulg. Verba *laedentem* usque ad *sequatur* sunt e versu Iuvenci I, 585: *Laedentem semper similis vindicta sequatur.* — 39) Sic Gu. 1. — *illud est* vulg. — 40) Vulg. *et dentem*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Ar. Locus est e Matth. 5, 38. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ignominium*, seq. *dictum*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *Dictum autem ignominium.* — Gu. 2. va. *Dictum est autem ignominium.* — 43) Sic Gu. 1. — *Infamium* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *bona fama* vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — *quae* al. — 46) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. Ar. — *et* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *bon. rer. et mal.* vulg. — 48) *illud est* va. Ex Ciceronis oratione pro Marcello formulam esse dicit Grial., sed ego non inveni locum. — 49) *erit* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. al. — *quo* vulg. — *quod* pr. Locus est Virg. Aen. IV, 174. — 51) Sic Gu. 1. — *certi locum* vulg. — *certum locum* al. *Certiloquium* ut *veriloquium*, *alieniloquium* etc. Est autem haec descriptio e Tertull. apologet. c. 8. — 52) *adiciens* Gu. 1. 2. — 53) *probat* Gu. 2. al. va. — 54) *probaverit* va — *probabilis* al. — 55) *esse fama cessat* al. pr. — *esse fama esse cessat* va.

et[1] postliminium[2] redeuntibus, hoc est de exilio reducendis, qui sunt[3] eiecti iniuria[4], id est[5] extra limen patriae. Dividitur autem exilium in relegatis et deportatis.

29. Relegatus est, quem bona sequuntur sua[6]: deportatus, quem non sequuntur.

30. Proscriptio exilii procul damnatio, quasi porro scriptio[7]. Item proscriptus, quasi[8] palam scriptus.

31. Metallum est, ubi exules deputantur ad eruendam venam[9], marmoraque secanda in crustis[10].

32. Servitus a servando vocata. Apud antiquos enim[11] qui in bello a morte servabantur, servi vocabantur[12]. Haec est sola malorum omnium postrema, quae liberis omni supplicio gravior est; nam ubi libertas periit, una ibi pereunt[13] omnia.

33. Mortium sunt diversi casus[14], ex quibus crux, et[15] patibulum, in quo homines appensi cruciantur, vel patiuntur, unde et nomina habent.

34. Patibulum enim vulgo furca dicitur, quasi ferens caput. Suspensum enim et strangulatum eo[16] exanimat, sed patibuli minor poena, quam crucis. Nam patibulum[17] appensos statim exanimat, crux autem suffixos diu cruciat, unde[18] in Evangelio latronibus, ut morerentur, et de ligno ante sabbatum deponerentur, crura confracta sunt, quia ligno suspensi cito mori non poterant.

35. In ipso quoque[19] genere necis differt. Crudelius est enim in aqua spiritum torquente[20] extingui, ignibus uri, frigore et fame necari, canibus et bestiis exponi[21]. Nam ferro mori aetas quoque maior optavit. Gladius enim sine graviori[22] cruciatu compendiosa morte vitam finire novit.

36. Culleum[23] est parricidale vasculum ab occulendo, id est claudendo dictum. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia[24] et gallo et serpente inclusi, in mare praecipitantur. Omnium autem istarum mortium genus animadversio nominatur.

37. Animadversio enim[25] est, quando iudex reum punit, et dicitur animadvertere, id est animum advertere illuc[26], intendere utique ad puniendum reum, quia iudex est.

38. Ideo autem Romani aquam et ignem[27] interdicebant quibusdam damnatis, quia[28] aer et aqua cunctis patet, et omnibus data sunt, ut illi non fruerentur, quod omnibus per naturam concessum est[29].

1) *et* addidi e Gu. 1. — 2) *postliminio* plerique ap. Arev. et gothici. — 3) *sint* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *in iniuria.* — 5) *id est* om. Ar. — 6) Sic Gu. 1. (*secuntur.*) Vulg. *sua sequuntur* (*secuntur* pr.) — 7) Vv. *quasi porro scriptio* om. gothici. — 8) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 9) *ad eruenda moenia* al. — 10) Arev. coniecit *in crustas.* — 11) *autem* Gu. 2. — 12) *Servi vocabantur* al. om. — 13) Sic Gu. 1. — *perierunt* vulg., quae add. *et*, quod id. cod. om. — 14) Sic Gu. 1. — *Mortium vero div. cas.* vulg. — 15) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *vel* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *ex eo* Ar. — *haec exan.* vulg. — *haec ex eo exan.* Gu. 2. — 17) *patibulo* Gu. 2. — 18) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 19) *In ipsoque* Gu. 1. — 20) Sic Arev. — *spiritu torquentes* Gu. 1. — *spiritum torquentis* vulg. Utrumque om. pr. va. — 21) *canibus et bestiis exponi* om. al. — 22) *graviore* Gu. 2. va. — *maiori* Ar. — 23) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Culleus* Ar. — *Culeus* vulg. — 24) *simio* Gu. 2. al. — 25) *enim* add. Gu. 1. va. Ar. — *Animadv. est enim* Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *illuc vertere* vulg. — *illuc advert.* Gu. 2. va. Arev. — 27) *aqua et igni* Arev. — 28) *quoniam* Gu. 2. — 29) In Gu. 2. haec: Incipit liber VI. de sacris scripturis. Libri V. pars de temporibus est in eo cod. post Isidori librum de rerum natura. Ille ipse autem liber de rerum natura sequitur post lib. III. Quae autem his duodecim capitibus continentur, ipse Isidorus e suo libro copiosiori de rerum natura huc transtulit. Hoc autem loco est in Gu. 2. liber de medicina, quem sequitur liber de *temporibus*,

CAP. XXVIII. *De Chronicae vocabulo.*

Chronica dicitur Graece[30], quae Latine temporum series appellatur, qualem apud Graecos Eusebius Caesariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter[31] in Latinam linguam convertit. *Χρόνος* enim Graece, Latine tempus interpretatur.

CAP. XXIX. *De momentis et horis.*

1. Tempora[32] autem momentis, horis, diebus, mensibus, annis, lustris, seculis[33], aetatibus dividuntur. Momentum est minimum[34] atque angustissimum tempus, a[35] motu siderum dictum.

2. Est enim extremitas horae in brevibus intervallis, cum aliquid[36] sibi cedit atque succedit. Hora Graecum nomen est[37], et tamen Latinum[38] sonat. Ora[39] enim finis est temporis[40], sicut[41] et orae[42] sunt fines maris, fluviorum, vestimentorum[43].

CAP. XXX. *De diebus.*

1. Dies est praesentia solis, sive sol supra[44] terras, sicut nox sol[45] sub terris[46]. Ut[47] enim dies aut[48] nox sit, causa est aut supra[49] terram sol, aut sub terris. Dies legitimus XXIIII[50] horarum[51], usque dum dies et nox spacia sui cursus ab oriente[52] usque ad alium orientalem[53] solem coeli volubilitate concludat[54]. Abusive autem dies unus est spacium ab oriente sole usque ad occidentem.

2. Sunt autem diei spacia duo, interdianum atque[55] nocturnum, et est dies quidem horarum XXIIII[56], spacium autem horarum[57] XII.

3. Vocatus autem dies a parte meliori[58]. Unde et in usu est, ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum, sicut et in lege divina scriptum est:

Factum est vespere et mane dies unus[59].

4. Dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis: secundum Persas ab ortu solis: secundum Athenienses a sexta hora diei: secundum Romanos a media nocte. Unde et tunc[60] gallicinium est[61], quorum vox diei ostendit[62] praeconium, quando et mesonyctius afflatus fit[63].

5. Dies dicti a diis, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt. Primum

qui nobis est pars libri V. — *Incipit liber quintus de tempor.* edit. va. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *Graece dic.* vulg. — 31) *pater* Gu. 2. — 32) *Tempora* usque ad *dividuntur* om. Z. — 33) *siclis*, *lustris* Gu. 1. — 34) *minutum* Z. — 35) *quod a motu* al. — 36) Vulg. *quum sol aliq.*, sed *sol* om. Z. Gu. 2. va. Ar. Pal. 281. exhibet ad marg. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *est nomen* vulg. — 38) *in Latin.* Z. — 39) *Hora* Z. va. Ar. — 40) *finis temp. est* Z. — 41) *sicut* om. Gu. 1. — 42) *ora* Z. Gu. 1. 2. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *et vestim.* — 44) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *super* vulg. — 45) *sol* om. Gu. 1. — 46) *sub terras* Gu. 2. — 47) Verba: *ut enim* usque ad *sub terris* om. Z. Gu. 2. — 48) *et* va. — 49) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *super* vulg. — 50) *viginti* Z. — 51) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 52) *sole* add. Z. — 53) *occidentalem* Gu. 1. pr. — *orientem* Gu. 2. va. Verba: *usque ad alium orientalem solem* om. Z. — 54) *concludit* va. — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et* vulg. — 56) XII. Gu. 2. va. — 57) *noctis horar.* Gu. 2. — 58) Sic Gu. 1. — *meliore* vulg. — 59) Locus est in Genes. 1, 5. — *Moyses enim a mane ad mane unum diem appellat. Sed Domino surgente vespera sabbathi lucescit in prima sabbathi, ut homo de luce lapsus in tenebras rediret deinde ad lucem.* Haec addit cod. Zittav. — 60) *tunc* om. Gu. 2. — *ter* pro eo exhibet Z. — 61) *id est gallorum cantus* add. Arev. — 62) *ostenditur* al. pr. — *diem ostendit praeconio* Gu. 2. — 63) *quando* usque ad *fit* om. Gu. 2. — *mesonictim* edit. Gothofr. Al. add. ad interpretationem *id est medinoctius.*

enim diem a sole appellaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut et idem dies caput est[1] cunctorum dierum[2].

6. Secundum a luna, quae soli splendore[3] et magnitudine proxima est, et[4] ex eo mutuatur[5] lumen. Tertium ab[6] stella Martis, quae Vesper[7] vocatur. Quartum ab stella Mercurii, quam[8] quidam Stilbonta[9] dicunt.

7. Quintum ab stella Iovis, quam Phaetontem[10] aiunt. Sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt[11], quae[12] inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum ab stella Saturni, quae septimo[13] coelo locata XXX[14] annis fertur[15] explere cursum suum.

8. Proinde autem ex his septem stellis nomina diebus[16] gentiles[17] dederunt[18], eo quod per easdem[19] aliquid sibi effici[20] existimarent[21], dicentes habere a sole[22] spiritum, a luna corpus[23], a Mercurio ingenium et linguam[24], a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, ab[25] Iove temperantiam, a Saturno humorem. Talis quippe extitit gentilium stultitia, qui sibi finxerant[26] tam ridiculosa figmenta.

9. Apud Hebraeos autem dies prima una sabbati[27] dicitur[28], qui[29] apud nos dies[30] dominicus est, quem[31] gentiles Soli dedicaverunt. Secunda sabbati secunda feria, quem seculares diem lunae vocant. Tertia[32] sabbati tertia feria, quem diem[33] Martis vocant. Quarta sabbati quarta feria, qui[34] Mercurii dies dicitur[35] a paganis.

10. Quinta sabbati quinta feria est[36], id est quinta[37] a die dominico[38], qui[39] apud gentiles Iovis vocatur. Sexta sabbati sexta feria dicitur[40], qui[41] apud eosdem paganos Veneris nuncupatur. Sabbatum[42] autem septimus a dominico die, id est[43] quem Saturno[44] dedicaverunt, et Saturnum nominaverunt. Sabbatum autem ex Hebraeo in Latinum requies interpretatur, eo quod Deus in eo requievisset[45] ab omnibus operibus suis.

11. Melius autem in[46] vocabulis dierum de ore Christiano ritus loquendi Ecclesiasticus procedit. Tamen si quem forte traxerit consuetudo[47], ut illud exeat ex ore, quod improbat corde, intelligat[48], illos omnes, de quorum nominibus appellati sunt hi dies, homines fuisse, et propter

1) *est* om. Gu. 2. — 2) *diarum* add. Z. — *dierum* Gu. 1. pr. va. — 3) Vulg. *et splend.*, sed *et* om. Gu. 1. — 4) *et* om. Gu. 1. — 5) Sic Z. Gu. 1. — *mutuat* vulg. — 6) Sic *ab* pro *a* h. l. et postea Gu. 1. va. — 7) *Pyrois* Arev., ut idem fecit lib III. cap. 71. — 8) *quem* Gu. 2. — 9) Recepi h. l. certissimam Grialii coniecturam, quum vulg. sit *Candidum circulum*, et in aliis libris *circulum* absit, teste Grial. Est igitur e glossa per omnes libros propagata. Candidus circulus est via lactea, auctore Isidoro ipso III, 46. Recepit etiam Arev. — 10) *quam quidam phaet.* al. — 11) *aiunt* Z. va. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va Ar. — *quia* vulg. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — vulg. *sexto.* — 14) *et triginta* Z. — 15) *ferunt* Gu. 2. — om. Z. — 16) *dierum* Z. — 17) *gl̄s* (sic) Z. — 18) *ediderunt* al. — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *eosdem* vulg. — 20) *sibi effici aliquid* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *existimaverunt* Z. — *aestimarent* vulg. — 22) *a sole habere* Z. — 23) *a Marte sanguinem* hoc loco addit Gu. 2. va. — 24) *a Iove temperantiam* h. l. add. Gu. 2. — 25) *ab* pro *a* scripsi e Gu. 1. — 26) *finxerunt* Ar. — 27) *sabbathi* Z. h. l. et semper per *th.* 28) *dicebatur* Gu. 2. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *quae* vulg. — 30) *dies* om. Z. — 31) *quem gent. Sol. ded.* om. Gu. 2. — *dicaverunt* Ar. — 32) Gu. 2. sic contracta haec exhibet: *sic tertia, sic quarta et quinta et sexta sabbati sexta feria*, omissis verbis *quem seculares diem lunae vocant.* — 33) Vulg. *illi diem*, sed pronom. om. Gu. 1. — 34) *quae* va. — 35) *dicitur* om. Z., qui exhibet *apud paganos* cum al. — 36) *est feria* Z. — *feria dicitur* al. — 37) Sic Gu. 1. — *quintus* vulg. — 38) Sic Z. Gu. 1. Ar. — Vulg. *dominica.* — 39) *qaae* al. — 40) Sic Gu. 1. — *est* vulg. — 41) Sic Gu. 1. va. — *quae* vulg. — 42) *Sabbatus* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — *die est, quem* vulg. — *est die* va. — *die* om. Gu. 2. — 44) Vulg. *gentiles Sat.*, sed prius vocab. om. Gu. 1. Verba *quem* usque ad *Sabbat. autem* om. Gu. 2., qui connectit ita: *qui ex Hebr.* Al. om. vv. *et Saturnum nominav.* Pro *Saturnum*, quod est in Z. Gu. 1. 2. vulg. exhibet *Saturni.* — *dicaverunt* pro *dedicaverunt* Ar. — 45) *requieverit in eo* Z. — *in eo req. Deus* Gu. 2. — 46) *de vocabulis* Gu. 2. — 47) Sic

beneficia quaedam mortalia[49], quia[50] plurimum[51] potuerunt et invenerunt[52] in hoc seculo, delati sunt eis ab amatoribus suis divini honores et in diebus et in[53] sideribus, sed primum[54] ab hominibus[55] sidera nuncupata, et a sideribus dies sunt appellati[56].

12. A fando autem feriae nuncupatae[57] sunt, quod sit in eis nobis tempus[58] dictionis, id est in[59] divino, vel humano[60] officio fari. Sed ex his[61] festos dies hominum causa institutos, feriatos autem[62] divinorum sacrorum.

13. Partes diei[63] sunt tres[64]: mane, meridies et[65] suprema.

14. Mane lux matutina[66] et plena, nec iam crepusculum. Et dictum est[67] mane a mano[68]; manum enim antiqui bonum dixerunt[69]. Quid enim melius est luce[70]? Alii mane existimant[71] vocari a manibus[72], quorum[73] conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aere, quia manus, id est clarus[74] atque perspicuus.

15. Meridies dictus[75] quasi medidies, hoc[76] est medius dies, vel quia tunc purior[77] dies est. Merum enim purum dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie, quia[78] sol in[79] medio coelo rutilat, et omnem orbem[80] pari claritate[81] illustrat.

16. Suprema est postrema pars diei, quando sol cursum suum vertit in occasum[82]: dicta, quod[83] superest ad partem ultimam diei.

17. Serum vocatum a clausis seris, quando[84] nox venit[85], ut unusquisque somno tutior sit[86].

18. Hodie quasi hoc die, et quotidie[87], non cotidie, ut sit quot diebus.

19. Cras dicitur quasi postea[88].

20. Hesternum est pridie[89]: et dictum est[90] hesternum ab eo, quod iam dies ipse[91] sit extraneus a nobis[92] et praetereundo alienus.

21. Pridie autem quasi priori die.

22. Perendie, id est per ante diem[93], vel in antecessum[94], id est[95] prius.

Gu. 1. Vulg. *consuet. trax.* — 48) *intelligit* Gu. 1. — 49) *mortalium* al. — 50) *quae* Gu. 2. — 51) *plurimi* Z. — 52) *evanuerunt* Z. al. — *eminuerunt* Ar. Gu. 2. — 53) *in* om. Z. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *prius* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *a nominibus hominum* vulg. — 56) *nuncupati* Gu. 2. al. — 57) *appellatae* Gu. 2. — 58) Sic Gu. 1. 2. Vulg. *quod in eis nobis sit tempus* — *tempus sit* Z. — 59) *in* om. Gu. 1. — 60) *in humano* Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. — *ex iis* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. gothici et Caesenas I. Vulg. *festi dies . . . instituti sunt; feriati causa divinorum. Causa* retinet Gu. 2., et om. *autem.* Al. utrumque om. — 63) *dies* Z. — 64) Sic Gu. 1. — *tres sunt* vulg. — 65) *et* om. Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. — *matura* vulg. — 67) *est* addidi e Gu. 1. — 68) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *manu* vulg. — 69) Sic Gu. 1. al. — *dicebant* vulg. — 70) *est* addidi e Gu. 1. — 71) *aestimant* Gu. 2. — 72) Vulg. add. *id est a diis,* quae om. Z. Gu. 1. — *id est diis a manibus* pr. — *id est diis* va. — *a diis manibus* al. Vv. *a manibus* usque ad *putant* om. Gu. 2. — 73) *quarum* Z. — 74) Sic Gu. 1. (om. *est*, quod vulg. sequitur.) 2. al. va. — *rarus* vulg. — *rarus atque persp. est* Z. — 75) *dicta* Gu. 2. al. — 76) *hoc est medius dies* om. Gu. 2. — 77) *purus* Gu. 2. — 78) Sic Gu. 1. — *quando* vulg. — 79) Sic Gu. 1. al. — *e medio* vulg. — *de medio* Gu. 2. — 80) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *terram* vulg. — 81) *qualitate* Z. — 82) Sic Gu. 1. 2. — *in occas. vertit* vulg. — 83) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. 2. — 84) Vulg. *quando iam*, sed *iam* om. Gu. 1. — 85) *veniet* Ar. — 86) *deditus sit* Z. — 87) Vv. *et quotidie, non cotidie, ut sit quot diebus* om. Gu. 2. — 88) Sic Gu. 1. — *Cras, quod est postea* vulg. Mira etymologia, nisi cum Grialio aliquid deesse putes. — 89) *Hesternum et idem et pridie* Gu. 1. — 90) *est* addidi e Gu. 1. — 91) *ipse* om. va. — 92) Sic Gu. 1. — *a nobis extran.* vulg. — 93) Sic Gu. 1. Ar. — *die* vulg. — *dies* Gu. 2. pr. Z. — 94) Sic Gu. 1. Ar. — *in antecessu* vulg. — 95) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et* vulg.

CAP. XXXI. *De nocte.*

1. Nox a nocendo dicta, eo quod noceat oculis[1]. Quae idcirco lunae ac siderum lucem habet, ne indecora esset[2], et ut consolaretur[3] omnes[4] operantes nocte[5], et[6] quibusdam animantibus, quae lucem solis[7] ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur .

2. Noctis autem et diei alternatio propter vicissitudinem vigilandi dormiendique[9] effecta est, et ut operis diurni laborem noctis requies temperaret[10].

3. Noctem[11] autem fieri[12] dicunt, aut quia longo itinere lassatur[13] sol, et cum ad ultimum coeli spacium pervenit[14] elanguescit[15] ac labefactus[16] efflat suos ignes, aut quia eadem vi[17] sub terras cogitur[18], qua[19] super[20] terras pertulit[21] lumen, et sic umbra terrae noctem facit. Unde Virgilius[22]:

ruit[23] Oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque.

4. Noctis partes septem sunt, id est vesperum[24], crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum.

5. Vesperum[25] ab stella occidentali vocatum[26], quae solem occiduum sequitur et tenebras sequentes praecedit. De qua Virgilius:

Ante diem clauso[27] componet[28] vesper Olympo.

6. Tenebrae[29] autem dictae, quod teneant umbras.

7. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum[30] dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras.

8. Conticinium est, quando omnia[31] silent. Conticescere enim silere est.

9. Intempestum[32] medium et inactuosum noctis est tempus[33], quando nihil agi[34] potest et omnia quieta sunt sopore[35]. Nam tempus per se non intelligitur, nisi per humanos actus[36]. Medium autem noctis actu caret.

10. Ergo intempesta[37] inactuosa, quasi sine tempore, hoc est sine actu, per quem di-

1) Sic Gu. 1. — *oculis noceat* vulg. — 2) *essent* Gu. 1. — *ne inde contra esset* al. — 3) *consolarentur* Gu. 2. al. — *solarentur* al. — 4) *homines* al. — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *nocte oper.* — 6) Vulg. *et ut*, sed *ut* om. Gu. 1. 2. — 7) *solis* om. Z. — 8) *temperetur* Gu. 1. — *temperatur* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *dormiendi et vigilandi.* — *dormiendi vigilandique* Z. — 10) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *temperet* vulg. — 11) *Noctem* usque ad §. 5. *Olympo* om. Z. — 12) *fieri* om. Gu. 1. et exhibet *dicimus* cum al. — Arev. et Gu. 2. om. verbum dicendi. — 13) *lassatus* Gu. 2. — 14) *pervenerit* Gu. 2. al. — 15) *et languescit* Gu. 1. — 16) *tabefactos* al. — *labefactos* Arev. e Lucret. lib. V, 651. *At nox obruit ingenti caligine terras, Aut, ubi de longo cursu sol ultima coeli Impulit, atque suos efflavit languidus igneis, Concussos itere, et labefactos aere multo* etc. — *labefactus* pro *tabefactus* recepi e Lucret. — 17) *vis* Gu. 2. — 18) *cogit* al. — 19) *qua* Gu. 1. 2. — 20) *sub* al. — 21) *protulit* Gu. 2. al. — 22) Vulg. *Unde et Virg.*, sed *et* om. Gu. 1. — 23) *pluit* Gu. 1. — *ruet* Gu. 2. Locus est Aen. II, 250. — 24) Sic Gu. 1. h. l. et postea. 2. va. — 25) In Gu. 1. praeponitur *Crepusculi* interpretatio. et *vesperum* exhibent praeter Gu. 1. 2. va. etiam cod. Tolet. vet. goth. — *ab* pro *a* scripsi e Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. 2. cod. Tolet. vet. goth. cum his notis charactere gothico cursivo: „*Vesper* dictus, dum sol aut luna ferruginibus quacunque diei aut noctis hora tegitur, et hoc nomen facit *vesperis*. *Vespera* vero ab hora nona sole descensum inchoante: sed hoc nomen declinationem non habet. *Vesperus* est, dum sole occidente dies deficit, et sic declinabitur, *vesperus*, *vesperi*, *vespero* et reliqua. *Vespera* (In Ms. *vespere*) est, quum lucis oriente aurora nox finitur, et sic declinabitur *vespera*, *vesperae*, *vesperae*.“ Mirum est, quod eadem reperiuntur in codice Festi Monacensi, quem Cramerus Vir Ill. contulit in Lindemanni usum, cuius notam vide ad Festum p. 162. 2.) Sed cod. Monac. corrupte locum in fine Festi ita affert: *Vesp.* quotiens c (lac.) cunque sol nubibus aut luna ferruginibus quacunque diei ac noctis

noscitur[38] tempus, unde[39] est: Intempestive venisti[40]. Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore, id est actu.

11. Gallicinium propter gallos lucis praenuntios dictum[41].

12. Matutinum est inter abscessum tenebrarum, et[42] aurorae adventum: et dictum[43] matutinum, quod hoc tempus inchoante[44] mane sit[45].

13. Diluculum quasi iam incipiens parva diei lux[46]. Haec et[47] aurora, quae solem praecedit.

14. Est autem[48] aurora diei[49] clarescentis exordium, et primus splendor aeris, quae[50] Graece ἠώς[51] dicitur, quam nos per derivationem auroram vocamus, quasi eororam[52]. Unde est illud:

et laetus[53] Eois[54]
Eurus equis.

et[55]:

— — — — Eoasque acies.

CAP. XXXII. *De hebdomada.*

Hebdomada dicta a numero septem dierum[56], quorum repetitione et menses et anni et secula peraguntur; ἑπτά enim[57] Graeci septem dicunt[58]; hanc nos septimanam vocamus, quasi septem luces. Nam mane lux est. Octavus autem dies idem[59] primus est[60], ad quem reditur, et a quo rursus hebdomadarum[61] series orditur[62].

CAP. XXXIII. *De mensibus.*

1. Mensis Graecum nomen est[63] de lunae nomine tractum. Luna enim μήνη Graeco sermone vocatur, unde et apud Hebraeos menses legitime[64] non ex solis circulo, sed ex lunae cursu enumerantur[65], quod est de nova ad novam.

hora tegitur neutrum est vesper. Vesper facit (lac.) *Vespere* ab hora nona sole descensum inchoanti. Hic nominativus declinationem non habet. *Vesperum*, dum sole occidente dies deficit et declinatur *vesperum, vesperi.* *Vespera* cum lucis oriente aurora nox finitur, declinatur. — 27) *clausum* va. — 28) *componit* Gu. 2. 3. Locus Virgil. est Aen. I, 374. — 29) Z. praeponit *Crepusculum* etc. — Al. *Tenebras . . . dictas.* — 30) *crepum* Z. — 31) *omnes* Gu. 1. 2. al. — 32) *Intempestivum* Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *est medium* etc. — 34) Sic Gu. 1. — *agi nihil* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — *omnia sopore q. sunt* vulg. — 36) Sic Gu. 1. — *actus hum.* vulg. — 37) *intempestas* Gu. 1. 2. — *intempestuosa* Z. — 38) *dignoscitur* Arev. et edit. Gothofr. — 39) *unde* usque ad finem articuli om. Z. — 40) *venistis, id est inactuose.* Hoc totum est in Gu. 2. — 41) *dicitur* Gu. 2. — 42) *et* usque ad *dictum* om. Gu. 2. — 43) *dicimus* Z. — 44) Sic Z. Gu. 1. va. — *hoc tempore inchoante* Arev. — Vulg. *inchoantes.* Om. voc. Gu. 2. — 45) *sit mane* va. — *manus* Gu. 1. — *ante mane sit* Gu. 2. — 46) *lax* om. Z. — 47) *est* al. — 48) *Est autem etiam* Z. — 49) *diei* om. Z. — 50) Sic Gu. 1. — *qui* vulg. Om. vv. *qui* usque ad fin. articuli Gu. 2. — 51) *eoas* Gu. 1. — *eoos* va. — 52) *euroram* Gu. 1. al. — *eorora id est parva lux* al. — 53) *et* addidi e Z. Gu. 1. pr. va. — *lenis* Gu. 1. — *laetos* pr. va. — 54) *eoos* Z. va. — *eous* Gu. 3. — Locus est Aen. II, 417. — 55) *et* om. Z. Gu. 1. pr. va. — *et iterum* al. Gu. 2. — Locus est Aen. I, 489. — 56) *dierum septem* pr. va. — 57) *enim* om. Gu. 2. — 58) *dicuntur* al., haud dubie iidem libri etiam *Graece* exhibent. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *id est* vulg. — *id* errore edit. Gothofr. — 60) *est* om. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. — *hebdomadis* vulg. — *hebdomadae* Gu. 2. — 62) *ordinatur* pr. — 63) Sic Gu. 1. — *nomen est Graecum* vulg. Vv. *de lunae nomine tractam* al. om. — 64) Sic Gu. 1. — *legitimi* vulg. — 65) *numerantur* va. — *nominantur* Gu. 2.

2. Aegyptii autem[1] propter lunae velociorem cursum, et ne error computationis eius velocitate accideret[2], ex solis cursu diem[3] mensis adinvenerunt, quoniam[4] tardior solis motus facilius lunae motu[5] poterat[6] comprehendi.

3. Ianuarius mensis ab Iano[7] dictus, cui[8] fuit a gentilibus[9] consecratus, vel quia limes et ianua sit anni. Unde et bifrons[10] idem[11] Ianus pingitur, ut introitus anni et exitus demonstraretur[12].

4. Februarius nuncupatur a Februo[13], id est Plutone[14], cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus Romani consecraverunt[15]. Ergo Februarius a februo, id est a Plutone, non a febre, id est aegritudine nominatur.

5. Martius appellatus[16] propter Martem Romanae gentis auctorem, vel quod eodem[17] tempore cuncta animantia agantur ad mares[18] et ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur et[19] mensis novorum[20], quia anni initium mensis est Martius.

6. Idem et November[21] ab indiciis scilicet germinum[22], quia in eo viridantibus[23] fructibus novis transactorum probatur[24] occasus.

7. Aprilis pro Venere dicitur, quasi Aphrodis[25]. Graece enim Ἀφροδίτη[26] Venus dicitur, vel quia in eo mense omnia aperiuntur[27] in florem[28], quasi aperilis.

8. Maius dictus a Maia matre Mercurii, vel a maioribus natu, qui erant principes reipublicae. Nam hunc mensem maioribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt.

9. Unde et Iunius dicitur. Ante[29] enim populus in centurias seniorum et iuniorum[30] divisus erat.

10. Iulius vero et Augustus de nominibus[31] hominum Iulii et Augusti Caesarum nuncupati sunt. Nam prius Quintilis et Sextilis vocabantur: Quintilis, quia quintus erat a Martio, quem principem[32]. anni[33] testantur esse Romani; Sextilis similiter, quia sextus[34].

11. September nomen habet a numero et imbre, quia[35] septimus est a Martio et imbres habet. Sic et October, November atque December ex numero et imbribus acceperunt vocabula[36], quem numerum decurrentem December finit, pro eo quod denarius numerus[37] praecedentem numerum[38] claudit.

1) Vulg. addit *primi*, quod om. Gu. 1. — 2) *accederet* Gu. 1. 2. — 3) *dies* Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quum* Z. — *quo* vulg. — 5) *lunae motu* addidi e Gu. 1. — 6) *poterit* Gu. 1. — 7) *ab* pro *a* scripsi e Gu. 1. Edit. Gothofr. *e Iano*. — 8) *qui* Gu. 2. — 9) *gentibus* Gu. 2. — 10) *biformis* Gu. 2. — 11) *id est* pr. — 12) Sic Gu. 1. — *demonstretur* vulg. — 13) *Februa* h. l. et postea Gu. 2. al. — 14) *a Plut.* edit. Gothofr. — 15) *consecraverunt Romani* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. — *appellatur* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *eo* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *agantur ad marem* Z. Gu. 2. — Vulg. *ad marem agantur* (*aguntur* al.). — 19) *et* om. Z. — 20) In sacris scilicet libris. — 21) *ver* Gu. 2. — *novum ver* va. — 22) Vv. *ab ind. scil. germ.* om. Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *viridescentibus* vulg. — *virescentibus* Z. ed. Gothofr. — 24) *probetur* Gu. 2. — 25) *afrondis* Gu. 1. — 26) *afrodis* Z. Gu. 2. pr. va. — *afrondis* Gu. 1. — 27) *aperientur* Gu. 2. — *in eo* pro *hoc* scripsi e Gu. 1. — 28) *in flore* Gu. 2. — 29) *antea* Z. Gu. 2. va. — 30) *minorum* Gu. 1. — 31) Sic al. et Pal. 281. ad marg. — *omnibus* Gu. 1. — *honoribus* vulg. — 32) *principium* Z. — 33) *anni* om. Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. — *quod sextus sit* vulg. — *quod sit sext.* Z. Gu. 2. va. — *sit* om. etiam Ar. — 35) *quia* om. Z. — 36) *vocabulum* va. — 37) *numerus den.* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. al. — *praecedentes numeros* vulg. — al. om. *praecedentes* — 39) *dies festos* Z. — 40) Vulg. *vel propter off.*, sed *propter* om. Gu. 1. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. — *iis* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *conveniebatur in urbibus* vulg. — *coniungebantur* al. — *conveniebant* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — *existimant* vulg. — 44)

12. Kalendas autem Nonas et Idus propter festos dies[39] Romani instituerunt, vel officia[40] magistratuum. In his[41] enim diebus conveniebant coniuncti[42] in urbibus.

13. Quidam autem Kalendas a colendo appellari existimabant[43]. Apud veteres enim omnium mensium principia colebantur[44] sicut et apud Hebraeos. Idus autem plerique Romanorum[45] ab edendo dictas[46] putant, quod hi[47] dies apud veteres epularum essent.

14. Nonae a nundinis vocatae[48]. Nundinae enim[49] sunt publicae conventiones, seu[50] mercimonia[51].

CAP. XXXIV. *De solstitiis et aequinoctiis.*

1. Solstitium dictum, quasi solis statio[52], quod tunc sole stante crescunt[53] dies, vel noctes[54]. Aequinoctium appellatum[55], quod tunc dies et nox horarum spacio aequali[56] consistunt[57].

2. Duo sunt autem[58] solstitia, unum aestivum, octavo kalendis Iulii[59], de[60] quo tempore remeare sol[61] ad inferiores incipit circulos; aliud hiemale, octavo kalendis Ianuariariis, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Unde[62] hiemalis solstitii dies minimus[63], sicut aestivi[64] maximus invenitur[65].

3. Item sunt duo[66] aequinoctia, unum vernale et aliud[67] autumnale, quae Graeci ἰσημερίας vocant[68]. Sunt autem haec aequinoctia die[69] octava[70] kalendarum Aprilis[71] et octava[72] kalendarum Octobris, quia annus olim[73] in duas tantum partes[74] dividebatur, hoc est in aestivum et hiemale[75] solstitium et in duo hemisphaeria.

CAP. XXXV[76]. *De temporibus anni.*

1. Tempora anni sunt quatuor[77], ver, aestas, autumnus, hiems[78]. Dicta sunt[79] tempora a communionis[80] temperamento, quod invicem se humore, siccitate, calore et frigore temperent. Haec et curricula dicuntur, quia non stant, sed currunt.

2. Constat autem post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora in ternos menses fuisse divisa. Quorum temporum discretionem talem veteres faciunt[81], ut primo mense[82] ver novum dicatur, secundo adultum, tertio praeceps.

colebant Z. — *celebrantur* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. — *Latinorum* vulg. — 46) *dictos* Gu. 1. — *dictum* al. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. — *eo quod* Gu. 2. — *de eo, quod* va. — 48) *Nonas* — *vocatas* al. — 49) *autem* Z. — 50) Sic Gu. 1. — *sive* vulg. — 51) *semel in anno* add. Z. — 52) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *statium* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *crescant* vulg. — 54) *vel noctes* om. Gu. 2. — 55) *appellatum est* va. — *Aequinoctium vero* Gu. 2. va. — 56) *spacia aequalia* Gu. 2. — *aequales* al. — 57) *consistant* Gu. 2. — 58) Sic Z. Gu. 1. (om. *autem*) 2. pr. va. — *Duo autem sunt* vulg. — 59) Sic Gu. 1. (h. l. et postea) 2. — *kalendarum Iuliarum* vulg. — *kalendas Iuliarum* va. — al. *kalendas Iulias.* — 60) *de* om. Gu. 2. — 61) *sol* om. Gu. 2. — pro altero *octavo* va. *nono;* Gu. 1. *octavis.* — 62) Vulg. *Unde et,* sed *et* om. Gu. 1. 2. va. — 63) *hiemali solstitio dies minores* Gu. 2. — 64) *aestivo* Gu. 2. — 65) *maiores inveniuntur* Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. — *duo sunt* vulg. — 67) *alterum* Gu. 2. — 68) *quae Gr. ἰσ. voc.* om. Z. Graecum om. pr. — 69) *die* om. Gu. 2. — 70) *octavo* Z. pr. — 71) Sic Gu. 1. h. l. et in *Octobris* pro vulg. *Aprilium* et *Octobrium.* — *April. et* om. va. — 72) Sic Gu. 1. — *octavo* vulg. — 73) *olim* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 74) Sic Gu. 1. 2. — *partes tantum* vulg. — 75) Vulg. add. *in*, quod om. Gu. 1. 2. — 76) Cap. XXXV. om. cod. Zittav. — 77) *quatuor sunt* Gu. 2. Ar. — 78) Vulg. *et hiems*, sed *et* om. Gu. 1. — 79) *sunt* om. Gu. 2. — *autem*, quod vulg. est post *sunt*, om. Gu. 1. — 80) *communi* al. — 81) Sic Gu. 1. — *talem veteres discr. fac.* vulg. — *tales veteres faciunt discretiones* Gu. 2. — 82) *primus mensis* Gu. 2. h. l. et sic nomi-

3. Sic et[1] aestas in suis tribus mensibus, nova, adulta, et praeceps. Item hiems[2] nova, adulta, et praeceps, sive extrema. Unde et illud[3]:

Extremae sub casum[4] hiemis.

Ver autem dictum, quod viret[5]. Tunc enim post hiemem vestitur tellus herbis, et in florem[6] cuncta rumpuntur[7].

4. Aestas dicitur ab aestu, id est calore[8], et aestas quasi usta, id est exusta[9] et arida. Nam calor aridus est.

5. Autumnus autem[10] a tempestate vocatus[11], quando et folia arborum cadunt, et omnia maturescunt.

6. Hiemem vero[12] ratio hemisphaerii nuncupavit, quia tunc breviore[13] sol volvitur circulo. Unde et hoc tempus bruma dicitur, quasi βραχύς[14], id est brevis[15], vel a cibo, quod[16] maior sit tunc[17] vescendi appetitus. Edacitas enim[18] Graece βρῶμα[19] appellatur[20], unde et brumatici[21] dicuntur, quibus fastidium[22] est ciborum.

7. Hibernus autem inter hiemem et vernum est, quasi hievernus[23], quia[24] plerumque a parte totam hiemem significat. Haec tempora singulis etiam coeli partibus ascribuntur.

8. Ver quippe orienti datur, quia tunc ex terris omnia oriuntur; aestas vero meridiano, eo quod[25] pars eius calore flagrantior sit; hiems septemtrioni, eo quod frigoribus et perpetuo gelu torpet[26]; autumnus occiduo, propter quod graves morbos habet[27], unde et tunc omnia folia[28] arborum defluunt. Ut autem autumnus[29] abundet morbis, facit hoc confinium frigoris et caloris, et compugnantia inter[30] se contrariorum aerum.

CAP. XXXVI. *De annis.*

1. Annus est solis anfractus, cum peractis trecentis LXV[31] diebus ad eadem siderum loca[32] redit. Annus autem dictus, quia mensibus in se recurrentibus[33] volvitur. Unde et annulus dicitur[34] quasi annuus, id est circulus, quod in se redeat. Virgilius[35]:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus[36].

2. Sic enim apud Aegyptios indicabatur ante inventas literas, picto[37] dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. Alii annum dicunt *ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι*, id est[38] ab innovatione: renovatur enim semper.

nativo postea. — 1) *et* om. Gu. 2. — Exciderunt haec: *Sic . . . praeceps* in edit. Gothofr. — 2) *Item ex hiemis* Gu. 2. — 3) *Unde est illud Virgilii* al. — *unde est illud* Ar. — 4) *casu* Gu. 1. 2. 4. pr. va. — Vulgata est ap. Virgil. Georg. I, 340. — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *vireat* vulg. — 6) *et flore* Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — *prorumpuntur* al. — *erumpunt* Gu. 2. — *prorumpunt* vulg. — 8) Vulg. *a calore*, sed *a* om. Gu. 1. — 9) *quasi exusta* Gu. 2. al. — 10) *autem* addidi e Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. al. — *vocatur* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. Neutrum exhibet va. — *Hiems a ratione sui nunc.* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. — *breviori* vulg. — 14) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — βραχεῖα ἡμαρ vulg. — βραχὺς ἡμέρα Ar. — 15) *dies* al. add. — 16) *quia* Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. 2. — *tunc sit* vulg. — 18) *enim* om. edit. Goth. pr. — 19) Sic Arev. — *bruma* vulg. — 20) *dicitur* va. — 21) Sic Gu. 1. — *imbrumati* vulg. — *brumarii* Gu. 2. — *imbrumari* Ar. — 22) *studium* cod. unus Tarracon. ap. Grial. — 23) *hivernus* ed. Goth. — *hierinus* Gu. 1. — *hiemevernus* Ar. — *inter hiemem et verem q.* etc. Gu. 2. supra. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *qui* vulg. — 25) *quia* omisso *eo* Gu. 2. — *eo quod pars eius aestatis* al. — 26) Sic Gu. 1. 2. al. — *torpeat* vulg. — 27) *habeat* al. pr. va. — 28) *omnia* addidi e Gu. 1. 2. al. — *omnis folia defluit* al. — 29) *autumnus* om. edit. Goth. — 30) *intra* Gu. 1. — *inter se contraria elementa* al. — *inter se elementorum genera* al. — 31) *sexaginta* Gu. 2. pr. — 32) Sic Gu. 1. — *loca sid.* vulg. — 33) *currentibus* Gu. 2. — 34) *dici-*

3. Tria sunt autem[39] genera[40] annorum. Aut enim lunaris annus est triginta dierum, aut solstitialis, qui[41] XII continet menses, aut magnus, omnibus planetis in eundem locum[42] recurrentibus, qui fit post annos solstitiales plurimos.

4. Aera singulorum annorum est constituta[43] a Caesare Augusto, quando primum censum exegit ac Romanum[44] orbem descripsit. Dicta autem aera[45] eo[46], quod omnis orbis aes reddere professus est reipublicae.

CAP. XXXVII. *De olympiadibus et lustris et iubileis.*

1. Olympias apud Graecos constituta apud Elidem Graeciae civitatem, Eliis agentibus agonem et quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus, et ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem vocaverunt, quadriennio in una olympiade supputato.

2. Lustrum vero est πεντετηρίς[47], id est quinquennium, quod quinto anno dicitur condi propter olympiadas a Romanis; adhuc enim consules, adhuc[48] aera nondum erant. Est enim quinquennale tempus. Ideo vero[49] sic vocatur[50], eo quod censu per quinquennium in republica peracto[51], urbs Roma lustrabatur[52].

3. Iubileus interpretatur remissionis annus. Est enim Hebraicus et sermo et numerus[53], qui septenis hebdomadibus annorum[54], id est, quadraginta novem[55] annis contexitur[56], in quo clangebantur tubae[57], et ad omnes[58] revertebatur antiqua possessio, debita absolvebantur, confirmabantur[59] libertates.

4. Hunc numerum etiam in diebus pentecostes[60] et ipsi celebramus post Domini resurrectionem remissa culpa, et totius debiti chirographo evacuato[61] ab omni nexu liberi suscipientes advenientem in nos gratiam spiritus sancti.

CAP. XXXVIII[62]. *De seculis et aetatibus.*

1. Secula generationibus consistunt[63], et inde secula dicta[64], quod sequantur[65]. Abeuntibus enim aliis alia succedunt. Hunc quidam quinquagesimum annum dicunt, quem Hebraei iubileum vocant.

2. Ob hanc causam et ille Hebraeus, propter uxorem et liberos amans[66] Dominum

tur addidi e Gu. 1. — 35) *ut Virgil.* Gu. 2. — 36) *annus* om. Gu. 2. — Locus Virgil. est Georg. II, 402. — 37) *apanpicto* Gu. 1., quod nescio quid sit. — 38) *ἀπὸ τοῦ ἀναν. id est* om. Gu. 2. pr. (*id est* retinet.) — 39) *Tria autem sunt* va. — *sunt* om. pr. — 40) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *tempora* vulg. — 41) *quia* Gu. 1. — Suspicor autem *qui a XII. continetur mensibus* scriptum fuisse in hoc cod. — 42) *eodem loco* omisso *in* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *const. est* vulg. — 44) *exagitata Rom.* — *censu excogitato Rom.* al. — *exagitatum Rom.* al. — *censum ex Aegypto Romanae urbi* Gu. 2. — *excogitato R.* va. — 45) *sunt aera* Gu. 2. — *constituta sunt aera* va. — 46) vulg. *ex eo*, sed *ex* om. Gu. 1. — 47) *penteresin* Z. Gu. 1. 3. pr. — *penteteresin* Gu. 2. — *preteresin* va. — 48) *et aera* Z. — *nondum erat* al. — 49) *vero* om. Gu. 2. — 50) *vocatum* Gu. 2. al. — 51) *censum .. peractum* Gu. 2. — 52) *illustrabatur* Gu. 1. — 53) *sermone et numero* Gu. 2. — 54) Sic Gu. 1. — *annorum hebd.* vulg. — 55) *et novem* Z. pr. va. — 56) Sic Gu. 1. — *texitur* vulg. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. 4. gothici, Caesenas 1. cod. I. Archiv. Vat. pr. va. — *clangebatur tubis* vulg. — 58) *omnem hominem* Gu. 2. — 59) *et confirmab.* Z. — 60) *pentecosten* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 61) *chirogr. deb.* Gu. 2. — *evacuatum* Gu. 2. — 62) Hoc caput om. cod. Zittav. — 63) Sic Gu. 1. — *constant* vulg. — 64) *dicta* addidi e Gu. 1. — 65) Vulg. *se sequantur*, sed pronom. om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *semper seq.* al. — 66) Sic Gu. 1. — *qui propt. . . . amat* vulg.

suum, aure pertusa[1], servitio subiugatus[2], servire in seculum iubetur[3], hoc est[4] usque ad annum quinquagesimum.

3. Aetas plerumque dicitur et pro uno anno, ut in annalibus, et pro septem, ut hominis, et pro centum, et pro quovis tempore. Unde et aetas tempus, quod de multis seculis instruitur. Et dicta aetas, quasi aevitas, id est similitudo aevi.

4. Nam aevum perpetua est aetas[5], cuius neque initium[6], neque extremum[7] noscitur[8], quod Graeci *αἰῶνας* vocant[9], quod[10] aliquando apud eos pro seculo, aliquando pro aeterno ponitur. Unde et apud Latinos est derivatum[11].

5. Aetas autem proprie duobus dicitur modis[12]: aut enim hominis, sicut infantia, iuventus, senectus: aut mundi, cuius prima aetas[13] est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta a[14] David usque ad transmigrationem Iudae in Babyloniam[15]; quinta deinde a transmigratione Iudae usque[16] ad adventum Salvatoris in carne[17]; sexta, quae nunc agitur, usque quo mundus iste finiatur.

6. Quarum decursus per generationes et regna ita inspicitur[18].

CAP. XXXVIIII[19]. *De discretione temporum.*

1. Prima aetas in exordio sui continet[20] creationem[21] mundi. Primo enim[22] die Deus in[23] lucis nomine condidit angelos, secundo in firmamenti appellatione coelos, tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum et terrae, quarto luminaria coeli, quinto animantia ex aquis, sexto animantia ex terra et hominem, quem appellavit[24] Adam.

Prima aetas[25].

2. Adam anno[26] CCXXX genuit Seth, a quo filii Dei. CCXXX[27].
Seth anno[28] CCV[29] genuit Enos, qui coepit[30] invocare nomen Domini. CCCCXXXV[31].

1) *aure perforata* al. — 2) *subiugatur* Ar. — 3) Sic Gu. 1. — *iubetur in seculum* vulg. — 4) *id est* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. — *est aetas perpetua* vulg. — *aevus aetas* Gu. 2. — 6) Gu. 1. pro *neque initium* hoc compendium habet *nom.* — 7) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *extremitas* vulg. — Al. *finis extremus.* — 8) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *cognoscitur* Ar. — *nascitur* vulg. — 9) *vocant eonas* Gu. 2. — 10) *quia* Gu. 1. — 11) *derivatum est* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. — *modis dicitur* vulg. — *accipitur vel dicitur* va. — 13) *aetas prima* Gu. 2. — 14) *autem* add. va. — 15) *ad transmigrationem Babylonis* Gu. 2. — *Babylonem* al. — *Iuda* al. — *usque* al. om. — *in Babyl.* om. va. — 16) Vv. *a transm. Iudae usque* addidi e Gu. 1. 2. — 17) *in carnem* al. — *a carne* al. — 18) Pr. va. Arev. post *regna* ita pergunt: *primus ex nostris Iulius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino simplicis historiae stilo elicuit. Dehinc Eusebius Episcopus Caesariensis atque sanctae memoriae Hieronymus presbyter chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam, regnis simul et temporibus ordinatam. Dehinc alii atque alii, inter quos praecipue* etc. usque ad *cognoscatur*, quae in Vulgat. in fine huius libri Vti. reperiuntur. (Vid. not. extremam huius libri.) Tum pergunt iidem libri ad caput *de discretione temporum*, et finiunt librum in verbis *Residuum sextae aetatis soli deo est cognitum.* — 19) *De prima aetate* titulus est in cod. Zittav. et post vv. *appellavit Adam* sequitur: *De discretione temporum.* — 20) Sic Gu. 1. — *continet in exordio sui* vulg. — 21) *rationem* Gu. 2. — 22) *autem* Gu. 2. — 23) *in* om. al. — 24) *appellant* Z. — 25) Haec addit va. Recte, ut opinor. — 26) *annis* al. et sic deinde. Al. om. Anni mundi desunt in cod. Zittav. — 27) 230 om. Gu. 1. 2. — 28) *Sed hoc anno* Z. *Seth annorum* Gu. 2., qui semper genitivum exhibet. — 29) 202. al. — 30) *primus coepit* vulg., sed *primus* om. Gu. 1. 2. Ar. — 31) om. numerum Gu. 2. Al. CCCCXKXII. (sic.) — 32) 180 Gu. 1. a prima manu, sed erasum est tertium X. — 140 va. — Pro 625 Gu. 1. 615. Om. Gu. 2. — 33) *Cainan* Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Cain* vulg. h. l. et postea. — 34) LXX. va. — 35) 775 Gu. 1. 815 al. 715. Arev., quem sequor. — Vulg. 795. Isidorus fere sequitur LXX. interpretes. Vulgata minorem numerum exhibet. — 690 pr.

Enos anno CLXXXX [32] genuit Cain. DCXXV.
Cainan [33] an. centesimo LXX [34] genuit Malaleel. DCCXV [35].
3. Malaleel anno CLXV [36] genuit Iared. DCCCCLX [37].
Iared [38] anno centesimo LXII [39] genuit Enoch, qui translatus est [40]. MCXXII [41].
Enoch [42] anno CLXV [43] genuit Mathusalem [44]. MCCLXXXVII [45].
4. Mathusalem anno CLXVII [46] genuit Lamech. MCCCCLIIII.
Lamech anno CLXXXVIII genuit Noe. Arca aedificatur [47]. MDCXLII.
Noe autem [48] anno DC. factum est diluvium. IIMCCXLII.

Secunda aetas.

5. Sem [49] post diluvium secundo anno genuit Arfaxat, a quo Caldaei. IIMCCXLIIII.
Arfaxat [50] anno CXXXV genuit Sala. IIMCCCLXXIX [51].
Sala anno CXXX genuit Heber [52], a quo Hebraei. IIMDIX.
6. Heber anno CXXXIIII genuit Faleg [53]. Turris aedificatur. IIMDCXLIII [54].
Faleg anno CXXX genuit Ragau [55]. Dii [56] primum adorantur [57]. IIMDCCLXXIII.
Ragau anno CXXXII [58] genuit Seruch [59]. Regnum inchoat [60] Scytharum. IIMDCCCCV [61].
7. Seruch anno CXXX genuit Nachor. Regnum Aegyptiorum nascitur [62]. IIIMXXXV.
Nachor anno LXXIX [63] genuit Tharam [64]. Regnum Assyriorum et Syciniorum exoritur [65]. IIIMCXIIII [66].
Thara anno LXX genuit Abraham.
Zoroastres [67] artem magicam [68] repperit. IIIMCLXXXIIII [69].

Tertia aetas.

8. Abraham anno centesimo genuit Isaac et Ismahel [70], a quo et Ismahelitae. IIIMCCLXXXIIII [71].

De tota re chronologica cfr. Isidori Chronicon, ex quo multa in codices nostros Origg. de tempore translata sunt. — 36) 175 Z. — 37) om. Gu. 2. — 38) *Iared* Z. Ar. et sic postea. — 39) 165 Gu. 2. 166. al. — 40) *a Deo* add. Z. — 41) 1202 Gu. 1. 1125 pr. Om. Gu. 2. — 42) *autem* add. Gu. 2. — 43) LXV. Vulg., ut nos sic Arev. Gu. 2. va. — 44) *Mathusalam* Z. Gu. 1. 2. pr. — 45) 1267 Gu. 1. Om. Gu. 2. — 46) 187 Gu. 1. — 47) *arca aedificatur, factum est diluvium* Gu. 1. — Vv. *Arca aedificatur. MDCXLII* om. Gu. 2. — 48) Gu. 2.: *Noe vero quingentorum cum esset annorum genuit tres filios, sem, cham et Iaphet. Cuius sexcentesimo anno vitae factum est diluvium. Sunt autem ab Adam usque ad cataclismum anni IICCLII.* — 2244 Gu. 1. — 49) *Sehm* Z. — *Sem cum esset annorum C anno secundo post diluv.* Gu. 2. — *anno secundo* Z. Gu. 2. — Vv. *post diluvium* om. Gu. 1. — al. *anno* 102. — 50) *Arphaxad* Ar. Gu. 2.: *Arfaxath anno* 135 *genuit Cainan* 2389. *Cainan cum esset annorum* 170 *genuit Salam, a quo Samaritae et Indi* — *a quo antiqui Samaritae et Indi*, omisso *fuerunt* al. — 225 pro 135. al. — Vv. autem vulgatae *a quo antiqui Samaritae vel* (*et* Ar.) *Indi fuerunt* om. Gu. 1. — 51) 2279. Gu. 1. — 52) *Deber* edit. Goth. — 53) *Phaleg* Ar. — *Falech* Z. Gu. 1. 2. va. Post *Faleg* Gu. 2. exhibet: *hoc tempore divisae sunt linguae et per orbem terrarum facta est dispersio in aedificatione turris.* Eadem habet cod. Mutin., sed post *Ragau.* — 54) 2273 Gu. 2. — 55) *Ragan* Z. — 56) *Tunc dii* Gu. 2. — 57) *principium exoritur* add. Z. — 58) 131 Gu. 2. — 59) *Saruch* Gu. 1. — 60) *tunc inchoat* Gu. 2. — Al. haec om. — 61) om. Gu. 2. — 62) *Aeg. regn. initium sumit* Z. — 63) 89 al. — 64) *Thara* Z. Gu. 1. — *Thare* va. — 65) *oritur* Z. — 66) 3113 Gu. 1. 2. 3214 ed. Gothofr. — 67) Sic Gu. 1. (*Zar.*) Z. pr. (*Zhor.*) — 68) Sic Gu. 1. — *magicam artem reperit* vulg. — *magistram repperit magicam* Gu. 2. — 69) Sic Ar. Vulg. 3183. Gu. 2.: 3188. — III solum Gu. 1. — 70) Sic Gu. 1. 2. al. — *Isaac. Nam prius et Ismahel* Ar. — *Isaac ex Sara libera*, omissis, quae vulg. sequuntur *Nam prius et Ismahel, a quo et Ismahelitae.* — 71) 3785 vulg. — Sed ut nos, sic Gu. 1. 2. Ar.

Isaac an. sexagesimo [1] genuit Iacob. Argivorum regnum [2] inchoat. IIIMCCCXLIIII [3].
Iacob an. XCI [4] genuit Ioseph.
Phoroneus [5] Graeciae [6] leges [7] dedit. IIIMCCCCXXXV [8].
9. Ioseph an. CX [9] vixit. Graecia segetes habere coepit. IIIMDXLV.
Hebraeorum servitus [10] anno CXLIIII.
Atlas astrologiam invenit. IIIMDCLXXXIX [11].
Moyses an. XL rexit populum [12]. Hebraei literas [13] habere coeperunt. IIIMDCCXXIX [14].
10. Iosue an. XXVII [15]. Erichthonius in Troia [16] quadrigam iunxit [17]. IIIMDCCLV [18].
Gothoniel [19] an. XL. Cadmus literas Graecis dedit. IIIMDCCXCVI [20].
Aoth [21] an [22]. LXXX. Fabulae fictae [23]. IIIMDCCCLXXV [24].
Debbora [25] an. LX [26]. Apollo medicinae artem invenit [27] et citharam. IIIMDCCCCXVI [28].
11. Gedeon an. XL. Mercurius lyram condidit [29]. IIIMDCCCCLVI [30].
Abimelech [31] an. tres [32]. Chorus in Graecia inventus est [33]. IIIMDCCCCLIX [34].
Tola an. XXIII [35]. Priamus regnavit [36] in Troia. IIIMDCCCCLXXXXII [37].
Iair [38] an. XXII. Carmentis Latinas literas repperit [39]. IIIIMIIII [40].
Iephte [41] an. VI. Hercules flammis se [42] iniecit. IIIIMIX.
Abesan [43] an. VII. Alexander Helenam rapuit. IIIIMXVII [44].
12. Abdon [45] an. VIII [46]. Troia capta est [47]. IIIIMXXIIII [48].
Samson an. XX. Ascanius Albam condidit [49]. IIIIMXLIIII [50].
Heli [51] sacerdos an. XL. Arca testamenti capitur. IIIIMLXXXIIII [52].
Samuel et Saul [53] an. XL. Homerus [54] fuisse putatur [55]. IIIIMCXXV [56].

1) 40 Gu. 1. — 2) *regnum* om. Gu. 2. — 3) 3343 Gu. 1. 2. — 4) 40 al. — 5) *Feron* Z. — *Foroneus* Gu. 1. 2. — 6) *Graece* Gu. 1. — *Graecis* Gu. 2. — 7) *legem* Gu. 2. — 8) 3335 Gu. 2. 3434 va. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 105 vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *servitutis in Aegypto* vulg. — *in Aegypto servitus* Gu. 2. — *servitus in Aegypto* Ar. va. al. — 11) 3679 Gu. 1. — Al. *hoc tempore inventa est astrologia.* — 12) Vulg. *rexit populum in eremo*, sed vv. *in eremo* om. Gu. 1. 2. — Al. totum om. — 13) Vulg. *legem et literas*, sed vv. *legem et* om. Gu. 1. 2. — 14) 3829 Gu. 1. — 3728 al. et sic deinceps. Om. Gu. 2. — 15) 16 Z. 26 va. — 16) *In Graecia primus* Ar. — 17) *iungit* Gu. 2. — 18) 3756 Gu. 1. — 3753 Gu. 2. — 19) *Othoniel* Ar. edit. Goth. — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. — 3625 vulg. — 3795 va. — 21) *Loth* Gu. 1. 2. — 22) *annis* Gu. 1. — *annos* Z. et sic in seqq. — 23) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. — 24) 3876 Gu. 1. 2. — 25) *Debora* Gu. 2. edit. Goth. — 26) Sic Arev. — 40 vulg. — 27) Vv. *medicinae artem invenit* al. om. Verbum *reperit*, quod est post *citharam*, om. Gu. 1. — 28) 3816 Gu. 2. — 3915 va. — 29) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *reperit*, et quod sequitur *et Orpheo tradidit* iidem om. — 30) al. 3406. al. 3433. al. et va. 3455. et hoc fere ordine discrepantia est in annis in libris ap. Arev. — 31) *Abimalech* Gu. 1. 2. — 32) *qui septuaginta fratres suos interfecit* add. Z. — 33) *est* om. Gu. 2. Ar. — 34) 3908 Gu. 2. va. — 35) Sic Z. Ar. — 22 vulg. — 36) *regnavit* Gu. 2. — 37) Sic Ar. — Vulg. 3981. Gu. 1. 3930. — 38) *Lair* Z. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *reperit* vulg. — 40) Sic Arev. — 4003. vulg. — 41) *Iepte* Z. Gu. 1. va. — *Lepte* Gu. 2. — 42) Sic Z. Gu. 1. — *flammae se* Gu. 2. — *se flamm.* vulg. — 43) Sic Arev. — *Abeson* ed. Goth. *Abesson* Z. *Ebeson* Vulg. — *Esebon* Gu. 2. pr. — 44) Sic Arev. — 4016 vulg. — 45) Sic Arev. et ed. Goth. — *Iabdon* pr. — *Iapten* vulg. *Labdon* Gu. 1. 2. — 46) *cuius anno tertio* Z. — 47) Vulg. sequuntur haec: *et Aeneas in Italiam venit*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — *in* om. Z. — 48) Sic Arev. — 4024 vulg. — 49) Vulg. sequuntur haec: *civitatem, a qua Albani*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 50) Sic Arev. — 4044 vulg. — 51) *Heli* usque ad *capitur* om. Z. — *Eli* Gu. 2. — 52) Sic Ar. — 4084 vulg. — 4074 Gu. 2. — 53) *et Saul* om. Ar. — 54) *poeta* add. Z. — 55) *horum contemporaneus* Z. — 56) Sic Ar. — 4128 vulg. 4124 Gu. 1. 2. va. — 57) *regnavit* add. Z. pr. va. — 58) Sic Gu. 1. — *Carthago* vulg. — 59) Vulg. sequuntur haec: *Gad, Nathan et Asaph prophetaverunt*, (*Gad, Nathan et Asa propheta* Gu. 2.) *Gad, Nathan et Asaph prophetant*, *Carthago a Did.*

Quarta aetas.

13. David[57] an. quadrag. Karthago[58] a Didone conditur[59]. IIIIMCLXIIII[60].
Salomon an. XL. Templum Hierosolymis aedificatur[61]. IIIIMCCIIII[62].
14. Roboam[63] an. XVII. Regnum Israel et Iuda dividitur. IIIIMCCXXII[64].
Abia an. tribus[65]. Sub quo Abimelech pontifex fuit[66]. IIIIMCCXXIIII.
Asa[67] an. XLI[68]. Achias[69], Amos, Iehu[70], Iohel[71] et[72] Azarias prophetaverunt[73]. IIIIMCCLXVI[74].
15. Iosaphat an. XXV. Helias[75], Abdias et Micheas. IIIIMCCXCI[76].
Ioram an. VIIII. Prophetavit Helias et Heliseus[77]. IIIIMCCXCIX[78].
Ochozias[79] an. uno. Helias rapitur. IIIIMCCC[80].
Athalia[81] an. VII. Ionadab[82] sacerdos claruit[83]. IIIIMCCCVII[84].
16. Ioas an. XL[85]. Heliseus moritur[86]. IIIIMCCCXLVII[87].
Amasias an. XXIX. Carthago condita[88]. IIIIMCCCLXXVI[89].
Ozias an. LII[90]. Olympias[91] a Graecis constituitur[92], Assyriorumque regnum in Medos transfertur[93]. IIIIMCCCCXXVIII[94].
Ioathan an. XVI. Romulus nascitur[95]. IIIIMCCCCXLIII[96].
17. Achaz[97] an. XVI. Roma conditur[98]. IIIIMCCCCLX[99].
Ezechias an. XXIX. Senatus Romae fit. IIIIMCCCCLXXXVIIII[100].
Manasses[101] an. LV[102]. Sibylla Samia claruit. IIIIMDXLIIII[103].
Amon an. XII. Census primum agitur[104]. IIIIMDLVI[105].
18. Iosias an. XXXII. Thales philosophus agnoscitur[106]. IIIIMDLXXXVIII[107].

cond. Z. quae om. Gu. 1. — 60) Sic Arev. — Vulg. 4164. — 61) *Iste templum in Hierusalem aedificavit* Z. — 62) Sic Arev. — Vulg. 4204. Gu. 2. 4202. — 63) *Roboan* Z. — 64) Sic Ar. Gu. 2. — Vulg. 4221. — 65) *tres* Z. — *Abia autem annorum III.* Gu. 2. — 66) *sub quo Hebraeorum pontifex Max. Abimelech insignis est habitus* Z. — *Abimulech* Gu. 1. — 67) *Asaph* Gu. 2. — 68) XL Gu. 1. — 69) *Esaias* al. — 70) *Iheu* Z. — *Naum* Gu. 1. al. — *Aggeus* Gu. 2. — 71) *Iobel* Gu. 1. — 72) *et* om. Gu. 2. pr. ed. Goth. — *Zacharias* Gu. 2. Nihil horum Gu. 1. al. — 73) *prophetarant* Z. — 74) Sic Ar. — Vulg. 4265. — 75) praecedit vulg. *prophetavit*, quod om. Z. (qui post *Micheas* habet) Gu. 1. — *prophetaverant* Gu. 2. — Vulg. sequitur *et Helizeus*, quod om. Gu. 1. Ar. — *Heliseus* omisso *et* Z. Gu. 2. — 76) Sic Arev. 4290 vulg. 4285 Gu. 2. — 77) *Elias prophetaverunt et Heliseus* Gu. 2. — 78) 4298 Gu. 1. — IIIICCLX. LVIII. (sic) Gu. 2. — 79) *Ochodzias* Gu. 1. — Om. hunc articulum Gu. 2. — 80) Sic Arev. — Vulg. 4299. — 81) *Gotholias* al. — 82) *Ioiada* Gu. 1. — 83) *et Ioiada pontifex* add. al. pr. va. — *filius Rechab clarus habetur et Iochada pontifex habetur* Z. add. — 84) Sic Ar. — Vulg. 4306. Gu. 2. 4302. — 85) Vulg. sequuntur haec: *Zacharias propheta occiditur inter templum et altare*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 86) *moritur Helis.* Gu. 2. — 87) Sic Ar. 4346 vulg. 4375 Gu. 1. ed. Goth. — 88) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *Carth. cond. est.* — Z. *Carthaginem hoc tempore qaidam asserunt conditam, alii supra.* — Al. *alii non ut supra — Carth. cond. est alii aestimant, alii ut supra.* Edit. pr. — *ut quidam aestimant, alii ut supra* va. — 89) Sic Ar. — Vulg. 4375. — 90) *annis* om. Gu. 1. — 91) *primum* add. Z. — 92) Sic Gu. 1. — *instituitur* vulg. — *instruitur* Gu. 2. — 93) Vv. *Assyr. regn. in Med. transf.* om. Gu. 2. Ar. — 94) Sic Ar. — Vulg. 4427. — 95) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Remus et Romulus nascuntur* vulg. — *Ioatham* Z. Gu. 2. — Post ann. 16. add. Z.: *prophetantibus Iohel Isara et Michea.* — 96) 4445 Gu. 2. — 97) *Acach* Z. — 98) *Romulus Romam condidit et Sennacherib rex Assyriorum decimus tribus in Medos transtulit* Z. — 99) Sic Ar. 4458 vulg. — 100) Sic Ar. Gu. 2. — Vulg. 4488. — 101) *Manases* Gu. 1. 2. — 102) *Romanis praefuit Numa Pompilius* add. Z. — 103) Sic Ar. ed. Goth. pr. — Vulg. 4543. — 104) *Tullius Hostilias primus purpura et faseibus usus est et primus censum exegit* Z. — 105) Sic Arev. — Vulg. 4555. al. 4552. — 106) *Thales Milesius philosophus physicus claruit* Z. — 107) Sic Ar. — Vulg. 4587. Gu. 2. 4577. va. 4586.

Ioachim an. XI. Nabuchodonosor Iudaeam capit[1]. IIIIMDXCVIIII[2].
Sedechias[3] an. XI. Templum Hierosolymis incensum[4] est. IIIIMDCX[5].

Quinta aetas.

19. Hebraeorum captivitas an. septuaginta[6]. Iudith historia scribitur[7]. IIIIMDCLXXX[8].
Darius[9] an. XXXIIII. Iudaeorum captivitas solvitur[10]. IIIIMDCCXIIII[11].
Xerxes an. XX. Sophocles et Euripides tragoedi celebrantur[12]. IIIIMDCCXXXIIII[13].

20. Artaxerxes an. XL. Esdras incensam legem renovat[14]. IIIIMDCCLXXIIII[15].
Darius[16] an. XIX. Haec aetas habuit Platonem[17]. IIIIMDCCXCIII[18].
Artarxerxes[19] an. XL. Hester historia expletur[20]. IIIIMDCCCXXXIII[21].

21. Artarxerxes, qui et Ochus[22], an. XXVI. Demosthenes et Aristoteles praedicantur[23]. IIIIMDCCCLVIIII[24].
Xerxes an. IIII. Xenocrates illustris[25] habetur. IIIIMDCCCLXIII[26].
Darius an. VI. Alexander Hierosolymam cepit[27]. IIIIMDCCCLXVIIII[28].

22. Alexander magnus[29] an. V. Asiam obtinuit[30]. IIIIMDCCCLXXIIII[31].
Ptolemaeus[32] an. XL. Machabaeorum liber primus inchoat[33]. IIIIMDCCCCXIIII[34].
Philadelphus an. XXXVIII[35]. Septuaginta interpretes agnoscuntur[36]. IIIIMDCCCCLII[37].
Euergetes an. XXVI[38]. Iesus librum sapientiae[39] scripsit[40]. IIIIMDCCCCLXXVIII[41].

23. Philopator[42] an. XVII. Machabaeorum secundus liber componitur[43]. IIIIMDCCCCXCIIII[44].
Epiphanes an. XXIIII[45]. Romani Graeciam[46] obtinuerunt[47]. VMXIX[48].
Philometor[49] an. XXXV. Scipio Africam vicit[50]. VMLIII.

1) *tributariam fecit Z.* — 2) Sic Ar. — Vulg. 4598 Gu. 2. 4588. va. 4597. — 3) *Zedech.* Gu. 1. — *Sedecias* Ar. — 4) *Hunc rex Babiloniae secundo veniens cum populo in Hierusalem captivam ducit, templum incendit anno aedificationis eius IIII.° LIIII.°* Z. — Edit. pr. va. om. vv. *Templ. Hier. inc.; est* huic add. Gu. 1. 2. Post *incens. est* vulg. sequuntur haec: *Sappho mulier diverso poemate claruit*, quae om. Gu. 1. 2. al. — Zittav. vero his insuper add. *Solon legem Atheniensibas dedit.* — 5) Sic Arev. — Vulg. 4609. va. 4608. — 6) *septuag. ann.* Gu. 2. — 7) *historiam conscripsit* Gu. 2. — *conscribitur* al. — 8) Sic Ar. — Vulg. 4679. — 9) *regnavit* add. Z. — 10) *Resolvitur.* (Z. al.) *Romani pulsis regibus consules habere coeperunt* Z. — 11) Sic Ar. — Vulg. 4713. — 12) Vulg. add. *insignes*, quod om. Z. Gu. 1. pr. Ar. — *celeberrimi ac insignes habentur* Gu. 2. — *celebrabantur* va. — 13) Sic Arev. — Vulg. 4733. Gu. 2. 4833. — 14) *Neemias muros Ierusalem restaurat* add. Z. — *renovavit* Gu. 1. — 15) Sic Ar. — Vulg. 4773. — 16) Vulg. add. *qui et Nothus*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 17) Vulg. add. *primum rhetorem*, quae om. Gu. 1. 2. al. — *Platonem et Gorgiam pr. r.* Z. al. Ar. — 18) Sic Ar. — Vulg. 4792. — 19) Hunc articulum Gu. 2. exhibet post *Artarx., qui et Och.* — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *scribitur* vulg. — 21) Sic Arev. — Vulg. 4832. Om. Gu. 2. — 22) Vv. *qui et Ochus* Gu. 2. exhibet post *praedicantur.* Edit. va. om. vv. *ann. XL* usque ad *Ochus.* — 23) *Plato moritur* add. Z. — 24) Sic Ar. — Vulg. 4858. — 25) *philosophus illastris* Z. — 26) Sic Ar. — Vulg. 4862. — 27) *atque templum ingressus deo hostias immolavit* add. Z. — 28) Sic Ar. — Vulg. 4868. — 29) *Macedo* add. Z., quod pro *Magnus* exhibent Gu. 2. Ar. Al. utrumque om. — 30) *Nam septem eius priores anni in Persarum regibus supputantur* add. Z. — 31) Sic Ar. — Vulg. 4873. Gu. 2. 4878. Cod. I. Tolet. 4884., in quo add. *Dehinc Alexandriae reges incipiunt.* — 32) Sic Ar. — Vulg. *Ptolom.* — 33) Sic Gu. 1. — *inch. prim.* vulg. — 34) Sic Ar. — Vulg. 4814. Gu. 1. 2. 4913. — 35) 34. Z. — 36) *habentur* al. Zittav. add. *Aratus astrologus claruit.* — 37) Sic Ar. — Vulg 4951. — 38) 25 Gu. 1. — 39) Sic Z. Gu. 1. — *sap. libr.* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *componit* al. — 41) Sic Arev. — Vulg. 4977. — 42) *Philopater* Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *secundi libri historia.* — *secunda libri hist.* va. — Cod. Zittav. *Philopator ann. XVII. Ab isto Iudaei proelio victi quadraginta corruerunt armatorum.* Consentiunt pr. va. al. nisi quod *quadr. milia* exhibent. — *scribitur* al. pro *componitur.* — 44) Sic Arev. — Vulg. 4994.

24. Euergetes an. XXVIIII[51]. Brutus Hispaniam subegit[52]. VMLXXXIII[53].
Soter[54] an. XVII. Thraces Romanis subiiciuntur[55]. VMC[56].
Alexander an. X. Syria Romanis subiecta est[57]. VMCX[58].

25. Ptolemaeus[59] an. VIII. Rhetorica ars Romae coepit[60]. VMCXVIII[61].
Dionysius[62] an. XXX. Pompeius Iudaeam capit[63]. VMCXLVIII[64].
Cleopatra an. II. Aegyptus[65] Romanis subditur. VMCXLIX.
Iulius Caesar[66] an. V. Hic primus[67] monarchiam tenuit[68]. VMCLIIII[69].

Sexta aetas.

26. Octavianus an. LVI[70]. Christus nascitur. VMCCXXI[71].
Tiberius an. XXIII. Christus crucifigitur[72]. VMCCXXIIII[73].
Caius Caligula an. IIII[74]. Matthaeus Evangelium scripsit[75]. VMCCXXXVIII[76].

27. Claudius an. XIIII[77]. Marcus Evangelium edidit[78]. VMCCLI.
Nero an. XIIII. Petrus et Paulus necantur. VMCCLXVI[79].
Vespasianus an X. Hierosolyma a Tito subvertitur[80]. VMCCLXXVI[81].

28. Titus an. II. Hic facundus et pius fuit. VMCCLXXVIII[82].
Domitianus an. XVI[83]. Ioannes in Pathmos relegatur[84]. VMCCXCIIII[85].
Nerva an. I[86]. Ioannes Ephesum redit[87]. VMCCXCIIIII[88].
Traianus an. XVIIII[89]. Ioannes apostolus requiescit[90]. VMCCCXIIII[91].

29. Adrianus an. XXI. Aquila interpres habetur[92]. VMCCCXXXV[93].

Gu. 2.: $\overline{\text{IIII}}$DCCCCLXLIIII. (sic) ' — 45) *Machabaeorum secundi libri historia componitur. Romani Graecos obtinuerant* cod. Zitt. pr. al. — Gu. 2. *Philometor anno XXXV. Epiphanes ann. XXXIV. Romani Graecos obtinuerunt Scipio Affricam vicit* $\overline{\textit{V}}$*LIII. Euerg.* — 46) Sic Gu. 1. — *Graecos* vulg. — 47) *obtinent* Z. — 48) 5018 Gu. 1. pr. va. — 49) *Philometer* Gu. 1. — 50) *Terentius Comicus claret* add. Z. — *vincit* al. — 51) Sic Z. Gu. 2. va. Ar. — 24 vulg. — 52) *Per consulem Brutum Hispania a Romanis obtenta est* Z. — *subiecit* al. pro *subegit.* — 53) Sic Ar. 5082 vulg. — 54) *Sother* Z. Gu. 1. — 55) *subiciuntur* Gu. 1. 2. pr. — 56) Sic Ar. — 5099 vulg. — 5009 Gu. 2. — 57) *Poeta Lucretius nascitur* add. Z. — 58) Sic Ar. — Vulg. 5109. — 59) *Ptolom.* Gu. 1. — 60) *Sallustius historiographus agnoscitur* add. Z. — 61) Sic Arev. — Vulg. 5117. — 62) Praeponit Gu. 1. articulum *Cleopatra.* — 63) *cepit* Z., qui add. *Cato philosophus agnoscitur. Virgilius et Horatius nascuntur.* Consentit cum additis Gu. 1. — 64) Sic Ar. — Vulg. 5147. — 65) *Aegyptus* om. pr. va. — 66) *C. Iul. Caes.* Z. — *Caesar* om. Gu. 2. al. — 67) *prior* Gu. 2. — Fuit autem a prim. man *prius. Prior* est etiam in al. — 68) *Monarchiam totius Romani imperii obtinuit, ex cuius nomine sequentes Imperatores Caesares appellati sunt* add. Z. — 69) 5064 al. — 5160 al. — 70) LX Z. — *Octav. ann. LVI. Cuius anno XLII. Dominus noster Iesus Christus in Bethlehem Iudae nascitur* Z. — 71) Sic Ar. — Vulg. 5220. Gu. 1. 2. al. pr. va. 5210. al. 5215. Similis exinde varietas in libris ap. Arev. — 72) *Huius XVIII. regni anno Dominus crucifigitur* Z. — 73) Sic Ar. — Vulg. 5233. ed. Goth. Gu. 1. 5223. — 74) III Gu. 2. — 75) *in Iudaea primus scripsit* Z. — *edidit* Gu. 2. — *scribit* va. — 76) Sic Ar. — Vulg. 5237. — 77) *Petrus contra Simonem magum Romam pergit* add. Z. — 78) *scripsit* Gu. 2. — 79) Sic Ar. — Vulg. 5265. — 80) *evertitur* Gu. 2. — 81) Sic Ar. — Vulg. 5275. Gu. 2. 5175. — 82) Sic Ar. — Vulg. 5277. Va. 5207. — 83) XII Gu. 1. — XIII Gu. 2. — 84) *Ioannes Apostolus in Pathmos insulam exilio relegatur* Z. — 85) Sic Ar. — Vulg. 5293. — 86) II Gu. 1. — 87) *rediit* pr. va. — 88) Sic Ar. — Vulg. 5294. — 89) al. 14. al. 18. — 90) *requievit* al. — 91) Sic Gu. 2. Ar. — Vulg. 5313.— 92) Cod. Zittav. horum loco habet: *Hic Hierosolymam restaurat et ex suo nomine Aeliam vocat.* — 93) Sic Ar. — Vulg. 5330. Gu. 1. 2. va. 5334.

Antoninus[1] Pius an. XXII. Valentinus et Marcion agnoscuntur. VMCCCLVII[2].
Antoninus[3] Verus an. XIX[4]. Cataphrygarum haeresis oritur. VMCCCLXXVI[5].
30. Commodus an. XIII. Theodotion interpres[6] habetur. VMCCCLXXXVIIII[7].
Elius Pertinax an. I. Nihil habet historiae. VMCCCXC[8].
Severus an. XVIII. Symmachus interpres habetur. VMCCCCVII[9].
31. Antoninus Caracalla[10] an. VII. Quinta editio Hierosolymis invenitur. VMCCCCXIIII[11].
Macrinus an. I. Huius brevitas vitae nihil gestorum habet. VMCCCCXVI[12].
Aurelius Antoninus[13] an. IIII. Sabellii[14] haeresis oritur. VMCCCCXX[15].
32. Alexander an. XIII. Origenes[16] insignis habetur. VMCCCCXXXIII[17].
Maximus[18] an. III. Iste Germanos vicit. VMCCCCXXXVI[19].
Gordianus an. VII[20]. Hic[21] de Persis et Parthis[22] triumphavit. VMCCCCXLIII[23].
33. Philippus an. VII. Hic primus Christianus imperator fuit[24]. VMCCCCL[25].
Decius an. I. Antonius monachus claruit. VMCCCCLI[26].
Gallus[27] an. II. Novatus haeresim condit[28]. VMCCCCLII[29].
Valerianus an. XV. Cyprianus martyrio coronatur. VMCCCCLXVIII[30].
34. Claudius[31] an. II. Iste Gothos ab Illyrico expulit. VMCCCCLXX[32].
Aurelianus an. V[33]. Iste Christianos persequitur. VMCCCCLXXIIIII[34].
Tacitus[35] an. I. Huius vitae brevitas[36] nihil praenotat[37]. VMCCCCLXXVI[38].
35. Probus an. VI[39]. Manichaeorum haeresis exoritur[40]. VMCCCCLXXXII[41].
Carus an. II. Iste de Persis triumphavit[42]. VMCCCCLXXXIIII[43].
Diocletianus an. XX. Iste divinis libris adustis, martyria facit[44]. VMDIIII[45].
Galerius[46] an. II. Nihil dignum historiae tulit[47]. VMDVI[48].

1) *Antoninus Pius* usque ad *Maximus* om. Z. — *Antoninus Verus Pius* al. — *Pius* om. Gu. 1. — 2) Sic Ar. — Vulg. 5356. — 3) *Antonius* Gu. 1. a pr. man. Insertum est postea *n.* *Verus* om. Gu. 1. Ar. — 4) 24 Gu. 2. — 5) Sic Ar. — Vulg. 5375. — 6) Vulg. *tertius interpres*, sed *tertius* om. Gu. 2. Ar. Recte, nam mox *quartus* om. etiam Gu. 1. 2. Ar. — 7) Sic Gu. 1. Ar. va. — Vulg. 5388. — 8) Sic Ar. — Vulg. 5389. — 9) 5406 Gu. 2. — 10) *Caracalla* om. Gu. 1. 2. al. — 11) Sic Ar. — Vulg. 5413. Gu. 1. 2. va. 5414. — 12) Sic Ar. — Vulg. 5415. — *habet historiae* al. — 13) *Antoninus* om. Gu. 1. 2. al. — 14) *Sabellius* Gu. 1. 2. al. — 15) Sic Ar. — Vulg. 5419. Gu. 1. 5418. — 16) *Alexandriae* add. al. — 17) Sic Ar. — Vulg. 5432. Gu. 1. 5431. — 18) *Maximinus* Z. Gu. 1. — 19) Sic Ar. — Vulg. 5435. Gu. 1. 5433. — 20) Sic Ar. — VI vulg. — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Iste* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *Parthis et Persis* — *Parthis et Medis* Gu. 2. — 23) Sic Ar. — Vulg. 5442. Gu. 1. 5440. — 24) *Valerianus ann. XV. Cyprianus Martyrio coronatur* h. l. add. Z., quod sequitur in edit. post *Gallus.* Utrumque, *Decium* et *Gallum* om. Z. — *Imper. Christ.* Gu. 2. — 25) Sic Ar. — Vulg. 5448. — 26) Sic Ar. — Vulg. 5449. Gu. 1. 5447. — *Antoninus* Gu. 1. — 27) *Gallerius* al. — 28) *condidit* Gu. 2. al. va. — 29) Sic Ar. — Vulg. 5451. Gu. 1. 5450. — 30) Sic Ar. Gu. 2. pr. — Vulg. 5466. Gu. 1. 5447. — 31) *Claudius* usque ad *Carus* om. Z. — 32) Sic Ar. — Vulg. 5468. — 33) X Gu. 1. — 34) Sic Ar. — Vulg. 5473. Gu. 1. 5472. Gu. 2. va. 5473. — 35) Sic Gu. 2. Ar. — *Tatius* vulg. — 36) Sic Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *praenotatione caret* Ar. — *nihil habet historiae* vulg. Gu. 2. om. vv. *huius* usque ad fin. cum numero. — 38) Sic Ar. — Vulg. 5475. va. 5474. Gu. 1. 5473. — 39) VII Gu. 2. — 40) Sic Gu. 1. — *exorta est* al. — *orta est* vulg. — 41) Sic Ar. — Vulg. 5481. Gu. 1. 5479. Gu. 2. va. 5480. — 42) *triumphat* Gu. 2. — 43) Sic Ar. — Vulg. 5483. Gu. 1. 5481. Gu. 2. va. 5482. — 44) *fecit* Z. — 45) Sic Ar. — Vulg. 5503. Gu. 1. 5501. Gu. 2. va. 5502. — 46) *Valerius* Gu. 1. va. Reliqua cum numero om. Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *Huius brevitas vitae nihil dignum historiae contulit.* Pro *vitae* exhibet Z. *imperii.* Al. hoc totum om. — 48) Sic Ar. — Vulg. 5505. Gu. 1. 5503. va. 5504. — 49) Haeresis Arriana exoritur Nicaenumque concilium congregatur. — 50) Sic Ar. — Vulg. 5535. Gu. 1. 5537. Gu. 2. va. 5534. — 51) Sic Ar. — Vulg. 5558. Gu. 1. 5557. pr. 5559. *Constantium* om. Gu. 2. — — 52) *Hic ex clerico factus Imperator in idolorum cultum convertitur*

36. Constantinus an. XXX. Nicaena synodus congregatur[49]. VMDXXXVI[50].
Constantius an. XXIIII. Anthropomorphitarum haeresis oritur. VMDLX[51].
Iulianus annis II. Hic ex Christiano paganus efficitur[52]. VMDLXII[53].

37. Iovinianus[54] an. I. Iste iterum Christianus effectus est. VMDLXIII[55].
Valentinianus[56] an. XIIII[57]. Gothi haeretici fiunt[58]. VMDLXXVII[59].
Gratianus an. VI. Priscillianus agnoscitur. VMDLXXXIII[60].
Valentinianus an. VIII[61]. Hieronymus in[62] Bethleem praedicatur[63]. VMDLXXXX[64].
Theodosius[65] an. III[66]. Ioannes Anachoreta claruit. VMDXCIII[67].

38. Arcadius an. XIII. Ioannes Chrysostomus[68] floruit. VMDCVI[69].
Honorius an. VI. Augustinus Episcopus claruit[70]. VMDCXXI[71].
Theodosius[72] an. XXVII. Nestorius haeresiarches[73] extitit[74]. VMDCXLVIII[75].

39. Martianus[76] an. VI. Chalcedonensis[77] synodus agitur. VMDCLIIII[78].
Leo maior an. XVI. Aegyptus errore Dioscori latrat[79]. VMDCLXX[80].
Zenon an. XVII[81]. Acephalorum haeresis orta est[82]. VMDCLXXXVII[83].

40. Anastasius[84] an. XXVII[85]. Fulgentius Episcopus praedicatur. VMDCCXIIII[86].
Iustinus an. VII. Acephalorum haeresis abdicatur[87]. VMDCCXXII[88].
Iustinianus an. XXIX[89]. Vandali in Africa extinguuntur[90]. VMDCCLXI[91].
Iustinus an. XI. Armenii fidem Christi suscipiunt[92]. VMDCCLXXII[93].

41. Tiberius an. VII. Longobardi Italiam capiunt[94]. VMDCCLXXVIIII[95].
Mauritius an. XXI. Gothi catholici efficiuntur[96]. VMDCCC[97].
Phocas an. VIII[98]. Romani caeduntur a Persis[99]. VMDCCCVIII[100].

Z. — *efficitur* pro *effectus est* Gu. 1. 2. — *factus est* va. — 53) Sic Ar. — Vulg. 5561. Gu. 1. va. 5560. — 54) In edit. Gothofr. praecedit *Valentinianus.* — *Iovianus* Gu. 2. Ar. pro *Iovinianus.* — 55) Sic Ar. — Vulg. 5561. — 56) *Valens* Ar. — 57) al. 9. al. 19. — 58) Sic Gu. 1. — *efficiuntur* vulg. Zitt. add. *Ambrosius Mediolanensis episcopus claruit.* — 59) Sic Ar. — Vulg. 5586. Gu. 1. 5574. Gu. 2. 5581. — 60) Sic Ar. — Vulg. 5582. Gu. 1. 5580. Gu. 2. va. 5581. — *Gratianus ann. VI.* om. Z. *Priscill. haereticus* Z. — 61) *Valent. ann. VII.* om. Z. — VIII. pro vulg. VII. Ar. — 62) *in* om. Gu. va. — 63) *clarus habetur* Z. — *claruit* Ar. — 64) Gu. 1. 5587. va. 5588. ed. Goth. 5589. — 65) Om. hunc articulum Z. — 66) XI. Gu. 1. — 67) Sic Ar. — Vulg. 5592. Gu. 1. 5590. Gu. 2. va. 5591. — 68) *et Theophilus Alexandrinus floruerunt* Z. — *claruit* Gu. 2. — 69) Sic Ar. — Vulg. 5605. Gu. 1. va. 5604. Gu. 2. 5603. — 70) *et Cyrillus Alexandrinus* add. Z. — 71) Sic Ar. — Vulg. 5620. Gu. 1. 5618. va. 5619. Gu. 2. 5614. — 72) *Theodosius* usque ad *latrat* om. Z. — 73) *haeresiarcha* Ar. — 74) *existit* Gu. 2. — 75) Sic Ar. — Vulg. 5657. Gu. 1. 5655. Gu. 2. va. 5656. — 76) *Martinus* Gu. 1. — *Marcellianus* va. — 77) *Callidonensis* Gu. 1. — 78) Sic Ar. — Vulg. 5653. Gu. 1. 5651. Gu. 2. va. 5652. — 79) Sic Gu. 1. 2. Ar. — vulg. *languet.* — 80) Sic Ar. — Vulg. 5669. — Gu. 2. va. 5668. — 81) *Corpus Barnabae* (*apostoli* add. va.) *et Evangelium Matthaei repertum est* add. Z. pr. va. Al. hoc addunt post Zenonis chronologiam. — 82) *Aceph. haer. orta est* om. Z. va. — *Anacephal.* pr. — 83) Sic Arev. — Vulg. 5686. Gu. 1. 5684. Gu. 2. va. 5685. — 84) Anastasii et Iustini res om. Z. — 85) XVII. edit. Goth. Gu. 1. XXIII. — 86) Sic Ar. — Vulg. 5713. Gu. 1. 5711. Va 5712. — 87) *orta est* Gu. 2. — Pro VII. Gu. 1. VIII. — 88) Sic Ar. — Vulg. 5721. Gu. 1. va. 5719. Gu. 2. 5788. — 89) 39 Z. Gu. 1. — 28. Gu. 2. — 90) *Vilisarius Patricius Aphricam missus Wandalorum gentem delevit* Z. — Verba vulgat. *a Belisario* ante *exting.* om. Gu. 1. 2. Ar. — 91) Sic Ar. — Vulg. 5760. Gu. 1. 5758. Gu. 2. 5759. Va. 5748. — 92) *fidem suscip. Christi* Gu. 2. — Cod. Zittav. add. *Longobardi Italiam capiunt.* — 93) Sic Ar. — Vulg. 5771. Gu. 1. 5769. Gu. 2. 5770. Va. 5759. — 94) *Gothi bifarie divisi mutua caede vastantur* Z. — 95) Sic Ar. — Vulg. 5778. Gu. 1. 5576. Va. 5766. — 96) Sic Gu. 1. al. — *effecti sunt.* Vulg. — *Gregorius eligitur ad Pontificatum* add. Z. — 97) Sic Ar. — Vulg. 5799. Gu. 1. 5797. Gu. 2. va. 5798. — 98) VII Gu. 1. 2. — 99) *Romani a Persis debellati plurimas provincias et Hierosolymam amiserunt* Z. — 100) Sic

42. Eraclius an. XXVII[1]. Huius quarto et quinto religiosissimi principis Sisebuti Iudaei in Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextae aetatis tempus Deo soli cognitum est. Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque ad praesentem gloriosissimi Recesvinti principis annum, qui est aera DCLXVI. VMDCCCLVI.

L I B E R VI.

CAP. I[2]. *De veteri et novo testamento*[3].

1. Vetus testamentum ideo dicitur, quia veniente novo cessavit. De quo Apostolus meminit, dicens: *Vetera transierunt, et ecce omnia facta sunt nova*[4].

2. Testamentum autem novum ideo nuncupatur, quia innovat. Non enim illud discunt, nisi homines renovati ex vetustate per gratiam, et pertinentes iam ad novum testamentum[5], quod est regnum coelorum.

3. Hebraei autem vetus testamentum[6] Esdra auctore, iuxta numerum literarum suarum in viginti duos libros[7] accipiunt, dividentes eos in tres ordines, legis scilicet, prophetarum[8] et agiographorum.

Ar. — Vulg. 5806. Gu. 5804. Va. 5795. Post verba *a Persis* cod. Lucan. addit: *Gregorius Romanae urbis pontifex, cuius famae fulgor totum terrarum orbem penetravit, Anglorum gentem, id est Saxonum, per duodenis* (sic) *a se misso ad Britanniam auris* (sic) *de illa insula, immo et verius dicam, de minore ad maiorem orbem divisio Brittonibus paene cunctis sub sua potestate redactum redeunt ad Christi fidem a paganae divortio.* Cod. Ottob. 345. *Mauritius ann. XXI. Gregorius P. P. extitit. Angli convertuntur ad fidem, Gothici catholici efficiuntur. Phocas* etc. — 1) Sic Gu. 1., nisi quod *annus* mutavi in *annum* et *Recesvinti* scripsi pro *Recessinchin*, ut exhibet Cod. — Gu. 2. ita: *Eraclius ann. XXVI. Huius quinto et quarto religiosissimi principis sisiboti spania Iudaei baptizantur VDCCCXXXVI. Residuum sextae aetatis deo soli cognitum est.* Edit princ.: *Eraclius ann. XXVII. Huius quinto et quarto religiosissimi principis sisebuti in hispania iudei baptizantur. Residuum VI. aetatis tempus deo soli est cognitum VDCCCLVII.* Edit. va. cum princ. consentit, nisi quod *quintae* cet. exhibet. Arev. *Eraclius XVII. nunc agit imperii annum: Iudaei in Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextae aetatis soli Deo est cognitum.* Vulgata ita habet: *Residuum sextae aetatis tempus Deo soli est cognitum. Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem annum decimum gloriosissimum principis, qui est Eraclius. VMDCCCLVII. Quarum decursus per generationes et regna primus ex nostris Iulianus Africanus sub Imperatore Marco Aurelio Antonino simplicis historiae stilo elicuit. Dehinc Eusebius episcopus Caesariensis atque sanctae memoriae Hieronymus presbiter chronicorum canonem multiplicem ediderunt historiam regnis simul et temporibus ordinatam. Dehinc alii atque alii, inter quos praecipue Victor Turonensis ecclesiae episcopus recensitis priorum historiis gesta sequentium aetatum usque ad consulatum Iustini iunioris imperatoris explevit. Horum nos temporum summam ab exordio mundi ad Augusti Heraclii imperatoris vel Sumptilani regis Gottorum, quanta potuimus brevitate notavimus tempora, adiacente e latere descendente linea temporum, cuius indicio summa praeteriti seculi cognoscatur.* Verba: *Quarum decursus* usque ad finem absunt a nostris codd. Z. Gu. 1. 2. In editt. princ. va. et ap. Arev. sequuntur post §. 5. capitis XXXVII. In iisdem editt. omittuntur verba: *Colligitur omne* usque ad vv. *qui est aera.* Edit. princ. tamen numerum VMDCCCLVII. exhibet. Arev. pro *Turonensis* scripsit *Tununensis* e libro de Virr. Illustr. Sumpta sunt autem vv. *Quarum decursus* usque ad *cognoscatur* ex Isidori Chronico. Putat Arev. *Ricisvinti* nomen additum esse post Isidori obitum ab Ildefonso, qui decimo anno Recesvinti sedem Toletanam obtinuerit. Nam multo post Isidorum vixisse Recesvintum. In cod. Ottob. 352. post *cognitum est* additur: *Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem Recesvinti principis ann. X. qui est aera DCLXVI., $\overline{V}$DCCCVI.* Ita cod. Ottobon. 404., sed addit *usque in praesentem generationem* et mox *anni simul $\overline{V}$DCCCCLVI.* Cod.

4. Primus ordo legis in quinque libris accipitur, quorum primus[9] Bresith[10], id est[11] Genesis; secundus Veelle Semoth[12], quod est Exodus; tertius Vaiicra[13], quod est Leviticus; quartus Vaiedabber[14], quod est Numeri; quintus Elleaddebarim[15], quod est Deuteronomium.

5. Hi sunt quinque libri Moysi, quos Hebraei Thora[16] vocant[17], Latini legem appellant. Proprie[18] autem lex appellatur, quae per Moysen data est.

6. Secundus ordo prophetarum est[19], in quo continentur libri octo[20], quorum primus Iosuae Ben Nun: qui latine Iesu Nave dicitur; secundus Sophtim[21], quod est Iudicum; tertius Samuel, qui Regum est[22] primus; quartus Melachim[23], qui est Regum secundus; quintus Isaias[24]; sextus Ieremias; septimus Ezechiel; octavus Tharisra[25], qui dicitur duodecim prophetarum, qui libri quia sibi[26] pro brevitate[27] coniuncti[28] sunt, pro uno accipiuntur.

7. Tertius est ordo agiographorum, id est sancta scribentium, in quo sunt libri novem, quorum primus Iob, secundus Psalterium[29], tertius Masloth[30], quod est Proverbia Salomonis, quartus Coheleth[31], quod est Ecclesiastes; quintus Sir hassirim, quod est Cantica canticorum; sextus Daniel, septimus Dibre haiamim[32], quod est verba dierum, hoc est Paralipomenon, qui et Chronicon[33]; octavus Esdras, nonus Hester, qui simul omnes V. VIII. IX[34]. fiunt[35]. XXII, sicut superius comprehensi sunt.

Ottobon. 336. *era DCLXVI. ann. VDCCCLVII.* Cod. Ottob. 343. *era DCXLVI. anni VDCCCLVIII.* — Codex Zittav. longe alia habet, quae sunt haec: *Heraclius dehinc quintum agit annum imperii. Pisibothus Gothorum princeps ab Hispania plurimas Romanae miliciae urbes sibi bellando subiecit et Iudaeos sibi subditos ad Christi fidem convertit. Fiunt autem ab exordio mundi usque in praesentem aeram, hoc est in annum quintum Imperatoris Heraclii et quartum annum Sisibothi principis gentis Gothorum anni quinque DCCCXII. Post completionem huius temporis fluxerunt anni sexaginta, scilicet a tempore Clodoarii usque ad decimum quintum annum regni, itemque Clodoarii ac nepotis ipsius, quo ipse cum ingenti exercitu contra Danos abiit. Est a dormitione Sancti Sulpitii vicesimus sextus. In ciclo vero Victorii CVIII. cum bissexto in aera, ubi nomina consulum et maximi habentur, esse monstratur. Hoc ideo dictum est, ut facilius deinceps reliqua ac futura summa annorum cognoscatur. Additis ergo his sexaginta annis sunt a mundi initio anni VDCCCLXXIII. De sexto vero milliario sunt residui anni CXXVII.* Haec cod. Zittav. Addita sunt his tria capita *De tempore saeculi, de quadrifera ratione operationis divinae* et *de creatione mundi per septem dies.* Quae addidi in Analectis ad Isidorum. — 2) Cap. I. II. III. IV. om. cod. Zittav. — 3) Pleraque concinunt Isidori libro Prooemiorum. — 4) *facta sunt omnia nova* Arev. — *omnia* om. al. Locus est ex II. ad Corinth. 5, 17. — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *testam. novum.* — 6) *veteris testamenti* Arev. Verba sunt ex Prolog. Galeato Hieronymi et Praefat. in libros Reg. et Epiphan. lib. de pond. — 7) Sic Gu. 1. al. — Ar. *viginti duos libros* — Al. pr. va. *in viginti duobus libris acc.* — Vulg. *viginti duobus libris.* — 8) Vulg. *et proph.*, sed *et* om. cum Gu. 1. — 9) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 10) Sic Gu. 2. va. — *presith* pr. — *bresid* Gu. 1. — *Beresith* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod est.* — 12) *Elismoth* Gu. 1. — *elesmoth* Gu. 2. — *ellesmos* va. — *elesmos* pr. — 13) Sic scripsi duce cod. Gu. 2., in quo est *Vaiecra*, Gu. 1. pr. va. *Vagecra.* — Vulg. *Vaicra.* — 14) *Vagetaber* Gu. 1. — *Vagedaber* Gu. 2. pr. va. — 15) *Eldabarim* Gu. 1. — *Elladabarim* Gu. 2. — *Elleabdabarim* pr. va. — 16) Sic Ar. — Vulg. *Thorat.* — 17) *vocant* om. Gu. 2. Ar. — 18) *Propria* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. — *secundus ordo est proph.* al. pr. va. — Vulg. *Secundus est proph.* — 20) *octo* om. pr. — 21) Sic scripsi e coniectura, quum Ar. *Sophtin* exhibeat; Gu. 2. pr. va. *Sopthim;* Gu. 1. *Sophin.* — Vulg. *Sophetim.* — 22) Sic scribendum censui e Gu. 1., in quo est *qui regum in primus.* — Vulg. *est regum.* — 23) Sic Arev. — *Malachim* vulg. — 24) Sic Gu. 1. Ar. — *Esaias* vulg. — 25) *Taresra* Gu. 1. 2. — *Thereasar* Ar. — 26) *sibi* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — *quia sibi* al. corruperunt in *sibi.* — 27) *pro brevitatibus* al. — 28) Sic Gu. 1. — *adiuncti* vulg. — 29) *quod quinque incisionibus dividitur* add. al. — 30) Sic Gu. 2. pr. va. — *Massaloth* Gu. 1. — *Misle* Vulg. — 31) *adcoeleth* Gu. 2. — *Celeth* pr. va. — 32) *Dabreiamin* Gu. 1. 2. pr. va. — 33) Vulgo sequuntur haec: *qui in duos libros dividitur apud Graecos et Latinos.* Sed om. ea Gu. 1. (qui annexa ea habet voci *Hester*) 2. Ar. (qui etiam haec om. *qui et Chronicon.*) — 34) Vulg. *et IX.*, sed *et* om. Gu. 1. — 35)

8. Quidam autem Ruth et Cinoth[1], quod Latine dicitur Lamentatio Ieremiae, agiographis[2] adiiciunt[3], et XXIIII. volumina testamenti veteris faciunt, iuxta vigintiquatuor seniores, qui ante conspectum Dei[4] assistunt.

9. Quartus[5] apud nos ordo veteris testamenti eorum librorum, qui in canone Hebraico[6] non sunt. Quorum primus Sapientiae liber est, secundus Ecclesiasticus[7]. Tertius Thobias[8]. Quartus Iudith. Quintus et sextus Machabaeorum, quos licet[9] Hebraei[10] inter apocrypha separent[11]. Ecclesia tamen Christi inter divinos libros et honorat et praedicat.

10. In novo autem testamento duo sunt ordines. Primus evangelicus, in quo sunt[12] Matthaeus, Marcus, Lucas et Ioannes. Secundus apostolicus, in quo sunt[13] Paulus in quatuordecim epistolis, Petrus in duabus, Ioannes in tribus, Iacobus et Iudas in singulis, Actus Apostolorum, Apocalypsis[14].

11. Summa autem utriusque testamenti trifarie distinguitur, id est in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifarie dividuntur, id est quid a[15] Deo, quid ab angelis, vel hominibus[16] gestum dictumque sit, quid a prophetis pronunciatum[17] de Christo et corpore eius, quid de diabolo et membris eius[18], quid de veteri et novo populo, quid de praesenti seculo et futuro regno atque iudicio.

CAP. II. *De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.*

1. Veteris testamenti secundum Hebraeorum traditionem[19] hi perhibentur auctores. Primus Moyses divinae historiae cosmographiam[20] in quinque voluminibus edidit, qui et Pentateuchus[21] nominatur.

2. Pentateuchus[22] autem a[23] quinque voluminibus dicitur, *πέντε* enim Graece quinque, *τεῦχος* volumen vocatur[24].

3. Genesis liber inde vocatur[25], eo quod exordium mundi et generationes seculi in eo contineantur[26].

4. Exodus vero exitum ex[27] Aegypto, vel egressum populi Israelis[28] digerit, et ex ea causa nomen accepit.

5. Leviticus appellatur[29], eo quod Levitarum ministeria et diversitatem victimarum exequitur, totusque in eo ordo leviticus annotatur.

faciunt al. — 1) Sic Ar. pr. va. — *Sinoth* Gu. 2. — *Emoth* Gu. 1. — *Rimoth* vulg. — 2) *ad agiographus* Gu. 2. — 3) *adiciunt* Gu. 1. 2. — 4) Sic Gu. 1. al. — *Domini* vulg. — 5) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 6) *Hebraeorum* al. — 7) *Ecclesiasticus* Gu. 1. — 8) *Tobi* Gu. 1. 2. pr. — *Tobiae* va. — 9) *scilicet* Gu. 1. al. — 10) *Iudaei* Gu. 2. — 11) *separant* Gu. 1. 2. al. — *reputant* al. — 12) *sunt* om. Gu. 2. — 13) *sunt* om. Gu. 2. — 14) Vulg. *et Apoc.*, sed *et* om. Gu. 1., qui *Apocalipsin* exhibet cum Gu. 2., et *Ioannis*, quod vulg. est post *Apoc.* om. — 15) *ex* Gu. 2. — 16) *vel ab h.* Gu. 2. al. — *quid ab hom.* al. — 17) Sic scripsi e Gu. 1., in quo est *nuncupatum vel pronunciatum* — *praenuntiatum* Ar. — *nunciatum* vulg. — 18) *ipsius* Ar. — 19) *traditiones* al. — 20) *cosmograficon* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod Pentateuchum nom.* — 22) Sic Gu. 1. — *Pentateuchum* vulg. — 23) *in quinque* Gu. 1. — 24) *dicitur* Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. — *appellatur* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *generatio . . . contineatur* — *continetur* al. — 27) Sic Gu. 1. — *ab Aeg.* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — *Israel* vulg. — 29) *appellatus* Gu. 2. — 30) *enumerantur* Gu. 2. — 31) *contineatur* Gu. 1. — *quadr. duas mansiones in eo descriptas continet* al. — 32) *interpretatio appellatur* Gu. 1. h. e. nisi fallor, *interpretatur vel appellatur*, duabus lectionibus, ut saepe, coniunctis. — 33) *reparatio* al. — *et* ante *evang.* om. pr. — 34) *qui* Gu. 1. — 35) *propria* al. — 36) *Iehu* Gu. 1. — *ab Iesu* Gu. 2. — 37) *et cuius* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. al. — *asseverant* vulg. — 39) Sic Gu.

6. Numerorum liber vocatur, eo quod in eo egressae de Aegypto tribus dinumerantur[30], et quadraginta duarum per heremum mansionum in eo descriptio continetur[31].

7. Deuteronomium Graeco sermone appellatur, quod Latine interpretatur[32] secunda lex, id est repetitio[33] et evangelicae legis praefiguratio, quae[34] sic ea habet, quae priora[35] sunt, ut tamen nova sint omnia, quae in eo replicantur.

8. Iosue liber nomen accepit a Iesu[36] filio Nave, cuius[37] historiam continet, scriptorem vero eius eundem Iosue Hebraei asserunt[38], in cuius contextu[39] post Iordanis transitum regna hostium subvertuntur, terra populo dividitur et per singulas urbes, viculos, montes atque confinia ecclesiae[40] caelestisque Hierusalem spiritalia[41] regna praefigurantur.

9. Iudicum[42] nominatur[43] a principibus populi, qui praefuerunt in Israel post Moysen et Iosue, antequam David et caeteri reges existerent. Samuel hunc librum edidisse creditur[44].

Liber Samuel eiusdem Samuelis nativitatem et sacerdotium et[45] gesta describit, iccirco[46] et ab eo nomen accepit.

10. Et quamvis hic liber Saul et David historiam contineat, tamen utrique[47] ad Samuel[48] referuntur, quia ipse unxit Saul in regnum[49], ipse David in regem[50] futurum. Cuius libri primam partem conscripsit idem Samuel, sequentia vero eius usque ad calcem scripsit David.

11. Melachim[51] proinde appellatur, eo quod reges Iudae[52] et Israeliticae gentis gestaque eorum per ordinem digerat temporum. Melachim[53] enim Hebraice, Latine Regum interpretatur. Hunc librum primus Ieremias[54] in unum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per singulorum[55] regum historias.

12. Paralipomenon Graece dicitur, quod praetermissorum, vel reliquorum dicere[56] possumus, quia ea, quae in lege vel in[57] regum libris vel omissa, vel non plene[58] relata sunt, in isto summatim ac[59] breviter explicantur.

13. Librum Iob quidam Moysen scripsisse arbitrantur, alii unum ex prophetis, nonnulli vero eundem Iob post plagam passionis suae[60] existimant scriptorem fuisse[61], arbitrantes, ut, qui certamina spiritalis[62] pugnae sustinuit, ipse narraret, quas victorias expedivit[63].

14. Principia autem et fines[64] libri Iob apud Hebraeos prosaica[65] oratione contexta[66] sunt, media autem ipsius ab eo loco, in quo ait: *pereat dies in qua*[67] *natus sum*, usque ad eum locum: *idcirco*[68] *ego*[69] *me reprehendo et ago poenitentiam*, omnia heroico metro discurrunt.

1. — *textu* vulg. — 40) *ecclesia* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *spiritualia* vulg. — 42) *Iudicum liber* va. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *nominantur* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hunc librum et Ruth edidisse creditur Samuel.* Gu. 1. 2. et al. om. *et Ruth.* Idem tamen dicit lib. I. de offic. Eccl. c. 12., quare retinendum censet Grial. — 45) *et* om. Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. — *idcirco* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *utrique tamen.* — Va. *uterque tamen.* — 48) *ad Samuel* al. om. — 49) *in regem* al. — 50) *in regem* al. om. — 51) *Malachim* Gu. 1. pr. va. — 52) *Iudaeae* Gu. 1. — 53) *Malachim* Gu. 1. 2. va. h. l. et postea. — *Malchim* pr. — *melachim liber* al. — *regnum* pro *regum* al. — 54) Sic Gu. 1. — *Ierem. prim.* vulg. — *primus* va. — 55) *singulas* al. — 56) Vulg. *nos dicere*, sed *nos* om. Gu. 1. — In Gu. 2. va. post *quod* collocatur, ut fecit Arev. — 57) *in* om. Gu. 2. pr. va. — 58) *plena* pr. va. — 59) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — *suae pass.* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *script. fuisse exist.* Vulg. — *aestimant* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. 2. va. — *spiritualis* Ar. pr. — *specialis* vulg. Cod. 1. Tolet. goth. et Lucan. clare *spiritualis*, alii mss. et editi in compendio literarum indicant etiam *spiritualis*. — 63) *expetivit* Gu. 2. — 64) *finis* Gu. 2. — 65) *prosa* Gu. 2. Arev. — 66) *texta* Gu. 2. al. — *contexit* al. — 67) *in* om. edit. Gothofr. — *quo* om. *in* Gu. 2. Locus est Iob. c. 3, 3. — 68) *idcirco* om. Gu. 2 — 69) *ipse* Gu. 2. Locus est Iob. c. 42, 6.

15. Psalmorum liber Graece psalterium [1], Latine organum dicitur. Vocatus [2] autem liber Psalmorum [3], quod uno propheta canente ad [4] psalterium, Chorus consonando responderet [5]. Titulus autem in psalmis Hebraicus [6] ita est, Sepher [7] Thehilim, quod interpretatur Volumen hymnorum.

16. Auctores autem [8] psalmorum, qui [9] ponuntur [10] in titulis [11], Moyses scilicet et [12] David et Salomon, Asaph, Ethan, Idithun [13] et filii Core, Eman, Ezraitha [14] et reliquorum [15], quos Esdras uno volumine comprehendit.

17. Omnes autem psalmi apud Hebraeos metrico carmine constant esse compositi [16]. Nam Romani in morem Flacci [17] et Graeci Pindari, nunc alii iambo currunt, nunc alcaico [18] personant, nunc Sapphico nitent trimetro, vel tetrametro pede incedentes.

18. Salomon filius David regis Israel [19] iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit, quorum primus est Masloth [20]: quem Graeci Parabolas, Latini Proverbiorum nominant [21], eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis ostenderit [22].

19. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit [23]. Secundum librum Hebraice [24] Coheleth vocavit, qui [25] Graece Ecclesiastes dicitur, Latine Concionator, eo quod sermo eius [9] non specialiter ad unum, sicut in Proverbiis, sed ad universos generaliter dirigatur [26], docens omnia, quae in mundo cernimus [27], caduca esse et brevia, et ob hoc minime appetenda.

20. Tertium librum Sir hassirim praenotavit, qui in Latinam linguam [28] vertitur Cantica canticorum [29], ubi per epithalamium carmen coniunctionem Christi et Ecclesiae mystice canit. Dictum autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis praeferatur, quae in scripturis sacris habentur, sicut quaedam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt Sancta sanctorum.

21. Horum autem trium librorum carmina hexametris et pentametris versibus apud suos composita perhibentur, ut Iosephus Hieronymusque [30] scribunt.

22. Isaias [31] evangelista potius, quam propheta edidit librum suum, cuius omne contextum [32] eloquentiae suae [33] prosa incedit. Canticum vero hexametro et pentametro versu discurrit.

23. Hieremias similiter edidit librum suum cum threnis suis [34], quos [35] nos Lamenta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur, in quibus quadruplicem [36] diverso

1) *hebraice nabla* add. Gu. 2. va. Ar. (*nebel*) al. (*nablum.*) — 2) *vocatur* Gu. 2. al. — 3) *psalm. liber* Gu. 2. — *liber* om. Ar. — 4) *ad* al. om. — 5) *responderit* al. — 6) *hebraicis* al. — *ita est* addidi e Gu. 1. 2. pr. va., quae Hebraicum nomen om. — 7) *Sepher* legendum coniecit Arev. e corrupta lectione cod. I. Tolet. *Safartallim* i. e. liber laudum. In cod. Gu. 1. est *Isphirtalim*, in Gu. 2. va. *Isphir athalbin*. Om. Hebraicum vocabulum vulg. et edit. pr. Arev. — 8) *autem* om. Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. (*qui* Ar. pr. va.) Gu. 2. al. — Vulg. *sunt*, *quae*. — 10) *proponuntur* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. va. — *titulo* vulg. — 12) *scilicet* om. va. — 13) Sic Ar. pr. — *et idithun* Gu. 2. va. — *Idithim* vulg. — 14) Sic coniecit Arev., qui ipse posuit *Ezraithae*. Gu. 1. 2. pr. va. exhibent *Ezraelitae*. Om. hoc nomen vulg. — 15) *reliqui* al. — 16) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *psalmos . . . constat . . . compositos* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *in more Rom. Flacc.* — *in morem* pro *in more* scripsi cum Gu. 2. Ar. — 18) Sic Gu. 1. Ar. — *elegiaco* vulg. — *personant metro* al. — 19) *Israelis* al. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Misle* vulg., quae exhibet *Hebraice Misle*, sed *Hebraice* om. Gu. 1. 2. — 21) *qui Graece . . . nominatur* Gu. 2. — 22) *ostenderet* Gu. 2. pr. — 23) *reseravit* Gu. 1. al. — 24) *Hebraice* addidi e Gu. 1. — 25) *qui* om. va. — 26) *dirigitur* al. — 27) *sunt* al. pr. va. — 28) *in latina lingua* al. — 29) *canticum canticorum* va. — *canticum cantici* al. — 30) Sic Gu. 1. — *et Hieron.* vulg. — 31) Sic Gu. 1. Ar. — *Esaias* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *omnis contextus.* — *omnem textum*

metro constituit[37] alphabetum, quorum duo prima[38] quasi Sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculos[39], qui sibi nexi sunt, et ab una tantum litera incipiunt, heroicum coma includit[40].

24. Tertium alphabetum trimetro scriptum est[41], ternis[42] literis iidem[43] terni versus[44] incipiunt. Quartum alphabetum simile primo et secundo habetur.

25. Ezechiel[45] et Daniel a viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur, quorum Ezechiel principia et fines multis habet obscuritatibus involuta. Daniel vero claro sermone orbis regna[46] pronuntiat et tempus adventus Christi manifestissima praedicatione annotat.

26. Hi sunt quatuor prophetae, qui maiores vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Libri[47] duodecim[48] prophetarum auctorum suorum nominibus praenotantur; qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum breves sunt.

27. Unde et connexi sibimet invicem[49] in uno volumine continentur, quorum nomina sunt[50]: Osee[51], Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias et[52] Malachias.

28. Esdrae liber auctoris sui titulo praenotatur, in cuius contextu[53] eiusdem Esdrae Neemiaeque sermones pariter continentur. Nec quenquam moveat, quod unus[54] Esdrae dicitur liber, quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebraeos, sed inter apocryphos[55] deputantur.

29. Hester librum Esdras creditur conscripsisse. In quo eadem regina sub figura Ecclesiae Dei populum a servitute et morte eripuisse scribitur, atque[56] interfecto Aman[57], qui interpretatur iniquitas[58], diei celebritas in posteros mittitur.

30. Liber autem[59] Sapientiae apud Hebraeos nusquam est, unde et ipse titulus Graecam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudaei Philonis esse affirmant, qui proinde Sapientiae[60] nominatur, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia Patris, et passio eius evidenter exprimitur.

31. Librum autem Ecclesiasticum certissime Iesus filius Sirach Hierosolymita nepos Iesu[61] sacerdotis magni composuit, de quo[62] meminit et[63] Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloquii[64] similitudinem Salomonis praenotatur[65].

32. Dictus autem Ecclesiasticus, eo quod de totius ecclesiae disciplina religiosae conversationis magna cura et ratione sit editus. Hic et apud Hebraeos[66] reperitur, sed inter apocryphos habetur.

Gu. 2. — *omnem textum vel eloquentiae* al. — al. om. *textum eloquentiae*. — 33) *suae* addidi e Gu. 1. — *eloquentia* Ar. — 34) *eius* Gu. 1. — *cum trimetro vel threnis suis* va. — *cum trimetro sed thren.* Gu. 2. — 35) *quod* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *quadruplex* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *composuit* vulg. — 38) *prima* om. Gu. 2. — 39) *versiculi* Gu. 1. — 40) Sic Gu. 1. — *concludit* Gu. 2. pr. Ar. — *concludunt* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *conscriptum* vulg. — 42) Vulg. *a ternis*, sed praepos. om. Gu. 1. — 43) *iisdem* Ar. — *id est* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 44) Sic Gu. 1. — *versus terni* vulg. — *ternis* va. — 45) *Et Ezech.* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. — *regna orbis* Gu. 2. pr. va. Ar. — *orbesque* al. — Vulg. *regna mundi.* — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *Liber . . . . praenotatur.* — Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 48) *duodecimus* Gu. 2. — 49) *pariter* al. — 50) Vv. *quorum nomina sunt* om. al. — 51) *Oseas* edit. Goth. — 52) *et* om. va. — 53) Sic Gu. 1. — *textu* vulg. — 54) *unus et Esdr.* Gu. 1. — 55) *apocrypha* al. — 56) *et* va. — 57) *hoste aman* al. — 58) *nequitia* al. et var. lect. ap. Goth. — 59) *autem* addidi e Gu. 1. — 60) *Sapientia* Gu. 1. — *qui libri* va. — 61) *Iehu* Gu. 1. — 62) Sic Gu. 1. 2. — *cuius* vulg. — 63) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 64) *illius* add. Gu. 2. — 65) vulg. *Salomonis titulo*, sed posterius vocab. om. Gu. 1. Recte. Est enim interpretamentum genitivi *Salomonis*, qui significat *quasi talis liber*, *qui sit Salomonis*. — 66) Sic Gu. 1. — *Hic liber apud Hebr.* vulg.

33. Iudith vero et Tobiae[1], sive Machabaeorum libri quibus auctoribus scripti sunt[2], minime constat. Habent[3] vocabula ex eorum nominibus, quorum gesta scribuntur.

34. Quatuor libros Evangeliorum quatuor Evangelistae singulariter conscripserunt.

35. Primus Matthaeus conscripsit Evangelium literis Hebraicis et sermonibus in Iudaea initians evangelizare ab humana Christi nativitate dicens: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham:* significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum est[4] in prophetis per Spiritum sanctum.

36. Secundus Marcus plenus spiritu sancto scripsit Evangelium Christi eloquio Graeco in Italia, secutus Petrum, ut discipulus. Is initium a spiritu prophetali fecit[5] dicens: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini*[6]: ut[7] ostenderet Christum post assumptionem carnis Evangelium praedicasse in mundo. Ipse enim Christus et propheta dictus est, sicut scriptum est: *Et prophetam in gentibus posui te*[8].

37. Tertius Lucas, inter omnes evangelistas Graeci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus in Graecia Evangelium scripsit Theophilo Episcopo, initians[9] a sacerdotali spiritu dicens: *Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae sacerdos*[10] *quidam nomine Zacharias*, ut manifestaret Christum[11] post[12] nativitatem carnis et praedicationem Evangelii hostiam fuisse effectum pro salute mundi.

38. Ipse est[13] enim sacerdos, de quo dictum est in psalmis: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*[14]. Ubi Christus enim[15] advenit, sacerdotium Iudaeorum obmutuit, lex et prophetia cessavit.

39. Quartus Ioannes scripsit Evangelium[16], ultimus in Asia, incipiens a Verbo, ut ostenderet, eundem salvatorem, qui pro nobis nasci et pati dignatus est[17], ipsum ante secula Dei Verbum esse, ipsum a coelo[18] venisse, et post mortem iterum ad coelum[19] remeasse.

40. Hi sunt quatuor Evangelistae, quos per Ezechielem Spiritus sanctus significavit in quatuor animalibus. Propterea autem quatuor animalia, quia per quatuor mundi partes fides Christianae religionis eorum praedicatione disseminata est.

41. Animalia autem dicta sunt, quoniam[20] propter animam[21] hominis per eos[22] praedicatur Evangelium Christi. Nam et oculis plena erant[23] intus et foris, quoniam praevident[24] ea[25], quae dicta sunt a prophetis, et quae promiserunt[26] impleri.

42. Crura autem eorum tecta, quia nihil pravum in Evangeliis est[27], et alis senis[28], tegentes crura et facies suas, revelata[29] sunt enim in adventu Christi quae tegebantur[30].

1) Sic Gu. 1. va. — *Tobi* Gu. 2. pr. — *Tobias* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. — *sint* vulg. — 3) Vulg. *autem* addit, quod om. Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. — *erat* vulg. — *erat prom.* va. — 5) *fecit* om. Gu. 2. — 6) Sic Gu. 1. 2. al. — *Domino* vulg., quae add. *et reliqua*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 7) *ut* om. Gu. 1. — 8) Ierem. 1, 5. — 9) *evangelium* add. al. — 10) *sacerdos Iudaeae* Gu. 1. — *Iudae* al. — al. om. *quidam*. Vide Luc. 1, 5. — 11) *Iesum* al. add. — 12) *post* om. Gu. 1. — 13) *est* om. Gu. 2. — 14) Locus est Psalm. 110, 4. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ubi enim Christus*, sed rariorem ordinem praetulit Isidor., quod omnis vis orationis erat in oppositione posita. — 16) *scripsit evang. Ioann.* Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *dignatus est nasci et pati.* — 18) *ex coelo* Gu. 2. — 19) *ad coelum iterum* Ar. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quia* vulg. — 21) *animum* al. — 22) *per eos* om. Gu. 2. — 23) *sunt* pr. va. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *praevidentur.* — *pervident* Ar. — 25) *ea* om. Gu. 2. — Vulg. add. *evangelia*, quod om. Gu. 1. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *promiserant* vulg. — *praemiserit* al. — Ar. *promissa erant impleri* pro *promissa erant in priori tempore*, quae vera videntur, nam in Gu. 1. 2. — al. *priore* omisso *tempore*. *Impleri* exhibet cod. Neap. ap. Grial. — 27) *est* om. Ar. — 28) Sic Gu. 1. — *alas senas* vulg. — 29) *velata* al. —

43. Evangelium autem[31] interpretatur bona annunciatio. Graece enim *εὖ* bene, *ἀγγελία* annunciatio dicitur[32]. Unde et angelus nuncius interpretatur[33].

44. Paulus Apostolus suas[34] scripsit epistolas quatuordecim, e quibus[35] novem septem[36] ecclesiis scripsit, reliquas discipulis suis Timotheo et[37] Tito et Philemoni.

45. Ad Hebraeos autem epistola plerisque[38] Latinis eius esse incerta est propter dissonantiam sermonis, eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente scriptam[39] fuisse suspicantur[40].

46. Petrus scripsit duas nominis sui epistolas, quae catholicae[41] ideo nominantur, quia non uni tantum populo, vel civitati, sed universis gentibus generaliter scriptae sunt.

47. Iacobus[42] et Ioannes et Iudas suas[43] scripserunt epistolas.

48. Actus Apostolorum primordia fidei Christianae in gentibus et nascentis ecclesiae historiam digerit. Actuum apostolorum Lucam scriptorem[44] esse[45] evangelistam, in quo opere nascentis ecclesiae infantia texitur, et apostolorum historia retinetur[46]. Unde et actus Apostolorum dicitur.

49. Apocalypsim librum Ioannes evangelista scripsit[47], eo tempore, quo ob evangelii praedicationem in insula Pathmos traditur[48] relegatus. Apocalypsis autem ex Graeco in Latinum revelatio interpretatur. Revelatio enim dicitur manifestatio eorum, quae obscura et abscondita[49] erant[50], iuxta quod ipse[51] Ioannes ait[52], *Apocalypsis*[53] *Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis.*

50. Hi sunt scriptores sacrorum librorum, qui per Spiritum sanctum loquentes ad[54] eruditionem nostram et praecepta vivendi et credendi regulam conscripserunt.

51. Praeter haec alia[55] volumina apocrypha nuncupantur. Apocrypha autem dicta, id est secreta, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet Patribus, a[56] quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima et notissima successione pervenit.

52. In iis apocryphis etsi inveniatur[57] aliqua veritas, tamen propter multa falsa, nulla est in eis canonica auctoritas, quae recte a prudentibus iudicantur non esse eorum credenda, quibus ascribuntur.

53. Nam multa et sub nominibus prophetarum, et recentiora sub nominibus apostolorum ab haereticis proferuntur, quae omnia sub nomine[58] apocryphorum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

30) Sic Gu. 1. — Vulg. *quae teg. in advent. Chr.* — 31) *enim* Gu. 1. Om. va. — 32) Gu. 1. *evangelium bonum annunciatio dicitur* exhibet pro vv. *Graece enim εὖ bene, ἀγγελία dicitur annunciatio.* Consentit va., nisi quod *angelium* praebet. *Annunciatio dicitur* exhibet etiam Gu. 2. — 33) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *dicitur* vulg. — 34) *suas* om. pr. va. — 35) Sic Gu. 1. — *ex* vulg. — 36) *septem* om. va. — 37) *et* addidi e Gu. 1. — 38) Vulg. *a plerisque*, sed *a* om. Gu. 1. — 39) *conscriptam* al. — 40) *testantur* al. — 41) *canonicae* al. — 42) Hunc articulum om. Gu. 1., sed errore opinor, quum omnia novi testamenti scripta persequatur. — 43) *suas reliquas epistolas* al. — *suas* om. Gu. 2. — 44) Sic Gu. 1. — *script. Luc.* vulg. — 45) *affirmant* add. vulg. Ar. va. pr. et var. lect. ap. Goth. *constat* — *novimus* al. — *constabat* al. Nihil horum exhibet Gu. 1. 2. — 46) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *continetur.* — 47) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *conscripsit* vulg. — 48) *creditur* al. et var. lect. ap. Goth. — 49) *et obscura* add. e Gu. 1. — 50) *sunt* Gu. 2. — 51) Vulg. *et ipse*, sed *et* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. — *dicit* vulg. — 53) Sic Ar. va. — *Apocalypsin* vulg. — 54) *in* edit. Gothofr. — 55) Vulg. *et alia*, sed *et* om. Gu. 1. 2. va. — 56) Sic Gu. 1. — *ex* vulg. *e* va. — 57) Sic Gu. 1. — *invenitur* vulg. — 58) *nominibus* Gu. 2.

CAP. III. *De bibliothecis.*

1. Bibliotheca a Graeco[1] nomen accepit, ab eo quod ibi[2] recondantur libri. Nam *βιβλίων* librorum, *θήκη* repositio[3] interpretatur.

2. Bibliothecam veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldaeis, dum Iudaei regressi fuissent in Hierusalem[4], divino afflatus spiritu reparavit, cunctaque legis ac prophetarum volumina, quae fuerant[5] a gentibus corrupta correxit, totumque vetus testamentum in viginti duos libros constituit, ut tot libri essent in lege, quot habebantur et literae[6].

3. Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur[7], Atheniensium[8] tyrannus, quam deinceps[9] ab Atheniensibus auctam Xerxes incensis Athenis evexit[10] in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam retulit.

4. Hinc studium regibus urbibusque caeteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in Graecam linguam vertendi.

5. Dehinc[11] magnus Alexander[12], vel successores eius[13] instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolemaeus cognomento Philadelphus omnis literaturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium[14] scripturas, sed etiam et divinas literas in bibliothecam suam contulit. Nam septuaginta milia[15] librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt.

CAP. IV. *De interpretibus.*

1. Hic[16] etiam ab Eleazaro sacro pontifice petens scripturas veteris testamenti, in Graecam vocem ex Hebraica[17] lingua per septuaginta interpretes transferre[18] curavit[19], quas[20] in Alexandrina[21] bibliotheca habuit.

2. Siquidem singuli[22] in singulis cellis[23] separati[24] ita omnia per Spiritum sanctum[25] interpretati sunt, ut nihil in alicuius eorum codice inventum esset, quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet.

3. Fuerunt et alii interpretes, qui ex Hebraica lingua in Graecam[26] sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion, sicut etiam[27] Vulgaris illa interpretatio, cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis Quinta editio nuncupatur.

1) *Graecis* Gu. 2. — *Graeco sermone* al. — 2) Sic e vestigiis Gu. 1. scripsi, in quo est *ab eo* omisso *ibi.* — 3) Sic Arev. — Gu. 2. pr. va. *biblio librorum, theca repositio* — Gu. 1. *bibliorum theca reposititítio.* — Vulg. *βιβλίου librum* (*βιβλίον* Gothofr.), *θήμη repositionem.* — 4) *Hierosolymam* al. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. — *fuerunt* vulg. — 6) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *quot et literae habebantur.* — 7) *traditur* va. — 8) Vv. *Atheniensium* usque ad *deinceps ab* om. Gu. 1. — 9) *Demosthenes* add. al. — 10) *avexit* Ar. — 11) *inde* add. Gu. 1. — 12) *Alexander magn.* Gu. 2. — 13) *eorum* Gu. 1. 2. — 14) *gentium* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 15) *duo milia* al. — 16) *Hinc* al. — Vulg. *etiam et*, sed *et* om. Gu. 1. — *sacro* addidi e Gu. 1. — et *petens scripturas* ex eod. pro *scripturas pet.* — *praeter scripturas* pro his Gu. 2. — 17) *Hebraea* al. — 18) *perferre* Gu. 1. — *referre* al. — *ferre* al. — 19) *procuravit* al. — 20) *quasque* Gu. 2. — 21) *Alexandria* al. va. — 22) *singuli* om. al. — 23) Sic Gu. 1. — *cellulis* Gu. 2. pr. Ar. — 24) *separatim* al. — 25) Cod. Tolet. 1. notat vel addit: *Sanctissimus Hieronymus de LXX. interpretibus dicit* (fort. *disserit Arev.*), *et eos fuisse negat divisos et multa addidisse vel ademisse refert.* — 26) Sic Gu. 1. — *Graecum* vulg. — 27) Vulg. *etiam et*, sed *et* om. Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. — *reperit* vulg. — *in unum reperit* al. — 29) *editionibus* al. om. — 30) *peritissimus* al. — 31) Edit. Gothofr. et Arev. pr. addunt *atque, utpote a christiano interprete, verior*, quae om. Gu. 1. 2. va. Al. *christiana interpretatio.* — al. *a christiano interpretatio.* — *Clarior* pro *verior* pr. — 32) *Romam* Ar. — 33) *Persa* Gu. 2. pr. va. — *Xerxe* Gu. 1. —

4. Praeterea sextam et septimam editionem Origenes miro labore repperit[28], et cum caeteris editionibus[29] comparavit.

5. Presbyter quoque Hieronymus trium linguarum peritus[30] ex Hebraeo in Latinum eloquium easdem scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito caeteris antefertur. Nam est et verborum tenacior, et perspicuitate sententiae clarior[31].

CAP. V. *De eo, qui primum Romam libros advexit.*

1. Romae[32] primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus, Perse[33] Macedonum[34] rege devicto; deinde Lucullus e Pontica praeda. Post hos Caesar dedit Marco Varroni negocium quam maximae[35] bibliothecae construendae.

2. Primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio, Graecas[36] simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis[37] magnificentissimum instruxerat.

CAP. VI. *Qui apud nos bibliothecas instituerunt.*

1. Apud nos quoque Pamphilus[38] Martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisistratum in sacrae bibliothecae studio[39] primus[40] adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum millia[41] habuit.

2. Hieronymus quoque atque Gennadius[42] ecclesiasticos scriptores toto[43] orbe quaerentes ordine[44] prosecuti[45] sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

CAP. VII[46]. *Qui multa scripserunt.*

1. Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Graecos quoque Chalceniterus[47] miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit[48], quantos quisque nostrum alienos scribere[49] propria manu vix possit.

2. De nostris quoque[50] apud Graecos Origenes in scripturarum labore tam Graecos, quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Hieronymus sex milia librorum eius se[51] legisse fatetur.

3. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio, vel scientia sua vicit. Nam tanta

34) *Macedonio* pr. va. — 35) Sic scripsi cum Arevalo. — Vulg. est *causa maxime bibliothecae construendae*, quod sensum non habet. Gu. 1. *causam* — al. *cum causa* — *etiam cum max.* va. — *etiam max.* va. — *cum maxime* Gu. 3. Om. vocabulum *causa* Z. Gu. 2. — 36) *vel huic Graec.* Gu. 1. — *hinc Gr.* Gu. 2. al., quod quid sit, nescio. — 37) *de spoliis inimicorum* Gu. 1., quae manifesta est interpretatio, in optimo codice reperta. Al. add. *id est de donis.* — 38) *Pamphilius* Z. Gu. 1. — 39) *suo studio* Gu. 2. — 40) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *adaeq. prim.* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — *milia* vulg. — 42) *Genadius* Gu. 1. Om. Z. — 43) *in toto orbe* Z. — 44) *ordinem* Gu. 2. — 45) *persecuti* Gu. 2. Ar. — 46) Hoc caput, et quae praeterea hoc libro reperiuntur om. cod. Zittav. — 47) Sic Arev. — *Caliterius* vulg. — *Calciterus* Gu. 2. 3. pr. va. — *Cassiterus* al. — *Cassiterius* var. lect. ap. Goth. Grammatico Alexandrino Didymo hoc fuit cognomen, ut ait Hesych. in lib. de iis, qui in discipl. claruerunt. Vid. Suid. — 48) *edidit* al. — 49) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *aliena et scribere.* Al. pro *aliena* exhibent *nullatenus.* Et est haec var. lect. ap. Goth. Sed ut nos, ita Ruffin. Invect. *M. Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Graeci Chalcenterum miris efferunt laudibus, quod tantos libros composuerit, quantos quivis nostrum alienos sua manu describere non possit.* — 50) *Denique* pro his exhibet Gu. 2., sed in marg. est vulg. — al. *deinde.* Alii *De nostris* usque ad *fatetur* om. — 51) *se* om. Gu. 2. al. pr. va.

scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere[1] libros eius quispiam[2], sed nec legere quidem occurrat[3].

C A P. VIII. *De generibus opusculorum.*

1. Opusculorum genera tria esse dicunt[4]. Primum genus excerpta sunt, quae Graece scholia[5] nuncupantur, in quibus ea, quae videntur obscura, vel difficilia, summatim ac breviter perstringuntur[6].

2. Secundum genus homiliae sunt, quas Latini verbum[7] appellant, quae proferuntur in populis. Tertium genus[8] tomi, quos nos libros, vel volumina nuncupamus. Homiliae autem ad vulgus loquuntur[9], tomi vero, id est libri maiores sunt disputatione[10]. Dialogus est collatio duorum vel plurimorum, quem[11] Latini sermonem dicunt. Nam quos Graeci dialogos vocant, nos sermones vocamus.

3. Sermo autem dictus, quia inter utrumque seritur. Unde[12] in Virgilio:

Multa inter sese[13] *longo sermone*[14] *serebant.*

4. Differt[15] autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim alteram eget personam[16], tractatus specialiter ad seipsum est, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur: *Verbum fecit ad populum.*

5. Commentaria dicta, quasi cum mente[17]. Sunt enim interpretationes, ut commenta iuris, commenta evangelii[18].

6. Apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus[19] respondere. In defensione enim[20], aut negatione sola positum est, et est nomen Graecum.

7. Panegyricum est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Graecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit.

8. Fastorum libri sunt, in quibus reges, vel consules scribuntur[21], a fascibus dicti, id est potestatibus. Unde et Ovidii[22] libri Fastorum dicuntur, quia de regibus et consulibus editi sunt.

9. Prooemium est initium dicendi. Sunt enim prooemia principia librorum, quae[23] ante causae narrationem ad instruendas[24] audientium aures coaptantur. Cuius nomen plerique latini-

1) *scriberet* va. — 2) Sic Gu. 1. — *quisquam* vulg. — 3) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *possit* vulg. — 4) Sic Gu. 1. — *sunt tria* vulg. — *esse tria* om. *dicunt* Gu. 2. — 5) *scolica* Gu. 1. 2. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. ed. Goth. — *praestringuntur* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *verba* vulg. — 8) *genus* addidi e Gu. 1. — 9) *locuntur* Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. — *maioris . . . . disputationis* vulg. — 11) *quam* Ar. va. — 12) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Locus Virgil. est Aen. VI, 160. — 13) Sic Gu. 1. Ar. et Virgil. — *se* vulg. — 14) Vv. *longo* (Virgil. et Arev. *vario*) *sermone* om. Gu. 2. 3. pr. va. — 15) Praecedunt vulg. haec: *Tractatus aut est unius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa, sentiendo contractando sensum*, quae om. Gu. 1. Varietas lectionis est haec: *Tractatus est autem* pr. — *Tractatus autem* va. — *Dictus eo quod* pr. — *dictus quod* va. — *contrectando* Ar. — *contrectandi* va. At quum apud ecclesiasticos scriptores tractatus idem sit quod homilia, ut Augustin. Ep. 4. praefixa libro de haeres.: *Tractatus populares, quos Graece Homilias vocant*, verisimile est, ab alio grammatico haec addita esse. — 16) Sic Gu. Vulg. *altera . . . persona.* — *Eget persona altera* Gu. 2. — *autem* pro *enim* Gu. 1. — 17) *commenta* Gu. 1. — *commentae* Gu. 2. — 18) Vulg. sequuntur haec: *Nam quicquid breviter componitur, commentarium dicitur, quod vero elongatur* (*eleganter* al.), *expositio nominatur.* Sed haec om. Gu. 1. 2. Ar. — 19) *cau-*

tatis periti sine translatione posuerunt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum praefatio nuncupatur, quasi praelocutio.

10. Praecepta sunt, quae aut, quid faciendum, aut, quid non faciendum[25] docent. Quid faciendum[26], ut:

Diliges[27] *Dominum Deum tuum*, et[28] *honora patrem tuum, et matrem tuam.*

Quid non faciendum, ut: *Non moechaberis, non furtum facies*[29].

11. Similiter et praecepta gentilium[30] vel iubent, vel[31] vetant. Iubent[32], ut:

Nudus ara, sere nudus[33].

Vetant, ut:

Neve inter vites corylum sere, neve flagella,
Summa pete[34].

12. Primus autem praecepta apud Hebraeos Moyses scripsit, apud Latinos Martius vates primus[35] praecepta composuit. E[36] quibus est illud:

Postremus dicas, primus taceas.

13. Parabolae et problemata nominibus suis indicant altius[37] se perscrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem per[38] se gerit. Quod licet sit vocabulum Graecum, iam tamen pro Latino usurpatur. Et notum est, quod in parabolis quae dicuntur rerum[39] similitudines, rebus, de quibus agitur, comparantur[40].

14. Problemata autem, quae Latinae appellantur propositiones, quaestiones sunt, habentes aliquid[41], quod disputatione solvendum sit.

15. Quaestio autem est quaesitio[42], cum quaeritur, an sit, aut[43] quid sit, aut[44] quale sit.

16. Argumentum vero dictum, quasi argutum[45], vel quod sit[46] argute inventum, ad comprobandas res.

17. Epistolam proprie Graeci vocant, quod[47] interpretatur Latine missa[48].

18. Ante cartae et membranarum usum in dolatis ex ligno codicellis epistolarum eloquia[49] scribebantur, unde[50] et portitores earum tabellarios vocaverunt.

CAP. IX. *De ceris.*

1. Cerae literarum materies, parvulorum nutrices: ipsae dant ingenium pueris primordia sensus, quarum studium primi Graeci tradidisse produntur. Graeci autem[51] et Tusci primum ferro in ceris scripserunt; postea Romani iusserunt, ne graphium ferreum quis haberet.

santibus al. — 20) *enim* om. pr. — 21) *scribebantur* al. — 22) *ob id* pro *Ovidii* Ar. — 23) *quia* Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *instruendum* vulg. — 25) Vulg. add. *sit*, quod om. Gu. 1. va. — 26) *sit* add. Gu. 2. va. — 27) Sic Gu. 1. va. (*diligee* ut vulg. vitiose.) Edit. Goth. *Dilige*, et ita Ar. Gu. 2. pr. — *Dominum* addidi e Gu. 1. — *Dom.* pro *Deum* Gu. 2. al. — *Deum Dom.* al. — 28) *et* om. va. — 29) *facias* Gu. 2. — 30) Sic Gu. 1. — Vulg. *gentilium praecepta.* — 31) *aut . . . aut* Gu. 2. — 32) Vulg. add. *faciendum*, quod om. Gu. 1. — 33) Virgil. Georg. I, 299. — 34) Virgil. Georg. II, 299. — 35) *primus* al. om. — 36) Sic Gu. 1. — *ex* vulg. — 37) *acutius* al. — 38) *prae* al. — 39) *per rerum similitudines*, sed *per* om. Gu. 1. va. Ar. — 40) *comparant* Gu. 2. al. — 41) *aliquid habentes* va. — 42) *quaesitio* al. om. — 43) *an* pr. va. Om. Ar. — 44) *an* Gu. 1. 2. pr. va. Om. Ar. — 45) *quasi argutum inventum* al. — 46) Sic Gu. 1. pr. va. — *quod sit arte inv.* Gu. 2. — Vulg. *vel quasi argute* — 47) *quae* Gu. 2. — 48) *stilla enim vel stillei missa vel missi* add. Gu. 2. — Gothici et al. pr. va. *stola enim sive stoli missa vel missi.* — 49) Sic Gu. 1. al. pr. va. var. lect. ap. Goth. *alloquia* Gu. 2. Ar. — *colloquia* vulg. — 50) *Unde* usque ad fin. om. Gu. 2. — *et* om. Ar. — 51) *autem* pro vulg. *enim* scripsi e Gu. 1. 2. Ar.

2. Unde et apud scribas dicebatur: *Ceram ferro ne caedito.* Postea institutum est, ut ceram[1] ossibus scriberent, sicut[2] indicat Atta in satyra dicens:

Vertámus vómerem in cerám[3], *mucróneque arémus ósseo.*

Graphium autem Graece, Latine scriptorium dicitur. Nam γραφή scriptura est[4].

CAP. X. *De cartis.*

1. Cartarum usum primum[5] Aegyptus ministravit, coeptum apud Memphiticam[6] urbem. Memphis enim[7] civitas est Aegyptiorum[8], ubi cartae usus primum inventus est[9], sicut ait Lucanus:

Conficitur bibula Memphitis[10] *carta papyro.*

Bibulam autem papyrum dixit quod humorem bibat.

2. Carta autem dicta, quod carptim papyri tegmen decerptum glutinatur. Cuius[11] genera quam plurima[12] sunt. Prima et praecipua Augustea regia, maioris[13] formae in honorem Octaviani[14] Augusti appellata.

3. Secunda Libyana[15] ob honorem Libyae provinciae. Tertia hieratica[16] dicta, eo quod ad sacros libros eligebatur, similis Augusteae, sed subcolorata.

4. Quarta Teneotica[17] a loco Alexandriae, qui ita vocatur, ubi[18] fiebat. Quinta Saitica ab oppido Sai[19].

5. Sexta Corneliana a Cornelio Gallo praefecto Aegypti primum confecta. Septima emporetica[20], quod ea merces involvuntur, cum sit scripturis[21] minus idonea.

CAP. XI. *De pergamenis.*

1. Pergameni[22] reges cum carta[23] indigerent, membrana[24] primum[25] excogitaverunt. Unde et pergamenarum[26] nomen hucusque tradente[27] sibi posteritate[28] servatum est. Haec[29] et[30] membrana dicuntur, quia ex membris pecudum detrahuntur.

2. Fiebant autem[31] primum coloris lutei, id est crocei, postea vero Romae candida membrana reperta sunt, quod apparuit inhabile esse, quod et facile sordescant, aciemque legentium laedant, cum peritiores architecti neque aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent[32], neque pavimenta alia, quam e Carysteo[33] marmore, quod auri fulgor[34] hebetat[35], et Carystei viriditas reficiat oculos.

3. Nam et qui nummulariam discunt, denariorum formis myrteos[36] pannos subiiciunt[37],

1) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *cerae* Gu. 2. — *in cera* vulg. *Scribere* est h. l. transitive positum *complere literis.* — *in cera* Gu. 3. — 2) *sicuti* Gu. 2. — 3) *in vomerem in cera* Gu. 2. Versus est Iambicus tetrameter acatalectus. — 4) Sic Gu. 1. 3. Ar. — *dicitur script.* vulg. — *script. dic.* Gu. 2. al. pr. va. — 5) *primus* Gu. 2. — 6) *memphicam* Gu. 2. — *memphiacam* al. — 7) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *namque* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *Aeg. est* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *inv. est prim.* vulg. — 10) *Memphiticis* Gu. 4. et ita in MS. Longobard. Isidori se reperisse testatur Corte ad Lucan. IV, 135., apud quem est: *Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.* — 11) *Cui* Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. *plura* vulg. — 13) *et maioris f.* Ar. — 14) *Octavii* Ar. — 15) *Liviana* — *Liviae*, omisso voc. *provinciae* Arev., qui vulgatam ex scribarum errore ortam censet, quum apud Plin. H. N. XIII, 12., unde sua habet Isidor., sit *Liviae.* At ut in tertio genere discessit a Plin., qui *amphitheatricam* nominat pro *hieratica*, sic etiam h. l. discedere potuit. — 16) *hieranica* Gu. 1. — 17) *ceoneocica* Gu. 1. — *Taeniotica* Ar. — 18) *ubi* om. Gu. 1. 2. — 19) Sic Arev. e Plin. — Vulg. *Saltica* — *Salo.* — 20) *emptorica* Gu. 1. — 21) *scriptori* al. — 22) *Pergamene* Gu. 1. — *Pergamena* Gu. 2. — 23) *cartulis* al. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *membranas* vulg. — 25) Sic Gu. 1. — *primo* vulg. — *primi* Gu. 2. al. pr. Ar. — 26) *pergamenorum* Gu. 2. al. va. — 27) *tradentes* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *poster. sibi* — *sibi* al. om. — 29) *Hoc* Gu. 1. — 30) *et* om. Ar. — 31) *enim* pr. va. — 32) *pu-*

et gemmarum sculptores scarabaeorum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt, et pictores idem faciunt, ut laborem visus eorum viriditate recreent[38].

4. Membrana autem aut[39] candida, aut lutea, aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur[40] parte, id est crocatur[41]. De quo Persius[42]:

Iam liber et positis bicolor membrana capillis.

5. Purpurea vero inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescens patescat in literis[43].

CAP. XII. *De libris conficiendis.*

1. Quaedam nomina[44] librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. Breviore forma carmina atque epistolae. At vero historiae maiore[45] modulo scribebantur, et non solum in carta vel in membranis, sed etiam in[46] omentis[47] elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum.

2. Cuius generis Cinna sic meminit:

Haec tibi Arateis[48] multum vigilata lucernis
Carmina, quis[49] ignes[50] novimus aetherios[51].
Levis in aridulo[52] malvae descripta libello
Prusiaca[53] vexi[54] munera navicula.

3. Circumcidi libros Siciliae primum increbruit[55]. Nam initio pumicabantur. Unde et Catullus ait[56]:

Cui dono lepidum novum libellum
Arido modo pumice expolitum?

CAP. XIII. *De librorum vocabulis.*

1. Codex multorum librorum est, liber unius voluminis. Et dictus codex per translationem a codicibus[57] arborum, seu vitium, quasi caudex, quod in se[58] multitudinem librorum quasi ramorum contineat.

2. Volumen liber est a volvendo dictus[59], sicut apud Hebraeos volumina[60] legis, volumina prophetarum.

tant Gu. 1. — 33) Sic Arev. — Vulg. *eucharisteo.* Cfr. Isidor. XVI, 5. Sic mox idem *Caristi* pro vulg. *eucaristi.* Sed quum Gu. 1. *Eucharistie* exhibeat, scripsi *Carystei.* — 34) *fulgore* Gu. 2. — 35) *hebetet* Arev. — 36) *in mirteos* Gu. 1. pr. — *in musteos* Gu. 2. in marg. *al. mirricos.* — 37) *subiciunt* Gu. 1. 2. pr. — 38) *ut . . . recreent* om. al. — 39) *aut* om. Gu. 2. — 40) *tangitur* Gu. 1. — 41) *croceatur* al. — 42) Pers. Sat. III, 10. — 43) *in literas* Ar. — 44) *genera* Gu. 2. var. lect. ap. Goth. Ar. — 45) *maiori* Gu. 2. Ar. — 46) *in* addidi e Gu. 1. — *et membr.* Gu. 2. — *in chartulis membr.* pr. — 47) Sic Gu. 3. va. Ar. — *ommentis* (sic) Gu. 2. — *momentis* Gu. 1. — *in momentis* edit. Goth. — *et momentis* vulg. — 48) Sic Gu. 4. Ar. — *aratis* Gu. 2. pr. — *taretis* va. — *areteis* vulg. — *Arateis* scripsit Burmann. Anthol. Lat. l. II. ep. 251. T. I. p. 440., quem sequitur Weichert in Opuscc. p. 194 seqq., qui eiusdem commentarium in hoc poema suo operi addidit. *vigilata* pro *invigilata* scripsit idem Burm. — 49) Sic Gu. 1. 4. Burm. — *queis* Ar. — *quae* vulg. — 50) *signas* Gu. 2. va. — *signis* Gu. 3. al. — 51) Sic coniecit Weichert pro vulg. *aereos* vel, ut in Gu. 2. 3. 4. pr. va. *aerios.* — 52) *ardulo* Gu. 1. — *disscripta* pro *descripta* Gu. 2. — 53) Sic Gu. 3. 4. va. et Burm. et Weich. *pruriaca* Gu. 2. — *pruxiaca* al. — *Persica* vulg. — 54) *vexit* pr. — 55) *increbuit* Ar. — *increpuit* al. — 56) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. — *uit Cat.* vulg. Carm. I, 1. — 57) Sic Gu. 2. — *caudicibus* Ar. — *corticibus* vulg. — 58) *ex se* Gu. 1. — 59) *dictum* va. — 60) *volumen* Ar.

3. Liber est interior tunica corticis, quae ligno cohaeret[1]. De quo Virgilius:

Nec si, cum moriens alta liber[2] haeret in ulmo.

Unde et liber dicitur, in quo scribimus, quia[3] ante usum cartae, vel membranarum[4] de libris arborum volumina fiebant, id est compaginabantur. Unde et scriptores a libris arborum librarios vocaverunt.

CAP. XIV. *De librariis et eorum instrumentis.*

1. Librarios[5] ante bibliopolas dictos. Librum enim Graeci βίβλον[6] vocant. Librarii autem iidem[7] antiquarii vocantur, sed librarii sunt, qui nova scribunt et vetera[8]; antiquarii, qui tantummodo vetera, unde et nomen sumpserunt.

2. A scribendo autem scriba nomen accepit, officium exprimens vocabuli qualitate.

3. Instrumenta sunt scribendi[9] calamus et penna. Ex his enim verba paginis infiguntur, sed calamus arboris est, penna avis, cuius acumen[10] in duo dividitur[11], in toto corpore unitate[12] servata, credo propter mysterium, ut in duobus apicibus vetus et novum testamentum signaretur[13], quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum.

4. Dictus autem calamus, quod liquorem ponat[14]. Unde et apud nautas calare ponere dicitur.

5. Penna autem a pendendo vocata, id est volando. Est enim, ut diximus, avium.

6. Folia autem librorum appellata, sive ex similitudine foliorum arborum, sive[15] quia ex follibus fiunt, id est ex pellibus, quae de occisis pecudibus detrahi solent, cuius partes paginae dicuntur, eo quod sibi invicem compaginantur[16].

7. Versus autem vocati vulgo[17], quia sic scribebant antiqui, sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram[18] primum deducebant stilum, deinde convertebantur ab inferiore[19], et[20] rursus[21] ad dexteram versus, quos et hodie[22] rustici versus vocant.

8. Scheda est, quod adhuc emendatur, et necdum in libris redactum est, et nomen est[23] Graecum, sicut et[24] tomus.

CAP. XV. *De canonibus Evangeliorum.*

1. Canones evangeliorum Ammonius[25] Alexandriae[26] primus[27] excogitavit, quem postea Eusebius Caesariensis secutus plenius composuit. Qui ideo facti sunt, ut per eos invenire et scire[28] possimus[29], qui reliquorum Evangelistarum similia aut propria dixerunt[30].

2. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros, in quibus quatuor

1) Vulg. sequuntur haec: *in qua antiqui scribebant*, quod om. Gu. 1. 2. — 2) Sic Gu. 1. e Virgil. Ecl. X, 67. — Vulg. *Sic alta liber* etc. *aret* pro *haeret* e Virg. scripsit Arev. — 3) *quod* Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. — *membranorum* Gu. 2. Ar. — 5) Vulg. *constat* add., quod om. Gu. 1. 2. al. — 6) *biblium* Gu. 1. — 7) Sic Ar. va. — *id est idem* vulg., quae *et* add., quod om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *qui et nova et vet. scrib.* — 9) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *scribae.* — 10) *cacumen* Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. (*dia*) 2. pr. va. Ar. — 12) *vitae* add. Gu. 2. — 13) *significaretur* al. — 14) *deponat* et mox *deponere* al. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *seu.* — 16) Sic Gu. 1. al. — *compingantur* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *vulg. voc.* vulg. — 18) *dextrum* pr. h. l. et paullo post. — 19) *ad inferiorem* al. — 20) *et* om. Gu. 1. va. — 21) Sic Gu. 1. pr. va. — *rursum* vulg. — 22) *hodieque* Gu. 2. Ar., qui *et* om. — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *est nomen.* — 24) *et* om. va. — 25) *Amonimus* Gu. 1. — 26) Vulg. add. *Episcopus*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 27) *primum* al. — 28) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *scire et inv.* vulg. — 29) *possemus* al. — 30) *dixerint*

eadem dixerunt: Matthaeus, Marcus, Lucas, Iohannes[31]. Secundus, in quibus tres: Matthaeus, Marcus, Lucas[32]. Tertius, in quibus tres: Matthaeus, Lucas, Iohannes[33]. Quartus, in quibus tres: Matthaeus, Marcus, Iohannes[34].

3. Quintus, in quibus duo: Matthaeus, Lucas. Sextus, in quibus duo: Matthaeus, Marcus. Septimus, in quibus duo: Matthaeus, Iohannes. Octavus, in quibus duo: Lucas, Marcus. Nonus, in quibus duo: Lucas, Iohannes.

4. Decimus, in quibus singuli eorum quaedam propria[35] dixerunt, quorum expositio haec est. Per singulos enim Evangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est aera[36] quaedam minio notata, quae indicat, in quoto canone positus sit numerus, cui subiecta est aera.

5. Verbi gratia: Si est aera prima, in primo canone, si secunda, in secundo, si tertia, in tertio, et sic per ordinem usque ad decimum pervenies[37].

6. Si igitur quolibet aperto[38] evangelio placuerit scire, qui reliquorum Evangelistarum similia dixerunt, assumes[39] adiacentem numerum capituli, et requires[40] ipsum numerum in suo canone, quem indicat, ibique invenies, quot et qui[41] dixerunt[42], et ita demum in corpore inquisita loca, quae ex ipsis numeris indicantur[43], per singula evangelia dixisse de eisdem[44] invenies.

CAP. XVI. *De canonibus Conciliorum.*

1. Canon autem Graece, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recte ducit, nec[45] aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi praebeat, vel quia[46] distortum pravumque[47] corrigat.

2. Canones autem generalium conciliorum[48] a temporibus Constantini coeperunt. In praecedentibus namque annis, persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas.

3. Inde Christianitas in diversas haereses scissa est[49], quia non erat episcopis licentia[50] in unum convenire, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari.

4. Sub hoc etiam sancti Patres in Nicaeno concilio[51] de omni orbe terrarum convenientes iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post Apostolos tradiderunt symbolum[52].

5. Inter caetera autem concilia quatuor esse[53] venerabiles synodos, quae totam principaliter fidem complectuntur, quasi evangelia quatuor[54], vel totidem paradisi flumina.

6. Harum prior[55] Nicaena synodus trecentorum octodecim[56] episcoporum Constantino

va. — 31) Vulg. *et Ioh.*, sed *et* om. Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *Lucas, Marcus.* — 33) Vulg. *et Ioh.*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Ar. — 34) *et Ioh.* Edit. Goth. Gu. 1. pr. va. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *propria quaedam.* — 36) *area* al. var. lect. ap. Goth. Eadem varietas est infra. — 37) *perveniens* Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *aperto quolibet.* — 39) *assumens* Gu. 1. — *assumus* Gu. 2. — 40) *requiris* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *qui et quid.* — 42) *dixerint* Gu. 2. Ar. — 43) *numeris indic.* Gu. 2. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *de eisd. dix.* — 45) *ne . . . trahat* Gu. 2. — 46) *quod* Gu. 2. — 47) *quid* add. Gu. 2. va. Ar. — 48) *evangeliorum* Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *est scissa* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — *licent. episc.* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *concil. Nic.* vulg. — 52) *symbol. trad.* Gu. 2. Ar. — 53) Vulg. add. *scimus*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *quatuor evang.* — *quatuor animalia* al. — 55) Sic Gu. 1. 2. al. — *prima* vulg. — 56) *decem et octo* Gu. 2.

Augusto imperante peracta est. In qua Arianae perfidiae condemnatur[1] blasphemia, quam de inaequalitate sanctae Trinitatis idem[2] Arius asserebat, consubstantialem Deo patri Deum filium eadem sancta[3] synodus per symbolum definivit.

7. Secunda synodus centum quinquaginta patrum sub Theodosio imperatore[4] seniore Constantinopolim[5] congregata est, quae Macedonium, etiam[6] Spiritum sanctum[7] Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstravit, dans symboli formam, quam tota Graecorum et Latinorum confessio in ecclesiis praedicat.

8. Tertia synodus Ephesina prima CC Episcopis[8] sub iuniore Theodosio Augusto edita est[9], quae Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate damnavit[10], ostendens manere in duabus naturis[11] unam Domini nostri Iesu Christi personam.

9. Quarta synodus Chalcedonensis[12] sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano principe habita est, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis unam naturam pronunciantem, et eius defensorem Dioscorum quendam[13] Alexandriae[14] Episcopum, et ipsum rursus[15] Nestorium cum reliquis haereticis una Patrum sententia praedamnavit, praedicans eadem synodus Christum Dominum[16] sic natum de virgine[17], ut in eo substantiam et divinae[18] et humanae confiteantur[19] naturae.

10. Hae sunt quatuor[20] synodi principales, fidei doctrinam plenissime[21] praedicantes, sed et si qua sunt concilia, quae sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni[22] manent[23] stabilita[24] vigore, quorum gesta in hoc opere[25] condita continentur.

11. Synodum autem ex Graeco interpretari[26] comitatum vel coitum.

12. Concilii vero[27] nomen tractum[28] ex more Romano[29]. Tempore enim, quo causae agebantur[30], conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum quasi communicilium[31]. Nam cilia oculorum sunt. Unde et considium consilium[32], d in l[33] literam transeunte.

13. Coetus vero conventus est, vel congregatio a coeundo, id est a[34] conveniendo in unum. Unde et conventum nuncupatum[35], sicut conventus coetus[36] vel concilium a societate multorum in unum.

1) Sic Gu. 1. — *condemnata* vulg. — 2) *isdem* Gu. 1. — 3) *sancta* om. va. — pro *eadem* exhibent al. *esse*, et pro *Deum filium* dant *dei filium*. — 4) *imperatore* addidi e Gu. 1. al. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. va. cod. Alban. et 1. Vatic. Arch. — 6) *etiam* addidi e Gu. 1. — 7) *sanctum Spir.* Gu. 2. Ar. — 8) Sic Gu. 1., at scribendum erat per numeros CC. Esse autem hanc veterem lectionem indicat aliorum librorum additamentum *eodem conveniendo*, quod nonnisi lecto ablativo poni potuit. Est enim interpretatio ablativi qualitatis. Vulg. *ducentorum episcoporum*, ad quod vv. *eodem conveniendo* non quadrant. — 9) *est* om. Gu. 2. Ar. — 10) Sic Gu. 1. — *condemnavit* vulg. — 11) *in duas naturas* Gu. 2. — 12) *Calcid.* Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. — *quondam* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *Alexandrinum* vulg. — 15) Sic Gu. 1. — *rursum* vulg. — 16) *Deum* Gu. 1. al. Sic Gratian. Ivo. Raban. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *de virg. sic nat.* — 18) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *et* om. vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *confiteamur* vulg. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *Hae quatuor sunt.* Ar. *Quatuor hae sunt.* Cod. reg. Vatic. 1824. om. vv. *Quatuor . . . . continentur.* — 21) *doctissime* al. — 22) *omnia* Gu. 2. — 23) *manente* Gu. 1. — 24) *stabilito* Gu. 1. — 25) Vv. *in hoc opere* om. Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. 2. al. — *Synodus . . . interpretatur* vulg. et mox *comitatum vel coitum* (sic enim Gu. 1. pro *coetum*, et habet id edit. Goth.) — 27) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *autem* vulg. — 28) Vulg. *tractum est*, sed *est* om. Gu. 1. 2. — 29) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Rom. more* vulg. — 30) *gerebantur* al. — 31) Sic rectissime additamentum codd. emendavit Arev., quum in Gu. 1. va. sit *concilium*,

CAP. XVII. *De cyclo Paschali.*

1. Paschalem cyclum Hippolitus Episcopus temporibus Alexandri Imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius Caesariensis, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus atque Victorius[37] amplificatis eiusdem festivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt.

2. Cuius quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexandriae[38] Episcopus in XCV annos per quinquies decem novies calculans[39], quoto kalendarum die[40], vel luna debeat paschalis solennitas celebrari, summa brevitate notavit.

3. Cyclus[41] autem vocatus, eo[42] quod in orbem[43] digestus[44] sit, et quasi in circulo dispositum[45] ordinem complectatur[46] annorum sine varietate[47] et sine ulla arte.

4. Unde[48] factum est, ut cuiusque[49] materiae carmina simplici formitate facta cyclica vocarentur. Hinc et laterculum[50] dictum, quod ordinem habeat[51] stratum annorum.

5. Primus cyclus Decem novenalis[52].

			Lunae[57].
B[53].	Com[54]. an[55]. II. Idus	April[56].	XX.
	C. VI. kal.	April.	XVI.
Em.	XVI. kal.	Maii	XVII.
	C. VI. Idus	April.	XX.
B.	C. IX. kal.	April.	XV.
	E. II. Idus	April.	XVI.
	C. II. Non.	April.	XIX.
	E. VIII. kal.	Maii	XX.
B.	C. V. Idus	April.	XV.
	C. II. kal.	April.	XVIII.
	E. XII. kal.	Maii	XIX.
	C. Non.	April.	XV.
B.	C. V. kal.	April.	XVII.
	E. XVI. kal.	Maii	XVIII.
	C. VI. Idus	April.	XXI.
	C. IX. kal.	April.	XVII.
B.	E. XI. Idus	April.	XVII.
	C. II. Non.	April.	XX.
	E. VIII. kal.	Maii	XXI.

6. Secundus cyclus lunae.

			Lunae.
	C. V. Idus	April.	XVIII.
	B. II. kal.	April.	XX.
	E. XII. kal.	Maii	XXI.
	C. Non.	April.	XVII.
	C. V. kal.	April.	XX.
B.	E. XVI. kal.	Maii	XX.
	C. kal.	April.	XVI.

in Gu. 2. pr. *consilium.* — 32) Vulg. *id est consilium,* sed *id est* om. Gu. 1. 2. Ar. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Vulg. s. — 34) *a* addidi e Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. — *conventus est nuncupatus* vulg. — 36) Sic Arev. Gu. 1. *conventus vel concil.* etc. — Vulg. *sicut a conventu coetus vel conc.* Pro *vel concil.* al. *ita et concil.* — 37) Sic Ar. e Beda lib. VI. de rat. temp. c. 48. et Gennadio, et vetustiss. Isidori libris Salmant. et Complut. — 38) Sic Gu. 1. edit. Goth. — *Alexandrinae urbis* vulg. — Voc. *urbis* om. Gu. 1. — *beatus* pro *beatissimus* va. — 39) *calculatis* al. — 40) Sic scribendum esse docet Gu. 1., qui exhibet *kalendie,* et est haec var. lect. ap. Goth. et ut nos, ita Concil. Bracar. II. c. 9. — 41) *Cyclum . . . vocatum* Gu. 2. — 42) *eo* om. va. — 43) Sic Gu. 1. Ar. — *orbe* vulg. — 44) *digestum* Gu. 2. — 45) *disposito* Gu. 1. — 46) *complectitur* Gu. 2. al. — 47) *veritate* al. — *in veritate* al. — 48) *et* add. Gu. 2. va. — 49) *cuique* Gu. 1. 2. — 50) *latine circulum dictum* al. — *latine cyclum dictum* var. lect. ap. Goth. al. *late cyclum dictum.* — 51) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. edit. Goth. — *habeant* vulg. — 52) Om. titulum Gu. 1. — *Primus cyclus luna* Gu. 2. — 53) Literam *B.* om. ubique Gu. 1. et va. — 54) Gu. 1. ubique integre *Communis.* — 55) *ann.* om. Gu. 1. 2. va. — 56) *Aprilis* integre semper Gu. 1. — 57) *Luna* ubique Gu. 1. 2. — Arev. ab initio tantum cuiusque cycli. Quae autem codd. et editt. sit varietas quum melius ostendi possit omnibus in una tabula positis, quoniam ita vehementer discrepant, ut vix dici possit, quid pro quo reperiatur positum, ad calcem totius operis in Analectis eam addidi. Secutus sum autem in emendando Arevalum.

	E.	XI. kal.	Maii	XVII.
	C.	Idus	April.	XX.
B.	C.	V. kal.	April.	XV.
	E.	XV. kal.	Maii	XVI.
	C.	V. Idus	April.	XIX.
	C.	VIII. kal.	April.	XV.
B.	E.	Idus	April.	XV.
	C.	Non.	April.	XVIII.
	C.	V. kal.	April.	XXI.
	E.	IIII. Idus	April.	XV.
B.	C.	kal.	April.	XVII.
	E.	XI. kal.	Maii	XVIII.

7. Tertius cyclus lunae.

				Lunae.
	C.	VIII. Idus	April.	XV.
	C.	IIII. kal.	April.	XVIII.
B.		XV. kal.	Maii	XVIII.
	C.	V. Idus	April.	XXI.
	C.	VIII. kal.	April.	XVII.
	E.	XVIII. kal.	Maii	XVIII.
B.	C.	Non.	April.	XX.
	E.	VII. kal.	Maii	XXI.
	C.	IIII. Idus	April.	XVII.
	C.	IIII. Non.	April.	XX.
B.	E.	XI. kal.	Maii	XX.
	C.	VIII. Idus	April.	XVI.
	C.	IIII. kal.	April.	XIX.
	E.	XIIII. kal.	Maii	XX.
B.	C.	IIII. Non.	April.	XV.
	C.	VIII. kal.	April.	XVIII.
	E.	XVIII. kal.	April.	XVIII.
	C.	III. kal.	Maii	XIX.
B.	E.	XIIII. kal.	April.	XV.

8. Quartus cyclus lunae.

				Lunae.
	C.	III. Idus	April.	XIX.
	C.	VII. kal.	April.	XV.
	E.	XVII. kal.	Maii	XVI.
B.	C.	VIII. Idus	April.	XVIII.
	C.	IIII. kal.	April.	XXI.
	E.	III. Idus	April.	XV.
	C.	III. Non.	April.	XVIII.
B.	E.	X. kal.	Maii	XVIII.
	C.	XVIII. kal.	Maii	XXI.
	C.	III. kal.	April.	XVII.
	E.	XIII. kal.	Maii	XVIII.
B.	C.	IIII. Idus	April.	XX.
	C.	VII. kal.	April.	XVI.
	E.	XVII. kal.	Maii	XVII.
	C.	VII. Idus	April.	XX.
B.	C.	XI. kal.	April.	XV.
	E.	III. Idus	April.	XVI.
	C.	III. Non.	April.	XIX.
	E.	IX. kal.	Maii	XX.

9. Quintus cyclus lunae.

				Lunae.
B.	C.	VII. Idus	April.	XVI.
	C.	III. kal.	April.	XIX.
	E.	XIII. kal.	Maii	XX.
	C.	II. Non.	April.	XVI.
B.	C.	VII. kal.	April.	XVII.
	E.	XVII. kal.	Maii	XIX.
	C.	II. kal.	April.	XV.
	E.	XII. kal.	Maii	XVI.
B.	C.	III. Idus	April.	XVIII.
	C.	III. Non.	April.	XXI.
	E.	XVI. kal.	Maii	XV.
	C.	VI. Idus	April.	XVIII.
B.	C.	III. kal.	April.	XX.
	E.	XIII. kal.	Maii	XXI.
	C.	II. Non.	April.	XVII.
	C.	VI. kal.	April.	XX.
B.	E.	XVII. kal.	Maii	XX.
	C.	II. kal.	April.	XVI.
	E.	XII. kal.	Maii	XVII.

10. A conditione[1] mundi usque ad hunc novissimum[2] cycli annum[3] computantur anni VMDCCCCXX[4], post cuius expletionem ad primum exordium recurrendum[5]. Antiquitus ecclesia[6] quarta decima luna cum Iudaeis pascha celebrabat[7], quocunque die occurreret. Quem ritum sancti Patres in Nicaena synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem et mensem inquirere, sed et[8] diem resurrectionis Dominicae observare, et ob hoc pascha a decima quarta[9] luna usque ad vigesimam primam extenderunt, ut[10] dies Dominicus non omitteretur.

11. Paschae autem vocabulum non Graecum, sed Hebraeum[11] est, nec a passione domini[12], quoniam πάσχειν[13] Graece dicitur pati, sed a transitu Hebraeo verbo pascha appellatum[14] est, eo quod tunc populus Dei ex Aegypto transierit[15]. Unde et[16] in Evangelio: *Cum vidisset*, inquit, *dominus*[17], *quia*[18] *venit hora*[19], *ut transiret de hoc*[20] *mundo ad Patrem.*

12. Cuius nox ideo[21] pervigil[22] ducitur[23], propter adventum regis ac Dei[24] nostri, ut tempus resurrectionis[25] nos non dormientes, sed vigilantes inveniat. Cuius noctis duplex ratio est, sive quod in ea[26] vitam tunc[27] recepit, cum passus est, sive quod postea eadem hora, qua resurrexit[28], ad iudicandum venturus est.

13. Eo autem modo agimus pascha, ut non solum mortem et resurrectionem Christi in memoriam revocemus, sed etiam caetera, quae circa eum[29] attestantur, ad sacramentorum significationem respiciamus[30].

14. Propter initium enim[31] novae vitae et propter hominem novum[32], quem iubemur induere et exuere veterem, expurgantes[33] vetus fermentum, ut simus[34] nova conspersio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergo vitae[35] novitatem primus mensis novorum[36] in mensibus anni[37] celebrationi[38] paschali mystice attributus est[39].

15. Quod vero tertiae hebdomadae die pascha celebratur, id est qui dies occurrit a quinta decima[40] luna in[41] vicesimam primam, hoc significat: quod[42] in toto tempore seculi, quod[43] septenario dierum numero agitur, nunc tertium tempus[44] hoc sacramentum apparuit[45].

16. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Ubi iam manifestatum[46] est sacramentum prius occultum in prophetico aenigmate, ideo et propter haec tria tempora seculi[47] resurrectio Domini triduana est.

1) Vv. *A conditione* usque ad numerum mundi om. Ar. Pro *conditione* al. *constitutione*. — 2) *novissimi* Gu. 2. — 3) *cyclum* al. — 4) 5919 Gu. 1. al. 5900. al. 5911. al. 5921. — 5) *est recurr.* Gu. 2. — 6) *antiquitas ecclesiae* al. — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *pascha decima quarta. Celebrabat* pro *celebrabatur* Gu. 2. va. Ar., quod recepi. — 8) Sic Gu. 1. — *sed etiam et* vulg. — 9) *quarta decima* Ar. va. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *ne*, omisso scil. *non.* — 11) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *Hebraicum.* — 12) *domini* addidi e Gu. 1. — Gu. 2. va. *dictum* add. — 13) *pathin* Gu. 1. — 14) *appellata* Gu. 2. — 15) *transiret* va. — 16) *etiam* va. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *Iesus.* — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. et Vulg. Biblior. — *quod* vulg. Isidori. — 19) Vulg. *eius hora*, sed *eius* om. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. Locus est Ioann. 13, 1. — 20) *hoc* addidi e Gu. 1. — 21) *ideo nox* Gu. 2. — 22) *pervigilia* Gu. 2. al. — 23) *dicitur* Gu. 2. al. — 24) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *Domini.* At *dei* est apud Lactant. VII, 19. unde sua habet Isidorus. In Gu. 1. additur interpretatio *Iesu Christi.* — 25) Vulg. *eius* add., quod om. Gu. 1. al. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *eadem.* — 27) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *tunc vitam.* — 28) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *resurrexerit.* — 29) *eam* va. — 30) Sic Gu. 1. — *inspic.* vulg. — 31) *autem* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. — *nov. hom.* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *expurgamus* vulg. Analepsis est in verbis *Propter hanc ergo* etc. — 34) *sitis* Gu. 1. — 35) *vitae* al. om. — 36) *novorum* om. Ar. — 37) Sic Gu. 1. — *anni mens.* vulg. — 38) *celebratione* Gu. 1. — 39) *est* om. va. — 40) Sic Gu. 1. al. va. — Vulg. *dec. quinta.* — Ar. *quarta dec.* — 41) Vulg. *usque in*, sed *usque* om. Gu. 1. 2. va. — 42) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 43) *qui* Gu. 1. — 44) *tertio tempore* Gu. 2. — *in tertium temp.* al. — 45) *apperuit* Ar. var. lect. ap. Goth. — 46) *manifestum* Gu. 1. al. va. — 47) Sic Gu. 1. — *sec. temp.* vulg. — *tertio seculi temp.* al.

17. Quod vero a quarta decima luna usque ad[1] vigesimam primam per dies septem paschalis dies quaeritur, hoc fit[2] propter ipsum numerum septenarium, quo universitatis significatio saepe figuratur, qui[3] etiam ipsi ecclesiae tribuitur propter instar universitatis, unde et Iohannes Apostolus in Apocalypsi ad VII. scribit ecclesias[4].

18. Ecclesia vero in ista adhuc[5] mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem[6] lunae nomine in scripturis significatur[7].

19. Varia autem observantia opinionum paschalis festivitatis interdum errorem gignit. Latini namque a tertiis[8] Non. Martii[9] usque ad[10] tertias[11] Non. Aprilis primi mensis lunam inquirunt, et si quarta decima[12] luna die Dominica[13] provenerit[14], in alium diem Dominicum[15] pascha protrahunt[16].

20. Graeci primi mensis lunam ab octavo idus Martii[17] usque in diem nonis Apriliis[18] observant, et si decima quinta[19] luna Dominico die[20] incurrerit[21], sanctum pascha celebrant. Huiusmodi ergo[22] dissensio inter utrosque paschalem regulam turbat.

21. Communis annus dicitur, qui duodecim tantum lunas[23], id est[24] dies CCCLIIII habet. Dictus autem communis, quia saepe ita[25] duo coniuncti incedunt, ut invicem se in paschali festivitate[26] sequantur. Nam embolismus annus semper solus est[27].

22. Embolismus annus est, qui tredecim[28] menses lunares[29], id est CCCLXXXIIII[30] dies habere monstratur. Ipse est annus sancto Moysi divinitus revelatus, in quo iubentur hi[31], qui longius habitant[32], in secundo mense pascha celebrare.

23. Embolismus autem Graecum nomen est[33], quod interpretatur Latine superaugmentum, eo quod expleat numerum annorum communium, quibus undecim lunares dies deesse cernuntur.

24. Embolismi autem anni et communes sic inveniuntur. Si enim a decima quarta[34] luna paschae praecedentis usque ad decimam quartam[35] sequentis[36] CCCLXXXIIII[37] dies fuerint, embolismus[38] annus est; si CCCLIIII, communis est[39].

25. Bisextus est post[40] annos quatuor unus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis[41]. At ubi anno quarto[42] assem compleverit, bisextilem[43] annum facit.

26. Dictus autem bisextus, quia bis sexies ductus assem facit, quod est unus dies[44],

1) *ad* om. Gu. 2. — 2) *hoc fit* om. Gu. 1. al. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quae* vulg. — 4) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *septem scribit* (al. *scripsit*) *ecclesiis* — 5) *adhuc in ista* Gu. 2. — 6) *immutabilitatem* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *significatur in scripturis.* — 8) Sic plene Gu. 1. — *tert.* vulg. — 9) *Martias* pr. — 10) Sic Gu. 1. — *in* vulg. — 11) Sic plene Gu. 1. — *tert.* vulg. — *in tertio* al. — 12) Sic Gu. 1. va. Ar. — Vulg. *decima quarta.* — *quinta dec.* al. — *decima quinta* pr. — 13) Sic Gu. 1. — *Dominico* vulg. — 14) *venerit* Gu. 2. — *incurrerit* al. — 15) Sic Gu. 1., nisi quod *diem* om. — Vulg. *in alio die Dominico* — *die* om. va. — 16) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *pertrahunt* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *Martias* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *Nonarum Aprilium* vulg. — 19) Sic Gu. 1. (XV.) pr. va. — *quinta dec.* Gu. 2. Ar. — *decima quarta* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *die Dom.* vulg. — 21) *occurrerit* va. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *igitur* vulg. — 23) Sic Gu. 1. va. Ar. — *quod duod. tantum lunas* Gu. 2. — *qui tantum lunas* var. lect. ap. Goth. — Vulg. *qui tantum lunationes.* Edit. pr. *qui duod. tantum lunationes.* — *tantum* al. om. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. — Vulg. *hoc est.* — 25) *ita* addidi e Gu. 1. — *ita coniuncti* Gu. 2. Ar. — 26) Sic Gu. 1. — *solennitate* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *est semper solus* vulg. — 28) XII. *tredecim* Gu. 2. — 29) *lunares* om. al. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. 364. — 31) Sic Gu. 1. 2. va. — *ii qui* vulg. — 32) *habitabant* Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *nomen Graecum est.* — 34) XV. Gu. 1. — *quarta dec.* Gu. 2. Ar. — 35) XXIIII. Gu. 1. — *quart dec.* Ar. — 36) *sequentem* al. — 37) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. 364. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *embolismalis* vulg. — 39) *est* addidi e

sicut et[45] quadrantem propter quater ductum, quod est bisextus, quem super dierum cursum in anno[46] sol facit, sive quod nequeat annus subintroduci[47], nisi bisextae[48] nonas Mart. computaveris[49], hoc est et primo die sex. non. Mart. et addito bis sexto alio die sexta non. Mart. iteraveris[50].

27. A sextis autem non.[51] Mart. usque in diem pridie[52] kal. Ianuarii[53], in lunae cursu[54] bisextus apponitur atque inde detrahitur.

28. Intercalares autem dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio solis lunaeque[55] conveniat. Kalare enim ponere dicitur, intercalare interponere.

29. Epactas Graeci vocant, Latini adiectiones annuas lunares, quae per undenarium numerum[56] in se revolvuntur usque ad tricenarium[57]. Quas ideo Aegyptii adiiciunt[58], ut[59] lunaris emensio rationi solis aequetur[60].

30. Luna enim iuxta cursum suum vigintinovem et[61] semis dies lucere dinoscitur, et fiunt in annum lunares[62] dies CCCLIIII, remanent ad cursum anni solares dies undecim, quas Aegyptii adiiciunt.

31. Unde et adiectiones vocantur: absque his non invenies Lunam quota sit in quolibet anno et mense[63] et die. Istae epactae semper XI kal. April. reperiuntur in eadem luna, quae fuerit eo die.

32. Continentur autem circulo decemnovenali, sed cum ad XXIX[64] epactas perveniunt[65], qui est circulus[66] decemnovenalis[67], iam sequenti anno non addes super viginti novem[68] undecim, ut decem annuncies detractis triginta, sed inde reverteris, ut undecim[69] pronuncies.

CAP. XVIII. *De reliquis festivitatibus.*

1. Festivitas dicta a festis diebus, quasi festiditas, eo quod in eis[70] sola divina res[71] fit. Quibus contrarii[72] sunt fasti, in quibus ius fatur, id est dicitur. Solennitas autem[73] a sacris dicitur, ita suscepta, ut mutari ob religionem non debeat, ab solito[74], id est firmo atque solido nominata, vel ex eo, quod soleat fieri in anno[75].

2. Celebritas autem vocatur[76], quod non ibi terrena, sed coelestia tantum agantur.

3. Pascha festivitatum omnium prima est, de cuius vocabulo iam superius dictum est.

Gu. 1. — 40) *per* Gu. 1. 2. al. va. — 41) Vulg. sequuntur haec: *id est duodecim horae*, quae om. Gu. 1. va. Ar. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *quarto anno.* — al. *quadriennio.* — 43) *bis sextum unum facit* Ar. — 44) *dies* om. Gu. 1. — 45) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 46) *in annum* al. pr. va. — 47) Sic Ar. et var. lect. ap. Goth. — Gu. 1. *anno suo introduci* — Gu. 2. *anno subintroduci.* — Vulg. *annum subintroducere.* — 48) *bissexto kal. Mart.* Ar. — *bissexto* Gu. 2. — *primo* paullo post pro *prima* Gu. 1. 2. pr. va. — 49) *computabis* al. — 50) *iterabis* al. Om. al. — *kal. Mart.* Ar. — 51) *kal. Mart.* Ar. — *a sextis* pro *a sexto* scripsi e Gu. 1. — 52) *pridie* al. om. — 53) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *Ianuarias.* — 54) *lunae cursui* al. — 55) Sic Gu. 1. — *lunae solisque* vulg. — 56) Sic per 11 Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *usque ad tric. in se resolvuntur.* At. *revolvuntur* Gu. 1. 2. va. Ar. et var. lect. ap. Goth. — 58) *adiciunt* Gu. 1. 2. — 59) *quod* al. — 60) *rationem solis sequatur* Gu. 2. — *aequatur* al. haud dubie, qui *quod* exhibent. — 61) *et* addidi e Gu. 1. — 62) *lunarem* Ar. — 63) *et mense et anno die* Gu. 1. — 64) XVIIII Gu. 1. — 65) Sic Gu. 1. — *pervenerit* vulg. — *pervenerint* pr. va. — *pervenient* al. — 66) *ciclus* al. — 67) *nonus decimus* Gu. 1. 2. — *dec. non.* al. — 68) XVIIII. Gu. 1. — *viginti quatuor* al. — 69) *ut per undecim* Gu. 2. — 70) *in ea* Gu. 1. — 71) Sic Gu. 1. — Vulg. *res divina.* — 72) *e contrarii* (sic) va. — 73) *autem* add. Gu. 1. — *Sollemnitas* Gu. 2. — *Solemnitas* Ar. — 74) Sic Arev. — *absoluto* Gu. 1. — *ab absoluto* al. — *a soluto* al. — *a absoluto* var. lect. ap. Goth. — Vulg. *a solito.* — 75) Vv. *vel ex eo, quod soleat fieri in anno* addidi e Gu. 1. al. et gothic. — 76) Sic Gu. 1. 2. al. — Vulg. *nominatur.*

4. Pentecoste[1], sicut et pascha, apud Hebraeos celebris dies erat[2], quod[3] post quinque decadas[4] paschae celebrabatur[5], unde et vocabulum sumpsit, *πέντε* enim Graece, quinque Latine[6], in quo die secundum legem panes propositionis de novis frugibus offerebantur.

5. Cuius figuram annus iubileus in testamento veteri gessit, quae[7] hunc iterum per figuram[8] repromissionis aeternam requiem praefigurat[9].

6. Epiphania Graece, Latine apparitio, sive manifestatio[10] vocatur. Eo[11] enim die Christus sideris indicio Magis apparuit[12] adorandus. Quod fuit primitiae[13] credentium gentium.

7. Quo die et[14] Dominici baptismatis sacramentum, et permutatae aquae in vinum[15] factorum per dominum signorum principia extiterunt.

8. Duae sunt autem epiphaniae, prima, in qua natus Christus pastoribus[16] Hebraeorum angelo nunciante apparuit, secunda, in qua ex gentium populis[17] stella indice praesepis cunabula Magos adoraturos[18] exhibuit.

9. Scenopegia solennitas Hebraeorum, de Graeco in Latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur, quae celebrabatur a Iudaeis in memoriam expeditionis, cum ab Aegypto promoti in tabernaculis agebant[19], et ex eo scenopegia[20]. *Σκήνη* enim Graece tabernaculum[21] dicitur. Quae solennitas apud Hebraeos Septembri mense celebrabatur[22].

10. Neomenia apud Latinos[23] kalendae[24], apud Hebraeos autem, quia secundum lunarem cursum menses supputantur, et Graece *μήνη* luna appellatur, inde neomenia, id est nova luna.

11. Erant enim[25] apud Hebraeos ipsi dies[26] kalendarum institutione legali[27] solennes, de quibus in Psalterio dicitur[28]: *Canit*[29] *in initio*[30] *mensis tuba, in die insigni*[31] *solennitatis vestrae.*

12. Encaenia[32] est nova templi dedicatio[33]. Graece enim *καινόν* dicitur novum. Quando enim aliquid novum dedicatur, encaenia dicitur. Hanc dedicationis[34] templi solennitatem Iudaei Octobri[35] mense celebrant[36].

13. Dies palmarum ideo dicitur, quia in eo Dominus et salvator noster, sicut Propheta[37] cecinit, Hierusalem[38] tendens asellum[39] sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei clamaverunt: *Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israelis*[40].

14. Vulgus autem ideo hunc diem[41] Capitilavium[42] vocat[43], quia tunc mos[44] est la-

1) *Pentecosten* Gu. 1. 2. — *Pentecostes* pr. va. — 2) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *est* vulg. — 3) *quae* Ar. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *decades.* — 5) Sic Gu. 1. — *celebratur* vulg. — *colebatur* al. — 6) *Latine* addidi e Gu. 1. — 7) *qui* al. — 8) *profuturam* (ut al.) *remissionis* Gu. 1. — *per futuram* al. — 9) *praefiguratur* al. pr. va. — 10) *sive manifestatio* al. om. — 11) *Eodem* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *apparuit magis* vulg. — 13) Vulg. *figura primitiae*, sed *figura*, quae est genitivi possessivi interpretatio, om. Gu. 1. — 14) *et* om. Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *in vin. aquae.* — 16) *natus est Christus et past.* al. — 17) *populo* al. — 18) *magis adoraturus* al. — *magis adoraturis* Ar. — *aput sepis* pro *praesepis* va. — 19) *agebantur* Gu. 1. pr. va. — 20) Vulg. add. *dicitur*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 21) Vulg. *Latine tabern.*, sed *Latine* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 22) *celebratur* Gu. 2. al. pr. — 23) Sic Gu. 1. pro vulg. *nos.* — 24) *kalendis dies* Gu. 1. — 25) *enim* om. va. — 26) *dies* om. Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex legali instit.* — *regali inst.* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. — Vulg. *dicitur in Psalmo.* Locus est 81, 4. — 29) *Cantate* al. — 30) *in* addidi e Gu. 1. al. — 31) *insignis* al. — 32) Vulg. *autem* add., quod om. Gu. 1. — *enim* omisso *est* Gu. 2. — 33) *aedificatio* al. et gothici. — 34) *dedicationem* Gu. 2. — 35) *Octobris* pr. — 36) Sic Gu. 1. — *celebrabant* al. — *colebant* vulg. — 37) Zachar. 9, 9. — 38) *Hierosolymam* al. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *asello* vulg. Vide Munker. Ind. ad Hygin. v. *Sedere.* — 40)

vandi capita infantium, qui ungendi sunt, ne, observatione[45] quadragesimae sordidata, ad unctionem accederent.

15. Hoc autem die symbolum confitentibus[46] traditur propter confinem Dominicae paschae solennitatem, ut qui iam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fidem, quam confiteantur[47], agnoscant.

16. Coena Dominica dicta est, eo quod in eo[48] die Salvator pascha cum discipulis suis[49] fecerit, quod et hodie[50], sicut est traditum, celebratur, sanctumque in eo chrisma conficitur[51], atque initium novi et veteris testamenti cessatio declaratur[52].

17. Sabbatum ab Hebraeis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur, quod Deus in ipso, perfecto mundo, requievisset.

18. Siquidem et in[53] eo die requievit Dominus in sepulchro[54], ut quietis illius mysterium confirmaret: quod Iudaeis observandum in umbra futuri[55] praeceptum est. Sed postquam Christus in sepultura sua eius figuram adimplevit, observatio eius quievit.

19. Dominicus dies proinde vocatur[56], quia in eo resurrectionis[57] Domini nostri[58] gaudium celebratur. Qui dies non Iudaeis, sed Christianis in resurrectionem Domini declaratus est, et ex illo habere coepit[59] festivitatem suam.

20. Illis enim solum celebrandum sabbatum traditum est, quia antea erat[60] requies mortuorum, resurrectio autem nullius[61] erat, qui resurgens a mortuis non moreretur[62].

21. Postquam autem facta est talis resurrectio in corpore Domini, ut praeiret in capite Ecclesiae, quod corpus Ecclesiae speraret in fine[63], iam dies Dominicus, id est, octavus, qui et primus, celebrari coepit.

CAP. XIX. *De officiis.*

1. Officiorum genera plurima sunt[64], sed praecipuum illud, quod in sacris divinisque rebus habetur. Officium autem ab efficiendo dictum, quasi efficium, propter decorem sermonis una mutata litera, vel certe ut quisque agat illa[65], quae nulli officiant, sed prosint omnibus.

2. Vespertinum officium est in noctis initio[66], vocatum ab[67] stella Vespere, quae surgit nocte oriente[68].

3. Matutinum vero[69] est in lucis initio ab stella Lucifero appellatum, quae inchoante

Sic Gu. 1. al. — *Israel* vulg. Locus est Iohann. 12, 13. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. Vulg. *diem hunc.* — Ar. *eum diem.* — 42) *Capitelav.* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. al. — *vocant* vulg. — *vocantur* pr. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *moris* vulg. — al. *quia in eo tunc mos est* — al. *quia in eo mos est.* — 45) *ob observationem* al. — Iidem haud dubie pro *sordidata* vel *sordidatam* exhibent, vel *sordidati*, ut Gu. 2. — 46) *competentibus* Gu. 2. et var. lect. ap. Goth. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *confitentur* vulg. — *quam confiteantur fidem* pr. va. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *in illo* vulg. — 49) *suis discip.* pr. va. — 50) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *et usque hodie* — al. *hodieque.* — 51) *in ea die conf. chrisma* Gu. 2. — *in eo die chr.* va. — 52) Vv. *atque initium novi et veteris cessatio testamenti declaratur* (*declarat* Gu. 1.) addidi e Gu. 1. va. Ar. — 53) *in* addidi e Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *in sep. Dom.* — 55) *temporis* add. al. — 56) *vocatus* Gu. 2. — 57) *resurrectione* Gu. 1. 2. al. — 58) al. add. *Iesu Christi.* — 59) Sic Gu. 1. va. Ar. — *coepit hab.* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia erat ante* (*antea* Gu. 2. pr. va.) — 61) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — *illius* vulg. — 62) *iam non moreretur* al. — 63) *in finem* Gu. 1. al. — *et in fine* Gu. 2. — 64) Sic Gu. 1. — *plurima genera esse* Gu. 2. — Vulg. *plurima sunt genera.* — pr. va. *plur. gen. sunt.* — 65) Sic Gu. 1. — *illa agat* vulg. — 66) *initium* Gu. 1. — Sic paulo post. — 67) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. Sic paulo post. — 68) Sic Gu. 1. — *oriente nocte* vulg. — *ab or. n.* Gu. 2. — *occurrente nocte* al. — 69) Vulg.

mane oritur[1]. Quorum duorum[2] temporum significatione ostenditur, ut die ac nocte semper Deus laudetur.

4. Missa tempore[3] sacrificii est, quando catechumeni foras[4] mittuntur, clamante levita: *Si quis catechumenus remansit*[5], *exeat foras;* et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.

5. Chorus est multitudo in sacris collecta[6], et dictus chorus, quod in[7] initio in modum coronae circum[8] aras starent et ita psallerent. Alii chorum dixerunt a concordia, quae in charitate consistit, quia, si charitatem non habeat, respondere convenienter non potest.

6. Cum autem unus canit, Graece monodia, Latine sicinium[9] dicitur, cum vero duo canunt, bicinium appellatur, cum multi, chorus. Nam choreae[10] ludicrum cantilenae, vel saltationes classium[11] sunt.

7. Antiphona ex Graeca interpretatione[12] vox reciproca: duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine mutato[13], sive de uno ad unum. Quod genus psallendi Graeci invenisse[14] traduntur.

8. Responsorium[15] Itali tradiderunt. Quod inde responsorios[16] cantus vocant, quod alio desinente id alter respondeat. Inter responsoria[17] autem et antiphonas[18] hoc differt, quod in responsoriis unus[19] versum dicit, in antiphonis autem versibus alternant chori.

9. Lectio dicitur, quia non cantatur, ut psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronunciatio quaeritur.

10. Canticum est vox cantantis in laetitiam[20].

11. Psalmus autem dicitur, qui cantatur ad Psalterium, quo usum esse David prophetam[21] in magno mysterio prodit historia. Haec autem duo in quibusdam Psalmorum titulis iuxta musicam artem alternantius[22] sibi apponuntur[23].

12. Nam canticum Psalmi est, cum id quod[24] organum modulatur, vox[25] cantantis eloquitur. Psalmus vero cantici[26] cum[27] quod humana vox praeloquitur, ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem[28] a psalterio dicitur, unde nec mos est ex alio opere eum componi.

13. Tres autem gradus sunt in cantando: primus[29] succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris.

14. Diapsalma quidam verbum Hebraicum esse volunt[30], quo[31] significatur, semper, id est, quod illa, quibus interponitur hoc[32], sempiterna esse confirment[33].

add. *officium*, quod om. Gu. 1 — 1) *oritur inchoante mane* Gu. 2. pr. va. — 2) *duum* va. — 3) *tempus* Gu. 2. — 4) *foris* pr. — 5) *remansit catech.* Gu. 2. — 6) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. *collectus* vulg. — *collectis* al. var. lect. ap. Goth. va. — 7) *in* addidi e Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *circa* vulg. — 9) *sincinium* Ar. — *succinium* al. var. lect. ap. Goth. va. — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *chorea.* — 11) *plausuum* al. et var. lect. ap. Goth. — 12) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex Graeco interpretatur.* — 13) Sic Gu. 1. — *commutato* vulg. — 14) *meminisse* va. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *Responsorios.* — 16) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *Quod* (*quos* Gu. 2. et var. lect. ap. Goth.) *carmen inde responsorios* (*responsoria* Gu. 1. al.) — 17) Sic Gu. 1. — *responsorium* Gu. 2. — Vulg. *responsorios.* — 18) *antiphonam* Gu. 2. — 19) *unum* Gu. 2. — 20) *in laetitia* Gu. 2. al. pr. va. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *prophetam David.* — 22) Sic Gu. 1. — *alternatim* vulg. — 23) *oppon.* va. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *id quod cum* vulg. — al. om. *cum.* — 25) Vulg. add. *postea*, quod om. Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. Ar. et var. lect. ap. Goth. — Vulg. *canticum.* — 27) Hoc *cum* addidi e textu Arevali, ut supra *cum id quod.* — 28) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *enim.* — 29) *infimus* al. In cod. Mutinensi est *primus incentoris, secundus succentoris*, ut lib. VII. cap. 12. — 30) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hebraeum verbum quidam esse volunt.* — Gu. 2. pr. va. *quidam hebraeum verbum esse*

15. Quidam vero Graecum[34] existimant, quo[35] significatur intervallum psallendi, ut psalma sit, quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum sympsalma dicitur vocis[36] copulatio in cantando[37], ita diapsalma disiunctio earum, ubi quaedam requies distincta[38] continuationis ostenditur.

16. Unde illud probabile est, non coniungendas sententias in psallendo, ubi diapsalma interposita[39] fuerit, quae[40] ideo interponitur, ut conversio sensuum, vel personarum esse noscantur[41].

17. Hymnus est canticum laudantium, quod de Graeco in Latinum laus[42] interpretatur, eo[43] quod sit carmen laetitiae et laudis. Proprie autem hymni sunt continentes laudem Dei. Si ergo sit laus et non Dei[44], non est hymnus: si sit et[45] laus et Dei laus, et non cantetur[46], non est hymnus[47].

18. Cui contrarium est threnum[48], quod est carmen lamenti[49] et funeris.

19. Alleluia duorum[50] verborum interpretatio est, hoc est laus Dei, et est Hebraeum[51]. Ia[52] enim unum est de decem nominibus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur.

20. Amen significat vere, sive fideliter, quod ipsum[53] Hebraeum est. Quae duo verba alleluia et amen[54] nec Graecis, nec Latinis, nec barbaris licet in suam linguam omnino transferre, vel alia lingua annunciare[55]. Nam quamvis interpretari possint, propter sanctiorem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in iis propriae linguae antiquitas.

21. Tanto enim sacra[56] sunt nomina, ut etiam Iohannes in Apocalypsi referat, se spiritu revelante vidisse et audisse[57] vocem coelestis exercitus tanquam vocem aquarum multarum et tonitruum validorum dicentium: amen et[58] alleluia: ac per hoc sic oportet in terris utraque dici, sicut in coelo resonant.

22. Osanna in alterius linguae interpretationem in totum[59] transire non potest. Osi enim salvifica interpretatur, anna interiectio est[60], motum animi significans sub deprecantis affectu[61].

23. Integre autem dicitur osianna, quod nos corrupta media vocali[62] litera et elisa dicimus osanna, sicut fit in versibus, cum scandimus. Litera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit, et dicitur Hebraice osanna, quod interpretatur salvifica, subaudiendo vel: populum tuum, vel: totum mundum.

24. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio, quae altari[63] offertur et sacrificatur a Pontificibus, a quo offertorium nominatum[64], quasi profertum[65].

vol. — 31) *quod* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *hoc interpon.* — 33) *confirmet* al. — *confirmetur* va. — 34) Vulg. add. *verbum*, quod om. Gu. 1. — 35) *quod* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. 2. al. — *vocum* vulg. — 37) *in cantando* al. om. — 38) Sic Gu. 1. 2. al. et var. lect. ap Goth. — *distinctae* al. — *distincta continuatione* al. — 39) *dispositum* va. — 40) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — *noscatur* vulg. — 42) *laus* add. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 43) Vulg. *pro eo*, sed *pro* om. Gu. 1. — 44) Vulg. *sit Dei*, sed *sit* om. Gu. 1. — 45) *et* om. Gu. 2. — 46) *cantatur* Gu. 2. — 47) Vulg. sequuntur haec: *Si ergo* (*et* add. Gu. 2. Ar.) *in laudem* (*et* praeponit Ar.) *Dei* (om. Gu. 2.) *dicitur* (om. Ar.) *et cantatur*, *tunc est hymnus*, quae om. Gu. 1. — 48) *contrariu . . . threnus* Ar. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *lamenti carmen* vulg. — *carmen* om. va. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. et edit. Goth. *duum* vulg. — 51) *verbum Hebraeum* al. va. — 52) *Iam* va. — 53) Vulg. *et ipsum*; *et* om. Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — *amen et allel.* vulg. — 55) *enunciare* Ar. — 56) *sacrata* al. — 57) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *audivisse*. — Gu. 2. *audis* (sic) — 58) *et* om. Gu. 1. Locus Apocalyps. est 19, 6. — 59) Sic Gu. 1. — Vulg. *in toto*. — 60) *est* om. Gu. 2. — 61) *effectu* Gu. 1. — 62) *vocabuli* Ar. — 63) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *in altari* al. — *altario* al. — Vulg. *alteri*. — 64) Sic Gu. 1. al. — *nominatur* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *propter fertum* vulg.

25. Oblatio vocatur, quia[1] offertur.

26. Dona divina proprie[2] dicuntur, munera hominum.

27. Nam munera dicuntur obsequia, quae pauperes divitibus loco munerum[3] solvunt. Itaque[4] munus homini datur, donum Deo. Unde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur, quia manibus vel accipiuntur, vel dantur.

28. Duo sunt autem[5], quae offeruntur, donum et sacrificium.

29. Donum dicitur, quicquid auro, aut argento[6], vel alia qualibet specie[7] efficitur.

30. Sacrificium autem est victima et quaecunque in ara cremantur[8], seu ponuntur. Omne autem quod datur Deo[9], aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, unde et appellatur. Unde[10] errant, qui dedicationem[11] consecrationem putant significare[12].

31. Immolatio ab antiquis dicta, eo quod in mola[13] altaris posita victima caederetur. Unde et mactatio post immolationem est. Nunc autem immolatio pani[14] et calici convenit, libatio autem tantummodo calicis oblatio est.

32. Hinc est illud: *Et*[15] *libavit de sanguine uvae.* Sicut[16] et secularium quidam poetarum: *Nunc*, inquit, *pateras libate Iovi*[17]. Libare enim[18] proprie fundere est, sumptumque nomen est[19] ex[20] Libero quodam, qui in Graecia usum reperit vitis.

33. Hostiae apud veteres dicebantur sacrificia, quae fiebant, antequam ad hostem[21] pergerent.

34. Victimae vero sacrificia, quae post victoriam devictis hostibus immolabantur[22]. Et erant victimae maiora sacrificia, quam hostiae. Alii victimam dictam putaverunt, quia icta percussa cadebat, vel quia vincta ad aras ducebatur.

35. Holocaustum illud est, ubi totum igne[23] consumitur, quod offertur[24]. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent[25], solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, et ipsa erant holocaustomata. Ὅλον enim Graece totum dicitur, καῦσις incensio, et holocaustum totum incensum.

36. Cerimoniae apud Latinos dicuntur sacra omnia, quae apud Graecos Orgia vocantur. Proprie autem visum est doctoribus a carendo appellari cerimonias, quasi carimonias, eo quod ea, quae in sacris divinis offeruntur, in suo usu his[26] carerent homines, quod nomen etiam[27] in usu est literarum sanctarum.

37. Alii[28] cerimonias proprie in observationibus Iudaeorum credunt, abstinentiam[29] sci-

1) *quia* Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. — *proprie divina* Ar. — Vulg. *proprie Dei* — Gu. 2. supra vers. *dei divina* — *dei proprie* va. — 3) *muneris* al. — 4) Sic Gu. 1. — *Ita* vulg. — 5) Sic Gu. 1. va. — *autem sunt* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — *auro argentoque* Gu. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *argento auroque.* — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *aut qualibet alia specie.* — 8) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *cremantur in ara.* — 9) Sic Gu. 1. — *Deo datur* vulg. — *aut consecr. aut ded.* Gu. 2. al. — 10) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Ar. — 11) *dedicationem* om. al. — 12) *significari* al. pr. va. — 13) Sic Gu. 1. — *mole* vulg. — 14) Sic Ar. — Vulg. *panis et calicis* — Gu. 1. 2. al. gothici et pr. et edit. Goth. *panis et calici.* Edit. va. *panis et calici.* — 15) *et* om. Gu. 2. Locus est Ecclesiast. 50, 17. — 16) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *sic.* — 17) Locus est ap. Virg. Aen. VII, 133. — 18) *autem* Gu. 2. — 19) *est* addidi e Gu. 1. — *est nomen* Gu. 2. — 20) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *de.* — 21) *hostes* Gu. 2. — 22) *immolabant* Gu. 2. al. — 23) *igni* Gu. 2. — 24) *fertur* edit. Goth. — 25) *amministr.* Gu. 2. — 26) *his* addidi e Gu. 1. al. — *id carerent* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. — *etiam nomen* vulg. — Vv. *quod etiam . . . . sanctar.* om. Gu. 2. — 28) *autem* add. Gu. 2. va. — 29) *abstinentia* Gu. 2. — 30) *veterem* om. va. — 31) Sic Gu. 1. 2. — al. *abstinuerint* vulg. — 32) *dum ex fru-*

licet quarundam escarum secundum veterem[30] legem, eo quod observantes careant his rebus, quibus se abstinuerunt[31].

38. Sacrificium dictum, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur in memoriam pro nobis Dominicae passionis, unde hoc eo iubente corpus Christi et sanguinem dicimus, quod dum sit ex fructibus terrae, sanctificatur[32], et fit sacramentum, operante[33] invisibiliter Spiritu Dei, cuius panis et calicis sacramentum Graeci Eucharistian[34] dicunt, quod Latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine Christi?

39. Sacramentum est in aliqua celebratione[35], cum res gesta ita fit, ut aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptisma et chrisma[36], corpus et sanguis[37].

40. Quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento[38] corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur, unde et a secretis virtutibus vel a[39] sacris sacramenta dicuntur.

41. Quae ideo fructuose penes Ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea[40] manens spiritus eundem sacramentorum latenter[41] operatur effectum.

42. Unde, seu per bonos, seu per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensentur[42], tamen quia Spiritus sanctus[43] mystice illa vivificat, quae[44] quondam Apostolico in tempore visibilibus[45] apparebat operibus, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur haec dona, nec malorum attenuantur, quia neque qui plantat est aliquid[46], neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus[47], unde et Graece mysterium dicitur, quod secretam et reconditam habet[48] dispensationem.

43. Baptismum Graece, Latine interpretatur tinctio[49], quae[50] idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiae in melius[51] immutatur, et longe aliud[52], quam erat, efficitur.

44. Prius enim foedi eramus deformitate peccatorum[53], in ipsa tinctione[54] reddimur pulchri dealbatione virtutum, unde et[55] in Canticis scribitur canticorum[56]: *Quae est ista, quae ascendit dealbata?*

45. Cuius mysterium non aliter, nisi sub Trinitatis designatione, id est Patris et Filii et Spiritus sancti cognominatione completur, dicente Domino ad apostolos[57]: *Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

46. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinorum.

ctibus terrae sit sanctificatam Gu. 2. — *fit* pro *sit* al. — *sacrificatur* pro *sanctificatur* al. — 33) In Pal. 281. supra est *cognominative.* — 34) *eucharistiam.* Gu. 2. — 35) *Sacr. est aliqua celebratio* Gu. 2. — 36) Sic Gu. 2. — *baptisma chrisma* Gu. 1. — Vulg. *baptismum* — Arev. *baptismus.* Cod. Vat. 623. interpolatus: *communio, baptismus, chrisma corpus et cetera, quae ob id sacramenta dicuntur.* — 37) Vulg. add. *Christi*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 38) *sub tegumentum* al. — 39) *a* addidi e Gu. 1. 2. va. — 40) *in eo* Gu. 1. — *sanctus spiritus in ea manens* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *eundem latenter* va. — Vulg. *eorundem latenter sacramentorum.* — 42) *dispensantur* Gu. 2. — *dispensentur* Gu. 1. Ar. pr. edit. Goth. — *dispensetur* vulg. — 43) *sanctus Spir.* Gu. 2. — 44) *qui* Gu. 2. va. — 45) *visibiliter* al. — 46) *aliquod* Gu. 2. — 47) *Deus dat* Gu. 2. — 48) Sic Gu. 1. Ar. — *habeat* vulg. — *dispositionem* pro *dispensationem* Ar. — 49) Sic Gu. 1. — Vulg. *tinctio interpr.* — *Baptismus* Ar. — 50) *quod* Gu. 2. — 51) *in melius* al. om. — 52) *aliter* al. — 53) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *deformitate peccator. foedi eramus.* — 54) *intinctione* al. pr. va. — 55) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 56) Cap. 8, 5. — 57) Locus est Matth. 28, 19.

47. Quod autem per aquam baptismum datur, haec est ratio[1]. Voluit enim Dominus, ut res illa invisibilis per congruens[2], sed profecto contrectabile[3] et visibile[4] impenderetur elementum, super quod elementum[5] etiam in principio ferebatur Spiritus sanctus.

48. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter eius mysterio per Spiritum[6] purificatur et animus[7]. Cuius sanctificatio ita est.

49. Invocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de coelis, et medicatis aquis sanctificat eos[8] de semetipso, et accipiunt vim purgationis, ut in eis et caro et anima[9] delictis inquinata mundetur.

50. Chrisma Graece, Latine unctio nominatur, ex cuius nomine et Christus dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur.

51. Nam sicut in baptismo[10] peccatorum remissio datur, ita per unctionem[11] sanctificatio spiritus[12] adhibetur: et hoc de pristina disciplina[13], qua ungi in sacerdotium et in regnum solebant, ex quo et[14] Aaron a Moyse unctus est.

52. Quae[15] dum carnaliter fit, spiritaliter[16] proficit, quomodo et in ipsa baptismi[17] gratia visibilis actus est[18], quod in aqua mergimur[19], sed spiritualis[20] effectus, quod delictis[21] mundamur.

53. Hoc significat illud unguentum, quod peccatrix mulier super pedes, et ea, quae dicitur non fuisse peccatrix, super caput Iesu fudisse scribuntur[22].

54. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur Spiritus sanctus. Tunc enim ille paracletus[23] post mundata et benedicta corpora libens a Patre descendit, et quasi super[24] baptismi aquam tanquam super pristinam sedem recognoscens[25] quiescit[26]. Nam legitur quod in principio aquis superferebatur Spiritus sanctus.

55. Exorcismum[27] Graece, Latine coniuratio, sive sermo increpationis est adversus diabolum, ut discedat: sicut illud[28] in Zacharia[29]: *Et ostendit mihi[30] Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Dei[31], et sathan stabat a dextris eius, ut adversaretur ei: et dixit Dominus ad sathan: Increpet te Dominus sathan, et increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem[32].*

56. Hoc est exorcismum[33]: increpare et coniurare[34] adversus diabolum, unde sciendum est[35], quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt omnes, qui cum[36] peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.

57. Symbolum per linguam Graecam signum, vel cognitio[37] interpretatur. Descensuri[38]

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *haec ratio est.* — 2) *congruentem* Gu. 2. al. pr. va. — 3) Sic Gu. 1. al. pr. (nisi quod *contrectabilem rem*, ut Gu. 2. al. va.) — 4) *et* om. pr. — al. *visibilem.* — 5) *elementum* addidi e Gu. 1. — 6) *sanctum* add. Gu. 2. va. — 7) *anima* Gu. 2. al. — 8) *eas* Ar. pr. va. — 9) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *et in eis ut caro et an.* — 10) *in baptismum* al. — 11) *tinctionem* al. — 12) *spiritualis* al. — 13) *ad pristinam disciplinam* al. — 14) *et* om. Gu. 1. pr. — 15) *quod* va. — 16) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *spiritualiter* vulg. — 17) *in baptismo* al. — 18) *actus est* om. al. — 19) *merguntur* al. — 20) Sic Gu. 1. ed. Goth. *spiritalis* vulg. — 21) *quo a del.* Gu. 2. va. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *scribitur.* Al. pr. va. *describitur.* — 23) *paraclitus* Gu. 1. pr. — 24) *per* al. — 25) *se cognoscens* al. — 26) *requievit* al. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *Exorcismus*, at ut supra §. 43. *Baptismum* ab optimo cod. Gu. 1. confirmatur, sic hoc quoque loco nihil ab eo recedam. — 28) Vulg. *sicut est illud*, sed *est* om. Gu. 1. — 29) Locus est Zachar. 3, 1. seq. — 30) *dominus* add. al. — 31) Sic Gu. 1. — *Domini* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *Increpet Dom. in te sathan, et increpet Dominus in te, qui* (*quia* Ar.) *elegit.* — 33) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *exorcismus.* Al. *hoc est in exorcismum.* — 34) *adiurare* Gu. 2. — 35) *est* addidi e Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *in pecc.* vulg. — *sub pecc.* al. — 37) *collatio* Ar. — 38) Sic Gu. 1. va. — *Discessuri* vulg. — 39) *enim* om. Gu.

enim[39] apostoli ad evangelizandum in gentibus, hoc sibi praedicationis signum, vel indicium posuerunt.

58. Continet enim confessionem Trinitatis[40], et unitatem Ecclesiae, et omne Christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei et spei nostrae non scribitur in charta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus.

59. Oratio petitio dicitur. Nam orare est petere, sicut exorare impetrare. Constat autem oratio loco et tempore. Loco, quia non ubique[41], cum prohibeamur a Christo orare nec in publicum[42], sed ubi opportunitas dederit, aut necessitas importaverit[43]. Neque enim contra praeceptum reputatur[44] ab apostolis factum, quia[45] in carcere audientibus custodibus orabant et canebant Deo.

60. De tempore vero dictum est: *Sine intermissione orate*[46], sed hoc in[47] singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium, quae diei interspacia signant, tertia, sexta et nona: similiter et noctis.

61. Sed ideo hae horae orandi[48] divisae sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat[49], quae tempora in Scripturis inveniuntur.

62. Primum enim spiritus Sanctus[50] congregatis apostolis[51] hora tertia infusus est[52]. Petrus qua die[53] visionem communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat[54]. Idem etiam cum Iohanne hora nona[55] templum adiit, quando paralyticum[56] sanitati[57] reformavit.

63. Sed et Danielem legimus haec tempora[58] in oratione observasse[59], et utique ex Israelis disciplina[60], ut ne minus, quam ter die[61] adoremus. Debitores enim sumus trium[62], Patris et Filii et Spiritus sancti, exceptis utique[63] et aliis legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione[64] debentur ingressu[65] lucis ac noctis sive vigiliarum, sed et cibum non prius sumere, quam interposita oratione[66].

64. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria, quia priora coelestia, quam terrena. Qui autem vult orationem suam volare ad Dominum, faciat illi duas alas[67], ieiunium[68] et eleemosynam[69], et ascendet celeriter et exaudietur.

65. Ieiunium est parsimonia[70] victus abstinentiaque ciborum, cui nomen est inditum ex quadam parte viscerum tenui semper et vacua, quod vulgo ieiunum[71] vocatur. Unde ieiunii nomen creditur derivatum, quod sui inedia viscera vacua et exinanita existant[72].

66. Ieiunium autem et statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit,

1. — *autem* Gu. 2. Ar. — 40) *et unitatis* add. Gu. 1. — 41) *ubi* Gu. 2. Locus intelligitur Matth. 16, 6. — 42) Sic Gu. 1. al. — *nec* addidi e Gu. 1. *in publico* vulg. — *in publico orare* va. — 43) *importuna erit* Gu. 1. — 44) *computatur* al. — 45) *qui* Gu. 2. Ar. — *quum* al. — 46) Locus est 1. Ep. ad Thessalon 5, 17. — 47) *in* om. Gu. 2. Ar. — *sed in hoc sing.* al. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *orandi hae horae.* — *hae orandi horae* Gu. 2. va. — 49) *ammoneat* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. va. — *Sanct. spir.* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *discipulis* vulg. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *est infus.* vulg. — 53) *in qua die* Gu. 2. — 54) *accederat* Gu. 1. — 55) *nona* om. Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. *claudum* vulg. — 57) Sic Gu. 1. Ar. va. — *sanitate* vulg. — 58) *hoc tempore* Gu. 1. — 59) *observasse in orat.* Gu. 2. — 60) *ut utique Israelis disciplinam* al. — 61) Vulg. *in die*, sed *in* om. Gu. 1. — 62) Vulg. addit *personarum*, quod om. Gu. 1. al. — 63) *itaque* Gu. 2. — 64) *ammonitione* Gu. 2. — 65) Vulg. *in ingressu*, sed *in* om. Gu. 1. — 66) Vulg. add. *debemus*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 67) Sic va. Ar. — *alias* inepte vulg. — 68) *id est ieiun.* Gu. 2. — 69) *elemos.* Gu. 1. — 70) *parsimoniae* Gu. 2. al. pr. va. — 71) *ieiunium* Gu. 2. al. pr. va. — 72) Sic Gu. 1. 2. al. — *existunt* vulg.

pro eo quod nulla laetitia sive tristitia[1] obveniens castris stationem militum rescindit[2]. Nam laetitia libentius, tristitia sollicitius administrat[3] disciplinam, unde et milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent.

67. Discernunt autem quidam inter ieiunium et stationem. Nam ieiunium est indifferenter cuiuslibet diei abstinentia, non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem; statio autem est observatio statutorum dierum[4] vel temporum.

68. Dierum, ut quartae et sextae feriae[5] ieiunium ex veteri lege praeceptum[6]: de qua statione in Evangelio dixit ille: *ieiuno bis in sabbato*, id est in[7] quarta et sexta sabbati.

69. Temporum autem, quae legalibus et[8] propheticis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt, ut ieiunium quarti, quinti, septimi, ac[9] decimi mensis, vel[10], sicut in Evangelio, dies illi, in quibus ablatus est sponsus, vel sicut observatio quadragesimae, quae in universo orbe institutione apostolica observatur circa confinium Dominicae passionis.

70. His tertium genus quidam adiiciunt[11], quod[12] Xerophagiam dicunt, abstinentiam scilicet ciborum humentium[13]. Unde et nomen hoc datum, eo quod quidam siccis[14] escis utantur.[15]

71. Poenitentia appellata, quasi punitentia[16], eo quod ipse homo in se poenitendo puniat[17], quod male admisit[18]. Nam nihil aliud agunt, quos veraciter poenitet, nisi ut id, quod male fecerunt, impunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcentibus ille parcit[19], cuius altum iudicium iustumque[20] nullus contemptor evadet[21].

72. Perfecta[22] autem poenitentia, praeterita deflere et futura non admittere. Haec secunda in similitudinem[23] fontis est[24], ut si forte impugnante diabolo aliquod peccatum erepserit[25], huius satisfactione purgetur.

73. Satisfactio autem est causas peccatorum et suggestiones excludere et ultra peccatum non iterare.

74. Reconciliatio vero[26] est, quae post complementum poenitentiae adhibetur. Nam sicut conciliamur[27] Deo, quando primum a gentilitate convertimur, ita reconciliamur, quando post peccatum poenitendo regredimur.

75. Exomologesis Graeco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur[28], cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: *Confiteor tibi Pater Domine*[29] *coeli et terrae:* aut dum quisque confitetur sua peccata[30] petendo[31] indulgentiam[32], cuius indeficiens est misericordia[33].

76. Ex hoc igitur[34] Graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis, qua[35]

1) *sive tristitia* add. Ar. e Tertull. in libr. de orat. in fin., unde totus est locus. — 2) Sic Gu. 1. 2. al. — *rescindat* vulg. — 3) *amministrat* Gu. 2. — 4) *vel dierum* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *quartae feriae et sextae.* — Gu. 2. *quartae feriae et sextae feriae.* Locus Novi Test. est Luc. 18, 12. — 6) *est* add. Gu. 2. — 7) *in* addidi e Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. — *ac* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — *mensis* om. Gu. 2. Ar. — 10) *vel* om. pr. va. — 11) *adiciunt* Gu. 1. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *quam* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *hument. cibor.* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *siccis quidam* vulg. — 15) *utuntur* va. — 16) Sic Gu. 1. va. Ar. — *punientia* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. (*punit* ut al.) Vulg. *puniat poenit.* — 18) *ammisit* Gu. 2. Sic mox *ammittere* pro *admittere.* — 19) *parcet* Gu. 1. pr. — 20) Sic Gu. 1. — *altum iustumque iudic.* vulg. — 21) *evadit* Gu. 2. Ar. — 22) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 23) *in similitudine* Gu. 1. al. pr. — 24) *fontis purgatio, ut* etc. Ar. — 25) Sic Gu. 1. (*errepserit*) — *irrepserit* vulg. — 26) *autem* Gu. 2. — 27) *conciliamur* usque ad *ita* om. Gu. 2. — *Nam* usque ad *regr.* om. al. — 28) *interpretatur* al. om. — 29) *Domine Pater* Gu. 2. — 30) *peccata* om. Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. pro hoc *ab eo.* — *ab eo datur ind.* pr. — 32) Sic Gu. 1. — *indulgenda* Vulg. — 33) *miseria* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ergo* vulg. —

delictum nostrum Domino confitemur, non quidem ut ignaro, cuius cognitioni nihil occultum est, sed confessio est rei scilicet eius, quae ignoratur professa cognitio.

77. Utile enim sibi[36] ac iucundum quisquam[37] esse[38] existimaverat, rapere, adulterari, furari[39], sed ubi haec damnationi aeternae[40] obnoxia esse cognovit, cognitis iis confitetur errorem.

78. Confessio autem erroris professio est desinendi: desinendum ergo[41] a peccatis, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Caeterum extra veniam est, qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur.

79. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi[42] hominis disciplina est, habitu atque victu, sacco et cineri[43] incubare, corpus sordibus obscurare, animum moeroribus deiicere[44], illa, quae peccavit[45], tristi tractatione mutare.

80. Litaniae[46] autem[47] Graeco nomine appellantur, quae Latine dicuntur rogationes. Inter litanias[48] vero[49] et exomologesin hoc differt, quod[50] exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur, litaniae vero, quae indicuntur[51] propter rogandum Dominum[52] et impetrandam[53] in aliquo[54] misericordiam[55] eius.

81. Sed iam nunc[56] utrumque vocabulum sub una designatione[57] habetur, nec distat vulgo utrum litaniae, an exomologesis indicantur[58]. Supplicationis autem nomen quodammodo nunc[59] ex gentilitate retinetur.

82. Nam feriae aut legitimae erant apud eos, aut indictae. Indictae autem, quia paupertas antiqua Romanorum ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Unde[60] supplicia dicuntur supplicationes, quae fiebant de bonis passorum supplicia. Sacrae enim res de rebus execrandorum fiebant.

L I B E R VII.

CAP. I. *De Deo.*

1. Beatissimus[61] Hieronymus vir eruditissimus[62] et multarum linguarum peritus[63] Hebraeorum nominum interpretationem primus in Latinam linguam convertit. Ex quibus pro brevitate praetermissis multis quaedam huic operi adiectis interpretationibus interponenda studui[64].

35) *quo* Gu. 2. va. — 36) *sibi* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 37) *quisque* Gu. 1. — 38) *esse* om. Gu. 2. va. — 39) *adulterare, furare* Gu. 2. — *adulterare* va. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *aeternae damnat.* — 41) *est* add. Gu. 2. — *des. erg. a pecc. est* pr. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *humiliandi* vulg. — 43) *cinere* va. — 44) *deicere* Gu. 1. 2. — 45) *in quibus peccavit* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Letaniae* vulg. — 47) *autem* om. Gu. 2. — 48) *litaniam* Ar. — 49) *autem* Gu. 2. — 50) *hoc differt, quod exomologeses* om. Gu. 1. — *exomologesis* al. va. et hoc verum, sequitur enim in Gu. 1. al. va. *agitur.* — 51) Sic Gu. 1. al. Ar. var. lect. ap. Goth. va. — *dicuntur* vulg. — *inde dicuntur* al. — *quae* addidi e Gu. 1. al. — 52) *Deum* al. va. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *impetrandum* vulg. — 54) *in aliquo* om. Gu. 2. — 55) *miseriam* Gu. 1. — 56) Vulg. *nunc iam*, pro quo Gu. 1. *iam nunc* malo ordine verborum; al. om. *iam* al. *nunc. Nunc* videtur delendum. Al. *nunc iam distat vulgo utrumque.* al. etiam ita, om. *iam.* — 57) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *significatione* vulg. — 58) Sic Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. Vulg. *dicantur. Exomologeses* Arev. Gu. 2. — 59) *nunc* om. pr. — 60) *et* add. Gu. 2. — 61) *Beatus* Z. — 62) *prudentissimus* Z. — 63) *peritissimus* Z. — 64) *interponere studuit* Z.

2. Vocabulorum enim[1] expositio indicat[2], quid velint[3] intelligi. Habent enim quaedam[4] ex propriis causis nominum rationem. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur.

3. Primum apud Hebraeos Dei nomen[5] El[6] dicitur, quod alii Deum, alii etymologiam eius exprimentes ἰσχυρός, id est fortem interpretati sunt, ideo quod nulla infirmitate opprimitur[7], sed fortis est et sufficiens ad omnia perpetranda.

4. Secundum nomen Eloi[8].

5. Tertium Eloe, quod utrumque[9] in Latinum Deus dicitur. Est autem nomen in Latinum ex Graeca appellatione translatum. Nam Deus Graece δέος, φόβος dicitur[10], id est timor, unde tractum est nomen[11] Deus, quod eum colentibus sit timor[12].

6. Deus autem proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam[13] reliqua, quae in Deo infra sunt posita vocabula[14] referuntur.

7. Quartum nomen[15] dicitur Sabaoth, quod vertitur in Latinum exercituum, sive virtutum, de quo in Psalmo[16] ab angelis dicitur: *Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum.*

8. Sunt enim[17] in[18] huiusmodi[19] ordinatione[20] virtutes multae, ut angeli, archangeli, principatus et potestates, cunctique coelestis militiae[21] ordines, quorum tamen ille Dominus[22]. Omnes enim sub ipso sunt eiusque dominatui subiacent.

9. Quintum nomen[23] Elion[24], quod interpretatur in Latinum excelsus, quia supra coelos[25] est, sicut scriptum est de eo: *Excelsus Dominus et super*[26] *coelos gloria eius.* Excelsus autem dictus pro valde celsus. Ex enim pro valde ponitur[27], sicut eximius, quasi valde eminens.

10. Sextum Eieie[28], id est, qui est Deus; quia solus aeternus est[29], hoc est[30], quia exordium non habet, essentiae[31] nomen vere tenet. Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum.

11. Quaerenti enim, quod esset nomen eius, qui eum pergere praecipiebat ad populum ex Aegypto liberandum, respondit[32]: *Ego sum, qui sum: et dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos*, tanquam in eius comparatione, qui vere est, quia incommutabilis est, ea, quae commutabilia[33] facta sunt, quasi non sint[34].

12. Quod enim dicitur fuit, non est, et[35] quod dicitur erit, nondum est. Deus enim[36] esse tantum novit, fuisse et futurum[37] non novit.

1) *autem* Z. — 2) Vulg. *satis indicat*, sed *satis* om. Gu. 1. — 3) *vellent* al. — 4) *quandam* Gu. 2. va. — 5) *nomine* Gu. 2. — 6) Nomina decem Arev. Hebraicis literis scripsit, additis tamen iisdem nominibus Latine scriptis. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *premitur* vulg. — 8) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 9) *utrum* Z. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. (nisi quod *febus* pro φόβος exhibent) Vulg. *θεὸς dicitur, quasi* δέος. Al. *quasi* φόβος *timor.* — 11) *nomen* om. Z. va. — 12) *timori* Ar. — 13) *et* Z. — 14) *vocabulo* pr. — 15) Vulg. add. *Dei*, quod om. Gu. 1. — *Sab. dic.* Z. — 16) *in psalmis* al. Ar. — Locus Psalm. est 24, 10. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. — *autem* vulg. — 18) *in* om. Gu. 1. — 19) *huius mundi* Gu. 2. — 20) *ordine* al. — 21) *mil. coel.* Z. — 22) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 23) *Quint. nom.* om. Gu. 2. — *nomen solum* Ar. — 24) *Eleon* Z. va. — 25) *supra omnes coelos* Z. al. — *super* Gu. 2. — *et supra* va. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *supra coelos* om. *et*. Locus est Psalm. 113, 4. — 27) *dicitur* Z. — 28) Vulg. *Sextum nomen Eiεie*, sed voc. *nomen* (cui Z. add *est*) om. Gu. 1. 2. — 29) Sic Gu. 1. — Vulg. *Deus enim solus, quia aeternus est.* — 30) *et ob hoc est* al. — 31) *essentiale* al. — 32) *respicit* Z. Locus est Exod. 3, 14. — 33) *incommutabilia* al. — *mutabilia* Ar. — 34) *sunt* Gu. 1. — 35) *et* om. Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. — 37) Vulg. add. *esse*, quod om. Gu. 1. — 38) Sic Z. Gu. 1. — *Deus* vulg. — 39) al. *essentiae.* — *in communi eloquio* Ar. pro *in colloquio.* — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Dom. interpr.* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg.

13. Solus enim Pater cum Filio et Spiritu sancto veraciter est. Cuius essentiae comparatum esse nostrum non esse est. Unde et in colloquio dicimus: *Vivit Dominus*[38], quia essentia[39] vita vivit, quam mors non habet.

14. Septimum Adonai, quod generaliter interpretatur Dominus[40], quod dominatur[41] creaturae cunctae, vel quod creatura omnis dominatui eiusdem[42] serviat[43]. Dominus ergo et Deus dicitur vel[44] quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis.

15. Octavum[45] Ia, quod in Deo tantum ponitur, quod etiam in alleluia in novissima syllaba sonat.

16. Nonum Tetragrammaton, hoc est[46] quatuor literarum, quod proprie apud Hebraeos in Deo[47] ponitur, ioth, he, vau, he[48], id est, duabus ia, ia[49], quae duplicata ineffabile illud et[50] gloriosum Dei[51] nomen efficiunt. Dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest, et quia de eo nihil[52] digne dici potest, ineffabilis est.

17. Decimum Saddai[53], id est, omnipotens. Vocatus autem omnipotens, eo quod omnia potest, sed a faciendo, quod vult, non a patiendo, quod non vult. Quod si ei aliquid accideret[54], nequaquam esset omnipotens; facit enim, quicquid vult, et inde omnipotens.

18. Item omnipotens, quia ipsius sunt, quae ubique sunt. Solus enim totius mundi habet imperium[55]. Dicuntur autem[56] et alia quaedam in Deum substantialiter nomina[57], ut immortalis, incorruptibilis, incommutabilis, aeternus[58]. Unde et merito cunctae praeponitur creaturae.

19. Immortalis, sicut de eo scriptum est: *Qui solus habet immortalitatem*[59]: quia in eius natura nulla est commutatio. Nam omnis mutabilitas non inconvenienter mortalitas[60] dicitur, secundum quod[61] et anima mori dicitur, non quia in corpus vel in[62] aliquam alteram substantiam mutatur et vertitur, sed in ipsa substantia mutatur et vertitur[63], quicquid alio modo nunc est, aut fuit, secundum id, quod desistit[64] esse, quod erat, mortalis utique deprehenditur, ac per hoc Deus solus[65] dicitur immortalis, quia solus incommutabilis.

20. Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi et dissolvi non potest[66]. Quicquid enim capit divisionem et interitum capit. Ille nec dividi potest, nec interire, unde[67] incorruptibilis est.

21. Incommutabilis[68] est, quia semper manet et mutari nescit. Nec proficit, quia perfectus est, nec deficit, quia aeternus est[69].

dominetur. — 42) Sic Gu. 1. — *eius* vulg. — 43) Sic Gu. 1. — *deserviat* vulg., quod ortum est e corrupta scriptura *eiusdem.* — 44) *vel* om. va. — *dicitur* addidi e Gu. 1. 2. — 45) *nomen est* add. Z. — 46) *id est* Gu. 2. — 47) *ideo* Gu. 1. — *in deum* va. — 48) *iode iode* Z. pr. — *iothe iothe vau* Gu. 2. — *iothe iothe iode iode* va. — *iod he id est duabus ia, quae duplicata pro qualitate ineffabile* al. — Ar. יְהוָה id est duabus יָהיָה — 49) alterum *ia* om. Z. — 50) *ac* Gu. 2. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *nomen Dei.* — 52) *et ideo quia nihil de eo* Z. — *et ideo, quia de eo* Ar. pr. va. — 53) *Saddan* va. — 54) Sic Gu. 1. — *quodsi ei accideret* Z. Gu. 2. (*acced.*) pr. va. Arev. — Vulg. *quodsi ea accideret.* — 55) Vv. *Item omnipotens, quia ipsius sunt omnia, quae ubique sunt. Solus enim totius mundi habet imperium* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — Z. Gu. 2. pr. va. Ar. *omnia sunt*, sed *omnia* om. Gu. 1. — 56) *enim* Z. — 57) *nomina* om. Z. — 58) *aeternus* add. Z. — 59) Locus est 1 Timoth. 6, 16. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. — *mortalis* vulg. — *dicitur mortalis* va. — 61) Sic Gu. 1. va. — *quam* vulg. — 62) *vel quia* Gu. 1. — 63) Sic Gu. 1. — Vulg. *in ipsa sua substantia, quicquid* etc. — 64) Sic Gu. 1. — Vulg. *destitit.* — 65) Sic Gu. 1. — Vulg. *solus Deus.* — 66) Vulg. add. *nec dividi*, quae om. Gu. 1. — 67) Sic Gu. 1. — *inde* vulg. — 68) *inde incommutabilis* Gu. 2. — 69) *est* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar.

22. Aeternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium nec[1] finem. Hinc est[2] et sempiternus, eo quod sit semper aeternus. A quibusdam autem aeternus ab aethere[3] creditur dictus, quoniam[4] coelum sedes eius[5] habetur. Unde est illud: *Coelum coeli Domino*: et haec[6] ista quatuor unum significant, nam una eademque res dicitur, sive dicatur aeternus[7], sive immortalis, sive incorruptibilis, sive inmutabilis.

23. Invisibilis, quia nunquam per substantiam suam apparuit oculis mortalium[8] Trinitas, nisi per speciem subiectae creaturae eiusdemque[9] corporeae. Nam nemo potest ipsam manifestationem[10] essentiae Dei videre et vivere, sicut[11] dictum est Moysi, unde et Dominus in Evangelio dicit[12]: *Deum nemo vidit unquam.* Res est enim invisibilis, ideoque non oculo, sed corde quaerendus est.

24. Impassibilis[13], quia nullis perturbationibus afficitur, quibus fragilitas humana[14] succumbit. Non enim attingunt eum ullae passiones, ut libido, iracundia, cupiditas, timor[15], moeror, invidia, etc. quibus mens humana[16] turbatur[17].

25. Sed cum dicitur Deus irasci[18], aut zelare[19], aut dolere, nostro usu[20] dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est.

26. Simplex autem[21] dicitur sive non amittendo quod habet, sive quod[22] non aliud est ipse, et aliud quod in ipso est, sicut in homine, cuius aliud est esse, aliud[23] sapere.

27. Nam et esse quis potest[24], et sapiens non esse, Deus autem habet essentiam, habet et sapientiam, sed quod habet, hoc et est, et omnia[25] unus est[26], ac proinde simplex est[27], quia non in eo aliquid accidentis est[28], sed et quod est, et[29] quod in ipso est, essentialiter est excepto, quod relative ad quamcunque personam[30].

28. Summe bonus[31], quia incommutabilis est. Creatura vero bonum, sed non summum[32], quia mutabilis. Et dum sit quidem[33] bonum, non tamen potest esse[34] et summum[35].

29. Incorporeus autem vel incorporalis ideo Deus dicitur[36], ut spiritus credatur, vel[37] intelligatur esse, non corpus. Nam dum dicitur spiritus, eius significatur substantia.

30. Immensus, quia cuncta concludit, ipse a nullo concluditur[38], sed omnia intra eius omnipotentiam coartantur.

31. Perfectus dicitur, quod[39] nihil ei possit adiici[40]. Attamen de consummatione alicuius facti perfectio dicitur. Deus[41], qui non est factus, quomodo est perfectus?

1) Sic Z. Gu. 1. — *neque* vulg. — 2) *est* addidi e Gu. 1. — 3) *haberi* Gu. 2. ad marg. *al. ab aethere.* — 4) *quando* Z. — 5) *eius* om. Gu. 2. Locus est Psalm. 114, 16. — 6) *haec* om. va. — 7) *Deus* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 8) *mortal. ocul.* Z. — 9) *eidemque* Gu. 1. — *eademque* Gu. 2. pr. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. va. var. lect. ap. Goth. Arev. — *maiestatem* vulg. — 11) Vulg. *et* add., quod om. Gu. 1. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. va. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *unde et Iohannes in epistola sua dicit.* Al. *dominus in evangelio et Iohannes in Epistola sua dicit* h. e. *vel Ioh.* etc. variis lectt. coniunctis. Locus est Evang. Ioh. 1, 18. — 13) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. — 14) *humana frag.* Gu. 2 — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. Ar. — Vulg. *dolor.* — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. — *humana mens* vulg. — 17) *perturbatur* Gu. 2. — 18) *cum deus dicitur irasci* va. — *deum* Gu. 2. Ar. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *zelari* vulg. — 20) *de nostro usu* al. — 21) *enim* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. — *seu quia* vulg. — 23) *et aliud* Z. Gu. 2. va. — 24) *quis* om. Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — 25) *per omnia* Z. — 26) *unum esse* al. — 27) *ac proinde simplex est* Z. — 28) *est* om. va. — 29) Sic Gu. 1. Ar. — *sed quod et est* va. — *sed quae est* Gu. 2. al. — *secundum quod est* Z. — Vulg. *sed quod est.* — 30) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 31) *Summum bonum* Gu. 2. — 32) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. Sic mox idem cod. post *mutabilis* om. *est.* — 33) Sic Z. Gu. 1. Ar. va. — *quidam* vulg. — *quiddam* ed. Goth. — 34) Sic Gu. 1. — Vulg. *esse potest.* — 35) Vulg. *bonum* add., quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 36) Sic Gu. 1. — *dicitur Deus* vulg. — 37) *et* va. — 38) Vv. *ipse a*

32. Sed hoc vocabulum de usu nostro ex humana inopia sumpsit[42], sicuti[43] et reliqua verba, quatenus id, quod ineffabile est, utcunque dici possit[44], quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit, sicut sunt et alia.

33. Creator dictus pro totius mundi rebus ab ipso creatis. Nihil est[45] enim, quod non originem a Deo[46] traxerit. Ipse[47] et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil aliud potest esse[48], quod tantundem potestatis capiat[49].

34. Haec igitur, quae de Deo dicta sunt, ad totam Trinitatem pertinent[50] propter unam et coaeternam substantiam in Patre[51], sive in Filio eius unigenito in forma Dei, sive in Spiritu sancto, qui unus spiritus est[52] Dei Patris et Filii eius unigeniti.

35. Sunt[53] et quaedam vocabula ex usu nostro ad Deum sumpta de membris nostris, sive de inferioribus; et[54] quia in propria natura invisibilis et incorporeus est, pro efficientiis[55] tamen causarum in ipso rerum species adscribuntur, ut more locutionis nostrae facilius seipsum insinuet, ut quia omnia videt, dicatur oculus; et[56] propter quod audit omnia, dicatur auris; pro eo[57] quod avertitur, ambulat: pro eo quod spectat[58], stat.

36. Sic et in caeteris horum similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens et memorans. Hinc est quod et Propheta dicit[59]: *Iuravit Dominus*[60] *per animam suam:* non quod Deus animam[61] habeat, sed quod[62] hoc nostro narrat affectu.

37. Nam et facies Dei in scripturis sanctis non caro, sed divina cognitio intelligitur[63], eadem ratione, qua per faciem[64] quisque cognoscitur.

Hoc enim in oratione[65] dicitur: *Domine*[66], *ostende nobis faciem tuam:* ac si dicatur: Da nobis cognitionem tuam.

38. Sic et[67] vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus per speculum agnoscitur, ad perfectum vero omnipotens reperitur[68], dum in futurum[69] facie ad faciem quibusque electis praesentabitur, ut ipsam speciem contemplentur, cuius nunc vestigia comprehendere conantur, hoc est, quem videre per speculum dicuntur[70].

39. Nam et situs et habitus et[71] locus et tempus in Deum[72] non proprie, sed per similitudinem translate[73] dicuntur, quippe *sedere super Cherubin* dicitur, quod est ad situm: et *abyssus*[74] *tanquam vestimentum amictus eius*[75], quod est ad habitum: et: *Anni tui non defi-*

nullo concluditur addidi e Z. Gu. 1. pr. va. Arev. — 39)] Sic Gu. 1. — Vulg. *quia.* — 40) *adici* Gu. 1. 2. pr. — 41) Vulg. *autem* add., quod om. Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *sumpsit humana inopia.* — 43) *sicuti* pro *sicut* Gu. 1. — 44) *potest* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. — Vulg. *Nihil enim est.* — 46) *ab eo* al. — 47) *et ipse* Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *nihil esse aliud pot.* — Z. Gu. 2. *nihil aliud esse.* — 49) Sic Gu. 1. — *capiat potest.* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *pertinent trin.* — 51) Vulg. *sive in patre*, sed *sive* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. — *unus est spir.* vulg. — 53) Vulg. *Sunt autem*, sed *autem* om. Z. Gu. 1. 2. — 54) *et* om. Gu. 2. — 55) *pro efficiendis . . causis* al. — *est* post *corporeus* om. va. — 56) *et* addidi e Z. Gu. 1. — 57) *pro eo autem* Z. Gu. 2. pr. Arev. — 58) *exspectat* Gu. 1. 2. al. va. — 59) *dicitur* Gu. 1. — 60) Vulg. add. *exercituum*, quod om. Gu. 1. Locus est apud Ierem. 51, 14. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *animam deus* vulg. — 62) *quod* addidi e Gu. 1. — 63) *intelligatur* Gu. 1. — 64) Vulg. add. *conspectam*, quod om. Gu. 1. — 65) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Hoc etiam in oratione* Z. — Vulg. *Hoc enim in creatione.* — 66) Sic Gu. 1. — *Deo* vulg. Cum Gu. 1. consentit versus Psalm. 80, 4. — 67) *et* om. edit. Gothofr. pr. — *sicut et* Gu. 2. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — Vulg. *reperietur.* — 69) Sic Gu. 1. Ar. — *in futuro* vulg. — 70) *quem per speciem videre dic.* Z. — *dicitur* Gu. 2. — 71) *et* om. edit. Gothofr. — 72) *in Deo* edit. Goth. pr. — 73) Sic Gu. 1. Ar. — *translata* Gu. 2. al. — *translative* vulg. — 74) *abissum* Gu. 2. — 75) *eius* addidi e Z. Gu. 1. Ar. Locus est Psalm. 104, 6. —

cient[1], quod ad tempus pertinet; et: *Si ascendero in coelum, tu illic*[2] *es*, quod ad locum manet[3].

40. Nam et in Propheta, *Plaustri portantis fenum* species ad Deum dicitur[4]. Et haec omnia[5] per figuram dicuntur[6], quia nihil est[7] horum ad proprietatem substantiae eius.

CAP. II. *De Filio Dei.*

1. Multis modis etiam[8] Christus appellari solet in scripturis[9]. Nam ipse Dei Patris Unigenitus filius dum esset[10] aequalis Patri, propter salutem nostram formam servi accepit. Proinde quaedam nomina in illo ex divinitatis substantia, quaedam ex dispensatione susceptae humanitatis assumpta sunt.

2. Christus namque a chrismate est appellatus, hoc est unctus. Praeceptum enim fuerat Iudaeis[11], ut sacrum conficerent[12] unguentum, quo perungi[13] possent[14] hi[15], qui ad sacerdotium, vel ad regnum vocabantur[16]: et[17] sicut nunc regibus indumentum purpurae[18] insigne est regiae dignitatis, sic unctio illis[19] sacri unguenti nomen ac[20] potestatem regiam conferebat: et inde Christi dicti a chrismate, quod est unctio.

3. Nam chrisma Graece, Latine unctio nuncupatur[21], quae etiam Domino nomen[22] accommodavit facta spiritualis[23], quia spiritu est unctus[24] a Deo Patre, sicut in Actibus apostolorum legitur[25]: *Collecti sunt*[26] *in hac civitate adversus sanctum Filium tuum, quem unxisti:* non utique oleo visibili, sed gratiae dono, quod visibili significatur unguento[27].

4. Non est autem proprium Salvatoris nomen[28] Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomen est[29], dum Christus Iesus[30], proprium[31] vocabulum Salvatoris.

5. Christi autem[32] nomen nusquam alibi omnino, nec in aliqua gente fuit, nisi tantum in illo regno, ubi Christus prophetabatur, et unde venturus erat.

6. Messias autem Hebraice dicitur, Graece Christus, Latina autem locutione unctus.

7. Iesus Hebraice, Graece σωθήρ, Latine autem salutaris, sive salvator interpretatur, pro eo quod cunctis gentibus salutifer venit.

8. Etymologiam autem[33] nominis huius etiam[34] Evangelista significat, dicens: *Vocabis*[35] *nomen eius Salvator*[36], *quod*[37] *ipse salvum faciet populum suum*[38]. Sicut enim Christus significat Regem, ita Iesus significat Salvatorem.

1) Psalm. 102, 28. — 2) Sic Gu. 1. — *ibi* vulg. Locus est Psalm. 139, 8. — 3) *manet* om. Ar. — 4) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *ducitur* vulg. Locus est Amos 2, 13. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *Haec et omnia.* — 6) Sic Gu. 1. — *Deus* vulg. — *deus dicitur* va. — *ad figuram dicuntur* Gu. 2. — 7) *pertinet* pro *est* exhibet Gu. 2. ad finem post *eius.* — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *Multis etiam* (*et* Z.) *modis.* — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *in scripturis* (*in scriptis* Z.) *invenitur divinis.* — 10) *est* Gu. 2. — 11) *a Iudaeis* Gu. 1. et sic Lactant. IV, 7, 6., unde sua habet Isidorus: *erat Iudaeis ante praeceptum.* — 12) *conficeretur* Z. — 13) *ungi* Gu. 2. — 14) *possint* Gu. 2. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *ii* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *qui vocab. ad sacerd. vel ad regn.* — *ad* ante *regnum* om. va. — 17) *et* om. Gu. 2. — 18) *proprie* Z. — 19) Sic Gu. 1. — Vulg. *illis unctio.* — 20) *ad* ed. Goth. — 21) *interpretatur* va. — 22) *nostro* Gu. 1. — 23) *spiritalis* Gu. 2. al. pr. va. — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *unctus est.* — 25) Sic Gu. 1. — Vulg. *sicut dicitur in act. ap.* — Z. Gu. 2 *sicut in act. ap. dic.* — Al. *sicut in actibus ap. ascribitur.* Al. om. *apostol. dic.* Locus est Act. Apost 4, 27. — 26) Vulg. *enim* add., quod om. Gu. 1. al. — 27) *quo visibile significatur unguentum* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1., nisi quod *salutaris* exhibet, quod fortasse verum est. Vide §. 7. — Vulg. *Salvat. propr. nom.* — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *commune nomen dignit.* — 30) Sic Gu. 1. — *Ies. Christ.* vulg. — 31) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. 2. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *enim* vulg. — 33)

9. Non itaque nos salvos facit quicunque rex, sed rex Salvator. Quod verbum[39] Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.

10. Emanuel ex Hebraeo in Latinum significat *nobiscum Deus*, scilicet, quia per virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit, ut terrenis viam salutis ad coelum aperiret. Ad divinitatis substantiam[40] quae pertinent, ista[41] sunt, Deus, Dominus[42].

11. Deus autem dictus propter unitam[43] cum Patre substantiam.

Dominus[44] propter servientem creaturam.

12. Deus autem et homo, quia Verbum et caro. Unde et[45] bis genitus dicitur, sive quia Pater eum genuit sine matre in aeternitate, sive quia mater sine patre in tempore.

13. Unigenitus autem vocatur[46] secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus primogenitus[47] secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiae[48] fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus.

14. Omousios[49] Patri[50] ab unitate substantiae appellatur[51]. Substantia enim, vel essentia Graece οὐσία dicitur, ὅμως unum[52]. Utrumque ergo[53] coniunctum sonat una substantia. Hoc enim[54] vocatur omousion, quod est, Ego et Pater unum sumus, hoc est, eiusdem cum Patre substantiae.

15. Quod nomen etsi scriptum in sanctis literis non inveniatur[55], in assertione[56] tamen totius[57] Trinitatis defenditur, quia datur ratio, unde recte dici ostendatur, sicut et Pater in illis libris nusquam Ingenitus legitur, sed tamen dicendus esse atque credendus non dubitatur.

16. Omoeusios[58] similis substantiae, quia qualis[59] Deus, talis est etiam[60] imago eius. Invisibilis Deus et imago[61] invisibilis.

17. Principium, eo quod ab ipso sunt[62] omnia, et quia ante eum nihil.

18. Finis est, quia[63] dignatus est in fine seculorum[64] humiliter in carne nasci et mori, et novissimum iudicium[65] ipse suscipere, vel quia quicquid agimus referimus ad illum[66]. Et cum ad eum pervenerimus[67], ultra quod quaeramus non habemus[68].

19. Os Dei est, quia verbum eius[69] est. Nam sicut pro verbis, quae per linguam fiunt saepe dicimus, illa et illa lingua, ita et pro Dei verbo os ponitur, quia mos est, ut ore verba formentur.

20. Verbum autem ideo dicitur, quia per eum Pater[70] omnia condidit, sive iussit.

21. Veritas, quia non fallit, sed tribuit, quae[71] promisit.

Sic Gu. 1. 2. — *enim* vulg. — 34) *et* Z. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *vocabitur* vulg. et Matth. 1, 21. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — Vulg. *Iesus id est Salv.* — Ar. *Iesum* omissis vv. *id est Salvator.* — 37) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — *ipse enim* Z. — 38) *a peccatis eorum* add. al. — 39) *patris* add. Gu. 1. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Ad divin. autem subst.* vulg. — 41) *illa* Z. — 42) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Deus et Dominus* Z. va. — *Dominus et Deus* vulg. — 43) *unicam* Ar. — 44) Vulg. *autem* add., quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 45) *et* om. va. — 46) *vocatus* al. — 47) Vulg. *est* add., quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 48) *per adoptionis gratiam* al. — 49) *Omousion* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 50) *pater* Z. — 51) *appellatus* al. — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *Una* coniecit Vulcan., quod esset coessentialis. — 53) Sic Gu. 1. — *igitur* vulg. — 54) Sic Z. Gu. 1. — *autem* vulg. — 55) *invenitur* al. — 56) *sermone* al. — 57) *secundae* Gu. 1., quod non intelligo. — 58) *Omousion* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 59) *est* add. Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 61) Vulg. *eius* add., quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 62) *sunt* pro *sint* Z. Gu. 1. — 63) Vulg. *vel quia*, sed *vel* om. Z. Gu. 1., qui habet *Finis est.* — 64) Sic Gu. 1. — *temporum* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *iudic. noviss.* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *ad illum referimus* vulg. — 67) *venimus* Z. — 68) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *habebimus.* — 69) *Verbum dei* al. — 70) *Pater* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 71) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — *promittit* al.

Vita, quia creavit.

Imago Dei dicitur[1] propter parem[2] similitudinem Patris.

22. Figura est[3], quia suscipiens formam servi operum virtutumque similitudine[4] Patris in se imaginem[5] atque immensam magnitudinem[6] designavit.

23. Manus Dei est, quod[7] omnia per ipsum facta sunt. Hinc et dextra[8] propter effectum totius creaturae[9], quae per ipsum formata est[10].

Brachium, quia ab ipso omnia continentur.

24. Virtus pro eo, quod omnem potestatem Patris in semetipso habeat, et omnem coeli terraeque creaturam gubernet, contineat ac[11] regat.

25. Sapientia pro eo, quod ipse revelet[12] mysteria scientiae et arcana sapientiae. Sed tamen cum sit Pater[13] et Spiritus sanctus sapientia et virtus, lumen[14] et lux, proprie tamen his[15] nominibus nuncupatur Filius.

26. Splendor autem[16] appellatur, propter quod manifestat.

Lumen, quia illuminat.

Lux, quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat[17].

Sol, quia[18] illuminator[19].

27. Oriens, quia luminis fons[20] et illustrator est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam aeternam.

28. Fons, quia rerum est origo[21], vel quod satiat sitientes[22]. Ipse quoque *A* et *Ω*. Alpha enim literam[23] nulla praecedit. Prima est enim literarum, sicut et Filius Dei. Ipse enim se principium Iudaeis interrogantibus esse respondit[24]. Unde et Iohannes in Apocalypsi[25] proprie ipsam literam ponens ait: *Ego sum A et Ω, primus et novissimus.* Primus, quia ante eum nihil est. Novissimus, quia iudicium novissimum[26] ipse suscepit[27].

29. Mediator, quia inter Deum et hominem medius constitutus est, ut hominem ad Deum perduceret[28], unde et illum Graeci μεσίτην vocant.

30. Paracletus[29], id est advocatus, quia pro nobis intercedit apud Patrem, sicut et de eo[30] dicit[31] Iohannes: *Advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.*

31. Paracletus autem Graecum est, quod Latine dicitur advocatus. Quod nomen et Filio et spiritui sancto ascribitur, iuxta quod[32] Dominus in Evangelio ait: *Rogabo Patrem meum*[33], *et alium paracletum dabit vobis.*

32. Intercessor autem ideo[34] vocatur, quia pro culpa nostra removenda curam[35] gerit, et pro abluendis nostris criminibus curam impendit.

1) *dicitur* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 2) *parem* om. Z. *puram* Gu. 2. — *priorem* va. — 3) *Figura est* usque ad *Patris* om. Z. — 4) Sic Gu. 1. Ar. — *similitudinem* vulg. — 5) *in se imaginem* om. Gu. 2. — 6) *immensa magnitudine* Gu. 2. — 7) *quia* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. pr. va. — *dextera* vulg. — 9) *operis totius creat.* vulg., sed *operis* om. Gu. 1. — 10) *formata sunt* Gu. 2. va. — 11) Sic Gu. 1. — *atque* vulg. — 12) *revelat* al. — 13) Vulg. add. *et Filius*, quod om. Gu. 1. Ar. — 14) *lumen* addidi e Gu. 1. 2. va. — *et lumen et lux* Ar. — 15) Sic Z. Gu. 1. — *iis* vulg. — *nuncup. fil.* pro *fil. nunc.* Gu. 1. — 16) *Splendor deus app.* al. — 17) *referat* al. — 18) *quod* Z. — 19) Sic Gu. 1. Z. — *illuminat omnes* vulg. — 20) *ortum fert* al. — 21) Sic Gu. 1. Ar. (*origo est*) — Vulg. *rerum omnium origo est.* — 22) *sitientem* al. — 23) *litera* Gu. 1. — 24) *respicit* Z. — 25) cap. 22, 13. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *noviss. iudic.* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. al. — *suscipit* Z. — *suscipiet* vulg. — 28) *perduceret ad Deum* Z. — *in deum perd.* Gu. 2. — 29) *Paraclitus* Z. Gu. 1. 2. pr. va. et sic postea. — Gu. 2. *Paracl. autem, id est.* — 30) *sicut ipse quoque de eo* al. —

33. Sponsus, quia descendens de[36] coelo, adhaesit Ecclesiae, ut pace novi testamenti essent duo in carne una.

34. Angelus dicitur propter annunciationem paternae ac suae voluntatis. Unde et apud Prophetam *magni consilii angelus* legitur[37], dum sit Deus et Dominus angelorum.

35. Missus dicitur, eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum, unde et idem dicit[38], *Ego a Patre exivi, et veni in hunc mundum.*

36. Homo autem dicitur, quia natus est.

Propheta, quia futura revelavit.

Sacerdos, quia se pro nobis hostiam obtulit[39].

Pastor, quia custos.

Magister, quia ostensor.

Nazarenus[40] vero a loco.

Nazaraeus[41] a merito, id est sanctus, sive mundus, quia peccatum non fecit.

37. Siquidem et de aliis inferioribus rebus nominum species ad se trahit Christus, ut facilius intelligatur[42].

38. Dicitur autem[43] Panis, quia caro.

Vitis, quia sanguine ipsius redempti sumus.

Flos, quia electus.

Via, quia per ipsum ad Deum imus.

Ostium, quia per ipsum ad Deum[44] ingredimur[45].

Mons, quia fortis.

Petra, quia firmitas est credentium.

39. Lapis angularis, vel[46] quia[47] duos parietes[48] e diverso[49], id est[50] de circumcisione et praeputio venientes in unam fabricam Ecclesiae iungit, vel quod pacem in se angelis et hominibus facit[51].

40. Lapis offensionis, quia veniens humilis offenderunt in eum increduli homines, et factus est petra scandali, sicut dicit Apostolus[52]: *Iudaeis quidem scandalum.*

41. Fundamentum autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima[53] est, vel quia super eum catholica Ecclesia constructa est.

42. Nam Christus et Agnus[54] pro innocentia.

et Ovis propter patientiam[55].

et Aries propter principatum.

et Hoedus propter similitudinem carnis peccati.

31) *dicit* om. Z. Locus est e 1 Ep. Iohann. 2, 5. — 32) Vulg. *et* add., quod om. Gu. 1. — 33) *meum* addidi e Gu. 1. 2. Locus est Evang. Ioh. 14, 16. — 34) *idem* Ar. — 35) *causam* h. l. et postea Z. — 36) *de* pro *e* Gu. 1. 2. — 37) *dicitur* al. Locus est ap. Iesai. 9, 6. — 38) Locus est in Evang. Iohann. 16, 27. — 39) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia pro nobis hostiam se obtulit.* — Z. *quia pro nobis immolavit se hostiam.* — Gu. 2. Ar. *quia pro nobis se hostiam obtulit.* — *tulit* al. — 40) *Nazaraeus* Ar. Gu. 2. — 41) *Nazoraeus* Ar. — 42) *intelligat* al. — 43) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 44) *ad Dominum* al. — 45) *ingredimus* al. — 46) *vel* om. Z. — 47) *quia* om. Gu. 1. — 48) *per duos par.* Z. — 49) *a diverso* Gu. 2. — 50) *id est* addidi e Z. Gu. 1. 2. (*de* om.) Ar. va. — 51) *qui et pacem inter angelos et homines facit* Gu. 2. — *fecit* va. — 52) Locus est in 1 Ep. ad Corinth. 1, 23. — 53) *firma* Gu. 2. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sed et Chr. agnus.* — Z. Gu. 2. pr. va. Ar. *Nam et Chr. agnus.* Sic usque ad *Aquila: et* singulis nominibus praeponitur ab omnibus codd. et editt. pr. va. — 55) *pro patientia* al.

43. et Vitulus propter quod[1] pro nobis est immolatus[2].
et Leo pro regno et fortitudine.
et Serpens pro morte et sapientia.
Item et[3] Vermis, quia resurrexit[4].

44. Aquila, propter[5] quod post resurrectionem[6] ad astra remeavit. Nec mirum[7] si vilibus talibus[8] significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum passionum, seu carnis contumelias descendisse[9] cognoscitur.

45. Qui dum[10] sit Dei Patris coaeternus[11] ante secula Filius, postquam venit plenitudo temporis, propter salutem nostram formam[12] servi accepit, et[13] factus est Filius Dei[14] hominis filius[15].

46. Inde quaedam de illo in scripturis[16] secundum formam Dei, quaedam secundum formam[17] servi[18] dicuntur. Quorum exempli gratia duo quaedam commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum enim formam Dei[19] de seipso[20] dicit[21]: *Ego et Pater unum sumus:* secundum formam servi: *Quoniam Pater maior me est.*

47. Homines autem minus intelligentes, quid et[22] pro quo dicatur, ea quae dicta sunt propter formam servi[23], volunt transferre ad formam Dei; rursum quae ad formam Dei, ad formam servi[24], ut ad se invicem personae[25] referantur, volunt nomina esse naturae atque substantiae, et faciunt errorem in fide.

48. Sic[26] autem Dei filio[27] coniuncta est humana natura[28], ut ex duabus substantiis fieret una persona. Solus igitur[29] homo pertulit crucem, sed propter unitatem personae et Deus dicitur pertulisse.

49. Hinc est quod scribitur[30]: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.* Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate humanitatis; non ex suae naturae permansione, sed ex nostra susceptione[31].

CAP. III. *De Spiritu sancto.*

1. Spiritus sanctus ideo praedicatur Deus, quia ex Patre Filioque procedit, et substantiam eorum[32] habet. Neque enim aliud de Patre procedere potuit, quam quod ipse est Pater.

2. Spiritus[33] autem dictus secundum id[34], quod ad[35] aliquid refertur spirans et spirans[36] utique spiritu[37] inspirans est, et ex eo appellatus spiritus[38] est. Proprio autem quodam modo[39]

1) Sic Gu. 1. — *pro eo quod* vulg. — *pro* om. Z. — 2) *immolatur* Gu. 2. — *est* om. va. — 3) Sic Gu. 1. — *Idem et* Gu. 2. pr. va. Ar. — *Ideo et Z.* Neutrum horum vulg. — 4) *surrexit* Gu. 1. — 5) *propter* om. al. Gu. 2. — 6) *suam* add. al. — 7) *nimirum* al. — 8) *talibus* addidi e Gu. 1. — 9) *descendere* al. — 10) Sic Gu. 1. al. — *cum* vulg. — 11) Sic Z. Gu. 1. — *coaeternus Dei Patris* vulg. — Gu. 2. om. vv. *qui* usque ad *salut. nostr.* — *filius Dei Z.* — 12) *qui cum in formu dei esset, formam etc.* Gu. 2. — 13) *accipiens, factus est* etc. al. — 14) Vv. *filius Dei* om. Z. Gu. 2. Ar. — 15) *filius hominis* Z. pr. va. — 16) Vulg. add. *sanctis*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 17) Vv. *quaedam secundum form.* om. Z. — 18) *hominis* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. — *Sec. form. enim Dei Z.* — *enim* om. vulg. — 20) *de ipso* al. — 21) Sic Gu. 1. al. — *dixit* vulg. Locus est in Evang. Ioh. c. 10, 30. Alter locus est c. 14, 28. — 22) *et* addidi e Gu. 1. — *quod pro quo* Z. — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *quae propter form. servi dicta sunt.* — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *et rursus ea, quae dicta sunt, ut ad* etc. — *quae secundum formam dei et rursus ea dicta sunt* pr. — 25) *personae* om. Z. — 26) *Sicut* Z. — 27) *filio Dei* Z. — *Dei* al. om. — 28) *coni. nat. est hum.* Z. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ergo* vulg. — 30) *Hinc scriptura* al. Locus est 1 Ep. ad Cor. 2, 8. — 31) *sed ex nostrae susceptione naturae* Gu. 2. — *sed ex nostrae susceptione* Ar. — 32) *eius* Gu. 1. al. — 33) *sanctus* add. vulg., quod om. Z. Gu. 1. Ar. — 34) *id* om. al. — 35) *ad* om. Gu. 2. — 36) *et* addidi e Gu. 1. 2. al. Ar. — *inspirans* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *quod ad aliquid refertur spiratus (spiritus?) et spirans,*

dicitur[40] Spiritus sanctus secundum quod refertur ad Patrem et Filium, quod eorum spiritus sit.

3. Nam et hoc nomen, quod spiritus dicitur, non semper[41] secundum id[42], quod refertur ad[43] aliquid, sed secundum id, quod aliquam naturam significat[44].

4. Omnis enim incorporea natura spiritus in scripturis sacris appellatur, unde[45] non tantum Patri et Filio et Spiritui sancto, sed omni rationabili[46] creaturae et animae hoc vocabulum congruit.

5. Ideo igitur Spiritus Dei sanctus vocatur, quia Patris et Filii sanctitas est. Nam cum sit et Pater spiritus et Filius spiritus, et Pater[47] sanctus et Filius sanctus, proprie tamen ipse[48] vocatur Spiritus[49] sanctus, tanquam sanctitas coessentialis[50] et consubstantialis[51] amborum.

6. Spiritus sanctus ideo non dicitur genitus[52], ne duo in Trinitate Filii suspicentur[53]. Ideo non praedicatur ingenitus, ne duo Patres in ipsa Trinitate credantur.

7. Procedens autem dicitur testimonio Domini dicentis: *Multa adhuc habeo, quae vobis loquar, sed non potestis illa modo*[54] *audire. Veniet autem Spiritus veritatis, qui a Patre procedit et de meo accipiet: ille vobis indicabit*[55] *omnia.* Hic enim[56] non solum natura procedit, sed semper ad peragenda Trinitatis[57] opera indesinenter[58] procedit.

8. Hoc autem interest inter nascentem Filium et procedentem Spiritum sanctum, quod filius ex uno nascitur, Spiritus sanctus ex utroque procedit, et ideo dicit Apostolus: *Qui autem spiritum Christi*[59] *non habet, hic non est eius.*

9. Spiritus sanctus ex opere etiam[60] angelus[61] intelligitur. Dictum est enim[62] de illo: *Et quae ventura sunt annuntiabit vobis:* et utique angelus Graece, Latine nuntius interpretatur. Unde[63] duo angeli apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur, quos[64] intelligimus Filium et Spiritum sanctum, nam Pater nunquam legitur missus.

10. Spiritus sanctus, quod[65] dicitur paracletus, a consolatione dicitur: παράκλησις enim Graece, Latine consolatio dicitur[66]. Christus enim eum apostolis lugentibus misit, postquam ab eorum oculis ipse in coelum ascendit.

11. Consolator enim tristibus mittitur, secundum illam eiusdem Domini sententiam: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur*[67]. Ipse etiam dixit: *Tunc*[68] *lugebunt filii sponsi, cum ab eis sublatus fuerit*[69] *sponsus.*

12. Item paracletus pro eo[70], quod consolationem animabus praestet[71], quae gaudium

ut etc. al. — *refertur spirans utique* al. — 37) *in spiritu* Gu. 2. — *spiritu sancto* Z. — 38) *spiritus* om. Z. — 39) Sic Gu. 1. — *modo quodam* vulg. — 40) *dicitur* addidi e Z. Gu. 1. va. Ar. — 41) *semper* om. Gu. 1. al. — 42) *id* om. Gu. 2. al. — 43) *ad* om. al. Vv. *secundum id, quod ref. ad al.* om. va. — 44) Vulg. add. *intelligitur*, quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 45) *unde et* va. — 46) Sic Gu. 1. — *rationali* vulg. — 47) *et Pater* om. Gu. 1. — 48) *ipse spiritus* Gu. 2. — 49) *Spiritus* om. va. — 50) *coaeternalis* Z. — 51) *substantialis* Z. — 52) *dicitur non genitus* Z. — 53) Vv. *ne duo in Trin. filii suspic.* om. Z. — 54) *modo illa* Gu. 2. — 55) *indicat* Z. Locus est in Ev. Ioh. 16, 12. 13. — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hic autem.* — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. — *opera Trinit.* Ar. — *divinitatis opera* vulg. — *divinitati op.* edit. Goth. — 58) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — *indeficienter* vulg. — 59) *Dei* Gu. 1. Locus est ex Ep. ad Rom. 8, 9. — 60) *et* Z. — 61) *et angelus* Gu. 2. va. — *angelis* Z. — 62) *autem* Gu. 2. Locus est ex Evang. Ioh. 16, 13. — 63) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. pr. — 64) Sic Gu. 1. 2. va. — *quod* vulg. — 65) *qui* Gu. 2. va. — 66) In cod. Tolet. vetustissimo nota est ad hunc locum: *Non naturaliter apparuerunt, sed per subiectam creaturam figurate.* — *Dicitur* pro *appellatur* Gu. 1. 2. — *interpretatur* va. — 67) Matth. 5, 4. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Tum* vulg. — 69) Sic Gu. 1. — Vulg. *ablatus ab eis* — *ablatus fuerit ab eo* va. Locus est Matth. 9, 15. — 70) *ab eo* Z. — 71) Sic Gu. 1. — Vulg. *praestet* (*praestat* Gu. 2.) *animabus.*

temporale amittunt. Alii paracletum dicunt Latine oratorem vel advocatum interpretari[1]. Ipse enim Spiritus sanctus dicit[2]: Ipse docet, per ipsum datur sermo sapientiae: ab ipso sancta[3] scriptura inspirata est.

13. Ideo Spiritus sanctus[4] septiformis nuncupatur, propter dona, quae de unitatis eius[5] plenitudine particulatim[6] quique ut digni sunt consequi promerentur. *Ipse enim spiritus sapientiae et intellectus: spiritus consilii et fortitudinis: spiritus scientiae et pietatis: spiritus timoris Domini.*

14. Spiritus autem principalis in Psalmo quinquagesimo[7] legitur, ubi quia tertio spiritus repetitur, nonnulli Trinitatem intellexerunt in Deo[8], quia scriptum est: *Deus Spiritus est*[9]. Quod enim non est corpus, et tamen est, videtur restare[10], ut spiritus sit. Nonnulli ergo intelligunt ibi[11] Trinitatem significari: in Spiritu principali Patrem: in Spiritu recto Filium: in Spiritu sancto Spiritum sanctum.

15. Spiritus sanctus ideo donum dicitur, eo quod datur. A dando enim donum est nuncupatum[12]. Notissimum est enim dominum Iesum Christum cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in coelum, dedisse Spiritum sanctum, quo credentes in ipsum[13] impleti linguis omnium gentium loquebantur.

16. In tantum enim[14] est donum Dei[15], in quantum datur eis, qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est: apud[16] nos, donum est, sed sempiternae salutis[17] Spiritus sanctus donum est, distribuens singulis, prout vult, gratiarum dona[18].

17. Nam et prophetias[19], quibus[20] vult impertit, et quibus peccata vult, dimittit[21]. Nam peccata sine Spiritu sancto non donantur[22].

18. Spiritus sanctus proprie[23] caritas nuncupatur, vel quia naturaliter eos, a quibus procedit, coniungit, et se unum cum eis esse ostendit, vel quia in nobis id agit[24], ut in Deo maneamus, et ipse in nobis.

19. Unde et in donis Dei nihil est maius[25] caritate, et nullum maius est donum Dei, quam Spiritus sanctus.

20. Ipse est[26] et gratia, quae quia non meritis nostris, sed voluntate divina gratis datur, inde gratia nuncupatur. Sicut enim[27] unicum Dei verbum proprie vocamus nomine sapientiae, cum sit universaliter et[28] Spiritus sanctus et Pater ipse[29] sapientia[30], ita et[31] Spiritus sanctus proprie[32] nuncupatur vocabulo caritatis, cum sit universaliter[33] et Pater et Filius caritas.

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *Latine . . . interpretantur.* — 2) *dicitur* Gu. 2. — 3) *sacra* Z. — 4) Sic Gu. 1. — *Spir. sanct. ideo* vulg. — 5) Sic Gu. 1. al. va. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *quae de unita eius plenit.* — *de* om. Z. — 6) Vulg. add. *recipientes*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 7) *quinquagesimo* om. Gu. 2. Locus est Psalm. 50, 12. 13. 14. — 8) Sic Gu. 1. al. — *in Deum* vulg. — *ideo* Ar. — 9) *dominus* Gu. 2. Locus est Ioh. 4, 24. — 10) *esse videtur, restat* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *Intelligunt ergo ibi nonnulli.* — 12) *nuncup. est* Z. — 13) *in ipsum* addidi e Gu. 1. — 14) *enim* pro *autem* scripsi cum Gu. 1. Utrumque om. Z. — 15) Sic Gu. 1. — *don. dei est* vulg. — 16) *cum apud* Gu. 2. — Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 17) *salutis* om. Z. pr. va. — 18) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *grat. dona, prout vult.* — 19) *tribuit* add. Gu. 2. retento *impertit*, ut est in Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. pro *impartit.* — *dispertit* pro *imp.* va. — 20) *et quibus* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *et pecc., quibus vult, dim.* — 22) *dimittuntur* Gu. 2. — 23) Vulg. *inde proprie*, sed *inde* om. Gu. 1. — 24) *agere* Z. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. — *maius est* vulg. — *est* om. va. — 26) *Ipse enim et gr.* Z. — *et* om. Gu. 2. — 27) *enim* scripsi e Gu. 1. pro *autem.* — 28) *et* om. Gu. 2. — 29) *ipsa* Gu. 1. — 30) *sapientiae* Gu. 2. — 31) *et* addidi e Gu. 1. — 32) *proprio* Gu. 2. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *cum sit Pater et Filius universaliter car.* — *et* autem prius addidi e Gu. 1. 2. — 34) *in libro* Gu. 2. Sequitur enim in Z. Gu. 1. 2. Ar. *evangelii* pro vulg. *evangeliorum.* — 35) Matth. 12, 28.

21. Spiritus sanctus Digitus Dei esse in libris[34] evangelii apertissime declaratur. Cum enim unus evangelista[35] dixisset: *In digito Dei eiicio daemonia:* alius autem[36] hoc idem[37] dixit: *In spiritu Dei eiicio daemonia.* Unde et digito Dei scripta est lex[38], data die quinquagesimo[39] ab occisione Agni, et die quinquagesimo a passione Domini[40] venit Spiritus sanctus.

22. Ideo autem digitus Dei dicitur, ut eius operatoria virtus cum Patre et Filio significetur. Unde et Paulus ait: *Haec*[41] *omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult.* Sicut[42] autem per Baptismum in Christo morimur et renascimur, ita Spiritu signamur[43], qui[44] est digitus Dei et spirituale[45] signaculum.

Spiritus sanctus idcirco in columbae specie venisse scribitur, ut natura eius per avem simplicitatis et innocentiae declaretur[46]. Unde et Dominus: *Estote*, inquit, *simplices sicut columbae*[47]. Haec autem[48] avis corporaliter felle[49] caret, habens tantum innocentiam et amorem.

23. Spiritus sanctus inde nomine ignis appellatur, pro eo[50] quod in apostolorum actibus[51] per divisionem linguarum ut ignis apparuit, qui et insedit super unumquemque eorum.

24. Propterea autem diversarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur fidelium eruditioni[52] populorum.

25. Quod vero supra singulos sedisse memoratur, id causae est, ut intelligatur per plures non fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus, sicut vere[53] ignibus[54] mos est.

26. Hanc enim habet ignis naturam[55] accensus, ut quanti ad eum[56], quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis visum suae lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, et ipse nihilominus[57] in sua[58] integritate permaneat.

27. Spiritus sanctus nomine aquae appellatur in Evangelio, Domino clamante et dicente[59]: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius.* Evangelista autem exposuit, unde diceret. Secutus enim ait: *Hoc autem*[60] *dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.*

28. Sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua, quae significat spiritum Dei. Aqua enim sacramenti visibilis est: aqua Spiritus[61] invisibilis est. Ista abluit corpus, et significat, quod[62] fit in anima. Per illum autem Spiritum sanctum ipsa anima mundatur et saginatur.

29. Spiritus sanctus ideo unctio dicitur, Ioanne testante apostolo[63], quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur Spiritus sanctus aquis. Unde et Dominus oleo exultationis, hoc est Spiritu sancto legitur fuisse[64] unctus.

— 36) *autem* addidi e Gu. 1. — 37) *identidem* al. — Vulg. sequitur *ita*, quod om. Gu. 1. 2. Locus est Luc. 11, 20. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *lex est.* Locus est Exod. 31, 18. — 39) *primo* pro hoc Z. et sic postea. Sed est numerus L. Locus est Act. Apost. 2, 2. — 40) *nostri Iesu Christi* add. Z. va. — Vv. *a passione domini* om. Gu. 1. — *die quinquag. venit spiritus sanctus a passione domini nostri iesu christi* Gu. 2. — 41) *autem* add. Z. va. Locus est e 1 ad Cor. 12, 11. — 42) Sic Gu. 1. va. Ar. — *Sic* vulg. — 43) *significamur* pr. — 44) *quod* Z. pr. va. — 45) *spiritale* va. — 46) *declararetur* Z. — 47) *prudentes sicut serpentes et simplices* etc. al. e Matth. 10, 16. — 48) Sic Gu. 1. — *enim* vulg. — 49) Vulg. *ipso felle*, sed *ipso* om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *propter hoc.* — Ar. *propter quod.* — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. — Vulg. *in actib. apost.* — 52) Sic Ar. — *eruditione* vulg. — 53) *fere* Z. — 54) *ignis* al. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *naturam habet ignis.* — Z. Gu. 2. *habet nat. ign.* — 56) *quanti ad eum* om. Z. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *nihilom. ipse.* — *ut nihilom.* va. — 58) *sua* (sic) Gu. 2. — 59) Ioh. 7, 38. 39. — 60) *enim* Gu. 1. 2. — 61) Vulg. add. *sancti*, quod om. Gu. 1. — 62) *quae fit* Gu. 1. — *quod est in anima* Gu. 2. — *De eadem trin.* h. l. add. Gu. 2. va. — 63) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *apostolo test.* vulg. — *attestante* va. — 64) *fuisse legitur* Z.

30. Sed et Iohannes apostolus Spiritum sanctum unctionem vocat dicens: *Et vos*, inquit, *unctionem quam accepistis ab eo*[1], *permaneat in vobis*, *et necesse non habetis*[2], *ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio eius docet vos de omni re.* Ipse est enim Spiritus sanctus unctio invisibilis[3].

CAP. IV. *De Trinitate*[4].

1. Trinitas appellata[5], quod fiat totum unum[6] ex quibusdam tribus, quasi Triunitas, ut memoria, intelligentia et[7] voluntas, in quibus mens habet[8] in se quandam imaginem divinae Trinitatis. Nam dum tria sint, unum sunt, quia et[9] singula in se manent, et omnia in omnibus.

2. Pater igitur et Filius et[10] Spiritus sanctus Trinitas[11] et unitas est[12]. Idem enim unum, idem et tria. In natura unum, in personis[13] tria. Unum propter maiestatis communionem, tria propter personarum proprietatem.

3. Nam alius pater, alius filius, alius Spiritus sanctus: sed alius quidem non aliud, quia pariter simplex, pariterque incommutabile bonum et coaeternum.

4. Pater solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus. Filius solus de patre natus est[14], ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de patre et filio procedit, ideo solus amborum appellatur[15] spiritus.

5. In hac Trinitate alia appellativa nomina, alia sunt propria[16]. Propria[17] sunt essentialia, ut Dominus, Deus[18], omnipotens, immutabilis[19], immortalis. Et inde propria, quia ipsam[20] substantiam significant, qua[21] unum sunt[22].

6. Appellativa vero pater et filius et Spiritus sanctus, ingenitus et genitus et procedens. Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum enim Deus dicitur[23], essentia est, quia ad seipsum dicitur. Cum vero dicitur pater et filius et[24] Spiritus sanctus, relative[25] dicuntur, quia ad se invicem referuntur.

7. Nam pater non ad seipsum, sed ad filium relative dicitur, quia est filius[26]: sic et filius relative dicitur, quia est ei pater: sic Spiritus[27] sanctus, quia est patris filiique spiritus.

8. His enim appellationibus hoc significatur, quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia, qua unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum nominibus est, deitas non triplicatur, sed in singularitate est, quia si triplicatur, deorum dicimus[28] pluralitatem.

9. Nomen autem deorum in angelis et sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur, propter quod non sint merito aequales.

1) *a Deo* al. — 2) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *non necesse* vulg. Locus est 1 Ep. Ioh. 2, 27. — 3) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *Ipse enim . . . . unctio est invis.* — 4) Sic Gu. 1. — Vulg. *De eadem trin.* — *De sanctissima trinit.* Z. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *appellatur.* — 6) *quod totum unum fiat* Z. — 7) *et* om. Z. — 8) *habeat* Z. — 9) *et* om. va. — 10) *et* om. Z. — 11) *et Trinitas* Gu. 1. — 12) *est* add. Gu. 1. — 13) *in persona* Z. — *in personalis* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. — Vulg. *est natus.* — *est* om. Z. — 15) Sic Gu 1. — *nuncupatur* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *alia sunt app. nom. alia propr. sunt.* Prius *sunt* om. etiam Gu. 2. — 17) Vulg. *enim* add., quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. *Deus, Dominus.* — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *incommutab.* — 20) *ipsa* Z. — 21) *quia* va. — 22) *sit* Z. — 23) *dicitur Deus* Gu. 2. Ar. — 24) *et* om. Gu. 2. — 25) *relativa* Gu. 1. — 26) Vulg. *ei filius*, sed pronom. om. Gu. 1. — *ei pater* pr. — 27) *sic et spir.* Gu. 2. va. — 28) Sic Gu. 1. — *inducimus* vulg. — 29) Psalm. 82, 6. — 30) *divinationem* edit. Goth. — 31) 1 Cor. 8, 6. — 32) Marc. 12, 29. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *Deus unus est.* — 34) Sic Gu. 1. pr. Ar. — Vulg. *ut scilicet Trin. sit.* Z. — *scilicet et ut Tr. sit.* Edit. va. *scilicet ut trin.* — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *apud Graecos de Trin.* — 36) *vera* Z. — 37) Quae reliqua sunt hoc libro VII. desunt in cod. Zittav. — 38) Vulg. add. *dicuntur*, quod om. Gu. 1. 2. al. —

10. De quibus psalmus[29]: *Ego dixi dii estis.* De patre autem et filio et Spiritu sancto propter unam et aequalem divinitatem[30] non nomen deorum, sed Dei esse ostenditur, sicut ait apostolus[31]: ***Nobis tamen unus Deus***, vel sicut voce divina dicitur[32]: ***Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est Deus***[33], scilicet ut et Trinitas sit[34], et unus Dominus Deus sit.

11. Fides de Trinitate apud Graecos[35] hoc modo est: una *οὐσία*, ac si dicatur una natura, aut una essentia. Tres hypostases, quod resonat in Latinum vel tres personas, vel tres substantias.

12. Nam latinitas proprie non dicit de Deo, nisi essentiam, substantiam vero non proprie dicit, sed abusive quoniam vere[36] substantia apud Graecos persona intelligitur, non natura.

CAP. V[37]. *De angelis.*

1. Angeli Graece vocantur, Hebraice[38] malachoth[39], Latine vero nuntii interpretantur, ab eo quod Domini voluntatem populis annuntient[40].

2. Angelorum autem vocabulum[41] officii nomen est, non naturae. Semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, vocantur angeli[42].

3. Quibus ideo pictorum licentia pennas facit[43], ut celerem eorum in cuncta discursum significent[44], sicut et iuxta fabulas poetarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem scilicet. Unde et[45] scriptura dicit: *Qui ambulat*[46] *super pennas ventorum.*

4. Novem autem esse ordines[47] angelorum scripturae sacrae[48] testantur, id est angeli[49], archangeli, throni, dominationes, virtutes[50], principatus, potestates, cherubin et seraphin. Quorum officiorum vocabula cur ita dicta sint, interpretando[51] exequimur[52].

5. Angeli vocantur propter quod de coelis ad annuntiandum hominibus mittantur[53]. Angelus enim Graece, Latine nuntius dicitur.

6. Archangeli Graeca lingua[54] summi nuntii interpretantur. Qui enim parva vel minima annuntiant, angeli, qui vero[55] summa, archangeli nuncupantur. Archangeli autem[56] dicti eo, quod primatum teneant inter angelos. *Ἀρχός*[57] enim Graece, Latine princeps interpretatur[58]. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputata sunt.

7. Nam quia archangeli angelis praesunt, Zacharias propheta testatur[59] dicens: ***Et***[60] ***ecce, angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, et alius angelus egrediebatur in occursum eius, et dixit ad eum: Curre et***[61] ***loquere ad puerum istum dicens: quia***[62] ***absque muro habitabitur***[63] ***Hierusalem.***

39) Sic scripsi e vestigiis Gu. 2. pr., in quibus est *malaoth*; *maloth* Gu. 1. va. — *malooth* vulg. — Arev. *Melachim* מלכים. Sed quamquam hoc nobis unum verum videri potest, vix tamen putaverim, ita Isidorum scripsisse, quod omnes codd. et editt. in terminatione *oth* consentiant. Fortasse enim duplex fuit apud Hebraeos huius vocis terminatio pluralis, aut ipse Isidorus erravit, quod verius videtur. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *nuntient.* — al. *nunciant.* — 41) *vocabulo* Gu. 1. — *vocabula* Gu. 2. — 42) *angeli voc.* va. — 43) *faciunt* va. — 44) *significet* al. — 45) *et* addidi e Gu. 1. va. — *sacra* post *scriptura* omisi cum Gu. 1. al. — 46) *qui ambulas* pr. va. Locus est Psalm. 104, 3. — 47) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *ordines esse.* — 48) Sic Gu. 1. — *sacrae script.* vulg. — 49) *angelos, archangelos, thronos, domin.* etc. pr. va. — 50) *virtutes* est in Gu. 2. post *potestates.* — 51) *interpretatione* al. — 52) *exsequemur* Ar. — 53) Sic Gu. 1. — *mittuntur* vulg. — 54) *Latina* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. al. — *Latine* va. — 55) *annunciant* add. al. — 56) Sic Gu. 1. — *Archangeli dicti, quod* vulg. — *eo* add. etiam Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. — Vulg. *ἀρχή . . principatus.* — *archos principatus* Gu. 2. 3. — 58) *nuncupatur* al. — 59) *testatus est* al. — 60) *Et* om. edit. Goth. pr. — 61) *et* om. Gu. 1. 2. — 62) *quia* addidi e Gu. 1. Expressum est Graecorum ὅτι, pro *quod.* — 63) *habitatur* al. Locus est Zachar. 2, 3.

8. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponerent, nullo modo hoc[1], quod homini diceret angelus ab angelo cognovissent.

9. Quidam autem archangelorum privatis[2] nominibus appellantur, ut per vocabula ipsa[3] in opere suo, quid[4] valeant designetur.

10. Gabriel[5] Hebraice in linguam nostram[6] convertitur[7] Fortitudo Dei. Ubi enim[8] potentia divina, vel fortitudo Dei demonstratur[9], Gabriel mittitur.

11. Unde et eo tempore, quo erat Dominus nasciturus[10] et triumphaturus de mundo, Gabriel mittitur[11] ad Mariam, ut illum annuntiaret, qui ad debellandas[12] aerias[13] potestates humilis venire dignatus est.

12. Michael interpretatur[14], quis ut Deus? Quando enim[15] in mundo fit aliquid mirae virtutis[16], hic archangelus mittitur. Et[17] ex ipso opere nomen eius est[18], quia nemo valet facere[19], quod facere potest[20] Deus.

13. Raphael interpretatur curatio, vel medicina Dei. Ubicunque enim curandi et[21] medendi opus necessarium est, hic angelus[22] a Deo mittitur; inde et[23] medicina Dei vocatur.

14. Unde et ad Tobiam idem archangelus missus oculis eius curationem adhibuit, et caecitate detersa visum ei[24] restituit. Nominis enim[25] interpretatione[26] et angeli officium designatur[27].

15. Uriel interpretatur Ignis Dei, sicut legimus apparuisse ignem[28] in rubo. Legimus etiam[29] ignem missum desuper, et[30] implesse, quod praeceptum est.

16. Throni autem et dominationes et principatus et potestates et[31] virtutes, quibus universam caelestem societatem Apostolus complectitur, ordines[32] angelorum et dignitates intelliguntur, et pro hac ipsa distributione officiorum alii throni, alii dominationes, alii principatus, alii potestates dicuntur, pro certis dignitatibus, quibus invicem distinguuntur.

17. Virtutes quaedam angelicae[33] ministeria habere[34] perhibentur, per quos[35] signa et miracula in mundo fiunt: propter quod et virtutes dicuntur.

18. Potestates sunt, quibus virtutes adversae subiectae sunt, et inde Potestatum nomine nuncupantur, quia maligni[36] spiritus eorum[37] potestate coercentur, ne tantum[38] mundo[39] noceant, quantum cupiunt.

19. Principatus sunt hi, qui angelorum agminibus praesunt. Qui pro eo, quod subditos angelos ad explendum ministerium divinum disponunt, principatus vocabulum acceperunt. Nam alii sunt, qui administrant, alii, qui assistunt, sicut[40] per Danielem dicitur.

1) *hic hoc* Gu. 2. — 2) *sub privatis* al. — 3) *sua* va. — 4) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quod* vulg. — 5) Al. pr. va. praemittunt etymologiam *Michaelis.* — 6) *in lingua nostra* Gu. 2. Editt. pr. va. om. vv. *Hebr. in ling. nostram.* — 7) Sic Gu. 1. — *vertitur* vulg. — *interpretatur* va. — 8) *autem* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *fortitudo manifestatur* — *manifestabitur* Gu. 2. al. — 10) *dom. erat nascit.* vulg. — 11) *venit* Ar. — 12) *ad bellandas* Gu. 1. pr. — 13) Sic Gu. 1. va. — *aereas* vulg. — 14) *vertitur* al. pr. — *Michael hebraice in linguam nostram* va. — 15) *autem* Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *aliquid in mundo mirae virt. fit.* — 17) *ut* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. *est eius.* — Gu. 2. *eius intelligatur.* — 19) *facere* al. om. — 20) Sic Gu. 1. 2. al. — *praevalet* vulg. — 21) *vel* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. — *archangelus* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *et inde.* — 24) Sic Gu. 1. al. va. — *eius* vulg. Utrumque om. Gu. 2. Ar. — 25) *eius* pro *enim* Gu. 1. — 26) *interpretationem* Gu. 1. — 27) *designat* Gu. 1. — *designantur* pr. — 28) *ignem apparuisse* va. — 29) *etiam* om. Gu. 2. — 30) *et* om. Gu. 2. — 31) *et* om. Gu. 1. — 32) *ordinationes* al. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *angel. quaed.* — 34) *habere* addidi e Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — 36) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *magni* vulg. — 37) *eorum* om. Gu. 2. — 38) *tanto* Gu. 2. — 39) *modo* al. — 40) *et* add. Gu. 2. — 41) *milies* om. al. Locus est ap. Daniel.

Milia milium ministrabant ei, et decies milies[41] *centena milia assistebant ei.*

20. Dominationes sunt ii, qui etiam Virtutibus et Principatibus praeeminent, qui pro eo, quod caeteris angelorum agminibus dominantur, Dominationes vocantur.

21. Throni sunt agmina angelorum, qui Latino[42] eloquio sedes dicuntur: et vocati Throni, quia illis conditor praesidet, et per illos[43] sua iudicia[44] disponit[45].

22. Cherubin autem et ipsae[46] sublimes coelorum potestates et angelica ministeria perhibentur, qui ex Hebraeo interpretantur in linguam nostram[47] scientiae multitudo. Sunt enim[48] sublimiora[49] agmina angelorum, qui pro eo, quod vicinius positi divina scientia caeteris amplius sunt pleni[50], Cherubin, id est[51] plenitudo scientiae appellantur.

23. Ipsa sunt duo animalia illa[52] super[53] propiciatorium arcae ficta[54] ex metallo, propter significandam angelorum praesentiam, in quorum medio ostenditur Deus.

24. Seraphin[55] quoque similiter multitudo est angelorum[56], qui ex Hebraeo in Latinum ardentes, vel incendentes interpretantur. Qui idcirco ardentes vocantur, quia inter eos et Deum nulli alii[57] angeli consistunt[58]: et ideo quanto vicinius coram Deo[59] consistunt, tanto magis divini luminis claritate[60] inflammaatur.

25. Unde et ipsi velant[61] faciem et pedes sedentis in throno Dei: et idcirco caetera angelorum turba videre Dei essentiam plene non valet, quoniam Cherubin[62] eam tegit.

26. Haec igitur vocabula agminum angelorum ita sunt specialia ordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum Throni sedes Dei in quorundam[63] ordine[64] specialiter designentur, tamen per Psalmistam[65], *Qui sedes super Cherubin*, dicitur.

27. Sed ideo isti ordines angelorum privatis nominibus appellantur, quia hoc ipsum officium in proprio ordine plenius[66] acceperunt. Et cum sint omnibus communia[67], propria[68] tamen haec nomina[69] suis ordinibus deputantur.

28. Unicuique etiam[70], sicut supra dictum est[71], propria officia sunt iniuncta[72], quae promeruisse eos[73] in mundi constat exordio. Nam quia angeli et locis et hominibus praesunt, per prophetam testatur angelus dicens[74]: *Princeps regni Persarum restitit mihi.*

29. Unde apparet, nullum locum esse[75], cui angeli non praesint[76]. Praesunt enim[77] et auspiciis operum omnium.

30. Hic est ordo, vel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in caelesti vigore steterunt. Nam postquam apostatae angeli ceciderunt, hi perseverantia[78] aeternae beatitu-

7, 10. — 42) *in Latino* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *per eos.* — 44) Sic Gu. 1. — *iudicia sua* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *decernit vel disponit.* — *vel disponit* om. va. — 46) *ipsi* Ar. va. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *in ling. nostr. interpret.* — 48) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *autem* vulg. — 49) *sublimiorum* al. var. lect. ap. Goth. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *pleni sunt.* — *pleni* om. edit. Goth. — 51) Sic Gu. 1. 2. va. — *hoc est* vulg. Om. pr. — 52) *illa duo* Gu. 2. Ut nos, sic Gu. 1. — Vulg. *duo illa.* — 53) *supra* pr. — 54) *factae* Gu. 1. — 55) *Seraphim* Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. — *mult. angel. est* vulg. — 57) *alii* om. Ar. — 58) *consistunt* om. pr. — 59) *eo* Gu. 2. Ar. — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *clar. divin. lum.* — 61) *vel ante* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. al. — *Cherubim* Gu. 2. — Vulg. *Seraphin.* — 63) Vulg. add. *angelorum,* quod om. Gu. 1. — 64) *ordines* Gu. 2. al. — 65) *tamen psalmista* Gu. 2. Locus est Psalm. 80, 2. — 66) *plenius* om. edit. Gothofr. — 67) *officia omn. comm.* va. — *officia communia* Gu. 2. — 68) *proprie* Gu. 2. va. — 69) *haec et nom.* Gu. 2. va. — 70) *enim* Gu. 2. Ar. — 71) Sic Gu. 1. — *praedictum* vulg. — 72) *coniuncta* Gu. 1. — *sunt* om. va. — 73) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *eos promer.* vulg. — *meruisse eos* al. — 74) Daniel. 10, 13. — 75) Sic Gu. 1. — *esse locum* vulg. — 76) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *praesunt* vulg. — 77) *enim* om. Gu. 2. — 78) Vulg. *in persev.*, sed *in* om. Gu. 1. al. va.

dinis solidati sunt. Unde et post coeli creationem[1] in principio reperitur[2]: *Fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum coelum.*

31. Nimirum ostendens[3], quod post ruinam angelorum malorum hi, qui permanserunt, firmamentum[4] aeternae perseverantiae consecuti sunt, nullo iam lapsu aversi[5], nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore[6] et contemplatione manentes, nihil aliud dulce habent, nisi eum a quo creati sunt.

32. Quod autem duo Seraphim in Esaia[7] leguntur, figuraliter veteris et novi testamenti significationem ostendunt. Quod vero faciem et pedes[8] Domini operiunt[9], quia praeterita ante mundum, et futura post mundum scire non possumus, sed media tantum eorum testimonia[10] contemplamur.

33. Singuli senas alas habent, quia de fabrica[11] tantum mundi, quae in sex diebus facta sunt[12], esse[13] in praesenti seculo novimus. Quod clamat[14] ter sanctus[15] alter ad alterum, Trinitatis in una divinitate demonstratur[16] mysterium.

CAP. VI. *De nominibus quae quodam[17] praesagio nomen acceperunt.*

1. Plerique priorum[18] ex propriis causis originem nominum habent. Quibus ita prophetice indita sunt vocabula, ut aut futuris, aut praecedentibus causis eorum[19] conveniant.

2. In quibus tamen manente spirituali[20] sacramento, nunc tantum ad literam intellectum historiae persequimur[21]. Ubi autem etymologiae interpretationem non attingimus[22], solam ipsam etymologiam in Latinum[23] posuimus[24].

3. Quod autem unum nomen Hebraicum aliter atque aliter interpretatur, hoc secundum accentuum[25] et literarum evenit diversitatem, ut in variis significationibus nomina commutentur[26].

4. Adam, sicut beatus Hieronymus tradidit, homo sive terrenus, sive terra rubea[27] interpretatur. Ex terra enim facta est caro, et humus hominis faciendi materies[28] fuit.

5. Eva interpretatur vita sive calamitas, sive Vae vita, quia origo fuit nascendi calamitas: et Vae, quia per praevaricationem causa extitit moriendi. A cadendo enim nomen sumpsit calamitas.

6. Alii autem dicunt ob hoc[29] Evam vitam et calamitatem[30] appellatam, quia saepe mulier viro causa salutis est, saepe calamitatis et mortis origo[31], quod est Vae.

7. Cain possessio interpretatur, unde et[32] etymologiam ipsius exprimens pater eius ait:

1) *post coeli creationem* om. al. — 2) Sic Gu. 1. pr. va. — *repetitur* vulg. Locus est Genes. 1, 6. 8. — 3) *ostendentes* al. — 4) Sic Gu. 1. — *firmitatem* vulg. — 5) *eversi* Gu. 1. — *adversi* Gu. 2. — 6) *in mundi amore* al., unde Arev. coniecit *mundo amore.* — 7) Isai. 6, 2. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *Faciem vero et pedes.* — 9) Sic Gu. 1. — *Dei oper.* Gu. 2. Ar. — *operiunt Dei* vulg. — *Dei* om. al. — 10) *testimonio* Gu. 1. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *fabricam* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *facta est.* — 13) *esse* addidi e Gu. 1. — 14) Sic Gu. 1. al. — *clamant* vulg. — 15) *sanctus, sanctus, sanctus* va. — 16) Sic Gu. 1. — *demonstrant* vulg. — *Trinitas unum divinitatis monstrat* al. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *primorum* vulg., quae add. *hominum*, quod om. Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. — *eorum causis* vulg. — 20) Sic Gu. 1. Ar. — *spiritali* vulg. — *speciali* al. pr. — 21) *persequamur* Gu. 2. — *persequemur* Ar. — 22) *attigimus* edit. Gothofr. Arev. — 23) *in Latin. etymol.* Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ponimus* vulg. — 25) *accentum* va. — 26) Sic Gu. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — *convertentur* Gu. 1., quod fortasse *convertantur* significat i. e. vertantur in diversas significationes. *Computentur* vulg. — 27) *rubra* Gu. 2. pr. va. Ar. — 28) *materia* Gu. 2. — 29) Vulg. add. *etiam*, quod om. Gu. 1. va. — 30) *calamitas* Gu. 1. — al. om. *vitam et.* Ar. pr. va. *Eva vita et calamitas appellata* — *Eva* om. pr. — 31) *est* add. Gu. 1. — *origo* om. Gu. 2. va. Ar. — 32) *et* addidi e Gu. 1. — 33) Vulg. praeponit *Cain, id est* etc. quae om. Gu. 1. —

possedi[33] *hominem per Deum.* Idem et lamentatio, eo quod interfecto[34] Abel interfectus sit[35], et poenam sui sceleris dederit.

8. Abel luctus interpretatur, quo nomine praefigurabatur occidendus. Idem et vanitas, quia cito solutus est atque subtractus.

9. Seth interpretatur resurrectio, eo quod post fratris interfectionem[36] natus sit, quasi resurrectionem fratris ex mortuis[37] resuscitaret[38]. Idem et positio, quia posuit eum Deus[39] pro Abel.

10. Enos iuxta propriae linguae varietatem homo, vel vir dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit. De eo enim scriptum est: *Tunc*[40] *initium invocandi fuit*[41] *nomen Domini*, licet plerique Hebraeorum arbitrentur, quod tunc[42] primum in nomine Domini, et in[43] similitudine eius fabricata sunt[44] idola.

11. Enoch dedicatio. In ipsius enim nomine civitatem postea aedificavit Cain.

12. Cainam lamentatio, vel possessio eorum: sicut enim Cain possessio, ita derivatum[45] nomen, quod est Cainam, facit possessio eorum.

13. Matusalam[46] interpretatur mortuus est. Et est evidens etymologia[47] nominis. Quidam enim cum[48] patre translatum fuisse, et diluvium praeterisse[49] putaverunt, et[50] ob hoc signanter transfertur: mortuus est, ut ostenderetur, non vixisse eum post diluvium, sed in eodem cataclysmo fuisse defunctum. Soli enim octo homines in arca evaserunt diluvium[51].

14. Lamech percutiens. Ipse enim[52] percussit et interfecit Cain: quod etiam ipse postea perpetrasse se[53] uxoribus confitetur.

15. Noe requies interpretatur, pro eo[54], quod sub illo omnia retro opera quieverunt post[55] diluvium. Unde et pater eius vocans nomen eius[56] Noe dixit[57]: *Iste requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris.*

16. Sem dicitur nominatus, eo quod nomen ex praesagio posteritatis[58] accepit. Ex ipso enim patriarchae et[59] prophetae et apostoli et populus[60] Dei. Ex eius quoque stirpe est[61] Christus, cuius ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen eius[62] in gentibus.

17. Cham[63] calidus[64], et iste[65] ex praesagio futuri cognominatus est[66]. Posteritas enim[67] eius eam[68] terrae partem possedit, quae vicino sole calentior est. Inde[69] et Aegyptus usque hodie Aegyptorum lingua kam dicitur.

18. Iapheth latitudo. Ex eo enim populus gentium nascitur, et quia lata[70] est ex[71] gentibus multitudo credentium, ab eadem latitudine Iapheth dictus est.

34) *pro interfecto* vulg., sed *pro* om. Gu. 1. — 35) *interfectus est* Gu. 2. — 36) Vv. *post fratris interfect.* om. Gu. 2. — 37) *a mortuis* al. — 38) *suscitaret* Ar. va. — 39) *eundem pro Abel* pr. — 40) Vulg. add. *enim*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. Locus est Genes. 4, 24. — 41) Sic Gu. 1. — *fuit invocandi* (*vocandi* al.) vulg. — 42) *tunc* om. Gu. 2. — 43) *in* addidi e Gu. 1. al. — 44) *sint* Gu. 2. — 45) *derivativum* Gu. 2. al. pr. va. — 46) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *Matusalem.* — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *Evidens est etym.* Gu. 2. *Est evid.* — *est* om. pr. va. Ar. — 48) *eum cum patre* Gu. 2. pr. va. Ar. — 49) *praeteriisse.* Edit. Goth. Ar. — *pertransisse* al. — 50) Sic puto cod. Gu. 1. lectionem *sed* mutandam. Vulg. om. — 51) *diluvium evaserunt* Gu. 2. Ar. — 52) *autem* Gu. 1. — *Iste enim* Gu. 2. Ar. — 53) *se* addidi e Gu. 1. — 54) *eo* om. Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. ed. Goth. Vulg. *per.* — 56) *eius* om. va. — 57) Genes. 5, 29. — 58) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *poster. praesag.* — 59) *et* om. Gu. 2. — Al. om. *et proph.* — 60) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *populi* vulg. — 61) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. Al. add. post *Christus*: *secundum carnem.* — 62) *eius* addidi e Gu. 1. al. — 63) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Kam* vulg. — 64) *callidus* al. — 65) Sic Gu. 1. — *et ipse* Gu. 2. va. Ar. — *quia ipse* vulg. — 66) *est* om. Gu. 2. va. — 67) *enim* om. Gu. 2. — 68) *chain* Gu. 1. — 69) Sic Gu. 1. — *Unde* vulg. — 70) *nata* Gu. 1. — 71) *e* Gu. 2.

19. Canaan[1] filius cham[2], interpretatur motus eorum. Quod quid est aliud, nisi opus eorum? Pro motu enim patris, id est pro opere eius maledictus est.

20. Arfaxat sanans depopulationem.

21. Chus Hebraice aethiops interpretatur; a posteritate sui generis nomen sortitus est[3]. Ab ipso enim sunt geniti[4] Aethiopes.

22. Nembroth[5] interpretatur tyrannus. Iste[6] enim prior arripuit insuetam in populis[7] tyrannidem, et ipse aggressus est adversus Deum impietatis aedificare turrem[8].

23. Heber transitus. Etymologia[9] eius mystica est, quod ab eius iam[10] stirpe transiret Dominus[11], nec[12] perseveraret in eis, translata in gentibus gratia. Ex ipso sunt enim[13] exorti Hebraei.

24. Phaleg[14] divisio, cui pater[15] propterea tale nomen[16] imposuit, quia tunc natus est, quando per linguas terra divisa est.

Thara exploratio ascensionis.

25. Melchisedech rex iustus. Rex, quia ipse[17] postea imperavit[18] Salem. Iustus pro eo, quod[19] discernens sacramenta legis et Evangelii, non pecudum victimas, sed oblationem panis et calicis in sacrificium obtulit.

26. Loth declinans. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinavit.

27. Moab ex patre, et[20] totum nominis[21] etymologiam habet. Concepit enim eum primogenita filia de patre.

28. Ammon[22], cuius causa nomen redditur filius populi mei, sic derivatur[23], ut ex parte sensus nominis, ex parte ipse sit sermo. Ammi enim, a quo dicti sunt Ammonitae[24], vocatur populus meus.

29. Sarai interpretatur princeps mea, eo quod esset unius tantummodo domus materfamilias[25]. Postea causa nominis immutata[26] ablata[27] de fine i[28] litera dicitur Sara, id est princeps. Omnium quippe gentium futura princeps erat, sicut et Dominus pollicitus fuerat ad[29] Abraham: *Dabo tibi ex Sara filium, et benedicam ei, et erit in gentes*[30], *sed et reges populorum erunt ex eo*[31].

30. Agar advena, vel conversa. Fuit enim complexui Abrahae advena causa generandi data, quae post contemptum, angelo increpante, conversa est ad Saram[32].

1) Sic Gu. 1. 2. Ar. *Kanaan* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. Ar. *kam* vulg. — 3) *est* addidi e Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. — Vulg. *propagati.* — Ar. var. lect. ap. Goth. *progeniti.* Gu. 2. *progeniti sunt.* — 5) *Nemroth* Gu. 1. 2. va. *Nembrod* Ar. — 6) *Ipse* va. — 7) Sic Gu. 1. — *in populos* vulg. — *in populo* va. — 8) *turrim* Gu. 2. va. — 9) *vero* add. va. — 10) *iam* addidi e Gu. 1. *ab eius ira pertransiit Deus* Gu. 2. — 11) *Deus* Gu. 2. pr. va. Ar. — 12) *ne* Gu. 1. 2. — 13) Sic Gu. 1. Vulg. *enim sunt.* — 14) *Falech* Gu. 1. 2. — 15) *pater* om. Gu. 1. — 16) *nominis* Gu. 1. — 17) *ipse* al. om. — 18) *imper. postea* Gu. 2. — 19) *quia* Gu. 2. — 20) *et* om. Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *nomen* vulg. — 22) *Ammi* ed. Goth. — 23) *derivatum* Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Ammanitae* vulg. — 25) *mater* Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. 2. var. lect. ap. Goth. — *immutati* vulg. — 27) *est* add. Gu. 1. — 28) *i* addidi e Gu. 2. pr. va. Ar. — *una* Gu. 1. — 29) *ad* addidi e Gu. 1. 2. al. — 30) *in gentem* Gu. 2. — 31) *ex ea* Gu. 2. Locus est Genes. 17, 16. — 32) Vv. *complexui Abrahae* (*abrae* Gu. 1.) *advena causa generandi data, quae post contemptum, angelo* (*ab ang.* va.) *increpante*, (*increpare* Gu. 1.) *conversa est* (*est* om. Gu. 1.) *ad Saram* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. fuit enim *Aegyptia*, sed *Aegyptia* om. Gu. 1. 2. va. al. — 33) vulg. add. *interpretatur*, quod om. Gu. 1.

31. Cethura thymiama[33].

32. Ismahel interpretatur auditio Dei[34]: sic enim scriptum est[35]: *Et vocavit nomen eius Ismahel, quia exaudivit eum Deus.*

33. Esau trinomius est, et ex propriis causis[36] varie nuncupatur[37]. Dicitur[38] Esau, id est rufus ob coctionem scilicet[39] rufae lentis ita appellatus, cuius edulio primogenita perdidit. Edom autem ob ruborem corporis dictus est, quod Latine sanguineus dicitur. Seir vero, quod fuerit hispidus et pilosus: quando enim natus est, totus sicut pellis pilosus erat.

34. Atque ideo[40] tribus nominibus appellatur: Esau, id est rufus: Edom, id est sanguineus: Seir, id est pilosus, quia non habuit lenitatem.

35. Rebecca id est[41] patientia, sive quae[42] multum accepit[43].

36. Lia id est laboriosa[44] utique generando. Plurimos enim dolores, quam Rachel fecunditate pariendi experta est.

37. Rachel interpretatur ovis[45], pro ea enim Iacob pavit oves Laban.

38. Zelpha os hians[46].

Bala inveterata.

Dina transfertur in causam. Iurgii enim in Sichimis causa extitit.

39. Thamar amaritudo pro viris mortuis. Eadem et commutans[47]. Mutavit enim se in habitum[48] meretricis, quando cum socero suo[49] concubuit.

40. Phares divisio eo[50] quod diviserit membranulam[51] secundarum[52] divisoris[53]. Id est[54] Phares sortitus est nomen. Unde et Pharisaei, qui se quasi iustos a populo separabant, divisi appellabantur.

41. Zara frater eius, in cuius manu erat coccinum[55], interpretatur oriens, quia[56] primus apparuit, sive quod plurimi iusti ex eo nati sunt[57], ut in libro Paralipomenon continetur, Zara, id est oriens, appellatus est[58].

42. Iob in Latinum vertitur dolens, et recte: dolens[59], propter percussionem carnis et passiones dolorum. Calamitatem enim suam[60] nominis etymologia praefiguravit.

43. Pharao nomen est non hominis, sed honoris[61], sicut et[62] apud nos Augusti reges appellantur[63], cum propriis nominibus censeantur. Exprimitur autem in Latinum Pharao denegans[64] eum, utique Deum, sive dissipator eius. Populi enim Dei afflictor fuit[65].

44. Iamnes[66] marinus[67], sive ubi est signum[68]. Cessit[69] et defecit signum eius coram signis Moysi, unde et[70] dixerunt Magi: *Hic digitus Dei est.*

2. Ar. — 34) *auditio dei interpretatur* va. — 35) Genes. 16, 11. — 36) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. *causa* vulg. — 37) *nuncupatus* Gu. 2. — 38) Vulg. add. *enim*, quod om. Gu. 1. — 39) *scilicet* addidi e Gu. 1. 2. va. pr. al. — 40) *idem* Gu. 2. pr. va. al. — *idem in tribus nomin.* Gu. 2. — 41) *id est* addidi e Gu. 1. — 42) *quia* Gu. 2. — 43) *acceperit* Gu. 2. Ar. va. — — 44) *id est* addidi e Gu. 1. — 45) *dei* add. Gu. 1. — 46) *sitiens* Gu. 1. *oriens* pro *os hians* al. — 47) *commota* al. — 48) *in habitu* Gu. 2. — 49) *suo* om. Gu. 2. — 50) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 51) *membranula* va. — 52) *secundinarum* Ar. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *divisores* vulg. — *diversoris* edit. Goth. *divisionis* al. Ar. — 54) Sic al. Ar. Vulg. *inde et* — al. *inde* om. *et*. — 55) *coccinium* va. — 56) Vulg. *sive quia*, sed *sive* om. Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. Vulg. *ex eo iusti nati sunt*. — 58) *est* om. Gu. 2. — 59) *dolens* addidi e Gu. 1. al. — 60) Sic Gu. 1. *Calamitates . . . suas* vulg. — 61) *nomen est dignitatis* al. — 62) *sicut enim* al. *sic enim et* Ar. — 63) Sic Gu. 1. Vulg. *app. reges*. — 64) *denudans* Ar. ex Hieron. in nomin. ex Act. et in Ep. ad Hebr. — 65) Sic Gu. 1. Vulg. *fuit afflictor*. — 66) *Iannes* Ar. — 67) *marianus* Gu. 1. — 68) Vulg. add. *eius*, quod om. Gu. 1. 2. — 69) *enim* add. Gu. 2. al. va. — 70) *et* om. Gu. 2. Locus est Exod. 8, 19.

45. Mambres, mare pelliceum [1], sive mare in capite.

46. Denique [2] Moyses interpretatur sumptus ex aqua. Invenit enim [3] eum ad ripam fluminis expositum filia Pharaonis, quem colligens adoptavit filium [4] sibi, vocavitque nomen eius Moysen [5], eo quod de aqua sumpsisset eum.

47. Aaron mons fortitudinis interpretatur, propter quod thuribulum accipiens in medio superstitum et [6] interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis quasi quidam mons fortis exclusit.

48. Eleazar Dei adiutorium.

Balac praecipitans, sive devorans.

Balaam vanus populus.

49. Phinees ori parcens. Transfixit enim pugione Zambri cum scorto Madianitide, et Domini furorem placavit, ut parceret.

50. Zambri iste [7] lacessens [8] vel amaricans. Proprie enim nomen [9] ab [10] amaritudine figuratum [11], quod peccando amaricavit [12] populum Dei [13].

51. Raab latitudo, vel fames, sive impetus.

Iosue interpretatur salvator. Ipse enim in figura [14] Christi populum a deserto [15] salvavit, et in terram repromissionis induxit [16].

52. Caleph [17] quasi cor, aut canis [18].

Othoniel [19] tempus eius Deus [20], vel responsio Dei.

Aoth [21] gloriosus.

Barach fulgurans [22].

53. Debbora [23] apis [24] vel loquax. Apis [25], quia fuit ad bellum promptissima, dimicans adversus Sisaram, quo perempto cecinit canticum: inde loquax.

Iahel ascensio.

54. Gedeon experimentum iniquitatis eorum [26]. Frequentibus enim documentis eorum [27] informatus est, ut [28] quasi praesagio contra hostes futuram victoriam expediret [29], ex quo futuro experimento etymologiam nominis sumpsit.

55. Abimelech [30] pater meus Rex.

Tola vermiculum [31], vel coccinum.

Iair illuminans.

Iephte aperiens, vel apertus.

Esebon cogitatio, sive vinculum meroris.

Abdo servus eius.

1) *pellicium* va. — *pelliciorum* al. — 2) *Denique* om. Gu. 2. Ar. — 3) *enim* om. Gu. 2. — 4) *filium* om. Gu. 2. — *sibi fil.* va. — 5) Sic Gu. 1. va. — vulg. *Moyses* — 6) *et* om. Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. Ar. — *stella* vulg. Om. Gu. 2. — 8) Sic Ar. — *lacescens* Gu. 1. 2. — *lacessiens* vulg. — 9) Vulg. *est nomen*, sed *est* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 10) *ab* om. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. 2. var. lect. ap. Goth. *praefiguratum* Ar. *vocatum* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — Vulg. *amaricaverit.* — 13) *Dei* addidi e Gu. 1. — *eius* Gu. 2. va. — 14) *in figuram* al. — 15) *ab hoste* Gu. 2. — 16) *introduxit* Gu. 2. va. — 17) *Caleb* edit. Goth. Ar. — 18) *carnis* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *Gothoniel.* — 20) *Dei eius* va. — 21) *Aioth* va. — 22) *vel coruscatio* add. va. — 23) *Debora* edit. Goth. Gu. 2. — 24) *apes* Gu. 1. 2. — *avis* va. pr. — 25) *Apex* Gu. 1. — *Apes* Gu. 2. — *avis* pr. va. — 26) *eorum* om. Gu. 2. — 27) *eorum* addidi e Gu. 1. — 28) *ut* addidi e Gu. 1. e quo item *quasi* pro *quali* scripsi. — 29) *expeteret* Gu. 2. — 30) *Abimalech* Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *vermiculus.* — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *vel.* — 33) *filios* addidi e Gu. 1. — *de hostibus Israel* Gu. 2. — 34) *eorum* om. Gu. 2. Ar. — 35) *Dalia* Gu. 1. — 36) *sicula* va. — 37) *est* addidi e Gu. 1. — 38) *vel* Gu. 1.

56. Samson sol eorum sive[32] solis fortitudo. Fuit enim virtute clarus, et liberavit filios[33] Israel de hostibus eorum[34].

Dalila[35] paupercula, vel situla[36].

Booz in fortitudine, sive in quo est[37] robur.

57. Noemi, quam interpretari possumus consolatam, eo quod marito et[38] liberis peregre[39] mortuis, nurum Moabitidem in consolationem suam[40] continuit[41].

58. Ruth interpretatur festinans. Alienigena enim erat ex populo gentili, quae relicta patria sua[42] festinavit transire in terram Israel, dicens socrui suae[43]: *Quocunque perrexeris, pergam.*

59. Anna gratia eius interpretatur, quia, dum prius esset[44] sterilis natura, postea[45] Dei gratia fecundata est[46].

Eli Deus meus.

60. Ophni discalciatus[47]. Filius enim fuit Heli electus in ministerium[48] sacerdotii[49], cuius amissionem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait: *Calciati pedes in praeparationem[50] Evangelii pacis.*

61. Et propheta[51]: *Quam speciosi pedes, qui annuntiant pacem.* Iste ergo discalciatus interpretatur, ut eius nomine veteris Testamenti sacerdotium a veteri populo[52] significaretur ablatum.

62. Phinees frater Ophni, os mutum interpretatur, quo significatur sacerdotii veteris et doctrinae silentium.

Samuel nomen eius Deus.

Iessai[53] in sole[54] sacrificium, vel incensum.

63. Saul petitio interpretatur. Notum est enim, quomodo Hebraeorum populus eum sibi regem petierit, et acceperit[55] non secundum Deum, sed secundum voluntatem suam[56].

64. David fortis manu[57], utique quia fortissimus in praeliis[58] fuit. Ipse et[59] desiderabilis in stirpe scilicet sua[60], de qua[61] propheta dixerat[62]: *Veniet desideratus gentibus*[63].

65. Salomon tribus nominibus[64] fuisse perhibetur. Primum vocabulum eius Salomon dicitur, id est pacificus, eo quod in regno eius pax fuerit. Secundum nomen Idida[65], eo quod fuerit dilectus et amabilis Domini[66]. Tertium vocabulum eius Coheleth, quod Graece Ecclesiastes appellatur[67], Latine Concionator, quod ad populum loqueretur.

— 39) *peregrine* Gu. 1. Fortasse hoc verum est pro *peregre.* — 40) *in consolatione sua* Gu. 2. al. — 41) Sic Gu. 1. — *tenuit* vulg. — 42) *sua* addidi e Gu. 1. — 43) Ruth. 1, 16. — 44) Sic Gu. 1. 2. *esset* (*essent* vulg. et al.) *prius* vulg. — 45) Sic Gu. 1. al. — *postremo* vulg. — 46) *fecunda* omisso *est* al. — 47) *discalceatus* Ar. — 48) *in ministerio* Gu. 2. — 49) *sacerdotis* al. — 50) *in praeparatione* Gu. 1. 2. Locus est Ephes. 6, 15. — 51) *Iesai.* 52, 7. — 52) *testamento* al. — 53) Sic Ar. — Vulg. *Gessai.* Gu. 1. *Esse.* — 54) *insulae* Ar. — 55) Sic Gu. 1. — *accepit* vulg., quae add. *nomen*, quod om. Gu. 1. va. Ar. — 56) Sic Gu. 1. — *suam volunt.* vulg. — 57) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *manu fortis.* — *forti manu* al. — *fortissimum utique* al. — *utique* om. al. pr. va. — Vulg. sequitur *interpretatur*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 58) *in proelio* Gu. 2. — 59) *Ipse quod desid.* Gu. 1. — 60) *in stirpe sua scil.* Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. va. Ar. — *de quo* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *dixerat proph.* vulg. — *praedixerat proph.* Gu. 2. va. Ar. — 63) Vulg. *cunctis gentibus*, sed *cunctis* om. Gu. 1. Locus est Agg. 2, 8. — 64) *trinomius* Ar. — 65) *Edida* Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. — *Domino* vulg. — 67) Sic Gu. 1. — Vulg. *appell. Eccles.*

66. Ionathas[1] columbae donum.

67. Absalon patris pax per antiphrasin, eo quod bellum adversus patrem gessisset, sive quod in illo[2] bello David pacatum legitur fuisse[3] filio, adeo ut etiam magno cum dolore extinctum plangeret.

68. Roboam latitudo populi, et ipsum per antiphrasin, quod decem tribubus ab eo separatis, duae tantum ei[4] relictae sunt[5].

69. Abia pater Dominus, vel pater fuit.

Asa tollens[6], sive sustollens.

Iosaphat Dei[7] iudicium.

Ioram, qui est excelsus.

Achazias[8] apprehendens Dominum[9].

70. Athalia tempus Domini.

Ioas spirans, vel Domini[10] robur.

Amasias populum tollens.

71. Ozias fortitudo Domini.

Azarias auxilium Domini.

Ozias autem iste[11] est, qui Azarias[12] duplici nomine. Iste[13] est, qui illicitum sibi sacerdotium[14] vendicare conatus[15], lepra in fronte percussus est.

72. Ioatham est perfectus. Pulchra etymologia nominis[16]. Fecit enim rectum in conspectu Domini, et portam templi aedificavit excelsam.

73. Achaz[17] apprehendens.

Ezechias fortis Dominus.

Manasses[18] obliviosus. Per multa enim scelera et sacrilegia reliquerat et oblitus fuerat Domini, sive quod oblitus sit Deus peccatorum ipsius[19].

74. Amon fidelis vel onustus[20].

Iosias, ubi est incensum Domini: propria etymologia nominis. Iste est enim, qui simulacra combussit.

75. Ioachaz robustus[21].

Ioachim, ubi est praeparatio.

Eliachim Dei resurrectio.

Ieconias praeparatio Domini.

Sedechias iustus Domini.

1) *Ioathan* Gu. 1. — *Ionathan* Gu. 2. — 2) Sic Gu. 1. — *in ipso* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *pacatum fuisse leg.* Gu. 2. — *placatus fuisse legitur* vulg. — 4) *ei tantum* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — *sint* vulg. — 6) *dolens* Gu. 1. — 7) *Dei* pro *Domini* Gu. 1. — *Deum* al. — 8) *Ochozias* Ar. e LXX. — 9) *Deum* va. — 10) *Domini* om. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *ipse* vulg. — 12) vulg. *qui et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *Ipse* vulg. — 14) *sacerdot. sibi* va. — 15) *conatur* pr. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *Pulchram etymologiam nominis habet* vulg. — 17) *Achar* pr. — 18) *Manases* Gu. 1. — 19) Vv. *sive quod oblitus sit* (*est* Ar.) *Deus peccatorum ipsius* (*illius* Ar.) addidi e Gu. 1. Ar. Pro *Domini* Ar. *Dei.* — 20) Sic Ar. — *honestus* vulg. — *notus* Gu. 2. — 21) *Ioathan combustus* var. lect. ap. Goth. — 22) *Domini* al. add. — 23) *vel* om. va. — 24) *a* Gu. 2. pr. Ar. — 25) *iste* om. Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *meum.* — *canticum mecum vel hymnum* al. — al. *novum.* — 27) *Ambri* Gu. 1. va. var. lect. ap. Goth. *Omri* Gu. 2. Ar. — 28) *sanguine* al. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *praecipitatas* vulg. — 30)

76. Ieroboam iudicatio[22] sive causa populi, vel[23], ut quidam aiunt, divisio interpretatur, pro eo quod in[24] regno eius divisus sit populus Israel, et praecisus a regno stirpis David. Divisionis enim populi causa iste[25] extitit.

77. Zambri psalmus, vel canticum nostrum[26].

Amri[27] crispans meus.

Achab frater patris.

78. Iezabel fluxus sanguinis, vel fluens sanguinem[28]: sed melius, ubi est sterquilinium. Praecipitata[29] enim deorsum comederunt canes carnes eius[30], sicut praedixerat Helias[31], *Et erunt*, inquit, *carnes Iezabel ut*[32] *stercus super faciem terrae.*

79. Ochozias apprehendens Deum[33].

Ieu ipse est[34], vel est.

Ioatha[35] robustus.

Sella[36] umbra eius, vel petitio.

Manaem consolans[37].

Paceas[38] aperiens.

80. Nabuchodonosor prophetia[39] lagunculae[40] angustae, sive prophetans istiusmodi signum per somnium[41] scilicet futurorum, quod vidisse narratur, et Daniel interpretatus est, sive sessio[42] in agnitione[43] angustiae pro iis, qui ab eo[44] in captivitatem ducti sunt.

81. Zorobabel apud Hebraeos ex tribus integris nominibus traditur esse compositum[45]: Zo iste, ro magister, babel proprie Babylonium[46] sonat: et efficitur nomen Zorobabel, iste magister de Babylone. In Babylone enim ortus est, ubi[47] et princeps gentis Iudaeae extitit.

CAP. VII. *De patriarchis.*

1. Quorundam patriarcharum etymologiae notandae sunt, ut sciamus, quid in[48] suo vocabulo resonant[49]. Nam plerique eorum ex propriis causis[50] nomina acceperunt. Patriarcha[51] interpretatur patrum princeps. *Ἀρχός* enim Graece princeps[52] est.

2. Abram primum vocatus est pater videns populum, propter Israelitas[53] scilicet tantum. Postea appellatus est[54] Abraham, quod transfertur pater multarum gentium, quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium autem non habetur in nomine, sed subauditur, iuxta illud: *Erit*[55] *nomen tuum Abraham, quia patrem multarum gentium posui te.*

3. Sciendum autem, quod quatuor in veteri testamento absque ullo velamine nominibus suis, antequam nascerentur, vocati sunt: Ismahel, Isaac, Salomon et Iosias. Lege scripturas[56].

Sic Gu. 1. — Vulg. *carnes eius canes.* — 31) 2 Reg. 9, 36. — 32) Sic Gu. 1. — *sicut* vulg. — 33) *Dominum* Gu. 2. — 34) *est* addidi e Gu. 1. — *ipse vero est* al. — 35) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Ioathan* vulg. — 36) *Zella* Gu. 1. — *Stella* pr. — 37) *consulens* al. — 38) *Facees* Gu. 2. — 39) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *prophetiae* vulg. — 40) *langunculae* Gu. 1. — *nabunculae* Gu. 2. — *nabunculae angustae, sive sanctae, sive* etc. al. — 41) *pro somnio* al. pr. va. — 42) *cessio* al. — 43) *cognitione* al. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *in captiv. ab eo ducti sunt.* — 45) Sic Gu. 1. — *compositus* vulg. — 46) *Babylonium* Gu. 2. — 47) *ibi* Gu. 2. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quomodo suo* etc. vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *resonent* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex causa propria.* — Gu. 2. pr. Ar. *ex causis propriis.* — *ex causis* va. — 51) *Patriarchae . . . principes.* Al. *patrum principatus.* — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ἀρχή . . . principatus* vulg. — 53) *populus Israel* Gu. 2. — 54) *est* om. Ar. — *appellatur* Gu. 1. — 55) Locus est Genes. 17, 5. — 56) *in novo duo Iohannes et Iesus* add. va.

4. Isaac, ex risu nomen accepit. Riserat[1] enim pater, quando ei promissus est, admirans[2] in gaudio. Risit[3] et mater, quando per illos tres viros promissus est, dubitans in gaudio. Ex hac ergo causa nomen accepit Isaac: interpretatur enim[4] risus.

5. Iacob supplantator interpretatur, sive quod in ortu suo[5] plantam nascentis fratris apprehenderit, sive quod postea fratrem arte deceperit[6]. Unde et[7] Esau dixit: *Iuste vocatum est nomen eius Iacob, supplantavit enim[8] me ecce secundo.*

6. Israel vir videns Deum. Tunc enim hoc nomen accepit, quando tota nocte luctatus vicit in certamine angelum, et oriente lucifero benedictus est. Inde propter visionem Dei Israel appellatus est, sicut et ipse ait: *Vidi Dominum[9] et salva facta est anima mea.*

7. Rubem interpretatur visionis filius[10]. Sic enim quando eum peperit Lia, vocavit nomen eius Ruben dicens: *Vidit[11] Deus humilitatem meam.*

8. Simeon interpretatur auditio Dei[12]. Sic enim dixit Lia, quando peperit eum[13]: *Quia exaudivit me Deus.*

9. Levi additus. Dixit enim[14] Lia, quando peperit eum, non ambigens de amore viri: *Nunc mecum erit vir meus[15], quia peperi ei tres filios.*

10. Iudas[16] confessio dicitur. Quando enim eum peperit[17] Lia, laudem Domino retulit dicens: *Nunc super hunc[18] confitebor Domino*, et ob id vocatus est Iudas. A confessione itaque nomen eius dictum[19], quod gratiarum[20] est actio.

11. Isachar interpretatus est[21] merces. Ie quippe dicitur *est*, sachar *merces*[22]. Hoc autem ideo, quia mandragoris[23] filii Ruben introitum viri, qui tunc[24] Racheli debebatur, ad se emerat Lia. Unde et dum natus est, dixit Lia: *Dedit mihi[25] Dominus[26] mercedem meam.*

12. Zabulon interpretatur habitaculum. Sextum enim hunc filium Lia genuerat[27]: propterea iam secura dixit: *Habitavit[28] mecum[29] vir meus.* Unde et filius eius vocatus est habitaculum.

13. Nephtalim de conversatione[30], sive comparatione causa nominis[31] est[32]. Unde et dixit Rachel, cum peperisset eum[33] ancilla eius Bala: *Habitare me fecit Deus habitationem[34] cum sorore mea.*

14. Dan interpretatur indicium. Bala enim dum[35] eum peperisset, dixit Rachel domina eius: *Iudicavit me Dominus, et exaudiens dedit mihi filium[36].* Causam nominis expressit, ut ab eo quod indicasset[37] Dominus, filio ancillae iudicii nomen imponeret.

1) *Risit* pr. — 2) *dubitans* Gu. — *admiratus* al. — 3) *Risit* usque ad *dubit. in gaud.* om. Gu. 2. — 4) *enim* om. Gu. 2. — *ergo* va. — 5) *suo* addidi e Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *deceperit fratr. arte.* — *decepit* al. — 7) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 8) *enim* om. Gu. 2. Locus est Genes. 27, 36. — 9) *facie ad faciem* add. al. Locus est Genes. 32, 30. — 10) *sive videns filium* al. add. — 11) Vulg. *quia vidit*, sed *quia* om. Gu. 1. Genes. 29, 32. — 12) *Dei* om. Gu. 1. 2. va. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *eum pep.* Genes. 29, 33. — 14) *sic enim dixit* al. — 15) *maritus meus* al. Genes. 29, 34. — 16) *Iuda* Gu. 1. 2. al. — 17) *peperit eum* Ar. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. *hoc.* Genes. 29, 35. — 19) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — *est dict.* Gu. 2. va. Ar. — 20) Sic Gu. 1. — *est grat.* vulg. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *interpretatur.* — 22) Vv. *Ie* (*Is* Gu. 1. 2. pr. va. *Ie* Ar.) *quippe dicitur e s t* (*vir* pro *est* va.), *sachar m e r c e s* addidi e Gu. 1. pr. va. Ar. — *Ideo quippe dictus est isachar merces* Gu. 2. — 23) *mandragoras* al. — 24) *tunc* addidi e Gu. 1. — *quod Rach.* Gu 2. — 25) *mihi* addidi e Gu. 1. Genes. 30, 18. — 26) *Dominus* pro *Deus* Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *genuerat Lia.* — 23) Sic Ar. — *Habitabit* vulg. — *ac propterea* Gu. 2. — 29) *enim* Gu. 1. Locus est Genes. 30, 20. — 30) *de conversione* Ar.

15. Gad ab eventu, sive procinctu vocatus est. Quando enim Zelpha peperit eum[38], dixit domina eius Lia in fortuna, id est, quod dicitur in procinctu vel eventu.

16. Aser beatus dicitur, dum enim peperisset eum[39] Zelpha, dixit Lia: *Beata ego*[40], *et beatificant me mulieres:* et ab eo, quod beata dicitur[41], ex[42] etymologia nominis Beatum vocavit.

17. Ioseph ab eo, quod sibi mater alium addi filium optaverat[43], vocavit augmentum. Hunc Pharao Zaphanath[44] appellavit, quod Hebraice absconditorum repertorem sonat[45], pro eo quod obscura somnia revelavit, et[46] sterilitatem praedixit.

18. Tamen, quia hoc nomen ab Aegyptio[47] ponitur, ipsius linguae debet[48] habere rationem. Interpretatur ergo Zaphanath Aegyptio sermone Salvator mundi, eo quod orbem terrae ab imminente famis excidio liberaret[49].

19. Beniamin interpretatur filius dexterae[50], quod est virtutis. Dextera enim interpretatur[51] Iamin. Mater quippe eius moriens vocaverat nomen eius Benoni, id est filius doloris mei. Pater hoc mutavit, filium dexterae nominans.

20. Manasses[52] dictus ab eo, quod sit pater eius oblitus laborum suorum. Ita enim Hebraice vocatur oblivio.

21. Ephraim eo, quod auxerit eum Deus, et[53] ex hoc vocabulo in linguam nostram[54] transfertur augmentum.

CAP. VIII. *De prophetis.*

1. Quos gentilitas[55] vates appellant, hos nostri prophetas vocant, quasi praefatores[56], quia porro fantur et de futuris vera praedicunt. Qui autem a nobis prophetae, in veteri testamento videntes appellabantur, quia videbant ea, quae caeteri non videbant, et prospiciebant[57], quae in mysterio abscondita erant.

2. Hinc est, quod scriptum est in Samuele[58]: *Eamus ad videntem.* Hinc Esaias[59]: *Vidi,* inquit, *Dominum sedentem super thronum*[60] *excelsum et elevatum.* Et Ezechiel[61]: *Aperti sunt coeli et vidi visiones Dei.*

3. Quorundam autem prophetarum etymologiae nominum[62] annotandae sunt. Vocabula enim[63] eorum satis ostendunt, quid in futuris factis dictisque suis praenunciassent.

et var. lect. ap. Goth. — 31) *nomen* Gu. 2. — 32) Vulg. *eius est*, sed *eius* om. Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. nisi quod *etiam pep. eum.* Edit. va. *dum enim peperisset eum.* — Vulg. *cum eum pep.* — 34) *habitatione* Gu. 2. Locus est Genes. 30, 8. — 35) *quum* al. — 36) Genes. 30, 11. — 37) *se* add. Ar. — 38) Sic Gu. 1. — *peperit eum Zelpha* Gu. 2. Ar. — 39) *eum* om. Gu. 1. Locus est Genes. 30, 11. — 40) *ergo* pr. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *dicatur* vulg. — 42) *ex* om. al. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod sibi alium filium mater addi opt.* — *filium* om. Ar. — 44) Sic Ar. qui add. *Phaaneca.* Eadem infra. — Gu. 1. 2. pr. *Saphanet.* — 45) Sic Gu. 1. va. Ar. — Vulg. *absconditor repertorum.* — 46) *eique* Gu. 2. — 47) *Aegypto* Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *deberet* vulg. — 49) Vulg. *ipse liberaret*, sed pron. om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *liberarit* Ar. — *liberaverit* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. al. h. l. et postea. — 51) *appellatur* Gu. 2. Ar. — 52) *Manases* Gu. 2. — 53) *et* om. Gu. 2. — 54) *in lingua nostra* Gu. 2. — 55) *gentiles* . . . *appellant* al. — *appellant* exhibet etiam Gu. 1. — 56) *profatores* va. — 57) Vulg. add. *ea*, quod om. Gu. 1. — *praesciebant* al. — 58) 1 Reg. 9, 9. — 59) 1 Reg. 6, 1. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *solium* vulg. — 61) Ezech. 1, 1. — 62) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *nom. etym.* — 63) *autem* Gu. 1. — *futuro* Gu. 2.

4. Helias interpretatur Dominus Deus. Ex futuri igitur[1] praesagio sic vocatus est[2]. Nam dum altercaretur in sacrificio cum quadringentis sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini descendit ignis de coelo[3] super holocaustum. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam et ait[4]: *Dominus ipse est Deus.*

5. Ex hac igitur[5] causa tale prius nomen accepit, pro eo quod per eum postea cognoverit populus Dominum Deum. Idem et fortis Dominus[6] interpretatur, vel propter quod eosdem sacerdotes interfecit[7], vel propter quod Achab adversitatem toleravit.

6. Helisaeus Domini salus interpretatur, vocabulum autem et[8] idem ex futuri[9] praesagio suscepit[10], denique et multas virtutes fecit, et famem repellens[11] populum a morte salvavit.

7. Nathan dedit, sive dantis.

Isaias[12] interpretatur salvator Domini. Et merito. Salvatorem[13] enim universarum gentium, eiusque sacramenta amplius, quam caeteri praedicat[14].

8. Ieremias excelsus Domini, pro eo quod dictum est ei: *Constitui*[15] *te super gentes et regna.*

9. Ezechiel fortitudo Dei.

Daniel iudicium Dei, sive quia in presbyterorum iudicio sententiam divinae examinationis exhibuit, dum reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberavit, sive quod visiones[16] et somnia, quibus per sigilla[17] quaedam et[18] aenigmata monstrabantur futura[19], sagaci mente discernens aperuit. Hic et desideriorum vir appellatus est[20], quia panem[21] desiderii non comedit[22] et vinum concupiscentiae non bibit.

10. Ozee salvator aut salvans interpretatur[23]. Dum enim iram Dei in populum Israel ob crimen idololatriae[24] prophetasset, domui Iudae salutem pronunciavit[25]. Propter quod Ezechias rex Iuda, sublatis idolis, quae praecedentes reges consecraverant[26], templum Domini purgasse ac purificasse demonstratur[27].

11. Iohel Dominus Deus, sive incipiens Deo, vel fuit Dei. Hoc[28] enim eius vocabulum resonat[29], etymologia incerta.

12. Amos populus avulsus. Prophetia enim eius ad populum fuit Israel, quia[30] avulsus erat a Domino, et aureis avitulis serviebat, sive avulsus a regno stirpis David.

13. Nahum gemens[31], sive consolator. Increpat enim civitatem sanguinum, et post

1) Sic Gu. 1. pr. va. *ergo* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. (*est* om.) *vocatur* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *de coelo ignis* — 4) 1 Reg. 18, 39. — 5) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *ergo* vulg. — 6) *Domini* Ar. — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *interfecit eosdem sacerd.* — 8) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. — 9) *futuro* Gu. 2. pr. — 10) *accepit* Ar. — 11) Sic Gu. 1. *pellens* vulg. — 12) *Esaias* pr. va. — 13) Sic Gu. 1. va. Ar. — *salvator est enim* vulg. — 14) *praedicavit* Gu. 2. al. *praedicant* al. pr. — 15) *Ecce constitui te* al. Locus est Ierem. 1, 10. — 16) *Dei* add. al. — 17) Sic scripsi e vestigiis Gu. 1. in quo est *singula*, unde Arev. *sigla* suspicatur. — 18) *et* om. Gu. 1. 2. — 19) Sic Gu. 1. — Vulg. *fut. monstr.* — 20) *est* om. Gu. 2. — 21) *panes* al. — 22) Sic Gu. 1. *manducavit* vulg. — 23) *interpretatur* addidi e Gu. 1. al. — 24) *idolatriae* Gu. 1. 2. pr. va. — 25) *praenuntiavit* Ar. — 26) *consecraverunt* Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *monstratur.* — 28) *Haec* Ar. — 29) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. *resonatur* vulg. — 30) Sic Gu. 1. *quia iam* vulg. — *qui iam* edit. Goth. — 31) *gemens* Ar. e coniectura Grialii. — *germen* vulg. — 32) Sic Gu. 1. *illius* vulg. — 33) *evangelizantes* Gu. 2. omissis *et annunciantes.* — Al. *evangelizantis pacem et annunciantis bona.* Locus est Isai. 52, 7. — 34) Vulg. *quia vel ex eo*, sed *quia* om. Gu. 1. *qui vel* va. — *sive quia* Gu. 2. — 35) Sic Gu. 1. *Domini* vulg. *Domino* al. — 36) Sic Gu. 1. *vocatur* vulg. — 37) *amplexando* Gu. 1. — 38) *in certamine* Gu. 1. 2. — 39) *Deo* Gu. 2. — 40) *ingreditur* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. *Deum* vulg. — 42) πολιτεία nescio an ex Hieron. prolog. commentar. addidit Ar. At videtur ad genitivum repetendum *re-*

eversionem eius[32] consolatur Syon dicens: *Ecce super montes pedes evangelizantis et annunciantis pacem*[33].

14. Abacuc amplexans, vel[34] ex eo, quod amabilis Deo[35] fuit, vocatus[36] amplexatio[37], vel quod in certamen[38] cum Deo[39] congreditur[40], amplexantis, id est luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Dominum[41] ad disceptationem iustitiae provocare, cur in rebus humanis et mundi istius[42] tanta rerum versaretur iniquitas?

15. Micheas, quis hic, vel quis iste? Comminatur[43] enim[44] Samariae ob causam[45] simulacrorum illo modo, de quo[46] Heliu dicit[47]: *Quis est iste involvens sententias?*

16. Sophonias speculum[48], vel arcanum Domini interpretatur: utrumque ad prophetam[49] convenit. Ipse enim scit[50] mysteria Dei. Unde et Ezechieli[51] dicitur: *Speculatorem te posui*[52]. Et alibi[53]: *Non faciet Dominus quicquam, nisi revelaverit servis suis prophetis.*

17. Abdias servus Domini. Sicut enim Moyses famulus Dei[54] et Apostolus servus Christi, ita et[55] iste legatus missus ad gentes[56] videt[57] et praedicat, quae prophetali digna sunt ministerio[58] et servitute: inde servus Domini.

18. Ionas interpretatur columba, sive dolens. Columba pro gemitu, quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens autem vel propter tristitiam, quam habuit de salute Ninivitarum, vel propter ederam subito arescentem, cuius umbraculo tegebatur contra solis ardorem.

19. Ipse est et Amathi[59], Sareptanae[60] viduae filius, ut Iudaei affirmant, quem[61] resuscitavit Helias, matre postea ad eum dicente: *Nunc cognovi, quoniam*[62] *vir Dei es tu, et verbum Domini in*[63] *ore tuo verum est*[64]. Ob[65] hanc causam ipsum puerum[66] Amathi vocatum[67]. Amathi enim[68] ex Hebraeo in linguam Latinam[69] veritas dicitur, ex eo[70] quod verum Helias locutus est, ille, qui suscitatus est, filius nuncupatus est veritas[71].

20. Zacharias memoria[72] Domini. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo, Zacharia praedicante, memoratus est Dominus populi sui[73], iussuque Darii reversus est populus Dei[74], et reaedificatum[75] est et[76] urbs et templum.

21. Aggaeus in Latinum festivus et laetus resonat. Destructum enim templum aedificandum prophetat, et post luctum captivitatis regressionis laetitiam praedicat.

22. Malachias interpretatur angelus Domini, id est nuncius. Quicquid enim loquebatur, quasi a Domino essent mandata, ita credebantur, et inde ita nomen eius[77] Septuaginta transtulerunt dicentes[78]: *Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli eius.*

bus e *rebus humanis.* — 43) Vv. *Comminatur* usque ad finem articuli om. Gu. 2. — 44) *enim* om. Gu. 1. pr. va. — 45) *ob hanc causam* Gu. 1. — 46) *quo de* Ar. — 47) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *dicit* vulg. *Eliu* est dativus. Locus est Iob. 38, 2. Al. vv. *quis est iste involvens sent.* om. — *sententiam* va. — 48) *specula* Ar. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. *prophetas* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — *Ipse* — *scivit* va. — Vulg. *Ipsi ... sciunt.* — 51) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *unde ad Ezechielem* — *et ad Ezech.* va. Locus est Ezech. 3, 17. — 52) Vulg. add. *domui Israel*, quod om. Gu. 1. 2. — 53) Amos 3, 7. — 54) Sic Gu. 1. — *famulus Domini* Gu. 2. pr. Ar. — Vulg. *servus Domini.* — 55) *et* addidi e Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *ad gentes missus.* — 57) *videtur* al. — 58) *mysterio* al. — 59) *Ipse Amathi* Gu. 2. Ar. — *Ipsum puerum Amathi* al. — Al. *ipsum Amathi.* — 60) Sic Ar. Gu. 1. — *Sereptene* Gu. 2. *Sareptenae* va. Edit. pr. va. *Saraptenae* cum vulg. *Saraptenitae* edit. Goth. — 61) *quam* edit. Goth. — 62) *quia* Gu. 2. — 63) *Dei* Gu. 2. — 64) *est verum* Gu. 2. — *veritas est* al. — *veritatis est* al. Locus est 1 Reg. 17, 24. — 65) *et ob hanc* etc. va. — 66) *puerum* om. al. — 67) *vocitatum* Ar. — 68) *enim* om. Gu. 1. — 69) Sic Gu. 1. — Vulg. *Lat. ling.* — 70) Vulg. *et ex eo*, sed *et* om. Gu. 1. — 71) Sic Gu. 1. (nisi quod *et* pro est.) — Vulg. *nuncup. est veritatis.* — 72) *memor* al. — 73) *populo suo* Gu. 2. al. — *populum suum* al. — 74) *Dei populus* Gu. 2. pr. va. — 75) Sic Gu. 1. — *reaedificata* vulg. — 76) *et* om. va. — 77) *eius nomen* Gu. 2. — 78) Malach. 1, 1.

23. Esdras adiutor.

Neemias consolator a Domino. Quodam enim praesagio futuri [1] nomina ista sortiti sunt. Fuerunt enim in adiutorium et consolationem omni illi [2] populo redeunti ad patriam [3]. Nam et templum Domini iidem reaedificaverunt, et murorum [4] ac turrium [5] opus ipsi restauraverunt.

24. Ananias gratia Dei interpretatur [6]. Idem et Sidrac lingua Chaldaea, quod interpretatur decorus meus.

25. Azarias auxilium Domini [7]. Idem et Abdenago, quod interpretatur [8] Serviens taceo.

26. Misahel, quae palus Domini [9]. Ipse et Misac [10], quod interpretatur risus vel gaudium.

27. Ahia [11] frater meus.

Semeia [12] audiens Dominum.

Asaph [13] congregans.

28. Idithun [14] transiliens eos, sive saliens eos [15]. Quosdam enim inhaerentes humo, curvatos in terram [16], et ea, quae in imo [17] sunt, cogitantes, et in rebus transeuntibus [18] spem ponentes transilivit canendo iste, qui vocatur transiliens.

29. Eman accipiens, vel formido eorum.

Ethan, robustus [19].

Barachia benedictus Domini, vel benedictus Dominus [20].

Olda districtio [21], sive diverticulum.

Iudith laudans, vel confitens [22].

Hester absconsa.

30. Zacharias memoria [23] Domini, ob hoc quod [24] canit: memorari [25] testamenti sui sancti.

31. Ioannes [26] interpretatur [27] Domini gratia, eo quod sit limes [28] prophetiae, praenuntius [29] gratiae, sive initium baptismatis, per [30] quod gratiam ministrat [31].

32. Hi sunt prophetae veteris novique testamenti, quorum finis Christus est [32], cui dicitur a Patre: *Et prophetam in gentibus posui te* [33].

33. Prophetiae autem genera septem sunt [34]. Primum genus Ecstasis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus [35] vas illud summissum de coelo in stupore mentis cum variis animalibus.

34. Secundum genus est [36] visio, sicut apud Esaiam [37] dicentem: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum.* Tertium genus somnium, sicut Iacob subnixam in coelo [38] scalam

1) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *futurorum* vulg. — 2) *illius* Gu. 2. al. — al. *illius populi redeuntis.* — 3) *ad patr. suam* al. — 4) *murum* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et turr.* vulg. — 6) *interpretatur* om. Gu. 2. Ar. — 7) *Domini* om. Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *in Latinum vertitur.* — 9) Sic Arev. ex Hieron. nom. ex Daniel. — Vulg. *qui populus Domini.* — Gu. 1. 2. *quia populus Domini.* — 10) *Misaac* Gu. 1. *Misah* va. — 11) Sic Ar. *Azia* vulg. *Azaria* Gu. 1. *Azias* Gu. 2. va. — 12) *Nemeia* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. *Asap* vulg. — 14) Vulg. praecedit *Ethan robustus, sive ascensus*, quae collocantur in Gu. 1. 2. pr. va. al. post *Eman.* — *et Idithun* Gu. 2. *Idithum* Ar. — 15) *eos* om. Gu. 2. — 16) *in terra* Gu. 2. — 17) *in ima* Gu. 2. — 18) *transitoriis* Gu 2. — 19) Vulg. add. *sive ascensus* (al. *accensus*), quae om. Gu. 1. 2. pr. va. al. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *benedictus dominus vel benedictus domini.* — 21) *defructio* Gu. 1. — 22) *confidens* Gu. 1. al. — Vulg. add. *Domino*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 23) *memor* va. Quae post *Domini* sequuntur om. Gu. 2. al. — 24) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 25) Sic Ar. — Vulg. *memoriale* — Gu. 1. *memoriae* — *memorate* al. Luc. 1, 72. — 26) *baptista* add. Gu. 2. pr. va. Ar. — 27) *interpretatur* addidi e Gu. 1. — 28) *limen* Gu. 2. — 29) Vv. *praenuntius* usque ad *ministrat* om. Gu. 2. al. — 30) *per* om. va. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. *gratia ministratur.* Gu. 1. post *ministrat* add. *quorum nomina*

dormiens vidit. Quartum genus per nubem, sicut ad Moysem et ad Iob post plagam loquitur Deus.

35. Quintum genus vox de coelo, sicut ad Abraham sonuit dicens[39]: *Ne iniicias manum tuum in puerum*[40]. Et ad[41] Saulum in via: *Saule, Saule, quid me persequeris?*

36. Sextum genus accepta parabola, sicut apud Salomonem in Proverbiis, et apud Balaam, cum evocaretur a Balac. Septimum genus repletio Spiritus sancti[42], sicut pene apud omnes prophetas.

37. Alii tria genera visionum esse dixerunt[43]. Unum secundum oculos corporis, sicut vidit Abraham tres viros sub ilice Mambre, et Moyses ignem in rubo, et discipuli transfiguratum Dominum in monte, inter Moysen et Heliam et caetera huiusmodi.

38. Alterum secundum spiritum, quo imaginamur ea, quae per corpus sentimus, sicut vidit[44] Petrus discum illum submitti de coelo cum variis animalibus, et sicut Esaias[45] Deum[46] in sede altissima non corporaliter, sed spiritualiter[47] vidit.

39. Non enim Deum forma corporea circumterminat[48], sed quemadmodum figurate, non proprie multa dicuntur, ita etiam figurate[49] multa[50] monstrantur.

40. Tertium autem genus visionis est, quod neque corporeis sensibus, neque illa[51] parte animae, qua corporalium[52] imagines capiuntur, sed per intuitum mentis, quo intellecta[53] conspicitur veritas, sicut Daniel praeditus[54] mente[55] vidit, quod Balthasar corpore viderat[56], sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt, vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen haec genera Spiritus sanctus moderatur[57].

41. Habere autem prophetiam non solum bonus, sed etiam[58] malus potest. Nam invenimus[59] Saulem regem prophetasse. Persequebatur enim[60] sanctum David, et impletus Spiritu sancto[61] prophetare coepit.

CAP. IX. *De apostolis.*

1. Apostoli missi interpretantur. Hoc enim nomen eorum[62] indicat. Nam sicut Graece ἄγγελοι, Latine nuntii vocantur, ita Graece Apostoli, Latine missi appellantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per universum mundum, ita ut quidam Persas Indosque penetrarent[63] docentes[64] gentes, et facientes in nomine Christi magna et incredibilia miracula, ut attestantibus signis et prodigiis crederetur illis in iis, quae dicebant et viderant. Habent autem[65] plerique eorum ex iis causas suorum vocabulorum[66].

perscribantur. — 32) *est* addidi e Gu. 1. — 33) Ierem. 1, 5. Sequitur in Gu. 1. titulus *De generibus prophetarum.* — 34) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *sunt septem.* — 35) *Petrus vidit* Gu. 2. — 36) *est* addidi e Gu. 1. — 37) cap. 6, 1. — 38) *in coelum* al. — 39) Genes. 22, 12. — 40) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *manum tuam super* (*supra* al.) *puerum.* — 41) *apud* Gu. 1. al. pr. Locus est Actor. 9, 4. — 42) Sic Gu. 1. va. *Sancti Spir.* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *dixerunt esse.* — 44) *vidit* om. Gu. 1. — 45) *Isaias* pr. — 46) *Dominum* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *spiritaliter.* — 48) *circumterm. corp. form.* Gu. 2. — 49) *figuraliter* va. — 50) *et multa* pr. va. — 51) Sic Gu. 1. Ar. *ulla* vulg. — 52) *rerum* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 53) *intellecta, quo* Gu. 1. — 54) *hoc praeditus* Ar. — 55) *mentis* Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. — *viderat corp.* vulg. — 57) *Invenitur siquidem spiritus prophetiae in Anna sacerdote pro Christo dixisse: Expedit unum mori, quam ut tota gens pereat. Et in uxore Pilati: Multa passa sum hac nocte pro viro. Licet in alia comparetur parte, id est in diaboli astutiis, ut Christum subtraheret a mortis patibulo.* Haec add. cod. antiquissimus Tolet. — 58) *sed etiam et* Gu 2. — 59) *legimus* al. — 60) *enim* om. va. — 61) *sancto Spir.* al. pr. — 62) Sic Gu. 1. — Vulg. *eorum nomen.* — 63) *Persis Indisque praedicarent* Gu. 2. — 64) *docentesque* Gu. 1. — 65) Sic Gu. 2. Ar. — Vulg. *enim.* — 66) *vocab. suor.* Gu. 2.

2. Petrus a petra nomen accepit, hoc est a Christo, super quem fundata est[1] ecclesia. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra nomen sortitus est, sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo vocatur, ideoque iam[2] ait Dominus: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam*[3], quia dixerat Petrus: *Tu es Christus filius Dei*[4]; deinde ait[5] Dominus: *Super hanc*, inquit[6], *petram*, *quam confessus es*, *aedificabo ecclesiam meam.* Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse aedificatus est Petrus.

3. Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus apostolorum; κεφαλὴ enim Graece caput dicitur, et ipsum nomen[7] in Petro Syrum est.

4. Simon Bar-iona in linguam nostram sonat filius columbae, et est nomen Syrum pariter et Hebraeum. Bar quippe Syra lingua[8] filius, Iona Hebraice[9] columba, utroque sermone dicitur bariona[10].

5. Alii simpliciter accipiunt, quod Simon, id est Petrus filius Ioannis sit[11], iuxta illam interrogationem: *Simon Ioannis diligis me?* et volunt scriptorum[12] vitio depravatum, ut pro bar Ioanna, hoc est filius[13] Ioannis, bariona scriptum sit, una detracta syllaba. Ioanna autem interpretatur Domini gratia.

6. Et fuisse scimus[14] Petrum trinomium: Petrum, Cephan, et Simon Bariona: Simon autem Hebraice interpretatur audiens[15].

7. Saulus Hebraeo[16] sermone tentatio dicitur[17], eo quod prius in tentatione ecclesiae sit conversatus[18]. Persecutor enim erat, et ideo[19] nomen habebat[20] istud[21], quando persequebatur Christianos.

8. Postea mutato nomine de Saulo factus est Paulus, quod interpretatur mirabilis, sive electus. Mirabilis, vel[22] quia multa signa fecit, vel quia ab oriente usque[23] occasum evangelium Christi in omnibus gentibus praedicavit.

9. Electus, sicut in Actibus apostolorum[24] Spiritus sanctus dicit: *Segregate mihi Barnabam et Paulum ad opus*[25], *ad quod elegi eos.* Latino autem sermone Paulus a modico dictus, unde et ipse ait: *Ego enim*[26] *sum minimus apostolorum*[27]. Quando enim Saulus, superbus, elatus; quando Paulus, humilis, modicus[28].

10. Ideo sic loquimur: paulo post videbo te, id est post modicum. Nam quia modicus factus est[29], ipse dicit: *Ego enim*[30] *sum minimus*[31] *apostolorum.* et *Mihi minimo omnium sanctorum*[32]. Cephas[33] et Saulus ideo mutato nomine sunt vocati, ut essent etiam ipso nomine novi, sicut Abraham et Sara.

11. Andreas frater Petri carne, et cohaeres gratiae. Secundum Hebraeam etymologiam interpretatur decorus, sive respondens, sermone autem Graeco a viro virilis appellatur.

1) *est fundata* Gu. 2. — 2) *iam* addidi e Gu. 1. Locus est Matth. 16, 18. — 3) Verba: *aedificabo ecclesiam meam* addidi e Gu. 1. 2. va. — Vulg. *et cetera.* — 4) Vulg. add. *vivi*, quod om. Gu. 1. — 5) Sic Gu. 1. pro vulg. *ei.* — 6) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. post *aedificabo.* — 7) *nomen est in Petro Syrum* va. — 8) *in Syra lingua* al. — 9) *Hebraice* om. Ar. — 10) *bariona* om. Ar. ita ut *iona* et Syrum et Hebraeum esse dicat. — 11) Sic Gu. 1. *sit Ioan.* vulg. Locus est Ioh. 21, 6. — 12) *scripturarum* Gu. 2. — 13) *filio* Gu. 2. al. — 14) Sic Gu. 1. *constat* vulg. Neutrum horum Gu. 2. al. — 15) Sic Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *obediens.* — 16) Sic Gu. 1. 2. al. *Hebraico* vulg. — 17) Sic Gu. 1. *dictus* vulg. — 18) Sic Gu. 1. *versatus* vulg. — 19) Sic Gu. 1. omisso *et* — *inde* omisso *et* Gu. 2. pr. va. *et inde* vulg. — 20) *habet* Gu. 1. — 21) *illud* al. — 22) *vel* om. va. — 23) vulg. add. *ad*, quod om. Gu. 1. — 24) cap. 13, 2. — 25) *ad opus* om. edit. Goth. *ad opus quod* Gu. 1. — 26) *enim* addidi e Gu. 1. *autem* Gu. 2. Locus est 1 Cor. 15, 9. — 27) Vulg. add. *omnium*, quod om. Gu. 1. *omnium apost.* Gu. 2. — 28) Vulg. *et modicus*, *et* om. Gu. 1. 2. va. — 29) *modicus est* Ar. *modicus factus* omisso *est* edit. Goth. — 30) *enim* om. va. — 31) Sic Gu. 1. 2.

12. Ioannes quodam[34] vaticinio ex merito nomen[35] accepit. Interpretatur enim, In quo est gratia, vel Domini gratia. Amplius enim eum caeteris Apostolis dilexit Iesus.

13. Iacobus[36] Zebedaei a patre cognominatur, quem relinquens cum Ioanne verum patrem secuti sunt. Hi sunt filii tonitrui, qui etiam Boanerges ex firmitate et magnitudine fidei nominati sunt. Hic est Iacobus filius Zebedaei, frater Ioannis, qui post ascensionem[37] Domini ab Herode est occisus[38].

14. Iacobus Alphaei ob distinctionem prioris cognominatur[39], qui dicitur filius Zebedaei[40], sicut iste filius Alphaei. Cognomentum igitur ambo a patre sumpserunt.

15. Iste est Iacobus minor, qui in Evangelio nuncupatur[41], frater Domini, quia Maria uxor Alphaei soror fuit matris Domini, quam Mariam Cleophe Ioannes evangelista cognominat[42], a patre, sive a[43] gentilitate familiae, aut qualicunque[44] alia causa ei nomen imponens. Alphaeus autem Hebraeo[45] sermone in Latinum exprimitur[46] millesimus, sive doctus.

16. Philippus os lampadarum, vel os manuum.

Thomas abyssus, vel geminus, unde et[47] Graece Didymus appellatur.

Bartholomeus filius suspendentis aquas, vel filius suspendentis me. Syrum est, non Hebraeum.

17. Matthaeus in Hebraeo donatus exprimitur. Idem et appellatus Levi ex tribu, a[48] qua ortus fuit. In Latino autem ex opere nomen publicani[49] accepit, quia ex publicanis[50] fuit electus, et in apostolatum[51] translatus[52].

18. Simon Cananeus ad distinctionem Simonis Petri, de vico Galileae Cana, ubi aquas Dominus mutavit in vinum. Ipse est, qui in alio evangelista[53] scribitur Zelotes[54]. Cana quippe interpretatur zelus[55].

19. Iudas Iacobi, qui alibi vocatur[56] Lebbeus, figuratum nomen habet a corde, quod nos diminutive corculum possumus appellare. Ipse in alio evangelista Thaddaeus scribitur[57], quem ecclesiastica tradit historia missum ad[58] Edessam ad Abgarum regem.

20. Iudas Iscariotes a vico[59], in quo ortus est, vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit, quodam praesagio futuri in condemnationem sui. Isachar enim interpretatur merces, ut significaretur pretium proditoris, quo vendidit Dominum sicut scriptum est: *Et acceperunt*[60] *mercedem meam, triginta argenteos, quo appreciatus sum ab eis*[61].

21. Matthias, qui inter Apostolos solus sine cognomine habetur[62], interpretatur donatus, ut subaudiatur pro Iuda. Ipse[63] enim in locum[64] eius electus est ab Apostolis, cum pro duobus sors mitteretur.

22. Marcus excelsus mandato, utique propter Evangelium altissimi, quod praedicavit.

va. *novissimus* vulg. — 32) *data est gratia* add. al. Locus est Ephes. 3, 8. — 33) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 34) *quidem* Gu. 2. — 35) Sic Gu. 1. Ar. *nomine* vulg. — 36) *Iacobi* Gu. 1. — 37) *passionem* al. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *manifestatur occisus.* — 39) Sic Gu. 1. *cognominatus* vulg. — 40) *Zebed. fil.* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg. *frater Dom. nominatur.* — 42) *commemorat* Gu. 2. — 43) *a* om. Gu. 2. — 44) Sic Gu. 1. *quacunque* vulg. — 45) *Hebraeorum* edit. Goth. — 46) Sic Gu. 1. 2. va. *exponitur* vulg. — 47) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 48) *a* om. Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. — Vulg. *public. nom.* — *publicanus* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *ex eis* vulg. — 51) *apostolum* Gu. 1. — 52) *translatum* Gu. 1. — 53) *evangelio* al. *in evangelio alio* va. — 54) *Taddeus* Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *zelus interpr.* — *zelum* Gu. 2. — 56) *appellatur* Ar. — 57) *scribitur Taddaeus* Gu. 2. — 58) *ad* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 59) Vulg. *vel a vico*, sed *vel* om. Gu. 1. — 60) *et appenderent* va. — 61) Vv. *quo appreciatus sum ab eis* addidi e Gu. 1. Ar. *pretium, quod appr. sum ab eis* Gu. 2. pr. va. Locus est Matth. 27, 9. — 62) Sic Gu. 1. — Vulg. *sine cogn. solus.* — 63) *Iste* Gu. 2. — 64) *in loco* Gu. 2.

23. Lucas ipse est[1] consurgens, sive ipse[2] elevans, eo[3] quod elevaverit praedicationem Evangelii[4] post alios.

24. Barnabas filius prophetae vel filius consolationis[5].

CAP. X. *De reliquis in Evangelio nominibus.*

1. Maria illuminatrix, sive stella maris. Genuit enim lumen mundi. Sermone autem Syro Maria domina nuncupatur, et pulchre: quia Dominum genuit.

2. Elisabeth Dei mei saturitas, vel Dei[6] mei iuramentum.

3. Magdalena[7] turris. Martha irritans, vel[8] provocans. Sermone autem Syro interpretatur dominans.

4. Nathanael donum Dei, quia dolus, id est[9] simulatio dono Dei in eo non fuit.

5. Zebedaeus donatus[10], sive fluens iste.

Zacheus iustus, sive iustificatus, sive[11] iustificandus. Syrum est nomen, non Hebraeum.

6. Lazarus adiutus, eo[12] quod sit a morte resuscitatus.

Herodes pelliceus, gloriosus[13].

7. Cayphas investigator[14], aut sagax, aut vomens ore. Iniquo enim ore suo iustum condemnavit, quamvis hoc mysterio prophetali annunciasset[15].

8. Pontius declinans concilium utique Iudaeorum. Accepta enim aqua lavit manus suas dicens: *Innocens ego sum a sanguine iusti huius*[16].

9. Pilatus os malleatoris, quia dum Christum ore suo et iustificat et condemnat, more malleatoris utraque[17] ferit.

10. Barrabas[18] filius magistri eorum, absque dubio Iudaeorum magistri, qui est diabolus, homicidiorum auctor, qui usque hodie regnat in eis.

CAP. XI. *De martyribus.*

1. Martyres Graeca lingua, Latine testes dicuntur, unde et testimonia Graece martyria nuncupantur. Testes autem ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et usque ad[19] mortem pro veritate certaverunt.

2. Quod[20] vero non[21] testes (quod Latine utique possumus[22]), sed Graece martyres appellamus, familiarius hoc Graecum verbum Ecclesiae auribus sonat[23], sicut[24] multa[25] Graeca nomina, quae[26] pro Latinis utimur.

3. Duo autem sunt martyrii genera, unum in aperta passione, alterum in occulta animi

1) *est* addidi e Gu. 1. — 2) *ipse* addidi e Gu. 1. 2. — 3) Vv. *eo* usque ad *alios* om. Gu. 2. al. — 4) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *per praedicationem evangelium.* — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. *filius* om. vulg. — 6) Sic Gu. 1. var. lect. ap. Goth. *Domini* vulg. — *Dei Domini mei* al. — 7) *Magdalene* Gu. 1. — 8) *aut* Ar. Neutrum exhibet Gu. 2. — 9) *vel* pr. va. Vv. *id est* usque ad finem articuli om. Gu. 2. al. — 10) *dominatus* al. — 11) *aut* Gu. 2. — 12) *eo* usque ad *resuscit.* om. Gu. 2. al. — 13) *vel glor.* al. Ar. *clara etymologia* add. — 14) *investigatus* al. — 15) *annunciaret* al. — 16) Sic Gu. 1. 2. *huius iusti* vulg. Locus est Matth. 27, 24. *vos videritis* al. add. — 17) *utroque* Gu. 1. *utrinque* al. et var. lect. ap. Goth. — *more malleatorio* al. Vv. *quia . . . ferit* om. Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. va. *Barraba* vulg. — 19) *ad* om. Ar. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *quia* vulg. — 21) *nos non testes* al. va. — 22) *possemus* Ar. Al. add. *dicere.* — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ecclesiae auribus hoc Graecum verbum* (*verb. Graec.* Gu. 2.) *sonat.* Edit. va. *sonat verbum.* — 24) *et* add. Gu. 2. pr. va. — 25) *multa* om. Gu. 1. — 26) *quibus* al. — 27) *et* addidi e Gu. 1. — 28) *tempore existerent* Ar. — 29) *potuissent* al. Ceterum, quae nobis secundum cod. Gu. 1. est paragraphus tertia, in vulgatis libris est quarta. — 30) *Hebr. serm.* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. *fuerit* vulg. — 32) *in martyrio* Gu. 2.

virtute. Nam et[27] multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desiderii resistentes, per hoc, quod se omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam si persecutionis tempus existeret[28], martyres esse potuerunt[29].

4. Martyrum primus in novo testamento Stephanus fuit, qui sermone Hebraeo[30] interpretatur norma, quod prior fuerat[31] in ministerio[32] ad imitationem fidelium. Idem autem ex Graeco sermone in Latinum vertitur coronatus, et hoc prophetice, ut, quod sequeretur in re, vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret. Passus est enim, et quod vocabatur accepit. Stephanus enim corona[33] dicitur; humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus.

CAP. XII. *De clericis.*

1. Cleros, et clericos hinc appellatos[34], quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum[35]. *Κλῆρος* enim Graece, Latine sors, vel haereditas dicitur[36].

2. Propterea ergo dicti[37] clerici, quod de sorte sunt Domini, vel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina haec sunt.

3. Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus[38].

4. Ordo episcoporum quadripertitus[39] est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis[40] atque episcopis.

5. Patriarcha Graeca[41] lingua summus patrum[42] interpretatur, quia primum, id est apostolicum retinet locum; et ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus et Alexandrinus.

6. Archiepiscopus Graeco vocabulo[43] dicitur[44] summus[45] episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et praesidet tam metropolitanis, quam episcopis caeteris.

7. Singulis[46] enim provinciis praeminet[47], quorum auctoritati et doctrinae[48] caeteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis episcopis[49] agere licet. Sollicitudo enim totius provinciae[50] ipsis episcopis[51] commissa est.

8. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur, sed ideo privato nomine quidam vocantur[52] propter distinctionem potestatum[53], quam singulariter acceperunt.

9. Patriarcha patrum princeps[54]. *Ἀρχὸς* enim princeps.

10. Archiepiscopus princeps[55] episcoporum, sicut metropolitanus. Metropolitani autem[56] a mensura civitatum[57] vocantur.

pr. — 33) *coronatus* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *Clerus et clericus hinc appellatur (appellantur* va.). — 35) *esse ordin.* Gu. 2. va. — 36) Sic Gu. 1. — Vulg. *sors, vel haereditas Latine (Latine* om. Gu. 2. Ar.) *dicitur.* — 37) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. 2. — 38) *et episcop.* Ar. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *quadripart.* vulg. — 40) *metropolitanis* al. va. — 41) *Latina* al. — 42) Sic Gu. 1. va. Ar. *pater* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *Graece.* — 44) *dicitur* om. Gu. 2. va. Ar. — 45) *quod sit summus* va. Ar. — 46) Vulg. praecedunt haec: *Metropolitani autem a mensura civitatum vocantur*, quae om. Gu. 1. 2. al. Inclusit Ar. praeeunte Grialio. Cod. Alban. *Metropolitanus . . . vocatur.* Al. *vocati*, ut Arev. — 47) Sic Gu. 1. 2. pr. (*e* written above *praeminet*) — *praeminent* va. — 48) *et potestati* add. al. pr. va. — 49) Sic Gu. 1. *reliquos episcopos* vulg. — 50) *in tota provincia* al. — 51) *episcopis* om. Gu. 2. va. — 52) Sic Gu. 1. *utuntur* vulg. — 53) *potestatis* Ar. Sed *quam* refertur ad *distinctionem.* — 54) *pater principum* Gu. 2. *princeps patrum* al. — 55) *Archiepiscopus princeps* om. Gu. 2. — 56) Vv. *Metropolitani autem* add. Gu. 1. — 57) Vv. *a mensura civ.* om. Gu. 2. al. — *vocatur* addidi e Gu. 1. sed scripsi *vocantur.*

11. Episcopatus autem vocabulum inde dictum est[1], quod ille, qui superefficitur, superintendat[2], curam scilicet subditorum gerens[3]. Σκοπεῖν enim[4] Latine supervidere[5] dicitur.

12. Episcopi[6] autem[7] Graece, Latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in ecclesia, dictus[8], quod speculetur atque prospiciat[9] populorum infra se positorum mores et vitam.

13. Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos, ipse pontifex maximus[10] nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque[11] levitas: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse, quid[12] unusquisque facere debeat, ostendit.

14. Antea[13] autem pontifices et[14] reges erant. Nam maiorum haec erat consuetudo, ut rex etiam esset[15] sacerdos et[16] pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur.

15. Vates a vi mentis appellatus[17], cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam.

16. Antistes sacerdos dictus ab eo, quod ante stat[18]. Primus est enim in ordine Ecclesiae, et supra se nullum habet.

17. Sacerdos autem nomen habet compositum ex Graeco et Latino[19], quasi sacrum dans; sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando[20] vocatus est. Consecrat enim et sanctificat.

18. Sacerdotes[21] gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper, habens lanae aliquid. Quod cum per aestum[22] ferre non possent[23], filo tantum capita religare coeperunt.

19. Nam nudis penitus eos[24] capitibus incedere nefas erat. Unde[25] a filo, quo utebantur, flamines dicti sunt quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleum imponebant pro sacerdotii eminentia.

20. Presbyter Graece, Latine senior interpretatur, non[26] pro aetate, vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem, quam acceperunt, presbyteri[27] vocantur[28]. Unde[29] et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis, hoc[30] aetatis.

21. Ideo autem et presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut et[31] episcopi, qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum spiritum dant[32], quod solis[33] deberi episcopis lectio Actuum[34] apostolorum demonstrat.

22. Levitae ex nomine auctoris vocati. De nomine enim Levi[35] levitae exorti sunt, a

1) *est* addidi e Gu. 1. — *ductum* Ar. — 2) *superintendit* Gu. 2. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *gerens subdit.* — 4) Vulg. add. *Graece*, quod om. Gu. 1. 2. al. va. — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *intendere.* — 6) *Episcopus speculator . . . interpretatur* Gu. 2. — 7) *autem* om. Gu. 2. — 8) Vulg. add. *eo*, quod om. Gu. 1. — 9) *praespiciat* Gu. 2. pr. — *persp.* va. — 10) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *ipse et.* — 11) *et* Gu. 2. — 12) *quod* Gu. 2. — 13) *antiqui* Gu. 2. — 14) *et* om. va. — 15) Sic Gu. 1. — *esset etiam* vulg. — 16) *vel* Gu. 2. al. et var. lect. ap. Goth. — 17) *appellatur* Gu. 2. *appellatos* al. — 18) *stet* Gu. 2. — 19) *in Latinum* Gu. 2. — 20) *sanctificando* Ar. va. — 21) *autem* add. Ar. va. — 22) Sic Gu. 1. 2. (*ferre per aest.*). Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *pro aestu.* — 23) *possint* Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *eos pen.* — 25) *unde et* va. — 26) *autem* add. al. — *non modo* Ar. — 27) *presbyteres* al. — 28) Sic Gu. 1. al. *nominantur* vulg. — 29) Vv. *Unde* usque ad *aetatis* collocantur in Gu. 1. post *demonstrat.* 30) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. *Dignit. est*, *hoc aet.* Gu. 2. pr. va. Ar. *dignitatis est*, *non aet.* al. — 31) *et* om. Gu. 2. va. — 32) *dant spir.* Gu. 2. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *solum* vulg. — 34) *Actus* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *de Levi enim.* — 36) *ministeria* Ar. et var. lect. ap. Goth. — 37) Sic Gu. 1. 2. al. *diaconi* vulg. — 38) *habetur* va. — 39) Sic Gu. 1. 2. al. va. *hypodiaconi* vulg. — 40) Vv. *qui* usque ad *servientes* om. Gu. 2. va. Ar. et al. ap. Gothofr. — 41)

quibus in templo Dei mystici sacramenti mysteria[36] explebantur. Hi Graece diacones[37], Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habentur[38].

23. Hypodiacones[39] Graece, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent praeceptis et officiis levitarum, qui in[40] Esdra Nathanei appellantur, id est in humilitate Domino servientes. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebraeos Nathinnei[41] vocantur.

24. Lectores a legendo, et[42] psalmistae a psalmis canendis vocati. Illi enim praedicant populis, quid sequantur, isti canunt, ut excitent ad coniunctionem animos audientium, licet[43] quidam lectores ita miseranter pronuncient, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant.

25. Iidem etiam et pronunciatores[44] vocantur, quod porro annuncient[45]. Tanta enim et tam clara erit[46] vox eorum[47], ut quamvis longe positorum aures adimpleant.

26. Cantor autem vocatus, quia vocem moduletur[48] in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, praecentor et succentor.

27. Praecentor scilicet[49], qui vocem praemittit in cantu.

Succentor autem[50], qui subsequenter[51] canendo respondet.

28. Concentor autem dicitur, qui[52] consonat: qui[53] autem non consonat, nec concinit, nec concentor[54] erit.

29. Acolythi Graece, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium[55], aut sacrificium offerendum.

30. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur, non ad effugandas[56] tenebras, dum eo tempore sol rutilet[57], sed ad signum laetitiae demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur: *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*[58].

31. Exorcistae[59] ex Graeco in Latinum adiurantes[60], sive increpantes vocantur. Invocant enim super cathecumenos[61], vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu Christi[62], adiurantes per eum, ut egrediatur ab eis.

32. Ostiarii iidem et ianitores[63], qui[64] in Esdra custodes[65] templi dicuntur servorum Salomonis filii, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur[66] in[67] eum immundus in omni re. Dicti autem ostiarii, quod praesint ostiis templi[68].

33. Ipsi enim tenentes clavem omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes[69] iudicium fideles recipiunt, respuunt infideles.

Nathanei var. lect. ap. Goth. — 42) *et* om. Gu. 2. Ar. — 43) Vulg. *licet et*, sed *et* om. Gu. 1. — 44) *et* addidi e va. Idem enim significare videtur, quod in Gu. 1. est *quod pronunt.* Saepe enim va. cum Gu. 1. consentit. — 45) *annunciant* al. — 46) *erat* al. *est* va. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *eor. vox.* — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *modulatur.* — 49) *scilicet* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 50) *autem* om. va. — 51) *subsequendo* Gu. 1. — 52) *quia* Gu. 2. va. Ar. — 53) *quia* va. — 54) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. *cantor* vulg., quae add. *nec succentor* (al. pr. *nec concentor*), quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *evang. leg. est.* — 56) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *fugandas* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *dum sol eodem temp. rut.* — 58) Vv. *omnem hominem venientem in hunc mundum* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 59) Caesenas I. add. *qui in Esdra auctores templi dicuntur servorum Salomonis filii.* — 60) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *adiuratores* vulg. — 61) *energumenos* Ar. — 62) *Christi* addidi e Gu. 1. va. — 63) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *id est ian.* vulg. — 64) *qui* usque ad *filii* om. Ar. et cod. Vulcan. — 65) *auctores* Gu. 2. — 66) *egred.* Gu. 1. — 67) *in* addidi e Gu. 1. *eum* om. va. — 68) Gu. 1. add. *extra murum domus Domini. Duas autem ianuas templi ineuntes, eo quod essent custodes templi.* Quae vix sana sunt. A me certe non intelliguntur. Verba: *extra murum domus Domini* habet etiam edit. princ. — 69) *tenentes* al. et var. lect. ap. Goth.

CAP. XIII. *De monachis.*

1. Monachus Graeca etymologia vocatus, eo quod sit singularis. *Μονὰς* enim Graece singularitas dicitur. Ergo si solitarius interpretatur vocabulum monachi, quid facit in turba, qui solus est? Plura autem sunt[1] genera monachorum.

2. Coenobitae, quos nos In commune viventes possumus appellare. Coenobium enim plurimorum est.

3. Anachoritae[2] sunt, qui post coenobialem vitam deserta petunt et soli habitant per deserta[3]: et ab eo, quod procul ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur, sed anachoritae Heliam et Ioannem, coenobitae apostolos imitantur.

4. Heremitae ii sunt, qui et anachoritae, ab hominum conspectu[4] remoti, heremum et desertas solitudines[5] appetentes. Nam heremum dicitur quasi remotum.

5. Abba autem Syrum nomen, significat in Latinum pater, quod Paulus Romanis scribens exposuit dicens[6]: *In quo clamamus abba pater:* in uno nomine duabus usus linguis. Dicit enim Abba Syro nomine patrem, et rursus Latine nominat itidem[7] patrem.

CAP. XIV. *De reliquis[8] fidelium nominibus.*

1. Christianus[9], quantum interpretatio ostendit, de unctione dicitur, sive de nomine auctoris et creatoris. A Christo enim Christiani sunt[10] cognominati, sicut a Iuda Iudaei. De magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est.

2. Christiani autem olim a Iudaeis quasi ob opprobrium[11] Nazarei[12] vocabantur, pro eo quod Dominus noster atque salvator a vico quodam Galileae Nazaraeus[13] sit appellatus.

3. Non se autem glorietur Christianum, qui nomen habet et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissime ille est Christianus, quia se factis ostendit Christianum, ambulans sicut[14] ambulavit, a quo et nomen traxit.

4. Catholicus universalis, sive generalis interpretatur. Nam Graeci universale *καθολικὸν* vocant.

5. Orthodoxus est recte[15] credens, et ut credit, recte vivens. *Ορθῶς* enim Graece recte dicitur, *δόξα* gloria est[16]: hoc est vir rectae gloriae. Quo nomine non potest vocari, qui aliter vivit, quam[17] credit.

6. Neophytus Graece, Latine novellus et rudis, fidelis, vel[18] nuper renatus interpretari potest.

7. Catechumenus dicitur[19] pro eo, quod adhuc doctrinam fidei[20] audit, necdum tamen baptismum recepit[21]. Nam[22] *κατηχούμενος* Graece auditor interpretatur[23].

1) *Plura sunt autem* Ar. — 2) *Anachoretae* va. — 3) *per deserta nomine patrum et rursus Latine* va. e §. 5. — 4) *respectu* Gu. 1. — 5) *deserta solitudinis* Gu. 2. — 6) cap. 8, 15. — 7) Sic Ar. Gu. 1. — *ut idem id est* Gu. 1. — *idem pat.* va. — *id est* vulg. — *Dicitur . . . pater* va. — 8) Sic Gu. 1. — *ceteris* vulg. — 9) *autem* add. Gu. 2. — 10) *sumus* Gu. 2. — 11) *opprobrio* Gu. 2. Ar. — *a Iud. olim* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *Nazareni* vulg. — 13) *Nazarenus* pr. — 14) Vulg. add. *et ille* (*et ille quidem* Gu. 2.), quae om. Gu. 1. — 15) *recte* om. Ar. — *recte deum* Gu. 2. — — 16) Sic Gu. 1. — *gloriae* vulg. — 17) *ut* Gu. 2. — 18) *et* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. — *dictus* vulg. — 20) *trinam fidem* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. 2. al. — *percepit* vulg. — 22) *et* add. Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2. al. — *dicitur* vulg. — 24) *vocatus* Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. 2. al. — *qui* vulg. — 26) *gratiae* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *competens vocatur* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *propter quod.* — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. (*ad se* om.) Ar. — Vulg. *convocet.* — 30) *Ec-*

8. Competens vocatur[24], quia[25] post instructionem fidei competit gratiam[26] Christi, inde et a petendo competentes vocati[27].

9. Laicus popularis. *Λαὸς* enim Graece populus dicitur.

10. Proselytus, id est advena et circumcisus, qui miscebatur populo Dei, Graecum est.

LIBER VIII.

CAP. I. *De ecclesia et synagoga.*

1. Ecclesia Graecum est, quod in Latinum vertitur convocatio, pro eo, quod[28] omnes ad se vocet[29]. Ecclesia[30] Catholica universalis, quasi *ἀπὸ τοῦ καθ' ὅλον*[31], id est secundum totum. Non enim sicut conventicula haereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur[32], sed per totum terrarum orbem[33] dilatata diffunditur.

2. Quod etiam Apostolus approbat ad Romanos dicens: *Gratias ago Deo meo*[34] *pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in universo mundo*[35]. Hinc et universitas[36] ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Unde[37] Dominus in Evangelio: *Qui mecum non colligit, spargit*[38].

3. Cur autem ecclesia cum una sit, a Ioanne septem scribuntur, nisi ut una catholica septiformi plena spiritu designetur, sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem: *Sapientia aedificavit sibi domum et*[39] *excidit columnas septem*, quae tamen septem[40] una esse non ambigitur, dicente Apostolo[41]: *Ecclesia Dei vivi, quae est columna et firmamentum veritatis.*

4. Inchoavit autem Ecclesia a loco, ubi venit de coelo Spiritus sanctus[42], et implevit uno loco sedentes.

5. Pro[43] peregrinatione autem praesenti Ecclesia Sion dicitur, eo[44] quod ab eius[45] peregrinationis longitudine posita[46] promissionem rerum caelestium speculetur: et idcirco Sion, id est speculatio nomen accepit.

6. Pro futura vero patriae pace Hierusalem vocatur. Nam Hierusalem pacis visio[47] interpretatur. Ibi enim absorpta[48] omni adversitate pacem, quae est Christus[49], praesenti obtinebit[50] obtuitu.

De synagoga[51].

7. Synagoga Graece, Latine[52] congregatio dicitur, quod proprium nomen Iudaeorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie synagoga dici solet, quamvis et[53] Ecclesia[54] dicta sit.

clesia addidi e Gu. 1. — 31) Sic Ar. Gu. 1. — *ἀπὸ τοῦ ὅ ἐστὶν καὶ ὅλον.* — Vulg. *κατὰ ὅλον.* Edit. Goth. *καθ' ὅλον.* Om. Graeca Z. pr. va. (quae editt. etiam *quasi* om.) — 32) Sic Gu. 1. 2. pr. — *coarctatur* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. — Vulg. *orbem terrarum.* — 34) *Domino* Z. Locus est cap. 1, 8. — 35) Vulg. add. *sive quod in unitate cunctos coniungit credentes*, quae om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *in unitatem* pr. — 36) *universalis* Z. — 37) *unde et* va. — 38) *dispergit* Z. Locus est Luc. 11, 23. — 39) *et* om. Gu. 2. — 40) *septem* om. Z. Locus est Proverb. 9, 1. — 41) 1 Timoth. 3, 15. — 42) *Spir. sanct. de coelo* Z. — 43) *Pro* om. Z. — 44) *eo* om. Z. — 45) Sic Gu. 1. — *huius* vulg. — 46) *posita* addidi e Z. al. pr. va. Gu. 1. (*postea*) — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *visio pacis* vulg. — 48) *aborta* pr. — 49) *quae Christus est* va. — 50) Sic Gu. 1. — *possidebit* vulg. — *praes. obtutu possid.* va. — *obitu* pro *obtuitu* Z. — 51) Hunc titulum addidi e Gu. 1. — 52) *Latine* om. Ar. — 53) *et* om. Gu. 2. — 54) *de ecclesia* al.

8. Nostram vero Apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper[1] Ecclesiam, sive discernendi causa, sive quod inter congregationem, unde synagoga[2], et convocationem, unde Ecclesia nomen accepit, distat[3] aliquid, quod scilicet congregari et pecora solent, quorum et greges proprie dicimus[4]; convocari autem magis est utentium[5] ratione, sicut homines sunt[6].

CAP. II. *De religione et fide.*

1. Dogma a putando[7] philosophi nominaverunt, id est, hoc puto esse bonum, hoc puto esse verum[8].

2. Religio appellata, quod per eam uni Deo[9] religamus animas nostras ad cultum divinum vinculo serviendi. Quod verbum compositum est a religendo[10], id est eligendo, ut ita Latinum videatur religio[11], sicut eligio[12].

3. Tria sunt autem, quae in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perquiruntur, id est fides, spes, caritas[13]. In fide, quid[14] credendum, in spe, quid sperandum, in caritate, quid sit[15] amandum.

4. Fides est, qua[16] veraciter credimus id, quod nequaquam videre valemus[17]. Nam credere iam non possumus[18], quod videmus. Proprie autem nomen fidei inde est dictum[19], si omnino fiat, quod dictum est, aut promissum. Et inde fides vocata[20], ab eo quod fit[21] illud, quod inter utrosque placitum est, quasi inter Deum et hominem, hinc et foedus.

5. Spes vocata quod sit pes progrediendi, quasi est pes. Unde et e contrario[22] desperatio. Deest enim ibi[23] pes, nullaque progrediendi ibi[24] facultas est, quia dum quisque peccatum[25] amat, futuram gloriam[26] non sperat[27].

6. Caritas Graece, Latine dilectio[28] interpretatur, quod duos[29] in se illiget[30]. Nam dilectio a duobus incipit, quod est amor Dei et proximi: de qua Apostolus *Plenitudo*, inquit, *legis est*[31] *dilectio.*

7. Maior autem est omnibus[32], quia[33] qui diligit et credit et sperat. Qui autem[34] non diligit, quamvis multa bona faciat, frustra laborat. Omnis autem dilectio carnalis non dilectio, sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet.

CAP. III. *De haeresi et schismate.*

1. Haeresis Graece ab electione vocatur, quod scilicet unusquisque sibi[35] eligat, quod

1) *super* vitiose vulg. — 2) *unde synag.* om. Z. — 3) Sic Gu. 1. 2. — *distet* vulg. — 4) Vulg. add. *congregari*, quod om. Z. Gu. 1. — 5) *utendam* Gu. 1. 2. pr. — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *sunt hom.* — 7) *a disputando* al. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — Vulg. *hoc puto esse verum, hoc puto esse bonum.* — 9) *Domino* Z. — 10) *relegendo* Z. Gu. 1. — 11) *religo* Ar. — 12) *eligo* Gu. 1. Ar. — 13) *karitas* Gu. 1. — *et car.* Z. — 14) *quod* ter Z. — 15) *sit* om. Z. — 16) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — Vulg. *quia.* — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *valeamus.* — 18) *possimus* Gu. 2. — 19) *ductum* Gu. 2. al. — 20) *dicta* Z. — 21) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *sit* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *unde e contrario* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *contrarium* vulg. — 23) *ibi* om. Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *progrediendi fac. est.* — *fac. est progr.* Z. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *punctum* vulg. — 26) *futura gaudia* al. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *superat* vulg. — 28) *dilectio Lat.* Gu. 2. — 29) *duo* ed. Goth. — *nos* al. — 30) Sic Z. Gu. 1. Ar. va. — *liget* Gu. 2. al. pr. — *ligant* vulg. — 31) *est* addidi e Gu. 1. Locus est ad Rom. 13, 10. — 32) Sic Z. Gu. 1. (qui *est* om., quod vulg. est post *maior.*) — 33) *quoniam* Gu. 2. — 34) *autem* om. Z. va. — 35) Vulg. *id sibi*, sed *id* om. Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. al. — *sibi* vulg. — 37) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 38) *ex* om. Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. — *electionis* vulg. — 40) Vulg. *ad suscip.*, sed *ad* om. Gu. 1. —

melius illi[36] esse videtur, ut philosophi Peripatetici, Academici, et[37] Epicurei et Stoici, vel sicut alii, qui perversum dogma cogitantes, arbitrio suo de Ecclesia recesserunt.

2. Inde ergo haeresis dicta Graeca voce, ex[38] interpretatione electio[39], qua quisque arbitrio suo ad instituenda, sive suscipienda[40] quaelibet ipse[41] sibi eligit. Nobis vero nihil ex arbitrio nostro[42] inducere licet, nec[43] eligere quod aliqui arbitrio[44] suo induxerunt[45].

3. Apostolos[46] Dei habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt[47]. Itaque etiamsi[48] angelus de coelis aliter evangelizaverit, anathema vocabitur.

4. Secta[49] a sequendo[50] et tenendo nominata[51]. Nam sectas dicimus habitus animorum, ac instituta circa disciplinam, vel propositum, quod[52] tenendo sequuntur, longe alia in[53] religionis cultu opinantes, quam caeteri.

5. Schisma ab[54] scissura animorum vocatum[55]. Eodem enim cultu, eodem[56] ritu credit, ut caeteri, solo congregationis delectatur disidio[57]. Fit autem schisma, cum dicunt homines[58], nos iusti sumus, nos iustificamus[59] immundos, et caetera similia huiusmodi[60].

6. Superstitio dicta eo, quod sit superflua, aut superinstituta[61] observatio. Alii dicunt a senibus, quia multis annis superstites per aetatem delirant et errant superstitione quadam, nescientes, quae vetera colunt[62], aut quae veterum ignari asciscunt.

7. Lucretius[63] autem superstitionem dicit superstantium[64] rerum, id est caelestium et divinorum[65], quae super nos stant, sed male dicit. Haereticorum[66] dogmata ut facile possint agnosci, causas eorum, vel nomina demonstrare oporteat[67].

CAP. IV. *De haeresibus Iudaeorum*[68].

1. Iudaei[69] confessores interpretantur. Multos enim ex iis sequitur confessio, quos antea[70] perfidia possidebat.

2. Hebraei transitores dicuntur. Quo nomine admonentur[71], ut de peioribus ad meliora transeant, et pristinos errores relinquant.

3. Pharisaei et Saducaei inter se contrarii sunt. Nam Pharisaei ex Hebraeo in Latinum interpretantur Divisi, eo quod traditionum et observationum[72], quas illi[73] *δευτερώσεις* vocant, iustitiam praeferunt. Unde et divisi vocantur a populo, quasi per iustitiam.

4. Saducaei interpretantur iusti. Vendicant enim sibi quod non sunt, corporis resur-

al. om. *sive ad susc.* — 41) *et ipse* Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *nostro ex arb.* — *ex nostro arb.* Z. Gu. 2. — 43) Vulg. *sed nec*, sed *sed* om. Gu. 1. — 44) Vulg. *de arbitrio*, sed *de* om. Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. — Vulg. *induxerint.* — Ar. *aliquis . . . induxerit.* — 46) Vulg. add. *autem*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 47) *affirmaverunt* Gu. 2. — 48) *etiam* Gu. 1. — *etsi etiam* va. — *si etiam* al. pr. — 49) Vulg. add. *autem*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 50) *sedando* Z. — *sectando* al. — 51) *nominatur* Z. — 52) Sic Gu. 1. va. Ar. — *quem* vulg. — 53) *in* om. Gu. 1. — 54) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 55) Sic Gu. 1. Ar. — *vocata* Z. Gu. 2. al. — *nomen accepit* vulg. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. — *eodemque* vulg. — 57) Sic Z. Gu. 2. al. pr. va. — *excidio* Gu. 1. — *dissidio* vulg. — 58) *omnes* Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. — *sanctificamus* vulg. — 60) *huiusmodi* add. Gu. 1. — 61) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — *superinstituta* al. — Vulg. *superstatuta.* — 62) Sic Gu. 1. va. — *colant* vulg., ut contra *asciscant* Z. Gu. 2. va. Ar. — 63) Lucret. lib. I, 56. seqq. — 64) *superstantiam* Z. Gu. 1. al. — 65) *divinaram* Ar. — 66) Vulg. *autem* add., quod om. Gu. 1. — 67) Sic Gu. 1. — *oportet* al. — *oportuit* vulg. — 68) Cap. IV. V. VI. VII. om. cod. Zittav. — 69) Al. om. vv. *Iudaei* usque ad *errores rel.* — 70) *ante* Gu. 2. — 71) *ammonentur* Gu. 2. — 72) *servat.* Gu. 1. — Vulg. add. *suarum*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 73) *Iudaei* Gu. 1.

rectionem negant, et animam interire praedicant cum corpore[1]. Hi quinque tantum libros legis[2] recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt.

5. Essei[3] dicunt ipsum esse Christum, qui docuit illos omnem abstinentiam.

6. Masbothei[4] dicunt ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sabbatizare.

7. * Genistae[5] dicti eo, quod de genere Abrahae esse se[6] glorientur. Nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique relinquentes uxores suas Babylonicis mulieribus adhaeserunt, quidam autem Israeliticis tantum coniugiis[7] contenti, vel ex eis geniti, dum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni populo et assumpserunt sibi hoc nomen iactantiae.

8. * Meristae[8] appellati eo, quod separant[9] scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes, aliis et aliis spiritibus illos prophetasse. *Μέρος* enim Graece portio[10] dicitur.

9. Samaritae dicti, quod legem solam custodiant[11]. Nam prophetas respuunt[12].

10. Hemerobaptistae, eo quod quotidie[13] vestimenta sua et corpora lavent.

CAP. V. *De haeresibus Christianorum.*

1. Quidam etiam haeretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine auctorum suorum[14] nuncupantur; quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

2. Simoniani[15] dicti a Simone magicae disciplinae perito, cui Petrus in Actibus apostolorum maledixit, pro eo quod ab Apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset[16]. Hi dicunt creaturam non a Deo, sed a virtute[17] quadam superna creatam.

3. Menandriani a Menandro mago, discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum[18] asserit[19].

4. Basilidiani a Basilide appellati[20], qui inter reliquas blasphemias passum Iesum negant[21].

5. Nicolaitae dicti a Nicolao, diacono Ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano[22] et caeteris constitutus est a Petro[23]: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat[24], ut qui vellet ea[25] uteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem coniugia commutarentur[26]. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens: *Sed hoc habes*[27], *quod*[28] *odisti facta Nicolaitarum.*

6. Gnostici propter excellentiam scientiae ita se appellari[29] voluerunt[30]. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum et malum Deum[31] suis dogmatibus fingunt.

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *cum corpore praed.* — 2) *Moysi* al. — 3) *Esseni* Ar. — *Essei* var. lect. ap. Goth. — *Esnei* va. — *Efnei* vulg. — 4) Sic Ar. ex Euseb. hist. eccl. IV. 21. ut idem *Essei.* — *Morbonei* vulg. — *Marbonei* Gu. 1. 2. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — *Genistei* vulg. — *Genestae* var. lect. ap. Goth. — 6) *se esse* Gu. 2. — *glorientur* al. va. — 7) *coniugibus* al. — 8) Sic Gu. 1. Ar. — *Meristei* vulg. — *Miristei* va. — *Merestae* var. lect. ap Goth. — 9) *separent* al. — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *Graece*, *Latine pars.* — *separatio* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. al. va — *custodiunt* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *non recipiunt* vulg. — 13) *cotidie* vulg. — *cottidie* Gu. 2. — 14) *suor. auct.* Gu. 2. — 15) *Simoniaci* Gu. 2. pr. va. edit. Goth. — 16) Cod. Lucan. add. *Hic in tempore Neronis fuit et in XXIII anno post crucem Christi mortuus est.* — 17) *sed sola virtute* al. — Al. *Hi creaturam non a Deo, sed ab angelis factam asserunt.* Ita codex Episcopii Pistoriensis, in quo extat collectio canonum et in fine catalogus haereticorum a V. C. Zaccaria collatus. — 18) *esse* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. al. — 19) Sic Gu. 1. — Vulg. *asseruit* — *asserunt* al. — *Mago* pro *magno* scripsi cum Ar. pr. va. — 20) *vocati* al. — 21) Sic Gu. 1. — *abnegant* al. — *abnegavit* vulg. — 22) *sancto Steph.* al. — 23) *diaconus* add. al. — *est* om. Gu. 2. — 24) *dixerat* om. Gu. 2. Ar. — 25) *eam* Gu. 2. pr. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *mu-*

7. Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum.

8. Cerinthiani a Cerintho quodam nuncupati. Hi inter caetera circumcisionem observant[32]: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis[33] futuros praedicant. Unde et Graece Chiliastae, Latine Milliastae[34] sunt appellati.

9. Nazaraei[35] dicti, qui dum Christum, qui a vico Nazareus[36] est appellatus, filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

10. Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece[37] *ὄφις* dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem.

11. Valentiniani a Valentino quodam Platonico[38] sectatore vocati, qui *αἰῶνας*, id est secula quaedam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asserunt[39].

12. Apellitae, quorum Apelles[40] princeps[41] fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens Deum[42] Israelis[43], illum igneum affirmans[44], dixit[45], Christum non Deum in[46] veritate, sed hominem[47] in phantasia apparuisse.

13. Archontiaci[48] a principibus appellantur, qui[49] universitatem, quam Deus condidit, opera esse archangelorum defendunt.

14. Adamiani vocati, quod[50] Adam[51] imitentur[52] nuditatem, unde et nudi orant[53], et nudi inter se mares foeminaeque conveniunt.

15. Cainiani[54] proinde sic appellati, quoniam[55] Cain adorant.

16. Sethiani nomen acceperunt a filio Adam, qui vocatus est Seth, dicentes eundem esse Christum.

17. Melchisedechiani vocati pro eo, quod Melchisedech sacerdotem Dei[56], non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

18. Angelici vocati, quia angelos colunt.

19. Apostolici ideo hoc sibi nomen[57] praesumpserunt, quia[58] nihil possidentes proprium, nequaquam recipiunt[59] eos, qui aliquid in hoc mundo utuntur.

20. Cerdoniani a Cerdone quodam nominati, qui duo principia contraria[60] asserunt[61].

21. Marcionistae a Marcione Stoico philosopho appellati, qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creatoris[62] et bonitatis.

tarentur. — 27) *bonum* add. al. Locus est cap. 2, 6. — 28) Gu. 1. *quod non* — *quod od.* Gu. 2. al. — *quia* vulg. — 29) Sic Gu. 1. — Vulg. *se ita appellare.* — *se ita appellari* al. — 30) *qui anim.* al. — 31) *creasse* add. al. — 32) *observantes* al. — 33) *carnis in volupt.* al. — 34) *Milliasti* Gu. 2. al. — *Miliciaste* pr. va. — *Millenarii* Ar. — 35) *Nazareni* va. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Nazarenus* vulg. — 37) *Graece* om. va. — 38) *Platonis* al. — *Platonicae* Ar. e Tertull. praescript. c. 30. *Ubi tunc Marcion, Ponticus Nauclerus, Stoicae studiosus? ubi Valentinus Platonicae sectator.* — 39) Sic Gu. 1. al. — *asseruit* vulg. — 40) *Apellas* Gu. 1. — 41) *principes* Gu. 2. — 42) *legis* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. Ar. (*et Israel.*) — 44) *affirmat* va. — 45) Vulg. praecedunt haec: *Apellitae, quorum author Apelles, qui* etc. quae om. Gu. 1. Ar. — *Apellete* va. — 46) *in* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 47) Vv. *sed hominem* al. om. — 48) *Arconciani* va. — 49) *quia* al. — 50) *quia* al. — 51) Sic Gu. 1. — *Adae* vulg. — 52) *imitantur* al. — 53) *erant* al. — 54) *Cainani* pr. — 55) *quia* al. — 56) *Domini* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *hoc sibi nomen ideo* (*inde* Gu. 2.) — 58) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 59) Sic Gu. 1. va. — *recipiant* vulg. — *respiciunt* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *contraria princ.* — 61) *asseruit* Ar. — 62) *creationis* Ar.

22. Artotyritae ab oblatione dicti[1]. Panem enim et caseum offerunt dicentes, primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam.

23. Aquarii appellati[2], eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

24. Severiani a Severo exorti, vinum non bibunt: vetus Testamentum et resurrectionem non recipiunt.

25. Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitae dicti, quia carnes abominantur[3].

26. Alogii vocantur tanquam sine Verbo. *Λόγος* enim Graece verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes Iohannis evangelium et Apocalypsim.

27. Cataphrygis[4] nomen provincia[5] Phrygia[6] dedit, quia ibi extiterunt auctores eorum Montanus, Prisca[7] et Maximilla[8]. Hi adventum spiritus sancti[9] non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

28. Cathari[10] propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantes enim de suis meritis, negant poenitentibus veniam peccatorum: Viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant: Mundiores se caeteris praedicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, se potius mundanos[11], quam mundos vocarent.

29. Pauliani a Paulo Samosateno vocati[12] sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

30. Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam[13] comparavit, matremque elementorum et deam[14] asseruit: quos Apostolus improbat, elementis servientes.

31. Manichei a quodam Persa extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic[15] duas naturas et substantias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare[16] asseruit[17]. Testamentum vetus respuunt: Novum ex parte recipiunt[18].

Anomiani[19], qui[20] Latine sine lege dicuntur.

32. Antropomorphitae dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quae[21] in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. *Ἄνθρωπος* enim Graece, Latine homo dicitur[22], ignorantes vocem Domini, qui ait: *Spiritus Sanctus Deus est*[23]. Incorporeus deus[24] est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

33. Eraclitae ab Eraclio auctore exorti[25]. Monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, parvulos habere regna coelorum[26] non credunt.

34. Novatiani a Novato urbis Romae[27] presbytero exorti, qui adversus[28] Cornelium ca-

1) Sic Gu. 1. *vocati* vulg. Recte autem Ar. *Artotyritae* pro *Artoteritae*. — 2) *vocati* al. — 3) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *abom. carn.* — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *Cataphrygiis*. — 5) Sic Gu. 1. Ar. *provinciae* vulg. — 6) Sic Gu. 1. var. lect. ap. Goth. Ar. *Cataphrygia* vulg. — 7) Vulg. *et Prisca*, sed copulam om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 8) *fuerunt* add. Gu. 2. al. pr. — 9) *dei et spir. sancti* al. — 10) *Catarore* Gu. 1. *Cataroe* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *mundanos se pot.* — 12) Sic Gu. 1. *exorti* vulg. — 13) *deam* al. — 14) *ideam* Pal. 281. pro varia lect. Idem exhibet va. — 15) Vulg. add. *Manes*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 16) *emanare* al. — 17) *asserunt* Gu. 2. 18) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *respuit . . . recipit* — *recepit* al. — 19) Gu 1. collocat post *Antropomorph.* Om. Arev. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — 21) *quoniam* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. *interpretatur* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *Spiritus est Deus*. Locus est Ioh. 4, 24. — 24) *deus* addidi e Gu. 1. — 25) *Heraclietae Heraclio auctore* Ar. Hierachitae ab Hieracha auctore exorti ex Hilario lib. VI. de Trinit. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *regna coelorum parvulos habere*. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *Romae urbis*. — *Romanae urbis* va. — 28) *adversum* Gu. 2. — 29) Sic Gu. 1.

thedram sacerdotalem[29] conatus invadere, haeresim instituit, nolens apostatas suscipere[30], et rebaptizans baptizatos.

35. Montani haeretici dicti, quod in[31] tempore persecutionis in montibus latuere[32]: qua occasione se a catholicae Ecclesiae corpore diviserunt[33].

36. Ebionitae ab Ebione dicti, sive[34] a paupertate. Christum enim per profectum[35] solum verum iustum[36] putant effectum. Unde competenter Ebionei[37] pro paupertate[38] appellati[39] sunt. Hi Semiiudaei sunt, et ita tenent Evangelium, ut legem carnaliter servent: adversus quos ad Galatas apostolus[40] scribens invenitur[41].

37. Photiniani a[42] Photino Gallograeciae Sirmiae episcopo nuncupati, qui Ebionitarum haeresim suscitans asseruit, Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

38. Aetiani ab Aetio quodam nuncupati sunt. Hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

39. Aetiani[43] ab Aetio[44] sunt vocati[45]. Iidemque Eunomiani, ab Eunomio quodam dialectico, Aetii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt: dissimilem Patri asserentes Filium et Filio Spiritum sanctum[46]. Dicunt etiam nullum imputari[47] peccatum in fide manentium.

40. Origeniani ab[48] Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum de[49] coelis usque ad terras[50] diversa[51] corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum fuisse mundum[52].

41. Noetani a quodam Noeto[53] vocati, qui dicebat[54] Christum eundem[55] et Patrem et Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt[56].

42. Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris et Filii et Spiritus sancti astruunt.

43. Ariani ab Alexandrino presbytero orti sunt, qui coaeternum Patri Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait[57]: *Ego et Pater unum sumus.*

44. Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano Episcopo dicti sunt, negantes, Deum esse Spiritum sanctum.

45. Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes, Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

2. — *pontificalem* vulg. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *recipere* vulg. — 31) *in* addidi e Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *latuerunt.* — 33) *se ecclesiae catholicae diviserunt a corp.* Gu. 1. *se a catholicae eccles. corpore divis.* Gu. 2. pr. va., quod recepi. — Vulg. *a cath. eccl. corp. se div.* — 34) *sive* usque ad *appellati sunt* om. Gu. 2. — 35) Sic Gu. 1. al. var. lect. ap. Goth. *provectum* al. *prophetam* vulg. — 36) *Iesum* Gu. 2. pr. va. edit. Goth. — 37) Sic Gu. 1. *Ebionitae* vulg. — 38) *intelligentiae* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. *compellati* vulg. — 40) Sic Gu. 1. 2. vulg. *apost. ad Gal.* — 41) Sic Gu. 1. 2. al. *invehitur* vulg. — 42) *Fotinianiarii* Gu. 1. — 43) *Eriani . . . Erio* Gu. 1. *Aeriani . . . . Aerio* Gu. 2. pr. va. — 44) Vulg. add. *quodam*, quod om. Gu. 1. pr. va. — 45) *nuncupati sunt* Gu. 2. — 46) *sanctum* om. al. — 47) *imputare* Gu. 2. pr. va. — 48) *ab* om. al. — 49) *e* Gu. 2. va. — 50) Vulg. sequitur *lapsas*, quod om. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — 51) *divisa* al. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *mund. fact. fuisse.* — 53) *Noetio* al. — 54) *dicebant* va. edit. Goth. — 55) Vulg. add. *esse*, quod om. Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *aiunt* vulg. — 57) *dicens* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. Ar. *dominus* pro

46. Antidicomaritae dicti[1] sunt pro eo, quod Mariae virginitati contradicunt[2], asserentes, eam post Christum natum viro suo fuisse[3] commixtam.

47. Metangismonitae[4] ideo tale nomen acceperunt, quia Graece[5] ἄγγος vas dicitur. Asserunt enim sic[6] esse in Patre Filium, tanquam vas minus inter[7] vas maius.

48. Patriciani a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt.

49. Coluthiani a quodam Colutho[8] nominati, qui dicunt, Deum non facere mala[9], contra illud, quod scriptum est: *Ego sum Deus*[10], *creans mala.*

50. Floriani a Florino, qui e contrario Deum dicunt[11] creasse mala, contra id, quod scriptum est: *Fecit Deus omnia bona.*

51. Donatistae a Donato quodam Afro nuncupati[12], qui de Numidia veniens totam pene[13] Africam sua persuasione decepit, asserens, minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos.

52. Bonosiani[14] a Bonoso[15] quodam Episcopo exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptivum, non proprium asserunt.

53. Circumcelliones[16] dicti sunt[17] eo, quod agrestes sunt[18], quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur.

54. Priscillianistae a Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichaeorum permixtum[19] dogma composuit.

55. Luciferiani a Lucifero Episcopo Syrmiae orti[20], qui contra Episcopos catholicos, qui Constantii persecutione[21] perfidiae Arrianorum consentientes erant, et postea correcti[22] redire in catholicam[23] delegerunt[24], damnantes, sive quod crediderunt[25], sive quod credidisse[26] simulaverant[27]: quos Ecclesia catholica materno recepit[28] sinu, tanquam Petrum post fletum negationis[29]. Hanc illi matris caritatem superbe accipientes, eosque[30] recipere nolentes ab ecclesiae communione[31] recesserunt et cum impio[32] ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

56. Iovinianistae a Ioviniano[33] quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarum[34] et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse[35] discrimen.

57. Elvidiani ab Elvidio quodam monacho[36] nominati, qui dicunt post Christum natum[37] alios Mariam filios[38] de viro Ioseph peperisse.

dicens va. Locus est Ioh. 10, 30. — 1) Sic Gu. 1. — Vulg. *appellati.* — 2) *contradicti sunt* al. — 3) *fuisse* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 4) *Metanges nominati* Gu. 1. 2. pr. va. — 5) *Graece* addidi e Gu. 1. pr. va. — *angios Graece* pr. va. — 6) *sic* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 7) *intra* Gu. 2. va. — 8) Sic Ar. — Vulg. *Coliuthani . . . Coliutho.* Gu. 1. *Coliciani . . . Colito.* Gu. 2. *Goliaththiani . . . Goliuthto* Edit. va. *Coluitiani . . . Coluito.* — 9) Sic Gu. 1. Ar. *male* Gu. 2. al. — Vulg. *malum.* — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ego dominus.* Locus est Isai. 45, 7. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *dicunt*, *Deum* etc. Locus est Genes. 1, 31. — 12) *appellati* al. — 13) *plene* Gu. 1. — 14) *Bonosiaci* Gu. 2. Ar. — 15) *Bonosio* Gu. 1. — 16) Sic Ar. — Vulg. *Circumciliones.* — *Circiliones* Gu. 1. *Circellion*es pr. va. *Circumcilici*ones Gu. 2. — 17) *sunt* addidi e Gu. 1. — 18) *sint* al. — 19) *permixto* Gu. 2. — 20) Sic Gu. 1. *Syrmiae episcopo orti* Gu. 2. va. — Vulg. *Syrmiae episcopo*, omisso *orti.* — Ar. *Sardiniae episcopo orti.* e marg. in edit. Martini Legionens. T. I. p. 576. — *Syrmio* al. — *exorti* al. — 21) *Constantio persequente* al. et var. lect. ap. Goth. — 22) *correpti* al. — — 23) *ecclesiam* in parenthesi add. Ar. e Martini Leg. l. c. — 24) *elegerunt* al. — 25) Sic Gu. 1. 2. *crediderant* vulg. — 26) Vulg. *se credidisse*, sed pron. om. Gu. 1. va. — 27) *simulaverunt* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *recipit* vulg. — 29) *flentem post negationem* al. — 30) *eos* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *a communione recess.* — 32) *impio* addidi e Gu. 1. — 33) *Iovianistae . . Ioviano* Gu. 2. al. — 34)

58. Paterniani a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur[39].

59. Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes, animam cum corpore mori, atque in novissimum[40] utrumque resurgere[41].

60. Tertullianistae dicti a Tertulliano presbytero Africanae provinciae, civitatis Carthaginensis, animam non immortalem[42] esse, sed corpoream praedicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in daemones verti putantur.

61. Tessaresdecaedecatitae[43] dicti[44], quia[45] XIIII luna pascha cum Iudaeis observandum[46] contendunt. Nam *τέσσαρες* quatuor significat, et *δέκα* decem[47].

62. Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuunt[48], superstitionem esse dicentes, iura temerari[49] divina, qui noctem ad requiem tribuit.

63. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinae gratiae anteponunt, dicentes, sufficere voluntatem ad implenda iussa divina.

64. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo asseruit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec[50] unum Christum in verbo Dei et carne credidit, sed separatum atque seiunctim[51] alterum filium Dei, alterum[52] hominis praedicavit.

65. Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit[53] existere de duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam[54].

66. Acephali dicti, id est sine capite[55]. Nullus enim eorum reperitur[56] auctor, a quo exorti sunt[57]. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona[58] naturam praedicant.

67. Theodosiani et Gaianitae appellati a Theodosio et Gaiano[59], qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati Episcopi. Hi errores Eutichis[60] et Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt[61], quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt.

68. Agnoitae[62] et Tritheitae a Theodosianis exorti sunt, ex quibus Agnoitae ab ignorantia[63] dicti sunt[64], quia perversitati[65], a qua exorti sunt, id adiiciunt[66], quod Christi divinitas ignoret futura, quae sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi personam in Esaia dicentem[67]:

Sic Gu. 1. 2. pr. va. *nuptiarum* vulg. et Arev. — 35) *esse* al. om. — 36) Vv. *quodam monacho* addidi e Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — Vulg. *natum Christum.* — 38) *filios* om. al. — 39) *arbitrantur* al. — 40) Sic Gu. 1. al. *in novissimo* om. Gu. 2. pr. va. — *in novissimo die* vulg. — 41) *resurgi* Gu. 2. — 42) Sic scribendum esse censeo e Gu. 1., in quo est *non mortalem.* — 43) Sic Ar. — Vulg. Graece *Τεσσαρεςκαιδεκαδῖται.* Gu. 1. 2. pr. *Tesseresdecaditae.* — 44) *dicti* al. om. — 45) Sic Gu. 1. *quod* vulg. Gu. 2. al. utrumque om. — 46) *celebrandum* al. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat. et* addidi e Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *respuant.* — 49) Sic Gu. 1. Ar. *temerare* vulg. *temperare* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *neque* vulg. — 51) *separatim atque seiunctim* Gu. 2. pr. Ar. — 52) Vulg. *et alterum*, sed *et* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 53) *negabat* al. — 54) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *asseruit div. nat. esse.* — 55) Vulg. add. *quem sequuntur (secuntur* Gu. 1. al.) *haeretici.* Haec omisi cum Arev., quia nullum sensum hoc loco praebent. — 56) *invenitur* al. — 57) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *sint.* — 58) *personam* Gu. 1. *unam naturam in eius persona praed.* Gu. 2. — 59) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — Vulg. *a Theod. et Gaiano app. Gagianitae . . . Gagiano* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. *Eutichetis* vulg. — 61) *dicunt nat.* al. — 62) Sic Ar. *Gnoitae* vulg. — 63) *ob ignorantiam* va. — 64) *sunt* addidi e Gu. 1. — 65) Sic Ar. va. *perversitate* vulg. — 66) *adiciunt* Gu. 2. pr. — 67) Sic Gu. 1. — *loquentis* vulg. Locus est cap. 63, 4.

dies iudicii in corde meo. Tritheitae vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres astruunt[1] deos esse, contra illud, quod scriptum est[2]: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est.*

69. Sunt et aliae haereses sine auctore et sine nominibus: ex quibus aliae[3] triformem putant[4] esse Deum[5]: aliae Christi divinitatem passibilem dicunt: aliae nativitati Christi de Patre[6] initium temporis dant: aliae liberationem hominum[7] apud inferos factam Christi descensionem non credunt: aliae[8] animam imaginem Dei negant: aliae animas converti in daemones et in quaecunque animalia existimant: aliae de mundi statu dissentiunt: aliae innumerabiles mundos opinantur: aliae aquam Deo coaeternam faciunt: aliae nudis pedibus ambulant: aliae cum hominibus non manducant.

70. Hae sunt haereses adversus catholicam fidem exortae, et ab apostolis et a[9] sanctis Patribus, vel[10] Conciliis praedamnatae: quae dum in se multis erroribus divisae, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus Dei ecclesiam[11] conspirant. Sed et quicunque aliter Scripturam sacram[12] intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest[13].

C A P. VI. *De Philosophis gentium.*

1. Philosophi Graeca[14] appellatione vocantur, qui Latine amatores scientiae[15] interpretantur. Est enim Philosophus, qui divinarum et humanarum scientiam rerum habet, et omnem bene vivendi tramitem tenet[16].

2. Nomen Philosophorum primum a Pythagora fertur[17] exortum. Nam dum antea Graeci veteres sophistas[18], id est sapientes, aut doctores sapientiae semetipsos iactantius nominarent, iste interrogatus, quid profiteretur, verecundo nomine philosophum, id est, amatorem sapientiae se esse respondit, quoniam sapientiam[19] profiteri arrogantissimum videbatur.

3. Ita deinceps posteris placuit, ut, quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel[20] sibi, vel aliis videretur excellere, non nisi philosophus vocaretur. Iidem autem philosophi triplici genere dividuntur: nam aut Physici sunt, aut Ethici, aut Logici.

4. Physici dicti, quia de naturis tractant. Natura quippe Graece φύσις[21] vocatur.

5. Ethici, quia[22] de moribus disputant. Mores[23] enim ἤθη apud Graecos appellantur.

6. Logici autem, quia[24] in natura et in moribus[25] rationem adiungunt. Ratio enim[26] Graece λόγος dicitur. Divisi sunt autem et hi[27] in haeresibus suis, habentes quidam[28] nomina

1) *asserunt* al. — 2) Deuteronom. 6, 4. — 3) *alii* al. h. l. et infra. — 4) *putantes* va. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *Deum esse* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *Christi de Patr. div.* — Al. *Christi divinitati de patre.* — 7) *omnium* Ar. — 8) *aliae* usque ad *negant* om. al. — 9) *a* om. Ar. — 10) *et* va. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *eccles. Dei.* — 12) *sanctam* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *potest appell.* — 14) *a Graeca app.* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. *sapientiae* vulg. — 16) *habet* va. — *scient. rer.* supra pro *rer. sc.* Gu. 1. exhibet. — 17) *ferunt* va. — 18) *sophisticas* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. — *sapientem* vulg. — 20) *vel* om. Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. φύσις *Graece.* — 22) *qui* Gu. 1. va. — 23) Sic Gu. 1. 2. gothici. Unde mox scripsi ἤθη pro vulg. ἦθος, pro quo Gu. 1. *ethes* — Gu. 2. pr. va. *ethis* exhibent. — 24) *qui* Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. — Vulg. *in naturis et mor.* — *in naturis et in mor.* Gu. 2. — 26) *autem* Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — Vulg. *ethici.* — 28) *quidem* pr. va. — 29) Vulg. add. *suarum*, quod om. Gu. 1. — 30) *enim* om. Gu. 2. Ar. — At *enim* idem fere est, quod *nempe.* — 31) *et* om. Ar. Gu. 2. — 32) *per* Gu. 1. — 33) *quem* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *Pisianactia* — Ar. *Pisianactiam et Poecilen stoan.* Om. Graecum pr. va. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *picta erant gesta.* —

ex auctoribus ut Platonici, Epicurei, Pythagorici: alii a locis conventiculorum et stationum[29], ut Peripatetici, Stoici, Academici.

7. Platonici a Platone philosopho dicti. Hi enim[30] animarum creatorem esse Deum, corporum angelos asserunt, et[31] post[32] multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt.

8. Stoici a loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, quam[33] *ποικίλην στοὰν*[34] appellabant, in qua picta gesta erant[35] sapientum[36], atque virorum fortium historiae. In hac porticu sapientes philosophabantur, ex quo[37] et Stoici dicti sunt. Graece enim porticus *στοὰ* dicitur. Hanc sectam primus Zenon[38] instituit.

9. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes: sic ille nocens[39] erit, qui paleas furatus fuerit[40], quam qui aurum, qui mergum occiderit, quam qui equum. Non enim animal crimen, sed animus facit.

10. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoque virtutem continentiae[41]: affectant gloriam aeternam, cum se fateantur non esse aeternos.

11. Academici appellati a[42] villa Platonis academia[43] Athenarum, ubi idem Plato docebat. Hi omnia incerta opinantur, sed, sicut fatendum est multa incerta et occulta esse, quae voluit Deus intelligentiam hominis excedere[44]: tamen sic[45] plurima esse, quae possunt[46] et sensibus capi, et ratione comprehendi[47].

12. Hanc sectam Arcesilaus[48] Cyrinaicus philosophus repperit, cuius sectator fuit Democritus, qui dixit tanquam in puteo alto, ita ut fundus nullus[49] sit: ita in occulto iacere veritatem.

13. Peripatetici de ambulatione[50] dicti, eo quod[51] Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandam particulam animae esse aeternam: de reliquo magna ex parte mortalem.

14. Cynici ab immunditia impudentiae[52] nuncupati[53]. Contra humanam enim verecundiam in propatulo[54] coire cum coniugibus eis mos erat, censentes licitum honestumque esse palam cum uxoribus concumbere, quia coniugium iustum est, publice id praedicantes agendum[55], ut canes in vicis, vel plateis. Unde et a canibus, quorum vitam imitabantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt.

15. Epicurei dicti ab Epicuro[56] quodam philosopho amatore vanitatis non sapientiae, quem etiam ipsi philosophi porcum nominaverunt, quasi volutans[57] in coeno carnali, voluptatem corporum[58] summum bonum asserens[59]: qui etiam dixit nulla divina providentia[60] instructum esse aut regi mundum.

36) Sic Gu. 1. — *sapientium* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *quo* al. — *ex qua* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *Zeno* vulg. — 39) *tam nocens* Gu. 2. va. edit. Goth. Recte Arev. *sic* ad adiectivum retulit. — 40) *furaverit* Gu. 2. gothici et al. — 41) Sic Arev. rectissime. — Vulg. *Animam quoque virtutem continentiae esse negant*, quae lectio orta est per praecedens voc. *animam*. — 42) *de villa* va. — 43) *et academia* al. — 44) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *quae Deus voluit exced. hom. int.* — Ar. va. *quae voluit deus exced. intell. hom.* (*hom. int.* va.) — 45) Sic Gu. 1. — *sic tamen* vulg. — 46) Sic Gu. 1. — *possint* vulg. — 47) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *et sensus penetratione comprehendi.* Gothici Toletani: *et sensibus pie traditione compr.* — 48) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Arches.* vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. — *nullus fundus* vulg. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *a deamb.* — 51) *quia* sine *eo* Gu. 2. — 52) *impudicitiae* va. — 53) *nominati* Gu. 2. — 54) *ut in prop.* Gu. 2. — 55) Vulg. *esse* add., quod om. Gu. 1. Ar. — 56) *ab Epic. dicti* Gu. 2. — 57) *se vol.* Ar. — *volutantem* al. et var. lect. ap. Goth. — 58) Sic Gu. 1. — *corporis* vulg. — 59) *asseruit* Ar. — 60) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *prov. div.*

16. Sed originem rerum atomis, id est insecabilibus ac solidis corporibus assignavit, quorum fortuitis concursionibus omnia[1] nascantur et nata sint. Asserunt[2] autem[3] Deum nihil agere: omnia constare corporibus: animam nihil aliud esse, quam corpus. Unde et dixit: *Non ero, postquam*[4] *mortuus fuero.*

17. Gymnosophistae[5] nudi per opacas Indiae solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gymnasium[6] enim ex eo[7] dictum est, quod iuvenes nudi exercerentur[8] in campo, ubi pudenda sola tantum se[9] operiunt. Hi et a generando se cohibent.

18. Theologi autem iidem sunt, qui et Physici. Dicti autem Theologi, quoniam in scripturis suis de Deo dixerunt. Quorum varia constat opinio, quid Deus esset, dum quaererent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem[10] ex quatuor elementis Deum esse dixerunt, ut Dionysius Stoicus[11]. Alii vero spiritualiter[12] intellexerunt mentem esse Deum, ut Thales Milesius. Quidam et spiritum et mentem, ut Maro[13].

19. Quidam animum in omnibus commanantem[14], et lucidum, ut Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, ut Plato. Quidam Deum[15] mentem solutam, ut Cicero. Inventum enim solummodo Deum, non ut invenerunt, exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim esse[16] sapientes stulti facti sunt.

20. Item[17] Platonici quidem Deum curatorem et arbitrum et iudicem asserunt[18]. Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem Platonici affirmant incorporalem, sed[19] Stoici corporalem. Epicurus ex[20] atomis. Pythagoras ex numeris. Eraclitus[21] ex igne[22].

21. Unde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde quod in mundo ignis omnia gubernat[23], sicut animus in nobis. Quam vanissime: *Qui cum est*[24], inquit, *in nobis, ipsi sumus: cum exiit*[25], *emorimur*[26]. Ergo et[27] ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

22. Hi philosophorum errores etiam apud Ecclesiam induxerunt haereses. Inde *αἰῶνες* et formae nescio quae, inde[28] apud Arium Trinitas nominis, et apud Valentinum Platonicus furor.

23. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate: ab[29] Stoicis enim venerat, et ut anima interire dicatur, Epicurus observatur: et ut[30] carnis restitutio[31] negetur, de vana omnium philosophorum schola sumitur, et ubi[32] materia cum Deo aequatur, Zenonis disciplina est, et ubi

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *universa.* — 2) Sic Gu. 1. 2. al. — *Asseruit* vulg. — 3) Sic Ar. pr. va. — *tamen* vulg. — 4) Sic Gu. 1. — *posteaquam* vulg. — 5) *Gymnosophisticae* Gu. 1. — 6) Sic Ar., ut lib. XVIII. cap. 17. — Vulg. *γυμνῶ.* — 7) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *eo* vulg. — 8) Sic Gu. 1. pr. va. — *exercentur* vulg. — 9) *se* om. va. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *visib. mund.* vulg. — 11) Vv. *ut Dion. Stoic.* om. al. — 12) *spiritaliter* pr. — *specialiter* va. — 13) Hoc ordine sententias exhibet Gu. 1. — Vulg. sequitur *Pythagoras, Cicero, Varro. Varro* autem pro vulg. *Maro* exhibent Gu. 2. al. pr. va. et var. lect. ap. Goth. Sed intelligitur locus Virgil. Aen. VI, 726. seq. ad eumque locum Heynii Excurs. XIII. — *et mentem et spiritum* va. — 14) Sic scripsi e coniectura, quum vulg. sit *commanentem* — Ar. *commeantem.* Cic. de N. D. 1, 11, 27. *Nam Pythagoras, qui censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem.* — 15) *Deum* addidi e Gu. 1. Locus Cicer. est Tuscul. Disp. I, 27, 66. — 16) Vulg. *se esse*, sed *se* om. Gu. 1. — 17) *Item* addidi e Gu. 1. (*quidam*) va. — 18) *dixerunt* al. — 19) *sed* addidi e Gu. 1. — 20) *ex* addidi e Gu. 1. Ar. — 21) *Eraclius* Gu. 1. — 22) *igni* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *gubernet.* — 24) *Quicunque* Gu. 1. al. — 25) Sic Gu. 1. 2. al. — *exit* vulg. — 26) *et moritur* al. — 27) *etiam et* va. — 28) *et* (om. *inde*) *trinitas nominis apud Valentinum: Platonicus fuerat* e Tertull. praescript. c. 7. Post *Trinitas nominis* al. add. *id est paradisus et terra et infernus.* — 29)

quid de igneo Deo legitur, Eraclitus[33] intervenit. Eaedem materiae apud haereticos et philosophos volutantur[34], iidem[35] retractatus implicantur.

CAP. VII. *De Poetis.*

1. Poetae unde sint dicti, sic ait Tranquillus[36]: *Cum primum*[37] *homines exuta feritate rationem vitae habere coepissent, seque ac deos suos nosse, modicum cultum*[38] *ac sermonem necessarium commenti*[39] *sibi utriusque*[40] *magnificentiam ad religionem*[41] *deorum suorum excogitaverunt.*

2. *Igitur ut templa illis domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque*[42] *eorum et verbis illustribus*[43] *et iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quae ποιότης*[44] *dicitur, poema vocatum*[45] *est, eiusque fictores poetae.*

3. Vates a vi mentis appellatos Varro[46] auctor est, vel a viendis[47] carminibus, id est flectendis, hoc est, modulandis: et proinde poetae Latine vates olim, et[48] scripta eorum vaticinia dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur, vel quod modis verba connecterentur[49], viere[50] antiquis pro vincire ponentibus, etiam per furorem.

Divini eodem erant nomine, quia et ipsi quoque pleraque versibus efferebant.

4. Lyrici poetae ἀπὸ τοῦ λυρεῖν[51], id est a varietate carminum. Unde et lyra dicta.

5. Tragoedi dicti, quod initio canentibus praemium erat hircus, quem Graeci τράγος[52] vocant. Unde et Horatius[53]:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Olim enim[54] dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt, excellentes in argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis.

6. Comoedi appellati[55] sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Graeci κώμας vocant, sive a comessatione[56]. Solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comoedi[57] privatorum hominum praedicant acta, tragici vero res publicas et regum historias[58]. Item tragicorum argumenta ex rebus sunt luctuosis[59]: comicorum ex rebus laetis.

7. Duo sunt autem genera comicorum, id est, veteres et novi. Veteres, qui et ioco ridiculares existunt[60], ut Plautus, Actius, Terentius. Novi, qui et Satyrici, a[61] quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Iuvenalis et[62] alii. Hi enim universorum delicta cor-

ab scripsi pro *a* e Gu. 1. 2. va. — 30) *ut et* Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. *resurrectio.* — 32) *ut* Gu. 1. — *ubi et* Gu. 2. — 33) *Eraclius* Gu. 1. — 34) *volutantur* Gu. 1. Tum scribendum *eaedem materiae*, ut ap. Tertull. l. c. — Vulg. *eadem materia . . . volutatur.* — 35) Sic Arev. e Tertull. — Vulg. *idem et retract.* — Gu. 2. pr. va. *id est retract.* — *replicantur* Gu. 1. — 36) *Poetae inde sunt dicti, sicut* al. — *sicut* Gu. 2. — 37) *primi* Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — *cult. mod.* vulg. — 39) *commentis* Gu. 1. al. pr. — 40) *utrisque* Gu. 1. 2. al. va. — 41) *a religione* Gu. 1. — 42) *laudes eor.* Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *illustrioribus* vulg. — 44) *poesis* Ar. — 45) Sic Gu. 1. — *vocitatum* vulg. — 46) Varro lib. VI. — 47) *a videndis* Gu. 1. — *vehendis* Gu. 2 (in marg. *al. viendis*) va. — 48) *et* om. Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. al. — *connecterent* vulg. — 50) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — *Viere enim antiqui pro vincire ponebant* Ar. — *Antiquis viere pro vinc. pon.* va. — 51) Edit. Vulcan., quae nobis est vulg., om. λυρεῖν. — Vulg. *poetae dicti*, sed *dicti* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — τράγον vulg. — 53) Art. Poet. 220. — 54) Sic Gu. 1. — *Iam* vulg. — 55) *sunt* add. va. — 56) *consummatione* va. — 57) Sic Gu. 1. — *comici* vulg. — 58) *historiam* al. — 59) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex rebus luct. sunt.* — 60) Sic Gu. 1. — *extiterunt* vulg. — 61) *ex quibus* Gu. 1. — *e quibus* Gu. 2. — 62) *vel* Gu. 2. pr. va.

ripiunt, nec vitabatur ab eis[1] pessimum quemque describere, nec cuiuslibet[2] peccata moresque reprehendere. Unde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur.

8. Satyrici autem dicuntur[3], sive quod pleni sunt[4] omni facundia, sive a saturitate et copia. De pluribus enim simul rebus loquuntur: seu ab illa lance, quae[5] diversis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri, aut a satyris nomen dictum[6], qui inulta[7] habent ea, quae per violentiam[8] dicuntur.

9. Quidam autem poetae Theologi dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant.

10. Officium autem poetae in eo est, ut ea, quae vere gesta sunt, in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa transducat. Unde et Lucanus ideo[9] in numero poetarum non ponitur, quia videtur historias[10] composuisse, non poema.

11. Apud poetas autem tres characteres esse[11] dicendi, unum, in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Virgilii Georgicorum. Alium[12] dramaticum, in quo nunquam[13] poeta loquitur, ut est in libris[14] Comoediis et Tragoediis. Tertium mixtum[15], ut[16] in Aeneide. Nam poeta illic et introductae personae loquuntur.

CAP. VIII. *De Sibyllis.*

1. Sibyllae generaliter dictae[17] omnes foeminae vates lingua Graeca. Nam σιὸς Aeolico sermone Deum[18], βουλὴν Graeci mentem vocant[19], quasi Dei mentem. Proinde igitur, quia divinam voluntatem hominibus interpretari solebant, Sibyllae nominatae sunt.

2. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicitur, vel propheta, ita omnis foemina prophetans Sibylla vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli est.

3. Decem autem Sibyllae a doctissimis auctoribus[20] fuisse traduntur[21], quarum prima de Persis fuit, secunda Libyca[22], tertia Delphica in templo Apollinis[23] genita, quae ante Troiana bella vaticinata est, eiusque[24] plurimos versus operi suo Homerus inseruit.

4. Quarta Cimmeria in Italia, quinta Erythraea nomine Erophyla in Babylone orta, quae Graecis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse[25] Troiam, atque[26] Homerum mendacia scripturum[27]. Dicta autem Erythraea, quia in eadem insula eius inventa sunt carmina: sexta Samia, quae Phemonoe[28] dicta est a Samo insula, unde fuit cognominata.

5. Septima Cumana, nomine Amalthea, quae novem libros attulit Tarquinio Prisco, in quibus erant decreta Romana conscripta[29]. Ipsa est et Cumaea, de qua Virgilius[30]:

Ultima Cumaei venit iam carminis aetas.

Dicta[31] Cumana a civitate Cumas[32], quae est in Campania, cuius sepulchrum in Sicilia adhuc[33] manet.

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *vetabatur eis.* — *vitabatur eis* al. — 2) *cuilibet* Gu. 2. al. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *dicti.* — 4) Sic Gu. 1. — *sint* vulg. — 5) Vulg. add. *plena*, quod om. Gu. 1. — 6) *tractum* Gu. 2. pr. va. — 7) Sic Gu. 2. va. Ar. — *in multo* Gu. 1. — *multa* vulg. — 8) *prae violentia* al. — *prae vinolentia* al. — *per vinolentiam* pr. va. Ar. var. lect. ap. Goth., quae exhibet *distribuere dicuntur.* — 9) *ideo* om. edit. Goth. — 10) *historiam* Ar. — 11) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. seqq. accus. *unum* etc. — *sunt* vulg. et *unum* etc. — 12) *aliud* Gu. 2. va. — 13) Sic Gu. 1. — *nusquam* vulg. — 14) *libris* addidi e Gu. 1. — 15) *Tertium mixtum est* Gu. 1. al. — *Tertium cenon mixtum* va. — 16) Vulg. *ut est*, sed *est* om. Gu. 1. — 17) Sic Gu. 1. — *dicuntur* vulg. — *omnes fem. dicuntur* Z. — 18) *Deus* Z. Gu. 1. pr. va. — 19) Sic Gu. 1. — *nuncupant* vulg. — 20) *doctoribus* Gu. 1. — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *trad. fuisse.* — 22) *Libyssa* Ar. — 23) Vulg. *Delphici Ap.*, sed *Delphici* om. Gu. 1. — *Delphi* Z. Gu. 2. pr. — 24) *cuius* Z. Gu. 2. — 25) *esse* om. Z. — 26) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 27) *esse script.* Z. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Samonote* vulg. — 29) *scripta* al. — 30) Eclog. IV, 4. — 31) *autem* add. vulg., quod

6. Octava Hellespontia[34] in agro Troiano nata, quae scribitur Solonis et Cyri fuisse temporibus; nona Phrygia, quae vaticinata[35] Ancyrae[36]; decima Tiburtina, nomine Albunea.

7. Quarum omnium[37] carmina efferuntur, in quibus de Deo et de Christo, et gentibus[38] multa scripsisse manifestissime comprobantur[39]. Celebrior autem inter caeteras ac nobilior Erythraea perhibetur.

CAP. IX. *De Magis.*

1. Magorum primus Zoroastes[40] rex extitit Bactrianorum[41], quem Ninus rex Assyriorum praelio interfecit: de quo Aristoteles scripsit[42], quod vicies centum millia versuum ab ipso condita indiciis voluminum eius[43] declarentur.

2. Hanc artem multa post secula Democritus ampliavit, quando et Hippocrates in[44] medicinae disciplina effloruit[45]. Apud Assyrios autem magicae artes copiosae[46] sunt testante Lucano[47]:

— quis noscere fibras[48]
Facta queat, quis prodat aves, quis[49] fulgura coeli
Servet, et Assyria scrutetur sidera cura?

3. Itaque haec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum[50] in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit. Per quandam scientiam futurorum et infernorum, evocationes etiam eorum[51] inventa sunt[52] aruspicia, augurationes, et ipsa, quae dicuntur oracula et necromantia.

4. Nec mirum de magorum praestigiis, quorum in tantum[53] prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem.

5. Fertur et famosissima quaedam maga[54] Circe, quae socios Ulixis[55] mutavit in bestias. Legitur et de sacrificio, quod Arcades Deo suo Lycaeo immolabant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas convertebantur.

6. Hinc apparet, non esse in totum dubium, quod nobilis ille poeta scribit[56] de quadam foemina, quae magicis artibus excellebat:

Haec, inquit, *se carminibus promittit solvere mentes*
Quas velit, ast aliis duras immittere curas[57].
Sistere aquam fluviis[58], *et vertere sidera retro,*
Nocturnosque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.

7. Quid plura? Si credere fas est, de Pythonissa, ut prophetae animam Samuelis[59] de inferni abditis[60] evocaret[61], et vivorum praesentaret conspectibus, si tamen animam prophetae fuisse credamus, et non aliquam phantasmatica illusione satanae fallaciam factam[62].

om. Gu. 1. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Cumis* vulg. Vide Arev. notam ad Prudentiana c. 24. num. 212. et Bochart. Chan. lib. I. cap. 25. — 33) *adhuc* om. Gu. 2. — 34) *Hellespontica* Z. va. — 35) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 36) *Anchisae* Gu. 1. — 37) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *omnia* vulg. — 38) *et de gent.* Z. va. — 39) *comprobatur* vulg. — 40) *Zoroasthres* Z. Gu. 2. al. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg. *rex B. ext.* — *extitit* om. Z. Gu. 2. pr. va. — 42) Sic Gu. 1. — *scribit* vulg. Ex Plin. XXX. cap. 1. locus est sumptus. — 43) *eius* om. va. — 44) *in* addidi e Gu. 1. va. — 45) *floruit* Z. — 46) *compositae* Gu. 2. — 47) Lucan. VI, 427. seqq. — 48) *fabre* var. lect. ap. Goth. — 49) *quisquis* Z. — 50) Sic Gu. 1. — Vulg. *angel. malor.* — 51) Sic Gu. 1. — Vulg. *et invocationes eorum.* — Ar. ita: *valuit, per q. sc. fut. et inf. evocationes. Eorum inv. sunt* etc. — *eorum* om. pr. et *et inventa* exhibet. — *invaluit* pro *valuit* va. — 52) *inventa est* Z. — 53) *in tanto* Gu. 2. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *quaedam maga famos.* — 55) Sic Gu. 1. 2. va. — *Ulyssis* vulg. — 56) Sic Gu. 1. — *scripsit* vulg. Intelligitur Virgil. Aen. IV, 487. — 57) *causas* Z. — 58) *fluminis* Gu. 2. 4. — 59) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sam. anim.* — 60) *adytis* al. — 61) *revocaret* Z. va. — 62) Sic Gu.

8. Prudentius[1] quoque de Mercurio sic ait:

Traditur[2] *extinctas sumpto moderamine virgae*
In lucem revocasse animas. —
Ast alias[3] *damnasse neci —*

Et post paululum sic ait[4]:

Murmure nam magico tenues[5] *excire figuras,*
Atque sepulchrales scite incantare favillas.
Vita itidem[6] *spoliare alios ars noxia novit.*

9. Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni haustu violentia[7] tantum[8] carminis interimunt.

10. Unde[9] Lucanus[10]:

Mens hausti[11] *nulla sanie polluta veneni*
Incantata perit.

Daemonibus enim accitis audent ventilare, ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur et victimis, et saepe contingunt[12] corpora mortuorum.

11. Necromantii[13] sunt, quorum praecantationibus[14] videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Νεκρὸς enim Graece mortuus, μαντεία divinatio nuncupatur: ad quos suscitandos[15] cadaveris[16] sanguis adiicitur. Nam amare daemones sanguinem[17] dicuntur[18]. Ideoque quotiens necromantia fit, cruor aqua[19] miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur.

12. Hydromantii ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquae inspectione umbras daemonum evocare, et imagines, vel ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua[20] audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare[21].

13. Quod genus divinationis a Persis fertur[22] allatum Varro dicit[23]. Divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem et[24] ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam[25].

14. Divini dicti, quasi deo pleni: divinitate enim se plenos assimulant[26] et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant.

Duo sunt[27] genera divinationis: ars et furor.

15. Incantatores dicti[28], qui rem[29] verbis peragunt.

1. al. — Vulg. *aliquam phantasmaticam illusionem satanae fallacia factam.* — 1) Prudentius I. contr. Symmach. v. 90. — 2) *hic* add. Gu. 1. 2. 3. pr. — 3) Sic Z. Gu. 3. supra lin. Ar. — Vulg. *alios.* — 4) Sic Gu. 1. — Vulg. *adiecit.* — 5) *tenuis* Gu. 1. — 6) *Invitavit idem* Gu. 1. — 7) *virulentia* al. — 8) *tamen* Z. — 9) Vulg. *Unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 10) Lucan VI, 457. — 11) *hausta* Gu. 1. 2. — 12) *contegunt* Z. — 13) *Hieromantii* Z. — *Necromantici* vulg. Nos secuti sumus Gu. 1. 2. va. Ar. — 14) *percantat.* al. — 15) *sciscitandos* Gu. 2. al. va. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *cadaveri.* — 17) *sang. daem.* Z. — *animare daemones sanguineum* al. — 18) Sic Gu. 1. — *dicitur* al. — *dicunt* vulg. — 19) *aquae* al. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *aliqua ab eis* vulg. — *ibique . . . audire* al. om. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *suscitari* ed. Goth. — *sciscitari* vulg. — 22) Sic Z. Gu. 1. 2. goth. — *dicitur* vulg., quod om. Ar. pr. — 23) Sic distinxit locum Arev. ex Augustin. VII. de Civ. cap. ult. Unde idem per parenthesin adiecit *constat.* — Vulg. *Varro dicit*, *quatuor* etc. — 24) *et* om. Ar. — 25) Vulg. add. *constat*, quod om. Gu. 1. 2. — *dictam constat* om. Ar. — 26) *simulant* al. et var. lect. ap. Goth. — *assimil.* Z. Gu. 2. — 27) *sunt* om. Z., ut, quod sequitur vulg. *autem* Gu. 1. 2. — 28) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. — 29) Sic Gu.

16. Arioli vocati[30], propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt[31].

17. Aruspices[32] nuncupati, quasi horarum[33] inspectatores[34]: dies enim et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt[35]. Exta etiam hi pecudum inspiciunt, et ex eis futura praedicunt[36].

18. Augures[37] sunt, qui volatus avium et voces intendunt, aliaque[38] signa rerum, vel observationes improvisas hominibus occurrentes. Iidem et auspices. Nam auspicia sunt, quae iter facientes observant.

19. Dicta autem sunt[39] auspicia, quasi avium aspicia, et auguria, quasi avium garria, hoc est avium voces, et linguae[40]. Item augurium, quasi avigerium[41], quod aves gerunt.

20. Duo sunt autem[42] genera auspiciorum: unum ad oculos: alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus: ad aures vox avium.

21. Pythonissae[43] a Pythio Apolline dictae[44], quod is auctor fuerit divinandi.

22. Astrologi dicti, eo quod in astris auguriantur[45].

23. Genethliaci[46] appellati propter nataliciorum[47] considerationes[48] dierum. Geneses enim hominum[49] per duodecim coeli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus et[50] eventus[51] praedicare[52] conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitae qui nascitur.

24. Hi sunt, qui vulgo Mathematici vocantur, cuius superstitionis genus Constellationes Latini vocant[53], id est notationes siderum, quomodo se habeant[54], cum quis[55] nascitur.

25. Primum autem iidem stellarum interpretes magi nuncupabantur[56], sicut de his legitur, qui in[57] Evangelio natum Christum annunciaverunt; postea hoc nomine soli Mathematici.

26. Cuius artis scientia[58] usque ad Evangelium fuit concessa, ut[59] Christo edito[60] nemo exinde nativitatem alicuius de coelo interpretaretur.

27. Horoscopi dicti, quod horas nativitatis hominum speculantur dissimili et diverso statu[61].

28. Sortilegi[62] sunt[63], qui sub nomine fictae religionis per quasdam quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam[64] profitentur, aut quarumcunque[65] scripturarum inspectione futura promittunt.

29. Salisatores vocati sunt, quia[66] dum eis membrorum quaecunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum, seu[67] triste significari[68] praedicunt[69].

30. Ad haec omnia pertinent et ligaturae execrabilium remediorum, quae ars medico-

1. al. — *artem* vulg. — 30) *dicti* Z. — 31) *capiunt* Gu. 2. — 32) *Aurusp.* Z. — 33) *orarum* al. — *ararum* al. — 34) *inspectores* Ar. pr. va. — 35) *intendit* Z. — 36) *praedicant* al. — *Exta etiam hi* pro *Hi etiam exta* scripsi e Gu. 1. — *Hi enim etiam exta* Z. — *extis* pro *ex his* Gu. 1. — 37) Vulg. add. *vero*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 38) *alia quaeque* Gu. 2. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *Dicta sunt autem* vulg. — 40) *linguas* Gu. 1. 2. al. — 41) *aviarium* Z. — 42) *autem* om. edit. Goth. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *Pythones.* — 44) *dicti* Ar. — 45) *augurantur* edit. Goth. Gu. 2. Ar. va. — 46) *Genitaliaci* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — *natalium* vulg. — 48) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *considerationem* vulg. — 49) *hominum* al. om. — 50) *et* om. Gu. 1. 2. — 51) *eventa* Gu. 2. al. var. lect. ap. Goth. — 52) *praedicere* Ar. — 53) *vocant Latini* Z. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *habeat* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *quisque* vulg. — 56) *nuncupantur* pr. — 57) *in* addidi e Gu. 1. al. pr. va. — Cod. Zittav. om. vv. *in evang. . . . . artis.* — 58) *inscientia* Z. — 59) *ubi* Z. — 60) *Christo edita* gothici. — 61) Sic Gu. 1. — *fatu* vulg. — *fato* Z. Gu. 2. va. — *facto* al. et var. lect. ap. Goth. — *factum* al. — 62) *Sortilogi* Z. va. — 63) *dicti sunt* Z. — 64) *sententiam* Z. — 65) *quarumque* Z. — 66) *qui* Z. — 67) *vel* Z. — 68) Sic Gu. 1. — *significare* vulg. — 69) *praedicant* al.

rum contemnit[1], sive in praecantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis[2].

31. In quibus omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni penitus execratione repudianda[3] atque damnanda.

32. Auguria autem avium Phryges primi[4] invenerunt.

33. Praestigium vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum autem praestigium, quod praestringat[5] aciem oculorum.

34. Aruspicinae[6] artem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages[7]. Hic exoriens[8] aruspicinam dictavit: et postea non apparuit.

35. Nam dicitur fabulose arante quodam rustico subito hunc[9] exiluisse[10] et aruspicinam dictasse, qua die et mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca[11] lingua in propriam mutaverunt.

CAP. X[12]. *De paganis.*

1. Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt, et a[13] tali initio pagani vocabulum[14] sortiti sunt.

2. Gentiles sunt, qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. Dicti autem gentiles, quia ita sunt, ut fuerunt geniti, id est, sicut in carne[15] descenderunt sub peccato, scilicet idolis servientes, et necdum regenerati.

3. Proinde gentiles nuncupabantur primitus[16]: ipsi dicuntur Graece Ethnici. Ethnici enim[17] ex Graeco in Latinum interpretantur gentiles. *Ἔθνος* enim Graece gens dicitur[18].

4. Post fidem autem non debent[19] vocari gentes, sive gentiles hi, qui[20] ex gentibus credunt[21]: sicut post fidem dici iam non potest Iudaeus, testante Paulo[22], et dicente iam Christianis: *Quoniam cum gentes essetis*, hoc est, infideles.

5. Apostatae dicuntur, qui post baptismum Christi susceptum ad idolorum cultum et sacrificiorum contaminationes revertuntur[23]. Est autem nomen Graecum.

CAP. XI. *De diis gentium.*

1. Quos autem pagani deos asserunt, homines olim fuisse produntur, et pro uniuscuiusque vita, vel meritis coli apud suos post mortem coeperunt, ut apud Aegyptum Isis, apud Cretam Iovis, apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus.

2. Eodem quoque modo apud Athenas Minerva, apud Samum Iuno, apud Paphos[24]

1) Sic Gu. 1. — *condemnat* vulg. *condemnat et refutat* al. — 2) *diligandis* Gu. 2. — *alligandis* al. — 3) *respuenda* al. — 4) *primum* al. va. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *perstringat* vulg. — 6) *Aurusp.* pr. va. h. l. et postea. — 7) Sic Ar. — *Stages* vulg. *Strages* Gu. 1. et var. lect. ap. Goth. *Styages* Gu. 2. *Sages* al. et var. lect. ap. Goth. *Statages* al. ap. Goth. Vide Cic. de Divin. II, 23. — 8) Sic scripsi de coniectura Arevali, nam vulg. *ex horis* nihil est. Confirmat Arevali coniecturam sequens *exiluisse*. — *exortus* al. — 9) *hunc* om. edit. Goth. — 10) Vulg. *ex glebis exsiluisse* (*exsilivisse* ed. Goth.), sed vv. *ex glebis* om. Gu. 1. — 11) *Thusca* Z. Gu. 2. al. va. — 12) Hoc caput et quae reliqua sunt in hoc libro om. cod. Zittav. — 13) *a* om. Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. — Vulg. *vocab. pag.* — 15) *in carnem* Gu. 2. va. — 16) Sic Gu. 1. — *primitus nunc.* vulg. — *nuncupantur* Gu. 2. pr. va. Ar. — 17) *enim* om. Gu. 2. — 18) *est* va. — 19) *debere* Gu. 2. al. et postea *eos qui*. — 20) *quia* omisso *hi* Gu. 1. — 21) *crediderunt* Gu. 1. — 22) Vulg. add. *apostolo*, quod om. Gu. 1. Locus est 1 Cor. 12, 2. — 23) *ab idolorum cultu ad sacr. contaminationem* Gu. 2. — 24) *Paphum* al. —

Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delos Apollo. In quorum etiam laudibus accesserunt et[25] poetae, et compositis carminibus in coelum eos sustulerunt.

3. Nam quorundam ad inventiones[26] artium cultum peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Ab actibus autem vocantur, ut Mercurius, quod mercibus praeest: Liber a libertate.

4. Fuerunt etiam et quidam viri fortes, aut urbium conditores, quibus mortuis homines, qui eos dilexerunt, simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium, sed paulatim hunc errorem persuadentibus daemonibus[27], ita in posteris[28] irrepsisse, ut quos illi pro sola nominis memoria honoraverunt, successores deos existimarent atque colerent.

5. Simulacrorum usus exortus est, cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines, vel effigies, tanquam in coelum receptorum[29], pro quibus se in[30] terris daemones colendi[31] supposuerunt, et sibi sacrificari[32] a deceptis et perditis persuaserunt[33].

6. Simulacra autem ex similitudine sunt nuncupata[34], eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum vultus imitantur, in quorum honorem[35] finguntur. Ergo simulacra vel pro eo, quod sunt similia, vel pro eo, quod simulata atque conficta, unde et falsa[36] sunt.

7. Et notandum, quod Latinus sermo sit in Hebraeis voluminibus[37]. Apud Hebraeos[38] enim idolum, sive simulacrum Selem[39] dicitur. Iudaei dicunt, quod Ismael primus simulacrum luto fecerit[40].

8. Gentiles autem primum Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse artem simulacra[41] et statuas fingendi. Unde et poetae ab eo homines primum factos esse confingunt figurate propter effigies.

9. Apud Graecos autem Cecrops, sub quo primum in arce oliva orta est, et Atheniensium urbs ex Minervae appellatione nomen sortita est.

10. Hic primus omnium Iovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia unquam[42] repertis[43].

11. Idololatria[44] idolorum servitus, sive cultura interpretatur. Nam *λατρεία* Graece, Latine servitus dicitur, quae quantum ad veram religionem attinet, nonnisi uni et soli Deo debetur.

12. Hanc sicut impia superbia sive hominum, sive daemonum sibi[45] exhiberi vel iubet, vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum sibi oblatam recusat, et cui debetur ostendit.

13. Idolum[46] autem est simulacrum, quod humana effigie factum et consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem. *Εἶδος* autem[47] Graece formam sonat, et ab eo per diminutionem idolum deductum, quod[48] apud nos formulam facit.

14. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde et[49] idololatria

25) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 26) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *et invent.* Gu. 2. al. — 27) *daemon. pers. hunc err.* Gu. 2. — *persuadentes hominibus* al. *persuadentibus hominibus* al. — 28) *in posteros* Ar. coniecit. — Vulg. add. *constat*, quod om. Gu. 1. 2. al. — 29) Sic Gu. 1. *receptor* al. ap. Goth. — *receptae* vulg. *receptis* Gu. 2. al. pr. va. Ar. *receptos* al. — 30) *in* om. ed. Goth. — 31) *colendis* al. et cod. I. Tolet. *colendos* Ar. — 32) *sacrificare* Gu. 2. va. — 33) *suaserunt* va. — 34) Sic Gu. 1. — Vulg. *a simil. nunc.* — 35) *honore* Gu, 1. 2. al. pr. *honores* va. — 36) *unde et facta sunt vel falsa* va. — 37) Sic Gu. 1. *in Hebraeis* Gu. 2. Ar. — Vulg. *et non Hebraeus.* — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *apud eos.* — 39) Sic Ar. *Semel* Gu. 1. 2. pr. va. edit. Goth. *Ismael* vulg. Est ab Hebraeo צֶלֶם. — 40) *fecit* Gu. 2. — 41) *simulacri* Gu. 1. — *simulacrorum* va. — 42) *usquam* Ar. — 43) Sic Gu. 1. — *visis* vulg. — 44) *Idolatria* vulg. cum Gu. 1. 2. pr. va. — 45) *si* Gu. 2. — 46) *Idolorum* Gu. 2. — 47) *autem* pro vulg. *enim* Gu. 1. — 48) *atque apud* Gu. 2. *eaque apud* al. *eque apud* pr. — 49) *et* addidi e Gu. 1.

omnis circa idolum[1] famulatus et servitus. Quidam vero Latini[2] ignorantes Graece imperite dicunt, idolum ex dolo sumpsisse nomen, quod diabolus creaturae cultum divini nominis invexit.

15. Daemonas a Graecis dictos aiunt, quasi *δαήμονας*, id est peritos ac rerum scios[3]. Praesciunt enim futura multa, unde et solent responsa aliqua dare.

16. Inest enim[4] illis cognitio rerum plus quam infirmitati humanae, partim subtilioris[5] sensus acumine, partim experientia longissimae vitae, partim per Dei iussum angelica revelatione. Hi corporum aeriorum[6] natura vigent.

17. Hi ante[7] transgressionem quidem coelestia corpora gerebant. Lapsi vero in aeriam qualitatem conversi sunt, nec aeris illius puriora spacia, sed ista caliginosa tenere permissi[8] sunt, qui eis quasi carcer est usque ad tempus iudicii. Hi sunt[9] praevaricatores angeli, quorum princeps est diabolus.

18. Diabolus Hebraice dicitur deorsum fluens, quia[10] quietus in coeli culmine stare contempsit, sed superbiae pondere deorsum corruens cecidit. Graece vero diabolus criminator vocatur, vel quod[11] crimina, in[12] quae ipse inlicit[13], ad Deum referat, vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accuset[14], unde[15] in Apocalypsi[16] voce angelica dicitur: *Proiectus est*[17] *accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Domini*[18] *Dei nostri die ac nocte.*

19. Satanas in Latinum[19] sonat adversarius, sive transgressor. Ipse est enim[20] adversarius, qui est veritatis inimicus, et semper sanctorum virtutibus contraire[21] nititur. Ipse et transgressor, quia transgressor[22] effectus[23] in veritate, qua conditus est[24], non stetit. Idem et tentator, quia tentandam iustorum innocentiam postulat, sicut in libro[25] Iob scribitur.

20. Antichristus appellatur, quia[26] contra Christum venturus est, non, quomodo quidam simplices intelligunt, Antichristum ideo dictum, quod ante Christum venturus sit, id est[27] post eum veniet[28] Christus. Non sic, sed Antichristus Graece dicitur, quod est Latine contrarius Christo. *Ἀντὶ* enim Graece in Latinum contra significat.

21. Christum enim se mentietur, cum[29] venerit, et contra eum dimicabit[30], et adversabitur sacramentis Christi, ut veritatis eius evangelium solvat[31].

22. Nam et templum Hierosolymis reparare, et omnes veteris legis ceremonias restaurare tentabit. Sed et[32] ille Antichristus est, qui negat esse Dominum Christum[33]. Contrarius est enim Christo[34]. Omnes enim, qui exeunt de Ecclesia et ab unitate fidei praeciduntur, et ipsi Antichristi sunt.

1) *circa omne idolum* al. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Latine* vulg. — 3) Sic Gu. 1. Ar. *praescios* vulg. — 4) *enim* om. Gu. 2. — 5) *subtiliori* Gu. 2. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *aereorum* vulg. Sic mox iidem libri *aeriam.* — 7) *Hi* addidi e Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *perpessi sunt.* — al. *persistunt.* — 9) Vv. *Hi . . . est diabolus* om. al. Pro *princeps diab. est* Gu. 1. exhibet *princ. est diab.* — Gu. 2. *diab. princ. est.* — 10) Vv. *quia . . . die ac nocte* om. al. — 11) *quod vel* Gu. 2. al. — 12) *in* addidi e Gu. 1. va. Ar. *in qua* Gu. 2. pr. — 13) *superbia cecidit illicita ad Deum ref.* Gu. 1. — 14) Sic Gu. 1. 2. (*accusat.*) Ar. — Vulg. *cr. acc. fict.* — 15) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 16) cap. 12, 10. — 17) *est* om. Gu. 2. — 18) *Domini* addidi e Gu. 1. — 19) *Latine* al. — 20) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *Ipse enim est.* — 21) *contrarie* al. — 22) Sic Gu. 1. *praevaricator* vulg. — 23) *est* add. Gu. 1. — 24) *est* om. va. — 25) *libro* addidi e Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. Ar. — *quod* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et* vulg. — 28) Sic Gu. 1. *veniat* vulg. — 29) Sic Gu. 1. — *dum* vulg. — 30) *dimicabitur* Gu. 1. 2. al. — 31) *et veritatis eius evangelium Christi solvat* Gu. 1. — 32) *et* om. Gu. 2. — 33) *Deum Christum* Ar. — 34) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *Contr. enim est* — *Christi* Gu. 2. — om. *Christo* va. — 35) *Babylonum* Gu. 2. *Babylonicum* ed. Goth. — 36) *quae* va. — 37) *primus* al. om. — 38) *Baal* var. lect. ap. Goth. — 39) *quidam* Gu. 2. — 40) *sacramentorum* Gu. 1. — 41) *ut* Gu. 1. — 42) *Belfegor* Gu. 1. 2. — 43) *autem* Gu. 2. — 44)

23. Bel idolum Babylonium[35] est, quod[36] interpretatur vetus. Fuit enim hic Belus pater Nini, primus[37] rex Assyriorum, quem quidam Saturnum appellant, quod nomen et apud Assyrios et apud Afros postea cultum est, unde et lingua Punica Bal[38] Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel vocatur quadam[39] sacrorum[40] suorum ratione et[41] Saturnus et sol.

24. Beelphegor[42] interpretatur simulacrum ignominiae. Idolum enim[43] fuit Moab, cognomento Baal, super montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, deum hortorum.

25. Fuit enim de Lampsaco[44] civitate Hellesponti, de qua pulsus est, et propter virilis membri magnitudinem in numero[45] deorum suorum eum Graeci transtulerunt, et in numen[46] sacraverunt hortorum, unde et[47] dicitur praeesse hortis propter eorum foecunditatem.

26. Beelzebub[48] idolum fuit Accaron[49], quod interpretatur vir muscarum. Zebub enim[50] musca vocatur[51]. Spurcissimum igitur idolum, ideo virum muscarum vocatum[52], propter sordes idololatriae[53], sive propter immunditiam[54].

Belial * * *[55].

27 Behemoth[56] ex Hebraea lingua[57] in Latinam linguam animal sonat, propter quod de excelsis ad terrena cecidit, et pro merito suo ut animal brutum effectus sit. Ipse est et[58] Leviathan, id est serpens de aquis, quia in huius seculi mari volubili versatur astutia.

28. Leviathan autem interpretatur additamentum eorum, quorum scilicet, nisi hominum, quibus[59] in paradiso semel per[60] culpam praevaricationis intulit mortem[61], et hanc usque ad aeternam mortem cotidie[62] persuadendo adiicit[63], vel extendit.

29. Quaedam autem deorum suorum nomina[64] gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere eaque in causis elementorum composita esse interpretantur, sed hoc a poetis totum est fictum[65], ut deos suos ornarent aliquibus figuris, quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse historiae confitentur. Omnino enim fingendi locus vacat, ubi veritas cessat.

30. Saturnus origo deorum et[66] totius posteritatis a paganis designatur. Hunc Latini a satu appellatum ferunt, quasi ad ipsum satio pertineat omnium rerum[67], vel a temporis longitudine, quod saturetur annis.

31. Unde et Graeci eum[68] Κρόνος nomen habere dicunt[69], id est tempus, quod filios suos fertur devorasse, hoc est annos, quos tempus produxerit[70], in se revolvit[71], vel eo, quod[72] semina, unde oriuntur, iterum redeunt.

Sic Ar. — Vulg. *Lapsaco.* — 45) Sic Gu. 1. 2. va. — *numerum* vulg. — 46) Sic Gu. 1. 2. pr. va. edit. Goth. *nomine* vulg. *nomen* Ar. — 47) *et* om. va. — 48) *Belzebub* Gu. 1. 2. — 49) *Acharon* Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. — *autem* vulg. 51) *interpretatur* al. — 52) *Virum . . . vocatum* pro vulg. *vir . . . vocatur* Gu. 1. exhibet. — 53) *idolatriae* Gu. 2. pr. — 54) *immunditiem* edit. Goth. pr. va. *pro immunditia* Gu. 2. — 55) Vulg. sequitur: *sine iugo: Belial Hebraice bel dicitur, idolum Ninivitarum.* Sed haec absunt a codd. Gu. 1. 2. et editt. pr. va. Ar. Quare lacunae signum posui. Saepe desunt in nostris codd. interpretationes nominum. Cod. Lucan. sic supplet: *Belial interpretatur caeca angustia sive caecum lumen, vel filius praevaricationis.* Ita etiam cod. Alb. — 56) *Beemoth* Gu. 1. 2. *Vehemoth* va. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hebraea voce.* — 58) *et* om. edit. Goth. — 59) *qui* Gu. 1. — 60) *per* om. Gu. 1. Ar. — 61) *mortem* om. Gu. 2. Ar. — 62) Sic Gu. 1. 2. *quotidie* vulg. — 63) Sic Ar. *adicit* Gu. 1. var. lect. ap. Goth. *ducit* Gu. 2. *adducit* vulg. — 64) Sic Gu. 1. nisi quod *numina* exhibet. — Vulg. *nom. deor. suor.* — 65) Sic Gu. 1. *fictum est* vulg. — 66) *et* om. va. — 67) Sic Gu. 1. — Vulg. *omnium pert. rer.* — 68) Sic Gu. 1. — Vulg. *unde eum Gr.* — Gu. 2. pr. va. *unde et eum Gr.* — 69) *quasi χρόνος* add. Ar. *dicunt* om. Gu. 2. — 70) *reduxerit* Gu. 1. — 71) *resolvit* al. — 72) *vel quod eo* al. va. — *eo* om. Gu. 2.

32. Hunc Coeli patris abscidisse genitalia dicunt, quia nihil in coelo de seminibus nascitur. Falcem tenet, inquiunt, propter agriculturam significandam, vel propter tempora et annos, quod in se redeant, vel propter sapientiam, quod intus acuta sit.

33. In aliquibus[1] autem civitatibus Saturno liberos suos apud gentiles[2] immolabant, quos Saturnum devorasse tradiderunt poetae[3].

34. Iovis fertur a iuvando dictus, et Iupiter quasi iuvans pater, hoc est, omnibus praestans. Hunc et privato titulo Iovem optimum dixerunt, dum fuisset incestus in suis, impudicus in extraneis.

35. Quem modo taurum fingunt propter Europae raptum; fuerat[4] enim[5] in navi, cuius insigne erat taurus: modo Danaes per imbrem aureum appetisse[6] concubitum, ubi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro[7] corruptam: modo in similitudinem aquilae fuisse, propter quod puerum[8] ad stuprum rapuerit: modo serpentem, quia reptaverit, et cygnum, quia cantaverit.

36. Et ideo non figurae istae sunt, sed plane[9] de veritate scelera. Unde turpe erat tales deos credi, quales homines esse non debeant.

37. Ianum dicunt quasi mundi vel coeli mensium ianuam: duas Iani facies faciunt, propter orientem et occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem et Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc referunt, vel ad quatuor elementa, sive tempora. Sed dum hoc fingunt, monstrum, non deum faciunt.

38. Neptunum aquas mundi praedicant[10], et dictus ab eis Neptunus, quasi nube tonans.

39. Vulcanum volunt ignem, et dictus Vulcanus quasi volans candor, vel quasi volicanus, quod per aerem volat[11]. Ignis enim a[12] nubibus nascitur.

40. Unde etiam Homerus[13] dicit, eum praecipitatum de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Idcirco autem Vulcanus de foemore Iunonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascuntur.

41. Claudus autem dicitur Vulcanus, quia per naturam nunquam rectus est[14] ignis, sed[15] quasi claudus eiusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem Vulcanum auctorem dicunt, quia sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest.

42. Pluton[16] Graece, Latine Diespiter, vel Ditis[17] pater, quem alii vocant Orcum[18], quasi receptorem mortuorum[19]. Unde et orca appellatur[20] vas, quod recipit aquas. Ipse et Graece[21] Charon.

43. Liberum a liberamento appellatum volunt, quod quasi mares in coeundo per eius

1) *in aliquot* al. — 2) *apud* addidi e Gu. 1. et gothicis. Gu. 2. om. vv. *gentiles . . liberos suos.* — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia Saturnum poetae liberos suos devorasse solitum tradiderunt.* — *quod* pro *quia* Ar. — 4) Sic Gu. 1. *fuit* vulg. — 5) *enim* om. Gu. 2. — 6) *appetiisse* Ar. — 7) *a viro* Gu. 1. — Vulg. sequitur *fuisse*, quod om. Gu. 1. Ar. — 8) *aquilae, Ganymedem quod puerum* al. — 9) Sic Gu. 1. Ar. pr. va. var. lect. ap. Goth. *plana* vulg. — 10) *aquarum mundi praedicant deum* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. *volet* vulg. — 12) *a* pro *de* Gu. 1. *e nub.* Gu. 2. va. — 13) *poeta Hom.* al. — *unde et* va. Locus est Hom. Il. *α*. — 14) Sic Gu. 1. 2. va. *est rectus* vulg. — 15) Vv. *sed quasi . . . extendi potest* om. cod. Lucan., qui pro his exhibet: *ei apud Lemnos fuisse Deus testatur.* — 16) *Pluto* al. — 17) *Dis* al. — 18) Sic Gu. 1. *Orcum vocant* al. — *orceum* al. — 19) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *mortium.* — 20) Sic Gu. 1. *nuncupatur* vulg. — 21) *Graece* om. Gu. 2. — 22) *pingitur et apud Nexso fuisse testatur. Dicunt* al. — 23) *dans* al. — 24) al. *id est ab hac dissolutione.* — 25) *Dionisius* Gu. 1. pr. *Dionius* Gu. 2. — 26) *et Nisa* Gu.

beneficium emissis seminibus liberentur, quod idem Liber muliebri et delicato corpore pingitur[22]. Dicunt enim mulieres ei attributas et vinum propter excitandam libidinem.

44. Unde et frons eius pampino cingitur; sed ideo coronam viteam et cornu habet, quia cum grate et moderate vinum bibitur, laetitiam praestat, cum ultra modum, excitat lites, id est quasi cornua dat[23]. Idem autem et Lyaeus *ἀπὸ τοῦ λύειν*[24], quod multo vino membra solvantur. Iste et Graece *Διόνυσος*[25] a monte Indiae Niso, ubi dicitur esse nutritus. Caeterum est Nisa[26] civitas, in qua colitur idem Liber[27], unde[28] Nisaeus dictus est.

45. Mercurium sermonem interpretantur[29]. Nam ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius. Ideo et *Ἑρμῆς* Graece, quod sermo, vel interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, *ἑρμηνεία* dicitur.

46. Ideo et mercibus praeesse, quia inter vendentes et ementes sermo fit medius. Qui ideo fingitur habere pennas[30], quia citius verba discurrunt. Unde et velox et errans inducitur: alas[31] eius in capite et in pedibus significare volucrem per aera sermonem fieri[32].

47. Nuncium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enunciantur[33]. Et ideo eum[34] furti magistrum dicunt, quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet, qua serpentes dividit, id est venena.

48. Nam bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur, unde[35] secundum Livium legati pacis Caduceatores dicuntur. Sicut enim per feciales bella indicebantur[36], ita pax per caduceatores fiebat.

49. Hermes autem[37] Graece[38] *ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας*, Latine interpres, qui ob virtutem multarumque[39] artium scientiam Trimegistus[40], id est[41] ter maximus nominatus est. Cur autem eum capite canino fingunt, haec ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus et perspicax habeatur.

50. Martem deum belli esse dicunt, et Martem appellatum, quia per viros pugnatur, ut sit Mars mas[42], licet et tria sint[43] genera consuetudinum, sicut Scytharum, ubi foeminae[44] et viri in pugnam eunt. Amazonum, ubi solae foeminae: Romanorum aliarumque gentium, ubi soli mares.

51. Item Martem[45] quasi effectorem mortium. Nam a Marte mors nuncupatur. Hunc[46] et adulterum dicunt, quia belligerantibus incertus est.

52. Quod vero nudo pectore stat, ut bello se quisque sine formidine cordis obiiciat. Mars autem apud Graecos[47] Gradivus dicitur, eo quod in bello gradum inferant, qui pugnant, aut quod impigre gradiantur.

2. pr. va. — 27) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. *idem et Liber* vulg. — 28) *unde et* edit. Goth. Ar. va. — 29) Sic Gu. 1. 2. al. Ar. — Vulg. *Mercurius . . . interpretatur.* — *interpretaverunt* cod. 1. Archiv. Vat. — 30) *pinnas* Gu. 2. — 31) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *fieri per aer. serm.* — 33) *nunciantur* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. *Ideo autem hunc* (*hunc* om. Gu. 2. al.) vulg. — 35) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Locus Livii est lib. XXXII, 32. — 36) *inducebantur* Gu. 1. al. pr. — 37) *autem* om. Gu. 2. pr. va. edit. Goth. — 38) *dicitur* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 39) *que* om. Gu. 1. — 40) *Termeg.* va. *Trismeg.* Ar. — 41) *id est* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 42) Vulg. *quasi mas*, sed *quasi* om. Gu. 1. al. Ar. — *cum sit Mars mas* va. — *maris ars* pro *mas* Ar. — 43) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *sunt* vulg. — 44) Vulg. *et fem.*, sed *et* om. Gu. 1. *et viri et fem.* va. — 45) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Gu. 1. 2. — 46) Sic Gu. 1. Ar. *Unde* vulg. — 47) *apud Thracas* Ar. Graecis *θούριος ἄρης*.

53. Apollinem quamvis divinatorem et medicum vellent, ipsum tamen etiam solem[1] dixerunt, quasi solum. Ipsum Titan, quasi unum ex Titanis, qui adversus[2] Iovem bellum non fecit.

54. Ipsum Phoebum quasi ephebum, id est[3] adolescentem. Unde et sol quasi[4] puer pingitur, eo quod cotidie[5] oriatur[6], et nova luce nascatur. Pythium quoque eundem Apollinem vocari aiunt a Pythone immensae molis serpente, cuius non magis venena, quam magnitudo terrebat.

55. Hunc Apollo sagittarum ictibus sternens huius quoque nomen et spolia[7] reportavit, ut Pythius vocaretur. Unde et ob insigne victoriae Pythia sacra celebranda constituit.

56. Dianam quoque germanam[8] eius similiter lunam et viarum praesidem aiunt. Unde et virginem[9] volunt, quod via nihil pariat, et ideo ambo sagittas habere finguntur, quod ipsa duo sidera de coelo radios usque ad terras emittunt[10]. Dianam autem vocatam quasi Duanam[11], quod die et nocte luna appareat[12].

57. Ipsam et Lucinam asserunt[13], eo quod luceat. Eandem et Triviam, eo[14] quod tribus fingatur figuris. De qua Virgilius[15]:

Tria virginis ora Dianae.

quia eadem luna[16], eadem Diana, et[17] eadem Proserpina vocatur.

58. Sed cum luna fingitur[18]:

Sublustri splendet amictu.
Cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est:
Cum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx.

Latonia autem Diana, eo quod Latonae[19] fuerit filia.

59. Cererem, id est terram a creandis frugibus asserunt dictam, appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt etiam eam et Opem, quod opere melior fiat terra.

60. Proserpinam[20], quod ex ea[21] proserpant fruges.

61. Vestam, quod herbis, vel variis vestita sit rebus, vel a vi sua stando. Eandem et Tellurem et Matrem magnam fingunt, turritam cum tympano[22] et gallo[23] et strepitu cymbalorum. Matrem vocatam, quod plurima pariat. Magnam, quod cibum gignat, almam, quia universa animalia fructibus suis alat[24]. Est enim alimentorum nutrix terra.

62. Quod simulacrum eius cum clavi fingitur, quia tellus hyeme clauditur, vere[25] aperitur, ut fruges nascantur. Quod tympanum habet, significare[26] volunt orbem terrae.

63. Quod curru vehi[27] dicitur, quia ipsa est terra, quae[28] pendet[29] in aere[30]. Quod

1) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *solem etiam* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *adversum* vulg. — *bellum adv.* va. — *bellum* om. Ar. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *hoc est.* — 4) *quasi* addidi e Gu. 1. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *quotidie* vulg. — 6) *oritur . . . nascitur. Apollo autem apud Delos esse dicitur Pythium* al. — 7) Sic Gu. 1. — *nomen quoque et spol.* Gu. 2. — *nominis quoque spolia* vulg., om. *eius.* — 8) Sic Gu. 1. 2. — *sororem* vulg. — 9) *eam* add. al. — 10) *Curithes et coriantes duae gentes aptae ad ludum, hii cecinerunt opex uxoris Saturni, dum peperit Iovem* add. Gu. 1. — *emittant* Ar. — 11) *Diana . . . . vocata . . . Duana* al. — 12) Sic Gu. 1. — Vulg. *luna die ac nocte.* — *luna et die et nocte* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. al. — *asseverant* vulg. — 14) *eo* addidi e Gu. 1. al. — 15) Aen. IV, 511. — 16) *quia eadem luna* om. va. — 17) *et* om. Gu. 2. — 18) Locus est e Prudent. I. contr. Symmach. 363. — 19) Sic Gu. 1. — *Latoniae* Ar. — *Latonia* Gu. 2. pr. va. — *Latonis* vulg. Arev. suspicatur *Latonâs.* — 20) *Dicunt et Proserpinam* al. — 21) *ex eo* Ar. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *tympana* vulg. — 23) *gallis* Ar. — 24) Sic Gu. 1. — *alit* vulg. — 25) *verno* al. — 26) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *significari* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *vehitur* vulg. — 28) *quod* Gu. 2. — 29) *pendit* Gu. 2. — 30) *aera* al. — 31) *mobilis* al. — 32) Sic Gu.

sustinetur rotis, quia mundus rotatur et volubilis[31] est. Quod leones illi subiiciunt mansuetos, ut ostendant, nullum esse genus[32] terrae[33] tam ferum, quod non subigi[34] possit, aut superari ab ea.

64. Quod in capite turritam gestat coronam, ostendit[35] superpositas terrae civitates quasi[36] insignitas turribus constare. Quod sedes finguntur circa eam, quia cum omnia moveantur, ipsam non moveri.

65. Quod Corybantes eius ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significaretur[37] omnes pro terra sua debere pugnare[38]. Quod gallos huic deae ut servirent fecerunt, significat[39], qui semine indigeant, terram sequi oportere. In ea[40] quippe omnia reperire[41].

66. Quod se apud eam iactant, praecipitur, inquiunt, ut qui terram colunt ne sedeant, semper enim esse, quod agant. Cymbalorum[42] aereorum sonitus ferramentorum crepitus in colendo agro[43]: et ideo[44] aere, quod terram antiqui aere colebant[45], priusquam ferrum esset inventum.

67. Eandem Vestam et ignem esse perhibent, quia terram ignem habere non dubium est[46], ut ex Aetna Vulcanoque datur intelligi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia, quae arripuerit, absumat[47].

68. Ovidius in Fastis[48]:

Nec tu[49] aliud Vestam, quam vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla[50] vides.

Propterea et virgines ei servire dicuntur[51], eo quod sicut ex[52] virgine, ita nihil ex igne nascatur[53].

69. Iunonem dicunt quasi ianonem, id est ianuam, pro purgationibus foeminarum, eo quod quasi portas matrum natura pandat, et nubentium maritis[54]. Sed hoc philosophi. Poetae autem Iunonem Iovis asserunt sororem et coniugem: ignem enim et aerem Iovem, aquam et terram Iunonem interpretantur; quorum duorum permixtione universa gignuntur.

70. Et sororem dicunt, quod mundi pars est. Coniugem, quod commixta concordat[55]. Unde et Virgilius[56]:

Tum Pater omnipotens foecundis imbribus aether
Coniugis in gremium laetae[57] descendit —.

71. Minerva apud Graecos Ἀθήνη[58] dicitur, id est, foemina. Apud Latinos autem Minervam[59] vocatam quasi deam et munus artium variarum. Hanc enim inventricem multorum ingeniorum perhibent, et inde eam artem et rationem interpretantur, quia sine ratione nihil potest contineri.

72. Quae ratio, quia ex solo animo nascitur, animumque putant esse in capite et in[60] cerebro: ideo eam dicunt de capite Iovis esse natam, quia sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite eius[61].

1. — *genus esse* vulg. — 33) *terrae* om. al. — 34) *subici* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. va. — *ostenditur* vulg. — *ostendunt* al. — 36) *quas . . . constat* Ar. — 37) Sic Gu. 1. — *significentur* Ar. *significetur* vulg. — 38) *pugnare debere* Gu. 2. — 39) Sic scribendum puto e Gu. 1. in quo est *significaret*. — Vulg. *significant*. — 40) Sic Gu. 1. 2. va. — *in eo* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *reperiri* vulg. — 42) Vulg. *autem* add., quod om. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *in colendis agris* — al. *in colendo agros*. — *in colendos agros* Gu. 2. — 44) *sed ideo* Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. 2. — *coleb. aere* vulg. — 46) *non est dub.* va. — 47) *adsumat* Gu. 2. al. — 48) Fast. VI, 291. — 49) *tu* om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. 4. va. Ar. — *nuda* vulg. — 51) *dicunt* Gu. 2. — 52) *ex* pro *de* Gu. 1. 2. pr. va. — 53) *nascitur* Ar. — 54) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *matrum natorum pandat, id est nubentium mar.* — Ar. *matrum natis et naturas pandat nub. mar.* — *id est* exhibent Gu. 1. 2. pr. va. al. Ar. om. al. — *matronarum* al. — 55) Sic Gu. 1. al. var. lect. ap. Goth. (*mixta*) Ar. — Vulg. *commixta corda tundit* — *cordat* gothici. — 56) Georg. II, 325. — 57) Hoc addidi e Gu. 1., in quo est *late* — Ar. *laeta*. — 58) *Athenas* Gu. 1. 2. 4. pr. va. — 59) *Minerva vocata quasi Dea* al. — 60) *in* om. Gu. 2. Ar. — 61) Sic Gu. 1. — *est* vulg.

73. In cuius pectore ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic est omnis prudentia, quae confundit alios, et imperitos ac saxeos comprobat[1]: quod et in antiquis Imperatorum statuis cernimus in medio pectore loricam[2], propter insinuandam sapientiam et virtutem.

74. Haec Minerva et Tritonia dicitur. Triton enim Africae palus est, circa quam fertur virginali apparuisse aetate, propter quod Tritonia nuncupata est. Unde et tanto proclivius dea credita[3], quanto minus origo eius innotuit.

75. Pallas autem dicta vel ab insula Pallene in Thracia, in qua nutrita est, vel *ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ*, id est ab hastae concussione[4], vel quod Pallantem gigantem occiderit.

76. Venerem exinde dicunt appellatam[5], quod sine viro[6] foemina esse virgo[7] non desinat. Hanc Graeci *Ἀφροδίτην*[8] vocant propter spumam sanguinis generantem. *Ἄφρος* Graece enim[9] spuma[10].

77. Quod autem Saturnum fingunt Coelo patri[11] genitalia abscidisse, et sanguinem fluxisse in mare[12], atque ex[13] spuma maris[14] concreta Venus nata est, illud aiunt, quod per coitum[15] salsi humoris substantia est, et inde *Ἀφροδίτην* Venerem dici, quod[16] coitus spuma est sanguinis, quae[17] ex succo viscerum liquido salsoque constat.

78. Ideo autem Venerem[18] Vulcani dicunt uxorem, quia Venereum[19] officium nonnisi[20] calore consistit, unde est[21]

Frigidus in Venerem senior.

79. Nam quod[22] Saturnus[23] dicitur Coelo patri virilia amputasse, quae in mare cadentia Venerem creaverunt, ideo[24] fingitur, quia nisi humor de coelo in terram descenderit, nihil creatur[25].

80. Cupidinem appellatum[26] ferunt propter amorem. Est enim daemon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus[27] et irrationabilis amor. Sagittam[28] et facem tenere fingitur. Sagittam, quia amor cor[29] vulnerat, facem, quia inflammat.

81. Pan dicunt Graeci, Silvanum Latini[30], deum rusticorum, quem in naturae similitudinem formaverunt, unde et[31] Pan dictus est, id est omne. Fingunt enim eum ex universali[32] elementorum specie.

82. Habet enim cornua in similitudinem radiorum solis et lunae. Distinctam maculis habet pellem, propter coeli sidera. Rubet eius facies ad similitudinem aetheris. Fistulam septem calamorum gestat, propter harmoniam coeli, in qua sunt septem[33] soni et septem discrimina vocum.

1) *improbat* al. — 2) Sic Gu. 1. eamque lectionem coniectura assecutus est Arev., quamquam in contexta non recepit. — Vulg. *loricae.* — 3) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 4) *ab hostis incursione* Gu. 2. va., quae addit: *ab hasta concussione.* — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *nuncupatam.* — 6) Sic Gu. 1. al. et var. lect. ap. Goth. — 7) *virgo esse* Gu. 2. va. — 8) *Afrodin* h. l. et ubique Gu. 1. 2. pr. va. — *Graece* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ἀφρ. enim Gr.* — Gu. 2. *autem* pro *enim.* — 10) Vulg. add. *vocatur*, quod om. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *fingunt Iovem Saturno Coelo patri.* Ar. pr. va. *fingunt Saturnum Coelo.* — 12) *in mari* Gu. 2. al. pr. — 13) *atque ideo sp.* Gu. 1. — *et quod ex sp.* Ar. — *eo sp.* Gu. 2. pr. — *ea spuma* al. — 14) *maris* al. om. — 15) *coitus* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. 2. al. pr. (*quo*) *quia* vulg. — 17) *qui* Gu. 1. — 18) *Venerem* om. Gu. 2. — 19) *Venerium* Gu. 1. pr. va. — 20) Sic Gu. 1. Ar. — *non sine* vulg. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Locus est ex Virgil. Georg. III, 97: *Frigidus in Venerem senior.* — 22) *quod* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 23) *Saturno Iovis dicitur* pr. — *patri Coelo* Gu. 2. va. Ar. — 24) *quod ideo* Gu. 1. 2. — 25) *Haec apud Paphos fuisse dicitur* add. cod. Lucan. — 26) Sic Gu. 1. — *vocatum* vulg. — 27) *est* add. Ar. — 28) *Sagittam . . . fingitur* om. Gu. 2. — 29) *eorum* pro *cor* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — *Latini Silv.* vulg. — 31) *et* om. edit. Goth. — 32) *universa* al. — 33) Sic Gu. 1. — *septem sunt* vulg. — 34) Sic e vestigiis Gu. 1. scripsi, in quo est: *tellus cum vestita est agita*

83. Villosus est, quia tellus convestita est et agitata ventis[34]. Pars eius inferior foeda est, propter arbores et feras et pecudes. Caprinas ungulas habet, ut soliditatem terrae ostendat, quem volunt rerum et totius naturae deum, unde[35] Pan quasi omnia dicunt.

84. Isis lingua Aegyptiorum terra appellatur, quam Isin volunt esse. Fuit autem[36] Isis regina Aegyptiorum Inachi regis filia, quae de Graecia veniens Aegyptios docuit literas[37], et terras colere instituit, propter quod et terram eius nomine appellaverunt.

85. Serapis omnium Aegyptiorum maximus[38] Deus. Ipse est Apis rex Argivorum, qui navibus transvectus in Aegyptum, cum ibidem mortuus fuisset, Serapis appellatus est, propterea quia arca, in qua mortuus ponitur, quam Sarcophagum vocant, σορὸς dicitur Graece[39], et ibi eum[40] venerari sepultum coeperunt, priusquam esset templum eius instructum[41], velut σορός. Sed[42] Apis[43] Sorapis primo, deinde una[44] litera commutata Serapis dictus est.

86. Apis fuit apud Aegyptios taurus Serapi consecratus, et ab eo ita cognominatus, quem Aegyptus[45] instar[46] numinis colebat, eo quod de futuris daret quaedam manifesta signa. Apparebat enim in Memphis[47]. Quem centum antistites prosequebantur et repente velut lymphatici praecinebant[48]. Huius capitis[49] imaginem sibi in heremo Iudaei[50] fecerunt.

87. Fauni a fando, ἀπὸ τῆς φωνῆς[51] dicti, quod voce, non signis ostendere viderentur futura[52]. In lucis enim consulebantur a paganis, et responsa illis non signis, sed vocibus dabant[53].

88. Genium autem[54] dicunt, quod quasi vim habet[55] omnium rerum gignendarum, seu a gignendis liberis, unde et geniales[56] lecti dicebantur a gentibus[57], qui novo marito sternebantur.

89. Haec et alia sunt gentilium figmenta fabulosa[58], quae interpretata sic habentur[59], ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorent.

90. Fatum autem dicunt esse, quicquid dii fantur, quicquid Iupiter fatur. A fando igitur fatum dicunt, id est a loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter possumus a fando fatum appellare.

91. Non enim abnuere possumus[60], esse scriptum in literis sanctis: *Semel*[61] *locutus est Deus: duo haec audivi*, etc. Quod enim dictum est[62], *semel locutus est*, intelligitur immobiliter, hoc est[63] incommutabiliter est locutus, sicut novit omnia incommutabiliter[64], quae futura sunt, et quae ipse facturus est.

id est ventis. — Gu. 2. *tellus convestita est. Agitur* — *tellus convestita est* va. — Ar. *tellus est convestita et agitata ventis.* — Vulg. *tellus est conv. et agitur ventis* — *conv. est agit ventibus* cod. Tolet. — 35) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Ar. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *enim* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *literas doc.* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *omnium maximus Aeg. deus.* — 39) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Graece dic.* vulg. — 40) *eius . . . sepulcrum* va. — 41) Sic Gu. 1. — *templ. eius esset* vulg. — 42) *et* Gu. 1. Utrumque om. Ar. — 43) *id est* add. Gu. 1. — 44) *deinde et litera comm.* Ar. — 45) *Aegyptius* al. — *Aegyptii colebant* al. — 46) Sic Gu. 1. va. Ar. — *ad instar* vulg. — 47) *in Memphi* Ar. — 48) *praecanebant* Gu. 1. 2. — 49) *apidis* al. — 50) Sic Gu. 2. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *videri* vulg. cum Gu. 1. corrupte. — 51) Vulg. *velut ἀπὸ* etc. sed *velut* om. Gu. 1. — al. *vel* pro *velut.* — 52) *futura vider.* va. — 53) Cod. Lucan. add. *Hi apud Latinos fuisse dicuntur. Apud Mauros Iuba deus fuit, apud Romanos Quirinus adorabatur.* — 54) *autem* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 55) Sic Gu. 1. edit. Goth. — Vulg. *habeat.* — 56) *genitales* Gu. 1. 2. al. — 57) *gentium* al. — 58) Sic Gu. 1. — Vulg. *fabul. figm.* — 59) *habent* Ar. — 60) Sic Gu. 1. 2. al. — *possemus* vulg. — 61) Locus est Psalm. 62, 12. — 62) *est* om. pr. — 63) *hoc est . . omnia* om. al. — 64) Sic Gu. 1. — Vulg. *incomm. omnia.*

92. Tria autem fata fingunt in colo et fuso digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora, praeteritum, quod in fuso iam netum est atque involutum[1]: praesens, quod inter digitos nentis traiicitur[2]: futurum, in lana, quae[3] colo implicata est, et quod adhuc per digitos nentis ad fusum tanquam praesens ad praeteritum traiiciendum[4] est.

93. Parca vocata[5] *κατ᾽ ἀντίφρασιν,* quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt: unam, quae vitam hominis ordiatur, alteram, quae contexat, tertiam, quae rumpat. Incipimus enim, cum nascimur, sumus, cum vivimus, desinimus, cum interimus.

94. Fortunam a fortuitis habere nomen[6] dicunt, quasi deam quandam res humanas variis casibus et fortuitis illudentem, unde et caecam appellant, eo quod passim in quoslibet homines[7] incurrens sine ullo examine meritorum, et ad bonos et ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant[8], et fortunam quasi sit in his, quae fortuitu veniunt, nulla palam causa. Fatum vero appositum[9] singulis et statutum[10].

95. Aiunt et tres furias foeminas crinitas serpentibus, propter tres affectus[11], qui[12] in animis hominum multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delinquere, ut nec famae nec periculi sui respectum habere permittant. Ira, quae vindictam cupit: cupiditas, quae desiderat opes: libido, quae voluptates appetit[13]. Quae ideo furiae appellantur, quod[14] stimulis suis mentem feriant, et quietam esse non sinant.

96. Nymphas deas aquarum putant, dictas a nubibus aquae[15], unde[16] derivatum est, nymphas deas aquarum[17], quasi numina[18] lympharum. Ipsas autem dicunt et Musas, quas et nymphas, nec immerito. Nam[19] aquae motus musicen efficit.

97. Nympharum apud gentiles varia sunt vocabula. Nymphas quippe montium Oreades dicunt, silvarum Dryades, camporum Hamadryades, fontium Naiades, maris Nereides[20].

98. Heroas dicunt[21] a Iunone traxisse nomen. Graece enim Iuno *Ἥρη* appellatur. Et ideo nescio quis filius eius secundum Graecorum fabulam *ἥρως* fuit appellatus[22], hoc videlicet velut mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputetur[23], ubi volunt heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum, quasi *ἀηρῶας,* id est viros aerios[24] et coelo dignos propter sapientiam et fortitudinem.

99. Penates gentiles dicebant[25] omnes deos, quos domi colebant. Et penates dicti, quod essent in penetralibus[26], id est in secretis. Hi dii quomodo[27] vocabantur, vel quae nomina habuerint, ignoratur.

100. Manes deos mortuorum dicunt[28], quorum potestatem inter lunam et terram asserunt, a quibus et mane dictum existimant, quos putant[29] ab aere, qui manus[30], id est rarus est,

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *netum atque invol. est.* — 2) *traicitur* pr. — *trahitur* Gu. 2. al. — 3) *quod* Gu. 2. pr. — 4) *traiiciendum* om. pr. — 5) Sic Gu. 1. pr. va. — *Parcas dicunt . . . appellatas* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — *nomen habere* vulg. Post *interimus* in edit. va. hic versus additur: *de quibus parcis dicitur hic versus: Clotho colum baiolat, Lachesis trahit, Atropos occat.* — 7) *homines* addidi e Gu. 1. — 8) *separatur* al. — 9) *appositis* Gu. 1. — 10) *statum* Gu. 1. — Vulg. sequitur *aiunt*, quod om. Gu. 1. 2. — 11) Sic Ar. var. lect. ap. Goth. — *effectus* vulg. — 12) *quae* Gu. 2. pr. va. — 13) Sic Gu. 1. — *app. vol.* vulg. — 14) *quia* va. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *a nubibus. Nam ex nubibus aquae* etc. — 16) *et* add. Gu. 2. va. — 17) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *aquarum deas.* — 18) *nomina* Gu. 2. et var. lect. ap. Goth. — 19) *Namque* Gu. 2. — 20) Sic Arev. — Vulg. perverse: *font. Ham., camp. Nai.* — 21) *dicuntur* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. — *nuncupatus* vulg. — 23) *quod aerium deputetur* al. — 24) *aereos* al. — 25) *dixerunt* al. — 26) *in penetrabilibus*

manes[31] dictos, sive quia late manant per auras, sive quia mites sunt immanibus[32], contrario nomine hoc appellantur. Apuleius[33] autem ait eos *κατ' ἀντίφρασιν* dici manes, hoc est mites vel[34] modestos, cum sint terribiles et immanes, ut Parcas, ut[35] Eumenides[36].

101. Larvas ex hominibus factos daemones aiunt, qui meriti mali fuerint. Quarum natura esse dicitur, terrere parvulos, et[37] in angulis garrire tenebrosis.

102. Lamias, quas fabulae tradunt infantes corripere ac laniare solitas, a laniando specialiter dictas.

103. Pilosi, qui Graece panitae, Latine incubi appellantur, sive inui ab ineundo passim cum animalibus. Unde et incubi dicuntur ab incumbendo[38], hoc est stuprando. Saepe enim improbi existunt etiam mulieribus, et earum peragunt concubitum: quos daemones Galli Dusios nuncupant, quia assidue hanc immunditiam peragunt[39].

104. Quem autem vulgo incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt. Ad quem Horatius[40] dicit:

Faune Nympharum fugientium amator,
Per meos fines et aprica rura
Lenis incedas.

L I B E R IX.

CAP. I. *De linguis gentium.*

1. Linguarum diversitas exorta est[41] in aedificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos[42] signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quae Hebraea[43] vocatur[44], qua Patriarchae et prophetae usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris. Initio[45] autem quot gentes, tot linguae fuerunt, deinde plures gentes, quam linguae, quia ex una lingua multae sunt gentes exortae[46].

2. Linguae autem dictae in hoc loco pro verbis, quae[47] per linguam fiunt, genere locutionis illo, quo is, qui efficit, per id, quod efficitur, nominatur, sicut os dici solet pro verbis, manus[48] pro literis.

3. Tres sunt autem linguae sacrae[49], Hebraea[50], Graeca, Latina, quae toto orbe maxime excellunt. His autem tribus linguis[51] super crucem Domini a Pilato fuit causa eius scripta.

al. — 27) *qui* Ar. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *dicunt deos mort.* Edit. va. *dictos esse deos ferunt mort.* — 29) *quod eos putant* va. — 30) *manos* Gu. 1. — 31) *rarus, et manes* Gu. 1. — 32) Sic Ar. — Vulg. *in manibus.* — 33) *Apollo* Gu. 1. Locus est ex Apulei. de Deo Socr. p. 50. edit. Elmenh. Sed etymologia Isidori non est ex Apuleio, sed e Serv. ad VI. Aen. — 34) Sic Gu. 1. — *ac* vulg. — 35) *et* Ar. — 36) *Eumenidas* Gu. 2. — 37) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 38) *incubando* al. — *incubendo* Gu. 2. pr. — 39) Sic Gu. 1. — Vulg. *perag. immund.* — 40) Odar. III, 18, 1. seqq. — 41) *est exorta* Z. — *orta* al. — 42) *diversorum* Z. — 43) *Hebraica* al. — 44) *vocabatur* al. — 45) *In initio* Z. — 46) Sic Z. Gu. 1. — Vulg. *gentes sunt exortae.* — 47) *quod* al. — 48) Vulg. *sicut manus*, sed *sicut* om. Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. pr. — Vulg. *Tres autem sunt linguae sacr.* Ed. va. *Tr. aut. linguae sunt sacrae.* — 50) *Hebraica* al. — 51) *linguis tribus* va. — *autem* pro *enim* scripsi e Gu. 1.

Unde et propter sanctarum scripturarum obscuritatem[1] harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur tum, si dubitationem[2] nominis, vel interpretationis sermo unius linguae attulerit.

4. Graeca autem lingua inter caeteras gentium clarior habetur. Est enim et[3] Latinis et omnibus linguis sonantior: cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur κοινή[4], id est, mixta, sive communis, qua omnes utuntur.

5. Secunda Attica, videlicet Atheniensis[5], qua usi sunt omnes Graeciae auctores. Tertia Dorica, quam habent Aegyptii et Syri[6]. Quarta Ionica. Quinta Aeolica, qua se Aeolistae[7] locutos dixerunt, et sunt in observatione Graecae linguae eiusmodi certa discrimina. Sermo enim eorum ita est dispertitus[8].

6. Latinas autem linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est Priscam, Latinam, Romanam, Mixtam. Prisca est, qua vetustissimi[9] Italiae sub Iano et Saturno sunt usi[10] incondita, ut se habent[11] carmina Saliorum[12]. Latina, quam sub Latino et regibus Tusciae[13] caeteri[14] in Latio[15] sunt locuti, ex qua fuerant[16] duodecim tabulae scriptae.

7. Romana, quae post reges exactos a populo Romano coepta[17] est, qua[18] Naevius, Plautus, Ennius, Virgilius poetae, ex oratoribus Gracchus, Cato[19] vel caeteri effulserunt[20]. Mixta, quae post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in Romanam civitatem[21] irrupit, integritatem verbi per soloecismos et barbarismos corrumpens.

8. Omnes autem Orientis gentes[22] in gutture linguam et verba[23] collidunt, sicut Hebraei et Syri. Omnes mediterraneae gentes in palato[24] sermonem[25] feriunt, sicut Graeci et Asiani. Omnes Occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut Itali et Hispani.

9. Syrus et Chaldaeus vicinus Hebraeo est in[26] sermone, consonans[27] in plerisque et literarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam[28] ipsam esse Chaldaeam, quia Abraham de Chaldaeis fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in Daniele Hebraei pueri linguam, quam noverant[29], doceri iubentur?

10. Omnem autem linguam unusquisque hominum sive Graecam, sive Latinam, sive caeterarum gentium aut audiendo potest tenere, aut legendo, aut[30] ex praeceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam[31], nemo tamen tam desidiosus est, ut in sua gente positus suae gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est, nisi animalibus brutis[32] deterior? Illa enim proprie vocis clamorem exprimunt, iste deterior, qui propriae linguae caret notitia.

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *obscur. sanct. script.* — *auctoritatem* Z. *auctoritatem vel obscuritatem* va. — *sacrarum* Z. — *et* post *unde* om. va. — 2) Sic Gu. 1. 2. nisi quod vitiose *dum* pro *tum.* — Vulg. *si quam dub.* — 3) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 4) *cenodo* Gu. 2. *tenedo* va. *cenedo* Z. pr. *coenotio* Gu. 1. — 5) *qua videlicet Athenienses usi* al. — 6) *Siculi* Ar. — al. *et persae.* — 7) Sic scripsi, cum in Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. esset *Aeolisti.* — Vulg. *Aeoles.* — *eolos vel eolistas* al. *qua sunt Aeoles locuti* Ar. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. *dispart.* vulg. — 9) *vetusti* al. — 10) *usi sunt* Z. — 11) Vulg. vitiose *habeant*, quum in omnibus libris sit *habent.* — 12) *Sabinorum* Gu. 1. 2. — 13) *Tusci* Z. Gu. 2. pr. va. al. — 14) *et ceteri* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 15) *in Latino* Gu. 1. al. pr. — 16) Sic Gu. 1. — *fuerunt* vulg. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. *gesta* vulg. — 18) Sic va. Ar. var. lect. ap. Goth. *quae* Gu. 1. *quam* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — Vulg. *Gracchus et Cicero.* Z. Gu. 2. va. Ar. *Gracchus et Cato et Cicero.* — 20) Sic Gu. 1. al. var. lect. ap. Goth. va. *effuderunt* vulg. *scripta sua effuderunt* Ar. — 21) *in civit. Rom.* Z. — 22) *gentes Orientis* Z. — 23) *et in verba* Gu. 1. — 24) *in palatum* al. — 25) Sic Gu. 1. *sermones* vulg. — 26) *in* om. Gu. 2. pr. va. edit. Goth. — 27) *est* add. Z. — 28) *Hebraeam* add. Ar. — 29) *quam non noverant* Z. pr. Ar. — 30) *aut* om. Gu. 1. 2. — 31) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *cuiquam sit* vulg. *sit* om. pr. — 32) Sic Gu. 1. Ar. mss. gothici. — Vulg. *animalium brutorum.* — 33) *dum* Z. Locus est Genes. 1, 3. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar.

11. Cuiusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi, cum[33] diceret: *Fiat lux*, invenire difficile est[34]. Nondum enim erant linguae. Item, qua lingua insonuit postea exterioribus hominum auribus, maxime ad primum hominem loquens, vel[35] ad prophetas, vel dum corporaliter sonuit[36] vox dicentis Dei: *Tu es filius meus dilectus*, ubi a quibusdam creditur illa lingua una[37] et sola, quae fuit antequam esset linguarum diversitas. In diversis quippe[38] gentibus creditur, quod eadem illis lingua[39] Deus loquatur, qua ipsi homines utuntur[40], ut ab eis intelligatur.

12. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam invisibilem, sed per creaturam corporalem, per quam etiam[41] et hominibus apparere voluit, quando locutus est. Dicit etiam[42] Apostolus: *Si linguis hominum loquar*[43] *et angelorum:* ubi quaeritur, qua lingua angeli loquantur, non quo[44] angelorum aliquae[45] linguae sint[46], sed hoc per exaggerationem dicitur.

13. Item quaeritur, qua lingua homines in futurum[47] loquantur: nusquam reperitur. Nam dicit Apostolus[48]: *Sive linguae cessabunt.*

14. Ideo autem prius de linguis, ac[49] deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes, non ex gentibus linguae exortae sunt.

CAP. II[50]. *De gentium vocabulis.*

1. Gens est multitudo ab uno principio orta, sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, ut Graeciae, Asiae. Hinc et gentilitas dicitur. Gens autem[51] appellata propter generationes[52] familiarum, id est a gignendo, sicut natio a nascendo.

2. Gentes autem, a quibus divisa est terra[53], LXXIII: quindecim[54] de Iaphet, triginta et una de Cham, viginti septem[55] de Sem, quae fiunt per[56] septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarat, septuaginta duae, totidemque linguae, quae per[57] terras esse coeperunt, quaeque[58] crescendo provincias et insulas impleverunt.

3. Filii Sem quinque singulariter gentes singulas procreaverunt[59]. Quorum Elam primus[60], a quo Elamitae principes Persidis: secundus Assur, a quo Assyriorum pullulavit imperium: tertius Arfaxat, a quo gens Chaldaeorum[61] exorta est: quartus Ludi[62], a quo Lydii[63]: quintus Aram, a quo Syri, quorum metropolis Damascus fuit[64].

4. Filii Aram nepotes Sem quatuor Hus et Ul, et Gether et Mesa[65]. Hus Traconitidis conditor, qui inter Palaestinam et Coelesyriam tenuit principatum, unde fuit Iob, secundum

— Vulg. *difficile est inven.* — 35) *et* Z. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. *insonuit* vulg. Locus est Marc. 1, 11. — 37) *una* al. om. — 38) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *autem.* — 39) *lingua illis* Z. Gu. 2. *illis Deus lingua* pr. va. — 40) *qua* (*quam* Gu. 2.) *ipsi hom. utunt.* om. al. — 41) *etiam* addidi e Z. Gu. 1. pr. va. — 42) Sic Gu. 1. *enim* Gu. 2. *autem* vulg. — 43) *loquerer* al. Locus est 1 Cor. 13, 1. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *non quod.* — 45) *alia quae* Gu. 2. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. *sunt* al. — Vulg. *sint ling.* — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *in futur. hom.* — 48) 1 Cor. 13, 8. — 49) *ac* om. Z. — 50) Hoc caput om. cod. Zittav., qui pro his exhibet duo alia capita *de linguis septuaginta duabus* et *de aetate mundi*, quae ad calcem libri inter analecta reposui. Praeterea omittuntur in eod. cod ea, quae huius libri sunt reliqua. — 51) *autem* addidi e Gu. 1. Ar. — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. *generationem* vulg. — 53) LXXIII. add. et *quindecim* ad *Iaphet* refert Ar. et sic porro; deinde om. *quinque.* Cui assentior, quod *quinque* etiam Gu. 1. 2. al. pr. om. — Vulg. *quindecim sunt, de Iaph. tr. et un., de Ch. vig. sept., de Sem quinque, quae* etc. — 54) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. Ar. — 55) *vig. et sept.* al. *vig. sex* al. — 56) *per* om. va. — 57) *per* addidi e Gu. 1. al. pr. va. Ar., qui om. *quae* — 58) *que* om. Ar. — 59) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — Vulg. *procrearunt.* — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *primus Elam.* — 61) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *Chald. gens* vulg. — 62) *Lydi* Gu. 1. va. — 63) *Ludii* Gu. 2. — 64) Sic Gu. 1. Vulg. *fuit Dam.* — 65) *Mes* Ar.

quod scriptum est: *Vir erat in terra Hus nomine Iob*[1]: secundus Ul, a quo Armenii: tertius Gether, a quo Acarnanii sive Curiae[2]: quartus Mesa[3], a quo sunt ii, qui vocantur Meones.

5. Posteritas Arfaxat filii Sem, Heber nepos[4] Arfaxat, a quo Hebraei[5]. Ietan[6] filius Heber, a quo Indorum orta est gens[7]. Sale[8] filius Ietan, a quo Bactriani, licet eos alii Scytharum exules suspicentur.

6. Ismael filius Abraham, a quo Ismaelitae, qui nunc corrupto nomine Saraceni, quasi a Sara, et Agareni ab Agar.

7. Nabaioth[9] filius Ismael, a quo Nabathei, qui ab Euphrate[10] in mare rubrum[11] inhabitant[12].

8. Moab et Ammon filii Loth, a quo[13] Moabitae et Ammonitae.

9. Edom filius Esau, a quo Idumaei. Hae sunt gentes, quae de Sem stirpe descendunt[14], possidentes terram meridianam ab ortu Solis usque ad Phoenices.

10. Filii Cham quatuor, ex quibus[15] ortae sunt hae gentes[16]:

Chus, a quo progeniti sunt[17] Aethiopes.

Mesraim[18], a quo Aegyptii perhibentur exorti.

11. Phut, a quo Libyi. Unde et Mauritaniae fluvius usque in[19] praesens dicitur Phut[20], omnesque circa eum regiones Phutenses[21].

12. Chanaan, a quo Afri et Phoenices et Chananaeorum decem gentes.

13. Itemque[22] ex nepotibus Cham filii Chus, nepotes Cham sex.

Filii Chus Saba, Evila[23], Sabata, Regma[24], Sabathaca[25].

14. Saba, a quo progeniti et appellati Sabaei, de quibus Virgilius[26]:

Solis est thurea virga Sabaeis.

Hi sunt et Arabes[27].

15. Evila, a quo Getuli in parte remotioris Africae heremo[28] cohaerentes.

16. Sabata, a quo Sabateni[29], qui nunc Astabari[30] nominantur[31].

17. Regma vero et Sabathaca paulatim antiqua vocabula perdiderunt, et quae nunc pro[32] veteribus habeant, ignoratur.

18. Filii Regma Saba et Dadan. Hic[33] Saba per sin[34] literam scribitur in Hebraeo, ille autem superior Saba per samech, a quo appellatos Sabaeos[35]: interpretatur[36] autem nunc Saba Arabia.

19. Dadan, a quo gens est[37] Aethiopiae in occidentali plaga.

1) *nomine Iob* om. Gu. 1. 2. al. Locus est Iob 1, 1. — 2) Sic Ar. ex Hieron. in quaest. Hebr. et Stephano: *Ἀκαρνάνια χώρα κεχορισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς Ἀχελόῳ, διὸ καλοῦνται οἱ μὲν κειρόμενοι Κουρῆτες, οἱ δὲ ἀκούρευτοι Ἀκαρνᾶνες.* Vulg. *Carmenii sive Carii.* — 3) *Mes* Ar. — 4) *filius* al. — 5) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 6) *Iactan* h. l. et postea Gu. 2. *Iectan* Ar. pr. va. — 7) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *gens orta est.* — *orta gens est* pr. va. — 8) *Falech* Gu. 1. — 9) *Nabath* Gu. 1. — 10) *ab eufrata* Gu. 2. — 11) *in mari rubro* al. pr. va. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *habitant* vulg. — 13) Sic Gu. 1. gothici. *a quibus* vulg. — 14) *descenderunt* al. — 15) *ex* pro *a* Gu. 1. 2. pr. va. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *gentes hae.* — 17) *sunt* addidi e Gu. 1. *Aeth. prog.* Gu. 2. pr. va. Ar. — 18) *Misraim* ed. Goth. — 19) *ad* edit. Goth. — 20) *Phut dicitur* Gu. 2. pr. va. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *omnis . . . regio Phutensis.* — *Omnis autem* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. *Item* vulg. — 23) *Hevila* Ar. *et evila* Gu. 2. al. pr. va. — Vulg. *Evilat.* — Cod. Gu. 1. om. vv. *nepotes Cham sex. Filii Chus Saba, Evilath, Sabata, Rema, Saba.* — 24) Sic Ar. Gu. 2. *Rema* vulg. *Sabathei* pro *Sabata* pr. — 25) Sic Ar. h. l. et infra. — Vulg. *Saba et Cusa.* — *et* om. Gu. 2. *Cuza* Gu. 2. al. pr. *Chuza* Gu. 1. *Luza* al. ap. Goth. — 26) Georg. II, 117. — 27) Vv. *Hi sunt et Arabes* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 28) *heremo* al. om. — 29) *Sabathei* va. — 30) *Castabari* al. — 31) *nuncupantur* al. —

Filii Mesraim Labin, a quo Libyi, qui quondam Phuthei vocabantur[38].

20. Cesloim[39], a quo Philistim, quos veteres ἀλλοφύλους, nos modo corrupte Palaestinos vocamus[40].

21. Caeterae[41] sex gentes ignotae sunt, quae bello[42] Aethiopico subversae usque[43] ad oblivionem praeteritorum nominum pervenerunt.

22. Filii Chanaan undecim, e[44] quo Chananaeorum decem gentes, quorum terram iis expulsis Iudaei possederunt. Quorum primogenitus Sidon, a quo Sidones. Unde et urbs eorum in Phoenice Sidon vocatur.

23. Secundus Cheth, a quo Chethei[45]. Tertius Iebus, a quo Iebusaei, quorum fuit Hierusalem. Quartus Amorreus, a quo Amorraei. Quintus Gergeseus, a quo Gergesei. Sextus Evaeus, a quo Evaei. Ipsi sunt Gabaonitae, a civitate[46] Gabaon, qui supplices venerunt ad Iosuam[47].

24. Septimus Arachaeus[48], qui Archas[49] condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm. Octavus Sineus, a quo Sinei[50]. Nonus Aradius, a quo Aradii sunt[51], qui Aradum[52] insulam possederunt angusto fretu[53] a Phoenicis[54] littore separatam.

25. Decimus Amareus, a quo[55] Syriae nobilis civitas, quae vocatur Coelis[56]. Undecimus Amatheus. Hae sunt gentes de stirpe Cham, quae a Sidone usque ad Gaditanum fretum omnem meridianam partem tenent[57].

26. Filii igitur[58] Iaphet septem nominantur: Gomer, ex[59] quo Galatae, id est Galli.

27. Magog, a quo[60] arbitrantur Scythas et Gothos traxisse originem.

28. Madai, a quo Medos existere putant.

Iuvan[61], a quo Iones, qui et Graeci. Unde et mare Ionium.

29. Tubal, a quo Iberi, qui[62] et Hispani, licet quidam ex eo et Italos suspicentur.

30. Mosoch, ex quo Cappadoces[63]. Unde et urbs apud eos Mazacha[64] dicitur.

31. Tyras, a quo[65] Thraces, quorum non satis immutatum vocabulum est, quasi Tiraces[66].

32. Filii Gomer nepotis[67] Iaphet. Ascanaz[68], a quo Sarmatae, quos Graeci Rheginos vocant.

33. Riphan[69], a quo Paphlagones[70].

Gotorna[71], a quo sunt Phryges.

34. Filii Iuvan[72] Elisa, a quibus Graeci Helisaei, qui vocantur Aeolides. Unde et lingua quinta Graeciae[73] Aeolis appellatur.

32) Sic Ar. *a* vulg. — 33) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 34) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *schin* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. *appellantur Sabaei* vulg. — 36) *vocatur* pr. — 37) *est* om. Gu. 2. — 38) vitiose vulg. *vocantur.* — 39) *Chasloim* Ar. — 40) *appellamus* al. — 41) *De allophylis ceterae sex gentes* al. pr. va. — 42) *quia bello* Ar. — *quae a bello* Gu. 2. — 43) *atque ad obl.* va. — 44) Sic Gu. 1. *ex quo* vulg. — 45) Sic Ar. *Eth . . . Ethei* vulg. Pro *Ierges.* Ar. pr. va. *Gergeseus.* — 46) *eorum* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. pr. — 47) Sic Gu. 1. *Iosue* vulg. *Iesum* Gu. 2. pr. va. Ar. — 48) *Aracaeus* Ar. — 49) Sic Gu. 1. va. *Arcas* Gu. 2. pr. Ar. — 50) Sic Ar. *Aseneus* vulg. — 51) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 52) *Sardum* Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. va. *freto* vulg. — 54) *Phoenices* Ar. — 55) *Edessa* add. Arev. — 56) *Coeles* Ar. va. — 57) Sequuntur vulg. haec: *Item tribus filiorum Iaphet*, quae om. Gu. 1. Ar. — 58) Sic Gu. 1. gothici et al. — Vulg. *autem.* Neutrum horum Ar. — 59) *a* Gu. 2. — 60) *quidam* add. Ar. — 61) *Iavan* Ar. — 62) *qui* om. al. — 63) Vulg. add. *sunt*, sed hoc om. Gu. 1. — 64) Vulg. *usque hodie Maleca*, sed *usque hodie* om. Gu. 1. *Mazacha* exhibet Gu. 1. *Mazaca* Ar. *Mazeta* va. — 65) *ex quo* Gu. 2. pr. — 66) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. *Thraces* vulg. — 67) *nepotes* Gu. 1. pr. — 68) *Asenez* Gu. 1. *Ascenaz* Gu. 2. *Ascanaaz* va. *Ascanas* pr. *Aschanaz* Arev. — 69) *Riphat* Ar. — 70) *Paphlagonas* Gu. 2. pr. — 71) *Thogorma* Ar. — 72) *Iavan* Ar. — 73) Sic Gu. 1. Ar.

35. Tharsis[1], a quo Cilices[2], ut Iosephus arbitratur. Unde et metropolis civitas eorum[3] Tharsis dicitur.

36. Cethim, a quo Citii[4], id est Cyprii, a quibus hodieque urbs Cithium[5] nominatur. Dodanim[6], a quo Rhodii.

37. Hae sunt gentes de stirpe Iaphet, quae a Tauro monte ad aquilonem mediam partem Asiae et omnem Europam usque ad Oceanum Britannicum possident, nomina et locis et gentibus relinquentes[7], de quibus postea immutata sunt plurima, caetera permanent[8], ut fuerunt.

38. Nam multarum gentium vocabula partim permanserunt[9] ita, ut hodieque[10] appareant[11], unde fuerunt[12] derivata, sicut ex Assur Assyrii, ex Heber Hebraei: partim vero temporis vetustate ita sunt mutata[13], ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum[14] ex istis origines gentium potuerint[15] invenire[16].

39. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur[17] Mesraim Aegyptii sunt[18] exorti, nulla hoc resonat origo vocabuli, sicut nec Aethiopum, qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura[19] tamen gentium tam[20] mutata, quam manentia vocabula apparent, quibus postea nomina diversa[21] diversa dedit ratio. Namque Indi ab Indo[22] flumine dicti sunt, qui ab occidentali parte eos includit.

40. Seres a proprio oppido nomen sortiti sunt, gens ad Orientem sita, apud quos de arboribus lana contexitur. De quibus est illud:

Ignoti facie, sed noti vellere[23] Seres.

41. Gangaridae populi sunt inter Assyrios Indosque, habitantes[24] circa Gangem flumen. Unde etiam[25] Gangaridae nuncupati sunt[26].

42. Hircani sunt dicti[27] a silva Hircania[28], ubi sunt plurimae[29] tigres.

43. Bactriani Scythiae[30] fuerunt, qui suorum factione a suis sedibus[31] pulsi iuxta Bactron Orientis fluvium consederunt, ex cuius vocabulo et nomen sortiti sunt. Huius gentis rex fuit Zoroastes[32], inventor magicae artis.

44. Parthi quoque et ipsi ex[33] Scythis originem trahunt. Fuerunt enim exules eorum[34], quod etiam eorum vocabulo[35] manifestatur. Nam Scythico sermone exules Parthi dicuntur. Hi similiter ut[36] Bactriani domesticis seditionibus pulsi Scythia[37] solitudines[38] iuxta Hircaniam primum furtim[39] occupaverunt, deinde pleraque finium etiam[40] virtute obtinuerunt.

45. Assyrii ab Assur filio Sem vocati, gens potentissima, quae ab Euphrate usque ad Indorum fines omnem in medio tenuit regionem.

Graece vulg. — 1) *Tharsus* Ar. — 2) *Silices* vulg. 3) *eorum civit.* al. — 4) Sic Ar. — *Cethii* Gu. 2. — *Cetei* va. — 5) Sic Gu. 1. al. *Citium* Ar. — *Citia* Gu. 2. — 6) *Dadani* va. — 7) *relinquentibus* Gu. 1. — 8) *permanserunt* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. — *manserunt* vulg. — 10) *hodie* al. — 11) Sic Gu. 1. *appareat* vulg. — *apparet* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. *fuerint* va. — — *fuerant* vulg. — 13) Sic Gu. 1. *mutata sunt* vulg. — 14) *sed nec aliq.* al. — 15) *potuerunt* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. *reperire* vulg. — 17) *vocatur* al. — 18) *sint* al. pr. — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *plurima* vulg. — 20) *tam* addidi e Gu. 1. — 21) *diversa* om. Gu. 1. al. — 22) *Indio* Gu. 1. — 23) *sed non et vellere* Ar. Cuius versus sit, nescio. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *inhabitantes* vulg. — *flumen* pro vulg. *fluvium* Gu. 1. — 25) *unde et* va. — 26) *sunt nuncup.* Gu. 2. — *dicuntur* al. — 27) Sic Gu. 1. *dicti sunt* vulg. — 28) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Hircana* vulg. — 29) *plurimi* va. — *plurimi tigres a flumine tigri nuncupati* pr. — 30) *Scithae* va. — 31) Sic Gu. 1. — *sedibus suis* vulg. — 32) *Zoroastres* Gu. 2. al. pr. va. — *Zoroaster* al. — 33) *ex* pro *a* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. —

46. Medi a rege suo cognominati putantur. Namque Iason Peliaci regis frater a Peliae filiis Thessalia pulsus est[41] cum Medea uxore sua, cuius fuit privignus Medus rex Atheniensium, qui post mortem Iasonis Orientis[42] plagam perdomuit, ibique Mediam urbem condidit, gentemque Medorum nomine suo appellavit. Sed invenimus[43] in Genesi[44], quod Madai auctor gentis Medorum fuit, a quo et cognominati, ut superius dictum est.

47. Persae a Perseo[45] rege sunt vocati, qui a[46] Graecia in[47] Asiam transiens, ibi barbaras gentes gravi diuturnoque bello perdomuit, novissime victor nomen subiectae genti dedit[48]. Persae autem ante Cyrum ignobiles fuerunt, et nullius inter gentes loci[49] habebantur. Medi semper potentissimi fuerunt.

48. Casdei[50], qui nunc Chaldaei vocantur, a Caseth filio Nachor fratris Abrahae[51] cognominati sunt.

49. Sabaei dicti ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod est supplicare[52] et venerari, quia divinitatem per ipsorum thura veneramur. Ipsi sunt et Arabes[53], qui[54] in montibus Arabiae sunt, qui vocantur Libanus et Antilibanus[55], ubi thura colliguntur.

50. Syri ab Assurim[56] vocati perhibentur, qui fuit nepos Abraham ex Cethura. Quos autem veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros[57], a parte totum appellantes.

51. Hebraei vocati sunt[58] ab Heber, qui pronepos fuit Sem.

52. Israelitae vero ab Israel filio Isaac. Nam patriarcham Hebraeorum fuisse[59] Israel, a quo duodecim Iudaeorum tribus[60] Israelis vocabulum sortitae sunt. Iudaeis autem scissura decem tribuum[61] nomen[62] imposuit. Nam antea Hebraei sive Israelitae nuncupabantur.

53. Ex quo autem in duo regna Dei populus[63] est divisus[64], tunc duae tribus, quae de stirpe Iuda reges habebant, Iudaeorum nomen sortitae sunt. Reliqua pars decem tribuum, quae in Samaria regem sibi[65] constituit ob populi magnitudinem pristinum nomen retinuit Israelis[66].

54. Samaritanorum gens[67] sumpsit exordium ab Assyriis, qui transmigrati habitaverunt in Samaria, qui Latine interpretantur custodes, eo quod captivato Israel isti in terra[68] regionis eorum ad custodiam collocati sunt.

55. Phoenix Cadmi frater de Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eosque[69] populos ex suo nomine Phoenices, eamque provinciam Phoeniciam nuncupavit.

56. Sidones autem a civitate quae vocatur Sidon traxisse vocabulum perhibentur.

Vulg. *eorum exules.* — 35) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *voc. eor.* — 36) *ac* al. — 37) Sic Gu. 1. *Scythia pulsi* vulg. — 38) *solitudinem* al. pr. — 39) *fures* Gu. 1. — 40) *etiam* om. Gu. 2. — 41) *est* om. Gu. 2. — 42) *orientalis* Gu. 2. — 43) *inveniemus* Gu. 2. — 44) in Genesi indicatur haec res, non clare exprimitur. — 45) *Perso* Ar. — 46) *a* pro *e* Gu. 1. — 47) *in* om. Gu. 1. 2. al. pr. — 48) *subiectae genti nomen dedit* va. — 49) *nullius loci inter gentes* Gu. 2. — 50) *Chasdim* Arev. — 51) *fratris Abrahae* al. om. — 52) *supplicari* pr. — 53) *Arabi* Gu. 1. 2. — 54) *quia* Gu. 2. pr. va. — 55) *et Antilibanus* om. Gu. 1. — 56) Sic Ar. — Vulg. *a Surim.* — 57) *Syros voc.* Gu. 2. — 58) *sunt* om. Gu. 2. — 59) Vulg. *constat fuisse*, sed *constat* om. Gu. 1. 2. al. — 60) Sic Gu. 1. pr. *tribus Iud.* — *Iudaeorum* om. va. — 61) *tribus* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. Ar. — *nomina* vulg. — 63) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — Vulg. *populus Dei.* — 64) Sic Gu. 1. *divisus est* vulg. — 65) Sic Gu. 1. 2. *sibi regem* vulg. — 66) Sic Gu. 1. *Israel* vulg. — 67) *genus* va. — 68) *in terram* Gu. 2. pr. — 69) *eos* Gu. 2.

57. Saraceni dicti, vel quia ex Sara genitos[1] se praedicent, vel[2], sicut gentiles aiunt, quod ex Syrorum sunt origine[3] quasi Syriginae. Hi peramplam habitant solitudinem. Ipsi sunt et Ismaelitae, ut[4] liber Geneseos docet, quod sint ex Ismaele. Ipsi Cedar a filio Ismaelis[5]. Ipsi Agareni ab Agar, qui, ut diximus, perverso nomine Saraceni vocantur, quia ex Sara se genitos gloriantur.

58. Philistei ipsi sunt Palaestini, quia p literam sermo Hebraeus[6] non habet, sed pro eo φ Graeco utitur[7]. Inde Philistei pro Palaestinis dicuntur, a[8] civitate utique sua. Iidem et allophyli, id est alienigenae, ab[9] hoc, quia semper fuerunt inimici Israel, et longe ab eorum genere et[10] societate separati.

59. Chananei appellati de Chanaan filio Cham, quorum terram Iudaei possederunt. Ex cuius origine fuit Emor, pater Sichen[11], a quo Amorrei sunt nuncupati.

60. Aegyptii ab Aegypto quodam rege suo[12] vocati sunt. Nam antea Aerii[13] dicebantur[14]. Interpretantur autem lingua Hebraica Aegyptii affligentes, eo quod afflixerunt[15] populum Dei, priusquam divino auxilio liberarentur[16].

61. Armenius ex Thessalia unus de numero ducum Iasonis, qui ad Colchos profecti sunt, recollecta multitudine, quae amisso rege[17] passim vagabantur[18], Armeniam condidit, gentique ex suo vocabulo nomen dedit.

62. Limes est Persicus, qui Scythas ab eis dividit, Scytha cognominatus[19], a quo limite Scythae a quibusdam perhibentur vocati[20], gens antiquissima semper habita. Hi Parthos Bactrianosque vicerunt[21], foeminae autem eorum[22] Amazonum regna condiderunt.

63. Massagetae ex Scytharum origine sunt. Et dicti Massagetae quasi graves, id est fortes Getae. Nam sic Livius argentum grave dicit, id est massas. Hi sunt, qui inter Scythas atque Albanos septentrionalibus[23] iugis inhabitant.

64. Amazones dictae sunt, seu quod simul viverent sine viris, quasi ἅμα ζῶσαι[24], sive quod adustis dexterioribus mammis essent, ne sagittarum iactus impediretur, quasi ἄνευ μάζου[25]. Nudabant enim quam adusserant mammam. Has Titianus[26] unimammas dicit. Nam hoc est Amazon, quasi ἄνευ μάζου, id est sine mamma. Has dicunt iam non esse[27], quod earum gentes[28] partim ab Hercule, partim ab Achille[29], vel[30] Alexandro usque ad internecionem deletae sunt.

65. In parte[31] Asiaticae[32] Scythiae[33] gentes, quae posteros[34] se Iasonis[35] credunt, albo crine nascuntur ab assiduis nivibus, et ipsius capilli color genti nomen dedit. Inde[36] dicuntur

1) *geniti* Gu. 2. — 2) Vv. *vel sicut . . . solitudinem* om. al. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex origine Syrorum sint.* — 4) *ut . . . Ismaele* al. om. — 5) *a Cedar filio Ismaelis* al. — 6) *Hebraicus* al. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *utuntur* vulg. — 8) *a* addidi e Gu. 1. pr. — 9) *ab* pro *ob* Gu. 1. — 10) *ac societate* Gu. 2. pr. va. — 11) *Sichem* Gu. 2. va. — 12) Sic Gu. 1. pr. va. — *suo rege* vulg. — *suo* om. Gu. 2. al. — 13) *Hebraei* Gu. 2. — 14) *vocabantur* va. — 15) Sic Gu. 1. al. — *afflixerint* vulg. — 16) *liberaretur* Ar. — *populum Dei* pro *Dei pop.* Gu. 1. — 17) Vulg. add. *Iasone*, quod om. Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. — vulg. *vagabatur.* — 19) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *Scythia cognominata.* (*cognominatur* Gu. 1.) — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *a quodam limite, a quo Scythiae perhib. voc.* — 21) *vicerunt* addidi e Gu. 1. — 22) *eorum* om. Gu. 2. — 23) *septentrionabilibus* Gu. 1. — 24) *amazon* Gu. 1. — *amaizoin* Gu. 2. — *amaizom* Gu. 3. — *amazoi* Gu. 4. — *amaizon* pr. va. — 25) om. Graecum pr. — 26) *Titanus* Gu. 1. — *Tacianus* va. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *Has iam non esse constat* — *constat* om. Gu. 2. al. va. — 28) *gentes* om. Gu. 2. va. — 29) *partim ab Achille, partim ab Hercule* Gu. 2. — 30) Vulg. *vel ab*, sed *ab* om. Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. Ar. — *partes* pr. va. — *partibus* vulg. — 32) *Asiaticae* al. om. — 33) *Scythiae* om. Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *posteras* vulg. — 35) *Iasone* Gu. 2. — 36) Vulg. *et inde*, sed *et* om. Gu. 1. — *et ideo* va. — 37) *id est* om. Gu. 1. — 38) *inest* al. om. — 39) *pupula* Gu. 2. — 40)

Albani. Horum glauca oculis, id est picta[37] inest[38] pupilla[39], adeo ut nocte plus quam die cernant. Albani autem vicini Amazonum[40] fuerunt.

66. Ugnos antea Hunnos vocatos[41], postremo a rege suo Avaros[42] appellatos[43], qui prius in ultima Maeotide inter glacialem Tanaim et Massagetarum immanes populos habitaverunt. Deinde pernicibus equis[44] Caucasi rupibus, ubi feras gentes Alexandri claustra cohibent, eruperunt[45], et orientem viginti annis tenuerunt[46] captivum[47], et ab Aegyptiis atque Aethiopibus annuum vectigal exegerunt.

67. Troianorum gens antea[48] Dardana a Dardano rege[49] nominata. Nam Dardanus et Iasius fratres[50] e Graecia profecti, ex iis Iasius ad Thraciam, Dardanus ad Phrygiam pervenit, ibique primus regnavit. Post quem filius eius Erichthonius, deinde nepos eius Tros, a quo Troiani nuncupati sunt.

68. Galatae Galli esse noscuntur, qui in auxilium a rege Bithyniae evocati, regnum cum eo peracta victoria diviserunt, sicque deinde Graecis admixti primum Gallograeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae nuncupantur.

69. Graeci ante Thessali a Thessalo, postea a Graeco rege Graeci sunt nuncupati[51]. Nam Graeci proprie Thessali sunt.

70. Lapithas autem gentem Thessaliae fuisse aiunt, circa Penion[52] amnem olim inhabitantem, a Lapitha Apollinis filia nuncupatos.

71. Sicyones[53] Graeci sunt nuncupati, a rege Sicyone[54]. Hi primum Agialei[55] vocabantur, a rege Agialio, qui primus imperavit Sicyoniis[56], a quo et Agialea civitas[57] nuncupata est, quae nunc Peloponnensis[58] a Pelope rege suo. Ipsi sunt et Arcades, ab Arcade rege Iovis et Calystus[59] filio dicti.

72. Danai a Danao rege vocati. Iidem et Argivi, ab Argo conditore cognominati. Postquam autem rex Graecorum Apis[60] mortuus est, huic filius Argus successit in regnum[61], et ex eo Argivi vocati sunt[62], qui etiam ab eis post obitum ut[63] Deus haberi coepit, templo et sacrificio honoratus.

73. Achaei, qui et[64] Achivi, ab Achaeo Iovis filio dicti.

74. Pelasgi nominati, quia cum velis pansis[65] verno tempore advenisse Italiam visi sunt, ut aves. Primo enim[66] Varro Italiam appulisse[67] commemorat. Graeci vero Pelasgos ab Iovis[68] et Larissae filio[69] perhibent dictos.

Sic Gu. 1. — *Amazonibus* vulg. — 41) *vocamus* al. pr. — 42) Sic Gu. 1. — *Avares* va. — *Abares* vulg. — 43) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Gu. 1. al. pr. va. — 44) *equis* om. Gu. 2. — 45) Sic Arev. ex Hieron. Ep. 30. — Vulg. *rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibente ruperunt* corruptissime. *cohibentes* al. va. — *cohibentia* al. — Arev. coniecit *claustro cohibente*. — 46) *retinuerunt* edit. Goth. pr. va. — 47) *captivum* al. om. — 48) *ante* Gu. 2. — 49) *rege* om. Ar. — 50) *frater eius* al. — 51) *dicti sunt* al. — 52) *Pelion* Gu. 1. 2. — *Peneum* Ar. — 53) Sic Gu. 1. — *Sicyonii* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *a Sicyonio rege*. — *a Sitione rege* Gu. 2. va. — 55) *Aegialaei . . Aegialeo* Ar. — *Agealea* pr. — *Agealia* va. — *Agialeo* al. — *Aegialo* al. — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sicyoniis imper.* — 57) *civitas* om. Ar. — 58) *Pelopensis* Gu. 1. — *Peloponnesus* ed. Goth. Ar. — *vocatur* hic add. pr. va. Om. *vocatur* Gu. 1. 2. quum vulg. sit post *rege suo*. — 59) Sic scripsi de coniectura. *Calisti* Gu. 2. — *Calistonis* Ar. — *Calistae* vulg. — 60) *Apis rex Gr.* Gu. 2. — *Apis Graec. rex* Ar. — 61) *in regno* Gu. 2. — 62) *appellati sunt* pr. va. — 63) *ut* om. Gu. 2. — 64) *et* om. Gu. 1. — 65) *sparsis* al. — *pelagi* var. lect. ap. Goth. — 66) *eos* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 67) *Italia expulsos fuisse* Gu. 1. — *Italia expulsos esse* var. lect. ap. Goth. — *Italia* Gu. 1. 2. al. — 68) Sic Gu. 1. — *Iovis* omisso *ab* va. — *a Iovis* al. — *a Pelasgo Iovis* Ar. — *ab* om. Gu. 2. — *a Iove* vulg. — 69) *filios* Gu. 2. pr. va.

75. Myrmidones fuerunt Achillis[1] socii[2]: Dolopes Pyrrhi. Dicti autem[3] Myrmidones propter astutiam, quasi *μύρμηκες*, id est formicae. Eratosthenes autem dicit[4] Myrmidonas[5] a Myrmidone[6] duce Iovis et Eurymedusae[7] filio.

76. Cecropi[8] Atheniensium regi successit Cranaus[9], cuius[10] filia Atthis nomen et regioni et genti dedit. Et ex ea Attici cognominati, qui sunt Athenienses.

77. Ion vir fortis ex suo nomine eosdem Athenienses vocavit Iones.

78. Macedones a nomine Emathionis[11] regis antea Emathii[12] nuncupati sunt: postea Macedones dicti[13].

79. Epirotae a Pyrrho Achillis[14] filio prius Pyrrhidae[15], postea vero a[16] Pyrrho rege ad Italiam transire praesumpserunt.

80. Dorus Neptuni et Ellopis filius fuit, unde Dori et originem et nomen ducunt. Sunt autem pars[17] Graeciae gentis, ex quibus etiam cognominata est tertia lingua Graecorum, quae Dorica appellatur.

81. Lacedaemones a Lacedaemone Semelae[18] filio dicti. Hi diu perseverantes in bello contra Messenios, veriti, ne diuturnitate praelii spem prolis amitterent[19], praeceperunt, ut virgines eorum cum iuvenibus domi relictis concumberent, sicque ex promiscuo virginum[20] concubitu iuvenes de incertis parentibus nati ex nota[21] materni pudoris Spartani[22] vocati sunt. Nam ipsos esse Spartanos, quos et Lacedaemonios[23] affirmant. Spartanos vero propter repentinos adversus Cadmum quasi de terra contractus et ex omni parte conflictus ita vocatos[24].

82. Thraces ex filio Iaphet, qui vocatus est Thiras et orti et cognominati[25], ut superius[26] dictum est, perhibentur, licet gentiles eos ex moribus ita dictos existiment[27], quod sint truces[28]. Saevissimi enim omnium gentium fuerunt, unde et multa de eis fabulosa memorantur: quod captivos diis suis litarent, et humanum sanguinem in ossibus capitum potare soliti essent[29]. De quibus Virgilius[30]:

Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum.

quasi crudelium et avarorum[31].

83. Istrorum gens originem a Colchis[32] ducit, qui missi ad Argonautas persequendos, ut a ponto recesserunt[33], intraverunt Istrum fluvium, a vocabulo amnis, quo a[34] mari recesserunt[35], appellati sunt.

1) *Achillis* om. Gu. 2. — 2) *Dolopes socii* Gu. 2. — 3) *sunt* add. Gu. 2. — 4) *dictos* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *Myrmidones.* — 6) *Myrmidono* Gu. 1. — 7) *eorimosae* Gu. 2. — *Eurymosae* var. lect. ap. Goth. — 8) *Cecropis . . . regis* Gu. 2. — 9) Sic Ar. — *Granus* Gu. 1. va. al. ap. Goth. — *Agranus* vulg. — *Ogranus* Gu. 2. — 10) *cui* Gu. 1. — 11) Sic Ar. — *Macionis* vulg. — 12) Sic Ar. — *emati* Gu. 2. — *matti* Gu. 1. — *Emaci* vulg. — *Amasani* vel *Amacani* al. ap. Goth. — 13) Sequuntur vulgo haec: *a Macedone rege Deucalionis materno nepote*, quae om. Gu. 1. 2. al. — 14) *Achilli* Gu. 2. — 15) Sic Ar. — *Piride dicto* vulg., sed *dicto* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 16) *e* Gu. 2. — 17) *partes* Gu. 1. — 18) *Semele ac Iovis* al. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. var. lect. ap. Goth. Ar. — *prolis spem perderent* vulg. — 20) Vulg. add. *et maritorum*, quae om. Gu. 1. 2. al. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *nati sunt et ex* cet. — *nati sunt ex* Gu. 2. — 22) *Parthenii* Ar. — 23) *Lacedaemonios* pro *Lacedaemones* Gu. 1. 2. — *affirmant* addidi e Gu. 1. — 24) Vv. *Spartanos vero propter repentinos* (*adventus* add. pr. va.) *adversus Cadmum* (*chamum* Gu. 1. 2.) *quasi de terra contractus* (*contractos* Gu. 1. 2. pr. va.) *et ex omni parte conflictus* (*conflictos* al. — *conflactos* pr. — *conflaitos* va.) *ita vocatos* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 25) *cognominati sunt Thraces* al. omissis: *ut superius . . . truces.* — 26) Vide §. 31. — 27) *existimant* Gu. 2. — 28) *et quod sint truces* va. — 29) Sic Gu. 1. 2., nisi quod *portare* cum vulg. exhibent

84. Romani a Romuli nomine nuncupati, qui urbem Romam condidit, gentique et civitati nomen dedit. Hi[36] antea[37] a Saturno Saturniani[38], a Latino Latini vocati sunt. Nam Latinus Italiae rex fuit, qui ex suo nomine Latinos appellavit, qui postea nuncupati sunt Romani[39]. Hi et Quirites dicti, quia Quirinus dictus est Romulus, quod semper hasta utebatur, quae Sabinorum lingua quiris dicitur.

85. Italus quoque et Sabinus et Sicanus fratres fuerunt, ex quibus nomina populis imposita et regionibus sunt. Nam ab Italo Itali, a Sabino Sabini, a Sicano Sicani cognominati sunt, qui et Siculi, id est Sicilienses[40].

86. Tusci Italiae gens est a frequentia sacrorum et thuris vocata, id est *ἀπὸ τοῦ θῦσαι*[41].

87. Umbri Italiae gens[42], sed Gallorum veterum propago, qui Apenninum montem incolunt, de quibus historiae perhibent, quod[43] tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, et ob hoc *ὀμβρίους*[44] Graece nominatos.

88. Marsi gens Italiae dicta[45] a comite Liberi Marsia, qui usum illis vitium ostendit, et ob hoc statuam illi[46] fecerunt, quam[47] postea Romani victis Marsis tulerunt. Marsos autem Graeci Uscos[48] vocant, quasi *ὀφιούχους*[49], quod multos[50] serpentes habent[51], et *ὄφις*[52] serpens dicatur. Illaesos autem esse carminum maleficiis. Inhabitant autem plagam Apennini montis simul cum Umbris.

89. Gothi[53] a Magog filio Iaphet nominati putantur, de similitudine ultimae syllabae, quos veteres[54] magis Getas, quam Gothos vocaverunt, gens fortis et potentissima, corporis[55] mole ardua, armorum genere terribilis. De quibus Lucanus[56]:

Hinc Dacus premat, inde Getes[57] *occurrat Iberis.*

90. Daci autem Gothorum[58] soboles fuerunt, et dictos putant Dacos, quasi dagos, quia de Gothorum stirpe creati sunt. De quibus ille[59]:

Ibis arctoos[60] *procul usque Dacos*[61].

91. Bessi barbari fuerunt, qui a multitudine boum sic vocati creduntur. De quibus quidam[62]:

Qui colit terrae medio vel ille
Divitis multo bove[63] *pilleatus*[64]
Accola ripae.

Gu. 1. pr. — *potare* Gu. 2. e rasur. va. et var. lect. ap. Goth. — *essent soliti potare* Ar. — Vulg. *portare soliti sunt.* — 30) Aen. III, 44. — 31) *barbarorum* al. — 32) Sic Gu. 1. va. Ar. — *a locis* vulg. — 33) *recesserunt* addidi e Gu. 1. al. — *ad pontum* al. — 34) *qua mari* al. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *recesserant* vulg. — *concesserant* al. Ar. — *secesserant* al. — 36) *qui* al. — 37) Sic Gu. 1. — Vulg. *ante.* — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *Saturnii.* — *Saturnini* va. — 39) Sic Gu. 1. — Vulg. *Romani nunc. sunt.* — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *qui et Siculi cognominati sunt, iidem et Sicilienses.* — 41) Sic Gu. 1. — *tysain* Gu. 2. 3. 4. ἀπὸ τοῦ θυσιάζειν Ed. va. *anotyticcazin.* — θυάζειν var. lect. ap. Goth. Om. Graecum pr. — Vulg. θύειν. — 42) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *genus est.* — 43) *eo quod* Gu. 2. al. va. — 44) *umbros* Gu. 1. — *umbrios* Gu. 2. 4. pr. va. — 45) *dicti* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *illi statim.* — 47) *quem* Gu. 1. — 48) Sic Ar. — *Tuscos* vulg. — 49) οφεκδις Gu. 2. — οφςκιε Gu. 3. 4. (qui mox ita pro ὄφις exhibet.) Om. pr. va, — 50) *multas* Gu. 2. — 51) Sic Gu. 1. — *habeant* vulg. — 52) οφεις Gu. 2. — *cois* va., quae *et* om. Om. pr. — 53) *gens* add. al. — 54) *Graeci* add. Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — *corporum* vulg. — 56) Lucan. II, 54. — 57) *Getis* Gu. 1. — *Getas* Gu. 2. — 58) *Getarum* Ar. — 59) Paulinus ad Nicetam 17. — 60) Sic Ar. — *arcthos* Gu. 1. — *arctos* Gu. 2. — *aroos* pr. va. — *Arctos* vulg. — 61) Sic Gu. 2. 4. Ar. — Vulg. *Dagos.* — 62) Paulinus ad Nicetam 243. — 63) *multo bove* om. Gu. 2. — 64) *pileatus* Ar.

92. Gipedes[1] pedestri praelio magis, quam equestri sunt usi, et ex[2] hac causa sunt vocati[3].

93. Sarmatae patentibus campis inequitabant armati[4] prius quam eos Lentulus Danubio prohiberet, atque inde ob studium armorum Sarmatae nuncupati existimantur.

94. Lanus fluvius fertur ultra Danubium, a quo Alani dicti sunt, sicut et populi inhabitantes[5] iuxta Lemannum fluvium Alemani vocantur. De quibus Lucanus[6]:

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

95. Longobardos[7] vulgo ferunt nominatos[8] a prolixa barba et nunquam tonsa.

96. Vandelicus[9] amnis ab extremis Galliae erumpens, iuxta quem fluvium habitasse[10], et ex eo traxisse[11] nomen Vandali[12] perhibentur.

97. Germanicae[13] gentes dictae, quod sint immania corpora, immanesque nationes saevissimis duratae frigoribus, qui mores ex ipso coeli rigore traxerunt, feroces[14] animi et semper indomiti, raptu venatuque viventes. Horum plurimae gentes variae armis, discolores habitu, linguis dissonae, et origine vocabulorum incertae, ut Tolosates[15], Angriari, Quadi[16], Tungri[17], Marcomanni, Bructeri, Chamavi, Wangiones[18], Tubantes, quorum immanitas barbariae etiam in ipsis vocabulis horrorem quendam significat.

98. Suevi pars Germanorum fuerunt in fine Septentrionis. De quibus Lucanus[19]:

Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos.

Quorum fuisse centum pagos et populos multi prodiderunt[20]. Dicti autem Suevi putantur a monte Suevo, qui ab ortu initium Germaniae fuit[21], cuius loca incoluerunt.

99. Burgundiones quondam a Romanis subacta interiori[22] Germania per castrorum limites positi a Tiberio Caesare in magnam convaluerunt[23] gentem, atque ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta burgos[24] vulgo vocant. Hi postea rebelles Romanis effecti[25] plus quam octoginta millia armatorum ripae Rheni fluminis insederunt, et nomen gentis obtinuerunt.

100. Saxonum gens[26] in Oceani[27] litoribus[28] et paludibus inviis sita, virtute atque agilitate habilis. Unde et appellata, quod sit durum et validissimum genus hominum et praestans caeteris piraticis[29].

1) *Gipides* Gu. 1. — 2) *ex* om. Gu. 2. — 3) Vulg. *ita vocati*, sed *ita* om. Gu. 1. — *sunt* autem addidi e Gu. 1. pr. va. — 4) Sic Gu. 1. — Vulg. *armati inequitabant.* — 5) *inhabitantes* Gu. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *habitantes.* — 6) Lucan. I, 396. — *cava* pro *cavo* va. — 7) *Langob.* Gu. 2. al. — 8) *fertur nominasse* Gu. 2. al. — *nominasse* Gu. 1. — 9) *Vandalicus* al. — *Vindilicus* Ar. — *Vindelicus* va. — 10) *inhabitasse* Gu. 2. al. pr. va. — 11) *transisse* Gu. 2. — 12) *Wandali* Ar. pr. va. — 13) *Germaniae* Ar. — 14) Sic Gu. 1. al. — *ferocis* vulg. — 15) Sic Ar. — *Colorates* Gu. 1. 4. — *Tolerates* vulg. — *Toleratae* va. — *Olarates* al. ap. Goth. — 16) Sic Ar. — Vulg. *Samsi*, *Variquadi.* — *Amsi Vari Quadi* Gu. 4. — *Amsi Vari Quadicii* Gu. 1. — *Samsi Vari* Gu. 2. *Quadi* om. — Al. *Amsivari.* — Al. *Samsi, Vani, Quadi.* — 17) *Mungri* Gu. 1. — *Turingi* Gu. 4. — *Chamavi* pro *Camasi* scripsi cum Ar. — 18) *Wangiones* scripsi cum Ar. pro *Blangianae* vulg. — *Blangiani* Gu. 1. 4. Multis modis corrupta sunt nomina. — 19) Lucan. II, 51., ubi est *Fundat.* — 20) Sic Gu. 1. va. — *proderunt* Gu. 2. — *tradiderunt* vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *facit* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *interiore.* — 23) Sic Gu. 1. va. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *coluerunt* Ar. — *coaluerunt* al. et var. lect. ap. Goth. *creverunt.* — 24) *burges* Gu. 1. — *purgos* al. — 25) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *effecti Rom.* — 26) *genus* Gu. 2. — 27) *maris* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 28) *finibus et litor.* Gu. 1. — 29) In margine Lucani codicis charactere satis antiquo additur: *Qui prius Sicambri dicti a civitate Sicambria, quam condiderunt iuxta Maeotides paludes:*

101. Franci a quodam proprio duce vocari putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi, naturalisque[30] ferocitas animorum.

102. Britones[31] Latine nominatos quidam suspicantur[32], eo quod bruti sunt[33], gens intra[34] occanum interfuso mari quasi extra orbem posita. De quibus Virgilius[35]:

Toto divisos[36] orbe Britannos.

103. Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum stigmate annotentur.

104. Galli a corporis candore[37] nuncupati sunt. Γάλα enim Graece lac dicitur. Unde et Sibylla sic eos appellat, cum ait de iis[38]:

Tunc lactea colla
Auro innectuntur[39].

105. Secundum diversitatem enim coeli et facies hominum et colores et corporum quantitates et animorum diversitates existunt. Inde Romanos graves, Graecos leves, Afros versipelles, Gallos natura feroces atque acriores ingenio pervidemus, quod natura climatum facit.

106. Galli autem Senones[40] antiquitus Xenones[41] dicebantur, quod Liberum hospitio recepissent; postea x in s literam commutata est.

107. Vacca oppidum fuit iuxta Pyrenaeum, a quo sunt cognominati Vaccaei, de quibus creditur dixisse poeta[42]:

Lateque vagantes Vaccaei.

Hi Pyrenaei iugis peramplam montis[43] habitant solitudinem[44]. Iidem et Vascones quasi Vaccones, c in s literam demutata.

108. Quos Gneus[45] Pompeius edomita Hispania et ad triumphum venire festinans de Pyrenaei iugis deposuit et in unum oppidum congregavit. Unde et Convenarum nomen urbs[46] accepit.

109. Hispani ab Ibero amne primum Iberi, postea ab Hispano[47] Hispani cognominati sunt.

110. Galleci[48] a candore dicti[49], unde et Galli. Reliquis enim Hispaniae populis candidiores existunt. Hi Graecam sibi originem asserunt. Unde et naturali ingenio callent.

fuerunt enim de Troia exules post excidium eius. In Gu. 3. ad inferiorem marginem haec nota reperitur: *vel sicut alii volunt a magnis cultellis, quos subtus sagos gestabant, quae vulgo sach vocantur, dum ad condictum placitumque cum Thuringis convenissent, quod communi consilio hii et illi laudaverant pro condicione pacis. Atque cum hiisdem cultris Thuringorum multitudinem occiderunt, terramque eorum hactenus possederunt.* — 30) *que* om. Gu. 1. 2. pr. — 31) *Britannos* al. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *quidam Lat. nom. suspic.* — 33) Sic Gu. 1. — *sint* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *inter* vulg. — 35) Eclog. 1, 67. — 36) *diviso* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. — Vulg. *a candore corporis.* — 38) *Virgilius* Arev. Grialium secutus, qui ex Hieron. in prooem. lib. 2. in ep. ad Gal. ex Lactantio Sibyllae nomen irrepsisse dicit in Isidori codd. At recte se habet Sibylla. Est enim locus e Virgil Aen. VIII, 660., ubi Venus dare ostenditur Aeneadae clypeum, in quo, quae futura sunt, picta sunt. — 39) *innectentur* Gu. 1. — 40) *Zenones* al. — 41) *Zenones* Gu. 1. 2. pr. va. et sic postea *z* pro *x* — 42) *poetam* Gu. 2. va. Locus est e Virg. Aen. IV, 42. ubi est: *Lateque furentes Barcei.* — 43) *per montis amplam* Gu. 1. — 44) ad marg. cod. Tolet. I. notatur: *Vaccaeos invictos, a nullo gente victos.* — 45) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (*Cn.*) — Vulg. *quod genus.* — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *urbs nomen.* — 47) Sic Gu. 1. al. Cod. I. Vat. Arch. *ab Spania* et ex correct. recent. *ab Hispali.* — Vulg. *ab Hispalo.* — 48) Sic pr. va. al. Ar. — *Gallici* al. — *Gallicii* vulg. — *Gallei* Gu. 1. — *Galethi* Gu. 2. — 49) Vulg. add. *finguntur*, quod om. Gu. 1. 2. Ar.

111. Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris invisum patri Telamoni dum[1] non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse[2], ibique urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse, inde ad Gallaeciam[3] profectus[4] et positis[5] sedibus ex loco nomen genti[6] dedisse perhibetur.

112. Astures gens Hispaniae, vocati eo, quod circa Asturam[7] flumen septi[8] montibus silvisque crebris inhabitant[9].

113. Cantabri Hispaniae gens[10] a vocabulo urbis, et Iberi amnis, cui insidunt, nuncupati[11]. Horum animus pertinax et magis ad latrocinandum, et ad bellandum, vel ad perpetiendum verbera semper parati.

114. Celtiberi ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio Celtiberia. Nam ex flumine Hispaniae Ibero, ubi consederunt[12], et ex Gallis, qui Celtici dicebantur, mixto utroque vocabulo Celtiberi nuncupati sunt.

115. Afri appellati ab uno[13] ex posteris Abrahae, qui vocabatur Afer, qui dicitur duxisse adversus Libyam exercitum, et ibi victis hostibus consedisse, eiusque posteros ex nomine atavi et Afros et[14] Africam nuncupasse.

116. Poeni autem Carthaginenses sunt a Phoenicibus nuncupati, qui cum Didone profecti sunt.

117. Tyrios vero a Tyria urbe Phoenicum nominatos[15], de qua profecti sunt, et in Africae littus venerunt.

118. Getuli Getae dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis navibus conscendentes, loca Syrtium in Libya occupaverunt, et quia ex Getis venerunt[16], derivato nomine Getuli cognominati sunt. Unde et opinio est apud Gothos, ab antiqua cognatione Mauros consanguinitate propinquos sibi vocare[17].

119. Africam autem initio habuere Libyes, deinde Afri, post haec Getuli, postremum Mauri et Numides.

120. Mauri et Numides[18], ut Afri putant, sic sumpserunt exordium[19] et vocabulum. Nam postquam in Hispania interiit Hercules[20], et exercitus eius compositus ex variis gentibus amisso duce passim sibi sedes quaerebant[21], ex eo numero Medi et Persae et Armenii navibus in Africam transvecti proxima mari[22] loca occupavere.

121. Sed Persae dum materiam in agris pro construendis domiciliis non invenissent[23], et ignara lingua commercium prohiberet, per patentes agros et diversas solitudines vagabantur,

1) *quum* Ar. — 2) Vulg. add. *ferunt*, quod om. Gu. 1. (qui ad fin. add. *perhibetur*) 2. al. Inclusit Ar. — *traditur* al. — 3) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *Gallaciam* Gu. 1. — *Galliciam* vulg. — *ad* al. om. — 4) *profectum* Ar. — 5) Sic Ar. — *expositis* vulg. — 6) *genti nomen* Gu. 2. Ar. — 7) Sic Ar. — Vulg. *ysturam.* — *Asturium* Gu. 2. — *Isturiam* va. — *Sturam* var. lect. ap. Goth. — 8) Sic Gu. 1. 2. va. var. lect. ap. Goth. Ar. — *septem* vulg. — 9) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *inhabitent.* — 10) Sic Gu. 1. — *gens Hispan.* vulg. — *gentes* al. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *appellati.* Om. utrumque va. — 12) Sic Gu. 1. al. — *consederant* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *ex uno* vulg. — 14) *et* om. Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. 2. al. — Vulg. *Tyrii . . . nuncupati.* — *Tyrios . . . nuncupatos* al. — *cognominatos* Ar. — *nominati* Ar. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *venerant* vulg. — 17) *vocari* Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. al. pr. va. — vulg. *Numidae.* — 19) *et exord.* va. Tota res sumpta est e Sall. Iug. c. 18. — 20) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hercules interiit.* — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quaerebat* al. — *quaereret* vulg. — 22) Sic Gu. 1. al. Sall. — *maris* vulg. — 23) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *invenirent.* — 24) *vagabundi* Gu. 1. va. — 25) al. *vocabulum dedisset et ipsos propria lingua Medos appellaverunt* — *Numidas* Ar. — 26) *miscuerant* al. — 27) Sic Gu. 1. 2. va. *proximam Hispaniam* Ar. *proxime Hispaniam.* Al. *proxima Hispaniae loca.* — 28) *habitabant* al. — 29) Sic Gu. 1. al. va. — *corru-*

et a pabulationibus vagabundis[24] semetipsos[25] propria lingua Numides appellaverunt, id est sine oppido vagos et errantes.

122. Medi autem cum Libyis se miscuerunt[26], qui proxima Hispania[27] inhabitabant[28], quorum nomen paulatim Libyes corrupere[29], barbara lingua Mauros propter Medos[30] appellantes, licet Mauri ob colorem a Graecis vocentur[31]. Graeci enim nigrum *μαυρὸν* vocant. Aestifero quippe[32] calore afflati speciem atri coloris[33] ducunt.

123. Massylia civitas Africae est, non longe ab Atlante et hortis Hesperidum, a qua civitate Massylii vocati[34] sunt, quos nos corrupte Massulos vocamus, de quibus Virgilius[35]:

Hinc[36] *mihi Massylae*[37] *gentis monstrata sacerdos.*

124. Gaulalum[38] gentes sunt a meridie usque ad[39] oceanum Hesperium pervagantes. His nomen Gaulea[40] insula dedit, quae est iuxta Aethiopiam, ubi nec serpens nascitur, nec vivit.

125. Garamantes populi Africae prope Cyrenas inhabitantes, a Garamante rege Apollinis filio nominati, qui ibi ex suo nomine Garama oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus[41] Aethiopum. De quibus Virgilius[42]:

Extremi Garamantes.

Extremi autem, quia saevi et a consortio humanitatis remoti.

126. Hesperii vero sunt, qui circa Hispaniam commorantur[43]. Nam Hispania Hesperia est[44].

127. Aethiopes dicti a filio Cham, qui vocatus est Chus, ex[45] quo originem trahunt. Chus enim Hebraica lingua[46] Aethiops interpretatur.

128. Hi quondam ab Indo flumine consurgentes, iuxta Aegyptum inter[47] Nilum et oceanum, in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt[48], quorum tres sunt populi. Hesperi, Garamantes et[49] Indi. Hesperi sunt[50] occidentis, Garamantes Tripolis, Indi orientis.

129. Trogoditae[51] gens[52] Aethiopum, ideo nuncupati, quod tanta celeritate pollent, ut feras cursu pedum assequantur.

130. Pamphagi[53] et hi in Aethiopia sunt: quibus esca est, quicquid mandi potest et omnia fortuitu gignentia, unde et appellati[54].

131. Ichthyophagi, quod venando in mari valeant, et piscibus alantur tantum[55]. Hi post Indos montanas regiones tenent, quos subactos[56] Alexander Magnus piscibus vesci prohibuit.

132. Anthropophagi gens asperrima sub regione Serum[57] sita, qui quia humanis car-

perunt vulg. — 30) *pro Medis* Ar. — 31) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *vocarentur* al. — *nominentur* vulg. — 32) *enim* va. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *atri col. spec.* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *exorti* vulg. — 35) Virg. Aen. IV, 483. — 36) Sic Gu. 1. va. Ar. Virg. — *Hic* vulg. — 37) Sic Gu. 1. pr. Ar. Virg. — *Massiliae* vulg. — 38) Sic Ar. — Gu. 1. *Garilalum* — Vulg. *Gaulali.* — 39) *ad* addidi e Gu. 1. al. — 40) Sic Gu. 1. — *Gaulen* Gu. 2. — *Gaulonem* al. — *Gaulotem* al. — *Gauleon* al. — *Gauloe* Ar. — *Gauloen* vulg. Ut nos, sic incertus Geographus: *Gaulea insula in australi oceano occidentalis Aethiopiae.* Vide Salmas. Exercitt. Plin. p. 384. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *proximi gentes* pr. — *proximae gentes* vulg. — 42) Eclog. VIII, 44. — 43) *commemorantur* Gu. 2. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *dicitur.* Neutrum horum Gu. 2. al. Ar. — Al. add. *et inde* (al. *Indi*) *Hesperi occidentis Garamantes.* — 45) *ex* pro *a* Gu. 1. 2. pr. va. — 46) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Hebraice* vulg. — 47) *inter* om. va. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *consederunt* vulg. — 49) Vv. *et Indi . . . Garamantes* om. al. — 50) *sunt* om. Gu. 2. — 51) *Troglo-ditae* Ar. — 52) *gentes* al. — *gens est* Gu. 2. — 53) *Pampigii* Gu. 2. — *Pamphili* edit. Vulcan., quae nobis est vulgata. — 54) *sunt* add. va. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *tantam al.* — Al. om. *tantum.* — 56) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quas subactas* vulg. — 57) Sic Ar. — *Sericum* Gu. 1.

nibus vescuntur, ideo anthropophagi nominantur. Itaque sicut his, ita et ceteris gentibus per secula aut a regibus, aut a locis, aut a moribus, aut[1] ex quibuslibet aliis causis immutata vocabula sunt, ita ut prima origo nominis eorum temporum vetustate non pateat.

133. Iam vero hi[2], qui Antipodae[3] dicuntur, eo quod contrarii[4] esse nostris[5] vestigiis putantur, ut quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcent vestigia, nulla ratione credendum est, quia nec soliditas patitur, nec centrum terrae, sed neque hoc ulla historiae cognitione firmatur, sed hoc poetae quasi ratiocinando coniectant.

134. Titanas autem quosdam in Graecia fertur[6] fuisse robustos et excellentes viribus populos, quos ferunt fabulae ab irata contra deos terra ad eius ultionem creatos.

135. Unde et Titanes dicti sunt *ἀπὸ τῆς τίσεως*[7], id est ab ultione, quod quasi ulciscendae matris Terrae causa in deos armati[8] existerent[9]: quos fabulae a Iove bello fuisse superatos atque extinctos fingunt, propter quod e coelo iactis fulminibus interierunt[10].

CAP. III. *De regnis militiaeque*[11] *vocabulis.*

1. Regnum a regibus dictum. Nam sicut reges a regendo vocati, ita regnum a regibus.

2. Regnum universae nationes suis quaeque temporibus habuerunt[12], ut Assyrii, Medi, Persae, Aegyptii, Graeci[13], quorum vices sors temporum ita volutavit, ut alterum ab altero solveretur. Inter omnia autem regna terrarum[14] duo regna caeteris[15] gloriosiora[16] traduntur, Assyriorum primum[17], deinde Romanorum, ut temporibus et locis inter se ordinata atque distincta sunt[18].

3. Nam sicut illud prius et hoc posterius, ita illud in oriente et[19] hoc in occidente exortum est: denique[20] in illius fine huius initium confestim fuit. Regna caetera caeterique reges velut appendices istorum habentur.

4. Reges a regendo[21]. Sicut enim sacerdos a sanctificando[22], ita et rex a regendo. Non autem regit, qui non corrigit. Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Unde et apud veteres tale erat proverbium: *Rex eris, si recte facias*[23]*: si non facias, non eris.*

5. Regiae virtutes praecipuae duae: iustitia et pietas. Plus autem in regibus laudatur pietas[24]. Nam iustitia per se severa[25] est.

6. Consules appellati a consulendo, sicut reges a regendo, et[26] sicut leges[27] a legendo. Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia binosque consules

1) *aut* pro *vel* Gu. 1. 2. Ar. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *his* vulg. — 3) *Antipodes* Ar. — 4) *contrarium* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. — *vestigiis nostris* vulg. — 6) *fert* Gu. 1. unde feci *fertur.* — Vulg. *ferunt.* — 7) Graeca om. pr. *apotoyticoc* va. — 8) *armatos* pr. — 9) *extiterint* Ar. — 10) *interiere* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *et militiae* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. Ar. (*habuere*). — Vulg. *habuere temporibus.* — 13) *vel Romani* add. al. — 14) *terrarum regna* Gu. 2. — 15) *ceteris* om. va. — 16) *gloriosa* Gu. 2. cod. uterque Tolet. — 17) Sic Gu. 1. — *primo* vulg. — 18) *sunt* addidi e Gu. 1. — 19) *et* om. va. Ar. — 20) *denique . . . fuit* al. om. — 21) *vocati* add. Gu. 2. va. Ar. — 22) *sacrificando* Gu. 2. — 23) *facis* al. va. — *facies* Ar. ex Horat. Epist. I, 1, 60. unde sententia est sumpta. — 24) *quam iustitia* add. Gu. 2. — 25) *vera* Gu. 1. 2. — *severitas* al. — 26) *et* om. Gu. 1. — 27) *lex* al. — 28) *fastum regium* Gu. 1. 2. fortasse hoc verum est. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *ergo.* — 30) *annos singulos* Gu. 2. va. — 31) *elegerunt* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 32) *moderator* va. — *moderatio* al. — 33) Sic Ar. ex Hieron. in

sibi fecerunt. Nam fastus regius[28] non benivolentia consulentis, sed superbia dominantis erat. Hinc igitur[29] consules appellati, vel a consulendo civibus, vel a regendo cuncta consilio.

7. Quos tamen ideo mutandos per singulos annos[30] instituerunt[31], ut nec insolens diu maneret, et moderatior[32] cito succurreret. Inde autem duo pares, quia unus rem civilem, alter rem militarem administrabat. Regnaverunt autem annis CCCCLXIV[33].

8. Proconsules subiecti[34] erant consulibus, et dicti proconsules, eo quod vice[35] consulis fungerentur, sicut procurator curatoris[36], id est actoris.

9. Exconsules autem dicti, quod iam a consulatu exierint, sive discesserint peracto[37] vicis suae anno.

10. Dictatores nono[38] anno post reges expulsos Romani sibi creaverunt, dum gener Tarquinii ad iniuriam soceri vindicandam ingentem adversus Romam collegisset exercitum.

11. Hi quinquennii temporis imperio utebantur. Plus enim erant[39] honore[40], quam consules, qui annuas potestates tenebant[41]. Et dicti dictatores, quasi principes et praeceptores. Unde et magistri populi[42] nominabantur. Unde et edicta[43] dicuntur.

12. Caesarum nomen ab[44] Iulio coepit, qui bello civili commoto primus Romanorum[45] singularem obtinuit principatum. Caesar autem dictus, quod caeso mortuae matris[46] utero prolatus eductusque fuerit, vel quod cum caesarie natus sit. A quo etiam[47] imperatores sequentes Caesares dicti, eo quod comati essent. Qui enim exsecto utero eximebantur, caesones[48] et caesares appellabantur.

13. Iulius autem dictus, quia ab Iulo[49] Aeneae filio originem duxit, ut confirmat Virgilius[50]:

Iulius, a magno demissum nomen Iulo.

14. Imperator[51] autem nomen apud Romanos eorum tantum prius fuit[52], apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui[53]: sed dum diu duces titulis imperatoriis fungerentur, senatus censuit, ut Augusti Caesaris hoc tantum esset nomen[54], eoque[55] is distingueretur a caeteris gentium regibus: quod et[56] sequentes Caesares hactenus usurpaverunt.

15. Solet enim fieri, ut primi regis nomen etiam reliqui[57] possideant, sicut apud Albanos ex Silvii nomine omnes reges Albanorum Silvii appellati sunt: sicut[58] apud Persas Arsacidae[59]: apud Aegyptios Ptolemaei: apud Athenienses Cecropidae.

16. Augustus ideo apud Romanos nomen imperii est, eo quod augerent olim[60] rempublicam amplificando. Quod nomen primitus[61] senatus Octaviano Caesari tradidit, ut quia auxerat terras, ipso nomine et titulo consecraretur[62].

Praef. ad Aggaeum et Euseb. in Chron. — Vulg. 467. — 34) *suffecti* al. — 35) *vicem* Ar. — 36) *curatori . . . actori* Gu. 2. pr. — 37) Sic Gu. 2. pr. Ar. — *pacto* vulg. — 38) Sic Ar. ex Euseb. Chron. — *quinto* vulg. — 39) *erat* Gu. 2. va. — 40) *in honore* al. — 41) *habebant* al. — 42) *a populo* Gu. 1. — 43) *dicta* Ar. — 44) *ab* pro *a* Gu. 1. — 45) *Romanum* Gu. 2. — 46) Vulg. add. *suae*, quod om. Gu. 1. 2. — 47) *etiam* pro *et* Gu. 1. — Utrumque om. Gu. 2. — 48) *caesores* Gu. 1. — 49) *ab Iulio* Gu. 1. h. l. et postea. *a Iulio* pr. — 50) Aen. I, 288. — 51) *Imperatorum* Gu. 2. va. Ar. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *fuit prius* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *exercitibus* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — *nomen esset* vulg. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. — *eo quod* vulg. — 56) *et* om. Gu. 2. — 57) *Caesares reliqui* al. — 58) Vulg. *sicut et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 59) *Artaxerxes* al. — 60) Sic Gu. 1. — vulg. *olim augerent*. — 61) Sic Gu. 1. al. — *primus* Gu. 2. pr. va. — *primo* vulg. — 62) *monstraretur* va.

17. Dum autem idem Octavianus iam Caesar et imperator appellaretur, vel Augustus, postea vero dum ludos spectaret, et pronunciatum esset illi a populo, ut vocaretur et Dominus, statim manu vultuque averso indecoras [1] adulationes repressit et Domini appellationem ut homo [2] declinavit, atque insequenti die omnem populum gravissimo edicto [3] corripuit, Dominumque se appellari posthaec [4] nec [5] liberis [6] quidem suis permisit. Fuit autem [7] filius Actiae, quae nata est de sorore Iulii Caesaris.

18. Reges autem apud Graecos ob hanc causam [8] *βασιλεῖς* vocantur, quod tanquam bases [9] populum sustinent. Unde et bases coronas habent [10]. Quanto enim quisque magis praeponitur, tanto amplius pondere laborum gravatur.

19. Tyranni Graece dicuntur iidem [11] Latine reges [12]. Nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat, ut Virgilius [13]:

Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni.

Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam tiro fortis. De qualibus [14] Dominus loquitur [15]: *Per me reges regnant et tyranni per me tenent terram.*

20. Iam postea in usum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges, luxuriosae [16] dominationis cupiditatem et crudelissimam dominationem in populis [17] exercentes.

21. Princeps et dignitatis modo significatur et ordinis, sicut est Virgilianum [18]:

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,

pro primus. Dictus autem princeps a capiendi significatione, quod primum [19] capiat, sicut [20] municeps ab eo, quod munia capiat.

22. Dux dictus eo, quod sit ductor exercitus, sed non statim, quicunque principes, vel [21] duces fiant [22], etiam reges dici possunt. In bello autem [23] melius ducem nominari [24], quam regem. Nam hoc nomen exprimit in praelio ducentem [25]. Unde et [26] Virgilius:

Ducis Evandri.

Salustius: *Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum.* Non dixit in ore [27] consulis.

23. Monarchae [28] sunt, qui [29] singularem possident principatum, qualis fuit Alexander apud Graecos, et Iulius apud Romanos. Hinc et monarchia dicitur. *Μόνας* quippe singularitas Graeco nomine, *ἀρχὴ* principatus est [30].

24. Tetrarchae sunt quartam partem regni tenentes. Nam *τέτταρα* quatuor sunt, qualis fuit apud Iudaeam Philippus.

25. Patricii inde vocati sunt, pro eo quod sicut patres filiis, ita provideant reipublicae.

26. Praefecti dicti, quod praetoria potestate praesint.

1) *indedecoras* al. In cod. Tolet. I. ad marg. nota est: *fictas blanditiones.* — 2) *ut omen* Arev. — 3) al. *dicto.* — 4) Sic Gu. 1. nisi quod corrupte *quo haec* pro *posthaec.* — Vulg. *se posthaec app.* — *posthac* edit. Goth. — 5) *nec* pro *ne* Gu. 1. — 6) Vulg. *a liberis*, sed praepos. om. Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. 2. gothici et al. Ar. — *enim* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *ob hanc causam apud Graecos.* — 9) nota in cod. Tolet. I. est *bases fulturae sunt columnarum.* — 10) *coronabant* al. — 11) *id est* va. — 12) Vulg. *et reges*, sed *et* om. Gu. 1. — 13) *Virgilius* addidi e Gu. 1. Locus est Aen. VII, 266. — 14) Sic Gu. 1. *de qualibet* corrupte, pro quo al. aperte *de qualibus.* — 15) *dicens* add. Gu. 2. al. Locus est Proverb. 8, 15. — 16) al. *luxuriosos*, *dominationem cupiditate crudelissima.* — 17) *in populo* Gu. 2. — 18) Vulg. *illud Virg.*, sed *illud* om. Gu. 1. Locus est Aen. IX, 535. — 19) *quo primam* Ar. h. l. et postea. — *primus* Gu. 1. 2. — 20) *sicut . . . capiat* om. va. — 21) *aut* va. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *sunt.* — 23) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *vero.* — 24) *convenit* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 25) *ducem* Gu. 1. — 26) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. Locus est Aen. X, 370. — 27) *more* al. ap. Goth. Locus est in Fragm. ap. Gerlach. 25. Incert. — 28) *Monarches* Gu. 1. 2. — 29) *quae* Gu. 2. — 30) *est* om. Gu. 2. — 31) Sic Gu.

27. Praetores iidem, qui et praefecti, quasi praepositores.

28. Praesides vero dicti, quia alicuius loci tutelam praesidialiter tenent.

29. Tribuni vocati, quod militibus, sive plebibus iura tribuant[31].

30. Chiliarchae[32] sunt, qui mille praesunt[33], quos nos millenarios vocamus[34], et est Graecum nomen[35].

31. Centuriones dicti eo, quod centum praesint[36] militibus, sicut quinquagenarii, qui in capite sunt[37] quinquaginta militum, sicut decani eo[38], quod decem militibus[39] praeferuntur.

32. Miles dictus, quia mille erant antea[40] in numero uno, vel quia unus est electus ex mille[41]. Romulus autem primus ex populo milites sumpsit et appellavit. Liber vero primus militiae ordinem docuit.

33. Miles autem ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius est, qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius, id est humilis militiae. Extraordinarius vero[42], qui ob virtutem promovetur ex ordine.

34. Emeriti dicuntur veterani solutique militia, qui iam in usu praelii non sunt, et[43] quia mereri militare dicitur, ab[44] stipendiis scilicet, quae merentur. Iidem et veterani dicuntur, quia iam in usu praelii non sunt, sed post multos militiae labores quietis suffragium consequuntur.

35. Equestres milites dicti[45] eo, quod equo sedeant[46]. Item militat ille, qui equestri ordine[47].

36. Tirones dicuntur fortes pueri, quod[48] ad militiam deligantur, atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola professione nativitatis, sed aspectu[49] et valitudine corporis existimantur[50]. Unde et tirones dicti, qui[51] antequam sacramento probati[52] sunt[53], milites non sunt.

37. Romanae autem militiae mos fuit[54] puberes primo[55] exerceri[56] armis. Nam sexto decimo[57] anno tirones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant, de quibus Virgilius[58]:

Et primaevo[59] *flore iuventus.*

38. Servos sane nunquam militasse constat, nisi servitute deposita, excepto Hannibalis tempore, cum post Cannense[60] praelium in tanta necessitate fuissent Romani, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.

39. Desertores vocati eo, quod desertis militaribus officiis evagantur. Hi in alios numeros militiae nomen dare prohibentur, sed si non magni temporis contraxerint culpam[61], caesi numeris suis restituuntur. Sed et qui[62] deserunt exercitum, ad hostes transeuntes et ipsi desertores vocantur.

1. — *tribuunt* vulg. — 32) *Chiliarchi* Gu. 2. pr. va. — 33) Vulg. add. *militibus*, quod om. Gu. 1. Ar. — 34) Sic Gu. 1. — *nuncupamus* pr. — *appellamus* vulg. — 35) Sic Gu. 1. pr. va. — *nomen Graec.* vulg. — *Quos nos . . . cent. pr. mil.* om. Gu. 2. — 36) Sic Gu. 1. — Vulg. *praesunt.* — 37) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *qui sunt in cap.* — 38) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *milit. decem.* — 40) Sic Gu. 1. — *ante* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex mille electus.* — 42) Sic Gu. 1. 2. Ar. *Extraordinarius est*, *qui.* — 43) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *quia.* — 44) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. — 45) *dicuntur* al. — 46) *insideant* al. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *militat ille* (*militant illi*) *equestri ordine.* — 48) *qui . . . deliguntur* Ar. — *delegantur* pr. — *qui . . . delegantur* va. — 49) Vulg. *ex asp.*, sed *ex* om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *aestimantur* vulg. — 51) *quique* Gu. 1. 2. al. va. — 52) *rogati* Ar. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *sint* al. Ar. — *fuerint* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *fuit mos* vulg. — 55) *primos* Gu. 2. — 56) *exercere* va. — 57) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *decimo sexto.* — 58) Aen. VII, 162. — 59) Sic Gu. 1. Ar. — *primo* vulg. — 60) *Carthaginense* va. — 61) Sic Gu. 1. — Vulg. *culpam contrax.* — Al. *construxerint.* — 62) *quod* Gu. 1. —

40. Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur ab eo, qui eos ducturus est, sicut transcripti vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt, et inde transcripti, quia[1] nomina dant, ut transcribantur.

41. Optiones dicti, quod sint electi. Nam optare eligere est, sicut est illud:

Optavitque[2] *locum regno*,

id est elegit.

42. Excubitores dicuntur, pro eo quod excubias agunt semper[3]. Sunt enim ex numero militum et in porticibus excubant propter regalem custodiam. Excubiae autem diurnae sunt, vigiliae nocturnae. Unde et vigiles[4].

43. Velites erant apud Romanos genus militiae, a volitando vocati. Lecti enim agilitate iuvenes cum armis suis post terga equitum consedebant[5], et mox cum ad hostes ventum fuisset[6], equis desiliebant, et continuo pedites ipsi ex alia parte, equitibus, per quos advecti fuerant[7], dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his igitur[8] velitibus elephanti quondam Hannibalis retro acti, cum regi iam a suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto necabantur.

44. Castra sunt, ubi miles steterit[9]. Dicta autem castra quasi casta, eo[10] quod illic castraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier.

45. Militia autem a militibus dicta, aut a multis, quasi multitia, quasi negocium multorum[11], aut a mole rerum, quasi moletia[12].

46. Legio sex milium[13] armatorum est, ab electo[14] vocata, quasi lecti, id est armis electi. Proprie autem lingua[15] Macedonum phalanx, Gallorum caterva, nostra legio[16].

47. Legio[17] habet sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim, turmas ducentas.

48. Centuria est pars exercitus in centenos milites divisa. Unde et qui iis praesunt centuriones dicuntur.

49. Succenturiati vero[18] sunt, non qui in prima, sed qui[19] in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria: tamen stricti[20] etiam ipsi et in speculis positi in bello sunt, ut si prima defecerit, isti[21], quos sub se[22] diximus, laborantibus primis subveniant[23]. Unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus.

50. Manipulus ducentorum est militum. Manipuli autem dicti sunt milites, sive quod[24] bellum primo[25] manu incipiebant, sive quod antequam signa essent, manipulos sibi, id est fasciculos stipulae, vel herbae alicuius pro signis faciebant, a quo signo manipulares milites cognominati sunt. De quibus Lucanus[26]:

Convocat armatos extemplo ad signa maniplos.

1) Sic Gu. 1. va. Ar. — *quod* vulg. — 2) *Optavique* Gu. 1. Locus est Virg. Aen. III, 109. — 3) Sic Gu. 1. — *semper agunt* vulg. — 4) *vigilis* pr. — 5) *considebant* va. Ar. — 6) Sic Gu. 1. — *esset* vulg. — 7) *fuerunt* Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *ergo* vulg. — 9) *milites steterint* al. — 10) *vel quod* Gu. 1. 2. — 11) *acta* add. Gu. 1. — 12) *moleatio* Gu. 1. — *moleatia* Gu. 2. al. pr. — 13) *milia* Gu. 2. — 14) *a delectu* Ar. — 15) *lingua* addidi e Gu. 1. al. — 16) *dicitur* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 17) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. Ar. — 18) *vero* addidi e Gu. 1. va. — 19) *qui* addidi e Gu. 1. 2. va. — 20) *structi* al. — 21) *ipsi* add. va. — 22) *secunda* al. — 23) *subveniunt* Gu. 1. 2. — 24) *quod* pro *qui* Gu. 1. — 25) *prima* Gu. 1. — 26) Lucan. I, 296. — 27) *tercentum* al. — 28) *triginta* Gu. 1. — 29) *fiebant* al. et Vulcan. ed., quae nobis est vulg. — 30) Sic Gu. 1. — Vulg. *se non recedere.* — 31) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 32) Sic Gu. 1. 2. *milites* vulg. — 33) *in tumultu* Gu. 2. al. pr. — 34) *pericula* Gu. 1. —

51. Turma triginta[27] equites sunt. Romani enim equites in una tribu trecenti[28] fuerunt. De singulis enim centuriis decem dabantur, et fiebat[29] turma.

Cohors quingentos milites habet.

52. Tria sunt militiae genera sacramentum, evocatio, coniuratio.

53. Sacramentum, in quo post electionem iurat unusquisque miles, non recedere se[30] a militia, nisi post completa stipendia, id est, militiae tempora, et hi sunt, qui habent plenam militiam. Nam viginti et[31] quinque annis tenentur.

54. Evocatio, dum ad subitum bellum non solum miles[32], sed et caeteri evocantur. Unde etiam consul solebat dicere: *Qui rempublicam salvam esse vult*, *me sequatur*.

55. Coniuratio, quae fit tumultu[33], quando vicinum urbis periculum[34] iurare non patitur singulos[35], sed repente colligitur multitudo et tumultuosa in ira[36] conflatur. Haec et tumultuatio dicitur.

56. In acie autem istae fere formae sunt: Exercitus, classis, cuneus, nodus[37], alae, cornua, agmen, quae formae denominatae ab ipsis rebus, de quibus translatae sunt[38].

57. Acies dicta, quod ferro armata sit et acumine gladiorum.

58. Exercitus multitudo ex uno genere, ab exercitatione belli vocata[39].

59. Classes[40] dictae propter divisionem exercitus, quae postea manipuli dicti sunt. Unde et Virgilius[41]:

Classibus hic locus[42], *hic acies certare solebant*[43].

Nam[44] postea et classis est[45] navium dicta.

60. Nodus proprie est densa peditum multitudo, sicut turma equitum. Nodus[46] autem dictus pro difficultate, quod vix possit resolvi.

61. Cuneus est collecta in unum militum multitudo. Unde[47] propter quod in unum coit, et[48] ipsa coitio in unum cuneus nominatus est[49], quasi couneus[50], eo quod in unum omnes congregentur[51].

62. Alae in exercitu triginta equites esse dicuntur. Alae autem equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites alarum vice.

63. Cornua vocantur[52] extremitas exercitus, quod intorta sit.

64. Agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est ab eundo. Plautus[53]: *Quo te agis?* Ipse est enim exercitus ambulans[54]. Nam agmen dicitur, quod in longitudine[55] directum est, quale solet esse[56], cum exercitus portis procedit. Quicquid fuerit aliud, abusive dicitur.

35) Sic Gu. 1. — Vulg. *singulos iur. non pat.* — 36) *tumultuosa militia* al. — 37) Sic Gu. 1. Ar. — *nodus*, *cuneus* vulg. — 38) Sic Gu. 1. nisi quod in fine add. *mutuantur*. — Vulg. *quae formas et nomina ab ipsis rebus*, *de quibus translata sunt*, *imitantur*. *Mutuantur* exhibent etiam Gu. 2. va. Ar. — 39) *vocatur* al. — 40) Praecedit in Gu. 1. *cunei* explicatio — 41) Aen. II, 30. — 42) *est* add. Gu. 1. 2. — 43) *solebat* Gu. 1. — 44) *Iam* Ar. — 45) Sic de coniectura scripsi. — *classis dicta* Ar. — *classica* vulg. — 46) *Nodum . . . dictum* Gu. 2. — 47) *Unde* om. Gu. 2. — 48) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 49) *nominata* Gu. 2. — 50) *councus* vulg. errore, ut videtur. — 51) Sic Gu. 1. — *coguntur* vulg. — *colliguntur* va. — 52) *vocatur* Gu. 2. — 53) Formula reperitur Poen. 1, 2, 120. Mil. III, 2, 49. ante *eundo* addidi *ab* e Gu. 1. — 54) *ambulans . . . cum exercitus* om. Gu. 2. — 55) *in longitudinem* al. — 56) *qualiter tunc solet esse* pr. va.

CAP. IV. *De civibus.*

1. De imperiis militiaeque vocabulis ex parte dictum est, deinde[1] civium summatim nomina[2] subiungamus[3].

2. Cives vocati, quod in unum coeuntes vivant[4], ut vita communis et ornatior fiat et tutior.

3. Domus unius familiae habitaculum[5], sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autem domus familiae unius genus[6], sive coniunctio viri et uxoris[7]. Incipit autem a duobus, et est nomen Graecum[8]. Nam[9] *δώματα* Graeci tecta vocant. Familia[10] est liberi ex liberis legibus suscepti, a femore.

4. Genus[11] a gignendo et progenerando dictum, aut a diffinitione certorum prognatorum, ut nationes, quae propriis cognationibus terminatae gentes appellantur.

5. Populus est[12] humanae multitudinis, iuris consensu et concordi communione sociatus. Populus autem eo[13] distat a plebibus, quod populus universi cives sunt, connumeratis senioribus civitatis. Plebs autem reliquum vulgus sine senioribus[14].

6. Populus ergo tota civitas est[15], vulgus vero plebs est. Plebs autem dicta a pluralitate. Maior est enim numerus minorum, quam seniorum[16]. Populus vero *ὁ συχνὸς δῆμος* dicitur, id est *ὄχλος πολύς*[17]. Unde et populus dictus[18]. Graece autem populus *λαὸς* dicitur[19] a lapidibus. Vulgus est passim inhabitans multitudo, quasi quisque quo[20] vult.

7. Tribus dicuntur tanquam curiae et congregationes distinctae populorum, et vocatae tribus ab eo, quod in principio Romani trifarie fuerunt a Romulo dispertiti[21], in senatoribus, militibus et plebibus. Quae tamen tribus nunc multiplicatae nomen pristinum retinent[22].

8. Senatui nomen aetas dedit, quod seniores essent. Alii a sinendo dicunt[23] senatores, quod ipsi agendi habeant facultatem[24].

9. Senatusconsultus a consulendo et tractando est dictus, quod sic fit, ut consulat et nocere non possit.

10. Patres autem, ut Salustius dicit[25], a curae[26] similitudine vocati sunt. Nam sicut patres filios suos, ita illi rempublicam alebant[27].

11. Patres conscripti, quia dum Romulus decem curias senatorum elegisset, nomina eorum praesente[28] populo in tabulas aureas contulit, atque inde patres conscripti vocati.

1) Sic Gu. 1. — *deinceps* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — Vulg. *nomina summatim.* — 3) Sic Gu. 1. — *subiungimus* vulg. — 4) *vivunt* al. — 5) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. Idem post *humani* om. Gu. 1. Ar. — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *genus familiae.* — Ar. *genus familia*, ut al. ap. Vulcan., qui id probat, quod domus et pro genere et pro familia accipiatur. — 7) *mulieris* al. — 8) *Graecum nomen* va. — 9) *Nam . . . vocant* om. Gu. 2. al. va. — Al. *dicunt* pro *vocant.* — 10) Vulg. *Nam familia*, sed particulam om. Gu. 1. — 11) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. — Al. *aut.* — 12) *coetus* add. Ar. ex Augustin. XIX. de Civ. c. 21. et 24., qui haec Ciceronis dicit libror. de Rep. — 13) *ideo* Gu. 2. — 14) Vulg. add. *civitatis*, quod om. Gu. 1. al. — 15) *est* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 16) *maiorum* va. — 17) Sic scripsi hunc locum e coniectura Viri Cl. Godofredi Hermanni, quem literis hac de re consului. — Vulg. est: *Populus vero a Graeco dicitur, quasi πολιτῶν ἀθροισμός, id est civium coetus.* Est haec coniectura Vulcan. Arev. scripsit, Grialii coniecturam secutus: *συχνὸς δῆμος dicitur, id est κοιτὸς πολύς.* Gu. 1. ita: coyxnxoc id est cıloıloλsıc. Gu. 2. coyxнʌмoıc dicitur, id est cılo cπoλтıc. Gu. 3. coyλ/laмoıc dicitur, id est cılo. cπoacıc Gu. 4. coya ʌaϖoyc dicitur., i. cetus. cπoacıc. Edit. va. coyxnamoic dicitur, id est citocuoatic. Edit. pr. om. Graeca, exhibet tamen haec: *id est cito* Cod. Zittav. totum cap. omittit. Optime autem nostra quadrant ad vr. §. 5. *Populus est humanae multitudinis.* Grial. effici aliquid posse putabat Graecis ap. Hieron in Nahum 3., ubi ad illud: *Bruchus expansus est*, scripsit πολὺς σύμμικτος. Eodem modo, ut hoc loco, Graeca Graecis interpretatur Isidor. lib. XVI. cap. 18, 3. — 18) Vulg. *est* add., quod om.

12. Primi ordines senatorum[29] dicuntur illustres, secundi spectabiles[30], tertii clarissimi. Iam inferius quartum aliquod genus non est. Quamvis autem[31] senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis.

13. Censores apud veteres[32] Romanos erant. Est enim censoris nomen dignitas iudicialis[33]. Censere enim iudicare est. Item censores sunt patrimoniorum iudices, a censu aeris appellati.

14. Iudices dicti quasi ius dicentes populo, sive quod iure disceptent. Iure enim[34] disputare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non in eo iustitia est[35].

15. Praesides rectores provinciae sunt[36], dicti eo, quod praesunt.

16. Praetores autem quasi praeceptores civitatis et principes. Idem et quaestores quasi quaesitores, eo quod quaestionibus praesunt. Consilium[37] enim et causa apud eos est.

17. Proceres sunt principes civitatis[38], quasi procedes[39], quod ante omnes honore praecedant[40]. Unde et capita trabium, quae eminent extra parietes proceres[41] dicuntur, eo quod primo[42] procedant. Hinc autem ad primores facta translatio, quod a[43] caetera multitudine prominent[44].

18. Tribuni dicti eo[45], quod plebi vel[46] iura vel opem tribuunt[47]. Constituti sunt autem decimo sexto[48] anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi[49] tribunos quasi proprios iudices et defensores creavit, qui eorum libertatem tuerentur, et eos adversus iniuriam nobilitatis defenderent. Unde et defensores dicti, eo quod plebem sibi commissam[50] contra insolentiam improborum defendant. At contra nunc quidam[51] eversores[52], non defensores existunt.

19. Numerarii vocati sunt, quia[53] publicum nummum aerariis inferunt.

20. Functi ab eo, quod fungantur officio et honore[54] aliquo, dicti. Hinc et defunctos dicimus[55] mortuos, qui compleverunt vitae officia; nihil enim iam faciunt.

21. Municipes sunt in eodem municipio nati, ab officio munerum dicti, eo quod munia publica[56] acceperunt[57]. Munia enim officia sunt. Unde et immunes dicuntur, qui nullum gerunt officium.

Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *dicitur λαός.* — 20) Sic Gu. 1. Ar. — *quod* vulg. — 21) *dispartiti* al. va. — *dispertitae* Gu. 2. — 22) *retinet* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. — *dictos accipiunt* vulg. — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ipsi enim agendi facultatem dabant.* — 25) Sic Gu. 1. 2. (Salustius) pr. va. — *dicit Sal.* vulg. Locus Salust. est Catil. c. 6. — 26) *curiae* Gu. 1. 2. — 27) *habebant* Ar. — 28) *praesenti* Gu. 2. — 29) *senatorum* om. Gu. 1. — 30) *exspectabiles* pr. va. — 31) *autem* om. Gu. 1. — *enim* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Rom. vet.* vulg. — 33) Sic Gu. 1. *nomen censoris dignitas* Gu. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *censor nomen dignitatis iudicialis.* — 34) *enim* pro *autem* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *si non est iustitia in eo* — Gu. 2. *si non est in eo iustitia* — Ar. *si non in eo est iustitia.* — 36) Sic Gu. 1. 2. *sunt prov.* vulg. — 37) *et consil. enim* Ar. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *civium vel civitatis.* — *vel* om. pr. — 39) *procedentes* Gu. 2. — 40) *procedant* al. — 41) Sic Gu. 1. 2. (supra lin. *re*) Ar. va. var. lect. ap. Goth. *proces* vulg. — 42) *prima* va. — 43) *quod et cet.* Gu. 1. — *ad ceteram multitudinem* al. fortasse idem voluit scriba codicis Gu. 1. — 44) *praeminent* al. — *praeeminent* Ar. — 45) *eo* om. pr. — 46) *vel* addidi e Gu. 1. 2. al. — *vel plebi iura* al. — 47) *tribuant* al. — 48) Sic Ar. — Vulg. *sexto.* — 49) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *ipsi trib.* — 50) Sic Gu. 1. — *sibi pleb. comm.* vulg. — 51) *quidem* va. — 52) *dicti* add. Gu. 2. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *qui* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *honore et officio.* — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *mortuos dic.* — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *publica munia.* — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *accipiunt.*

22. Municipales originales cives et in locum[1] officium gerentes.

23. Decuriones dicti, quod sint de ordine curiae. Officium enim curiae administrant. Unde non est decurio, qui summam non intulit, vel curiam participavit.

24. Curiales autem iidem et decuriones. Et dicti curiales, quia civilia munera procurant et exequuntur.

25. Principales magistratus et duumvirales curialium officiorum ordines[2] sunt. Principales dicti, quod primi sunt[3] magistratibus.

26. Magistratus[4] vero, quod maiores sunt[5] reliquis officiis.

Duumvirales[6] * * *

27. Tabellio vocatus eo, quod sit portator[7] tabellarum. Idem et susceptor[8], idem et scriba publicus, quia[9] ea tantum, quae gestis publicantur, scribit.

28. Burgarii a burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant. Unde et Burgundionum genti[10] nomen inhaesit, quos quondam subacta Germania Romani per castra disposuerunt, atque nomen ita ex locis[11] sumpserunt.

29. Collegiati dicuntur, quod ex[12] eorum collegio custodiisque deputentur, qui facinus aliquid commiserant. Est enim[13] sordidissimum genus hominum patre incerto progenitum.

30. Privati sunt extranei ab officiis publicis. Est enim nomen magistratum habenti contrarium, et dicti privati, quod sint ab officiis curiae absoluti.

31. Mercenarii sunt, qui serviunt accepta mercede. Iidem et Barones Graeco nomine, quod sint fortes in laboribus. *Βαρὺς*[14] enim dicitur gravis, quod est[15] fortis. Cui contrarius[16] est levis, id est[17] infirmus.

32. Publicani appellantur conductores vectigalium fisci, vel rerum publicarum, sive qui[18] vectigalia publica exigunt, vel qui per negocia seculi lucra sectantur. Unde et cognominati sunt.

33. Villicus proprie villae gubernator est. Unde et a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem[19] villae, sed dispensationem universae domus Tullio[20] interpretante significat, quod est[21] universarum possessionum et villarum dispensator[22].

34. Actores iidem et curatores ab agendo et curando vocati.

35. Procuratores vero, eo quod vice[23] curatoris fungantur[24], quasi propter curatores, sicut proconsul pro consule.

36. Coloni sunt cultores advenae, dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes[25] atque alienum agrum locatum colentes[26], ac debentes[27] conditionem genitali solo propter agri culturam sub dominio possessoris, pro eo quod iis locatus est fundus. Coloni autem quatuor

1) *in loco* var. lect. ap. Goth. — *in loca* al. — *locum* om. Gu. 1. — 2) *ordinis* Ar. — 3) Sic Gu. 1. — *primi sint* Ar. — *praesint* vulg. — 4) *Magistrati* Gu. 2. var. lect. ap. Goth. — 5) *sunt* pro *sint* Gu. 1. — 6) Vulg. sequuntur haec: *autem, qui super duos viros habent potestatem*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Deest explicatio, ut saepe. Lacuna expleta est ex Augustin. in libr. de gramm. — 7) *portitor* Gu. 2. Ar. — 8) Sic Gu. 1. — *Idem exceptor* vulg. — 9) *qui* al. — 10) Sic Gu. 1. Ar. — *gentis* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *atque ita ex locis nomen.* — *ita nomen ex locis* Gu. 2. pr. — 12) *ex* om. pr. — 13) *Etenim* Gu. 1. — 14) Sic Ar. — *βαρεῖα* vulg. — 15) *est* pro *sit* Gu. 1. 2. — 16) *contrarium* Gu. 2. — 17) *id est* pro *et* Gu. 1. 2. va. Ar. — 18) *qui* h. l. et postea Gu. 1. Ar. pro vulg. *quia.* — 19) *gubernatorem . . . vel dispensatorem* al. — 20) Sunt haec ex Ciceronis Oeconom., quae perierunt. Isidorus sequitur Hieron. ad Algas. Quaest. VI. Opp. T. IV. P. I. p. 196. Bened. Cfr. Cicer. Opp. ed. Orell. Vol. IV. P. II. p. 472. — 21) *est* om. Gu. 1. — 22) *dispensatorem* Gu. 2. pr. va. Ar. — 23) *vicem* al. Ar. — 24)

modis dicuntur. Nam coloni aut Romani sunt, aut coloni Latini, aut coloni auxiliares[28], aut coloni ruris privati.

37. Inquilini vocati quasi incolentes aliena. Non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant.

38. Differt autem inter inquilinum et advenam. Inquilini enim[29] sunt, qui emigrant[30], et non perpetuo permanent. Advenae autem, vel incolae adventitii perhibentur, sed permanentes, et inde[31] incolae, quia iam habitatores[32] sunt, ab incolendo.

39. Indigenae sunt inde geniti, et in eodem loco nati, ubi inhabitant.

40. Incola autem non indigenam, sed advenam indicat.

41. Peregrini dicti eo, quod ignorentur[33] eorum parentes, a quibus orti sunt[34]. Sunt enim de[35] longinqua regione.

42. Urbani vocantur[36], qui Romae habitant. Qui vero in caeteris locis, oppidani. Nam sola urbs Roma[37], caetera[38] oppida.

43. Famuli sunt ex propria servorum familia orti.

Servi autem vocabulum inde traxerunt, quod hi, qui iure belli possent[39] occidi a victoribus, cum servabantur, servi[40] fiebant, a servando scilicet appellati[41].

44. Ancillae a sustentaculo vocatae. Ἀγκὼν enim Graece cubitus dicitur. Unde et anconem[42] dicimus.

45. Mancipium[43], quicquid manu capi subdique potest, ut homo, equus, ovis. Haec enim animalia statim ut nata sunt, mancipium esse putantur[44]. Nam et ea, quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi, sive domari coeperunt[45].

46. Ingenui dicti, qui in genere[46] habent libertatem, non in facto, sicut liberti[47]. Unde et eos Graeci εὐγενεῖς vocant, quod sint boni generis.

47. Libertus autem vocatus quasi liberatus. Erat enim prius iugo servitutis addictus. Libertorum autem filii apud antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati. Nunc vero libertinus aut a liberto factus, aut possessus.

48. Manumissus dicitur quasi manu emissus. Apud veteres enim quotiens[48] manu mittebant[49], alapa percussos circumagebant, et liberos confirmabant, unde et manumissi dicti, eo quod manu mitterentur[50].

49. Deditícii[51] primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur[52], quando se victi[53] aut vincendi hostes victoribus tradunt: quibus haec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum Romanum[54] servi armis sumptis dimicassent, victi[55] se dederunt, comprehensique varia turpitudine affecti sunt.

Sic Gu. 1. Ar. — *funguntur* vulg. — 25) *devenientes* Gu. 2. va. — 26) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *tenentes.* — 27) *defendentes* al. — 28) *auxiliatores* Gu. 2. al. va. — 29) *enim* om. va. — 30) *migrant* al. — 31) *inde* om. Gu. 1. — 32) *inhabitatores* Gu. 2. va. — 33) Sic Gu. 1. — *ignorantur* vulg. — 34) Sic Gu. 1. *existunt* vulg. — *exorti sunt* Gu. 2. — 35) *et de* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. al. *vocabantur* vulg. Sic mox idem cod. cum Gu. 2. *habitant* pro *habitabant.* — 37) *Roma urbs* al. et var. lect. ap. Goth. — 38) *ceterae* al. — 39) *possint* Gu. 1. 2. al. — *iure possent belli* va. — 40) Sic Gu. 2. — Gu. 1. *conservab. servi.* — Vulg. *conservab. et servi.* — 41) Vulg. *servi appell.*, sed *servi* om. Gu. 1. — 42) *ancone* Gu. 1. 2. va. — 43) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 44) *mancipia esse dicuntur* al. et var. lect. ap. Goth. — *nata fuerint* va. — 45) Sic Gu. 1. *coeperint* vulg. — 46) *ingentem* Gu. 1. — *quia* pro *qui* Gu. 2. va. — *qui a genere* al. — 47) *liberi* Gu. 2. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *quando* vulg. — 49) *mittebantur* Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. *manu emitterentur* al. Ar. — *de manu mitt.* vulg. — 51) *Dedicii* Gu. 1. — 52) *est* al. — 53) *vincti … vinciendi* Ar. — 54) *Romanorum* Gu. 1. — 55) *vincti* Ar.

50. Ex his quidam postea a Dominis manumissi, propter suppliciorum notas, quas manifeste perpessi sunt, ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt.

51. Latini vero[1] ante Romam conditam apud Latinos fiebant, nunquam per testamentum, sed per epistolam libertatem sumentes. Inde quia non per testamentum fiebant[2], nec ex testamento aliquid capere, nec suos haeredes facere poterant, postea cives Romani[3] sub consulibus per testamenta in urbe Romana effecti sunt.

52. Dicti autem cives Romani, quia testamento[4] liberi effecti in numerum Romanorum civium rediguntur[5]. His primum aditus erat in urbe Roma commorari, caeteris autem libertis prohibebatur, ne vel in urbe Romana[6], vel intra[7] septimum ab urbe miliarium commanerent.

CAP. V. *De affinitatibus et gradibus.*

1. Haeredis[8] nomen imposuit census aeris. Solvit enim tributum auctoris[9]. In hoc enim iuris[10] vocabulo prima successio est haereditatis et generis, ut sunt filii et nepotes.

2. Probaeres est, qui loco haeredis fungitur, quasi pro haerede[11]. Est enim aut institutus, aut substitutus.

3. Pater est, a quo initium nascitur[12] generis. Itaque is paterfamilias vocitatur[13]. Pater autem dictus eo, quod patratione peracta filium creat[14]. Patratio enim est rei veneriae[15] consummatio. Lucretius:

Et bene parta patrant[16].

4. Genitores autem a gignendo, et parentes quasi parientes.

5. Iidem et creatores. Crementum enim est[17] semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores dicuntur parentes[18].

6. Mater dicitur, quod exinde efficiatur aliquid. Mater enim[19] quasi materia, nam pater causa est.

7. Pater autem familias[20] dictus, quod omnibus in familia sua positis servis tanquam pater filiis patria dilectione consulit, servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur[21]. Hinc enim[22] exortum est nomen patris familias[23]. Qui autem inique[24] dominantur servis[25], hoc se nomine nequaquam reputent[26] appellari.

8. Materfamilias inde vocata[27], quia per quamdam iuris solennitatem in familiam transit mariti. Tabulae enim matrimoniales instrumenta sunt emptionis suae[28]. Alias sicut matrona est mater primi pueri, id est quasi mater nati, ita materfamilias illa est, quae plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit.

1) *vero* addidi e Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. — Vulg. *per testam. non fieb.* — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *cives Rom. postea.* — 4) *quia in testamento* Gu. 2. — *qui test.* Gu. 1. — *quia per testamentum* al. — 5) *egrediuntur* Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. — *Roma* vulg. — 7) *infra* pr. — 8) *Haeredibus* ed. Goth. — *Haeredes* Gu. 2. — *Haeredi* va. — 9) *actoris* Gu. 1. — 10) *iuris* addidi e Gu. 1., in quo est *iuri.* — 11) *prohaeres* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *nascitur init.* vulg. — 13) *vocatur* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. — *procreet* vulg. — 15) Sic Gu. 1. pr. — *Venereae* vulg. — 16) Sic Grial. et Arev. — Vulg. *patra patrum.* Gu. 1. pr. va. *patratio patrum.* In Gu. 2. *cio* syllaba est supra vers. Lucret. l. IV, 1123. *Et bene parta patrum fiunt anathemata, mitrae.* — *Patrant* praefert etiam Andr. Schottus lib. V. Obss. Hum. cap. 9. — 17) *est* om. Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *parentes dicuntur* vulg. — 19) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 20) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *Paterfamilias autem dictus.* — 21) *amplectit* Gu. 2. — 22) *autem* Gu. 2. — 23) *paterfam.* va. — 24) *inique* om. edit. Goth. — 25) Sic Gu. 1. — *in servis* vulg. — 26) *putent* al. et var. lect. ap. Goth. — *reputant* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — *vocari* Gu. 2. al., qui tamen *matremfamilias* exhibent. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *instrum. empt. suae sunt.* — 29) Sic Gu. 1. — Vulg. *patris pater.* — 30) *est* add. Gu. 1. — 31) *est* addidi e Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. — *supra* vulg. — 33) Sic Gu. 1. Ar. — *abavum* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *nomen est* vulg. — 35) *enim* pro *autem* Gu. 1. Ar. —

9. Avus pater patris[29] est, ab aevo dictus, id est ab antiquitate.

Proavus avi pater est, quasi prope[30] avum.

Abavus proavi pater est[31], iam longe ab avo.

Atavus abavi pater.

10. Tritavus atavi pater, quasi tetravus, id est quartus super[32] avum[33]. Sed tritavus ultimum cognationis est nomen[34]. Familia enim[35] oritur a patre, terminatur in tritavo.

11. Filius et filia a familia dicti sunt[36], ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Unde et Cornelia familia ipsa stirps[37] omnis a Cornelio orta.

12. Familia autem a femore. Femur[38] enim genus est et stirps[39] ostenditur. Nam familia pro servis abusive, non proprie dicitur.

13. Stirps[40] ex longa generis significatione vocatur.

Gnatus dictus[41] quasi[42] generatus. Unde et per g scribitur.

Soboles eo, quod substitutio sit generis.

14. Quadripertitus[43] autem ordo filiorum est ita[44]. Unigenitus, primogenitus, medius, novissimus. Unigenitus, quod sit unicus[45], nec ante, nec post quem[46] ullus. Primogenitus autem[47], ante quem nullus. Medius, inter omnes. Novissimus, post omnes. Unde[48] et minimus a monade. Novissimus autem, propter quod novus, quia caeteri praecedendo antiquiores existunt.

15. Quatuor etiam[49] modis filii appellantur, natura, imitatione, adoptione, doctrina. Natura, veluti cum[50] dicuntur filii Abrahae Iudaei. Imitatione, ut ipsius Abrahae fidem[51] imitantes ex gentibus, dicente Evangelio[52]: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae*, vel sicut Dominus Iudaeos[53] filios diaboli dicit[54], a quo non nati[55], sed quem fuerant[56] imitati.

16. Adoptione quoque, quod humana consuetudine[57] nulli licet nescire, vel sicut nos Deo non natura, sed adoptione dicimus: *Pater noster, qui es in coelis.* Doctrina, sicut Apostolus filios suos appellat eos, quibus Evangelium praedicavit.

17. Filii autem in legibus ideo[58] liberi appellantur, ut isto vocabulo secernantur a servis, quia sicut servus in potestate est[59] domini, sic est filius in potestate patris[60]. Inde etiam filio fit emancipatio[61], ut sit liber a patre, sicut fit servo manumissio, ut sit liberatus a domino.

18. Item liberi dicti, quia[62] ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii[63] ex libero et ancilla servilis conditionis[64] sunt. Semper enim qui nascitur deteriorem[65] parentis statum sumit.

36) *sunt* om. Ar. — 37) Sic Gu. 1. — *stirps ipsa* vulg. — *stirpis ipsa* Gu. 2. — 38) *Femore enim genus et stirps ost.* Ar. — *genus esse stirpis* al. et var. lect. ap. Goth. — *autem* pro *enim* va. — *est* om. Gu. 2. Ar. — 39) *stirpis* Gu. 1. 2. — 40) *Stirpis* Gu. 2. — 41) *dicitur* al. va. — 42) *quia* pr. va. Ar. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Quadripart.* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — Vulg. *Quadr. est autem.* — *Quadr. ita autem fit ordo est* va. — 45) *post quem nullus* Ar. var. lect. ap. Goth. omissis reliquis. — 46) *quem* addidi e Gu. 1. — *nullus* pro *ullus* Gu. 2. — 47) *Primog. . . . nullus* om. Gu. 2. — *autem* addidi e Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. — *Idem* vulg. — 49) *enim* pr. — 50) *cum* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 51) *fidem* om. Gu. 1. — 52) Luc. 3, 8. — 53) Vulg. *eosdem Iudaeos*, sed *eosdem* om. Gu. 1., qui hunc ordinem verborum tenet, quem dedimus pro vulg. *eosdem Iudaeos dom. fil.* — 54) Vulg. *esse dicit*, sed *esse* om. Gu. 1. — *diaboli dicit* pro *dicit diaboli* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 2. Ar. — Vulg. *non nominati vel nati.* — Gu. 1. *nominati, non nati.* — *non nominati vel non nati* pr. — 56) *fuerunt* Gu. 1. — 57) *humanam consuetudinem* al. et var. lect. ap. Goth. — 58) Sic Gu. 1. — Vulg. *ideo in leg.* — 59) *est* addidi e Gu. 1. pr. va. Ar. — 60) Sic Gu. 1. (*sicut* pro *sic*) — Vulg. *sic fil. in pot. est patr.* — 61) Sic Gu. 1. — *Inde etiam fit emanc.* Ar. — Vulg. *Inter etiam filios fit emanc.* — 62) *quod* Gu. 2. — 63) *Nam libertini ex libero* al. Gu. 1., qui *nam* om. — 64) *serviles conditione* al. — 65) *deterioris* Gu. 1.

19. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Iidem et pueri[1] a pube.

20. Adoptivus filius est, qui a[2] patre iusto, aut avo, aut proavo[3], cuius potestate[4] per mancipationes[5] est traditus in[6] alienam potestatem, qui[7] utriusque fert nomen, ut Fabius[8] Aemilius, vel Scipio Paulinus[9].

21. Gemini sunt non duo tantum nati simul[10], sed etiam[11] plures. De geminis autem, uno abortivo[12], alter, qui legitime[13] natus fuerit, Vopiscus nominatur.

22. Posthumus vero[14] vocatur[15] eo, quod post humationem patris nascitur, id est post obitum. Iste et defuncti nomen accepit. Sic enim lex voluit, ut qui defuncto patre[16] nascitur, defuncti nomine appelletur[17].

23. Nothus dicitur, qui de patre nobili et de[18] matre ignobili gignitur, sicut[19] ex concubina. Est autem nomen[20] Graecum et in latinitate deficit.

24. Huic contrarius est[21] spurius, qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. Item spurius patre incerto[22], matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia muliebrem naturam veteres spurium[23] vocabant, velut *ἀπὸ τοῦ σπόρου*[24], hoc est seminis, non patris nomine.

25. Eosdem et Favonios appellabant, quia quaedam animalia Favonio spiritu hausto[25] concipere existimantur[26]. Unde et ii, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem sequantur. Latine autem spurii quasi extra puritatem, id est quasi immundi.

26. Nepos est, qui ex filio natus est[27]. Dictus autem nepos quasi natus post. Primum autem[28] filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc et posteritas, quasi postera aetas. Nepos autem utriusque sexus est. Nam ut neptis[29] dicamus in iure est propter discretionem successionis admissam[30].

27. Pronepos est, qui ex nepote[31] conceptus natusque[32] est. Et dictus pronepos, quasi natus porro post. Ex hoc quoque gradu incipit vocari progenies[33], quasi[34] porro post geniti. Nam filii et nepotes non sunt progenies, quia non est in eis longa posteritas.

28. Sicut autem longe inferius[35] editi progenies dicuntur, ita superius proavi atavique[36] progenitores appellantur, quasi porro generantes. Pronepos dictus, quia prope nepotem.

29. Abnepos, quia seiungitur a[37] nepote. Est enim inter illum et nepotem pronepos.

Adnepos abnepotis filius.

30. Trinepos adnepotis filius, quia[38] post nepotem quartus in ordine est, quasi tetranepos.

1) *Idem et* (quod om. Gu. 2.) *puer* va. — 2) Sic Gu. 1. — *aut a patre* Ar. — *aut patre* vulg. — 3) *aut proavo* om. Gu. 1. — 4) *in cuius potestate est, per em. est trad.* Ar. — 5) *mancipationem* Gu. 2. al. — *emancipationem* Ar. — 6) *et in al. pot.* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. Ar. — *quia* vulg. — 8) Sic Gu. 1. Ar. — *Flavius* vulg. — 9) Sic Gu. 1. 2. plerique mss. antiqui, pr. va. — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *simul nati.* — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *et* vulg. — 12) *aborto* Ar. pr. va. — *unum aborto* Gu. 2. — 13) *legitimo* Gu. 2. — 14) *vero* addidi e Gu. 1. — 15) *vocatus* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *de defuncto.* — *post defunctum* Gu. 2. al. et var. lect. ap. Goth. — 17) *appellatur* ed. Vulcan. *appellaretur* al. — *appellentur* Gu. 2. — 18) *de* addidi e Gu. 1. — 19) *sive* al. — 20) Vulg. *hoc nomen*, sed *hoc* om. Gu. 1. — 21) *est* om. Gu. 2. — 22) *de patre inc.* al. — 23) σπόριον. Ar. e Plutarch. in Problem. *λεκτέον δὲ καὶ τὸν ἕτερον λόγον, ἔστι δὲ ἀτοπώτερος, τοὺς γὰρ Σαβίνους φασὶ τὸ γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπόριον.* — 24) Graeca om. pr. — 25) *id est austro* pr. va. — 26) *aestimantur* Gu. 1. — *existimabantur* al. — 27) *quasi ex filio natus* Gu. 1. — 28) *autem* pro *enim* Gu. 1. — 29) *nepotis* al. *nepotes* va. — 30) *amissam* (h. e. *ammissam*) Gu. 2. — *admissum* Ar. — 31) *ex nepte* al. — 32) *que* om. Gu. 1. — 33) Vulg. *et*

31. Minores autem non dicimus, nisi quotiens deficit gradnum nomen[39], utputa filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. Ubi isti gradus defecerint, merito iam dicimus minores, sicut et maiores dicimus, post patris, avi, proavi, abavi, atavi[40], tritavique vocabulum.

CAP. VI. *De agnatis et cognatis.*

1. Agnati dicti eo, quod accedant pro natis, dum desunt filii[41]. Qui ideo prius in gentem agnoscuntur[42], quia veniunt[43] per virilis sexus personas, veluti frater eodem patre natus, vel fratris filius neposve[44] ex eo, item patruus[45].

2. Cognati dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis coniuncti. Qui inde post agnatos habentur, quia per foeminini sexus personas veniunt, nec sunt agnati, sed alias naturali iure cognati.

3. Proximus, propter proximitatem sanguinis appellatus.

4. Consanguinei vocati, eo quod ex uno sanguine, id est uno[46] patris semine sati[47] sunt. Nam semen viri spuma est sanguinis ad[48] instar aquae in scopulis[49] collisae, quae spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum, quod[50] in calice agitatum spumam albentem reddit.

5. Fratres dicti, eo quod sint[51] ex eodem fructu, id est ex eodem semine nati.

6. Germani vero de eadem genitrice manantes[52], non, ut multi dicunt, de eodem germine, qui tantum fratres dicuntur[53]. Ergo fratres ex eodem fructu, germani ex eadem genitrice manantes.

7. Uterini vocati[54], quod sint ex diversis patribus, et uno[55] utero editi. Nam uterus tantum mulieris est.

8. Quatuor autem modis in divinis scripturis fratres dicti[56], natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Esau et Iacob[57], Andreas et Petrus, Iacobus[58] et Iohannes. Gente, ut omnes Iudaei fratres inter se vocantur in[59] Deuteronomio[60]: *Si autem emeris fratrem tuum*[61], *qui est Hebraeus.* Et Apostolus[62]: *Optabam*, inquit, *ego*[63] *Anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitae.*

9. Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de una familia, id est patria, quas Latini[64] paternitates vocant[65], cum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in Genesi dixit Abraham ad Loth: *Non sit rixa inter me et te et inter pastores tuos et pastores meos*[66], *quia fratres sumus*[67]. Et certe Loth non erat frater Abrahae, sed filius fratris eius Aran.

prog., sed *et* om. Gu. 1. — 34) *quasi* om. va. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *inferius longe.* — 36) *atativi et qui* Gu. 1. — *atavi, qui et* Gu. 2. al. — 37) *a* pro *ab* Gu. 1. (qui *qui* pro *quia* exhibet) 2. — 38) *qui* Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. — Vulg. *graduum deficit nomen.* — 40) *atavi* addidi e Gu. 1. 2. pr. — 41) *filiis* Gu. 1. — 42) *cognosc.* va. — 43) *eveniant* Gu. 2. — 44) Sic Ar. — Vulg. *nepos, vel ex eo item* etc. — 45) Vulg. add. *propinquitate cognationis*, quae om. Gu. 1. Ar. — 46) Vulg. *ex uno*, sed *ex* om. Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — *nati* vulg. — 48) *atque instar* al. — 49) Sic Gu. 1. — *in scopulos* vulg. — 50) *quod* om. va. — 51) *sunt* Ar. — 52) *nascendo manantes* al. pr. va. — 53) Sic Gu. 1. — *vocantur* vulg. — 54) vulg. *eo* add., quod om. Gu. 1. — 55) *ex uno utero* al. — 56) Sic Gu. 1. 2. (*dici*) — Vulg. *fratres dicuntur in div. script.* — 57) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Iacobas* vulg. — 58) *Iacob* Gu. 2. — 59) Vulg. *ut in Deuter.*, sed *ut* om. Gu. 1. 2. — 60) cap. 15, 12. — 61) *tuum* om. Ar. — 62) ad Rom. 3, 9. — 63) *Optabam ego, inquit* va. — 64) *Latine* al. — 65) Sic Gu. 1. — *interpretantur* vulg. — 66) *inter pastores meos et pastores tuos* al. — alterum *inter* om. va. Locus est Genes. 13, 8. — 67) Sic Gu. 1. al. pr. (*omnes* retinet) va. — Vulg. *omnes fratres nos sumus.*

10. Quarto modo affectu dicti fratres[1], qui in duo[2] scinduntur, spiritale et commune. Spiritale, quo omnes Christiani fratres vocantur[3], ut[4]: *Ecce quam bonum, et quam iocundum habitare fratres in unum.* In[5] commune, cum et[6] ex uno patre nati patri inter nos germanitate[7] coniungimur, Scriptura dicente[8]: *dicite iis, qui oderunt vos, fratres nostri vos estis.*

11. Germana[9] ita intelligitur, ut germanus eadem genitrice manans.

12. Soror autem, ut frater. Nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur.

13. Fratrum filii[10] patrueles dicti, eo quod patres eorum germani fratres inter se fuerunt[11].

14. Consobrini vero vocati, qui[12] aut ex sorore et a[13] fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consororini[14].

15. Fratrueles autem filii materterae[15] sunt.

Sobrini consobrinorum filii.

Thius[16] Graecum[17] nomen est.

16. Patruus frater patris est, quasi pater[18] alius. Unde et moriente[19] patre pupillum prior patruus suscipit, et quasi filium lege tuetur.

17. Avunculus est matris frater, cuius nomen formam[20] diminutivi habere videtur, quod[21] ab avo venire monstratur.

18. Amita autem soror[22] patris quasi alia[23] mater.

Matertera est soror matris, quasi altera mater[24].

Socer est, qui filiam dedit.

19. Gener est, qui filiam duxit. Gener autem dictus, quod asciscatur ad augendum genus.

Socer[25] et socrus, quod generum, vel nurum sibi[26] associant[27].

20. Vitricus est[28], qui uxorem ab alio[29] viro filium, aut filiam habentem duxit. Et[30] vitricus quasi novitricus[31], quod a matre[32] superducitur[33] novus.

21. Privignus est, qui ex alio patre natus est, et privignus dictus[34] putatur quasi privigenus, quia[35] prius genitus[36]. Unde et vulgo ante natus.

22. Vocabula[37] a gente haec videntur declinata: genitor, genitrix, agnati, agnatae, cognati, cognatae, progenitores, progenitrices, germani, germanae.

1) Sic Gu. 1. — *fratres dicti* vulg. — *dici* Gu. 2. — 2) *iura* add. Gu. 1. — 3) *fratres voc.* om. Gu. 2. — *vocamur* al. — 4) Psalm. 133, 1. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 6) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *cum omnes homines ex* etc. — *quod et omnes* al. — 7) *congermanitate* al. — 8) Sic Gu. 1. — *loquente* vulg. Locus est Isai. 66, 5. — 9) *Germanitas* Gu. 1. — 10) *Fratres* Gu. 2. pr. va. Ar. — 11) *fuerint* va. — 12) *quia* Gu. 1. 2. — 13) *a* addidi e Gu. 1. — *aut fratre* al — 14) *consobrini* Gu. 1. 2. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *materterae filii.* — 16) Sic Gu. 1. Ar. — *Tius* vulg. — *Scitis* Gu. 2. — *titis* pr. va. — 17) *Graece* Gu. 1. — 18) *frater* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. al. — *decedente* vulg. — *discedente* Gu. 2. pr. va. — 20) *formam* om. Gu. 1. — 21) Sic Gu 1. — *quia* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *Amita est soror* vulg. — 23) *altera* ed. Goth. — 24) *Matertera . . . mater* om. Gu. 1. et edit. Goth. — 25) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 26) *generum sibi vel nurum* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. — *associavit* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *Vitricus autem, qui.* — *Vitricus qui* Gu. 2. — 29) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex alio.* — 30) Vulg. add. *dictus*, quod om. Gu. 1. — 31) Sic Gu. 2. Ar. — *nutricius* Gu. 1. va. ed. Goth. — *novitricius* vulg. et pr. In cod. Tolet. I. haec est nota: *Vitricus est filius propriae uxoris, non alius.* — 32) *quod a matre* om. Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — *superducatur* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *dici* vulg. — 35) *vel quasi prius* Ar. — *quasi* pro *quia* Gu. 1. —

Item[38] *de praedictis affinitatibus.*

23. Auctor mei generis mihi pater[39] est, ego illi filius aut filia.
Patris mei pater mihi avus est, ego illi nepos, aut neptis.
Patris[40] mei avus mihi proavus est, ego illi pronepos, aut proneptis.
Patris mei proavus mihi abavus est, ego illi abnepos, aut abneptis.
Patris mei abavus mihi atavus est, ego illi adnepos, aut adneptis.
Patris mei atavus mihi tritavus est, ego illi trinepos, aut trineptis.

De patruis[41].

24. Patris mei frater mihi patruus est, ego illi fratris filius, aut filia.
Patrui[42] mei pater mihi pater[43] magnus est, ego illi filii, aut filiae[44] fratris filius, aut filia.
Patrui mei avus mihi propatruus est, ego illi filii, aut filiae[45] aut[46] nepos, aut neptis.
Patrui mei proavus mihi adpatruus est[47], ego illi nepotis[48], aut neptis[49] filius, aut[50] filia.

De amitis.

25. Patris mei[51] soror mihi amita est, ego illi fratris filius, aut filia.
Amitae meae mater mihi amita magna est, ego illi filiae fratris filius, aut filia.
Amitae meae avia[52] mihi proamita est, ego illi[53] nepotis aut[54] neptis filius, aut filia.
Amitae meae proavia mihi abamita est, ego illi nepotis, aut neptis filius, aut filia[55].

De avunculis.

26. Matris meae frater mihi avunculus est, ego illi sororis filius, aut filia.
Avunculi mei pater mihi avunculus magnus est, ego illi filii[56] sororis filius, aut filia.
Avunculi mei avus mihi proavunculus est, ego illi filii nepos, aut neptis[57].
Avunculi mei proavus mihi abavunculus est, ego illi neptis[58] filius, aut filia.


De materteris.

27. Matris meae soror mihi matertera est, ego illi sororis filius, aut filia.
Materterae meae soror mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos, aut neptis.
Aviae[59] meae soror mihi abmatertera[60] est, ego illi pronepos sororis[61], aut pronepotis[62].
Proaviae[63] meae soror mihi promatertera[64] est, ego illi neptis[65] filius, aut filia.

quod Gu. 2. — 36) In cod. Tolet. I. haec additio est: *Opieteres id est hi, qui avo vivente, patre mortuo nascuntur.* — 37) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. — 38) Praecedunt vulg. haec: *Haec consanguinitas* etc., quae ad tertium stemma retulit Vulcan. et Arev. Absunt autem a Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *pater mihi.* — 40) *Patris* usque ad finem *nepos aut trineptis* om. al. — 41) *de patruelis* Gu. 1. — 42) *patris* Gu. 2. — 43) *patruus* Gu. 1. va. ed. Goth. — 44) *aut filiae* addidi e Gu. 1. — *filii filiae* Gu. 2. pr. va. — 45) *aut filiae* om. Gu. 1. 2. pr. va. — 46) *aut* add. Gu. 1. va. edit. Goth. — 47) *abpatruus* Gu. 1. — 48) *pronepotis* Gu. 1. — om. Gu. 2. — 49) *aut neptis* om. Gu. 1. — *aut* om. Gu. 2. — 50) *aut* om. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Matris meae* vulg. — 52) *amita* Gu. 1. pr. — 53) *illi* om. Gu. 1. — 54) *nepotis aut* addidi ex Arev. — 55) Sic Ar. — Vulg. *ego illi neptis, nepos aut neptis.* — 56) *filii* Gu. 1. pr. va. Ar. — *filius* vulg. Om. ed. Goth. Gu. 2. — 57) Edit. Goth. *Avunculi mei avus mihi proavunculus est, ego illi neptis filius aut filia.* — 58) *proneptis* Gu. 1. — 59) *Proaviae* Gu. 1. — 60) *promatertera* Gu. 1. — 61) *soror pronepos* Gu. 1. — *sororis pronepos* Gu. 2. — 62) *proneptis* Gu. 2. — 63) *Abaviae* Gu. 1. — 64) *abmatertera* Gu. 1. — 65) *proneptis* Gu. 1. — *sororis neptis filius* va.

Arbor Iuris.

28. Stemmata[1] dicuntur ramusculi, quos advocati faciunt in genere, cum gradus cognationum partiuntur, utputa ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus[2], et caeteri, quorum figurae hae sunt.



1) Vv. *Stemmata . . . . hae sunt* exhibet Gu. 1., sed quae sequuntur tres tabulae, eas om. idem cod. Tertia tabula omittitur in Gu. 2. et al. ap. Grial. — 2) *et cognatus* add. Arev. — 3) *Huc usque* Gu. 2. — 4) Sic Ar. — Vulg. *Propatruus*, *proamita*, *avunculus* etc. Pro *proamita* exhibet *amita* etiam Gu. 2. — 5) Pro *ab*, quod est apud Arev. semper *ad* vulg. — 6) *promaterterae* add. Arev.


De gradibus generis humani[1]:

						tritavi pater et mater 7	tritaviae pater et mater. 7						
					tripatruus triamita 7	tritavus 6	tritavia 6	triavunculus, trimatertera 7					
				adpatrui, adamitae filii 7	adpatruus, adamita 6	atavus 5	atavia 5	adavunculus, admatertera 6	adavunculi, admaterterae filii 7				
			abpatrui, abamitae nepotes 7	abpatrui, abamitae filii 6	abpatruus, abamita 5	abavus 4	abavia 4	abavunculus, abmatertera 5	abavunculi, abmaterterae filii 6	abavunculi, abmaterterae nepotes 7			
		propatrui, proamitae pronepotes 7	propatrui, proamitae nepotes 6	propatrui, proamitae filii 5	propatruus, proamita 4	proavus 3	proavia 3	proavunculus, promatertera 4	proavunculi, promaterterae filii 5	proavunculi, promaterterae nepotes 6	proavunculi, promaterterae pronepotes 7		
	propatruelium, proamitinorum pronepotes 7	propatruelium, proamitinorum nepotes 6	propatruelium, proamitinorum filii 5	propatruelis, proamitinus 4	patruus magnus, amita magna 3	avus 2	avia 2	avunculus magnus, matertera magna 3	propior sobrinus, propior sobrina 4	prop. sobrini, prop. sobrinae filii 5	prop. sobrini, prop. sobrinae nepotes 6	prop. sobrini, prop. sobrinae pronepotes 7	
patruelis amitini abnepotes 7	patruelis amitini pronepotes 6	patruelis amitini nepotes 5	patruelis amitini filii 4	frater, soror patruelis amiti 3	patruus, amita 2	pater	mater	avunculus, matertera 2	consobrinus, consobrina 3	consobrini, consobrinae filii 4	consobrini, consobrinae nepotes 5	consobrini, consobrinae pronepotes 6	consobrini, consororis abnepotes 7
						Ipse							
						1 filius	1 filia						
						2 nepos	2 neptis						
						3 pronepos	3 proneptis						
						4 abnepos	4 abneptis						
						5 adnepos	5 adneptis						
						6 trinepotis filii	6 trineptis filiae						
						7 trinepotis nepos	7 trinepotis neptis						

1) Haec inscriptio est apud Arev.

STEMMATA STIRPIS HUMANAE.

Haec consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens, usque ad ultimum gradum subtraxerit, et propinquitas esse desierit, eam rursus lex haec[1], *matrimonii vinculo reperto*[2], *et quodam modo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex aetatibus mundi generatio, et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.*



1) *haec* om. Gu. 2. — 2) *repetit* Gu. 2.

CAP. VII. *De coniugiis.*

1. Vir sexum significat, non coniugium, nisi adieceris[1], vir eius.

2. Maritus vero etiam sine adiectione coniugem sonat, et a mare maritus, quasi mas. Est enim nomen primae positionis, quod facit in diminutione masculus, in derivatione maritus.

3. Sponsus ab[2] spondendo vocatus. Nam ante usum tabellarum matrimonii cautiones invicem sibi[3] emittebant[4], in quibus spondebant, se invicem consentire in iura matrimonii, et fideiussores dabant.

4. Unde[5] admissum est, ut sponsum dicamus virum, ab spondendo, et sponsam similiter. Caeterum proprie spondere velle est. Ergo sponsus non quia promittit[6], sed quia spondet et sponsores dat sua voluntate[7].

5. Arrabo dicta, quasi arra bona. Quod enim datur pro coniugio, bene datur, quia coniugium bonum est. Quod vero causa fornicationis, aut adulterii, malum est, idcirco arrabo non est.

6. Dicta autem arra a re, pro qua traditur. Est enim[8] arra non solum sponsio coniugalis, sed etiam pro qualibet promissa re data[9], ut compleatur.

7. Proci nuptiarum petitores, a procando, id est[10] petendo dicti.

8. Pronuba dicta, eo quod nubentibus praeest, quaeque nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha. Nam nympha sponsa in nuptiis, et nympha pro lautionis[11] officio, quod ad[12] nomen nubentis alluditur[13].

9. Coniuges appellati propter iugum, quod imponitur matrimonio coniungendis. Iugo enim nubentes subiici solent, propter futuram concordiam, ne separentur. Coniuges autem verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos[14] ignoretur coniugalis concubitus, sicut Maria Ioseph coniunx[15] vocatur, inter quos nec fuerat, nec futura erat carnis ulla commixtio.

10. Nuptae dictae, quod vultus suos velent. Translatum nomen a nubibus, quibus tegitur coelum. Unde et nuptiae dicuntur, quod ibi primum nubentium capita velantur. Obnubere enim cooperire est.

11. Cuius[16] contraria[17] innuba, hoc est innupta, quae adhuc vultum suum non velat.

12. Uxores vocatae, quasi unxiores[18]. Moris enim erat antiquitus, ut nubentes puellae simul venirent ad limen mariti, et postes, antequam[19] ingrederentur, ornarentur[20] laneis vittis, et oleo unguerent[21]. Unde[22] uxores dictae, quasi unxiores: quae ideo vetabantur limina calcare, quod illic[23] ianuae et coeant[24] et separentur.

13. Matrona est, quae iam nupsit, et dicta matrona, quasi mater nati, vel quia iam mater fieri potest, unde et matrimonium dictum. Distinguitur autem inter matronam, matrem[25]

1) *adiunxeris* va. — 2) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. h. l. et postea. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *sibi invicem.* — 4) *mittebant* va. — 5) *et* add. Arev. — 6) *promittitur* Gu. 2. Ar. — 7) Vv. *sua voluntate* addidi e Gu. 1. — 8) *enim* pro *autem* Gu. 1. — 9) *pro re data* Gu. 1. — *ut aut reddatur, aut compl.* Ar. — 10) *a precando et petendo* al. pr. — *a procando et pet.* Gu. 1. 2. al. va. — 11) Sic Gu. 1. — *lavationis* vulg. — 12) *quod et ad nom.* Gu. 2. al. — 13) *alludit* Arev. — 14) *inter eos adhuc* Gu. 2. — 15) *coniux* Arev. — 16) *Cui* Ar. — 17) *est* add. Gu. 2. va. — 18) *unxores* h. l. et post Ar. — 19) *et antequam* pr. — 20) *ornarent* Ar. — 21) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ungerentur* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *et inde* vulg. — 23) *illae* Gu. 1. 2. — 24) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *coeunt* vulg. — 25) *matrem* om. Gu. 1. 2. — *et matrem* pr.

et matremfamilias. Nam matronae, quia[1] iam[2] in matrimonium convenerunt: matres, quia genuerunt: matresfamilias[3], quia iam[4] per quandam iuris solennitatem in familiam mariti transierunt[5].

14. Monogamus dictus, quia uni tantum nupsit. *Μόνον*[6] enim apud Graecos unum dicitur, *γάμος* nuptiae interpretantur.

15. Bigamus[7] autem et trigamus a numero uxorum vocatus, quasi duabus[8], vel tribus maritus[9].

16. Vidua vocata, quod cum viro uno fuerit[10], nec circa[11] consortium alterius viri post mortem coniugis primi[12] adhaeserit. Nam quae alteri post mortem prioris viri nupserint, viduae non dicuntur. Item vidua dicta, quod sola sit, nec circa consortium alterius viri coniugalia iura custodiat[13].

17. Fratris uxor fratrissa vocatur.

Mariti frater levir dicitur.

Duorum inter se fratrum uxores ianitrices[14] vocantur, quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam iter habentes.

Viri soror glos appellatur.

18. Sororis vir speciale nomen non habet, nec uxoris frater.

19. Matrimonium est[15] iusta nobilium conventio et conditio[16].

20. Coniugium est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi[17] nuptiae: coniugium dictum[18], quia coniuncti sunt, vel a iugo, quo in[19] nuptiis copulantur, ne resolvi, aut separari possint.

21. Connubium autem non a nupta, sed a nubendo formatum. Dicitur autem connubium, cum aequales in nuptias coeunt, utputa cives Romani, pari utique dignitate. Connubium autem non est, cum civis Romanus cum Latina iungitur. Quoties autem connubium non est, filii patrem non sequuntur[20].

22. Hymenaeus dicitur a quodam Hymenaeo, qui primus prospere usus est nuptiis, vel *ἀπὸ τοῦ ὑμένος*, quod[21] membrana[22] virginitatis est claustrum.

23. Contubernium est ad tempus coeundi conventio, unde et tabernaculum, quod modo huc, modo illuc praefigitur.

24. Repudium est[23], quod sub testimonio[24] testium vel praesenti, vel absenti mittitur.

25. Divortium est, quotiescunque[25] dissoluto matrimonio alter eorum alteras[26] sequitur. Divortium autem dictum a flexu viarum, hoc est, vias in diversa tendentes[27].

1) *qui* Gu. 1. — *quae* Gu. 2. — 2) *iam* al. om. — 3) *matresfamilias* Gu. 2. pr. va. Ar. — 4) *iam* om. Gu. 1. 2. — 5) *Ius unum dicitur* add. al. — 6) *Monos* pr. — 7) *Digamus* Gu. 2. al. va. — 8) Vulg. *quasi a duabus*, sed *a* om. Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — *duobus* va. — *duarum* Gu. 2. al. et mox *trium*. — 9) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *mulieribus*. — 10) *cum viro duo non fuerint* al. — *cum viro secundo non fuerit* al. var. lect. ap. Goth. — *cum viro dudum fuerit* cod. Alban. — *cum viro duo fuerint* Ar. — 11) *iccirco* Gu. 1. quasi *cum* esset coniunctio. — 12) *primi coniugis* Ar. — 13) *custodit* va. — 14) *ianices* va. — 15) *est* om. Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *nobilium iusta conventio et conditio*. — 17) *coeundae et copulandae nuptiae* Gu. 2. — 18) Vulg. *est dictum*, sed *est* om. Gu. 1. 2. Ar. — 19) *in* om. al. va. — 20) *fil. patr. consequuntur* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. ed. Goth. — *quae* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. — *membranae* vulg. — 23) *est* om. Gu. 2. — 24) *testimonium* ed.

26. Frivolum[28] est, cum eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam frivolum est velut quassae[29] mentis et effluxae[30], nec stabilis. Proprie autem frivola vocantur fictilia vasa inutilia.

27. Tribus autem e causis[31] ducitur uxor: prima est causa prolis, de qua legitur in Genesi[32]: *Et benedixit eis*[33], dicens: *Crescite et multiplicamini:* secunda[34] adiutorii, de qua ibi in Genesi dicitur: *Non est bonum, esse hominem solum*[35]*: faciamus ei adiutorium*[36] *simile*[37]: tertia causa incontinentiae[38]. Unde dicit Apostolus[39], ut: *Qui se non continet, nubat.*

28. In eligendo marito quatuor spectari[40] solent, Virtus, genus, pulchritudo, sapientia. Potentior ex his sapientia est ad amoris affectum[41]. Refert haec quatuor Virgilius de Aenea, quod his Dido impulsa est in amorem eius.

Pulchritudine:

Quem[42] *sese ore ferens.*

Virtute:

Quam[43] *forti pectore et armis.*

Oratione:

Heu[44] *quibus ille*
Iactatus fatis, quae bella exhausta canebat.

Genere:

Credo[45] *equidem, nec vana fides, genus esse deorum.*

29. Item in eligenda uxore quatuor res impellunt hominem ad amorem: pulchritudo, genus, divitiae, mores. Melius est tamen[46], si in ea mores, quam pulchritudo quaeratur[47]. Nunc autem illae quaeruntur, quas aut pulchritudo, aut divitiae[48], non quas probitas morum commendat.

30. Ideo[49] autem foeminae sub viri potestate consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur. Unde et aequum erat, eas viri auctoritate reprimi. Proinde et veteres voluerunt foeminas[50] quamvis perfectae aetatis essent, propter ipsam animi levitatem, in tutela consistere.

Goth. — 25) *quoties* Ar. — 26) Vulg. add. *nuptias*, quod om. Gu. 1. — 27) *viaas* Gu. 1. — *vias* Gu. 2. al. *viae* Ar. — Vulg. *via . . . tendens.* — 28) Sic Gu. 2. va. Ar. — Vulg. *fribolum.* Sic mox. — 29) *cassae* Gu. 1. 2. — 30) *fluxae* al. — 31) Sic Gu. 1. 2. (*ob* retinet.) — Vulg. *Tres autem ob causas.* — 32) cap. 1, 28. — 33) Sic Gu. 1. Ar. *eos* vulg. — 34) *causa* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *Sec. ex causa* pr. — 35) *solum* om. Gu. 1. — 36) *adiutorem* Gu. 1. Locus est c. 2, 18. — 37) *sui* add. al. — 38) *non continentiae* Gu. 1. — 39) Locus est 1. Cor. 7, 9. — 40) *exspectari* Gu. 1. pr. va. — 41) Sic Gu. 1. — Vulg. *Ex his sap. pot. est.* — *affect.* pro *effect.* Gu. 1. — 42) Virg. Aen. IV, 11. — *quam* Gu. 2. pr. va. — 43) ibid. — 44) v. 13. — 45) v. 12. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *tamen est* — al. *est* om. — 47) Sic Gu. 1. 2. al. — Vulg. *mores quaerantur, quam pulchritudo.* — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *quas aut divitiae aut forma.* — 49) Haec om. al. — 50) Vulg. add. *innuptas*, quod om. Gu. 1.

L I B E R X.

De quibusdam nominibus per alphabetum distinctis[1].

1. Origo[2] quorumdam nominum, id est unde veniant, non pene omnibus patet. Proinde quaedam noscendi gratia huic[3] operi interiecimus. Licet origo nominum, unde veniat[4], a philosophis eam teneat rationem, ut per denominationem[5] homo ab humanitate, sapiens a sapientia nominetur[6], quia prius sapientia, deinde sapiens: tamen claret alia[7] specialis in origine quorumdam nominum causa, sicut homo ab humo, unde proprie homo[8] est appellatus. Ex quibus exempli gratia quaedam in hoc opere posuimus.

A

2. Aeros[9] vir fortis et sapiens.

Auctor ab augendo dictus. Auctorem autem[10] foeminino[11] genere dici non posse[12]. Nam quaedam sunt, quae in foeminino[13] flecti non possunt, ut cursor.

Actor ab agendo[14].

3. Alumnus ab alendo vocatus[15], licet et[16] qui alit[17], et qui alitur dici potest alumnus[18], id est et qui nutrit, et qui nutritur, sed melius tamen qui nutrit[19].

4. Amicus per derivationem, quasi animi[20] custos. Dictus autem proprie amicus ab hamo[21], id est, a[22] catena caritatis, unde etiam[23] et hami quod teneant.

5. Amator turpitudinis, quia amore torquetur libidinis.

Amabilis autem, quod sit amore dignus.

Amasius[24], quod pronus sit[25] ad amorem.

6. Astutus ab astu vocatur[26], quod[27] est callidi et cauti nominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid[28] facere.

Argutus, quia argumentum cito invenit in loquendo.

Acer in unamquamque formam[29] vegetus ac nimius.

Alacer a velocitate et cursu, quasi diceret aliger.

Armiger, quia[30] arma gerat.

Alacris, laetus: alacritate[31] gestiens et nullius rei novitate turbatus.

1) Sic Gu. 1. 2. al. va. — Vulg. *De quibusdam vocabulis nominum per alphabetum distinctis.* — Gu. 3. *De quibusdam vocabulis nominum per denominationem.* Mirum autem, quod eadem reperiuntur post *interiecimus* in Gu. 1. 2. va. — Cod. Zittav. om. hunc librum. Dicit enim scriba: *Sequentem libri decimi tractatum de aethimologia vocabulorum per alphabetum etc. cum nihil singulare in se contineat, et quasi sit Calepinum seu Dictionarium describere, illum studio omisi.* — 2) Vv. *Origo* usque ad *interiecimus* om. Arev. Gu. 3. — 3) *huic* addidi e Gu. 1. — 4) *veniant* al. — *veniunt* al. — 5) *derivationem* Gu. 2. — *per denom. vel derivationem* va. Ar. om. utrumque. — 6) *denominetur* va. — 7) *quia alia species* Gu. 1. — 8) *homo* addidi e Gu. 1. 2. 3. va. — 9) Sic Arev. — *Heros* vulg. At idem fit in *Elatus* et *Aelatus* V. §. 8. et §. 81. — 10) *autem* pro *enim* Gu. 1. 2. 3. Ar. — *etiam* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 3. Ar. va. — *femineo* vulg. — 12) Vulg. add. *existimant,* quod om. Gu. 1. 2. 3. al. — *non potest* al. — 13) *genere* add. al. — 14) Om. hanc glossam Gu. 1. 2. 3. al. propter similes literas in *Auctor ab augendo.* — 15) *vocatur* al. — *dictus* Gu. 2. — 16) *et* om. Gu. 1. — 17) *alet* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. *alumnus dici potest.* 19) Sic Gu. 1. 2. (supra vers. *al. nutrit*) Ar. var. lect. ap. Goth. Ed. va. om. vv. *sed melius, qui nutrit.* — Vulg. *nutritur.* — 20) *amicitiae* Gu. 2. al. — *animae* al. — 21) Sic Gu. 1. Ar. va. — Vulg. *amo.* Gu. 2. 3. cod. Tolet. I. ita: *Amator turpitudinis, qui amore torquetur libidinis, amicus ab amo* etc. (*quia* pro *qui* Gu. 3. cod. Tolet.) — 22) *a* addidi e Gu. 1. 2. 3. — 23) *etiam* addidi e Gu. 1. — *inde et* Gu. 2. — 24) Al. hanc glossam om. — *eo quod* vulg., sed *eo* om. Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. — Vulg. *sit pronus.* — 26) Sic Gu. 1. — *vocatus* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *qui* vulg. — 28) *aliquod* Gu. 2. — 29) *in unaquaque forma* Gu. 2.

Agilis ab agendo aliquid celeriter, sicut docilis.

7. Aemulus eiusdem rei studiosus, quasi imitator et amabilis. Alias inimicus invenitur.

Aequus est secundum naturam iustus dictus, ab aequalitate[32], quod sit aequalis[33], unde et aequitas appellata, ab aequalitate[34] quadam scilicet.

Aequaevus eo[35], quod sit alteri aequalis aevo, id est coaetaneus.

Arrogans, quod[36] multum rogatur[37], et ille fastidiosus[38] sit.

Audax proprie pro arrogante ponitur.

Animosus, quod[39] animis et viribus plenus sit[40].

Animatus, quasi animo auctus[41], vel[42] quasi animo firmatus.

8. Aelatus[43] pro eo quod semet[44] ipsum super mensuram suam[45] elevet, dum magnus sibi videtur de his, quae agit.

Attollens, quod se elevet et erigat.

Ambitiosus, quod honores ambiat.

9. Avidus dictus[46] ab avendo[47]; avere enim cupere[48] est. Hinc et avarus. Nam quid est avarum esse[49]? progredi ultra quam sufficit.

Avarus ex eo dictus, quod sit avidus auri[50], et nunquam opibus expleatur, et quanto[51] plus habuerit, tanto plus cupiat, Flacci super hoc concordante sententia[52], qui ait[53]:

Semper avarus eget.

Et Sallustius[54]: *Quod neque avaritia*[55] *copia, neque inopia minuitur*[56].

10. Amarus a sapore translatum nomen habet. Est enim insuavis, nec novit quenquam ad consortium suum aliqua invitare dulcedine.

Adulter violator maritalis pudoris, eo quod alterius torum polluat[57].

11. Anceps huc et illuc[58] fluctuans ac dubius istud, an illud[59] capiat, et in quam partem[60] decliuet anxius.

Atrox, quod tetris sit moribus[61].

Abstemius a temeto, id est, vino, quasi abstinens vino[62].

Ablactatus, quasi[63] a lacte ablatus.

12. Aeger, quod agitatur[64] infirmitate, vel tristitia ad tempus.

— 30) *quia* pro *quod* Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. *alacriter* vulg. — *alacer* Gu. 3. — 32) *ab aequitate* Gu. 1. 2. — 33) Vulg. *hoc est ab eo*, *quod sit aeq.*, sed vv. *hoc est ab eo* om. Gu. 1. — 34) *ab aequitate* Gu. 1. al. — 35) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. 2. 3. — 36) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *rogetur* vulg. — 38) Vulg. *multum fastid.*, sed adverb. om. Gu. 1. 2. 3. Ar. — 39) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. 3. va. Ar. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod sit an. et vir. pl.* — Gu. 2. *quod sit an. et vir. plen. sit* (sic). *animo* va. — 41) *animiactus* Gu. 1. — 42) *vel* pro *et* Gu. 1. 3. utrumque om. va. — 43) *Elatus* Ar. — At cfr. §. 8. et §. 81. — 44) Sic Gu. 1. *se* vulg. — *ipse se supra* al. — *semper* pro *super* Gu. 2. — 45) *suam* al. om. — 46) *vocatus* al. — 47) *habendo . . . habere* Gu. 1. — (*habere* etiam Gu. 3.) — 48) *cupire* Gu. 3. — 49) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *Nam quidam avarum esse dixerunt progredi.* — Gu. 3. *Nam quidam avarum esse, nisi progredi.* — *Nam quidem avarum est progr.* edit. va. — 50) *avari* Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. — *quantum ... tantum* vulg. — 52) *sapientia* va. — 53) Horat. Epist. I, 2, 56. — 54) Sic Gu. 1. pr. va. ed. Goth. Ar. — *Salustius* Gu. 2. et vulg. Locus Sall. est Catil. 11, 3. — 55) *avariciae* Gu. 1. 2. al. — 56) *minuitur* Ar. — Indicat. est ap. Sall., qui ita scripsit: *neque copia, neque inopia minuitur.* — 57) Sic Gu. 1. 2. 3. Ar. — *polluit* vulg. — 58) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *huc illucque.* — 59) Sic Gu. 1. (nisi quod *istud* pro *illud* exhibet) 3. pr. va. Ar. — *utrum hoc an illud* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *qua parte* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *sit tetris moribus* vulg. — *teter* Gu. 2. — 62) Vulg. *a vino*, sed *a* om. Gu. 1. — 63) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod sit a lacte.* — 64) Sic Gu. 1. — *agatur* vulg.

Aegrotus, quod sit aeger frequentius, sicut iratus et iracundus.

Aerumnosus ab aerumna[1] dictus, quod per inopiam miser factus esuriat et sitiat.

13. Auspex, eo quod avium auspicia intendat, sicut auceps, eo[2] quod aves capiat.

Astrosus ab astro dictus, quasi malo sidere natus.

14. Aenormis[3], eo quod normam et mensuram excedit[4].

Abactor est fur iumentorum et pecorum, quem vulgo abigeum[5] vocant, ab abigendo scilicet.

15. Atratus[6] et albatus: ille a veste nigra, iste ab alba.

Advena, eo quod aliunde adveniat.

Alienigena, quod alienae regionis sit, et non eius, ubi est. Item alienigena, qui ex alia gente genitus est, et non ex ea, ubi est[7].

16. Accola[8], eo quod adveniens[9] terram colat.

Agricola a colendo agro[10], sicut[11] silvicola.

Assecla[12], eo quod sequatur aliquem[13] lucri causa.

17. Assiduus dicebatur apud antiquos, qui assibus[14] ad aerarii[15] expensam conferendis erat[16], et in negociis quoque publicis frequens[17], unde et per s[18], non per d scribendum sit[19].

18. Apparitor nominatus, quod appareat et videatur, et praesto sit ad obsequium.

Attentus, ut aliquid audiens teneat[20].

19. Attonitus, veluti furore quodam[21] instinctus ac stupefactus[22]: dictus autem[23] attonitus a tonitruorum[24] strepitu, quasi tonitruo stupefactus[25] et vicino fulgori, aut attactui[26] proximus.

20. Allectus, quod sit palam electus.

Abactus[27], quod sit ab actu remotus.

Abortivus, eo quod non oriatur, sed aboriatur et excidat.

Adoptivus, quod sit optatus palam in filium[28].

21. Ambo ab eo, quod est ἄμφω[29], nomen de Graeco Latinum[30] factum, litera tertia demutata[31].

Alius de multis dicitur, alter vero e[32] duobus vocatur[33].

Aequimanus appellatur[34], utraque manu gladium tenens[35].

B.

22. Beatus dictus quasi bene auctus, scilicet ab habendo, quod velit[36], et nihil patiendo,

1) Sic Gu. 1. 2. — *a rumine* vulg. — 2) *eo* addidi e Gu. 1. — 3) *Enormis* Ar. — 4) Sic Gu. 1. — *excedat* vulg. — 5) *abigium* Gu. 1. — *abiectum* Gu. 2. sed ad marg. al. *abiegium*. Sic est in Gu. 3. pr. va. Supra lin. in Gu. 3. est *abiectum*, sed lineola deletum. — 6) *atramus* al. Gu. 3. pr. va. — *atramistae* duo Tolett. mss. — 7) Sic Gu. 1. 2. 3. va. al. — Vulg. *Alienigena, qui ex alia gente genitus est, et non ex ea, ubi est. Item alienigena, quod alienae regionis sit, et non eius, ubi est.* — Pro *quod* va. *eo quod* exhibet. — Al. om. vv. *Item . . . . est.* — 8) Om. hanc glossam Gu. 2. — 9) *veniens* pr. va. — 10) *agros* va. — 11) *sicuti* pr. — 12) *Adsecula* Gu. 2. — 13) *aliquid* Gu. 2. — *aliqua* al. — 14) *qui assibus* om. Gu. 1. — 15) Sic Arev. secundum Grial., qui id e cod. Rom. profert. — 16) Sic Gu. 1. 3. (iu quo *a* super *e* positum est). Ar. — *aderat* al. — *praeerat* vulg. — 17) *erat frequens* Gu. 3. — 18) *per ss* va. — 19) Sic Gu. 1. — *est* vulg. — *scribendus est* Gu. 2. 3. Ar. — 20) *teneatur* al. — 21) *quodam furore* Gu. 3. — 22) *obstupefactus* al. — *ac* pro *atque* scripsi e Gu. 1. — 23) *autem* addidi e Gu. 1. 2. 3. va. Ar. — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *tonitrui.* — 25) *obstupefactus* Gu. 3. — 26) Sic scripsi e coniectura, in quam partim incidit Arev. *fulgori et tactui.* — Vulg. *fulgore aut a tactu* (*aut tactu* Gu. 3. Ar. — *attactu* pro *aut a tactu* Gu. 2. va. — *et a tactu* al.) — 27) Lemma glossae adest, sed omissa est interpretatio in

quod nolit. Ille autem vere beatus est, qui et habet omnia, quae vult, bona, et nihil vult male [37]. Ex his enim duobus beatus homo [38] efficitur.

23. Bonus a venustate corporis creditur dictus, postea ad [39] animum translatum nomen [40]. Eum autem dicimus bonum, cui non praevalet malum: eumque [41] optimum, qui peccat minimum.

24. Benignus est vir sponte ad benefaciendum paratus et dulcis alloquio. Non autem multum distat benignus a bono, quia et ipse ad benefaciendum videtur expositus. Sed in eo differt, quia potest bonus esse et tristior, et bene quidem facere et praestare, quod poscitur, non tamen suavis esse novit consortio. Benignus autem sua novit cunctos [42] invitare dulcedine.

25. Beneficus a benefaciendo [43] alteri dictus, unde et beneficentia vocatur, quae [44] proximo prodest.

26. Benivolus, quia bene vult. Non tamen dicimus benevolus, sicut nec malevolus. Saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem, aut sequentem literam corrumpit. Nam benevolentia absurdum sonat.

27. Blandus, dulcis et invitans ad familiaritatem sui.

28. Brutus quasi obrutus, quia sensu caret. Est enim sine ratione, et [45] sine prudentia. Unde et ille Iunius Brutus ex sorore Tarquinii Superbi genitus, cum eundem casum timeret, in [46] quem frater inciderat, qui ob divitias et prudentiam ab avunculo fuerat occisus, utilem temporis stultitiam simulavit [47]. Unde etiam Brutus est cognominatus, dum vocaretur Iunius [48].

29. Balbus a balbando [49] potius, quam loquendo [50] dictus [51]. Verba enim non explicat. Inde et blesus, quia verba frangit.

30. Bucco [52] garrulus, quod caeteros oris loquacitate, non sensu exsuperat [53].

Biliosus, quod sit semper [54] tristis, ab humore nigro, qui bilis vocatur.

31. Baburrus [55] stultus, ineptus.

Biothanatus, quod est bis [56] mortuus. *Θάνατος* enim Graeco sermone mors dicitur.

C

32. Clarus a coelo, quod splendeat. Unde et clara dies propter splendorem coeli [57].

Celsus a coelo dictus, quod sit sublimis et altus [58], quasi coelestis.

33. Castus [59] primum a castratione vocatus: postea placuit veteribus etiam eos sic nominari, qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur.

Gu. 1. sed om. *Abortivus.* — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia est palam adoptatus* (*optatus* Gu. 3. Ar.) — 29) *est ἄμφω* om. va. signo lacunae relicto. — 30) *in Latinum* Gu. 1. — 31) *immutata* al. — 32) *e* pro *de* Gu. 1. — *a duobus* al. — 33) Sic Gu. 1. 3. — *dicitur* vulg. Utrumque om. Ar. — Gu. 2. hoc tantum: *ut alius alter* pro tota glossa exhibet. — 34) Sic Gu. 1. 2. 3. al. — *appellatus* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *qui … gladio incunctanter utitur.* — *gladio utitur incunctantur* Gu. 3. — *incunctanter* om. pr. — 36) *vellet . . . nollet* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. 3. Ar. — *mali* vulg. — 38) *homo beatus* Gu. 3. — 39) Vulg. *et ad*, sed *et* om. Gu. 1. — 40) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 41) *que* om. Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *cunctos novit.* — 43) *beneficiendo* Gu. 2. — 44) *quia* Gu. 1. — 45) *et* addidi e Gu. 1. — 46) *in* addidi e Gu. 1. pr. Ar. — 47) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *simulavit stultitiam.* — 48) Cod. Tolet. I. add. *Burrus ruber et niger.* — 49) Sic Gu. 1. 2. — *balando* vulg. — 50) *a loquendo* va. — 51) *est* add. Gu. 2. ed. Goth. pr. va. — 52) *Buccus* Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. — *exsuperet* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. — *semper sit* vulg. — 55) *Balburrus* Gu. 1. — *Babursus* Gu. 2. — 56) *vi* Ar. — 57) Sic Gu. 1. — *pro splendore coeli* vulg. — 58) *auctus* Gu. 1. — 59) *Castos . . . nuncupatos* Gu. 2. — *nuncupatus* vulg. — *vocatus* Gu. 1.

34. Coeles dictus, quia iter facit[1] ad coelum.

Coelebs[2], connubii expers, qualia sunt numina in coelo, quae[3] absque coniugii[4] sunt. Et coelebs dictus[5], quasi coelo beatus.

Coelicola, eo quod coelum colat, est enim angelus.

35. Continens non solum in castitate[6], sed et[7] in cibo et potu[8], in ira quoque et in[9] vexatione mentis et detrahendi libidine. Et continens[10], quod se a multis malis[11] abstineat.

36. Clemens, misericors, eo[12] quod colat[13], id est protegat et tueatur, sicut solet patronus clientem.

37. Concors a coniunctione[14] cordis est[15] appellatus. Nam sicut consors dicitur, qui sortem iungit, ita ille concors dicitur, qui corde coniungitur[16].

38. Concionator[17], multitudinis allocutor.

Consolator, unius allocutor. Et inde dictus consolator, quod soli se applicat, cui[18] loquitur et solitudinem[19] levat alloquio suo. Hinc et solatium.

39. Consultus est, qui consulitur, cui contrarius est inconsultus, qui non accipit consilium.

40. Constans dictus est[20], quod undique stat, nec in aliquam partem declinari potest[21].

Confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. Unde et Caecilius:

Si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia[22].

41. Cautus[23] a cavendo dictus.

Callidus fraudulentus, quod[24] celare[25] novit, et male peritus.

Callidum autem veteres non pro astuto tantum, sed etiam pro astuto et docto[26] ponebant. Exhinc[27] et versutum[28], eo[29] quod animum cito vertat.

42. Cupidus a cupiendo[30] multum, id est, capiendo vocatus.

Clamosus quasi calamosus a calamo, scilicet quod sonet[31].

Calumniator falsi criminis accusator, a calvendo, id est frustrando et decipiendo dictus.

43. Calculator a calculis, id est lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant.

44. Compilator, qui[32] aliena dicta suis permiscet, sicut[33] solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam

1) Vulg. *sibi facit*, sed pron. om. Gu. 1. — 2) *Coelebes* Gu. 1. — 3) *qui* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. va. Ar. — *coniugio* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. — vulg. *dicitur*. — *dictus est* al. — 6) Vulg. add. *dicitur*, quod om. Gu. 1. Ar. — 7) *etiam* va. — 8) *in potu* va. — 9) *in* addidi e Gu. 1. — 10) Vulg. add. *dicitur*, quod om. Gu. 1. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. ed. Goth. — *male* vulg. — 12) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 13) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. esset *celat*. — Vulg. *eluat*. Gu. 2. pr. va. *cluat*. Videtur coniecturam firmare §. 53. v. *Clientes*. — 14) *a conjugatione* al. — 15) *est* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 16) Sic Gu. 1. — *iungitur* vulg. — *iugiter continuatur* Gu. 2. — *quia corde iungitur* al. — *qui cor iungit* al. — 17) *Concionator allocutor, consilator unius multitudinis. Et* etc. Gu. 1. corrupte. *Concionator multitudinis allocutor* om. Gu. 2. — *multit. alloc.* om. va. — *unius* om. Gu. 2. pr. — 18) *qui* Gu. 1. — *applicet* al. — 19) *solitudinem* (sic; "ci" superscript) Gu. 2. — 20) *est* addidi e Gu. 1. — *dicitur* al. — 21) *potest declinari* va. — *declinare* al. — 22) Versus Caecilii non est in edit. Fragm. Statii Caecilii ab Spengel. curata. Ita autem legendus est, ut scripsimus, e codd. vestigiis. Gu. 1. enim ita: *Si confidentiam in aliis adhibes, habes cum fide omnia.* Va. *tunc fide omnia.* — Vulg. *si confidentiam habes, confide omnia.* *Adhibes* pro *habes* Gu. 2. et al. Reliqua sunt glossemata. — 23) *Cantus a canendo* Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 25) *callere* va. — 26) Sic Gu. 1. 2., qui id e correctione exhibet, cum prius erat vulgata. — Vulg. *astute docto*. — 27) Sic Gu. 1. — *Hunc* vulg. — 28) *astu-*

versus Homeri transferens suis permiscuisset[34]: et dum[35] compilator[36] ab aemulis diceretur, ille respondit: *Magnarum esse virium clavam Herculi[37] extorquere de manu.*

45. Contumax eo[38] quod contemnat.

Chromaticus, quia non confunditur, nec colorem mutat. Graece enim χρῶμα color vocatur.

46. Contumeliosus, quia velox est et tumet verbis[39] iniuriae.

Contentiosus ab intentione vocatus, qui non ratione aliquid[40], sed sola pertinacia vindicat.

47. Contemptibilis, vel quia contemptui habilis, vel quia contemptus et vilis, id est sine honore.

48. Crudelis, hoc est crudus, quem Graeci ὠμὸν appellant per translationem, quasi non coctus, nec esui habilis[41]. Est enim asper et durus.

49. Carnifex, quod carnem efficiat[42].

Cruciarius, eo quod sit cruce dignus.

Collega a colligatione[43] societatis et amicitiae complexu[44] dictus.

Coaetaneus quasi compar aetatis.

50. Complex, qui[45] uno peccato vel crimine[46] alteri est applicatus[47] ad malum, ad bonum[48] vero nunquam dicimus complicem[49].

51. Celer appellatus a celeritate, quia, quod usus exigit, velocius facit.

52. Consors, eo quod ad eum pertinet pars[50] bonorum. Nam sortem veteres pro parte ponebant. Consors ergo[51], quod sit communi[52] sorte, sicut dissors dissimili sorte.

Confinalis[53] eo[54] quod sit genere, vel loco affinis.

Colonus a colonia, vel ab agro colendo dictus.

53. Curator[55], quod curam ferat pueris, qui adhuc eius[56] aetatis sunt, ut negotia sua satis administrare[57] non possint.

Cognitor a cognoscendo causam dictus.

Clientes prius colentes dicebantur[58], a colendis patronis.

54. Captus, captivus dictus[59], quasi capite diminutus; ingenuitatis enim fortuna[60] ab eo[61] excidit, unde et iuris peritis[62] capite diminutus dicitur.

55. Colonis[63] a columna vocatus, eo quod erectus et firmissimus sit.

tum et versutum va. — 29) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — Vulg. *a cupiendo, id est accipiendo.* — *a capiendo* pro *accipiendo* — *a capiendo, id est accipiendo* Gu. 2. Ar. — 31) *sonetur* Gu. 1. — 32) *quia* Gu. 2. — 33) *et sicut* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *permiscuit* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — *cum* vulg. Al. et Gu. 2. om. — 36) Vulg. add. *veterum*, quod om. Gu. 1. — 37) *Herculis* Gu. 1. 2. — 38) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 39) Vulg. *in verbis*, sed *in* om. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 40) Sic Gu. 1. va. Ar. — *aliqua* vulg. — 41) *est* add. Gu. 1. — 42) Sic Ar. — *afficiat* vulg. — 43) *collegatione* Gu. 1. — 44) Sic Gu.1. 2. Ar. — Vulg. *compl. amic.* — 45) *quia* Gu. 1. — 46) *crimini* Gu. 2. — 47) *applicitus* Gu. 2. — 48) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *locum* vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *complicem dicimus.* — 50) Sic Gu. 1. — *pars pertinet* vulg. Haec glossa reperitur in Gu. 1. 2. post alterum *Celer.* — Vulg. *Consors. Celer.* — 51) *eo* Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. — *communis* vulg. Sic mox *dissimili* pro *dissimilis.* — 53) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Confinialis* vulg. — 54) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 55) Praeponit Gu. 2. alteram glossam *Cognitor.* — 56) *teneris* Gu. 1. — 57) *amministr.* Gu. 2. — 58) *colentes dicebantur a* om. Gu. 1. — *colientes* pro *colentes* va. 59) Sic Gu. 1. — *dicitur* vulg. — 60) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *ingenuitatis, fortuna enim* etc. — 61) *ab eo* om. al. — 62) Sic Ar. — *viris peritis* vulg. — Arev. lacunae signum posuit post *Captus*, quasi deesset interpretatio. Sed utramque vocem coniunctim explicasse censeo Isidorum. — 63) Sic Gu. 1. va. — *Columis* vulg.

56. Comptus a coma dictus, quod sit capillis formosus[1], vel quia comam nutrit.

57. Calamistratus a calamistro, id est, acu ferreo[2] in calami similitudinem[3] facto, in quo crines obtorquentur, ut crispi sint: quem[4] in cinere calefacere solent, qui capillos crispant, ut calamistrati sunt[5].

58. Corpulentus, quod sit corpore validus et lentis[6] carnibus.

Crassus a sagina corporis a creando carnes.

Comesor a comedendo satis. Est enim gulae ac ventri immoderate deditus.

Caupo pessimus de vino aquam faciens.

59. Candidus canus dictus a candore, et candidus quasi candor datus. Studio enim accedit[7] candor. Nam album vocari[8], natura[9] est.

60. Clodus. * Curvus. * Crispus. *[10]

Caecus appellatus[11], quod caret[12] visu. Est enim luminibus amissis. Caecus est, qui utroque oculo non videt.

61. Caducus a cadendo dictus, idem et[13] lunaticus[14].

Confusus a confusione[15] sceleris appellatus, unde[16] et confusio.

62. Convulsus dicitur, cui sua vi aliqua[17] adimuntur. Unde et convulsa navis, cuius[18] eminentia vi tempestatis adimuntur, unde[19] Virgilius:

Vix septem convulsae undis,

quasi mutilatae.

63. Consumptus quasi[20] totus sumptus et devoratus.

Conciliatrix ob societatem flagitiosae consensionis dicta, eo quod intercurrat alienumque nundinet corpus[21]. Hanc etiam et lenonem[22] vocant.

64. Circumforanus, qui advocationum[23] causa circum fora[24] et conventus vagatur.

Collegiatus *[25].

Carpentarius. *

D

65. Dominus per derivationem dictus, quod[26] domui praesit, et[27] cunctae familiae dominetur.

Disertus doctus a disserendo dictus: disposite[28] enim disserit.

66. Doctus a docendo[29] dictus.

Dicitur et Docilis, non quod[30] sit doctus, sed quod[31] doceri potest: est enim ingeniosus et ad discendum aptus.

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *formosus capillis.* — 2) *ferrea* va. — *facta* eadem ed. mox. et sic *in qua, quam.* — 3) Sic Gu. 1. — *similitudine* vulg. — 4) *quia* Gu. 1. — 5) *sint* va. — 6) *lentus* Gu. 1. — 7) *accidit* Gu. 1. — 8) *vocare* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *naturae.* — 10) Sic recte asteriscos posuit lacunae signa Arev. — Al. *Clodus id est clopus. Curvus id est gibbensus. Scrispus a calamistratus capillos tortos habens.* — 11) *appellatur* al. — 12) Sic Gu. 1. — *careat* vulg. — 13) Sic Gu. 1. — *idem lun.* Ar. Gu. 2. — Vulg. *id est.* — 14) Vulg. add. *eo quod certo lunae tempore patiatur,* quae om. Gu. 1. 2., qui *eo quod* retinet. — 15) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — *a confessione* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *inde* vulg. — 17) *aliqua* om. Gu. 2. — 18) *cui eminentia .. adimitur* Gu. 1. — *cui eminentia . . . adimuntur* Gu. 2. pr. va. Ar. — *cuius eminentia adimitur* vulg. — 19) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — *ut Virg.* al. Locus est I. Aen. 383. — 20) *quasi* addidi e Gu. 1. — 21) *corpus* al. om. — 22) *lenam* Ar. — 23) *vocationis causa* va. — 24) *forum* va. — *circumforat et ad conv.* Gu. 2. — *circumforat* etiam ed. pr. — *conventum* pr. — 25) Sic Gu. 2. var. lect. ap. Goth. Ar. *colligiatus* pr. va. — *Colligatus* vulg. De collegiatis Titul. est 33. l. XI. — 26) *eo quod* Gu. 2. — 27) *et . . . dominetur* om. Gu. 2. Ar. — 28) *disposita* Gu. 1. — 29) *a dicendo* Gu. 2. pr. va. — *dictus* addidi e Gu. 1. al. — Vulg. sequuntur haec: *inde et doctor*, quae om. Gu. 1. al. — Gu. 1. pergit *Dicitur et.* — 30) *non quia* Gu. 2. —

Discipulus a disciplina dictus: disciplina autem a discendo vocata[32].

67. Dispensator vocatur, cui creditur dispensatio[33], administratio pecuniarum. Et ideo dispensator[34], quia prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, sed appendebant.

68. Dives ab aere[35] vocatus[36].

Decorus perfectus, a decem dictus[37].

Dulcis[38]. * Decens compositus, et[39] a numero decem dictus. Hinc et decorus et decibilis.

69. Directus; eo quod in rectum[40] vadit.

Dilectus a diligentia. Haec sunt enim signa diligendi.

70. Delibutus, de oleo unctus, ut athletae solent, vel in certamine[41] pueri. Hinc et delibutum gaudio, id est perfusum[42], vel plenum.

Delicatus, quod sit deliciis pastus, vivens in epulis et nitore corporis.

71. Defessus, semper infirmus, quasi diu fessus.

Debilis, quod per bilem factus sit fragilis. Bilis enim humor est afficiens corpus.

Decolor, quod desit illi color.

72. Desperatus vulgo vocatur malus ac perditus, nec iam ullius prosperae spei. Dicitur autem per similitudinem aegrorum, qui affecti et sine spe deponuntur. Consuetudo autem erat apud veteres, ut desperati ante ianuas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terrae, vel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant[43] morbo.

73. Degener aut ignobilis[44], aut quod sit impari genere, aut si dum sit optimo genere natus, inhoneste tamen vivit.

74. Decrepitus, quod morti[45] sit propior, et[46] quasi ad[47] mortis tenebras vertat[48], sicut crepusculum tempus noctis. Alii dicunt decrepitum, non qui senectute avulsus est, sed qui[49] iam crepare desierit, id est loqui cessaverit[50].

75. Depretiatus ab eo, quod sit vilis, nec aliquo pretio dignus.

Dirus praeparcus et teter, quasi divina ira in id actus[51]. Nam dirum dicitur, quod divina ira infertur[52]. Alias dirus, magnus.

76. Dehiscens valde hiscens[53]. Hic[54] enim De augentis est[55], ut demuttire[56], deamare, desiderare.

Despiciens, eo quod deorsum aspiciat, vel contemptui habeat.

Dolosus, insidiosus vel malignus, ab eo quod deludat. Ut enim decipiat, occultam malitiam blandis sermonibus ornat.

77. Dubius, incertus, quasi duarum viarum.

Delator dictus, eo quod detegit[57], quod latebat.

31) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *vocatar* vulg. — 33) *dispensatio* addidi e Gu. 1. — 34) *pecuniarum* add. al. — 35) *ab habere* al. — 36) Vulg. add. *vel diu vescens*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 37) Sic Gu. 1. — *dicitur* vulg. Utrumque om. Gu. 2. pr. va. Ar. In cod. Tolet. I. haec est in inferiori margine additio: *Dapsilis vel munificus, nec non et egregius, aut generosus.* — 38) *Decens* exhibent Gu. 1. 2. pr. va. Ar. sed deest explicatio. — 39) *et* addidi e Gu. 1. 2., qui id supra vers. habet. — 40) *in directum* va. — 41) Sic Gu. 1. va. al. et var. lect. ap. Goth. — *crismate* Gu. 2. — supra vers. *al. certamine.* — *ceromate* Ar. — *cerreumas* Gu. 4. — *cereumate* vulg. — 42) *superfusum* al. Locutio *delibutus gaudio* est ap. Terent. Phorm. V, 6, 16. — 43) *laboraverunt* Gu. 1. va. — 44) *Degener autem, quod sit ignobilis.* — 45) *mortis* al. — 46) *et* om. Gu. 1. — 47) *de* Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. var. lect. ap. Goth. Ar. — *vertitur* Gu. 2. — *crepat* vulg. — 49) *quia* Gu. 2. — 50) *cessavit* Gu. 1. — 51) *inductus in id* al. — *ira inductus* var. lect. ap. Goth. — 52) Sic Gu. 1. — *infertur ira* Gu. 2. pr. va. — *refertur ira* vulg. — 53) *Desciciens* (*desciens* Gu. 2. duo codd. Tolett. va.) — *valde sciens* Gu. 1. 2. — 54) *hinc* Gu. 1. — 55) *est* om. va. — 56) Sic Gu. 1. — *deamare, desiderare* vulg. — *desidere* Gu. 2. pr. va. Ar. — 57) Sic Gu. 1. va. — *detegat* vulg.

Dilator, quod[1] differt ad proferendum[2].

Desidiosus, tardus, piger, a desidendo vocatus, id est valde sedendo. Idem et residens[3] a residendo: de enim hic augentis est.

78. Delirus mente defectus per aetatem ἀπὸ τοῦ ληρεῖν[4], vel quod a recto ordine et quasi a lira aberret. Lira enim[5] arationis genus, cum agricolae facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis seges decurrit.

79. Demens idem quod et amens[6], id est sine mente, vel quod diminutionem habeat mentis.

Desipiens, eo quod minus sapere incipit, quam solebat[7].

80. Damnatus et damnabilis: quorum prior iam addictus est, sequens potest addici.

Degulator[8], quod gulae sit deditus.

E

81. Eloquens[9], profusus eloquio.

Exertus in loquendo expeditus. Exerere enim proferre, vel expedire[10] est.

Eruditus, quasi[11] non rudis, sed doctus[12].

82. Expertus, multum peritus. Ex enim[13] pro valde ponitur.

Expers vero, qui est extra peritiam et intellectum.

Exornatus[14], valde ornatus. Ex enim[15] pro valde ponitur, sicut excelsus, quasi valde celsus[16].

83. Eximius[17], quasi valde eminens.

Efficax dictus, quia nullam difficultatem habet[18] in qualibet re[19] facienda. Hinc et efficiens a faciendo dictus.

Exspes, quod sine spe sit[20].

Expers[21], quia extra partem, caruit[22] enim parte.

Exsors, quia extra sortem est[23].

84. Exsul, quia extra solum suum[24] est, quasi[25] extra[26] solum missus, aut extra solum vagus. Nam exsulare dicuntur, qui extra solum eunt.

85. Extorris, quia extra terram suam est, quasi exterris. Sed proprie extorris, cum vi expulsus sit[27], et cum[28] terrore solo patrio eiectus, et extorris[29], extra terram suam[30] pulsus.

1) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 2) *perferendum* Gu. 1. — 3) *reses* Ar. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — ληρᾶν vulg. — 5) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — *Lira est enim* Gu. 2. pr. — *Lira enim arationis genus est.* — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *idem qui amens.* — 7) *quam quod sol.* Gu. 2. al. pr. va. — 8) *Deglutitator* Gu. 1. — 9) Praeponit Ar. *Elatus* et *Enormis*, quae v. *Aelatus* §. 8. et *Aenormis* §. 14. — 10) *expendere* Gu. 2. — *expedire vel expendere* va. — 11) *quasi* pro *quia* Gu. 1. — 12) Vulg. *iam doctus.* Sed *iam* om. Gu. 1. — *doctus est* Gu. 2. va. — 13) Vulg. add. *hic*, quod om. Gu. 1. — 14) *Exoratus . . . oratus* Gu. 1. — 15) *hic* add. Gu. 2. — 16) *excelsus* Gu. 1. — 17) *et eximius* Ar. — 18) *habet* om. Gu. 1. — 19) *qualibet in re* Gu. 2. — 20) *sit* addidi e Gu. 1. — *sit sine spe* Gu. 2. pr. va. — 21) *Est enim expers* Gu. 1. — 22) *caret* va. — 23) *est* om. Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *situm* vulg. — *extra solum est suum* va. — 25) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *quia* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *trans* vulg. — 27) *sit* om. Gu. 2. va. Ar. — 28) *cum* al. om. — 29) *dictus* add. Gu. 2. — 30) Sic Gu. 1. 2. al. — *ex terra sua* vulg. — Al. *expulsus* pro *pulsus.* — 31) *extorris* va. — 32) Sic scribenda censet Graeca, quae in codd. sunt, Lindemann. Vulg. ἐξόριστος. — Ar. *ἀφανὴς εἶναι.* Gu. 1. ita aπaнochaнoy — Gu. 2. ΑΦΑΝΙΟCΗΑΤ — Gu. 3. aφaιoļнλι — Gu. 4.

86. Exterris[31] extra terram, aut extra terminos suos, quia exterretur.

87. Exterminator non ille, qui vulgo dicitur ἄφαντος, μάταιος[32], sed qui deiicit et expellit a terminis[33] civitatis.

Exterminatus, ab eo quod sit extra terminos suos eiectus[34]. Sic et externus, eo quod alienae terrae sit[35].

88. Egens et egenus[36], extra gentem[37], et sine genere, vel minus[38] indigens.

Exiguus multum egens[39]. Ex enim pro valde ponitur.

Exilis, tenuis, quod possit quamvis per angustum exire[40].

89. Exesus, quasi[41] percomesus. Est enim aridus, tenuis, exilis[42].

Exhaustus[43], quia consumptus est atque etiam[44] inanis effectus.

Exsanguis, quod sit extra sanguinem.

90. Exanimis est mortuus. Exanimis[45] autem[46] et exanimus dicimus, sicut unanimus et unanimis[47], inermus et[48] inermis, et hoc[49] nostro iudicio[50] subiacet.

91. Exustus dicitur, de quo nihil superest, quasi valde ustus. Ex enim pro valde est[51].

Exosus[52] ab odio dictus. Nam antiqui et odi dicebant et osus sum. Hinc est exosus, quo utimur, licet iam[53] osus non dicimus[54].

Exitiosus, eo quod multis sit[55] exitio.

Executor ab exequendo. Idem et[56] exactor.

92. Effractor, quod expugnator sit[57] claustrorum.

Efferatus, mente ferina effectus, et ultra humanum modum excedens.

Effrenatus, ab eo quod sit praeceps et pronus, et sine freno rationis[58].

93. Eunuchus Graecum nomen est, quod est spado. Horum quidam coeunt, sed tamen virtus in semine nulla est. Liquorem enim habent et emittunt, sed ad gignendum inanem atque invalidum.

94. Effoeta ab eo[59], quod sit frequenti foetu exhausta. Partus enim eam assiduus debilem reddit.

F

95. Facundus dictus, quod facile potest fari[60].

Facetus, qui iocos et lusus gestis et factis commendat, a faciendo dictus.

Frugalis a fruge nominatus, id est fructu[61] vel parsimonia, sive, ut alii volunt, a modestia et temperantia[62].

---

aφανιocнnaι. Om. va. pr. — 33) *extra terminos* al. — 34) *quod sit eiectus* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. — *sit alienae terrae* vulg. — 36) *egentes* Gu. 2. — *egenus et egentes* va. — 37) Sic Gu. 1. *sine gente* vulg. — 38) Sic ed. pr. *eminus indig.* Gu. 1. — *indigens et egenus* al. — *indigentes* va. — 39) *egenus* Gu. 1. — 40) *sive sine iliis* inclusum add. Arev. — *sive sine ilo* pr. va. — — 41) *quia* Gu. 1. al. — 42) Vulg. *et exilis*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 43) *Exhaustum* Gu. 1. — 44) *atque etiam* pro *et* Gu. 1. — 45) *Exanimos . . . Exanimes* Gu. 2. — 46) *autem* om. Gu. 1. — 47) *inanimes* Gu. 2. — 48) *et* addidi e Gu. 1. 2. — *inermos* Gu. 2. — *inermis et inermus* va. — *inermes* Gu. 2. pro *inermis*. — 49) *et in hoc* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. — *arbitrio* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — Vulg. *ponitur.* — 52) *Exos* Gu. 1. — 53) *etiam* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — *dicamus* vulg. Apud postremos scriptores, qualis est Isidor. *licet* etiam indicativo adiungitur, ut in Pandectis. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *exitio sit.* — 56) *id est ex.* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *sit exp.* — 58) *rationis freno* Gu. 2. — 59) *ab eo* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia facile fari possit.* — 61) Vulg. *a fructu*, sed *a* om. Gu. 1. — 62) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. idque voluit Davis. ad Cic. Tusc. III, 11. — Vulg. *modestiae temperantia.*

96. Foenerator, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi foenoris auctor[1]: nam foenus pecunia est. Foenerator autem Latine dicitur et[2] qui dat mutuum et qui accipit.

Flamen, pontifex[3] idolorum.

97. Felix dicitur, qui felicitatem dat: felix, qui accipit, et felix, per quem datur felicitas, ut felix tempus, felix locus[4].

98. Fidelis, pro eo quod ab eo fit id[5], quod dicit, vel promittit[6] bonum.

Facilis a faciendo, nec tardus.

Firmus, unde et formosus.

Fortis, quod[7] fert adversa, vel quaecunque acciderint: sive a ferro, quod sit durus, nec molliatur.

99. Formosus a formo[8] dictus. Formum enim veteres calidum et fervens dixerunt. Fervor enim sanguinem movet, et[9] sanguis pulchritudinem.

100. Foedus nomen accipit[10] ab hirco et hoedo, f litera addita. Hunc veteres in gravi significatione ponebant, ut[11]:

Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignes.

Fragilis dictus, quod[12] facile frangi potest[13].

101. Fessus, quasi fissus, nec iam integer salute: est autem generale. Dicimus enim fessus animo, ut[14]: *Fessus valle*[15] *resedit;* et fessus corpore, quod magis proprium est[16], et fessus rerum a casu venientium.

Fatigatus, quasi fatis[17] agitatus.

102. Formidolosus a formidine sanguinis dictus, vel a formo, id est sanguine[18], cum se a cute, vel a praecordio[19] fugiens contrahit sanguis. Nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem, unde est illud[20]:

Gelidusque coit formidine sanguis.

Formidolosus autem cum sit timidus, et timendum significat.

103. Fatuus ideo existimatur[21] dictus, quia neque quod fatur[22] ipse, neque quod alii dicunt intelligit. Fatuos[23] originem ducere[24] quidam putant a miratoribus Fatuae, Fauni uxoris fatidicae, eosque primum Fatuos appellatos, quod praeter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius usque ad amentiam.

104. Fautor ab eo quod faveat et consentiat.

1) Sic Gu. 1. al. — *actor* vulg. — 2) *et* om. va. Post *Foenerator* in cod. Tolet. I. haec est additio ad imam paginam: *Femellarius feminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant.* — 3) Sic Gu. 1. — *Flamines, pontifices* vulg. — 4) *opus* va. — 5) Sic Gu. 1. — *fit ab eo id* vulg. — 6) *quod prom.* Ar. — 7) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 8) Sic Ar. — *forma* vulg. — 9) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 10) Sic Gu. 1. — *habet* vulg. — 11) Virg. Aen. II, 502. — 12) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. 2. al. — *possit* vulg. — 14) *Terentius* add. vulg., quod om. Gu. 1. — Ortum est ex *ter*, quod pro eo exhibent Gu. 2. Ar. — 15) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *valde* vulg. Locus est e Virg. Aen. VIII, 232. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *est propr.* — 17) *fatu* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — Vulg. *Formidolosus a formo, id est sanguine dictus.* — 19) *praecordia* Gu. 1. al. — *a cute ad praecordia* Ar., qui suspicatur *a cute vel a praecordiis.* — 20) Virgil. Aen. III, 30. — 21) *aestimatur* Gu. 1. va. — 22) *fatetur* ed. Goth. — 23) *Fatuum* Gu. 2. — 24) *duci* Gu. 2. — 25) *aliquod* Gu. 2. — 26) *qui* om. Gu. 1. 2. va. — 27) *pertrahit* Gu. 2. — 28) *favendo* Gu. 2. — 29) *inflammatur* Gu. 2. va. — 30) *frangit* Gu. 1. — 31) *praemens* Gu. 1. — *Fremens, perstrepens, irascens* al. — al. *fremens, id est cum furore vociferans.* Om. *fremens* va. Lacunae signum posui cum Arev. — 32) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — *a furendo vel furvo* vulg. — 34) *a* om. va. — 35) Sic Gu. 1. va. Ar. — *nocturno* vulg. — 36) Sic Gu. 1. Ar. (om. *est*). — *Factiosum inter* etc. vulg. — 37) Sic Ar. Gu. 2. —

Fictor appellatus a fingendo et componendo aliquid[25], sicut qui[26] capillos mulierum linit et pertractat[27], ungnit et nitidat.

Fallax, quod fando[28], id est loquendo decipiat.

105. Fervidus, iracundus. Ira enim inflammat[29].

Frendens, quod minando frangat[30] dentes et comprimat. Fremens[31] *.

Ferox, eo[32] quod feritatem exerceat, ut bestia.

106. Fur a furvo[33] dictus est, id est a[34] fusco. Nam noctis[35] utitur tempore.

Factiosus est[36] inter opprobria, cum seditiosum accipi volumus: cum vero gratiosum ac potentem, quasi[37] magnae factionis[38].

107. Facinorosus a facti commisso nominatus[39]: facit[40] enim, quod alteri nocet[41].

Femellarius feminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant.

Flagitiosus, eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem.

108. Furcifer dicebatur olim, qui ob leve[42] delictum cogebatur ad nominis ignominiam[43] magis quam supplicii causa, furcam circa viam ferre, praedicans peccatum suum, et monere caeteros, ne quid simile peccarent[44].

109. Futilis[45], vanus, superfluus, loquax. Et est metaphora a vasis fictilibus, quae quassa[46] et rimosa non tenent ea[47], quae inieceris.

110. Fornicarius*. Fornicatrix[48] est, cuius corpus publicum et vulgare est. Haec sub arcuatis prosternebatur[49], quae loca[50] fornices dicuntur, unde et fornicariae[51]. Virgilius[52]:

Atque adverso fornice.

111. Foecunda a foetu dicta est[53], quasi foetunda[54]. Est enim partu frequens.

Foeta[55] *.

Flens, quasi lacrimas[56] fluens.

Fugitivus nemo recte dicitur, nisi qui dominum fugit. Nam si parvus[57] puer vel[58] a nutrice, vel a scholis[59] discedit[60], non est fugitivus[61].

G

112. Gloriosus a frequentia claritatis dictus, pro c g litera[62] commutata. Gloriosus a laurea dictus, quae datur victoribus.

Gnarus, sciens, cui contrarius est ignarus, id est[63] nesciens.

Vulg. *et quasi.* — 38) *actionis* Gu. 1. — *dicimus* add. Gu. 2. — 39) *nuncupatus* va. — 40) *fecit* Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. pr. — *noceat* vulg. Sequitur in Gu. 1. et ap. Arev. glossa *Femellarius*, quam om. vulg Eadem est in cod. Tolet. I. post *Foenerator* §. 96. — 42) *libidinis* va. — 43) Sic Gu. 1. — *ad hominis* al. et var. lect. ap. Goth. — Vulg. *a dominis, ignominiae magis* etc. — 44) *ne quis similiter peccaret* Gu. 2. — 45) *Fugilis* Gu. 2. in marg. *al. futilis.* — 46) *vasa* Gu. 1. — *quassa* Ar. quod recepi pro vulg. *cassa.* — 47) *ea* om. va. — 48) *Fornicaria vel fornicatrix* va. — *et* om. Gu. 2. Ar , qui lacunae signum posuit, quod probo. Nam de fornicario aliud dicendum erat. — 49) *Hae . . prostabant* Ar. — *prostratur* Gu. 1. — *prostrabantur* Gu. 2. al. — *prosternebantur* al. — 50) *haec sola* Gu. 1. — 51) *est* add. Gu. 1. — 52) Aen. VI, 631. — 53) *est* addidi e Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. (nisi quod *fecunda* vitiose) 4. (in marg. *fecunda a fetu dicta.*) var. lect. ap. Goth. gothici et al. In cod. Tolet. I. haec est nota ad marg. *Feta aliquotiens plena, aliquotiens liberatrix.* — Vulg. *foetu abunda.* — Ar. *feta abundans.* — 55) Vulg. add. *praegnans*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. qui lacunae signum posuit. — 56) Sic Gu. 1. 2. al. — *lacrimis* vulg. Est *fluere* active, ut *manare* et alia, positum pro *fluere faciens*, *profundens.* — 57) Sic Gu. 1. — *parvulus* vulg. — 58) *vel* addidi e Gu. 1. — 59) *vel ab schola* Ar. — *aut ab schola* Gu. 2. — *aut ab scholis* al. — 60) Sic Gu. 1. — *discesserit* vulg. — *discessit* Gu. 2. al. — 61) Sic Gu. 1. — *fugit. non est* vulg. — 62) *lit. g.* Gu. 2. — 63) Sic scripsi, cum

Gravis, venerabilis. Unde et contemptibiles leves dicimus[1]. Gravis pro consilio et constantia dictus, quia non levi motu dissilit, sed fixa[2] constantiae gravitate[3] consistit.

113. Grandis*. Gracilis[4]*. Grandaevus, quasi[5] grandis aevo.

Gratus, gratiam servans. Sed gratus tantum animo[6]: gratissimus et animo et corpore dicitur.

Gratificus, ab eo quod gratis faciat bonum.

Gratiosus, qui[7] plus unicuique, quam meretur, tribuit.

114. Garrulus proprie dicitur, qui vulgo verbosus appellatur[8], accedente laetitia nec valens, nec volens[9] tacere: sumptum nomen ab avibus graculis[10], quae[11] importuna loquacitate semper strepunt, nec unquam quiescunt.

Ganeo luxuriosus et tanquam in occultis locis et subterraneis, quae ganea Graeci vocant.

Glutto a gula, id est gulosus.

H.

115. Humilis[12], quasi humo acclinis[13].

Honorabilis, quasi honori[14] habilis, hoc est aptus.

116. Honestus, quod nihil habeat turpitudinis. Nam quid est[15] honestas, nisi honor perpetuus, id est, quasi honoris status?

Humanus, quod habeat circa homines amorem et miserationis affectum. Unde et[16] humanitas dicta[17], qua nos invicem tuemur.

117. Habilis, quod sit ad habendum commodus atque aptus.

Honorosus[18] plus est, quam honoratus, sicut scelerosus plus[19], quam sceleratus[20].

Hirsutus ab eo, quod sit hirtus et pilis horridus.

118. Hypocrita e[21] Graeco sermone in Latinum simulator[22] interpretatur. Qui dum intus malus sit, bonum se palam ostendit. Ὑπὸ enim falsum, κρίσις iudicium interpretatur.

119. Nomen autem Hypocritae tractum est ab[23] specie eorum, qui in spectaculis contecta[24] facie incedunt, distinguentes vultum caeruleo minioque colore et caeteris pigmentis, habentes simulacra[25] oris lintea, gipsata et vario colore distincta nonnunquam, et colla[26] et manus creta perungentes, ut ad personae colorem pervenirent, et populum, dum in ludis agerent, fallerent, modo in specie viri, modo in foeminae, modo tonsi, modo criniti et[27] anili et virginali caeteroque diverso vultu[28], ut fallant populum, dum in ludis agunt.

in Gu. 1. esset *et*. — 1) *contemptibilis levis dicitur* Gu. 2. — 2) Sic Gu. 1. — *fida* vulg. — 3) *constanti et grav.* Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. Ar. al. — Lacunae signa posui cum Ar. — Om. *Grandis*, *Gracilis* vulg. — Cod. I. Tolet. *Gracilis*, *fragilis*, *tenuis*. — 5) *quasi* pro *quod sit* Gu. 1. al. — 6) *dicitur* add. h. l. Gu. 2. — 7) *qui* pro *quod* Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. 2. al. — Vulg. *appellatus*. — 9) *nec vult*, *nec valet* Gu. 1. — *nec valentes*, *nec volentes* al. — 10) Sic Gu. 1. nisi quod *garrulis* exhibet. — 11) *quae* pro *qui* Gu. 1. 2. pr. va. ed. Goth. — *qui* Ar. — 12) Praeponit Ar. *Heros*, quod est in A. *Aeros* §. 2. — 13) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *acclivis* vulg. — 14) Sic Ar. — *honor* Gu. 1. — *honore* vulg. — 15) *est* addidi e Gu. 1. 2. (*quod*) va. — 16) *et* addidi e Gu. 1. va. Ar. — 17) *dicta* om. Ar. — 18) *Honerosus . . . honeratus* Gu. 2. al. pr. va. (*honoratus.*) — 19) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — *plus est* om. Gu. 2. Ar. — 20) *sive sceleratus quam scelestus* add. Gu. 2. — 21) *e* om. Gu. 1. 2. al. va. — 22) *similator* Gu. 2. — 23) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 24) *contexta* Gu. 1. 2. (supra vers.) pr. — 25) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *simulacrum* vulg. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *collum* vulg. — 27) *et* addidi e Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *ceteraque specie*, *aetate*, *sexuque diverso*. — 29) *ab argumentis* al. et var. lect. ap. Goth.

120. Quae species argumenti[29] translata est in iis, qui falso vultu incedunt, et simulant, quod non sunt. Nam hypocritae dici non possunt, ex quo foras exierint.

121. Humatus, quod sit humo tectus, id est sepultus[30].

I

122. Ingeniosus[31], quod intus habeat vim[32] gignendi quamlibet artem.

Inventor dictus est[33], quod ea, quae quaerit, invenit[34]. Unde et ipsa quae appellatur inventio, si verbi originem retractemus, quid aliud resonat, nisi quia invenire est in id venire[35], quod quaeritur?

123. Interpres, quod inter partes medius sit duarum linguarum, dum transfert. Sed et qui inter Deum interpretatur[36] et homines, quibus divina indicat mysteria, interpres vocatur[37].

124. Iuridicus, quia iura[38] dicit.

Indoles proprie est imago quaedam futurae virtutis.

Iustus[39], quia iura custodit et secundum legem vivit.

125. Innox, quod non noceat.

Innocuus, cui nocitum[40] non sit, sed apud veteres utrumque indifferens est.

Hilaris Graecum nomen est[41].

Iocundus, eo quod sit semper[42] iocis aptus et hilaritati[43], a frequentia[44], sicut iracundus.

Iocosus, iocis usus.

126. Inclitus, gloriosus[45]. Graecum nomen est. Nam κλυτὸν Graeci gloriosum dicunt[46].

Illustris[47] nomen notitiae est, quod clareat multis splendore generis, vel sapientiae, vel virtutis, cui contrarius[48] est obscuritate[49] natus[50].

127. Incolumis a columna nomen habet, quasi erectus, fortis et stabilis.

Inmarcessibilis, incorruptus et sempiternus, quod sit sine marcore[51] et languore.

Intemeratus, incorruptus et nulla temeritate violatus.

128. Infirmus, quasi[52] sine forma[53].

Imbecillis, quasi[54] sine baculo fragilis et inconstans.

Inanis, levis.

Inconstans, quod[55] non est stabilis, et quod placet, rursus ei displicet[56].

129. Iactans, vel arrogans est, qui maiorum institutis non acquiescit, sed propriam quandam iustitiae viam[57] et sanctitatis inquirit.

— 30) Arev. add. glossam *Hilaris Graecum est nomen*, quod est in vulg. sub lit. *I*. §. 125. — 31) Vulg. add. *dictus*, quod om. Gu. 1. 2. — 32) Sic Gu. 1. — *vim habeat* vulg. — 33) *est* addidi e Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *in ea . . . venit.* — 35) *in id venire* om. Gu. 1. — 36) Vulg. *quem interpret.* vulg., sed *quem* om. Gu. 1. — 37) *quia inter eam, quam transfert iudicat* add. al. — *qui inter deum et homines interpretatur* pro *qui inter Deum* etc. pr. — 38) *legum iura* vulg., sed *legum* om. Gu. 1. — Gu. 2. pr. va. om. interpretationem. — 39) Praecedunt in Gu. 2. *Innox. Innocuus.* — Vulg. add. *dictus*, quod om. Gu. 1. — 40) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *nocivum* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *est nomen* vulg. — 42) *semper* om. va. — 43) Sic Ar. — Vulg. *hilaritate.* — 44) *a frequentia* pro *ac frequentia* Arev. — 45) *gloriosus* addidi e Gu. 1., ubi etiam *inclitus* pro *inclytus.* — 46) Sic Gu. 1. 2. al. — *vocant* vulg. — 47) *Illuster* al. — 48) *contrarium* al. — 49) Sic Gu. 1. — *obscure* vulg. — 50) *Idoneus* cum lacunae signo addit Arev. — *Idoneus quasi duplum habens donum* al. pr. — 51) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *maceratione* vulg. — 52) *quasi* pro *quia* Gu. 1. — 53) *id est sine calore* al. Ar. — 54) *quia* Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 56) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod placet ei, rursus displ.* — 57) Sic Gu. 1. — Vulg. *viam iustitiae.*

Iracundus dictus, qui accenso[1] sanguine in furorem compellitur; πῦρ[2] enim flamma dicitur, et ira inflammat.

130. Incentor, ab eo quod incendat atque inflammet[3]. Incentor, quia prava suggestione ad vitia cor aliorum succendit, et persuadendo inflammat.

131. Inexpiabilis, quod nunquam expietur[4].

Inlaudabilis, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruit[5].

Iratus, ira actus.

132. Impius, quia sine pietate religionis est.

Iniquus[6] proprie dictus, quia non est aequus, sed inaequalis. Inter impium autem et iniquum hoc distare solet nonnunquam[7], quod[8] omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. Impius namque pro infideli ponitur: et dictus impius, quod a pietate religionis sit alienus[9]. Iniquus vero dicitur pro eo, quod non est aequus, sed pravis operibus maculatur, vel si[10] Christianitatis nomine censeatur[11].

133. Inimicus, quia non est[12] amicus, sed adversarius. Duae autem[13] res inimicos faciunt: fraus et terror. Terror, quod timent. Fraus, quod malum passi sunt.

134. Invidus dictus ab intuendo[14] felicitatem alterius.

Invidiosus est, qui ab alio patitur invidiam.

Invisus est[15] odiosus, ob invidiam et zelum[16] dictus.

135. Intestabilis, cuius testimonium non valet, et quod dixerit, irritum improbatumque sit.

Infamis, non bonae famae.

Improbus dictus, quod instat etiam prohibenti.

136. Importunus, inquietus, quia non habet portum, id est quietem[17]. Unde et importuni, quasi in naufragium[18] cito feruntur[19].

Infrenis[20], qui frenis non regitur, ut:

Numidae infreni cingunt[21].

137. Infrendens proprie est inter se comprimens dentes. Nam[22] frendere significat dentibus frangere, unde et[23] nefrendes infantes, qui necdum dentes habent.

Ingluviosus a gula et voracitate dictus.

138. Ingloriosus, quod sit sine gloria, id est sine triumphis. Item inglorius[24] immemor gloriae.

Informis, ingens, non quod non habeat formam, sed quod ultra formam magnitudinem habet[25].

1) *quasi accensus* Gu. 1. — *quia* Gu. 2. — 2) *Ur* Ar. pr. — 3) *et flammet* Gu. 1. — 4) Vulg. add. *nunquam purgetur*, quae om. Gu. 1. — 5) *meruerit* pr. va. Ar. — 6) Om. glossam Gu. 2. usque ad *inaequalis.* — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *nonn. solet.* — 8) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod sit a piet. rel. alienus.* — 10) Sic Ar. — *ne* vulg. — 11) *censetur* Gu. 1. 2. — 12) *est* om. Gu. 2. — 13) *enim* Gu. 1. Quae sequuntur e coniectura scripsi, quum vulg. sit: *Fraudis malum, quod passi sunt.* — Gu. 1. *fraudes, quod male passi sunt.* — Ar. *fraus mali, quod passi sunt.* — Al. *fraudis mali, quod.* — 14) Sic Ar. — *ab intuendo vel invidendo* Gu. 1. — *felicitatem* pro *felicitati* Gu. 1. Ar. Locus est e Cic. Tusc. Disp. III, 9, 20. — 15) *est* addidi e Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *ab invidia et zelo.* — 17) *non habet quietem portum* va. — 18) *in naufragio* Gu. 2. — 19) *ferentur* Gu. 2. — 20) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — *hoc est* Gu. 2. pr. va. — 21) *cingunt* addidi e Gu. 1., ut est ap. Virg. Aen. IV, 41. — 22) Vulg. add. *et*, quod om. Gu. 1. — 23) *et* addidi e Gu. 1. — 24) *ingloriosus* Gu. 2. — alterum *sine* om. va. — 25) Sic Gu. 1. — *habeat* vulg. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Inveteratus* vulg. — 27) *est* addidi e Gu. 1. — 28) *atque* Gu. 1. pro *et* — 29) *et* addidi e Gu. 1. pr. va. — 30) *est* add. Gu.

139. Inveterator[26], eo quod sit multi veterisque usus in malitia.

Immanis, quia non est[27] bonus, sed crudelis atque[28] terribilis. Manum enim bonum dicitur. Unde et[29] κατ' ἀντίφρασιν dii manes, minime boni.

140. Immunis, minime munificus[30], ut est in proverbio veteri: *Immunem cives odere sui.* Item immunis, qui[31] non facit munia, id est officio non fungitur. Est enim omni privilegio vacuus.

141. Indemnis, eo quod sine damno vivat, et sine ulla culpa atque periculo.

Iners, sine arte, et ob hoc ne operis quidem ullius[32].

Inermis, vel sine armis, vel sine viribus. Nam semper arma pro viribus accipiuntur[33].

142. Ignavus, ignarus viae, id est rationis et vitae.

Ignarus, non gnarus, id est inscius, vel sine naribus. Olfecisse enim veteres dicebant scisse[34]. Ignarus autem duo[35] significat, vel qui ignorat, vel qui ignoratur.

143. Immemor, qui oblitus est: perdidit[36] enim memoriam.

Inscius, quia[37] sine scientia est.

Idiota, imperitus, Graecum nomen[38].

Imperitus, sine peritia.

144. Inconsultus, ab eo, quod non accipit[39] consilium. Item inconsultus, quia est sine consilio et inscius rerum atque[40] ignarus.

Ineptus, apto contrarius est, quasi inaptus.

145. Inops, qui sine terra est: opem enim terram dicimus[41], quia[42] opem fert fructificando. Alii inopem intelligunt non sepultum, inhumatum, cui nec inanis absenti surrexit tumulus[43].

146. Ignobilis, eo quod[44] ignotus et vilis et obscuri generis, cuius nec[45] nomen quidem scitur.

Ircosus, quia sudore corporis foetido putet[46].

Ignotus, ignobilis, vel ex improviso veniens.

147. Improvisus dicitur ab eo[47], quod subito sit, et non porro ante visus.

Index, proditor ab indicando.

Indigena vocatus, quod inde sit genitus[48], id est in[49] eodem loco natus.

148. Impudens, eo quod ab eo pudor et pudicitia procul abest[50].

Impudicus a putore[51] vocatus. Putorem enim foetorem dicimus[52].

2. va. — 31) *quia* Gu. 1. — 32) *ne operi quidem ulli aptus* Ar., quae lectio scholion esse potest. — 33) *accipiuntur* om. Ar. — 34) Sic Gu. 1. — *scisse dicebant* vulg. — 35) *duos* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. Ar. — *perdit* vulg. — 37) *qui* Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. — *Graecum est* vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *accipiat* vulg. — 40) *atque* om. Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *intelligimus* vulg. — 42) *quae* Gu. 2. — 43) Sic Ar. — Gu. 4. *cui nec inane absenti surr. tum.* — Gu. 1. *cui necdum mane absenti* — Gu. 2. va. *cui nec habenti.* — Al. et var. lect. ap. Goth. *cui nec absenti.* Vulcan. coniecit: *cui nec animam habenti suppetit tumulus.* — Vulg. *cui nec animam mane habenti.* Locus est e Serv. Aen. VI, 325. — 44) *sit* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 45) *ne* Ar. — 46) *cui sudores . . . putent* Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. — *dictus eo* vulg. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *inde gen. sit* vulg. — 49) *in* om. Gu. 2. — 50) *procul sint* va. — 51) Sic scripsi, cum in codd. et editt. sit *pudore.* At quum *pudor* per *foetor* explicetur, vix dubium est, quin scribendum sit *putore . . . putorem* pro vulg. *pudore . . pudorem.* — Ar. *paedore . . . paedorem.* — Al. *a pudice.* — 52) Sic Gu. 1. — *dicunt* vulg.

Incestus, propter illicitam commixtionem vocatus, quasi incastus, sicut qui virginem sacram, vel affinitatis[1] suae proximam stupraverit[2].

149. Internecida[3] est, qui falsum testamentum fecit, et ob id[4] hominem occidit.

Inficiator, negator, quia non fatetur, sed contra veritatem mendacio innititur[5].

150. Impostor[6] *. Interceptus[7] proprie dicitur, qui inter duos de medio tollitur.

151. Insidiosus, quod insidiatur[8]. Nam proprie insidere est dolo[9] aliquem exspectare. Unde et insidiae nominatae[10] sunt.

Incincta, id est sine cinctu, quia[11] praecingi fortiter uterus non[12] permittit.

152. Investis, id est sine veste: nondum enim habet[13] stolam, quod[14] est signum maritalis virginitatis.

Iscurra vocatur, quia causa escae quempiam[15] consectatur[16].

K.

153. Katholicus, universalis: Graecum[17] nomen est.

Karus Graecum nomen est, sicut et Karitas, unde et eukaristia[18] sacrificium[19].

L.

154. Luculentus ab eo, quod sit lingua clarus et sermone splendidus.

Lector a legendo dicitur[20], id est percurrendo[21]. Unde et navis dicitur legere, quicquid[22] transit. Nam legit, transit, praeterit, ut[23]:

Crebris legimus freta concita terris.

Item lector a colligendo animo, quae legit, quasi collector: sicut illud[24]:

Qui legitis flores.

155. Loquax non est eloquens.

Laetus a latitudine[25].

Locuples, quasi locis plenus, et possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius de Republica[26] in libro II.: *multaeque dictione ovium et boum*[27], *quod tunc*[28] *erat res*[29] *in pecore*[30] *et in locorum possessionibus: ex quo pecuniosi et*[31] *locupletes vocabantur.*

156. Liberalis dictus ab eo, quod libenter donet, nec murmuret.

1) *affinitati* Ar. — 2) *violaverit vel stupraverit* va. — 3) *Internicida* al. — 4) *odio* Gu. 2. supra vers. *ob id.* — 5) Sic Ar. — *mendacium nititur* vulg. — *innititur* al. — 6) Sic cum lacunae signo titulum posuit Arev. — Al. *impostor*, *mendax*, *commentator.* — 7) Sic Ar. — *interceptor* vulg. — 8) *insidiat* Gu. 2. pr. va. — *insideat* Ar. — 9) Sic Gu. 1. — *dolose* vulg. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *cognom.* vulg. — 11) *qua* Gu. 2. — 12) *non* addidi e Gu. 1. pr. va. Ar. — 13) *habuit* Gu. 1. — 14) *quae* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. 2. — *quemlibet* vulg. — 16) *consequatur* Gu. 1. — 17) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. Ar., qui etiam *nomen* om. — 18) Sic Gu. 1. pr. va. — *karistia* Ar. — *euchar.* vulg. — 19) Vulg. add. *id est bona gratia*, quod om. Gu. 1. 2. Ar., qui add. *karismata gratiae.* — 20) Sic Gu. 1. — Vulg. *dicitur a leg.* — 21) *praecurrendo* Gu. 1. — 22) *cum quid* Gu. 2. — 23) Locus est Virg. Aen. III, 127. — 24) Virg. Ecl. III, 92. — 25) *a latit.* om. Gu. 2. Pro *Laetus* al. *Locus.* — 26) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — *in lib. II. de Rep.* vulg. — 27) Sic Cic. de Rep. II, 9. ed. Orell. Opp. Cic. Vulg. *multa, quae editione ovium et boum.* Arev. va. *multaque ditione* etc. ex Nonio v. *Pecuniosus*, ubi idem locus citatur. — 28) *tum* Cic. — 29) Sic Gu. 2. 3. va. Cic. — *erant res* Gu. 1. — Vulg. *res erat.* — 30) Sic Gu. 1. 2. Ar. Cic. — *pecoribus* vulg. — 31) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. Cic. — 32) Vulg. add. *abundans*, *affluens*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Al. *largus*, *munificus*, *humanus.* Lacunae signum posuit Arev. — 33) *longi* addidi e Gu. 1. pr. va. Ar. — *longaevi et longi temp.* Gu. 2. — 34) *magnanimis* Gu. 2. al. pr. va. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *passionibus perturbatur.* — 36) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 37) *in* om. Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. ed. Goth. — *de qua* vulg. Locus est e Proverb. Sal. 14, 17. In Vulg. bibliorum

Largus *[32].

Longus a linea dictus, propter quod sit porrectus.

Longaevus, quasi longi aevi et longi[33] temporis.

157. Longanimis, sive magnanimus[34], eo quod nullis perturbatur passionibus[35], sed ad universa sustinenda patiens est. Cui contrarius[36] pusillanimis, angustus, et in[37] nulla tribulatione subsistens, de quo[38] scribitur: *Pusillanimis vehementer insipiens.*

158. Levis ob inconstantiam vagationis appellatus[39], quia levi motu mentis nunc ista, nunc illa[40] desiderat.

Lubricus ab eo, quod labitur[41].

Labens interdum velox, ut[42]:

Labere, nympha, polo,

et[43]:

Labere pennis.

Cursu[44] enim lapsus celerior est.

159. Latro insessor est viarum, a latendo dictus: Aelius autem *latro est*, inquit, *latero a latere, insidiator viae*[45].

Lanista, gladiator, id est carnifex Tusca lingua appellatus, a laniando[46] scilicet corpora.

160. Lacessitor per translationem dictus a canibus, vel a feris, quae solent lacerando provocare.

Leno, conciliator stupri, eo quod aliorum mentes[47] blandiatur[48], et deliniendo seducat.

Libidinosus ab eo, quod facit[49], quod libet[50].

Luxuriosus, quasi solutus in voluptatibus[51]: unde et membra loco mota luxa dicuntur.

Lascivus[52], quod sit laxus[53], id est solutus et vanus.

161. Lymphaticus[54] proprie dicitur, qui vitium ex aqua contrahit: cuius vitium est huc atque illuc currere[55], aut[56] a fluore[57] aquae sumpto vitio. Sed poetae iam hoc genus nominis pro furiosis usurpant.

162. Languidus *. Luridus[58], quod sit pallidus, a loro[59] dictus, quod huiusmodi habet[60] cutem.

Leprosus a pruritu nimio ipsius scabiei[61] dictus, unde et per p scribitur[62].

est: *qui autem impatiens exaltat stultitiam suam.* — 39) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *appellatur.* — 40) *alia* Gu. 1. — 41) *elabitur* Gu. 2. — 42) Virg. Aen. XI, 588. — 43) Virg. Aen. IV, 223. — 44) *Cursus* Gu. 2. — 45) Sic Arev., cui proxime accedit Gu. 1. *Alias enim latro est*, inquit, *latro vel latro* (i. e. *latro* al. *latero*) *a latere, insidiator viae.* — Gu. 2. *Melius autem latere est, in quod oblatere insidiator viae*, quod corruptum est idem cum scriptura Gu. 1. — Ed. pr. *Melius autem latro est, inquit, latero ab latere, insidiator viae.* Om. explicationem edit. va. — Vulg. *Melius autem latro est quasi latero, qui a latere insidiatur viae.* — *Aelius* est Aelius Stilo, cuius saepe meminit Festus. De voce *Latro* vid. Paulum Excerpt. Festi p. 88. ed. Lindem. Corp. Gramm. Vol. II. et Commentar. ad eundem locum p. 476. — 46) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. ed. Goth.. — *laniendo* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *mentes miserorum* vulg. — 48) Sic Gu. 1. al. — *blandiat* vulg. — 49) *faciat* al. va. — 50) Vulg. add. *Libidinosus a Libero, qui puellarum* (*puellari* Ar. — Gu. 2. *Libidiciosus a liberisque puellarum*) *corpore pingitur*, quae om. Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. — *quasi sol. in voluptates* Gu. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *Lux solutus in voluptates.* — 52) *dictus* add. al. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. ed. Goth. — *luxus* vulg. — 54) Praecedunt vulg. haec: *Lymphaticus, quod aquam timeat, quem Graeci ὑδροφόβην vocant.* Quae om. Gu. 1. (ὑδροφόβον Ar.) — 55) *cursus* al. ap. Goth. — 56) *aut* om. va. — 57) *furore* var. lect. ap. Goth. — 58) Sic Gu. 1. 2. Ar., qui recte lacunae signum posuit post *Languid.*, quod vulg. om. — 59) *pallore* Gu. 1. — *loro, colore* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. — *habeat* Gu. 2. pr. va. Ar. ed. Goth. — *habeant* vulg. — 61) *scabie* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. — *scribi dicitur* vulg. — *scribi debet* pr. va. Ar.

163. Luscus, quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus[1], qui vespere[2] nihil videt. Luscos[3] coclites dixerunt antiqui, unde et Cyclopas coclites legimus dictos, quod[4] unum oculum habuisse perhibentur.

Lotus, lavatus[5], id est mundus.

Lupa meretrix a rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros et apprehendat.

M.

164. Misericors a compatiendo alienae miseriae vocabulum est sortitus[6]: et hinc appellatam misericordiam[7], quod miserum cor faciat dolentis alienam miseriam[8]. Non autem[9] occurrit ubique haec etymologia: nam est in Deo misericordia sine ulla cordis miseria.

165. Mactus magis auctus gloria, et est nomen tractum a sacris. Quotiens enim thus, aut vinum super victimam fundebatur dicebant: mactus est taurus vino, vel thure, hoc est cumulata est hostia et magis aucta.

166. Munificus dicitur[10], vel quia[11] alicui multa munera[12] dat, vel quia munus suum, id est officium, quod debet, implet[13]: sic et munifex, quia munera fert.

167. Magnus *[14]. Magnanimus[15] eo[16] quod sit magni animi et magnae virtutis. Cui contrarius est[17] pusillanimis.

Magnificus[18] a magna faciendo vocabulum traxit.

168. Mansuetus, mitis vel domitus, quasi manu assuetus.

Modestus a modo dictus[19] et temperie[20]: nec plus quicquam, nec minus agens.

Mitis, lenis et mansuetus et cedens improbitatibus, vel[21] ad sustinendam tacens iniuriam[22] quasi mutus.

169. Mutus eo, quod ei vox non est, nec sermo[23], nisi[24] mugitus: vocalem enim spiritum per nares quasi mugiens emittunt[25].

Memor, vel quia[26] memoriam[27] tenet, vel quia memoria tenetur.

170. Magister maior in statione: nam στερὸν Graece statio[28] dicitur.

Minister in statione minor[29], sive quia[30] officium debitum manibus exequitur.

171. Maior, minor, minimus; a numero monadis, quod post eum non sit alter.

Maximus aut meritis, aut aetate, aut honore, aut[31] facundia, aut virtute, aut omnibus magis eximius[32].

172. Modicus, parvus, sed abusive, caeterum rationabilis.

1) Sic Gu. 1. 2. al. Ar. — *lusciosus* vulg. — 2) *vesperi* va. — 3) *quos* add. Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. 2. al. — *qui* vulg. — 5) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *lautus*. — 6) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *sort. est.* — 7) Sic al. et Arev. — *appellata misericordia* Gu. 2. pr. — Vulg. *appellata miseria*. — Gu. 1. *appellatam miseriam*. — 8) *aliena miseria* Gu. 2. pr. va. — 9) *enim* Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. 2. al. — *dictus* vulg. — 11) *qui* Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. — *munera multa* vulg. — 13) Sic Gu. 1. — *adimplet* vulg. — 14) Hoc addidi e Gu. 1. Ar., qui recte lacunae signum posuit. — 15) *Magnanimis* Gu. 2 al. pr. va. — 16) Vulg. *ab eo*, sed *ab* om. Gu. 1. — 17) *est* addidi e Gu. 1. 2. va. — 18) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. — 19) *dictus a modo* Gu. 2. va. — *dictus* al. om. — 20) *tempore* va. — 21) *vel* pro *et* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *iniur. tac.* — 23) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia vox eius non est sermo*. — 24) *sed* va. — 25) Sic Gu. 1. — *emittit* vulg. — 26) *quia* pro *qui* utroque loco Gu. 1. al. — 27) *memoria* al. — 28) *Latine stat.* al. — 29) Sic Gu. 1. — *minor in stat.* vulg. — 30) *qui* Gu. 2. — 31) *aut* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 32) *et maximus est* add. Gu. 1. al. — 33) *dicitur* addidi e Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. (nisi quod *enim* pro *autem*) — Vulg. *Sec. autem Cic.* — 35) Sic Gu. 1. va. — *amiserunt*

Moderatus a modo scilicet et temperamento.

Mediocris, quod modicum illi sufficiat.

173. Miser proprie dicitur[33] eo, quod omnem felicitatem amiserit. Secundum Ciceronem autem[34] proprie mortuus, qui in Tusculanis miseros mortuos vocat, propter quod iam amiserint[35] vitam.

Miserabilis, quod sit miseriae habilis.

174. Moestus naturaliter tristis, non casu. Est enim a natura animi et mentis[36]: unde et moestus.

175. Mendicus dictus, quod[37] minus habet unde vitam degat[38]: sive quia mos erat apud antiquos os claudere egeno[39], et manum extendere, quasi manu dicere[40].

Mendax, quod[41] mentem alterius fallit[42].

176. Malignus, quia malitiae votum, vel opus peragit.

Malus appellatus a nigro felle, quod Graeci μέλαν dicunt: unde et melancholici appellantur homines, quia concursionem humanam[43] refugiunt, et amicorum carorum suspecti sunt.

Malitiosus deterior malo, quod frequenter sit malus[44]: a malo autem[45] peior dicitur: a bono melior[46].

177. Melior dictus quasi[47] mollior: non durus, aut ferreus: nam melius quasi mollius.

Minax ab acie[48] oculorum, quando furiose ardescunt, ut amplius videns[49] pertimescat.

Minator est monitor, sed monitor dicitur, cum pronunciat[50] bona: minator[51], cum nunciat[52] adversa.

178. Mulcator[53], eo quod blandis verbis mulceat ad declinandum animum: translatio a mulso, id est, quod acceptum lenire solet fauces dolentis, aut oppletum sordibus stomachum.

179. Metatores appellantur, qui castra designant, a metiendo scilicet. Lucanus[54]:

Hesperios audax veniat[55] metator in agros.

Mollis, quod vigorem sexus enervato corpore dedecoret[56], et quasi mulier emolliatur.

180. Macer a macie: et macies a moechia[57], eo quod immoderata libido macros faciat, sive a maceratione[58].

Mancus, manu ancus[59].

181. Moribundus morienti similis: sicut vitabundus viventi[60] similis. Quando enim dicimus moriturus est, vere moriturus est: moribundus non vere, sed veri similis[61].

182. Meretrix dicta eo, quod pretium libidinis mereatur. Unde[62] et meritoriae tabernae: nam et milites cum stipendia accipiunt, mereri dicuntur.

vulg. Intelligitur locus Tusc. Disp. I. c. 5. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *mentis et animi* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 38) *minus habet vitam unde degat* va. — 39) Sic Gu. 1. va. — *egenum* vulg. — 40) *manum dare* al. — 41) *quia* va. — 42) Sic Gu. 1. — *fallat* vulg. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *qui ad conversationem hum. ref.* — Gu. 2. *quia conversatione humana* — *ad* om. va. — 44) Sic Gu. 1. — *quia freq. malus* vulg. — 45) *enim* Gu. 1. — 46) *deterior* Gu. 1. Ar. At non notionem, sed comparationem grammaticam significare vult. — 47) *quasi* pro *quia* Gu. 1. 2. al. pr. — 48) Sic Gu. 1. Ar. — *a facie* vulg. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *videns amplius* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. va. — *praenunciat* vulg. — 51) *autem* add. Gu. 2. va. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *praenantiat* vulg. — *pronunciat* va. — 53) *Mulctator* al. — 54) *ut Lucan.* al. Locus est I, 382. — 55) *veniam* al., ut Lucan. — 56) Sic Ar. — Vulg. *enervati corporis dedecore* sine sensu. — 57) Sic Ar. — *macia* vulg. — 58) Vv. *sive a maceratione* addidi e Gu. 1. Ar. — 59) Vulg. add. *vel manu cassus*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 60) *vitanti* Ar. — 61) Sic Gu. 1. — Vulg. *Mor. autem non vere, sed verisimilis morienti est.* — *morientis* Ar. — 62) *Unde* pro *inde* Gu. 1.

183. Morio a morte vocatus, eo quod non vigeat intellectu[1].

Mulio dictus a mulis, eo quod praesidet[2] vehiculis[3].

Manifestus[4] dicitur, quod in manu est promptus.

N.

184. Nobilis non vilis, cuius et nomen et genus scitur.

Nubilis ad nubendum habilis[5].

Nemo ab homine tractum[6], id est ne homo, quod est pro nullo.

Nullus autem[7] quasi ne ullus.

185. Nihili[8] compositum est ex nil et hilo. Hilum autem[9] Varro ait significare medullam eius ferulae, quam Graeci *ἀσφόδελον*[10] vocant: et sic dici apud nos nihilum, quomodo apud Graecos *οὐδὲ γρῦ*[11].

186. Nequam a malo plerique[12] distinguunt: alium[13] perniciosum: alium nugacem[14] existimantes, ut ait Monatius: *Hic adolescens nequam, non malus*, id est nugax[15], non[16] perniciosus. Alii confundunt, quasi utrumque unum idemque significent[17].

187. Nequaquam[18], eo[19] quod nec quicquam[20], id est ex eo quod nihil sit, veteres voluerunt dictum esse[21].

Neuter neque ille, neque iste[22], quasi diceret[23] nec uterque.

188. Nefarius, non dignus farre, quo primo cibi genere vita hominum sustentabatur[24]. Alias nefarius nec dicendus[25].

Nefandus, id est nec dicendus[26].

Nutritor quasi nutu eruditior[27].

189. Nuncius est[28] et qui nunciat et quod nunciatur, id est *ἄγγελος καὶ ἀγγελία:* sed nuncius ipse homo genere masculino: id vero, quod nunciat[29], genere neutro, ut hoc nuncium, et haec nuncia.

190. Nazaraeus, id est sanctus Dei. Nazaraeus olim dicebatur, qui sanctam comam nutriebat, et nihil contaminatum conspiciebat[30], abstinens se a vino, omnique sicera, quae mentem ab integra sanitate pervertit.

191. Nugas[31] Hebraeum nomen est. Ita enim in prophetis expositum[32], ubi dicit Sophonias[33]: Nugas, qui a lege recesserunt, ut nosse possimus linguam Hebraicam omnium linguarum esse matrem.

1) Interpretationem om. Gu. 2. — 2) *praesit* va. — 3) Vulg. *iisdem veh.*, sed pron. om. Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. — *Manifestum . . . promptum* vulg. Om. glossam Gu. 2. — 5) Om. glossam Gu. 1. — 6) Vulg. add *est*, quod om. Gu. 1. 2. — 7) *enim* Gu. 1. — 8) *Nihil* al. — 9) *enim* Gu. 1. — 10) *aeson* Gu. 2. in marg. ἀσφοδελον. Om. pr. va. — 11) Sic Ar. Proxime Gu. 4. *iudetori.* Gu. 1. 2. *videtur* — ed. pr. *videto.* — Ed. va. *videtote.* — *quemadmodum* pro *quomodo* va. — 12) *plerique* om. va. — 13) *alii . . . alii* va. Fortasse hoc verum est. — 14) Gu. 1. 2. va. Ar. *nugam* e compendio script. — *nugas* al. — 15) *fugax* Gu. 1. 2. al. — *nugas* Ar., qui explicationem ipsam literarum distinctione Monatii inesse indicare vult, quod non verum puto. Grial. censet *Matius* legendum esse, cuius Mimoiambi a Terentiano citantur. — 16) *non* om. Gu. 1. 2. al. pr. — 17) Sic Gu. 1. — *significet* vulg. — 18) *Nequam* Gu. 2. al. pr. va. — *nequitiam* al. — *nequiquam* al. — *nequicquam* al. — 19) *ex eo* Gu. 2. — *eo* om. va. — 20) Vulg. add. *sit*, quod om. Gu. 1. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *esse dictum voluerunt.* — Gu. 2. pr. va. *dictum esse vol.* — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *neque iste, neque ille.* — 23) Sic Gu. 1. al. va. — *dicat* vulg. — 24) *sustinebatur* Ar. — 25) Vv. *Alias nefarius nec dicendus* addidi e Gu. 1. — *Alias nefarius* cum lacunae signo Arev. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *nec nominandus quidem.* — *non nominandus* Gu. 2. — 27) Hanc glossam addidi e Gu. 1. Ar. — 28) *est* pro *enim* Gu. 1. 2. al. va. Ar. — *et* prius om. Gu. 2. va. Ar. — 29) *cui nunciatur* Gu. 1. —

192. Nugigerulus appellatus ab eo, quod sit[34] turpis nuncius.

Negligens, nec legens[35].

193. Nepos dictus a genere quodam serpentium[36], quod[37] natos suos consumit[38], excepto eo[39], qui dorso eius insederit: nam rursus ipse qui servatus fuerit, consumit patrem: unde et[40] homines, qui bona parentum per luxuriam consumunt, nepotes dicuntur. Hinc quoque nepotatio pro luxuria ponitur, qua certe quaeque res consumuntur.

194. Niger, quasi nubiger: quia[41] non serenus[42], sed fusco operitur[43]. Unde et nubilum diem dicimus tetrum[44].

O.

195. Orthodoxus vir[45], rectae gloriae[46].

Orator ab ore vocatus, a perorando nominatus, id est dicendo: nam orare dicere est.

196. Obaudiens, ab aure, eo quod audiat imperantem.

Ospes, quod inferat ostio pedem[47].

Ospes facilis, apertus et ostio[48] patens: unde et ospitalis[49] homo dicitur.

197. Osor inimicus ab odio dictus: sicut amator ab amore, et est generis communis. Osor, qui odit et ab aliis oditur[50].

Odibilis, odio habilis[51].

Obsitus, obsessus, id est, undique insidiis convallatus.

198. Obscenus impurae libidinis, a vitio obscuro[52] dicitur[53].

Obtunsus[54], hebetior et obclusior[55], quasi ex omni parte tunsus.

Obnixus[56], contranisus et conabundus[57].

Obnoxius[58], quia obligatus est nexibus culpae.

199. Oblectator[59], quasi cum lacte et fraude[60], ut Terentius[61]:

Nisi me lactasses[62] amantem.

Unde et oblectare[63] dictum est.

Obtrectator, malignus, et qui obstringillando[64] officiendoque non sinat[65] progredi et augescere.

200. Orbus, quod[66] liberos non habet[67], quasi[68] oculis amissis.

Opifex, quod opus faciat aliquod.

Opilio, custos ovium[69].

nunciatur va. — 30) *accipiebat* Ar. — 31) Vulg. add *autem*, quod om. Gu. 1. — 32) Vulg. *est expos.*, sed *est* om. Gu. 1. — 33) Locus videtur intelligi Sophon. c. 3, 4. — 34) Vulg. add. *garrulus*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 35) Vulg *quasi necleg.*, sed adverb. om. Gu. 1. — *Neglegens* Gu. 2., omissa interpretatione. — 36) Sic Gu. 1. — Vulg. *scorpionum.* — 37) *quod* Gu. 1. pro *qui.* — 38) *consumunt* al. — 39) *excepto eum* gothici. — 40) *et* addidi e Gu. 1. va. — 41) *qui* Gu. 2. — 42) *sereno* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — *coopertus est* vulg. — *opertus est* Ar. — *opertus* om. *est* Gu. 2. — 44) Sic Gu. 1. — *tetrum dicimus* vulg. — 45) *vir* addidi e Gu. 1. — 46) *Graecum est* add. al. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ostiis pedes* vulg. — 48) *ostium* Gu. 1. — 49) *hospitalis* Gu. 1. — 50) Vv. *Osor, qui* etc. addidi e Gu. 1. — 51) *habitus* Gu. 2. al. — 52) *obscurutus* Gu. 2. — 53) Sic Gu. 1. — *dictus* vulg. — 54) *Obtusus* al. — 55) Sic Gu. 1. 2. 4. pr. va. Ar. — *obscurior* al. — *obtusior* vulg. — 56) Om. hanc glossam Gu. 1. — 57) *dicitur* add. al. — 58) *Obnixus* Gu. 1. al. — 59) *Oblactator* Gu. 1. al. Interpretationem om. va. — 60) *lacte cum fraude* Gu. 1. — 61) Andr. IV, 1, 24. — 62) *oblactasset* Gu. 1. — *lactasses* (with *ob* written above) (sic) Gu. 2. — 63) *oblactare* Gu. 1. — 64) *obstrangulando* Gu. 1. va. — 65) Vulg. add. *quempiam*, quod om. Gu. 1. — 66) *qui* al. — 67) Sic Gu. 1. 2. al. — *habeat* vulg. — 68) *et quasi* Gu. 1. — 69) *ovium pastor* al. — Vulg. add. *quasi ovilio*, quae om. Gu. 1. 2.

P.

201. Prudens, quasi porro videns. Perspicax est enim[1], et incertorum[2] praevidet casus. Patiens est[3] dictus a pavendo[4]: pavere enim ferire est: percutitur enim et tolerat.

202. Perfectus, cui nihil iam[5] adiici potest. Huic nomini apud Grammaticos comparatio non adiicitur, quia si dixeris: ille perfectior est, iste perfectus non erit.

203. Pulcher ab[6] specie cutis dicitur[7], quod est rubens pellis[8]: postea transiit hoc nomen in genus. Nam pulchritudo hominis aut in vultu est, ut[9]:

Os[10] humerosque Deo similis.

aut in capillis, ut:

Namque ipse decoram
Caesariem.

aut in oculis, ut:

Laetos oculis afflarat honores.

aut in candore, ut:

Quale manus addunt ebori decus.

aut in lineamentis, ut[11]: *Te multo plus figura et lineamenta hospitis delectabant.* aut in proceritate, ut Turnus:

Vertitur in mediis, et toto[12] vertice supra est.

204. Pellax[13] a pelliciendo[14].

Perspicax, splendidus, eo quod perluceat.

Perpetuus[15] *.

Perennis ab eo, quod[16] perpetuus annis.

205. Praesul vocatus, quod[17] praeest solicitudine.

Praepositus appellatus ab[18] eo, quod sit subiectorum ac famulantium ordinator, vel rector.

Patroni a patribus dicti[19], quod huiusmodi affectum clientibus exhibeant, ut[20] quasi patres illos regant.

206. Paedagogus[21], cui parvuli assignantur[22]. Graecum nomen est, et est compositum ab eo, quod pueros agat, id est doceat[23], et lascivientem[24] refrenet aetatem.

207. Praesens dictus, quod sit prae sensibus, id est, coram oculis, qui sensus sunt[25] corporis.

Prior, quod primus sit[26] ordine[27]: et primus quasi praeminens.

Primus *. Postremus[28] *.

1) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *enim est* vulg. — 2) *incertos* al. — 3) *est* addidi e Gu. 1. — 4) *paviendo . . . pavire* Ar. — 5) *iam nihil* Ar. — 6) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 7) Sic Gu. 1. — *dictus* vulg. — — 8) *id est pellis* Gu. 1. — 9) *est* add. Gu. 2. — 10) Virg. Aen. I, 589—592. — 11) Cic. in Verr. II, 36. extr., ubi est: *eum multo magis figura* etc. — 12) *tota* Gu. 1. — Virg. Aen. XI, 683. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — *Pellex* vulg. — 14) *pelliciendo* Gu. 1. — *perliciendo* Gu. 2. — 15) Vulg. add. *perennis*, quod om. Gu. 1. Ar., qui lacunae signum apposuit. — 16) *sit* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 17) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 18) *ab* addidi e Gu. 1. — 19) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. — 20) *aut* Gu. 1. — 21) *est* add. Gu. 2. Ar. — 22) *qui parvulis assignatur* Ar. — 23) *ducet* Ar. — 24) *lasciv. et* Gu. 1. — *refrenat* va. — 25) *sunt sensus* Gu. 2. — *sensus est* va. — 26) *sit primus* va. — 27) Vulg. *in ord.*, sed *in* om. Gu. 1. Ar. — 28) Sic cum lacunae signis Ar. Gu. 1. *Primus posterioribus.* — Gu. 2. *primus postremus.* — Vulg. *Primus*, *posterior*, *postremus.* Om. totum va. — 29) *quaeque* Gu. 1. pr. va. — *quicquid, quod* Gu. 2. — 30) Vulg. *et nemo*, sed *et* om. Gu. 1. — 31) Vide eundem Tullii locum ap. Nonium I. nr. 204. In-

208. Potens, rebus late patens: unde et potestas, quod pateat illi quaqua[29] velit, nemo[30] intercludat, nullus obsistere valeat.

Praeopimus, prae caeteris opibus copiosus.

209. Pecuniosos Tullius[31] primum eos dictos refert, qui plurimam habuissent pecuniam, id est pecora. Ita enim eos antiqui[32] appellabant. Paulatim autem[33] per abusionem nomen ad[34] aliud devolutum est[35].

210. Pervicax proprie dicitur, qui[36] in proposito suo ad victoriam perseverat. Antiqui enim viciam[37] dicebant, quam nos victoriam: credo, quod inde dicitur[38] herba vicia[39], id est victorialis.

211. Pernix a pernitendo tractum[40], id est in conatibus perseverando. Alii pernicem velocem intelligunt pedibus. Nam pernicitas pedum est, ut[41]:

Pernicibus ignea plantis:

sicut celeritas pennarum est, ut[42]:

Celerique fuga sub sidera lapsae.

212. Piger, quasi pedibus aeger. Est enim tardus ad incedendum: quod nomen per usum transiit[43] ad animum.

Pernox, pervigilans nocte. Perseverans[44] *.

Pertinax, impudenter tenens, quasi pertinens.

213. Petulans nunc quidem pro audace et improbo ponitur: olim autem[45] acerbi flagitatores, et proprie argentariorum pueri coactorum[46], eo[47] quod pretia rerum crebrius et asperius exigebant, a petendo petulantes vocati[48].

214. Procax proprie dicitur[49] idem quod petax. Nam procare[50] est petere: unde et petitores nuptiarum[51] proci dicuntur.

215. Prodigus sumptuosus atque consumptor, qui omnia porro agit et quasi proiicit[52].

Profugus proprie dicitur, qui procul a sedibus suis vagatur, quasi porro fugatus.

Peregrinus longe a patria positus, sicut alienigena.

216. Proiectus quasi longe et procul iactatus[53], sicut et produxit, quasi porro illum duxit[54], et[55] provocavit, quasi[56] porro illum vocavit.

Proiectus, quasi porro eiectus ac proiactatus[57], unde:

Proiectaque[58] *saxa Pachyni*

id est porro iactata.

217. Proscriptus, cuius bona palam et[59] aperte describuntur[60], bonisque fisci agglomerantur.

telligitur locus e Cic. de Rep. II, 9. extr. ed. Orell. Opp. Cic. — 32) Sic Gu. 1. — Vulg. *antiqui eos* — *et ant. eos* Gu. 2. pr. — 33) *enim* Gu. 1. — 34) *ad* om. Gu. 1. 2. al. va. — *in nomen aliud* al. — 35) *divulgatum est* al. — 36) *quia* Gu. 1. — *Pervicax quasi per vicium audax pr.* etc. va. — 37) *vicam* Gu. 2. — *vigiam* var. lect. ap. Goth. — 38) Sic Gu. 1. — *dicatur* vulg. — 39) *vicea* Gu. 2. — *vigia* al. — 40) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 41) Virg. Aen. XI, 218. — 42) Virg. Aen. III, 243. — 43) *et* add. Ar. va. — 44) Sic cum lacunae signo Ar. — Al. add. *ardens*, *strenuus*, *laboriosus*. — 45) *enim* Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *arg. coact. pueri.* — *coactorum* om. Gu. 2. — 47) *eo* addidi e Gu. 1. — 48) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 49) *dicitur* addidi e Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *procari* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *nupt. petit.* vulg. — 52) *procit* pr. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *iactus* vulg. — 54) *duxit* om. Gu. 2. — 55) *et* om. Gu. 1. — 56) *quasi* om. Gu. 2. — 57) Sic Gu. 2. 4. Ar. — *iactatus* Gu. 1. — *proiectatus* vulg. — 58) *que* om. Gu. 2. va. — Locus est Virg. Aen. III, 669. — 59) *et* om. Gu. 1. — 60) *scribuntur* Gu. 2. Ar.

Praescriptus ordinem significat, sicut et praescriptiones apud Iuris consultos.

218. Procinctus et expeditus est[1] et armatus, unde et *In procinctu*, cum[2] belli causa arma sumebant.

Praecinctus eo, quod ante se ponat[3] aliquid, pro praecingitur. Unde et de Domino dictum est: *Praecinctus est linteo, et lavit pedes*[4] *discipulorum suorum.*

219. Praedo est, qui populando alienam provinciam invadit[5]. Praedo autem[6] ab abigendo praedas dictus, et praedo, qui praedam habet.

Praedator autem est, cui debetur de praeda aliquid[7].

220. Plagiator ἀπὸ τοῦ πλαγίου, id[8] est ab obliquo, quod non certa via gradiatur[10], sed pelliciendo dolis.

Piratae sunt praedones maritimi ab incendio navium transeuntium, quas capiebant, dicti. Nam πῦρ ignis est.

221. Peculator pro eo, quod sit pecuniae publicae defraudator.

Pugillator, qui de manu in manum nummorum[11] aliquid subtrahit.

Proditor propter quod[12] detegit. Item proditor perditor, ut[13]:

Unius ob iram
Prodimur.

222. Perfidus, quia fraudulentus est et sine fide, quasi perdens fidem.

Periurus, qui periurat[14], id est male iurat[15]. Periurus autem[16] in verbo r non habet. Nam peiero[17] et deiero dicimus.

223. Praevaricator male fidei advocatus, et qui vel in accusando nocitura, vel[18] in defendendo profutura praetereat, aut inutiliter dubieque ponat mercedis[19] gratia, scilicet[20] corruptus. Cicero: *Quid enim tam praevarum*[21], id est valde varum.

224. Pellax dolosus et fallax, a pelle, id est vultu. Foris enim, ut fallat, arridet, sed nequitiam intus gerit[22].

Profanus quasi porro a fano. Sacris enim illi interesse non licet[23].

225. Patricida[24] proprie dicitur interfector parentis[25], quamvis quidam veteres hunc pa-

1) Sic Gu. 1. — Vulg. *Proc. expeditus et armat.* — 2) Vulg. *id est cum* etc., sed *id est* om. Gu. 1. — 3) *ponunt* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. va. al. — Vulg. praec. *linteo lavit pedes* etc. Locus est ex Ioann. 13, 5 — 5) Sic Gu. 1. — Vulg. *invadit provinc.* — 6) *autem* addidi, quum in Gu. 1. esset *enim*, quod in hoc cod. fere semper pro *autem* ponitur. Sic mox *enim* post *Praedator* exhibet, ubi scribendum est aperte *autem*. Neutrum horum vulg. — *Praedator, hoc est* Gu 2. — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *de praeda debetur aliquid.* — 8) *hoc* al. — 9) *ab* addidi e Gu. 1. — 10) *gradiantur* Gu. 1. — 11) *numerorum* va. — 12) Sic Gu. 1. — *pro eo quod* vulg. — 13) Virg. Aen. I, 252. — 14) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia perpere* (*propere* Gu. 2, pr. va. ed. Goth.) *iurat.* — 15) *iurat* om. Gu. 2. — 16) *enim* Gu 1. — 17) *peiuro . . . deiuro* Gu. 1. — *et deiero* om. al. — 18) *vel qui* Gu. 2. — 19) *mercedem* Gu. 1. var. lect. ap. Goth. — *mercede* Gu. 2. — *mercede, non gratia* va. — 20) *scilicet* Ar. pro vulg. *licet.* — Gu. 1. *licet vero Cicero corr.* — Gu. 2. *vero licet corr.* — 21) *praevarium . . . valde varium* Gu. 1. — Notabilis lectio. — Ed. va. *quid enim tam praevarium est, id est* etc. Locus est e perdito Ciceronis libro. Affert eum ex nostro loco Orell. in Fragmm. Cic. Varr. IV, 1. p. 581. Opp. Cic. Vol. IV. P. II. — Pro *valde*, ut Gu. 1. Ar. exhibent, vulg. est *valide*, — 22) *tegit* al. — 23) Sic Gu. 1. — *non licet interesse* vulg. — 24) *Parricida* Ar. — Al. *parracida* et *parracidium.* — 25) *parentum* Gu. 2. — 26) Vulg. add. *qui hominem occiderat*, quae om. Gu. 1. Ar. — *occiderit* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. — Vulg. *in quocunque* — *in* om. pr. va. — utrumque Gu. 2. — 28) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. et *persecutus* pro *persecutor* e Gu. 1. 2. va. — 29) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *secutor* vulg. — 30) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — *sectantur .... cognominati sunt* Gu. 2. — 31)

renticidam dixerint[26], quoniam parricidium et homicidium quocunque modo[27] intelligi possit, cum sint homines hominibus pares.

226. Persecutor non semper pro malo intelligitur, unde et Persecutus[28], perfecte secutus[29].

227. Publicanus est, qui vectigalia publica exigit, vel qui per publica negotia seculi lucra sectatur, unde et cognominatus[30].

228. Peccator a[31] pellice, id est a[32] meretrice vocatus, quasi pelicator, quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum significabat, postea transiit hoc vocabulum[33] in appellationem hominum[34] iniquorum[35].

229. Prostitutae meretrices a prosedendo in meritoriis, vel in fornicibus.

Pellex apud Graecos proprie dicitur, a Latinis concuba[36]. Dicta autem a fallacia, id est versutia, subdolositate, vel mendacio.

Procurvus quasi per longum curvus.

230. Pavidus[37], quem vexat trepidatio mentis. Habet[38] cordis pulsationem, cordis motum[39]. Nam pavere[40] ferire est, unde et pavimentum.

231. Petra[41] et rupes[42] a duritia saxorum nominantur.

Petulcus[43] ab appetendo[44], unde etiam[45] meretrices petulcas vocamus.

Pusillanimis a[46] pusillo animo.

Productus, quasi porro ductus. Pisinnus *. Pellicanus[47] *.

Q.

232. Quaestor a quaerendo dictus, quasi quaesitor.

Quaestuosus[48] *. Querimoniosus *.

233. Querulus[49], quia querelam infert.

Quietus, quod sit ipse sibi animo securus, neminem tangens.

R.

234. Religiosum[50] ait Cicero[51] a relegendo appellatum, qui retractat, et quasi relegit[52] ea, quae ad cultum divinum pertinent[53]. Hinc[54] sunt dicti religiosi ex religendo[55], tanquam[56] ex eligendo eligentes[57], ex diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes.

a addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 32) *a* addidi e Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *nomen.* — 34) Sic Gu. 1. 2. al. et var. lect. ap. Goth. — 35) Vulg. sequuntur haec: *Peccator item a pectoris caterva cognominatus, pro eo, quod inibi occulta delictorum conduntur.* Quae om. Gu. 1. 2. Ar. — Pro *caterva* suspicatur Arev. *caverna.* — 36) Vulg. add. *vel concubina*, quod est in Gu. 2. supra vers. — Om. Gu. 1. pr. va. Ar. ed. Goth. — 37) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 38) Vulg. add. *enim*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 39) *metum* Gu. 1. — 40) *pavire* Ar. — 41) Sic Gu. 1. al. — *Petrae* vulg., in qua sequitur *autem*, quod om. Gu. 1. — 42) *rupis* Gu. 2. — 43) Vulg. add. *dictus*, quod om. Gu. 1. Ar. — 44) *a petendo* Gu. 2. — 45) *etiam* om. va. — Vulg. add. *et*, quod om. Gu. 1. — 46) Sic Gu. 1. — *Pus. pusillo* etc. vulg. — 47) Sic Gu. 1., nisi quod lacunae signa addidi. — Vulg. *Pisinnus a pusione dictus. Productus, quasi porro ductus. Pellicanus vir sanctus solitudini deditus.* Ar. *Pisinnus a pusione. Productus quasi porro ductus.* — Gu. 2. *Pelicanus vir productus pĭsĭnnus* (sic) — Ed. va. om. vv. *a pusione dictus* et *quasi porro ductus.* Sic etiam pr. — 48) Sic cum lacunae signis scripsi. Nam non *quaestuosus* per *querimoniosus* interpretari potuit Isidor. — 49) *solitudini deditus* add. Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1., sed vitiose *Religiosum . . . . appellatus.* — Vulg. *Religiosus ... appellatus.* — Gu. 4. Arev. *Religiosus . . . appellatur.* — 51) Locus Ciceronis est II. de N. D. 28, 72. — 52) Sic Gu. 1. 2. 3. Ar. — *retractant* — *relegit* Gu. 4. — Supra Gu. 3. 4. *religendo* h. l. — *religit* Gu. 1. 3. — 53) Sic Gu. 1. — *pertineant* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *Hi.* — 55) Sic Gu. 1. 4. va. Ar. — *relegendo* Gu. 2. al. pr. vulg. — 56) *quasi* edit. Goth. pr. va. — 57) *ex legendo elegentes* Gu. 3.

235. Ratiocinator[1] dictus vir magnus, qui[2] de omnibus rebus, quas esse mirabiles[3] constat, potest[4] reddere rationem.

Retractator repetitor; nam retractare[5] est repetere[6] quod omiseras[7].

236. Resipiscens eo, quod mentem quasi post insaniam recipit[8], aut quia resipit[9], qui sapere desierat. Castigat enim seipsum dementiae[10], et confirmat animum[11] suum ad vivendum rectius[12], cavens, ne iterum corruat.

237. Repentinus a repente. Repente[13] autem[14] et[15] adverbium et nomen potest esse.

Robustus fortis, validus, a fortitudine roboreae[16] arboris appellatus.

Rapidus velox pedibus.

Raptor, eo quod corruptor: unde[17] et rapta eo quod corrupta[18].

238. Reus a re, de qua obnoxius est, et reatus a reo est nuncupatus[19].

Reus maiestatis primum dictus, qui adversus rempublicam aliquid egisset, aut qui cum[20] hostibus consensisset. Dictus autem[21] reus maiestatis, quia maius est laedere patriam quam civem unum. Postea etiam et hi[22] rei maiestatis dicti sunt, qui adversus maiestatem principis egisse viderentur, vel qui leges inutiles reipublicae detulerant[23], vel utiles abrogaverant.

239. Rixosus a rictu[24] canino dictus. Semper enim ad contradicendum paratus est, et iurgio delectatur, et provocat contendentem.

Rusticus dictus, quod rus operetur, id est terram.

S.

240. Sapiens dictus a sapore, quia sicut gustus aptus[25] ad discretionem saporis ciborum: sic sapiens ad dinoscentiam[26] rerum atque causarum, quod[27] unumquodque[28] dinoscat, atque sensu veritatem[29] discernat. Cui contrarius est insipiens, quod sit sine sapore, nec alicuius discretionis, vel sensus.

241. Studiosus quasi in studiis[30] curiosus.

Sanctus autem a[31] veteri consuetudine appellatus eo, quod hi, qui purificari volebant, sanguine hostiae tangebantur[32], et ex hoc sancti nomen[33] acceperunt.

242. Sincerus, quasi sine corruptione, cui contrarius est insincerus, id est corruptus, vitiatus[34].

1) *Rationator* Gu. 2. — 2) Sic Gu. 1. — Vulg. *quia.* — 3) *mirabilius* Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. — *possit* vulg. — 5) *homini* add. Gu. 2. — 6) *repetere est* Gu. 2. — 7) *omiserat* Gu. 1. — *quod omiseras* om. Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. 4. Ar. — 9) *resapit* Gu. 2. 4. al. pr. — *recipit* al. — *resipit* vulg. — 10) *dementia* Gu. 2. — 11) *cor suum* al. — 12) Sic Gu. 1. — Vulg. *ad rectius vivendum.* — 13) *Repens* Ar. — 14) *enim* Gu. 1. — 15) *et* om. va. — *et nomen et adverbium* Gu. 2. — 16) *roboris* al. — 17) *unde* pro *inde* Gu. 1. — 18) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 19) *reatum a reo nuncupatum* al. — 20) Sic Gu. 1. — Vulg. *quicunque hostibus.* — 21) *enim* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *autem et hi* vulg. — 23) Sic Gu. 1. va. Ar. — *contulerant* vulg. — *detulerunt* Gu. 2. — 24) *ritu* Gu. 1. va. — 25) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 26) *dignosc.* et *dignoscat* Ar. — 27) *quo* Gu. 2. al. — 28) *unum quod* ed. Goth. — 29) *sensus veritatis* Gu. 1. al. — *sensu veritatis* Gu. 2. al. — 30) Sic Gu. 1. al. — *studiis* vulg. — Vv. *quasi in stud. cur.* om. Gu. 2. — 31) *autem* addidi e Gu. 1., et *a* e Gu. 1. 2. al. pr. — 32) *tingebantur* al. — 33) *sanctionem* al. — 34) Sic Gu. 1. — Vulg. *insinc. vitiatus, corruptus.* — 35) *supreme pater* Ar. — 36) *Suavis sublimis* Gu. 2. pr. — 37) Sic Gu. 1. — *sublime dicitur* vulg. — 38) Virgil. Aen. I, 257. — 39) Sic Gu. 1. Ar. et Virg. — Vulg. *ferens.* — 40) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sic* vulg. — 42) *sollers* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — Vulg. *apud ant. dicebatur* vulg. — 44) *ut* addidi e Gu. 1. — 45) Eunuch. III, 2, 24. — 46) *a re ait* Gu. 1. — Locus Cicer. est II. de N. D. c. 28. — 47) *totis diebus* Gu. 2. — 48) *precabatur et immolabat* Gu. 2. al., qui nominativos exhibent. — 49) *Sollicitus* Gu. 2. — 50) Sic

Supremus, summus, ab eo quod supereminent. Unde et supremas partes[35] dicimus.

Sublimis[36] ab altitudine vocatus honoris. Nam proprie dicitur sublime[37], quod in alto est, ut[38]:

Sublimemque feres[39] *ad sidera coeli.*

243. Speciosus ab[40] specie, vel aspectu: sicut[41] formosus a forma.

Solers[42], quod sit sollicitus in arte et utilis. Solers enim dicebatur apud antiquos[43], qui erat omni bona arte instructus: ut[44] Terentius[45]:

Adolescentem solertem dabo.

244. Superstitiosos ait[46] Cicero appellatos, qui totos dies[47] precabantur[48], et immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent.

Solicitus[49] quia[50] solers et citus atque inrequietus[51].

Sedulus familiare verbum Terentii: hoc est sine dolo: alias assiduus.

245. Sodales dicuntur, qui ad symbolum convenire consueverunt, quasi suadentes[52], alias quasi edales, quod simul edant[53]. Ipsi et[54] socii dicuntur propter periculi[55] aut[56] operis societatem, quasi in una caliga[57], et in uno vestimento[58] manentes.

246. Stultus hebetior corde, sicut quidam ait:

Egomét me[59] *stultum existimo*[60]*: fatuúm me non opinor*,

id est obtunsis[61] quidem sensibus, non tamen nullis. Stultus est, qui per stuporem non movetur[62] iniuria, saevitiam enim perfert, nec ultus est, nec ullo ignominiae commovetur dolore[63].

247. Segnis[64], id est sine igne[65], ingenio carens. Se autem sine significat, ut sedulus sine dolo: securus, quasi sine cura, idem est frigidus[66], per quod inutiles accipimus.

248. Stupidus saepius stupens[67].

Superbus dictus, quia super vult videri[68], quam[69] est: qui enim vult supergredi, quod est, superbus est.

249. Susurro de sono locutionis appellatus est[70], quia[71] non in facie alicuius, sed in aure loquitur de altero detrahendo[72].

250. Seditiosus, qui dissensionem animorum facit et discordias gignit, quam Graeci *διάστασιν* dicunt.

Severus quasi saevus[73] verus tenet enim sine pietate iustitiam[74].

Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *quasi* vulg. — 51) *inquietus* va. — 52) *sua edentes* al. Ar. — 53) Sic Gu. 1. — *quasi sedales, quod simul sedeant* Gu. 4. Ar. — Vulg. *quasi sedales* nihil ultra. — Gu. 2. pr. va. om. vv. *al. q. sed.* — 54) *Ipsi et* om. Ar. — 55) *periculum* al. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. — 57) *in unam caligam* Ar. — 58) Sic Gu 1. — *et uno vestigio* vulg. — *et in uno vest.* pr. — 59) Sic scripsi e coniectura, quum vulg. sit: *Ego me ipsum*, sed *ipsum* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 60) Vulg. *esse existimo*; *esse stultum* Gu. 2. Ar. et sic mox *fatuum esse*, sed utroque loco *esse* omittendum — Gu. 1. *fatuum me esse*, unde *me* recepi. Spengel. ad Fragmm. Stat. Caecil. p. 12. hunc versum affert Afranii nomine laudatum e Salomonis glossis, ubi est *ego me stultum existimo*, *fatuum esse non opinor*. Spengel. ita emendat: *Ego memet stult. exist. fat. esse non op.* — 61) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *obtusis* vulg. — 62) *non movebitur* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *nec ulla ignominia commovetur ad dolorem. commovebitur dolore* Gu. 2. — 64) *est* add. Gu. 1. — 65) *igni* Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. va. Ar. — *frigus* vulg. Sed recte Arev. secundum Grial. *Securus* etc. cum glossa *Segnis* coniunxit, et scribendum censuit *idem est frig.* — 67) *stupendas* va. — 68) Sic Gu. 1. 2. al. Ar. — Vulg. *vult supervideri.* — 69) *quod* Gu. 2. — 70) *est* addidi e Gu. 1. — 71) *qui* Gu. 2. — 72) *detrahendum* Gu. 1. gothici. — 73) Sic Gu. 1. Ar. — *satis* vulg. — *servus* Gu. 2. — 74) Sequitur in Gu. 1. *Suasor a suadendo, quem vult decipere.* Al. ap. Arev., qui coniecit *qui vult.* Eadem glossa est in Gu. 2. sed om. alteram *Suasor decip.* etc.

251. Simulator[1] a simulacro, quod[2] gestat similitudinem eius, quod non est ipse.

Suasor[3], in suam sortem trahens alios[4].

252. Scrupulosus[5] animi minuti et asperi[6]. Scrupo[7] enim est[8] arena durior.

Sacrilegus dicitur ab eo, quod sacra legit, id est furatur.

Sicarius vocatur[9], qui[10] ad perpetrandum scelus telis armatus est. Sica enim gladius est a secando vocatus.

253. Scaevus[11] sinister atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ[12]. Est enim pessimi et crudelis animi.

Scenicus, qui in theatro agit. Theatrum enim scena est.

Scorta, quae a Graecis[13] σκύτη[14] vocantur[15]: quo[16] defricantur pelles, quibus corruptela fit.

254. Spurcus, quod sit impurus.

Scelerosus, quod sit[17] sceleribus plenus, ut lapidosus locus et arenosus[18]. Plus est autem[19] scelerosus, quam sceleratus.

255. Sator seminator, vel pater[20] a semine.

Scurra, qui sectari quempiam solet[21] cibi gratia. A sequendo inde igitur[22] scurras[23] appellatos. Idem[24] assecla, a sequendo.

Satelles, quod adhaereat alteri, sive a lateris custodia.

256. Suffectus, in loco alterius suppositus, quasi suffactus. Unde et consulem suffectum dicimus eum, qui pro alio substituitur.

257. Secundus, quia secus pedes: et tractus est sermo a sequentibus servis pedissequis. Unde et secunda fortuna dicitur, quia[25] secundum nos est, id est prope nos. Unde[26] et res secundae, id est prosperae. Secundae autem a sequendo sunt dictae.

258. Stipulator promissor. Stipulari[27] enim promittere est, ex verbis iurisperitorum, qui etiam stipulum firmum appellaverunt[28].

259. Sanus a sanguine, quia sine pallore est.

Sospes[29] *.

Salus[30] a sale nomen accepisse putatur.

Subtilis ab extenuatione dictus.

260. Sequester dicitur, qui certantibus medius intervenit, qui apud Graecos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent. Quod[31] vocabulum ab obsequendo[32] factum est, quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur.

1) *dicitur* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 2) *quod* addidi e Gu. 1. — Vulg. *Gestat enim.* — 3) Vulg. add. *decipiens, id est,* quae om. Gu. 1. — 4) *alios* addidi e Gu. 1. — 5) *Studiosus .... Scrup.* Ar. — 6) *est* add. Gu. 1. — 7) *Scrupus* Ar. — *Scrupor* va. — 8) *est enim* Gu. 2. pr. va. — 9) *vocatus* Gu. 2. — 10) *quia* va. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Saevus* vulg. — 12) Graeca addidi e Gu. 1. 2. 3. Ar. — Vulg. pro Graecis exhibet *a perversitate*, quod Graecis addit Gu. 2. Graeca cum his Latinis om. pr. va. — 13) *quoque* add. Gu. 2. va. Ar. — 14) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. va. — σκύτεα vulg. — 15) *vocatur* Gu. 1., unde scripsi *vocantur*. — Vulg. *vocabantur.* — 16) *quod* Gu. 1. 2. — 17) Vv. *quod sit* om. Gu. 1. — 18) *ut lapid. et aren. locus* Gu. 2. — 19) *enim* Gu. 1. — Vv. *Plus* usque ad finem om. Gu. 2. — 20) *sator* Gu. 1. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *solet quemp.* — 22) Sic Gu. 1. — *igitur inde* pr. va. Ar. — *igitur scurra inde* Gu. 2. — Vulg. *ergo inde.* — 23) *constat* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — *scurra appellatus* Ar. — 24) *id est* Gu. 1. — 25) *quia* pro *quod* Gu. 1. — *quia secus* va. — 26) *unde* pro *inde* Gu. 1. — *Unde* usque ad finem om. Gu. 2. — 27) *Stipulare* Ar. — 28) Vv. *qui etiam stipulum firmum appellaverunt* addidi e Gu. 1. Ar. Cfr. l. V, 24, 30. — 29) Vulg. add. *salutis hospes*, quae om. Gu. 1. 2. pr. va. (etiam *Sospes* om.) — 30) Hanc glossam om. Gu. 2. pr.

261. Sessilis, quod non videtur stare, sed sedere.

Surdus a sordibus humoris aure conceptis, et quamvis multis casibus accidat[33], nomen tamen aeger ex praedicto vitio retinet.

262. Siccus, quod sit exsiccatus, sive per antiphrasin, quod sine succo sit[34].

Sepultus dictus[35] eo, quod sit[36] sine palpatione[37], vel sine pulsu[38], id est sine motu[39].

263. Sagio[40] ab exigendo dictus.

Sutor a suendis pellibus nominatus[41].

Subulcus porcorum pastor, sicut bubulcus a cura boum[42].

T.

264. Tutor, qui[43] pupillum tuetur[44], hoc est intuetur[45], de quo in consuetudine vulgari dicitur: *Quid*[46] *me mones? Et tutorem et paedagogum olim obrui*[47].

265. Testes dicti[48], quod testamento adhiberi solent, sicut[49] signatores, quod testamentum signent.

266. Tetricus mons in Sabinis[50] asperrimus. Unde et tristes homines tetricos dicimus.

Taciturnus in tacendo diuturnus[51].

267. Trutinator examinator ex iudicii libra perpendens recta, translatione a trutina, quae est gemina[52] ponderum lancis[53].

268. Tristis[54] *. Tenax, nummi cupidior, quod teneat. Interdum et pertinax.

269. Truculentus[55] *. Torvus, terribilis, eo quod sit torto[56] vultu et turbulento aspectu, ut:

torva leaena[57],

et[58]

Cernimus astantes nequicquam lumine torvo.

270. Turbidus, terribilis.

Teter ab obscura tenebrosaque vita. Teterrimus pro fero nimium[59]. Tetrum enim veteres pro fero[60], ut Ennius: *Tetrosque elephantes tenuimus*[61].

Terribilis, quia terrorem[62] habet et timetur.

271. Tergiversator, quod animum quasi tergum vertat huc et illuc, nec facile qualis sit intelligatur[63].

Temulentus a temeto, id est a[64] vino dictus.

272. Timidus, eo[65] quod timeat diu, id est[66] sine[67] sanguine, nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem.

va. — 31) Vv. *Quod voc. .... sequatur* om. Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *a sequendo* vulg. — 33) Sic Ar. — *accedat* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *quod sit sine succo* vulg.. — 35) *est* add. va. — 36) *sit* om. Gu. 2. al. — 37) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *palpitatione*. — 38) *est* add. Gu. 1. al. — 39) *est* add. Gu. 2. — 40) *Saio* Gu. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *nominatur* vulg. — 42) *bovum* Gu. 2. — 43) *quia* Gu. 1. — 44) *tueatur* al. — 45) *intuitur* Gu. 2. — 46) *quod* Gu. 1. — 47) *obrui olim* vulg. — 48) *dicuntur* vulg. — 49) *sic* Gu. 1. — 50) *Samnis* Gu. 2. pr. — 51) Sic Gu. 1. 2. 4. va. Ar. et var. lect. ap. Goth. — Vulg. *diurnus*. — 52) *geminum* Gu. 2. — 53) *lances* Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — *lanx* Ar. var. lect. ap. Goth. — 54) Sic cum lacunae signo Ar. — Om. Gu. 1. va. — 55) Sic cum lacunae signo Ar. Cod. Tolet. l. *Truculentus, crudelis, immanis, saevus*. — 56) Sic Gu. 1. Ar. — *torvo* vulg. — 57) *lupum sequitur lupus ipse capellam* add. Gu. 1. e Virg. Ecl. II, 63. — 58) Virg. Aen. III, 677. — 59) *nimio* Gu. 2. — *nimium* om. ed. Goth. ut etiam vv. *Tetrum enim .... dix.* — 60) *dixerunt* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. 3. — 61) *tenuimus* addidi e Gu. 1. — *elephantos* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. 2. al. — *timorem* vulg. — 63) Sic Gu. 1. — *intelligitur* vulg. — 64) *a* addidi e Gu. 1. — 65) *eo* addidi e Gu. 1. — 66) *id est* al. om. — 67) *sine sang.* pro *a sang.* Gu. 1. — *a* om. Gu. 2.

273. Turpis, quod sit informis et torpeat.

V.

274. Vir a virtute.

Utilis ab utendo bene sua, vel quod bene quid uti[1] possit, sicut docilis, quod[2] doceri possit.

275. Verus a veritate, hinc et verax. Maior est veritas, quam verus, quia non[3] veritas a vero, sed verus a veritate descendit.

Veridicus, quia verum[4] dicit, et veritatis assertor est.

Verecundus, quia verum factum erubescit.

276. Viridis[5], vi et succo plenus[6].

Venustus pulcher, a venis, id est a[7] sanguine.

Vivens, vivus[8].

277. Varius, quasi non unius viae, sed incertae mixtaeque sententiae.

Versutus, eo quod sit eius mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem versa[9], unde et versutia dicitur torta[10] sententia. Plautus[11]:

Versutior est[12], *quam rota figularis.*

278. Vilis[13] a villa, nullius enim urbanitatis est.

Versipellis[14] eo quod in diversa vultum et mentem vertat. Inde et versutus et callidus.

Violentus, quia vim infert.

279. Vecors mali cordis et malae conscientiae.

Vagus, quia[15] sine via.

Vanus a Venere etymologiam trahit. Item vanus inanis, falsus, eo quod sine memoria[16] evanescit[17].

280. Vesanus non probe sanus[18].

Vinolentus, qui[19] et satis bibit et difficile inebriatur.

Vexatus, id est portatus, ab eo, quod est veho, et vecto vexo[20], ut vexasse sit portasse[21].

281. Veneficus eo, quod venenum mortis causa[22] paravit, aut praestitit, aut vendidit.

Vector quasi vehitor. Est autem vector et qui vehit et qui vehitur.

282. Venator, quasi venabulator, a venatione scilicet, qua[23] bestias premit. Venatorum autem sunt quatuor officia[24], Vestigatores, indagatores, alatores, pressores[25].

---

1) *utere* Gu. 2. gothici. — 2) *qui* al. — 3) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. — 4) *veritatem* add. Gu. 2. — 5) Om. glossam Gu. 1. — 6) *quasi vi rudis* add. Arev. — 7) *a* addidi e Gu. 1. — 8) Vulg. *id est vivus*, sed *id est* om. Gu. 1. 2. Ar. — 9) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod eius mens in q. a. ad q. fr. facile vertitur.* — *artem vel fraudem* va. — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *contorta.* — 11) Epidic. II, 3, 35. — 12) *est* om. Ar. — *es* est ap. Plaut. — 13) Hanc glossam om. Gu. 1. — 14) *Versibilis* Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. va. Ar. — *quasi* vulg. — 16) *mora* al. — 17) Sic Gu. 1. — *evanescat* vulg. — *vanescit* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 4. Ar. var. lect. ap. Goth. — *non prope* Gu. 1. 2. — 19) *quia* Gu. 1. va. — 20) Sic Gu. 1. — *vecto vexo* Gu. 2. — Vulg. *vexo vecto.* — 21) *et portasse* Gu. 2. pr. va. — 22) *causa mortis* Gu. 2. — 23) *a venabulo sc. quo* Ar. — 24) Sic Gu. 1. — *Quatuor autem sunt ven. off.* vulg. — 25) Vulg. *et pressores*, sed *et* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 26) Vulg. *dicta est ab eo*, sed *est ab* om. Gu. 1. — *est* om. Gu. 2. Ar. Om. hunc librum cod. Zittav. usque ad cap. II. Incipit a cap. III. — 27) *aliquod* Gu. 2. — 28) Sic Gu.

L I B E R XI.

CAP. I. *De homine et partibus eius.*

1. Natura dicta eo[26], quod nasci aliquid[27] faciat. Gignendi enim et faciendi potens est. Hanc quidam Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt et existunt.

2. Genus a gignendo dictum, cui derivatum a terra nomen[28], ex qua omnia gignuntur[29]; γῆ enim Graece terra dicitur.

3. Vita dicta propter vigorem, vel quod vim teneat nascendi atque crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur, quia gignuntur et crescunt.

4. Homo dictus, quia ex humo est factus[30], sicut et in Genesi dicitur[31]: *Et creavit Deus hominem de humo*[32] *terrae.* Abusive autem pronunciatur ex utraque substantia totus homo, id est ex societate animae et corporis[33].

5. Nam proprie homo ab humo. Graeci autem[34] hominem ἄνθρωπον appellaverunt eo, quod sursum spectet[35] sublevatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod Ovidius[36] poeta designat, cum dicit:

Pronaque cum spectent[37] *animalia caetera terram,*
Os homini[38] *sublime dedit coelumque videre*
Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Qui ideo erectus coelum aspicit, ut Deum quaerat, non ut terram intendat, veluti pecora, quae natura prona et ventri[39] obedientia finxit.

6. Duplex est autem homo: interior et exterior. Interior homo[40] anima, exterior[41] homo corpus.

7. Anima autem a gentilibus[42] nomen accepit, eo quod ventus sit. Unde et Graece[43] ventus ἄνεμος dicitur, quod ore trahentes aerem vivere videamur: sed apertissime falsum est, quia multo prius gignitur anima, quam concipi aer ore possit, quia iam in genitricis utero vivit.

8. Non est igitur[44] aer anima, quod putaverunt quidam[45], qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam.

9. Spiritum[46] idem esse, quod animam, Evangelista pronunciat dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum*[47] *sumendi eam.* De hac quoque anima in ipso Domini[48] passionis tempore memoratus evangelista protulit ita[49], dicens[50]: *Et inclinato capite emisit spiritum.*

1. — Vulg. *cui derivativum nomen a terra.* — *dirivatum est nomen a terra* Gu. 2. va. — *derivatum* Ar. — 29) *gignunt* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *factus est* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *sicut dicitur in Genesi.* — *et* om. pr. va. — 32) Sic Gu. 1. et vetustissimi libri ap. Grial. — *limo* vulg. — χοῦν LXX. in Genes. 2, 7. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *corporis et animae* vulg. — 34) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *enim* Gu. 1., ut solet, pro *autem.* — Vulg. *vero.* 35) *aspectet* Gu. 1. — 36) Metam. I, 84. seqq. — 37) *spectant* Gu. 1. 2. 3. — 38) *hominis* Gu. 1. 2. 3. — 39) *ventris* Gu. 1. 2. Locus est e Sall. Catil. init. — 40) *homo* om. Gu. 2. — 41) *et exterior* pr. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. va. Ar., qui praepos. om. — 43) Sic Gu. 1. 2. va. — *ventus Graece* vulg. — 44) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *non est ergo* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *quidam putaverunt* vulg. — 46) *Ipsum* pro *Spiritum* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *et rursus pot. habeo.* Locus est Ioh. 10, 18. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *De hac q. ipsa Domini anima.* — *anima Domini* Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. — *ita protulit* vulg. — *pronuntiat ita* va. — 50) Ioh. 19, 30.

10. Quid est enim emittere[1] spiritum, nisi quod[2] animam ponere? Sed anima dicta propter quod[3] vivit: spiritus autem vel pro spiritali[4] natura, vel pro eo, quod inspiret[5] in corpore.

11. Item animum idem esse, quod animam, sed anima vitae est, animus consilii. Unde et[6] dicunt philosophi[7] etiam sine animo vitam manere, et sine mente animam durare: unde et amentes[8]. Nam mentem vocari[9], ut sciat: animum[10], ut velit.

12. Mens autem[11] vocata, quod emineat in anima, vel quod meminit. Unde et immemores amentes[12]; quapropter non anima, sed quod excellit in anima[13] mens vocatur, tanquam caput eius, vel oculus. Unde et ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Ita autem haec omnia adiuncta sunt animae, ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita est anima.

13. Nam et memoria mens est, unde et immemores amentes. Dum ergo vivificat corpus, anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est[14]: dum recolit, memoria est: dum recta[15] iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid sentit, sensus est. Nam inde animus sensus dicitur pro iis, quae sentit, unde et sententia nomen accepit[16].

14. Corpus dictum[17] eo[18], quod perit[19]. Solubile enim atque mortale est[20], et aliquando solvendum.

Caro autem[21] a creando[22] est appellata.

15. Crementum enim semen est[23] masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et parentes creatores vocantur.

16. Caro autem[24] ex quatuor elementis compacta est. Nam terra in carne est, aer in halitu, humor in sanguine, ignis in calore vitali. Habent enim[25] in nobis elementa suam quaeque partem: quibus[26] quid[27] debetur compage resoluta.

17. Caro autem et corpus diversa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro. Nam caro est[28], quae vivit, idem et corpus. Corpus[29], quod non vivit, idem[30] non caro. Nam corpus dicitur[31] aut quod post vitam est mortuum[32], aut sine vita est conditum. Interdum et cum vita corpus, et non caro, ut herba et lignum.

18. Sensus corporis quinque sunt, visus[33], auditus, gustus, odoratus[34] et tactus. Ex quibus duo aperiuntur, et clauduntur semper, duo semper[35] patentes sunt.

19. Sensus dicti, quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi.

Unde et praesentia nuncupantur, quod sint prae sensibus, sicut[36] prae oculis, quae[37] praesto sunt oculis.

1) *tradere* Gu. 2. — 2) *quod* om. Ar. — 3) *pro eo quod* al. — 4) Sic Gu. 1. 2. pr. — *spiritnali* Ar. — *speciali* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — *spiret* vulg. — 6) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 7) *philosophi dicunt* Gu. 2. — 8) *amantes* Gu. 1. — 9) Vulg. add. *volunt*, quod om. Gu. 1. 2. al. Ar. — 10) *animam* Gu. 1. — 11) *enim* Gu. 1. — 12) *dicuntur* al. add. — 13) *meminit in anima* pr. va. — 14) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *dum scit*, *mens est: dum vult*, *animus est.* — 15) Sic Gu. 1. — *rectum* vulg. — 16) *accipit* Gu. 1. — 17) *est* add. Gu. 2. va. — 18) Vulg. *pro eo*, sed *pro* om. Gu. 1. pr. va. Ar. — 19) Vulg. *corruptum perit*, sed *corruptum* om. Gu. 1. pr. — *corrumpitur* Gu. 2. — 20) *solub. est enim atque mort.* Gu. 2. — 21) *enim* Gu. 1. — 22) *a carendo vel creando* Gu. 2. — 23) *est semen* va. — 24) *enim* Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *vero* vulg. — 26) *cuius* Gu. 1. al. — 27) *quod* Gu. 2. — 28) *semper* add. al. — 29) *autem* add. Gu. 2. — 30) Sic Ar. va. — *idem et caro* Gu. 1. — *id est non caro* vulg. — 31) *dici* al. — 32) Sic Gu. 1. 2. — *mortuum est* vulg. — 33) *ut visus* al. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *odoratus*, *gustus* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — *semper duo* pr. — *tres semper* Gu. 2. va. — 36) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *id est* vulg. — 37) *quod* Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *fieri quidam asse-*

20. Visus est, qui a philosophis humor vitreus appellatur. Visum autem quidam fieri asserunt[38] aut externa aetherea luce[39], aut interno spiritu lucido per tenues vias[40] a cerebro venientes, atque penetratis[41] tunicis in aerem exeuntes, et tunc commixtione similis materiae visum[42] dantes.

21. Visus dictus, quod vivacior[43] sit caeteris sensibus ac praestantior, sive[44] velocior, ampliusque vigeat, quantum memoria inter caetera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde[45] omnia manant[46], ex quo fit, ut ea, quae ad alios pertinent sensus, videre dicamus, veluti cum dicimus: Vide quomodo sonat, vide quomodo sapit, sic et caetera.

22. Auditus appellatus, quod voces hauriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos[47].

Odoratus quasi aeris odore attactus[48]. Tacto enim aere sentitur, sicut[49] et olfactus, quod odoribus afficiatur.

Gustus a gutture dictus.

23. Tactus eo, quod pertractet et tangat, et per[50] omnia membra vigorem sensus aspergat. Nam tactu probamus, quicquid caeteris sensibus indicare non possumus. Duo autem genera tactus[51] sunt, nam aut extrinsecus venit[52], quod feriat, aut intus in ipso corpore oritur[53].

24. Unicuique autem sensui propriam naturam datam[54]. Nam quod videndum est, oculis capitur, quod audiendum[55], auribus: mollia ac[56] dura tactu aestimantur, sapor gustu, odor naribus ducitur.

25. Prima pars corporis caput tamen[57], datumque illi hoc nomen eo, quod sensus omnes et nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi[58] causa oriatur[59]. Ibi enim omnes sensus apparent. Unde ipsius animae, quae consulit corpori, quodammodo personam gerit.

26. Vertex est ea[60] pars, qua capilli capitis colliguntur, et in qua caesaries vertitur, unde et nuncupatur.

27. Calvaria ab ossibus calvis dicta, per defectionem, et neutraliter pronunciatur.

Occipitium capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quod sit capitis retrorsum.

28. Capilli vocati, quasi capitis pili, facti ut et decorem praestent et cerebrum adversum[61] frigus muniant atque a sole defendant.

Pilos autem dictos[62] a pelle, qua[63] prodeunt, sicut et pilum dicitur a pila, ubi pigmentum contunditur.

29. Caesaries a caedendo vocata, ideoque tantum virorum est. Virum enim tonsum esse[64] decet: mulierem non decet.

verant. — 39) *terra extrema* (*extrema* etiam Gu. 1.) *et aetherea luce* Gu. 2. va. — *externa et aeth. luce* al. — 40) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *venas.* — Gu. 2. *vias vel venas.* — 41) *penetrantes* Gu. 2. — 42) *visus* Gu. 2. — 43) *viator* al. var. lect. ap. Goth. — 44) *sive* al. om. — 45) *et* add. Gu. 1. — 46) *manantur* Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *sonos suscipiat.* — 48) Sic va. var. lect. ap. Goth. Ar. — *odor attactus* Gu. 2. — *adorat tactus* Gu. 1. — *odoris* al. — *odore attractus* vulg. — 49) *sicut* pro *sic* Gu. 1. — 50) *et per . . . aspergat* om. al. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *tactus genera* vulg. — *esse probantur* pro *sunt* Gu. 2. — al. *esse* sine regente verbo. — 52) *nam cum extrinsecus usu venit*, *quod* etc. Gu. 1. — *Nam et tactu* va. — 53) Vulg. add. *quod sentiatur*, quae om. Gu. 1. pr. Ar. — 54) Sic Gu. 1. 2. al. (*esse* al. add.) — Vulg. *propria natura data est.* — 55) *est* add. Gu. 2. pr. va. al. — 56) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — *vel* Gu. 2. — 57) *tamen* addidi e Gu. 1. — 58) *vivendi* al. — 59) *hauriatur* Gu. 2. — 60) *ea* om. al. — 61) Sic Gu. 1. — *adversus* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. 4. al. — *Pili autem dicti* vulg. — 63) *e qua* Ar. — *de qua* al. — *quia* Gu. 1. — 64) *esse* om. Gu. 2. Ar.

30. Comae sunt proprie non caesi capilli, et est Graecus sermo. Nam comas Graeci κόμας[1] a secando nominant, unde et κείρειν[2] tondere[3]. Unde[4] et cirri vocantur, quod etiam idem Graeci μαλλὸν vocant[5].

31. Crines proprie mulierum sunt. Dicti autem crines eo, quod vittis discernantur. Unde et discriminalia dicuntur, a[6] quibus divisi religantur.

32. Tempora sunt, quae calvariae dextra laevaque subiacent. Quae ideo sic nuncupantur, quia moventur, ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam intervallis mutantur.

33. Facies dicta ab effigie. Ibi est enim[7] tota figura hominis et uniuscuiusque personae cognitio.

34. Vultus vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur[8]. Secundum voluntatem enim in varios motus mutatur, unde et differunt sibi utraque: nam facies simpliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu. Vultus autem animorum qualitatem[9] significat.

35. Frons ab oculorum foraminibus nominata est. Haec imago quaedam animi mentis[10] motum specie sua exprimit, dum vel laeta vel tristis est.

36. Oculi vocati, sive quia eos ciliorum[11] tegmina occultant[12], ne[13] qua incidentis iniuriae offensione laedantur, sive quia occultum lumen[14] habent, id est secretum, vel intus positum. Hi inter omnes sensus viciniores animae existunt. In oculis enim omne mentis indicium[15] est, unde et animi perturbatio, vel hilaritas in oculis apparet. Oculi[16] autem iidem et lumina. Et[17] dicta lumina, quod ex eis lumen manat, vel quod initio[18] sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendo[19] refundant.

37. Pupilla est medius punctus oculi, in quo vis videndi est[20], ubi quia parvae imagines nobis[21] videntur, propterea pupillae appellantur. Nam[22] parvuli pupilli dicuntur. Hanc[23] plerique[24] pupulam[25] vocant. Vocatur autem pupilla, quod sit pura atque impolluta, ut sunt puellae. Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est desperatio.

38. Circulus vero, quo a pupilla albae[26] partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur, quod rotunditate sui ornet[27] ambitum pupillae.

Volvos[28] quidam appellant vertices ipsos[29] oculorum a similitudine[30] bolborum[31].

39. Palpebrae sunt sinus oculorum, a palpitatione[32] dictae, quia semper[33] moventur. Concurrunt enim invicem, ut assiduo motu reficiant obtutum. Munitae sunt autem vallo capillo-

1) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. 2. 4. sit *kaimos;* in edit. Ar. *caimos;* in edit. va. *coimos.* — 2) Sic iterum e coniectura scripsi, quum vulg. sit κυρεῖν, pro quo Gu. 2. *cerin.* — 3) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Gu. 1. — 4) *Inde* va. — 5) μαλλὸν Arev. — *mallonem* vulg. — *mallonen* Gu. 1. — 6) *a* om. Ar. — 7) Vulg. add. *facta*, quod. om. Gu. 1. 2. Ar. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *volunt. ost. animi.* — 9) Sic Gu. 1. 2. al. — *qualitates* vulg. — 10) *mentisque motum* vulg. — 11) *superciliorum* Gu. 2. va. — 12) *occulunt* Ar. — 13) *ut ne* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *lumen occ.* — 15) Sic Gu. 2. Ar. — *iudicium* vulg. — 16) *et oculi* Gu. 2. — 17) *et* om. Gu. 2. — 18) Vulg. *ex initio*, sed *ex* om. Gu. 1. 2. Ar. — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *praepon.* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *est vid.* vulg. — 21) *a nobis* al. — 22) *Nam . . . dicuntur* om. pr. va. — 23) *et hanc* Gu. 2. — 24) *propterea* al. — 25) Sic Ar. pr. — *papulam* Gu. 4. al. et var. lect. ap. Goth. — *pupillam* vulg. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *partes albae* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *ornat* Gu. 2. — *ornent* vulg. — 28) Hunc articulum om al. — Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. — *ipsos vertices* vulg. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *ex sim.* vulg. — 31) Sic Ar. — *volvorum* Gu. 4. pr. va. — *valvarum* vulg. Cfr. lib. XVII, 10, 19. — 32) *palpatione* va. — 33) Sic Gu. 2. pr. Ar. — *super* vulg. — 34) *cohibentibus* Gu. 2. 4. al. va. var. lect. ap. Goth. — 35) *utraque clausa* Gu. 1. 2. pr. va. al. — 36) Sic Ar. — *adnotati* Gu. 1. — *adnoti* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. Ar. — *irruente*

rum, ut et apertis oculis si quid inciderit repellatur, et somno conniventibus[34] tanquam involuti quiescant latentes.

40. In summitate autem palpebrarum locis, quibus se utraeque clausae[35] contingunt, extant adnati[36] ordine servato capilli, tutelam oculis ministrantes, ne irruentes[37] facile iniurias excipiant, et ex eo noceantur, ut pulveris, vel cuiusquam[38] crassioris materiae arceant contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo mitificent, quo[39] tenuem atque serenum faciant visum.

41. Lacrimas a laceratione mentis quidam putant dictas[40], alii existimant[41] ideo, quod Graeci δάκρυμα[42] vocant.

42. Cilia sunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi, et dicta cilia, quod celent[43] oculos, tegantque tuta[44] custodia.

Supercilia dicta, quia superposita sunt ciliis, quae idcirco pilis vestita sunt, ut oculis munimenta praetendant, et sudorem a capite defluentem depellant.

Intercilium vero est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est.

43. Genae sunt inferiores oculorum partes, unde barbae inchoant. Nam Graece γένειον[45] barbae. Hinc et genae, quod inde incipiant barbae gigni[46].

44. Malae sunt eminentes sub oculis partes, ad protectionem eorum suppositae. Vocatae autem malae, sive quod infra oculos in rotunditatem promineant[47], quae Graeci μῆλα appellant, sive quod sint super[48] maxillas.

45. Maxillae per diminutionem a malis; sicut paxillus a palo, taxillus a talo.

Mandibulae sunt maxillarum partes, ex quo[49] et nomen factum.

Barbam veteres vocaverunt, quod virorum sit, non mulierum.

46. Aurium inditum[50] nomen a vocibus hauriendis, unde et Virgilius[51]:

Vocemque his auribus hausi.

aut quia vocem ipsam Graeci αὐδὴν[52] vocant, ab auditu. Per immutationem enim literae aures quasi audes nuncupatae sunt. Vox enim repercussa per anfractus quo sensum excipiant audiendi, earum sonum facit[53].

Pinnula[54] summa pars auris ab acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutum dicebant, unde et bipennis et pinna.

47. Nares idcirco nominantur, quia per eas odor[55] vel spiritus nare[56] non desinit, vel[57] quia nos odore admonent, ut norimus[58] aliquid ac[59] sciamus. Unde e contra[60] inscii ac rudes ignari dicuntur. Olfecisse enim veteres scisse[61] dicebant. Terentius[62]:

sorde vulg. — 38) *cuiuscunque* Ar. — 39) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quod* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *quidam a lacer. mentis put. dictas.* — *dictas* post *existimant* Gu. 2. — 41) *aestimant* Gu. 1. — 42) Sic scripsi de coniectura, quum in Gu. 1. sit *lassiria.* — Gu. 3. 4. *dassiria.* — pr. va. *darsiria.* — Gu. 2. *darsina* h. e. latine *dacrima.* — 43) *celant* Gu. 1. — 44) *tuta* al. om. — 45) *genos* Gu. 1. 2. pr. va. — *genas* Gu. 3. — 46) Sic Gu. 1. — *gigni barbae* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *prom. in rot.* al. — *in rotunditate.* — al. *prominent.* — 48) *supra* pr. — 49) *ex quibus* Gu. 2. — 50) Al. *Auribus inditum.* — Pro vulg. *inde dictum* scripsi cum Arev. *inditum.* — 51) *ait* add. Gu. 2. Locus est Aen. IV, 359. — 52) Sic Ar. — *αὐδύν* ed. Goth. Sed quid codd. velint dare, non intelligo. Gu. 1. *audieuliden.* — Gu. 2. 4. pr. va. *auden liden.* — Gu. 3. *audenlibem.* Suspicor *αὐδὸν vel αὐδήν.* — 53) Sic Gu. 1. — Vulg. *earum sonum facit*, *quo* etc. — 54) *Pennula*, *pennum*, *penna* al. — 55) Vulg. *vel odor*, sed *vel* om. Gu. 1. — 56) *manare* Gu. 1. 2. pr. va. ed. Goth. Sed *nare* est etiam ap. Lact. de Opif. c. 11., unde res desumpta est. — 57) Sic scripsi de coniectura. — *sive* Gu. 2. Ar. Om. vulg. — 58) *odoremus* Gu. 1. 2. va. al. — *ammonent* Gu. 2. — 59) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. pr. va. — 60) *Unde et contra* Gu. 2. va. — *haec contra* pr. — 61) *scisse veteres* Gu. 2. — 62) Terent. Adelph. III, 3, 43.

Ac[1] *nón totis sex*[2] *ménsibus*
Prius ólfecissent[3], *quam ille quicquam coéperit*[4].

48. Narium recta pars, eo quod[5] aequaliter sit in longitudine et rotunditate porrecta, columna vocatur: extremitas eius pirula, a formula pomi piri. Quae vero dextra levaque sunt, pinnulae[6], ab alarum similitudine: medium autem interfinium.

49. Os dictum, quod per ipsum quasi per ostium et cibos intus mittimus, et sputum[7] foris proiicimus, vel quia illuc[8] ingrediuntur cibi, et[9] inde egrediuntur sermones.

50. Labia a lambendo sunt nominata[10]. Quod autem superius est, labium dicimus, quod inferius, eo quod grossius sit, labrum. Alii virorum labra, mulierum labia dicunt.

51. Linguae a ligando[11] cibum putat Varro nomen impositum. Alii, quod per articulatos sonos ligat verba[12]. Sicut enim plectrum cordis, ita lingua illiditur dentibus et vocalem sonum efficit[13].

52. Dentes Graeci ὀδόντας dicunt[14], et inde in Latinum videntur trahere nomen[15]. Horum primi praecisores dicuntur, quia omne, quod accipitur, ipsi prius incidunt. Sequentes canini vocantur, quorum duo in dextra maxilla, et duo in sinistra sunt. Et dicti canini, quia ad similitudinem caninorum existunt, et canis ex ipsis ossa confringit[16], sicut et homo, et[17] quod non possunt priores praecidere, illis tradunt, ut confringant. Hos vulgus pro longitudine et latitudine[18] et rotunditate colomellos vocant[19]. Ultimi sunt molares, qui[20] concisa[21] a prioribus atque confracta[22] subigunt, et molunt[23], atque immassant, unde et molares vocati sunt.

53. Dentium autem numerum discernit qualitas sexus. Nam in viris plures, in feminis pauciores existunt.

54. Gingivae a gignendis[24] dentibus nominatae. Factae[25] sunt etiam ad decorem dentium, ne nudi horrori potius, quam ornamento[26] existerent.

55. Palatum nostrum sicut coelum[27] est positum, et inde palatum a polo per derivationem: sed et Graeci similiter palatum οὐρανον appellant, eo quod pro sui concavitate coeli similitudinem habeat.

56. Fauces a fundendis vocibus nominatae, vel quod per eas famur[28] voces.

Arteriae vocatae, sive quod per eas a pulmone aer, hoc est[29] spiritus fertur, seu quod arctis et angustis meatibus spiritum vitalem retineant, unde vocis sonos emittunt: qui soni uno modo sonarent, nisi linguae motus distantias vocis efficeret[30].

57. Toles Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem toxillas[31] vocant, quae in faucibus turgescere solent.

1) *aut* vulg. ap. Terent. — al. *an* — 2) *sex totis* Terent. — 3) *olfecissem* Ar. e Terent. — 4) *ceperet* Ar. e Priscian. X. p. 879. P. — 5) Sic Gu. 1. — *propter quod* vulg. — 6) *pennulae* Gu. 1. al. — 7) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *sputum vel spir.* va. — *spiritum* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *ibi* vulg. — *cibi unde* al. — 9) *et* om. Gu. 2. pr. va. Ar. — 10) *sunt* addidi e Gu. 1. — 11) *ligando* Gu. 1. Ar. et Lactant. de Opif. c. 11. *a lingendo* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *verba ligat* vulg. — 13) Sic Gu. 1. — Vulg. *vocalem effic. son.* — Gu. 2. *efficit esse son.* — 14) Sic Gu. 1. — *vocant* vulg. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *nomen trah. vid.* — Gu. 2. *trahere nom. vid.* — 16) Sic Gu. 1. (*confrangit*) — *frangit* vulg. — 17) *ut . . . tradant* Gu. 1. 2. va. — 18) *et latitudine* add. Gu. 1. — 19) *vocat* Gu. 2. al. — 20) *quia* al. — 21) *conscissa* al. — 22) *iam fracta* pro *atque confr.* al. — 23) *molant* va. — *subiungunt* pro *subigunt* Gu. 1. — 24) *gignendo* Gu. 2. — *cingendis* al. — 25) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *Factae sunt autem* Gu. 2. pr. va. — 26) *ornatui* Gu. 2. — 27) *sursum* add. vulg., sed *sursum* om. Gu. 1. 2. Ar. — 28) *effamur* Gu. 2. va. — 29) *id est* Gu. 2. — 30) *efficerent* al. — 31) Sic Gu. 2. pr. — *toxillos* Gu. 1. — *tusillas* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — *inde mandib.* vulg. — 33) *oriuntur* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *cibos* vulg. — 35)

Mentum dictum, quod mandibulae inde[32] oriantur[33], vel quod ibi iungantur.

58. Gurgulio a gutture nomen trahit, cuius meatus ad os et nares pertendit: habens viam, qua vox ad linguam transmittitur, ut possit verba collidere. Unde et garrire dicimus.

59. Rumen proximum gurgulioni, quo cibus et potio devoratur. Hinc bestiae, quae cibum[34] revocant ac remandunt, ruminare dicuntur.

Sublinguium operculum[35] gurgulionis, quasi parva lingua, quae[36] foramen linguae recludit operitve[37].

60. Collum dictum, quod sit rigidum et rotundum[38], ut columna[39], baiulans caput et sustentans, quasi capitolium: cuius anterior pars gula vocatur, posterior cervix.

61. Cervix autem vocata, quod per eam partem cerebrum ad medullam spinae dirigitur, quasi cerebri via. Veteres autem plurali tantum numero cervices dicebant. Primus[40] Hortensius cervicem singulariter dixit. Cervix autem numero singulari membrum ipsum significat. Nam pluraliter contumaciam demonstrat saepe[41]. Cicero in Verrinis: *Praetorem tu accuses*[42]: *frange*[43] *cervices*.

62. Humeri dicti, quasi armi, ad distinctionem hominis a pecudibus[44] mutis, ut hi humeros, illi armos habere dicantur[45]. Nam proprie armi quadrupedum[46] sunt.

Ola[47] summi humeri pars posterior.

63. Brachia a fortitudine nominata[48], βαρὺ enim Graece forte et grave[49] significat[50]. In brachiis enim[51] tori lacertorum sunt, et insigne musculorum robur existit. Hi[52] sunt tori, id est musculi: et dicti tori, quod illic[53] viscera torta videantur.

64. Cubitum dictum[54], quod ad cibos sumendos in ipso cubamus.

Ulna secundum quosdam utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus, quod magis verum est, quia Graece ὤλενος[55] cubitus dicitur.

65. Alae subbrachia sunt[56] appellatae, eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoat[57], quas quidam ascillas[58] vocant, quod ex his[59] brachia cilluntur[60], id est moventur, unde et oscilla[61] dicta ab eo, quod cillantur[62], id est moveantur ora. Nam cillere est movere. Has[63] quidam subhircos vocant, propter[64] quod in plerisque hominibus hircorum foetorem reddant.

66. Manus dicta, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia, atque dispensat: per eam accipimus et damus. Abusive autem manus[65] ars etiam[66], vel artifex, unde et manus pretium[67] dicimus.

vel opere Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quod* vulg. — 37) *operitque* al. — 38) *et teres* Arev. — 39) *et haeret ut col.* Gu. 2. corrupte pro *et teres, ut col.* — 40) *prius* Gu. 1. 2. al. — *primus* vulg. — 41) Sic Gu. 1. — *saepe demonstrat* vulg. — 42) *accusas* al. et var. lect. ap. Goth. — 43) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Ar. — *frangi* Gu. 2. — *frangere* vulg. — 44) *pecoribus* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *dicuntur* vulg. — 46) *quadrupedi* al. — 47) Sic Gu. 1. 3. Ar. — *Ala* vulg. — 48) *sunt* add. al. — 49) Sic Gu. 1. — *grave et forte* vulg. — 50) *significatur* Gu. 1. 2. — 51) *enim* al. om. — 52) *in his* Gu. 1. al. — 53) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *illi* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. al. — *Cubitus dictus* vulg. — 55) Vulg. ὁ ὤλενος, sed articulum om. omnes libri. — Ar. ὠλένη. — 56) *sic* add. al. — 57) Sic Gu. 1. 2. — *inchoet* vulg. — 58) *ascellas* Gu. 1. 2. pr. va. al. — 59) *ex eis* Gu. 2. va. — 60) *celluntur* Gu. 2. 3. 4. — *cillantur* al. — 61) *ascilla* al. — *oscellas* Gu. 3. — 62) *oscillantur* Gu. 1. — *ascillantur* al. — *oscellantur* Gu. 3. — *cillentur* al. — *cilleantur* al. — *scillantur* va. — 63) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Hos* vulg. — 64) *propterea* Gu. 2. pr. va. ed. Goth. — 65) *manus* om. va. — 66) Sic Gu. 1. — *etiam ars* vulg. — 67) *manupretium* Ar.

67. Dextera[1] vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis datur, ipsa testis fidei[2] atque salutis adhibetur, et hoc est illud apud Tullium[3]: *Fidem publicam iussu senatus dedi*, id est dexteram[4]. Unde et Apostolus dicit[5]: *Iacobus et Ioannes dextras mihi dederunt*[6], *et Barnabae societatis*[7].

68. Laeva, quod aptior sit ad levandum. Sinistra autem vocata, quasi sine dextra[8], sive quod rem[9] fieri sinat. A sinendo enim sinistra nuncupata est[10].

69. Palma est manus expansis[11] digitis, sicut contractis[12] pugnus.

Pugnus autem a pugillo dictus, sicut palma ab expansis palmae ramis.

70. Digiti nuncupati, vel quod[13] decem sunt, vel quia decenter iuncti sunt[14]. Nam habent in se et numerum perfectum et ordinem decentissimum. Primus pollex vocatus[15], quod[16] inter caeteros polleat virtute, et potestate[17]. Secundus index et[18] salutaris, seu demonstratorius, quia fere eo[19] salutamus, vel[20] ostendimus.

71. Tertius impudicus, quod[21] plerumque[22] per eum opprobrii[23] insectatio exprimitur. Quartus anularis, eo quod in ipso anulus geritur. Idem et medicinalis, quod eo trita collyria a medicis colliguntur[24]. Quintus auricularis, pro eo, quod eo aurem scalpimus.

72. Ungulas ex Graeco vocamus. Illi enim has ὄνυχας dicunt.

Truncus media pars corporis a collo usque ad inguina. De quo Nigidius[25]:

Vehitur collo caput,
Truncus sustinetur coxis genibus atque cruribus[26].

73. Thorax a Graecis dicitur anterior pars trunci a collo usque[27] stomachum, quam nos dicimus arcam, eo quod ibi arcanum sit, id est secretum, quo caeteri[28] arceantur. Unde et arca et ara dicta, quasi res secretae: cuius eminentes pulpae[29] mamillae[30]. Inter quas pars illa ossea pectus dicitur, dextra[31] laevaque costae.

74. Pectus vocatum, quod sit pexum inter eminentes mamillarum partes, unde et pectinem[32] dici[33], quod pexos capillos faciat.

Mamillae vocatae, quia rotundae sunt, quasi malae, per diminutionem scilicet.

75. Papillae capita mammarum[34] sunt, quas sugentes[35] comprehendunt. Et dictae papillae, quod eas infantes quasi pappant[36], dum lac sugunt: proinde mamilla est omnis eminentia uberis: papilla vero illud breve[37], unde lac[38] trahitur.

1) Sic Gu 1. — *Dextra* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *fidei testis* vulg — 3) Cicer. III. Catil. c. 4. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *dextram* vulg. — 5) *dicit* al. Ar. om. Locus est Galat. 2, 9. — 6) Sic Gu. 1. — *dederunt mihi* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. post *dederunt* sequitur *et reliqua.* — 8) *dextera* Gu. 2. — 9) *rem* al. om. — 10) Sic Gu. 1. — *est nuncup.* vulg. — 11) *expassis* va. — 12) *contractus* Ar. — 13) *quia* Gu. 2. pr. va. — 14) Sic Gu. 1. — *existunt* vulg. — 15) Sic Gu. 1. Ar. — *vocatus est* Gu. 2. — *vocatur* vulg. — 16) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 17) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *virtute polleat.* — 18) *index et* om. Ar. — *Secundus salutatorius* al. vide Suet. Aug. c. 80. — 19) Sic Gu. 1. — *eo fere* vulg. — 20) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *atque.* — Al. *vel aliquid demonstramus.* — 21) *quia* va. — 22) *plerumque* om. va. — 23) Sic Gu. 1. — *vel oppr. improbi* Gu. 2. — *probri* vulg. — 24) *colligantur* Gu. 2. — 25) Lucilii similem versum affert Non. p. 94. Merc. *Cáput a collo sústentatur, trúncus a coxéndice.* Sed hinc non efficitur, ut idem versus sit, quod voluit Grial., qui verba *coxis et genibus cruribusque* ex una voce *coxendicibus* orta censet, ut legatur: *Caput a collo sustentatur, truncus a coxendicibus:* vel: *caput collo vehitur, truncus coxendicis* vel *coxendicibus.* Versus fortasse poetae, quem Nigidius in opere grammatico citavit. — 26) Sic versum nobis constituit Lindemann. Versus sunt trochaici tetrametri catalectici. — Pro *vehitur* Gu. 4. *regitur.*

76. Ubera dicta, vel quia lacte uberta, vel quia[39] uvida[40] humore scilicet lactis in more[41] uvarum plena.

77. Lac vim nominis a colore trahit, quod sit albus liquor. Λευκὸς enim Graece album dicunt, cuius natura ex sanguine commutatur. Nam post partum si quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento[42] consumptum, naturali meatu[43] fluit in mammas[44], et earum virtute albescens lactis accipit qualitatem.

78. Cutis est, quae in corpore prima est appellata, quod ipsa corpori superposita incisionem prima patiatur[45]. Cutis[46] enim Graece incisio dicitur: idem[47] et pellis, quod externas iniurias corporis tegendo pellat, pluviasque et ventos solisque ardores perferat.

79. Pellis autem mox detracta[48]: subacta iam corium dicitur.

Corium autem per derivationem caro appellatur, quod eo tegatur: sed hoc in brutis animalibus proprium[49].

80. Pori corporis Graeco nomine appellantur[50], qui Latine proprie spiramenta[51] dicuntur, eo quod per eos vivificus spiritus exterius ministretur[52].

81. Arvina[53] pinguedo cuti[54] adhaerens.

Pulpa est caro sine pinguedine, dicta, quod palpitet: resilit enim saepe. Hanc plerique et viscum vocant, propter quod glutinosa sit[55].

82. Membra sunt partes corporis.

Artus, quibus colligantur[56] membra, ab artando dicti.

83. Nervi Graeca derivatione appellati[57], quos illi νεῦρα vocant. Alii Latine vocatos nervos putant, eo quod[58] artuum coniunctiones invicem his inhaereant[59]. Maximam autem virium substantiam nervos facere certissimum est. Nam quanto fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem.

84. Artus dici[60], quod colligati invicem nervis coartentur[61], id est stringantur, quorum diminutiva sunt articuli. Nam artus dicimus membra maiora, ut brachia, articulos minora membra, ut digiti[62].

85. Compagia[63] capita sunt ossium: dicta eo, quod sibi compacta[64] nervis velut glutino quodam adhaereant.

86. Ossa sunt corporis solidamenta. In his enim positio omnis roburque consistit[65]. Ossa autem ab usto dicta, propter quod cremarentur[66] ab antiquis, sive, ut alii putant, ab ore, eo[67] quod ibi pateant. Nam[68] ubique cute visceribusque obtecta[69] celantur.

— 27) Vulg. *usque ad*, sed *ad* om. Gu. 1. — al. om. *usque*. — 28) *ceteris* Ar. — 29) *pullae* Gu. 2. — *palpae* va. — 30) Vulg. add. *dicuntur*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 31) *autem* add. Gu. 2. Ar. — 32) *pectinem* Gu. 2. Ar. — 33) Sic Gu. 1. — *dicimus* vulg. — 34) *mamillarum* Gu. 2. — 35) Vulg. *infantes sugentes*, sed *inf.* om. Gu. 1. 2. Ar. — 36) *palpant* Gu. 1. 2. — 37) Sic Gu. 1. — *breve illud* vulg. — *breve est illud* Gu. 2. va. — 38) *lac* om. Gu. 1. — 39) *quia* om. Gu. 2. — 40) *humida* Gu. 1. 2. supra vers. — 41) *in morem* va. — 42) *nutrimentum* va. — 43) *motu* al. — 44) *mammis* Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. 2. — *patitur* vulg. — 46) *Κοπτή* Ar. — Vulcan. censet alludi ad Graecum δέρμα, quod a δέρω. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *eadem* vulg. — 48) *est mox detr.* va. — 49) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 50) *appellatur* Gu. 1. — 51) *spiramentum* Gu. 2. — 52) *ministratur* Gu. 2. va. — 53) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 54) *cutis* Gu. 1. — 55) *fit* al. — 56) *colliguntur* va. — 57) Gu. 1. 2. Ar. — *Gr. app. deriv.* — 58) Sic Gu. 1. pr. Ar. — Vulg. *per artuum.* — 59) *id est ab inhaerendo* add. Arev. — 60) Sic Gu. 1. — *Artus enim dicti* vulg. — *enim* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 61) Sic Gu. 1. — Vulg. *artentur.* — 62) *digitos* Gu. 2. Ar. — 63) *Compago* Gu. 2. var. lect. ap. Goth. Ar. — 64) *sunt* add. Gu. 1. — 65) Sic Gu. 1. 2. — *subsistit* vulg. — 66) *cremantur* va. — 67) *eo* addidi e Gu. 1. 2. — 68) *namque* Gu. 1. — 69) *obtecte* Gu. 1.

87. Medullae appellatae[1], quod madefaciant ossa, irrigant enim et confortant.

Vertibulae[2] sunt summae ossium partes crassioribus nodis[3] conglobatae[4]: et dictae[5] ita, eo quod ad inflexionem membrorum illa vertantur.

88. Cartilagines ossa mollia et sine medulla, quod genus auriculae et narium discrimen et costarum extremitates habent; sive opercula ossium, quae moventur. Et dicti[6] cartilagines, quod leni[7] attritu[8] carent dolore, dum flectuntur[9].

89. Costas appellari quidam putant, quod ab ipsis interiora custodiantur, ut[10] tota mollities ventris vallata salvetur[11].

90. Latus, quia iacentibus nobis latet. Est enim laeva pars corporis, dextro[12] autem lateri habilior motus est, laevo[13] fortior, et oneri ferendo accommodatior. Unde et laeva nuncupata, quod aptior sit ad levandum aliquid et portandum. Ipsa[14] gestat clypeum, ensem, pharetram et reliqua onera, ut expedita sit dextera ad agendum.

91. Dorsum est a cervice usque ad renes. Dictum autem dorsum, quod sit superficies durior corporis in modum saxi[15], fortis et[16] ad portandum et ad perpetiendum.

92. Terga, quia supini in ea[17] iacemus in terra, quod solus homo potest. Nam muta animalia tantum in ventre[18], aut in latere iacent. Unde et in animalibus abusive terga[19] dicuntur.

93. Scapula[20] *.

Interscapilium[21] spacium, quod inter scapulas est, unde[22] nominatum[23].

94. Palae sunt dorsi dextra laevaque eminentia membra, dicta[24], quod in luctando eas premimus, quod Graeci πάλην[25] dicunt.

95. Spina est iunctura dorsi, dicta, quod[26] habeat radiolos acutos, cuius iuncturae spondilia[27] appellantur, propter partem cerebri, quae fertur per hos[28] longo tractu ad caeteras corporis partes.

96. Sacra spina est ima perpetuae spinae, quam Graeci ἱερὸν ὀστοῦν vocant, quoniam primum infante concepto nascitur, ideoque ex hostia[29] id primum[30] a gentilibus diis suis dabatur, unde et sacra spina[31] dicitur.

97. Renes ait Varro dictos, quod rivi ab his obscoeni humoris nascantur[32]. Nam venae[33] et medullae tenuem liquorem desudant in renibus, qui liquor rursus a renibus calore Venereo resolutus decurrit.

98. Lumbi ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corporeae voluptatis in ipsis

1) *Medulla appellata* Gu. 2. al. — 2) *Vertibula* Gu. 2. var. lect. ap. Goth. Ar. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *nodis crassioribus.* — 4) *conglobata* al. — 5) *dicta* Ar. — 6) Sic Gu. 1. — *dictae* vulg. — 7) *levi* Gu 1. — 8) *tactu* al. — 9) *plectuntur* Gu. 1. 2. al. et var. lect. ap. Goth. — 10) *et* Gu. 1. 2. va. — 11) Sic Gu. 1. 2. Ar. al. ap. Goth. — *servetur* vulg. — 12) *dextera* Gu. 2. — *dextra* al. — 13) Sic Gu 1. va. var. lect. ap. Goth. Ar. — *leva* vulg. — 14) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 15) *saxi* om. Gu. 1. — 16) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 17) Sic Gu. 1. — *in ea* (*in eo* va.) *sup.* vulg. — 18) Vulg. *aut in ventre*, sed *aut* om. Gu. 1. ed. Goth. — 19) Sic Gu. 1. — *terg. abus.* vulg. — 20) Sic cum lacunae signo Arev. — Vulg. *a scandendo dicitur*, quae om. Gu. 2. Ar. — 21) *Interscaplium* Ar. — 22) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. Ar. — 23) *nominatur* Gu. 2. — 24) *dictae* Gu. 2. — 25) *pilan* Gu. 1. — *palin, id est luctatio* Gu. 2. — *palin dicunt luctatio* va. — *palin dicunt* Gu. 3. pr. Scripsi autem πάλην pro παλαίειν. — 26) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 27) *spondilie* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. — *eos* vulg. — *os* Gu. 2. — 29) Sic distinxit et scripsit Arev. — Vulg. *ideoque et hostia. Id. pr.* — 30) *primo* Gu. 2. va. — 31) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *spina*

est, sicut in umbilico feminis[34]. Unde et ad Iob[35] in exordio sermonis dictum est: *Accinge sicut vir lumbos tuos*: ut in iis[36] esset resistendi praeparatio[37], in quibus libidinis est usitata dominandi occasio.

99. Umbilicus est medius locus corporis: dictus, quod sit[38] umbo iliorum. Unde et umbo appellatur[39] locus in medio clypei, a quo pendet. Ex eo enim infans in utero pendet, ex eo etiam et nutritur[40].

100. Ilium Graeco sermone appellatur[41], quod ibi nos obvolvamus[42]. Graece enim *εἰλύειν*[43] obvolvere dicitur.

101. Clunes vocatae, quod sint iuxta colum, quod est longa o[44].

Nates, quod in ipsis innitimur, dum sedemus. Unde et conglobata est in eis caro, ne prementis[45] corporis mole ossa dolerent.

102. Genitalia corporis partes[46], ut nomen ipsum docet, gignendae sobolis[47] acceperunt vocabulum, quod his[48] procreatur et gignitur. Haec et pudenda pro verecundia, sive a pube. Unde et indumento operiuntur. Dicuntur autem ista et inhonesta, quia non habent eam speciem decoris, sicut membra, quae in promptu locata sunt.

103. Idem et veretrum, quia viri est tantum, sive, quod ex eo virus emittitur. Nam virus proprie dicitur humor fluens a natura viri.

104. Testiculi per diminutionem a testibus dicti, quorum numerus incipit a duobus. Hi[49] semen calamo ministrant, quod ab spinae medulla et renibus et lumbis[50] suscipiunt ad gratiam procreandi.

Viscus est pellis, in qua testiculi sunt.

105. Posteriora[51] vocata, quod retro sunt et a vultu aversa, ne dum alvum purgamus, inquinaremus aspectum.

Meatus inde appellatus, quod[52] per eum meant[53], id est egeruntur stercora.

106. Femora dicta[54], quod ea parte a femina sexus viri discrepet. Sunt autem ab inguinibus usque ad genua.

Femina autem per derivationem femorum partes sunt, quibus in equitando tergis equorum adhaeremus. Unde olim praeliatores[55] sub feminibus equos amisisse[56] dicebantur.

107. Coxae[57] quasi coniunctae axes. In ipsis enim femora moventur, quorum concava vertebra vocantur, quod[58] in eis capita femorum vertuntur.

Suffragines, quia subtus franguntur, id est flectuntur, non supra, sicut in brachiis.

sacra vulg. — 32) *nascuntur* Gu. 1. — 33) *et venae* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *in fem.* Gu. 1. — *mulieribus* vulg. — 35) Cap. 38, 3. — 36) *ut his* Gu. 2. va. — 37) *resistendi esset praep.* va. — 38) Vulg. *ibi* add., quod om. Gu. 1. 2. al. pr. va. Ar. — 39) *appellatus* Gu. 2. — 40) *enutritur* pro *et nutritur* Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. — *appellatum* vulg. — 42) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *obvolv. nos* vulg. — 43) *γleoc* Gu. 1. — *γlios* Gu. 3. — *ilios* Gu. 2. pr. va. — 44) Sic scripsi cum Arev., quum sit in Gloss. *Longao* *κωλέντερον*. Caelius Aurel. *longao* et *longano*. Veget. de re veterin. I, c. 42. — *longanon intestinum.* — *Longum* ap. Isidor. exhibent Gu. 1. 2. va. — *longa ω* vulg. — 45) Sic Gu. 1. Ar. — *prementi* vulg. — *premente* Gu. 2. — 46) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. Ar. — 47) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *a gignenda sobole* vulg. — 48) *in his* al. — 49) Vulg. add. *enim*, quod om. Gu. 1. 2. — 50) *renes et lumbi* Gu. 1. — 51) *vero* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 52) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 53) *manant* va. — 54) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *unde et proel. olim.* — 56) *admisisse* Ar. — 57) Sic Gu. 1. Ar. — *Costae* vulg. — 58) *quod* pro *quia* Gu. 1.

108. Genua sunt commissiones femorum et crurum[1], et dicta genua, eo quod in utero sint genis opposita. Cohaerent enim sibi ibi[2], et cognata sunt oculis, lacrimarum indicibus et misericordiae. Nam a genis genua dicuntur.

109. Denique complicatum gigni formarique hominem[3], ita ut genua sursum sint, quibus oculi formantur, ut cavi et[4] reconditi fiant. Ennius:

Atque genua comprimit arta gena[5].

Inde est, quod homines dum ad genua se prosternunt, statim lacrimantur. Volvit[6] enim eos natura uterum maternum rememorari[7], ubi quasi in tenebris considebant[8], antequam pervenirent ad lucem[9].

110. Crura dicta, quia[10] in[11] iis currimus et gressum facimus. Sunt autem sub genibus usque ad suras.

Tibiae vocatae, quasi tubae. Sunt enim longitudine[12] et specie similes.

111. Talus dictus a tolo. Nam tolus est eminens rotunditas: unde et fastigium templi rotundi[13] tolus vocatur. Talus autem sub crure est, sub talo calcanei.

112. Pedes ex Graeca etymologia nomen sortiti sunt. Hos enim Graeci πόδας dicunt, quia[14] alternis motibus solo fixi incedunt.

113. Plantae a planitie nuncupatae, quia non rotundae, ut in quadrupedibus, ne[15] stare non[16] possit bipes homo, sed planae atque longiores formatae sunt, ut stabile[17] corpus efficerent. Sunt autem plantae anteriores partes, quae etiam de[18] multis ossibus constant.

114. Calcis prima pars plantae, a callo illi nomen impositum, quo terram calcamus, hinc et calcaneus.

115. Solum inferior pars pedis, dictum, quia eo vestigia terrae[19] imprimimus. Sed et solum dicitur omne, quod aliquid sustinet[20], quasi solidum: unde et solum terra[21], quod cuncta sustineat, et solum pedis, quod totam molem corporis[22] portat.

116. Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, a visco, quod est inter cutem et carnem. Item viscera vitalia, id est circumfusa[23] loca cordis[24], quasi viscora, eo quod ibi vita, id est anima continetur[25].

117. Item viscera capita nervorum ex sanguine et nervis copulata. Item[26] lacerti, sive mures, quia sic in singulis membris cordis loco[27] sunt, ut sit in media parte totius corporis cor[28]:

1) *crurium* al. pr. va. — 2) *ibi* om. Gu 1. 2. — *ibi sibi* Ar. — 3) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Gu. 1. al. — 4) *ac* Gu. 2. va. Ar. — 5) *comprimi et arta* pr. va. — 6) *Cogit* var. lect. ap. Goth. — 7) *rememorare* Gu. 1. 2. — 8) Sic Gu. 1. — *consedebant* vulg. — 9) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ad lucem venirent* vulg. — 10) *quasi* Gu. 1. — 11) *in* om. Ar. — 12) *et long.* Gu. 2. pr. va. Ar. — 13) *rotundum* al. — *talo* pro *tolo* Gu. 1. 2. — 14) *qui* Gu. 1. 2. — 15) *ut* va. — 16) *non* om. Gu. 2. — 17) *stabiles* pr. — 18) *de* pro *ex* Gu. 1. — 19) Sic Gu. 1. — *terrae vestig.* vulg. — 20) *sustineat* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *terra solum* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — Vulg. *corp. molem.* — 23) *circumflua* al. — 24) Sic Gu. 1. — Vulg. *cordis loca.* — *loca* om. pr. — 25) *contineatur* Ar. — 26) Sic Gu. 1. al. — *Idem* Gu. 2. al. — *Eadem* vulg. — 27) *corporis loca* Gu. 1. — *cordis loca* Gu. 2. — 28) *ut cor in media totius corp. parte* Gu. 1. 2. (qui *sit* addit.) — 29) *appelleturque* Gu. 2. — 30) *Idem et tori* va. — 31) *quia in eo* Gu. 2. — 32) *causae manent* Gu. 2. — 33) *e* pro *de* Gu. 1. 2. va. — 34) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *sanguinis . . . spiritus* vulg. — 35) Vulg. add. *vero*, quod om. Gu. 1. pr. va. — 36) Sic Gu. 1. (*vicinia*). — Vulg. *cordi*

appellanturque[29] a nomine similium animalium sub terra delitescentium. Nam inde musculi a murium similitudine: iidem etiam et tori[30], quod illic viscera torta videantur.

118. Cor a Graeca appellatione derivatum, quod illi *καρδίαν* dicunt, sive a cura. In eo[31] omnis solicitudo et scientiae causa manet[32]. Quod ideo pulmoni vicinum est, ut cum ira accenditur, pulmonis humore temperetur. Huius duae arteriae sunt, e[33] quibus sinistra plus sanguinem habet, dextra plus spiritum[34]: unde et in dextro brachio pulsum inspicimus.

119. Praecordia[35] sunt loca vicina cordis[36], quibus sensus percipitur[37] et dicta praecordia, eo quod ibi sit principium cordis et cogitationis.

120. Pulsus vocatus, quod palpitet, cuius indicio aut infirmitatem intelligimus, aut sanitatem[38]. Huius duplex est motus, aut simplex, aut compositus[39]. Simplex est, qui[40] ex uno saltu[41] constat, compositus est[42], qui ex pluribus motibus inordinatus et inaequalis existit, qui motus certa habent spacia, dactylicum[43] percussum, quamdiu sine vitio sunt. Si quando vero citatiores sunt, ut *δορκαδάζοντες*, aut leniores[44], ut *μυρμίζοντες*, mortis signa sunt.

121. Venae dictae eo, quod viae sunt[45] natantis sanguinis, atque rivi per corpus omne divisi, quibus universa membra irrigantur.

122. Sanguis ex Graeca etymologia nomen duxit, quod vegetetur[46], et sustentetur[47], et vivat. Sanguis autem est, dum in corpore est, effusus vero cruor dicitur. Nam[48] cruor vocatus[49] ab[50] eo, quod effusus decurrit, vel ab eo, quod currendo corruat. Alii[51] cruorem interpretantur sanguinem corruptum, qui emittitur. Alii aiunt[52] vocatum sanguinem, quod suavis sit.

123. Sanguis autem non est integer[53], nisi in iuvenibus. Nam dicunt physici minui sanguinem per aetatem, unde[54] et in senibus tremor est[55]. Proprie autem sanguis animae possessio est. Inde genas lacerare mulieres in luctu[56] solent: inde[57] et purpureae vestes et flores purpurei mortuis praebentur.

124. Pulmo ex Graeco trahit vocabulum. Graeci pulmonem enim[58] *πλεύμονα*[59] vocant, eo quod cordis flabellum sit, in quo *πνεῦμα*, id est spiritus inest, per quod[60] et agitantur et moventur, unde et pulmones vocati sunt. Nam Graece *πνεῦμα* spiritus[61] dicitur, qui agitando et flando[62] aerem ammittit[63] et recipit[64], a quo moventur pulmones, et palpitant[65], et aperiendo[66] se, ut flatum capiant: et stringendo[67], ut eiiciant. Est enim[68] organum corporis.

125. Iecur nomen habet eo, quod ibi ignis[69] habeat sedem, qui in cerebro subvolat.

vicina. — Gu. 2. al. pr. va. *cordis vicina.* — 37) *perspicitur* Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *salutem.* — 39) Vv. *aut simpl. aut comp.* om. Ar. — 40) *quia* h. l. et mox Gu. 2. va. — 41) *motu* al. var. lect. ap. Goth. — 42) *est* om. Gu. 2. — 43) *dactilum* pr. va. — 44) *sunt* add. Gu. 2. — 45) *sunt* pro *sint* Gu. 1. — 46) *vegetetur* (sic) Gu. 1. — *vegetur* Gu. 2. — 47) *sustentet* Gu. 1. — 48) *et* add. Gu. 1. — 49) *vocatur* va. — 50) *ab* addidi e Gu. 1. — 51) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 52) *Alii autem voc.* va. — *aiunt* al. om. — 53) *integer non est* Gu. 2. — 54) *inde* al. — *et* om. Gu. 2. pr. Ar. — 55) *tremorem* Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *in luctu mulieres* vulg. — 57) *inde* pro *unde* Gu. 1. — 58) Sic Gu. 1. — Vulg. *Gr. enim pulm.* — 59) Sic Ar. — *pleumon* Gu. 1. — *pleomon* Gu. 2. pr. va. — 60) *quem* Gu. 2. — 61) *Lat. spiritus* Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. (*flagitando* pro *flando*). — Vulg. *flando et agitando.* — 63) *ammittit* Gu. 1. 2. — *emittit* al. — *admittit* vulg. — 64) *reiicit* Ar. — 65) *repalp.* Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *adaperiendo* vulg. — 67) *et* addidi e va. Ar. — 68) *autem* Gu. 2. — 69) Sic Gu. 1. — *ignis ibi* vulg.

Inde ad oculos caeterosque sensus et membra diffunditur, et calore suo ad se succum ex cibo tractum vertit in sanguinem, quem ad usum pascendi nutriendique[1] singulis membris praebet. In iecore autem persistit[2] voluptas et concupiscentia, iuxta eos, qui de physicis disputant.

126. Fibrae iecoris sunt extremitates, sicut et[3] extremae partes foliorum in vitibus, sive quasi linguae eminentes. Dictas autem fibras[4], quod apud gentiles in sacris ad Phoebi aras ferebantur ab hariolis, quibus oblatis atque succensis responsa acciperent[5].

127. Splen dictus[6] a supplemento, ex contraria parte iecoris, ne vacua existeret[7]: quem quidam etiam risus causa factum existimant. Nam splene ridemus, felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus. Quibus quatuor elementis constantibus integrum est animal.

128. Fel appellatum, quod sit folliculus[8] gestans humorem, qui vocatur bilis.

Stomachus Graece os vocatur, eo quod ostium ventris sit, et ipse[9] cibum excipiat, atque in intestina transmittat.

129. Intestina dicuntur, eo quod corporis interiore[10] parte cohibentur, quae idcirco longis nexibus in circulorum modum ordinata sunt[11], ut susceptas escas paulatim digerant[12], et superadditis cibis non impediantur.

130. Omentum membranum, quod[13] continet intestinorum maiorem partem, quod ἐπίπλουν[14] Graeci vocant.

Disseptum intestinum, quod discernit ventrem et caetera intestina a pulmonibus et a corde[15].

131. Caecum intestinum, quod sit sine foramine et exitu, quod[16] Graeci τυφλὸν ἔντερον[17].

Ieiunum[18] tenue intestinum, unde et ieiunium dicitur.

132. Venter autem et alvus et uterus inter se differunt. Venter est, qui acceptos cibos digerit, et apparet extrinsecus, pertinetque[19] a pectore ad[20] inguina[21], et dictus venter, quod per totum corpus vitae alimenta transmittat.

133. Alvus est, quae[22] cibum recipit, et purgari solet. Salustius[23]: *Simulans sibi alvum purgari.* Et vocatur alvus, quod abluatur, id est purgetur. Ex ipsa[24] enim sordes stercorum defluunt.

134. Uterum solae mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitudinem cauliculi. Tamen auctores uterum pro utriusque sexus[25] ventre[26] plerumque ponunt, nec poetae tantummodo, sed et[27] caeteri.

1) *nutriendisque* pr. — 2) *consistit* Ar. — 3) *et* addidi e Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. 2. al. — *Dictae ... fibrae* vulg. Supra pro *in vitibus* Ar. *in intybus.* — 5) *acceperunt* Gu. 2. al. pr. — 6) *dictum* Gu. 1. 2. — 7) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *existerent.* — 8) *folliculum* al. pr. — 9) Sic Gu. 2. al. — *sit, ipse cib.* Gu. 1. — *et cibum* vulg. — 10) *interiori* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *ord. sunt mod.* — 12) *egerant* Ar. — 13) *membrana, quae* al. — 14) Sic Ar. Gu. 2. — *ЄITHΛON*, supra vers. *al. epitoain* Gu. 3. — eΠ.Πλοτιn *epitolin* pr. va. — ἐπίπλοον vulg. — 15) Sic Gu. 2. Ar. — *a pulmonibus a corde* Gu. 1. — *vel a corde* pr. — *a pulmone vel corde* vulg. — 16) *quem* Gu. 2. — 17) *tilon enticon* Gu. 2. pr. va. — Vulg. add. *dicunt*, quod om. Gu. 1. — 18) Sic Ar. — *Ieiuna* vulg. — 19) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *pertingitque* vulg. — 20) *usque ad* al. — 21) *inguinem* Gu. 1. 2. al. — 22) *qui* Gu. 2. va. — 23) Locus est ex deperdito Salustii opere historiarum. — 24) *ipso* al. — 25) *utroque sexu* Gu. 1. — *utero cuiuslibet sexus* Gu. 2. Supra pro *cauliculi* Ar. *calyculi* — 26) *ventrem* Gu. 1. 2. — 27) *et* om. Gu. 1. — 28) *ab utroque* al. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *dividit* vulg. — 30) *in diverso* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *replexae.* — 32) Sic Gu. 1. al. — *cornuum* vulg. — 33) Sic Gu. 1. al. pr. va. Ar. — *extrinsecus* vulg. — 34) Vulg. add. *foetus*, quod om. Gu. 1. — 35) *in eo* Gu. 1. va. — 36) *generatur* al. — 37) *eum* add. Gu. 1. — 38) Sic

135. Vocatus autem uterus, quod duplex sit, et ab utraque[28] in duas se dividat[29] partes, quae in diversum[30] diffusae ac reflexae[31] circumplicantur in modum cornu[32] arietis, vel quod interius impleatur foetu. Hinc et uter, quod aliquid intrinsecus[33] habuerit, ut membra et viscera.

136. Aqualiculus autem proprie porci est, hinc ad ventrem translatio.

Matrix dicitur, quod[34] in ea[35] generetur[36], semen enim receptum confovet, confotum corporat, corporatum[37] in membra distinguit.

137. Vulva vocata quasi valva, id est ianua ventris[38], vel quod semen recipiat, vel quod ex ea foetus procedat.

Vesica dicta[39] quasi vas aquae[40], quia sicut vas[41] aqua[42], ita de renibus urina[43] completur, et humore distenditur. Cuius usus in volucribus non habetur.

138. Urina autem dicta, sive quod urat, sive quod[44] ex renibus egeritur[45]. Cuius indicio et salus et aegritudo futura[46] monstratur. Qui humor vulgo lotium[47] dicitur[48], quod eo lota, id est munda vestimenta efficiantur.

139. Semen est quod iactum[49] sumitur, aut a[50] terra aut ab utero ad gignendum vel fructus, vel foetus. Est enim liquor ex cibi et corporis decoctione factus, ac diffusus per venas atque medullas, qui inde desudatus in modum sentinae concrescit in renibus, eiectusque[51] per coitus[52], et in utero mulieris susceptus calore quodammodo viscerum et menstruali[53] sanguinis irrigatione[54] formatur in corpore.

140. Menstrua supervacuus mulierum sanguis. Dicta autem menstrua a circuitu[55] lunaris luminis, quo solet hoc provenire[56] profluvium. Luna enim Graece μήνη dicitur. Haec et muliebria nuncupantur. Nam mulier solum animal menstruale est[57].

141. Cuius cruoris tactu[58] fruges non germinant, acescunt musta, moriuntur herbae, amittunt arbores fructus[59], ferrum rubigo[60] corrumpit, nigrescunt aera[61]. Si qui canes inde ederint, in rabiem efferuntur[62]. Glutinum asphalti, quod nec ferro, nec aquis[63] dissolvitur, pollutum cruore ipso[64] sponte dispergitur.

142. Post plurimos autem dies menstruos ideo non esse semen[65] germinabile[66], quia iam[67] non est menstrualis sanguis, a quo perfusum[68] irrigetur[69]. Tenue semen muliebribus locis[70] non potest[71] adhaerere[72]. Labitur enim nec habet vim adhaerendi. Similiter et crassum non habet vim[73] gignendi, quia[74] muliebri sanguini se miscere[75] non potest propter nimiam suam[76] spissi-

Gu. 1. 2. pr. Ar. — Vulg. *valva ventris, id est ianua.* — *ventris* om. va. — 39) *dicta* add. Gu. 1. 2. Ar. — 40) *quasi vas aquae* om. Ar. — 41) *vas* om. pr. — 42) *aquae* Gu. 2. — 43) Vulg. add. *collecta*, quod om. Gu. 1. — 44) *quia* pr. va. — 45) *egredietur* Gu. 1. — *egreditur* al. — 46) *futura* om. al. pr. — 47) *lotio* pr. — 48) *vocatur* al. — 49) Sic Ar. pr. va. var. lect. ap. Goth. — Vulg. *iactu.* — 50) *a* add. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 51) *iactusque* pr. va. — 52) Sic Gu. 1. — *coitum* vulg. — 53) *menstrualis* Gu. 1. — 54) *infusione* al. — 55) Sic Gu. 1. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — *propter circuitum* vulg. — 56) Sic Gu. 1. — *evenire* al. — *venire* vulg. — 57) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *menstruale est animal* vulg. — *menstr. an. est* pr. — 58) Sic Gu. 1. — *contactu* vulg. — 59) *fetus* Gu. 1. 2. — 60) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *rubigo ferrum* vulg. — 61) Sic Gu. 1. Ar. — *aeramenta* vulg. — 62) *efferantur* Ar. — 63) *aliquo* al. — *aliquis* pr. — 64) *cruore ipso pollutum* Ar. — *cruore ipso polluto* Gu. 2. pr. va. — 65) Sic Gu. 1. — *semen non est* vulg. — *semen non esse* Gu. 2. al. — 66) *generale* Gu. 1. 2. in marg. *al. germinabile.* Fortasse *genitale.* — 67) *iam* om. Gu. 2. — 68) *perfusus* Gu. 1. 2. — 69) *irrigatur* Gu. 1. — 70) Sic Gu. 1. — *locis muliebr.* vulg. — 71) *potest* om. Gu. 2. — 72) *haerere* Gu. 2. — 73) Sic Gu. 1. — Vulg. *vim non habet.* — 74) *eo quod* Gu. 2. — 75) Sic Gu. 1. — *miscere se* vulg. — *misceri* al. — 76) Sic Gu. 1. — *sui* vulg.

tudinem. Hinc et steriles mares vel[1] foeminas fieri[2], vel per nimiam seminis, vel[3] sanguinis crassitudinem, vel propter nimiam raritatem[4].

143. Primum autem aiunt cor hominis fingi, quod in eo sit et vita hominis et sapientia: deinde quadragesimo die totum corpus[5] expleri: quod ex abortionibus, ut ferunt[6], collectum est[7]. Alii foetus a capite exordium sumere dicunt[8]. Unde et in avium foetu[9] primum oculos in ovis fingi videmus[10].

144. Foetus autem dictus[11], quod adhuc in utero foveatur. Cuius secundae dicuntur folliculus[12], qui simul cum infante nascitur, continetque eum: dictus ita[13], quia eum, cum editur, sequitur[14].

145. Nasci autem patribus similes aiunt, si paternum semen validius sit: matribus, si matris, hac ratione similes exprimi vultus. Qui autem utriusque parentis figuram reddunt, aequaliter mixto paterno maternoque semine concipiuntur, avorum proavorumque[15] similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, sic et[16] in hominibus[17] semina celantur, nobis figuram[18] parentum reddilura. Ex paterno autem semine puellas nasci, et ex materno pueros, quia omnis partus constat duplici semine, cuius pars maior cum invaluerit[19], occupat similitudinem sexus.

146. In corpore nostro quaedam tantum utilitatis causa facta sunt, ut viscera: quaedam et[20] utilitatis et decoris, ut sensus in facie, et in corpore manus ac pedes: quorum membrorum et utilitas magna est, et species decentissima.

147. Quaedam tantum decoris, ut mamillae in viris, et in utroque sexu umbilicus. Quaedam discretionis, ut in viris genitalia, barba prolixa, pectus amplum: in mulieribus leves genae, et angustum pectus: ad concipiendos autem et portandos foetus renes et latera dilatata. Quod ad hominem et ad partes attinet[21] corporis ex parte dictum est, nunc aetates[22] eius subiungamus[23].

CAP. II. *De aetatibus hominis.*

1. Gradus aetatis sex sunt, infantia, pueritia, adolescentia, iuventus, gravitas atque senectus.

2. Prima aetas infantia est pueri nascentis ad lucem, quae porrigitur in septem annis[24].

3. Secunda aetas pueritia est[25], id est pura et necdum ad generandum apta, tendens usque ad decimumquartum annum.

4. Tertia adolescentia ad gignendum adulta, quae porrigitur usque ad vigesimumoctavum annum[26].

1) Sic Gu. 1. 2. — *et* vulg. — 2) Vulg. *dicunt fieri*, sed *dicunt* om. Gu. 1. 2. inclusit Ar. — *fieri dicunt* va. — 3) *aut* Gu. 2. — 4) *prae nimia raritate* Gu. 2. — 5) *opus* Ar. — 6) Sic Gu. 1. 2. va. — *fertur* vulg. — 7) *collecta sunt* va. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *a cap. sumere exord. dic.* — 9) Sic Gu. 1. — *foetibus* vulg. — *fetus* Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. — Vulg. *oculos fingi in ovis videmus.* — 11) Sic Gu. 1. — *nominatus* vulg. — 12) *folliculi . . . . nascuntur* al. et mox *continentque.* — 13) *ita* Gu. 1. al. om. — *eo* Gu. 2. — *Dictus autem folliculus, quia* al. — 14) *quod et sequitur, comitetur, egreditur.* — *quia* et *cum* Gu. 1. — 15) *que* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *ita et* vulg. — 17) *nobis* Ar. Gu. 2. — 18) *nobis* addidi e Gu. 1. — *figuram* idem cod. pro *figuras.* — 19) *invaluit* Gu. 2. Ar. — 20) *et* om. Gu. 2. — 21) *pertinet* Gu. 1. — 22) *nunc quae aetati sunt* Gu. 2. — 23) *subiungimus* pr. — *subiungam* Ar. — 24) *annos* al. — 25) *est* addidi e Gu. 1. — 26) *annos* Gu 1. va. haud dubie scriptum erat *ad viginti octo annos* per numeros. Et exhibet ita pr. — 27) *aet. omn.* Gu. 2. Ar. — 28) *in quo feminis deficit* add. Gu. 2. — *in quo partus seminis deficit* va. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *inclinatio* vulg. — 30) *necdum* Gu. 2. — *non* Ar. — 31) *senilis* al. — 32) Sic Gu. 1. — *aetas* vulg. — 33) *vocatus*

5. Quarta iuventus firmissima omnium aetatum[27] finiens in quinquagesimo anno[28].

6. Quinta aetas senioris, id est gravitas, quae est declinatio[29] a iuventute in senectutem, nondum[30] senectus sed iam nondum iuventus, quia senioris[31] aetatis[32] est, quam Graeci *πρεσβύτην* vocant. Nam senex apud Graecos non presbyter, sed *γέρων* dicitur[33]. Quae aetas[34] a quinquagesimo anno incipiens septuagesimo terminatur[35].

7. Sexta aetas senectus[36], quae nullo annorum tempore finitur, sed post illas quinque[37] aetates quantumcunque vitae[38] est, senectuti deputatur.

8. Senium autem pars est ultima senectutis, dicta, quod sit terminus sextae aetatis. In his igitur[39] sex spaciis philosophi descripserunt vitam[40] humanam, in quibus mutatur et currit, et ad mortis terminum pervenit. Pergamus ergo[41] breviter per praedictos gradus aetatis[42] etymologias earum in homine demonstrantes.

9. Infans dicitur homo primae aetatis, dictus autem infans, quia adhuc fari[43], id est loqui non potest. Nondum enim bene ordinatis dentibus minus[44] est sermonis expressio.

10. Puer a puritate vocatus, quia purus est, et necdum[45] lanuginem floremque genarum habens. Hi sunt ephebi, a Phoebo[46] dicti, necdum viri, sed adolescentuli leves.

11. Puer autem tribus modis dicitur, pro nativitate, ut Esaias[47]: *Puer natus est nobis.* Pro aetate, ut octuennis[48], decennis. Unde est illud[49]:

Iam puerile iugum tenera cervice gerebat.

Pro[50] obsequio et fidei puritate, ut Dominus ad prophetam[51]: *Puer meus es tu, noli timere*, dum iam Ieremias longe pueritiae excessisset annos.

12. Puella est[52] parvula, quasi pulla[53]. Unde et pupillos, non pro conditione, sed pro aetate puerili vocamus. Pupilli autem dicti, quasi sine oculis, hoc est a parentibus orbi. Hi autem vere pupilli dicuntur, quorum parentes[54] ante decesserunt[55], quam ab eis nomen acciperent. Caeteri orbi vocantur orphani, iidem[56] qui et pupilli. Illud enim Graecum nomen[57] est, hoc Latinum. Nam et in psalmo, ubi legitur, *Pupillo tu eris adiutor*[58], Graecus habet *ὀρφανῷ*.

13. Puberes a pube vocati[59], id est a pudendis corporis nuncupati, quod haec loca primo[60] lanuginem ducunt. Quidam autem ex annis[61] pubertatem existimant, id est eum puberem esse, qui quatuordecim annos expleverit, quamvis tardissime pubescat: certissime[62] autem eum[63] puberem esse, qui et ex habitu corporis pubertatem ostendat[64] et generare iam possit.

14. Puerperae sunt, quae annis puerilibus pariunt. Unde et Horatius[65]:

Laudatur primo prole puerpera nato[66].

Gu. 2. — 34) *Qua aetatis* Gu. 1. — 35) *terminetur* Gu. 1. — 36) Vulg. *est sen.*, sed *est* om. Gu. 1. — 37) *quinque illas* Ar. va. — 38) *vitae* om. va. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ergo* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *vitam descr.* vulg. — 41) *igitur* va. — 42) *aetatum* Gu. 2. Ar. — 43) Vulg. add. *nescit*, quod om. Gu. 1. — 44) *minor* Ar. — 45) *pro nativitate* add. Gu. 1. — 46) Vulg. *id est a Phoebo*, sed *id est* om. Gu. 1. — 47) cap. 9, 6. — 48) Sic Gu. 1. — *octoennis* Gu. 2. — *octennis* vulg. — 49) Nescio unde versus sit. *gerebat* pro vulg. *regebat* Ar. — 50) *Ab obseq.* Gu. 2. — 51) Ierem. 1, 7. — 52) *est* om. Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — vulg. *pupilla.* — 54) *patres vel parentes* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. Ar. — *discesserunt* vulg. — 56) Sic Gu. 1. va. — *id est* vulg. — *quidem* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. 2. — *Graec. est nomen* va. — *nomen Graecum est* Ar. — Vulg. *Graecum est.* — 58) Locum Psalmorum reperire non potui. — 59) Sic Gu. 1. retento tamen, ut vulg. habet *a pud. corp. nuncupati.* — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *tunc primum.* — 61) *ex annis* om. Gu. 1. — 62) Sic Gu. 1. — *certissimum* vulg. — 63) *eum* add. Gu. 1. — 64) *ostendit* Gu. 2. al. pr. va. — 65) Horat. Odar. IV, 5, 23. — 66) *Laudantur simili prole puerperae* Arev. ex Horat. *primo iam* Gu. 1.

Et dictae puerperae, vel quod primo partu gravantur, vel quod primum pueros pariunt [1].

15. Adolescens dictus, eo quod sit ad gignendum adultus, sive a crescere et augeri [2].

16. Iuvenis vocatus, quod iuvare posse incipiat [3], ut in bobus [4] iuvenci, cum a vitulis discesserint. Est enim iuvenis in ipso aetatis incremento positus, et ad auxilium praeparatus [5]. Nam iuvare hominis est opus aliquod [6] conferentis. Sicut autem XXX. perfectae aetatis est annus in hominibus, ita in pecudibus [7] ac iumentis tertius robustissimus.

17. Vir nuncupatus, quia [8] maior virtus [9] in eo est, quam in feminis. Unde et virtus [10] nomen accepit: sive quod vi agat feminam.

18. Mulier vero [11] a mollitia [12] tanquam mollier [13], detracta litera, vel mutata appellata est mulier.

19. Utrique enim fortitudine et imbecillitate corporum [14] separantur. Sed ideo viri maxima virtus [15], mulieris minor, ut patiens viro esset, scilicet, ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere, aut in alium sexum proruere.

20. Dicitur mulier igitur [16] secundum femineum sexum, non secundum corruptionem integritatis: et hoc ex lingua sacrae scripturae. Nam Eva statim facta de latere viri sui, nondum contacta a viro, mulier appellata est, dicente scriptura: *Et formavit illam* [17] *in mulierem.*

21. Virgo a viridiori [18] aetate dicta est, sicut et [19] virga, sicut [20] et vitula. Alias ab incorruptione, quasi [21] virago, quod ignoret femineam passionem.

22. Virago vocata, quia virum agit [22], hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur [23]. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona [24].

23. Quae vero nunc femina, antiquis [25] vira vocabatur; sicut a servo serva, sicut a [26] famulo famula, ita a viro vira. Hinc et virginis nomen quidam putant.

24. Femina vero a partibus femorum dicta, ubi sexus species [27] a viro distinguitur. Alii Graeca etymologia feminam ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit. Libidinosiores enim viris feminas esse [28] tam in mulieribus, quam in animalibus. Unde nimius amor apud antiquos [29] femineus vocabatur.

1) *pariunt* Gu. 1. Ar. — vulg. *pariant.* — 2) *augere* Gu. 1. 2. — 3) *incipit* al. — 4) Sic Gu. I. — *bubus* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *paratus* vulg. — 6) Sic Gu. 1. Ar. — *aliquid* vulg. — 7) *pecoribus* al. — 8) *quia* pro *quod* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *maior in eo vis est.* — 10) *virtutis* Gu. 1. — 11) *vero* om. Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. — *mollitie* vulg. — *a mollicie nomen accepit* Gu. 2. — 13) *mollior* Gu. 1. — 14) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *animorum vel corporum.* — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *virtus max. viri.* — 16) Sic Gu. 1. — *Dic. ig. mul.* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *eam* vulg. Locus est in Genes. 2, 23. — 18) Sic Gu. 1. — *viridiore* vulg. — 19) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 20) *sicut* addidi e Gu. 1. 2. — 21) *sicut et* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *quia ut vir agit.* — 23) Sic Gu. 1. 2. al. — *fungatur* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Amazones* vulg. — *Amazon* Ar. — 25) Sic Gu. 1. — *antiquitus* vulg. — 26) *sicut a* om. va. — 27) *species* al. om. — 28) Sic Gu. 1. 2. al. — Vulg. *feminae sunt.* — 29) *antiquitus* Gu. 2. — 30) Sic scribendum censeo. Vulg. *Ovidius in sexto libro.* — Gu. 1. 2. *in sexto libro Ovidius.* Laudatus locus haud dubie e glossemate. Locus, quem intelligit Isidor. est Ovid. Met. XII, 464: *huic aetas inter iuvenemque senemque, Vis iuvenilis erat.* Nihil autem in hoc loco de *seniore.* Quare, puto, lacunae signa post hoc vocab. posuit Arev. Fortasse tamen memoriter laudavit locum Isidorus, quod mihi quidem est verisimilius. — 31) Sic versum scripsit Arev. e Terent. Hecyr. prol. II, 3. — Vulg. *Qui viri sumus.* — Gu. 1. *quo iure sum.* — Gu. 2. *aliqui quo iure sumus* — Gu. 3. *qui iure summus.* — Gu.

25. Senior est adhuc viridior. Ovidius[30]: *Senior, Inter iuvenemque senemque.* Terentius:

Quo iure sum úsus adolescéntior[31].

26. Adolescentior non utique magis adolescens[32], sed minus[33], ut senior minus sene[34], ubi comparativus gradus minus significat a positivo. Ergo senior non satis[35], sicut iunior[36] inter[37] iuvenem[38], sicut pauperior intra[39] ditem et pauperem.

27. Senes autem quidam dictos[40] putant a sensus diminutione, eo quod iam prae vetustate[41] desipiant. Nam physici dicunt homines stultos esse[42] frigidioris sanguinis, prudentes calidi. Unde et senes, in quibus iam friget, et pueri, in quibus necdum calet, minus[43] sapiunt. Inde est, quod convenit sibi infantium[44] aetas et senum. Senes enim per nimiam aetatem[45] delirant, pueri per lasciviam et infantiam ignorant, quid agant.

28. Senex[46] autem masculini tantum est generis[47], sicut anus femininum[48]. Nam anus dicitur sola mulier. Anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. Nam si commune esset nomen[49], cur[50] diceret Terentius *senem*[51] *mulierem!* Hinc et vetula, quia[52] vetusta. Sicut autem a sene senectus, ita ab anu anilitas nominata est.

29. Canities autem vocata a candore, quasi candicies. Unde est illud:

Florida iuventus, lactea canities[53], prout diceret candida.

30. Senectus autem multa secum et bona affert et mala. Bona, quia nos a potentissimis[54] dominis liberat[55], voluptatibus imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia. Mala autem, quia senium miserrimum est, debilitate et odio. Subeunt[56] enim morbi tristisque senectus. Nam duo sunt, quibus minuuntur corporis vires, senectus et morbus.

31. Mors dicta, quod sit amara, vel a Marte, qui est effector mortium[57]: sive[58] a morsu primi hominis[59], qui vetitae arboris pomum mordens mortem incurrit[60].

32. Tria sunt autem genera mortis, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantium[61], immatura iuvenum, matura[62], id est naturalis, senum.

33. Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur incertum est. Nam sicut ait Caesar, ab eo, quod est morior, in participio[63] praeteriti temporis in tus exire debuit, per unum scilicet *u*, non per duo. Nam ubi geminata est litera *u*[64], nomen est, non participium, ut fatuus,

4. va. *quo iure sumus.* — pr. *quo vire sumus alii qui viri sumus. Viridiores sumus* suspicatur Vulcan. — 32) Vulg. *magis est adol.*, sed *est* om. Gu. 1. 2. Ar. — 33) *minor* Gu. 2. — *minor est* va. — 34) Sic Gu. 1. — *minor sene* Gu. 2. — *minus senex* Ar. — 35) *senex* add. Arev. — 36) *iuvenior* Gu. 2. al. pr. va. — 37) *intra* Gu. 2. va. Ar. — 38) Vulg. add. *et senem* et mox *ditem et*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — 39) *intra* pro *inter* Gu. 1. 2. va. Ar. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *dict. quidam* — 41) *per vetustatem* Gu. 2. al. — *pro vetustate* pr. — 42) *stultos esse hom.* Gu. 2. — 43) *in minus* al. — 44) Sic Gu. 1. — *infantum* vulg. — 45) *pro nimia aetate* Gu. 2. — 46) *Senis* Gu. 2. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sen. autem tant. masc. gen. est.* — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *feminini* — al. *feminei.* — 49) *si comm. non esset nomen* Gu. 2. va. — 50) *non* add. Gu. 1. al. — 51) *anum mulierem* al. Locus Terent. est Eun. II, 3, 66., ubi vid. Bentlei. — 52) *quia et* Gu. 2. — 53) Unde versus sit, nescio. — 54) *ab impudentissimis* Gu. 2. — *ab impotentissimis* Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. pr. — *liberet* vulg. — 56) Sententia est Virgil. Ge. III, 67. — 57) *mortuorum* Gu. 1. 2. — 58) *mors* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — *sive mors . . . meruit* om. Ar. — 59) *hominis primi* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. (*quod* pro *qui*) 2. al. duo codd. Tolet. — Vulg. *quo ille pomi esu* (*esu pomi* pr. va.) *mortem meruit.* — 61) *infantum* Gu. 2. — 62) *merita* Gu. 2. al. — 63) *participium* Gu. 1. — 64) *u* addidi e Gu. 1. 2. pr. — *uu* va.

arduus. Convenienter itaque factum est, ut quemadmodum[1] id, quod significat, non potest agendo, ita et ipsum nomen non possit[2] loquendo declinari. Omnis autem mortuus aut funus est, aut cadaver.

34. Funus est, si sepeliatur. Et dictum funus a funibus accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant.

35. Cadaver autem est, si insepultum iacet. Nam cadaver nominatum a cadendo, quia iam stare non potest. Quod dum portatur, exsequias dicimus: crematum[3] reliquias: conditum iam sepultum. Corpus autem consuetudine[4] dicitur, ut illud[5]:

Tum corpora luce carentum.

36. Defunctus vocatus, quia complevit vitae officium. Nam dicimus functos[6] officio, qui[7] officia debita compleverunt, unde est et honoribus functus[8]. Hinc ergo defunctus, quod ab officio sit vitae depositus, sive quod sit die[9] functus.

37. Sepultus autem dictus eo, quod iam sine pulsu et palpitatione[10] est, id est sine motu. Sepelire autem est condere corpora[11]. Nam humare obruere dicimus, hoc est humum iniicere.

CAP. III. *De portentis.*

1. Portenta esse Varro ait[12], quae contra naturam nata videntur, sed non sunt contra naturam, quia divina voluntate fiunt, cum voluntas creatoris cuiusque conditae rei natura sit. Unde et ipsi gentiles[13] Deum modo Naturam, modo Deum appellant.

2. Portentum ergo[14] fit non contra naturam, sed contra quam est nota[15] natura. Portenta autem et ostenta monstra atque prodigia ideo nuncupantur, quod portendere atque ostendere, monstrare atque[16] praedicere[17] aliqua futura videntur.

3. Nam portenta dicta perhibent[18] a portendendo, id est praeostendendo. Ostenta autem, quod ostendere quid futurum videantur[19].

Prodigia, quod porro dicant, id est futura praedicant[20].

Monstra vero a monitu dicta, quod aliquid significandum[21] demonstrent[22], sive quod statim monstrent, quid appareat, et hoc proprietatis est, abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur[23].

4. Quaedam autem portentorum creationes in significationibus futuris constitutae videntur. Vult enim deus interdum ventura significare[24] per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos,

1) *quemammodum* Gu. 2. — 2) *posset* Gu. 1. Supra post *Caesar* add. ed. pr. al. *Nam sicut ait Caesar, non potest mortuus aliquid* (*aliqua* pr.) *facere post mortem suam, ita homo non potest scire eius originem, id est mortuus ab eo, quod etc.* Desideratur hoc Caesaris fragmentum e libris de Analogia, ut videtur, Daehne in edit. Caesaris Teubner. — 3) *crematas* Gu. 1. — 4) Vulg. *a consuet.*, sed praepos. om. Gu. 1. Ar. — 5) Virgil. Georg. IV, 255. — 6) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *defunctos* vulg. — 7) *quia* Gu. 1. 2. va. — 8) Sic Gu. 1. al. va. — *et* om. Gu. 2. — *functos* va. — 9) Sic Gu. 1. al. — *diem* vulg. — 10) *palpatione* va. — 11) Sic Gu. 1. — *corpus* vulg. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ait Varro* vulg. — 13) *qui dicuntur* add. al. — 14) *igitur* Z. — 15) *nota est* Z. — 16) *ac* Z. — 17) *praedicare* Gu. 2. — *praedicant* va. — 18) Sic Gu. 1. 2. al. — *perhibentur* vulg. — 19) Sic partim e Gu. 1. in quo cst *quid futura videatur*, partim e coniect. scripsi. — *quicquam* vulg. — *quicquid* al. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. pr. — *praedicent* vulg. — 21) *significando* Gu. 2. — 22) *demonstrant* al. — 23) *corripitur* Gu. 1. — 24) *significari* Gu. 1. — 25) *quia* Gu. 1. — *quod* va. — *qua* Z. pr. — 26) *vel* om. Z. — 27) Sic Z. (*Xeren*) Gu. 1. (*Xerxen*) 2. (*Xersen*) Ar. (*Xerxi recte*). — Vulg. *ut in temporibus Xerxis regis. Tunc quippe vulpes* (*vulpis* Z. Gu. 2.

et per oracula, quibus[25] praemoneat et significet quibusdam vel[26] gentibus, vel hominibus futuram cladem, quod plurimis etiam experimentis probatum est.

5. Xerxi quippe lupus[27] ex equa creata solvi[28] regnum eius[29] portendit. Alexandro ex muliere monstrum creatum[30], quod superiores corporis[31] partes hominis, sed mortuas[32] habuerit[33]: inferiores diversarum bestiarum, sed viventes: significasse repentinam regis interfectionem: supervixerant enim deteriora melioribus. Sed monstra[34], quae in significationibus dantur, non diu vivunt, sed continuo, ut nata fuerint, occidunt.

6. Inter portentum[35] et portentuosum differt. Nam portenta sunt, quae transfigurantur, sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem. Unde[36] Lucanus[37]:

Matremque suus conterruit[38] infans.

Portentuosa vero levem sumunt[39] mutationem.

7. Exempli causa cum sex digitis nati. Portenta igitur, vel portentuosa existunt alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum, quantus fuit Tition in novem iugeribus iacens, Homero testante: alia parvitate totius corporis, ut Nani, vel quos Graeci pygmaeos vocant, eo quod sint statura cubitales. Alii magnitudine partium, veluti capite informi, aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites et trimani, vel cynodontes[40], quibus gemini[41] procedunt dentes.

8. Alii a defectu partium, in quibus altera pars plurimum deficit ab altera, ut manus a[42] manu, vel pes a pede. Alii a discissione, ut sine manu, aut capite generata, quos Graeci steresios[43] vocant. Alia privimeria[44], quando solum caput, aut crus nascitur.

9. Alia, quae in parte[45] transfigurantur, sicut qui leonis habent vultum, vel canis, vel taurinum caput, aut corpus, ut ex Pasiphaë filia Solis legitur genitus Minotaurus[46], quod Graeci ἑτερομορφίαν vocant. Alia, quae ex omni parte transfigurantur in alienae creationis portentum, ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia, quae sine transfiguratione mutationem habent locorum, ut oculos in pectore, vel in fronte, aures supra tempora: vel sicut Aristoteles tradidit, quendam in sinistra parte iecur, in dextera[47] splen habuisse.

10. Alia secundum connaturationem[48], ut in alia manu digiti plures connaturati[49] et cohaerentes reperiuntur, in alia minus, sive in pedibus. Alia secundum immaturam et intemperatam creationem, sicut hi[50], qui dentati nascuntur, sive[51] barbati, vel cani. Alia complexu[52] plurimarum differentiarum, sicut illud, quod praediximus in Alexandro multiforme portentum.

— *vulpes* Gu. 1. — *Lupus* scripsi secutus Arev, qui id ex Herodot. in Polybymn. et Valer. Max l. de Prodig. ext. 1. recepit.) etc., ut vulg. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *dissolvi* vulg. — 29) *eius* om. Z. — 30) Vulg. add. *est*, quod om. Z. Gu. 1. 2. — 31) *corporis* om. Z — 32) pro *sed mort.* Z. *emortuas.* — 33) *habuerat* va. — 34) *haec monstra* Z. Ar. — *et monstra* Gu. 2. — 35) *autem* add. Z. Gu. 2. va. — 36) *et* add. Gu. 2. — 37) Lucan. I, 563. — 38) *conteruit* Z. Gu. 2. — 39) *consumunt* al. — 40) Sic Ar. — *schinodontes* vulg. — *scenodontas* Z. Gu. 3. — *scinodontas* Gu. 2. pr. va. — *semodentes* Gu. 1. Vulcan. suspic. σχιζοδόντες. — 41) *gemino ordine* Z. al. — 42) *ab* Z. — 43) Sic Gu. 2. 3. pr. va. Ar. — *strisios* Gu. 1. — *sterenosios* Z. — *sterisios* vulg. Vulcan. susp. στερητικούς. — 44) Sic Ar. — Vulg. *per numeria* sine sensu — *per numera* Gu. 1. — 45) *partibus* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *ex Pasiphae memorant genitum Minotaurum.* — 47) *parte* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. Ar. — 48) *secundum naturae rationem* Gu. 1. — 49) *contra naturae rationem* Gu. 2. — 50) *hi* pro *ii* Z. Gu. 1. 2. — 51) *sicut et barb.* Gu. 2. — 52) *amplexu* Gu. 2.

11. Alia commixtione generis, ut ἀνδρόγυνοι et[1] ἑρμαφροδῖται vocantur. Hermaphroditae autem nuncupati, eo quod eis uterque sexus appareat. Ἕρμης quippe apud Graecos Mercurius[2] est: Ἀφροδίτη Venus nuncupatur[3]. Hi dexteram[4] mamillam virilem, sinistram muliebrem[5] habentes vicissim coeundo et gignunt et pariunt.

12. Sicut autem in singulis gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sunt gentium, ut gigantes, cynocephali, cyclopes, et caetera[6].

13. Gigantes dictos[7] iuxta Graeci sermonis[8] etymologiam, qui eos γηγενεῖς existimant, id est terrigenas, eo quod eos[9] fabulose parens[10] terra immensa mole et similes sibi genuerit. Γῆ enim terra appellatur: γένος genus, licet eos[11] et terrae filios vulgus vocet[12]: quorum genus incertum est.

14. Falso[13] autem opinantur quidam imperiti de sanctis scripturis[14], praevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse, et exinde natos gigantes, id est nimium grandes et fortes viros, de quibus terra completa est.

15. Cynocephali appellantur, eo quod canina capita habeant, quosque ipsi[15] latratus magis bestias, quam homines confitentur. Hi in India nascuntur.

16. Cyclopes quoque eadem India gignit, et dictos[16] cyclopes, eo quod unum habere oculum in fronte media perhibentur[17]. Hi et ἀγριοφαγῖται dicuntur, propter quod solas ferarum carnes edunt[18].

17. Blemmyas[19] in Libya credunt truncos sine capite nasci, et os et oculos habere in pectore. Alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris.

18. In ultimo autem orientis monstruosae gentium facies scribuntur[20]. Aliae[21] sine naribus, aequali totius oris planitie, informes habentes vultus. Aliae labro subteriori[22] adeo prominenti, ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse, modico tantum foramine calamis avenarum pastus[23] haurientes. Nonnulli sine linguis esse dicuntur, invicem sermonis[24] utentes nutu, sive motu.

19. Panotios apud Scythiam esse ferunt tam diffusa magnitudine aurium[25], ut omne corpus ex eis contegant. Πᾶν enim Graeco sermone omne, ὦτα aures dicuntur.

20. Artabatytae in Aethiopia proni, ut pecora ambulare dicuntur: quadragesimum vitae[26] annum nullus supergreditur.

21. Satyri homines[27] sunt aduncis naribus, in frontibus cornua habentes[28], et caprarum

1) *qui ἑρμαφρ.* Ar. — 2) *masculus . . . femina* Z. Gu. 1. 2. al. pr. — 3) *nuncupantur* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *dextram* vulg. — 5) *mulierum* Gu. 2. — 6) *ceteri* va. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *dicti* vulg. — 8) *serm. Gr.* Z. — 9) *eos* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 10) *parens* om. Z. — *pariens* al. va. — 11) *eos* addidi e Gu. 1. — 12) *vocat* Z. Gu. 1. al. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *falsa* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *de script. sanctis* vulg. — 15) Sic Gu. 1. — *ipse . . . confitetur* vulg. — *latr. ipse* Gu. 2. — *ipse* al. om. — 16) Sic Z. Gu. 1. al. — *dicti* vulg. — 17) Sic Z. Gu. 1. (qui repetit *habere* post *media*) 2. — 18) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *comedunt* vulg. — 19) Sic Arev. e Plin. H. N. V, 8. Solin. III, 4. — *Lemnias* vulg. — *Lennas* Gu. 1. — 20) *tribuuntur* Z. — 21) *Alii* h. l. et mox Z. — 22) *subteriore* al. pr. — *superiore* va. — 23) Sic Z. Ar. — *aven. potum* Z. Gu. 1. pr. va. — Vulg. *venarum potum.* — 24) Sic Gu. 1. Ar. — *sermone* Gu. 2. pr. — *pro sermone* vulg. — *sermonem* Z. — 25) Sic Gu. 1. 2. — *aur. magn.* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *aevi* vulg. — al. *enim.* — 27) Sic Gu. 1. — *homunciones* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — *cornua in frontibus habent* vulg. — *habent* om. Z. inclusit Arev. — 29) *sanctus Ant.* Z. va. — 30) *dicens* om. va. Locus est ex Hieron. in vit. Pauli Eremitae. — 31) *incubos*

pedibus similes, qualem in solitudine Antonius sanctus[29] vidit. Qui etiam interrogatus Dei servo respondisse fertur dicens[30]: *Mortalis ego sum unus ex accolis heremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satyrosque*[31] *colit.*

22. Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant.

23. Sciopodum gens fertur[32] in Aethiopia singulis cruribus et celeritate mirabili: quos Graeci inde *σκιόποδας*[33] vocant, eo quod per aestum in terra resupini iacentes, pedum suorum magnitudine adumbrentur.

24. Antipodes in Libya plantas versas habent post crura et octonos[34] digitos in plantis.

25. Hippopodes[35] in Scythia sunt, humanam formam et equinos pedes habentes.

26. In India gentem ferunt esse[36], quae *μακρόβιοι* nuncupantur, octo[37] pedum staturam habentes. Est et gens ibi statura[38] cubitalis, quos Graeci a cubito pygmaeos vocant, de qua supra diximus. Hi montana Indiae tenent, quibus est vicinus[39] oceanus.

27. Perhibent et in eadem India esse gentem feminarum, quae quinquennes[40] concipiunt, et octavum vitae annum non excedunt.

28. Dicuntur autem et alia hominum fabulosa portenta, quae non sunt, sed ficta: et[41] in causis rerum interpretantur, ut Gerionem Hispaniae regem triplici forma proditum[42]. Fuerunt enim tres fratres tantae concordiae, ut in tribus corporibus quasi una anima esset[43].

29. Gorgones quoque meretrices crinitas serpentibus[44], quae aspicientes[45] convertebant in lapides, habentes unum oculum, quo[46] invicem utebantur. Fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis, quasi unius oculi, quae ita spectatores[47] suos stupescere faciebant[48], ut vertere eos putarentur in lapides.

30. Sirenas[49] fingunt[50] fuisse ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas et ungulas: quarum una voce, altera tibiis[51], tertia lyra canebant[52]. Quae illectos navigantes sub cantu[53] in naufragium[54] trahebant.

31. Secundum autem veritatem[55] meretrices fuerunt, quae transeuntes, quoniam deducebant ad egestatem[56], iis[57] fictae sunt inferre[58] naufragia. Alas autem habuisse et ungulas, quia amor et volat et vulnerat. Quae inde in fluctibus commorasse dicuntur, quia fluctus[59] Venerem creaverunt.

32. Scyllam quoque ferunt feminam[60] capitibus succinctam caninis, cum latratibus magnis, propter fretum Siculi maris, in quo navigantes vorticibus[61] in se concurrentium undarum exterriti, latrare[62] existimant[63] undas, quas sorbentis aestus vorago collidit.

add. Z. al. — 32) *esse* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *σκιοπ. Graeci.* — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *octenos* vulg. — 35) Sic Ar. — *Hippodes* Z. Gu. 1. 2. pr. va. cd. Goth. — *Ἱππόποδες* vulg. — 36) Sic Gu. 1. — *ferunt esse gentem* vulg. — 37) Sic Ar. e Plin. H. N. VII, 2. — *duodecim* vulg. — 38) *staturae* al. — 39) *vicin. est* va. — 40) *quinquennies* va. — 41) *et* om. Z. Gu. 1. — 42) *positum* Gu. 2. in marg. al. *proditum*. — 43) *una esset anima* Gu. 2. va. — 44) *serpentes* Gu. 2. — Vulg. add. *fertur*, quod om. Z. Gu. 1. 2. al. — Ed. va. *ferunt*. — 45) *se* add. vulg., quod. om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *convertebantur* Z. — 46) *quem* Lucan. cod. et ita semper in verbo *utor*. — 47) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *inspectores* vulg. — *exspectatores* Gu. 2. — 48) *stupefaciebant* al. — 49) *tres* add. vulg., quod. om. Gu. 1. — 50) *dicunt* Z. — 51) *tibia* al. — 52) Sic Gu. 1. — *canebat* vulg. — 53) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. — *suo cantu* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — *in naufragia* vulg. — *in naufragio* Z. Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *secund. ver. autem.* — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ad egest. deduc.* vulg. — 57) *his fabulae fictae* Z. — 58) *inferri* Z. — 59) *fluctibus* Gu. 2. — 60) *feminam fer.* Z. — 61) *vorticibus* pro *vertic.* Gu. 1. — 62) *latrari* Z. — 63) *aestimant* Z. Gu. 2. — *estiment* Gu. 1. — *existiment* al.

33. Fingunt et monstra quaedam irrationabilium animantium, ut Cerberum inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres aetates, per quas mors hominem devoret[1], id est infantiam, iuventutem et senectutem. Quem quidam ideo dictum Cerberum putant, quasi[2] *κρεόβορος*, id est carnem vorans[3].

34. Dicunt et Hydram esse serpentem cum novem capitibus, quae[4] Latine excetra[5] dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. Sed constat hydram locum fuisse evomentem[6] aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso[7] multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit[8], et sic aquae clausit meatus.

35. Nam hydra ab aqua dicta est. Huius mentionem facit Ambrosius in similitudinem[9] haeresium, dicens: *Haeresis enim velut hydra quaedam[10] fabularum vulneribus suis crevit, et dum saepe reciditur, pullulavit[11], igni debita[12], incendioque peritura.*

36. Fingunt et Chimaeram triformem bestiam, ore leo[13], postremis partibus draco, media caprea. Quam quidam Physiologi[14] non animal, sed Lyciae[15] montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum serpentibus[16]. Hunc Bellorophontes[17] habitabilem[18] fecit, unde Chimaeram dicitur occidisse.

37. Centauris autem species vocabulum indidit, id est hominem equo mixtum[19], quos quidam fuisse equites Thessalorum dicunt, sed pro eo[20], quod discurrentes in bello velut[21] unum corpus equorum et hominum viderentur[22], inde Centauros fictos[23] asseruerunt.

38. Porro Monocentaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose[24] in Labyrintho fuisse inclusam[25]. De qua Ovidius[26]:

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

39. Onocentaurum autem vocari[27], eo quod media[28] hominis species[29], media asini esse dicatur, sicut et Hypocentauri, quod[30] equorum hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur.

CAP. IV. *De transformatis.*

1. Scribuntur autem et quaedam monstruosae[31] hominum transformationes vel[32] commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima Circe, quae socios quoque Ulixis[33] mutasse fertur in bestias: et de Arcadibus, qui sorte ducti, transnatabant quoddam stagnum atque ibi convertebantur in lupos.

1) Sic Gu. 1. — *devorat* vulg. — 2) *sit* add. vulg., sed om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 3) *vorantem* va. — 4) *qui* va. — Supra al. *cum octo cap* — al. *cum quinquaginta cap.* — 5) Sic Ar. — *excedra* al. — *haedra* Z. — *scedra* vulg. — 6) *vomentem* al. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. — *uno clauso meatu* vulg. — 8) *excussit* Z. — *exhausit* Gu. 1. — 9) *in similitudine* Gu. 2. al. pr. va. Locus est lib. I. c. 4. de fid. — 10) Sic Gu. 1. — *quaed. hydra* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. al. — *pullulat* vulg. — 12) *debito* Gu. 1. al. Cfr. Isidor. l. XII. c. 4. — 13) Nominativos pro accusativis exhibent Z. Gu. 1. 2. al. pr. — 14) *philosophi* al. — 15) Sic Arev. — *Ciliciae* vulg. — 16) *serp. plen.* Z. — 17) *Bellerofons* Gu. 1. — 18) *habitantem* Gu. 1. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. duo cod. Tolet. — Vulg. *Centauris, id est hominibus equo mixtis species vocabulum dedit.* — Ar. *Centauris autem* etc., ut vulg. — 20) *pro eo* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. pr. — *scilicet pro eo quod* va. — 21) *velati* Gu 2. va. — 22) *videretur* Gu. 2. — 23) *factos* Gu. 1. — 24) *fabulose* om. Z. — 25) Sic Gu. 1. — Vulg. *inclus. fuisse.* — 26) Art. Am. II, 24. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *Onocentaurus . . . vocatur* vulg. — 28) *pars* add. vulg., sed om. Gu. 1. pr. va. Ar. — 29) *specie* Gu. 1. —

2. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conversos, non fabuloso mendacio, sed historica affirmatione confirmant. Sed et[34] quidam asserunt Strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia figurae sceleratorum mutantur, et sive magicis cantibus, sive herbarum veneficio, totis corporibus in feras transeunt.

3. Siquidem et per naturam pleraque mutationem[35] recipiunt, et corrupta in diversas species[36] transformantur, sicut de vitulorum carnibus putridis apes, sicut de equis scarabei, de mulis locustae, de cancris scorpiones. Ovidius[37]:

Concava littorei si demas brachia cancri,
Scorpius[38] exibit, caudaque minabitur unca.

L I B E R XII[39].

CAP. I. *De pecoribus et iumentis.*

1. Omnibus animantibus Adam primus[40] vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex praesenti institutione, iuxta conditionem[41] naturae, cui serviret[42].

2. Gentes autem unicuique animalium ex propria[43] lingua dederunt vocabula. Non autem secundum Latinam linguam atque Graecam, aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa imposuit Adam, sed illa lingua, quae ante diluvium una fuit omnium[44], quae Hebraea nuncupatur.

3. Latine autem animalia, sive animantia dicta, quod[45] animantur[46] vita et moventur spiritu.

4. Quadrupedia vocata, quia quatuor pedibus gradiuntur[47]: quae dum similia sint[48] pecoribus, tamen sub cura humana non sunt. Ut cervi, damae, onagri, etc., sed neque bestiae sunt, ut leones: neque iumenta, ut usus hominum iuvare possint.

5. Pecus dicimus omne, quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen iis animalibus accommodari solet, quae sunt[49] aut ad vescendum apta, ut oves et sues: aut in usum[50] hominum commoda[51], ut equi et boves.

6. Differt autem inter pecora et pecudes: nam veteres communiter in significatione[52]

30) *sicut ex hypoc. equor.* etc. Z. — 31) *monstrosae* Ar. — 32) *vel* pro *et* Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Ulyssis* vulg. — 34) *et* om. Z. — 35) *et per mutationem et per nat.* Gu. 1. — 36) *species* om. Z. — 37) Metam. XV, 369. — 38) *Scorpio* Z. — 39) Om. hunc librum et sequentem cod. Zittav., ubi scriba notavit haec: *Sequentes materias de diversis animalibus, quae cum in Plinio reperiantur, et de elementis, cum mere physica sint, eas scriptione dignas non iudicans, studio intermisi, et ad tractatum de Paradiso me contuli.* (H. e. omisit lib. XII. et XIII. Incipit rursus a lib. XIV., ubi de Geographia agitur.) 40) *primum* Gu. 2. Ar. — 41) *constitutionem* al. — Caesen. I. om. *iuxta condit.* — 42) *inserviret* al. — 43) *prima* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *omnium una fuit* vulg. — 45) *quae* Gu. 1. — 46) Indicativos exhibet Gu. 1. — *animentur . . . moveantur* vulg. — 47) *gradiantur* al. — 48) Sic Gu. 1. — *sint sim.* vulg. — 49) *quae sunt* om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. Ar. — *in usus* Gu. 2. — *usui* vulg. — 51) *sunt comm.* Gu. 2. — 52) *in significationem* al.

omnium animalium [1] pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia, quae eduntur, quasi pecuedes. Generaliter autem omne [2] animal pecus a pascendo vocatur [3].

7. Iumenta [4] nomina [5] inde traxerunt, quod nostrum laborem [6] vel onus suo adiutorio subvectando [7] vel arando iuvant [8]. Nam bos carpenta trahit, et durissimas terrae glebas vomere [9] vertit. Equus et asinus portant onera, et hominum in gradiendo laborem temperant. Unde et iumenta appellantur ab eo, quod iuvent homines. Sunt enim magnarum virium animalia.

8. Eadem [10] quoque armenta, vel quod sint armis apta [11], id est bello: vel quod his in armis utimur. Alii armenta boves tantum [12] intelligunt ab arando, quasi aramenta, vel quod sint cornibus armata [13]. Discretio est autem [14] inter armenta et greges: nam armenta equorum et boum sunt, greges vero caprarum et ovium.

9. Ovis molle pecus lanis, et [15] corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum, eo quod apud veteres initio [16] non tauri, sed oves in sacrificio mactarentur. Ex iis quasdam bidentes vocant, eo quod [17] inter octo dentes duos altiores habent [18], quas [19] maxime gentiles in sacrificium offerebant.

10. Vervex vel a viribus dictus, quod caeteris ovibus sit fortior, vel quod sit vir, id est masculus, vel quod vermem [20] in capite habeat [21]: quorum excitati pruritu, invicem se concutiunt, et pugnantes cum magno impetu feriunt [22].

11. Aries vel *ἀπὸ τοῦ Ἄρεος*, id est a Marte [23] vocatus: unde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur: sive quod hoc pecus a gentilibus [24] primum aris est immolatum. Aries, quod imponeretur aris [25]. Unde est illud:

Aries mactatur ad aram [26].

12. Agnum quanquam et Graeci vocent *ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ* [27], quasi pium, Latini tamen [28] ideo hoc nomen habere putant, eo quod prae caeteris animantibus [29] matrem agnoscant [30]: adeo ut etiam si in magno grege erret [31], statim balatu recognoscat vocem parentis.

13. Hoedi ab edendo vocati. Parvi enim pinguissimi sunt [32], et saporis iucundi, unde et edere, inde et edulium vocatur.

14. Hircus lascivum animal et petulcum et fervens semper ad coitum: cuius oculi ad libidinem [33] in transversum aspiciunt, unde et nomen traxit. Nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium [34]: cuius natura adeo calidissima est [35], ut adamantem lapidem, quem nec ignis, nec ferri valet domare [36] materia, solus huius cruor dissolvat. Maiores hirci Cinyphii [37] dicuntur a fluvio Cinyphe in Libya, ubi grandes nascuntur.

1) *animantium* al. — 2) *omne* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 3) *vocatum* Gu. 2. al. — 4) *autem* add. Gu. 2. — 5) *nomen* Gu. 2. al. — 6) *nos in labore* al. — 7) *in subvect.* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. — *iuvent* vulg. — 9) *suo vomere* al. — 10) *Item* Gu. 1. — *Id est* Gu. 2. — *Easdem* ed. Goth. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *apta armis.* — 12) Sic Gu. 1. — *tantum boves* vulg. — 13) Vv. *vel quod sint corn. arm.* addidi e Gu 1. Ar. — 14) *Discr. autem est* Gu. 2. — 15) *et* addidi e Gu. 1. — 16) Vulg. *in initio*, sed *in* om. Gu. 1. — 17) *easque* Gu. 1. — *haeque* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *vocant.* — 19) *quos* Gu. 1. — 20) *vermes* va. — 21) *habeant* Ar. — 22) *feriuntur* va. — 23) *a mare* al. va. — 24) *gentibus* va. — 25) Sic Gu. 1. — Vulg. *aris imponeretur.* — *imponebatur* va. — *poneretur* al. — 26) *in* Gu. 1. Locus est ex Sedul. lib. I, 115. — 27) Sic scripsi de coniect. — *ἄγνου* Ar. — *a potu agno* pr. — *ἀπὸ τοῦ ἁγνὸς* vulg. — 28) *autem* Gu. 1. 2. — 29) *animalibus* al. — 30) Sic Gu. 1. va. ed. Goth. — *agnoscat* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *erraverit* vulg. — 32) *sunt* om. va. — 33) *ob libid.* Gu. 2. pr. va. Ar. — 34) in opere Grammatico deperdito. — 35) *cal. est adeo* Gu. 2. — 36) Sic Gu. 1. — *domare valet* vulg. — 37) *Cinife* Gu. 1. pr. — *Cinefe* Gu. 2. va. — 38) *carpent* Gu. 2. — *carpant* va. — 39) Sic Ar. — *creas* al. — *capreas*

15. Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt. Alii quod captent[38] aspera. Nonnulli a crepitu crurum, unde eas crepas[39] vocitatas, quae sunt agrestes caprae[40], quas Graeci pro eo, quod acutissime videant, *ἀπὸ τοῦ ὀξυδερκέστερον*[41] dorcadas[42] appellaverunt. Morantur enim in excelsis montibus, et quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt.

16. Eaedem[43] autem et capreae: eaedem[44] ibices, quasi avices, eo quod ad[45] instar avium ardua et excelsa teneant, et in sublimi[46] inhabitent[47], ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant.

17. Unde et meridiana pars ibices aves vocant[48], quae[49] Nili fluentis[50] inhabitant. Haec itaque animalia, ut diximus, in petris altissimis commorantur, et[51] si quando ferarum vel hominum adversitatem persenserunt[52], de altissimis saxorum cacuminibus sese praecipitantes in suis cornibus se[53] illaesa suscipiunt.

18. Cervi dicti *ἀπὸ τῶν κεράτων*, id est a cornibus. *Κέρατα* enim Graece cornua dicuntur. Hi serpentium inimici cum se gravatos in[54] infirmitate persenserint[55], spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et superata pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Dictamnum[56] herbam ipsi prodiderunt. Nam eo[57] pasti excutiunt acceptas sagittas.

19. Mirantur autem sibilum fistularum. Erectis[58] auribus acute audiunt, summissis nihil. Si quando immensa flumina, vel maria transnatant, capita clunibus praecedentium superponunt, sibique invicem succedentes nullum laborem ponderis sentiunt.

20. Tragelaphi a Graecis nominati, qui dum eadem specie sint, ut cervi, villosos tamen habent armos, ut hirci, et menta promissis[59] hirsuta[60] barbis, qui non alibi sunt, quam circa Phasidem.

21. Hinnuli[61] filii sunt cervorum, ab innuere[62] dicti, quia ad nutum[63] matris absconduntur.

22. Damula vocata, quod de manu effugiat: timidum animal et imbelle[64]: de quo Martialis[65]:

Dente timetur[66] *aper, defendunt cornua cervum.*
Imbelles damae quid nisi praeda sumus?

23. Lepus quasi[67] levipes, quia velociter currit.
Unde et Graece pro cursu *λάγως* dicitur: velox est enim animal et satis timidum.

24. Cuniculi genus agrestium animalium dicti quasi caniculi, eo quod canum indagine capiantur, vel excludantur a[68] speluncis.

25. Sus dicta, quod pascua subigat, id est terra subacta escas inquirat[69].

vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *caprae agr.* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. va. Ar. — Vulg. *ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι*. — Vv. *ἀπὸ τοῦ* om. Gu. 1. 2. 3. — *id est ὀξυδερκ.* Gu. 4. — 42) *dorcas* Gu. 1. — *id est recte dorcas* Gu. 2. — *id est dorcas* pr. va. — 43) *Idem* Gu. 1. 2. al. — 44) *idem* Gu. 2. — *id est* Gu. 1. — 45) *ad* om. Gu. 2. al. — 46) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *sublimibus* vulg. — 47) *inhabitant* Gu. 2. — 48) Sic Gu. 1. — *vocat* vulg. — 49) *qui* va. — 50) *fluenta* al. va. — 51) *et* pro *ut* scripsi cum Arev. — *ut suscipiant* al. — 52) Sic Gu. 1. — *persenserint* vulg. — *praesens.* va. — 53) Sic Gu. 1. — *se cornib.* vulg. 54) *in* om. Gu. 1. al. va. — 55) *perspexerint* al. — 56) *Dictamum* (vt num) (sic) Gu. 2. va. sine var. lect. — *ipsam* pro *ipsi* Gu. 1. — 57) *Nam et p.* pr. — *eo* Gu. 1. 2. al. va. — *ea* vulg. — 58) *rectis* Gu. 1. al. — 59) *portentis* al. — *portensis* ed. Vulcan. — *protensis* pr. va. — 60) *hirta* Ar. — 61) *Innuli* Ar. — 62) *ab innuere . . . abscond.* om. Gu. 2. — *ab nuere* pr. va. — 63) *quod nutum* Gu. 1. — 64) Sic Ar. va. — *imbecille* vulg. — 65) Epigr. XIII, 94. — 66) *tuetur* ed. Goth. — 67) *quasi* om. Gu. 1. 2. pr. — 68) *a* pro *ab* Gu. 1. — 69) *quaerat* Gu. 2.

Verres, quod grandes habeat[1] vires.

Porcus quasi spurcus[2]. Ingurgitat enim se coeno, luto immergit, limo illinit. Horatius[3]:

Et amica luto sus.

hinc etiam spurcitia, vel spurius nuncupatur[4].

26. Porcorum pilos setas vocamus, et setas a sue dictas: a quibus et sutores vocantur, quod ex setis suant, id est consuant pelles.

27. Aper a feritate vocatur[5], ablata e[6] litera, et subrogata p. Unde[7] et apud Graecos *σύαγρος*[8], id est ferus dicitur. Omne enim, quod ferum est et immite, abusive agreste vocamus.

28. Iuvencus dictus, eo quod iuvare incipiat hominum usus in terra colenda[9], vel quia apud gentiles Iovi semper ubique iuvencus immolabatur, et[10] nunquam taurus. Nam in victimis etiam aetas considerabatur.

29. Taurus Graecum nomen est, sicut et[11] bos. Indicis tauris[12] color fulvus est, volucris pernicitas, pilis in contrarium versis, caput circumflectunt[13] flexibilitate, qua volunt, tergi duritia omne telum respuunt immiti feritate.

30. Bovem Graeci *βοῦν*[14] dicunt. Hunc Latini trionem vocant, eo quod terram terat, quasi terionem. Naevius:

Trionum hic moderator[15] *rusticus.*

Cuius latitudo pellium[16] a mento ad crura palearia dicuntur[17], a pelle ipsa, quasi pellearia, quod est generositatis in bove signum. Boum in sociis eximia pietas. Nam alter alterum inquirit, cum quo ducere collo aratra consuevit, et frequenti mugitu pium testatur affectum, si forte defecerit.

31. Vacca dicta, quasi boacca. Est enim ex qualitate mobilium nominum, sicut leo leaena, draco dracaena.

32. Vitulus et vitula a viriditate vocata[18] sunt, id est aetate[19] viridi, sicut virgo. Vitulam autem parvam esse[20] et[21] nondum enixam. Nam enixa iuvenca est, aut[22] vacca.

33. Bubali vocati per derivationem, quod sint[23] similes boum: adeo indomiti, ut pro[24] feritate iugum[25] non recipiant. Hos Africa procreat.

1) *habent* Gu. 1. — *habeant* Gu. 2. — 2) *sporcus* al. — 3) Horat. Epist. I, 2, 26. — 4) *spurcitiam vel spurios nuncupatos* al. — 5) Sic Gu 1. — *vocatus* vulg. — 6) *f* ed. va. — 7) *unde* om. va. — 8) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *σῦς ἄγριος* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *in excol. terr.* vulg. — *in colendo terram* al. — 10) *et* addidi e Gu. 1. — 11) *et* om. Gu. 2. — 12) *Indiciis taurinus* Gu. 1. — *Indicium tauri* Gu. 2. — 13) *circumplectunt* Gu. 1. — *circumplectuntur* Gu. 2. — 14) *boen* Gu. 1. — *boeti* Gu. 2. — *boeten* pr. va. — 15) Sic Gu. 1. 4. pr. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *Trionem hic moderatur* vulg. — 16) *est pell.* Gu. 1. — 17) *dicunt* Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. Ar. — *vocati* vulg. — 19) *ab aet.* va. — 20) Sic Gu. 1. 2. al. — *Vitula — parva est* vulg. — *ergo* pro *autem* Gu. 2. al. Ar. — 21) *et* om. Ar. — 22) *id est* Gu. 1. — 23) *sunt* al. — 24) *pro* pro *prae* Gu. 1. — *propter feritatem* Gu. 2. — 25) *cervicibus* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 26) *immensa* addidi e Gu. 1. — 27) *protensa* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 28) *dicti uri ἀπὸ τῶν ὄρων* add. Ar. — 29) *humiliores* al. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *accumbant* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *Graeci . . . dicunt* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 4. va. Ar. — *Camor* vulg. Vulcan. suspic. *κάμπυλον*. Etymolog. Graecum: *κάμηλος τὸ ζῶον, ὅτι χαμαὶ καθημένη αἴρει τὸ φορτίον, ὡσὶ χάμηλος. ἐτυμολογεῖται καὶ παρὰ τὸ κάμπτειν τοὺς μηροὺς ἐν τῷ καθέσθαι*

34. Uri agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua immensa[26] in tantum[27], ut regiis mensis insigni capacitate ex eis gerulae fiant[28].

35. Camelis causa nomen dedit, sive quod quando onerantur, ut breviores et humiles[29] fiant, accubant[30], quia Graece χαμαὶ humile et breve dicitur[31], sive quia curvus est dorso. Camur[32] enim[33] Graeco verbo[34] curvum significat. Hos licet et aliae regiones mittant, sed Arabia plurimos. Differunt autem sibi. Nam Arabici bina tubera in dorso habent, reliquarum regionum singula.

36. Dromeda genus est camelorum, minoris quidem staturae, sed velocioris[35]. Unde et nomen habet[36]. Nam δρόμος Graece cursus velocitas[37] appellatur. Centum enim[38] et[39] amplius milia[40] una[41] die pergere solet[42]. Quod animal sicut ovis et bos[43] et camelus ruminat.

37. Ruminatio autem dicta[44] a rumine[45] eminente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis revocatur animalibus[46].

38. Asinus et asellus a sedendo dictus[47], quasi assedus[48]: sed hoc nomen, quod magis equis conveniebat, ideo hoc animal[49] sumpsit, quia priusquam equos caperent homines, huic praesidere coeperunt. Animal quippe tardum et nulla ratione renitens, statim, ut voluit, sibi homo substravit[50].

39. Onager interpretatur asinus ferus[51]. Ὄνον quippe Graeci asinum vocant: ἄγριον ferum. Hos Africa habet magnos, et indomitos et in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus praesunt. Nascentibus masculis[52] celant, et testiculos eorum morsu[53] detruncant, quod[54] caventes matres eos in secretis locis occultant.

40. Asinos Arcadicos dictos[55], eo[56] quod ab Arcadia primum vecti sint[57] magni et alti. Minor autem asellus agro plus necessarius est, quia et laborem tolerat et negligentiam[58] propemodum non recusat.

41. Equi dicti, eo quod quando[59] quadrigis iungebantur, aequabantur, paresque forma et similes cursu copulabantur.

42. Caballus autem a cavo pede dictus[60], propter quod gradiens ungula impressa terram concavat[61], quod reliqua animalia non habent. Inde et sonipes, quod pedibus sonat.

43. Vivacitas equorum multa: exultant enim in campis, odorantur[62] bellum, excitan-

κάμηρός τις οὖσα. Cfr. Festus p. 34. v. *Camara*. et Commentar. ad eund. loc. p. 362. ed. Lindemann. Corp. Gramm. Vol. II. Arev. citat suum commentar. ad Prudent. περὶ στεφ. 12, 53. — 33) *enim* om. Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — Vulg. *verbo Graeco*. Ar. *verbum Graecum*. — 35) *cursus* al. add. — 36) *habent* Gu. 2. — 37) *et vel.* Gu. 1. al. pr. — *vel vel.* Gu. 2. — 38) *enim* addidi e Gu. 1. 2. — 39) *et eo ampl.* va. — 40) Sic Gu. 1. Ar. — *miliaria* vulg. — *centum enim milia et ampl.* Gu. 2. — 41) *una* pro *uno* Gu. 1. 2. — 42) *currunt* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. — *bos et ovis* vulg. — 44) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 45) *ruma* Ar. var. lect. ap. Goth. — 46) Sic Gu. 1. 2. — *a certis an. rev.* vulg. — 47) *dicitur* al. — 48) *adsedus* al. ap. Goth. — 49) *hoc* om. Gu. 2. — *hoc ab antiquis an.* al. — 50) *homo sibi substr.* va. — 51) *ferox* Gu. 2. — 52) *parvulis* Gu. 1. — 53) *morsibus* al. — 54) vulg. add. *tamen*, quod om. Gu. 1. 2. pr. — *celantes* ed. Goth. — Al. vv. *quod ... occ.* om. — 55) Accusativos pro nominativis exhibet Gu. 1. al. — 56) *eo* addidi e Gu. 1. 2. va. — 57) *sunt* Gu. 1. — 58) *negligentias* va. — 59) *quum* al. — 60) Sic Gu. 1. — Vulg. *Caballus a cavando dictus*. Ed. va. his praeponit: *Cavallus antea a cavo dictus*. — Gu. 2. *Cavallus antea cavo dictus*. — 61) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *concavet*. — 62) *etiam* add. va.

tur sono[1] tubae ad praelium: voce accensi ad cursum provocantur: dolent[2], cum victi fuerint: exultant, cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt, adeo, ut adversarios morsu petant. Aliqui etiam proprios dominos recognoscunt: obliti mansuetudinis[3], si mutentur: aliqui praeter dominum dorso nullum[4] recipiunt. Interfectis, vel morientibus[5] dominis multi lacrimas fundunt[6]. Solum enim equum dicunt propter hominem lacrimari[7], et doloris affectum sentire. Unde[8] in centauris equorum et hominum natura permixta est.

44. Solent etiam[9] ex equorum vel[10] moestitia, vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. Aetas longaeva equis Persicis, Hunnicis[11], Epiroticis[12] ac Siculis in annos[13] ultra quinquaginta: brevior autem Hispanis ac Numidis et Gallicis, frequens opinio est.

45. In generosis equis, ut aiunt veteres, quatuor spectantur[14]: forma, pulchritudo, meritum atque color. Forma, ut sit validum corpus et solidum robori[15], conveniens altitudo[16], latus substrictum[17], maximi et rotundi[18] clunes, pectus late patens; corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus[19], et cornu concavo solidatus[20].

46. Pulchritudo, ut sit exiguum caput et siccum, pelle prope ossibus adhaerente, aures breves et acutae, oculi magni, nares patulae et erecta cervix, coma densa et cauda, ungularum soliditatis[21] fixa rotunditas.

47. Meritum, ut sit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris, quod est fortitudinis indicium[22]: quique ex summa quiete facile concitetur, et[23] excitata festinatione non difficile teneatur. Motus autem equi in auribus[24] intelligitur: virtus in membris trementibus.

48. Color[25] hic praecipue spectandus[26]: badius, aureus, roseus, mirteus, cervinus, gilvus, glaucus, scutulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Sequenti autem ordine, varius ex nigro badioque distinctus: reliquis[27] varius color, vel cinericius[28] deterrimus.

49. Badium autem antiqui vadium dicebant, quod inter caetera animalia fortius vadat. Ipse est et spadix[29], quem phoenicatum vocant: et dictus[30] a colore palmae[31], quam Siculi spadicam[32] vocant.

50. Glaucus vero est veluti pictos habens oculos[33] et quodam splendore perfusos. Nam glaucum veteres dicunt[34] *.

Gilvus autem melinus[35] color est subalbulus[36].

Guttatus, albus nigris intervenientibus punctis.

1) Sic Gu. 1. Ar. — *sonitu* vulg. — 2) *enim* add. pr. — 3) *mansuetudine* Gu. 2. — 4) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *nullum dorso*. — 5) *mortuis* al. — 6) Sic Gu. 1. al. va. — vulg. *effundunt*. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. va. (*dicunt* om. Gu. 2. al. va.) — Vulg. *Solius equi est*. — *lacrimare* Gu. 1. 2. va. — 8) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 9) *etiam* pro *enim* Gu. 1. 2. Ar. — 10) *vel* addidi e Gu. 1. 2. va. — 11) Sic Ar. — Vulg. *Ugnicis* — *Hunnitis* Gu. 2. — *Ungaricis* ed. Goth. — 12) *et Epirotis* Gu. 1. — *et pirotis* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. — *in annis* vulg. — 14) *exsp.* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 15) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *robore* vulg. — 16) *latitudo* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 17) Sic Gu. 1. va. — *substrictus* Gu. 2. pr. — *substrictius* vulg. — *venter substrictus* Arev. e Columell. VI, 29. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *maximae et rotundae* vulg. — 19) *pedes siccos* Gu. 2. — 20) *solidatos* Gu. 2. — *consolidatus* al. — 21) *soliditate* pr. va. Ar. — *soliditati* Gu. 2. — 22) Sic Gu. 1. (*ei* pro *est*) 2. Ar. — *indic. fort.* vulg. — 23) *et* pro *vel* Gu. 1. — *vel ex citata* Ar. — 24) Sic Gu. 1. va. Ar. — *in naribus* vulg. — 25) *autem* add. Gu. 2. va. — 26) *exsp.* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 27) *reliquus* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. al. — *cinereus* vulg. — 29) *spadus* Gu. 2. — 30) *spadix* add. vulg., sed om. Gu. 1. — *spadus* Gu. 2. — 31) *palmes* va. — 32) *spadicem* Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — Vulg. *oculos hab.* — 34) Sic Gu. 1. — *dicebant* vulg. Vulg. sequitur *album*, sed om. Gu. 1. 2. et gothici. Lacunae signum apposui. Cfr. tamen cap. 6, 22. — 35) *medius* Gu. 1. —

51. Candidus autem et albus invicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est: candidus vero est[37] niveus et pura luce perfusus.

Canus dictus, quia ex candido colore et nigro est[38].

Scutulatus vocatus propter orbes, quos habet candidos inter purpuras[39].

52. Varius, quod vias habeat imparium colorum[40]. Qui autem albos tantum pedes habent, petili[41] appellantur: qui frontem albam, callidi[42].

53. Cervinus est, quem vulgo[43] gauranem dicunt.

Aeranem idem vulgus vocat, quod in modum aerei sit coloris.

Mirteus autem est pressus in purpura.

54. Dosinus autem dictus, quod sit color eius[44] de asino: idem et cinereus. Sunt autem hi de agresti genere orti, quos equiferos dicimus, et proinde ad urbanam dignitatem transire non possunt.

55. Mauros niger est. Nigrum enim Graeci μαῦρον vocant[45].

Mannus vero equus brevior est, quem vulgo buricum[46] vocant.

Veredos antiqui dixerunt, quod veherent redas, id est ducerent, vel quod vias publicas currant, per quas et redas ire solitum erat.

56. Equorum tria genera sunt: unum generosum, praeliis et oneribus aptum: alterum vulgare atque gregarium ad vehendum, non ad equitandum aptum: tertium ex permixtione diversi generis ortum, quod etiam[47] dicitur bigenerum[48], quia ex diversis nascitur, ut mulus.

57. Mulus[49] a Graeco tractum vocabulum habet. Graece enim hoc vocatur[50], vel quod iugo pistorum subactus tardas molendo ducat in gyrum molas. Iudaei[51] asserunt, quod Anaa abnepos Esau equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque admissos esse ad hoc[52] ad asinas: et ipsum istiusmodi reperisse concubitum, ut ex his velocissimi asini[53] nascerentur.

58. Industria quippe humana diversum animal in coitum[54] coegit, sicque adulterina commixtione genus aliud reperit, sicut et Iacob contra naturam colorum similitudines procuravit[55]. Nam[56] tales foetus oves illius concipiebant, quales umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculo contemplabantur.

59. Denique et hoc ipsum in equarum gregibus[57] fieri fertur, ut generosos obiiciant equos visibus concipientium, quo eorum similes concipere et creare possint. Nam et columbarum

36) Sic Gu. 1. — *subalbidus* vulg. — 37) *est* addidi e Gu. 1. — 38) *cand. col. est et nigro* va. — 39) *purpureos* ed. Goth. — 40) Sic Gu. 1. — Vulg. *colorum imp.* — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *peteli* Gu. 2. pr. var. lect. ap. Goth. — *petuli* al. — *petelli* al. — 42) Sic Ar. — *calidi* vulg. — *candidi* al. — *calidi candidi* va. Glossar. Callidus λευκομέτωπος. — 43) *vulgus* al. — 44) *eius* om. Gu. 2. — 45) *vocatur* pr. — *Mauros* Ar. — *Maurum* vulg. — 46) Sic Ar. — *brunitum, vel brunitium* vulg. — *brunnium* Gu. 1. — *brunicum vocant vel brunitium* pr. — *q. vulg. brunicium vocant* va. — Om. *vel brun.* Gu. 1. 2. Ar. — *vel* om. Gu. 2. — 47) *et* va. — 48) Sic Gu. 1. — *bigen. dic.* vulg. — 49) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. — *Graece enim hoc vel* etc. Gu. 2. — *Graece est enim hoc velut quod* al. — *Graecum est enim hoc vel quod* al. — *habet eo scilicet, quod* al. — Ar. om. *Graece enim.* At nemo, puto, intellexit sensum, qui est: Vocabulum *mulus* vel a Graeco est, vel ab eo quod etc. Ceterum Grial. in vv. *Tardas . . . molas* senarium poetae reperisse se putat, quod haud est incredibile. — 51) Ex Hieron. in Genes. c. 36. — 52) Sic Gu. 1. — *adm. esse ob hoc* vulg. — *ob hoc adm. esse* Gu. 2. — 53) Sic Gu. 1. — *vel. ex his as.* vulg. — 54) Sic Gu. 2. va. Ar. — *in coitu* vulg. — 55) *procreavit* va. — 56) Hieron. in Genes. c. 30. — 57) *grege* al. pr.

dilectores depictas[1] ponunt pulcherrimas columbas eisdem locis, quibus illae versantur, quo rapiente visu similes generent.

60. Inde est, quod quidam gravidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus, ut cynocephalos et simias[2], ne visibus occurrentes similes foetus pariant. Hanc enim esse feminarum naturam[3], ut quales prospexerint[4], sive mente conceperint in extremo voluptatis aestu, dum concipiunt, talem et[5] sobolem procreent[6]. Etenim animal[7] in usu Venerio formas extrinsecus transmittit intus[8], eorumque satiata typis rapit species eorum in propriam qualitatem.

61. In animantibus bigenera dicuntur, quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino: burdo ex equo et asina: hibridae ex apris et porcis: tityrus ex ove et hirco: musmo[9] ex capra et ariete. Est autem dux gregis.

CAP. II. *De bestiis.*

1. Bestiarum vocabulum proprie convenit leonibus, pardis et lupis, tigribus[10], et vulpibus, canibus[11], et simiis ac[12] caeteris, quae vel ore, vel unguibus saeviunt, exceptis serpentibus. Bestiae autem dictae a vi, qua saeviunt.

2. Ferae appellatae[13], eo[14] quod naturali utuntur[15] libertate, et desiderio suo ferantur. Sunt autem liberae earum voluntates[16], et huc atque illuc vagantur, et quo animus duxerit, eo feruntur.

3. Leonis vocabulum ex Graeca origine inflexum est in Latinum. Graece[17] enim λέων vocatur, et est nomen nothum, quia ex parte corruptum[18]. Leaena vero totum Graecum est, sicut et dracaena. Ut autem[19] lea dicatur, usurpatum est a poetis. Leo autem Graece, Latine rex interpretatur, eo quod princeps est[20] omnium bestiarum.

4. Cuius genus trifarium dicitur. E quibus breves et[21] iuba crispa imbelles[22] sunt: longi et coma simplici acres[23]. Animos eorum frons et cauda indicat. Virtus eorum in pectore: firmitas autem[24] in capite. Septi[25] a venatoribus terram contuentur, quo minus conspectis venabulis terreantur. Rotarum timent strepitus, sed ignes[26] magis.

5. Cum[27] dormierint, vigilant oculi: cum ambulant, cauda sua cooperiunt vestigia sua, ne eos venator inveniat. Cum genuerint catulum, tribus diebus et tribus noctibus catulus dormire fertur: tunc deinde patris fremitu, vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus dicitur suscitare[28] catulum dormientem.

6. Circa hominem leonum natura est benigna[29], ut nisi laesi nequeant irasci. Patet

1) *et depictas* Gu. 1. — 2) *simios* Ar. — 3) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *feminar. dicunt esse nat.* — 4) *perspexerint* Gu. 2. pr. va. — 5) *et* add. Gu. 1. 2. va. — 6) *procreant* Gu. 1. 2. — 7) *anima* va. — 8) Sic Gu. 1. — *intus transm.* vulg. — 9) Sic Gu. 1. Ar. — *musino* vulg. — *museno* va. — *musinco* al. ap. Goth. — 10) Sic Gu. 1. 2. Ar. (*et* om. Gu. 2. Ar.) — *tigrib. pard.* vulg. — *et lupis* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 11) Vulg. *canibusque*, sed *que* om. Gu. 1. va. — 12) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. va. Ar. — 13) *appellantur* Gu. 2. — 14) *eo* addidi e Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. — *utantur* vulg. — 16) Sic Gu. 1. Ar. — *voluptates* vulg. — 17) *Graeci . . . . vocant* Gu. 2. — 18) *habemus* add. Gu. 2. va. — 19) *leaena* add. vulg. sed om. Gu. 1. — 20) Sic Gu. 1. — *princ. sit* Gu. 2. Ar. — *sit princ.* vulg. — 21) *et* pro *ac* Gu. 1. 2. — 22) *imbecilles* Gu. 1. — 23) *acriores* al. — 24) *autem* addidi e Gu. 1. — 25) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. va. Ar. — *ignis* vulg. — 27) *Quando* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *suscit. dic.* — 29) *benigna* om. Gu. 2. al. va. — 30) lib. V, 1035. — 31) *Scimusque leon.* Gu. 2. va. — *scimiis* pr. — 32) *volucrum* Gu. 2. — *velocem* al. — *celerem et velocem* al. — *celerem* al. — 33) *et*

enim eorum misericordia exemplis assiduis. Prostratis enim parcunt: captivos obvios repatriare permittunt: hominem non nisi in magna fame interimunt. De quibus Lucretius[30]:

Scymnique[31] *leonum*, etc.

7. Tigris vocata propter volucrem[32] fugam. Ita enim nominant Persae et Medi[33] sagittam. Est enim bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis: ex cuius nomine flumen Tigris appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has magis Hyrcania gignit.

8. Panther dictus sive quod omnium animalium sit amicus[34], excepto dracone, sive quia et societate sui[35] generis gaudet, et ad eandem similitudinem quicquid accipit[36], reddit. *Πᾶν* enim Graece[37] omne dicitur. Bestia[38] minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis[39] ex fulvo circulis, nigra vel alba distinguatur varietate.

9. Haec semel omnino parturit: cuius causae ratio manifesta est. Nam cum in utero matris coaluere[40] tres[41] catuli, maturisque[42] ad nascendum viribus pollent, odiunt temporum moras. Itaque oneratam foetibus vulvam tanquam obstantem partui unguibus lacerant: effundit illa partum, seu potius dimittit, dolore cogente. Ita postea corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non haeret[43] acceptum, sed irritum resilit. Nam Plinius[44] dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse. Vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis.

10. Pardus secundus post pantherem est, genus varium et[45] velocissimum et praeceps ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit.

11. Leopardus ex adulterio leaenae nascitur et pardi[46], et tertiam originem efficit: sicut et Plinius in naturali historia[47] dicit, leonem cum parda, aut pardum concumbere cum leaena[48], et[49] ex utroque coitu degeneres partus creari, ut mulus et burdo[50].

12. Rhinoceros[51] a Graecis vocatur[52]. Latine interpretatur in nare cornu. Idem et monoceros, id est unicornus[53], eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor: ita acutum et validum, ut quicquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam et cum elephantis[54] saepe certamen habet, et in ventre vulneratum prosternit.

13. Tantae autem esse fertur[55] fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur: sed, sicut asserunt, qui naturas animalium scripserunt, virgo puella praeponitur[56], quae venienti sinum aperit, in quo[57] omni ferocitate deposita caput ponit, sicque soporatus velut inermis capitur.

14. Elephantem Graeci a magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis praeferat. Graece enim mons *λόφος*[58]. Apud Indos autem a voce barro[59] vocatur. Unde et

Graeci et Medi Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *amicus sit* vulg. — 35) *sive quod sui* etc. *soc. sui gen.* pro vulg. *sui gen. soc.* Gu. 1. — 36) *accepit* al. — 37) *Graece* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 38) *est haec* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. Ar. — *haec est* pr. va. — 39) *occultatis* Gu. 1. — 40) *coaluerint* Gu. 2. — 41) *tres* addidi e Gu. 1. — 42) *que* om. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. va. Ar. — *erit* vulg. — 44) Hist. Nat. VIII, 16. sect. 17. — 45) *ac* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *et pardi nasc.* — 47) lib. VIII, 16 sect. 17. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *cum leaena conc.* — 49) *et* om. Gu. 1. — *ex* om. Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. Ar. — *ut mulus et asinus* Gu. 2. — *ut mulus ex equa et asino* vulg. — 51) *Rinoceron* et *monoceron* Gu. 1. 2. pr. va. — 52) Sic Gu. 1. — *vocatus* vulg. — 53) Sic Gu. 1. — *unicornis* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. al. — *elephante* vulg. — *elephanti* pr. — 55) Sic Gu. 1. 2. (*fertur* om.) — *est* vulg. — 56) *propon.* va. — 57) *ille* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 58) Sic Ar. — *clifio* vulg. — *el efio* al. pr. va. — 59) *barrus* Ar. De Indico nomine vid. Lindemann. in Comment. ad Fest. p. 343. Corp. Gramm. Vol. II. v. *Barrire*. Gisbert. Cuper. Exerc. I. c. 1. notat e Thoma Hyde, nunc etiam *Bari* seu *Bri* elephanti nomen

vox eius baritus dicitur, et dentes[1] ebur. Rostrum autem promoscida[2] dicitur, quoniam illo[3] pabulum ori admovet[4], et est angui similis, vallo munitus eburneo.

15. Hos boves Lucas dictos ab antiquis Romanis[5]: boves, quia nullum animal grandius videbatur[6]: Lucas, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in praelio Romanis obiecit[7]. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In eis enim Persae et Indi ligneis turribus collocatis[8], tanquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem et memoria multa vigent.

16. Gregatim incedunt: motu, quo valent, salutant[9]: murem fugiunt: aversi[10] coeunt: quando autem pariunt[11], in aquis vel in insulis[12] dimittunt foetus, propter dracones, quia inimici sunt et ab eis implicati[13] necantur. Biennio autem portant foetus, nec amplius, quam semel gignunt, nec plures, sed tantum unum. Vivunt autem[14] annos trecentos[15]. Apud solam Africam et Indiam elephanti prius nascebantur: nunc sola India eos[16] gignit.

17. Gryphes[17] vocatur, quod sit animal pennatum et quadrupes. Hoc genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus[18]. Omni parte corporis leones sunt: alis[19] et facie aquilis[20] similes, equis[21] vehementer infesti. Nam et homines visos[22] discerpunt.

18. Chamaeleon non habet unum colorem, sed diversa est[23] varietate conspersus, ut pardus. Dictus autem ita[24] *. Huius chamaeleontis corpusculum ad colores, quos videt, facillima conversione variatur, quod aliorum animalium[25] non est ita ad conversionem facilis copulatio[26].

19. Camelopardus[27] dictus[28], quod dum sit ut pardus albis maculis superaspersus, collo equo similis, pedibus bubulis[29], capite tamen camelo est similis. Hunc Aethiopia gignit.

20. Lyncis[30] dictus, quia in luporum genere numeratur: bestia maculis terga distincta[31], ut pardus, sed similis lupo. Unde et ille λύκος, iste lyncis. Huius urinam converti[32] in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui lyncurius[33] appellatur, quod et ipsos[34] lynces sentire, hoc documento probatur. Nam egestum liquorem arenis, in quantum potuerint, contegunt, invidia quadam naturae, ne talis egestio transeat in usum humanum. Lynces dicit Plinius Secundus[35] extra foetum[36] unum non admittere.

21. Castores a castrando dicti sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus, propter quod cum praesenserint[37] venatorem, ipsi se castrant et morsibus virilia[38] amputant. De quibus Cicero in Scauriana: *redimunt se a*[39] *parte corporis, propter quam*[40] *maxime expetuntur.* Iuvenalis[41]:

esse apud Indos. — 1) *eius* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. Ar. — 2) *proboscis* Ar. — *proboscida* al. — *promoscide* va. — *promuscida* al. — 3) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — Vulg. *quo ille.* — 4) *ammovet* Gu. 2. — *eburno* Ar. pro *eburneo.* — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Lucanos vocabant antiqui Romani* vulg. et sic mox iidem libri *Lucas.* — 6) Sic Gu. 1. — *videbant* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *obiecit Rom.* vulg. — 8) *collocati* Gu. 1. — 9) *homines* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — *hom. salut.* al. — 10) *adversi* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — *parturiunt* vulg. — 12) Gu. 1. *vel in insulis, vel in silvis.* — *vel in ins.* Gu. 2. al. pr. va. — 13) *implicatu* Gu. 1. — 14) *autem* om. Ar. — 15) *annis trecentis* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. — Vulg. *eos India.* — 17) *Gryps* Ar. Saepe autem apud infimae Latinitatis scriptores a genitivis alii nominativi derivantur, ut infra *Lyncis* §. 20. *calcis* pro *calx* etc. — 18) Sic Gu. 1. 2. — *mont. nasc.* vulg. — 19) *sed alis* Gu. 2. va. — 20) *aquilae* al. — 21) *et equis* Ar. — 22) Sic Gu. 1. Ar. al. ap. Goth. — 23) *est* addidi e Gu. 1. va. — 24) *Dictum ita* Gu. 1. — Vulg. sequuntur haec: *eo quod cameli similitudinem habet et leonis*, quae absunt a Gu. 1. 2. va. (*eo quod* retinet). — Gu. 2. om. *ita* et *huius.* Inclusit Arev. — 25) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *animal. alior.* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *corpulentia.* — 27) Sic Gu. 1. Ar. — *Cameleon pardus* vulg. — 28) *dictus* om. Gu. 1. — 29) Sic Ar. — *bubalis* vulg. — 30) Sic Gu. 1. 2. al. h. l. et postea. — *Lynx* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *distincta terga* vulg. — 32) *convertere se* Gu. 2. — 33) Sic Ar. —

Qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno[42]
Testiculi.

Ipsi sunt et Fibri, qui etiam Pontici canes vocantur.

22. Ursus fertur dictus, quod[43] ore suo formet foetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus, et carnem quandam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Unde est illud[44]:

Sic format lingua foetum cum protulit ursa.

Sed hoc immaturitas partus facit: denique tricesimo die generat. Unde evenit, ut praecipitata foecunditas informis procreetur[45]. Ursorum caput invalidum: vis maxima in brachiis et in lumbis[46]. Unde interdum erecti insistunt.

23. Lupus Graeca derivatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim dicunt illi λύκους[47]: λύκος autem Graece a morsibus appellatur, quod rabie rapacitatis quaeque invenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt, quasi leopos, quod quasi leoni, ita sit illi virtus in pedibus: unde et[48] quicquid pede presserit, non vivit.

24. Rapax autem bestia et cruoris[49] appetens: de quo rustici aiunt, vocem hominem perdere, si eum lupus prior[50] viderit[51]. Unde et subito taceuti dicitur: *Lupus*[52] *in fabula.* Certe si se praevisum[53] senserit, deponit feritatis audaciam. Lupi toto anno non amplius, quam dies duodecim[54] coeunt: famem diu portant, et post longa[55] ieiunia multum devorant. Lupos Aethiopia mittit cervice iubatos, et tanto[56] varios, ut nullum eis dicant colorem abesse[57].

25. Canis nomen Latinum Graecam etymologiam videtur habere[58]. Graece enim κύων dicitur, licet quidam eum[59] a canore latratus appellatum existiment[60], eo quod insonet[61]: unde et canere. Nihil autem sagacius canibus. Plus enim sensus caeteris animalibus habent.

26. Nam[62] soli sua nomina recognoscunt: dominos suos diligunt: dominorum tecta defendunt: pro dominis suis[63] se morti obiiciunt: voluntarie ad praedam cum domino suo currunt[64]: corpus domini sui etiam mortuum custodiunt et[65] non relinquunt. Quorum postremo naturae[66] est, extra homines esse non posse. In canibus duo sunt[67], aut fortitudo, aut velocitas.

Ligurius vulg. — 34) *ipsas* Gu. 1. 2. — 35) Locum in Hist. Nat. non reperi. Est e Serv. ad IV. Aen. *Degere more ferae.* — 36) *foetum* om. Gu. 1. — al. *extra unum non adm. foetum.* — 37) *senserint* Gu. 2. — *persens.* al. — 38) Sic Gu. 1. — *vires suas* vulg. — 39) *ea a parte* Gu. 2. — 40) Sic Ar. — *quod* vulg. Locus Ciceronis e Scauriana est ap. Beier. ed. Fragm. Oratt. p. 139. §. 7. Citat eundem Serv. Georg. I, 59. — 41) Sat. XII, 34. seq. — 42) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. Iuven. — *damna* Gu. 1. — *damnum* vulg. — 43) *eo quod* Gu. 2. — 44) Dracontii carmen putaverat Grial. At ibi non reperiri testatur Arev. — 45) *informes procreet* Ar. — *partus* al. add. — 46) *in* om. Gu 2. — 47) Sic Gu. 1. — *illi λύκους dic.* vulg. — 48) *et* add. Gu. 1. va. — 49) *cruores* Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. — *prior lupus* vulg. — *lupus prius* Gu. 2. — 51) *inspexerit* Gu. 2. — 52) *est* add. Ar. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. pr. Ar. — *prius visum* vulg. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *diebus duod.* al. pr. va. — *duod. diebus* vulg. — 55) *illa* add. al. — 56) Sic Gu. 1. 2. al. — *tantum* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — *col. dic. eis* ed. Goth. — *col. dic. illis* vulg. — *col. illis dic.* Gu. 2. Ar. — 58) *hab. vid.* Gu. 2. — 59) Sic Gu. 1. — *eum quid.* vulg. — 60) Sic Gu. 1. 2. al. — *aestiment* vulg. — 61) *insonat* Gu. 1. — *insonant* Gu. 2. — 62) *Namque* vulg., sed *que* om. Gu. 1. — 63) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *domino suo* vulg. — 64) Sic Gu. 1. — *cum dom. suo ad pr.* vulg. — 65) *custodiunt et* addidi e Gu. 1. — 66) *natura* Gu. 2. Ar. — 67) Vulg. add. *spectanda* (*exsp.* al. pr. va.), quod om. Gu. 1. 2.

27. Catuli abusive dicuntur quarumlibet bestiarum filii. Nam proprie catuli[1] canum sunt, per diminutionem dicti[2].

28. Lycisci autem dicuntur, ut Plinius ait[3], canes nati[4] ex lupis[5] et canibus, cum inter se forte miscentur. Solent et Indae[6] feminae canes noctu in silvis alligatae admitti ad tigres bestias[7], a quibus insiliri et nasci ex eodem foetu canes acerrimos adeo[8] et fortes, ut in complexu leones prosternant.

29. Vulpes dicta, quasi volupes. Est enim volubilis pedibus, et nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiisque decipiens. Nam cum[9] non habuerit escam, fingit mortem, sicque descendentes quasi ad cadaver aves[10] rapit et devorat.

30. Simiae Graecum nomen est[11] id est pressis naribus. Unde et Simias dicimus, quod suppressis[12] naribus sint, et facie foeda, rugis turpiter follicantibus: licet et capellarum sit pressum habere nasum. Alii simias Latino[13] sermone vocatas arbitrantur, eo quod multa in eis similitudo rationis humanae[14] sentitur, sed falsum est.

31. Hae elementorum sagaces nova luna exultant: media et cava tristantur. Foetus, quos amant, ante se gestant: neglecti circa matrem haerent. Harum genera quinque sunt, ex quibus cercopitheci caudas habent. Simia enim cum cauda est, quam quidam cluram[15] vocant.

32. Sphingae[16] villosae sunt comis, mammis prominentibus: dociles ad feritatis oblivionem.

Cynocephali et ipsi similes simiis, sed facie ad modum canis, unde et nuncupati.

33. Satyri facie admodum grata et gesticulatis motibus inquieti.

Callitriches toto pene aspectu a caeteris distant. Sunt enim in facie producta barba et lata cauda.

34. Leontophonos bestia modica[17], et ex eo ita vocata, quia capta exuritur: eiusque cinere aspersae carnes, et positae per compita semitarum leones necant, si quantulumcunque ex illis sumpserint.

35. Histrix[18] immite[19] animal in Africa erinacii simile, vocatum a stridore spinarum[20], quas tergo laxatas emittunt[21], ut canes vulneret insequentes[22].

Inclusit Arev. — 1) Sic Gu. 1. 2. — *cat. propr.* vulg. — 2) Sic Gu. 2. Ar. — *distincti* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *ait Plin.* Locus est l. VIII. c. 4. — 4) *dicti* Gu. 1. — 5) *quod ex lup.* Gu. 1. — 6) *Indae* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 7) Sic Gu. 1. pr. va. — *tigrides best.* Gu. 2. Mirum est in Gu. 1. 2. pr. va. *feminas* — *alligatas.* — 8) Sic Gu. 1. — *adeo ac.* vulg. — 9) *cum* pro *dum* Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *volucres* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — Vulg. *est nomen.* — 12) *pressis* Gu. 2. — 13) *a Lat.* va. Ordo est Gu. 1. — Vulg. *arb. serm. voc.* — 14) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *hum. rat.* vulg. — 15) Sic Gu. 4. et var. lect. ap. Goth. — *clunam* Gu. 1. al. ap. Goth. — *cruram* Gu. 2. pr. var. lect. ap. Goth. — *cruda* vulg. — οὔραν Ar. Vide Fest. v. *Clunam* p. 42. et Commentar. ibid. p. 379. ed. Lindem. Corp. Gramm. Vol. II. — 16) *Spingae* Gu. 1. — *Singae* Gu. 2. — *Sphinges* Ar. — 17) *best. est mod.* Gu. 2. va. — 18) *Strix* Gu. 1. — 19) *immite* addidi e Gu. 1. — 20) Sic Gu. 1. Ar. — *ab strid. sp.* Gu. 2. — *a spin. strid.* vulg. — *ab spin. strid.* va. — 21) Sic Gu. 1. — *emittit* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *inseq. vuln.* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — *nuncupata* vulg. — 24) *moretur* Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. 2. — *lutum* vulg. — 26) *omnia* om. va. — 27) Sic Gu. 1. — *interranea* Gu. 2. Ar. — *interiora* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — Vulg. *exit viva de visceribus crocodili, ipso mortuo.* — 29) Sic Ar. — *Hinc* νέοσμον vulg. — *Hinc neomon* Gu. 1. — *His neomon* pr. va. — *Haec neomon* Gu. 2. — 30) *vocatur* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. ed. Goth. — *prodantur* Gu. 2. pr. Ar. vulg. — 32) „Dracontius opus sex dierum

36. Enhydros bestiola ex eo vocata[23], quod in aquis versetur[24], et maxime in Nilo. Quae si invenerit dormientem crocodilum, volutat se in luto[25] primum, et intrat per os eius in ventrem, et carpens omnia[26] interna[27] eius sic moritur[28].

37. Ichneumon[29] Graece vocatus[30], eo quod odore suo et salubria ciborum et venenosa produntur[31]. De quo Dracontius[32] ait:

Praedicit[33] *suillus vim cuiuscunque*[34] *veneni.*

Suillus autem[35] a setis est[36] nuncupatus. Hic etiam serpentes insequitur: qui, cum adversus aspidem pugnat, caudam erigit, quam aspis maxime incipit observare[37] quasi minantem: ad quam cum vim suam transfert, decepta corripitur[38].

38. Musio appellatus, quod muribus infestus sit. Hunc vulgus catum[39] a captura vocant[40]. Alii dicunt, quod catat[41], id est videt. Nam tanto[42] acute cernit, ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Unde[43] a Graeco[44] venit catus, id est ingeniosus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι[45].

39. Furo a furvo dictus: unde et fur. Tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit, et eiicit praedam, quam invenerit.

40. Melo, quod[46] sit rotundissimo membro, vel quod favos petat, et assidue mella captet[47].

CAP. III. *De minutis animantibus.*

1. Mus pusillum animal, Graecum[48] nomen est: quicquid vero ex eo trahit[49] Latinum fit. Alii dicunt mures, quod ex humore terrae nascantur[50]. Nam mus terra, unde et humus. His in plenilunio iecur[51] crescit, sicut quaedam maritima augentur, quae rursus minuente[52] luna deficiunt.

2. Sorex Latinum est, eo quod rodat[53] et in modum serrae praecidat. Antiqui autem soricem sauricem dicebant, sicut et clodum claudum.

3. Mustela dicta, quasi mus longus. Nam telum a longitudine dictum. Haec ingenio subdola, in domibus, ubi nutrit catulos suos, transfert mutatque sedem. Serpentes etiam et mures[54] persequitur. Duo sunt autem[55] genera mustelarum. Alterum enim silvestre[56] est distans longitudine[57], quod[58] Graeci ἰκτίδας vocant: alterum in domibus oberrans. Falso autem opinantur, qui dicunt mustelam ore concipere, aure[59] effundere partum.

carmine composuit Athanagildo regnante, quod poema Eugenius III. Tolet. antistes sub Cindasvintho et Reccesvintho et emendavit, et septimi diei versibus auxit. Hunc librum Gothicis characteribus scriptum bibliotheca Martini Roderici Azagrae nunc servat." *Grial.* Praeterea notat Arev. Isidorum depravato Dracontii codice usum fuisse, in quo (lib. I. carm. de Deo 515.) pro *Psyllis* Africae populis *suillus* scriptum fuerit. Et *Psyllus* optime quadrat ad versum; minime autem *suillus*, qui est *ichneumon*, qui vulgo *mus Indicus* dicitur, de quo Plin. H. N. VIII, 24. 25. — 33) *Praecidit* Gu. 2. pr. va. al. ap. Goth. — 34) *uniuscunque* Gu. 1. — *uniuscuiusque* va. — 35) *autem* om. va. — 36) *est* om. Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *observat* vulg. — 38) *corrumpitur* al. pr. va. — 39) Sic Gu. 1. Ar. — *cattum* al. — *captum* vulg. — 40) *vocat* Gu. 2. — 41) Sic al. Ar. — Vulg. *captat.* — Al. *cattat.* — 42) *tantum* Gu. 2. — *vel tam tanto* va. — 43) Vulg. *Unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *a Graecis* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. Ar. — κάσεσθαι Gu. 3. — κάζεσθαι var. lect. ap. Goth. — *anotoikata* va. Om. pr. — Vulg. καίειν. — 46) *vel quod sit* Gu. 2. — 47) *captat* Gu. 2. — 48) *illi* add. vulg., sed om. Gu. 1. — *nomen illi* Gu. 2. — 49) *trahitur* Ar. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *nascuntur* vulg. — 51) *iecor* Gu. 2. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *decrescente* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *rodant . . . praecidant* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *muresque* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — Vulg. *autem sunt.* — *sunt* om. Gu. 2. — 56) *silvestrum* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. — *magnitudine* vulg. — 58) *quam* Gu. 2. — 59) *aurem* Gu. 1.

4. Mus araneus[1] *. Aranea *. Est in Sardinia animal perexiguum, araneae forma[2], quae solifuga dicitur, eo[3] quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima[4] est, occulto[5] reptans, et per imprudentiam supersedentibus pestem facit.

5. Talpa dicta[6], quod sit damnata caecitate perpetua et tenebris[7]. Est etenim[8] absque oculis, semper[9] terram fodit, et humum egerit, atque[10] radices subter frugibus[11] comedit, quam[12] Graeci ἀσφάλακα[13] vocant.

6. Glires dicti[14], quia pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dicimus crescere. Hieme enim tota dormiunt et immobiles quasi mortui iacent, tempore aestivo reviviscunt.

7. Ericius[15] animal spinis[16] coopertum, quod exinde dicitur nominatum, eo quod surrigit[17], quando spinis suis clauditur, quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid praesenserit, primum se subrigit, atque in globum conversus, in sua arma se[18] recolligit. Huius prudentia quaedam est. Nam dum absciderit uvam de vite, sese volutat supinus[19] super eam, et sic eam exhibet natis suis.

8. Grillus nomen a sono vocis habet. Hic retro ambulat, terram terit[20], stridet[21] noctibus, venatur[22] eum formica circumligata capillo in cavernam[23] eius coniecta[24], afflata[25] prius pulvere, ne se abscondat. Ita formicae complexibus trahitur.

9. Formica dicta eo[26], quod ferat micas farris, cuius solertia multa. Providet enim in futurum[27], et praeparat in aestate[28], quod hieme comedat. In messe autem eligit[29] triticum: hordeum non tangit. Dum pluit[30] super frumentum, totum eiicit[31]. Dicuntur in Aethiopia esse formicae ad formam canis[32], quae arenas aureas eruunt pedibus[33], quas custodiunt, ne quis auferat, captantes[34] ad necem persequuntur[35].

10. Formicoleon ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo, vel certe formica pariter[36]. Est enim animal parvum formicis satis infestum, quod se in pulverem[37] abscondit, et formicas frumenta gestantes interficit. Proinde autem formica et leo[38] vocatur, quia aliis animantibus[39] ut formica est: formicis autem ut leo est.

CAP. IV. *De serpentibus.*

1. Anguis vocabulum omnium serpentium[40] genus[41], quod plicari et contorqueri potest.

1) Arev. ita: *Mus araneus . . . Aranea . . . Est* etc., quia in Gothicis lacunae fuerunt. Assentior, nam quum vulg. sit: *Mus araneum, cuius morsu aranea moritur; moritur* om. Gu. 1. — 2) *cuius morsu praeciduntur tecta* add. al. pr. — *aranei forma* al. — 3) *eo* om. Gu. 2. — 4) *plurimum* Gu. 2. — 5) *occultum* Gu. 1. 2. Fortasse hoc verum est. — *occulta* al. pr. — 6) *ideo dicta* vulg., sed *ideo* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — al. *eo dicta.* — 7) *et tenebris* om. al. — 8) *enim* va. — 9) *quoque* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 10) *et* Gu. 2. pr. va. — 11) *frugum subter com.* al. — 12) *quod* Gu. 2. — 13) *aphalaka* Gu. 1. — *asphacata* Gu. 2. — *asfalam* pr. va. — 14) Vulg. add. *sunt*, quod om. Gu. 1. va. — 15) *Ericium* Gu. 2. — *Heritius* Ar. — 16) *ex spinis* Gu. 1. — 17) Sic Gu. 1. — *subrigit se* vulg. — *praesenserit* pro *sens.* Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 18) *in sua se* va. — 19) Sic Gu. 1. — *sese sopin. vol.* Gu. 2. — *supin. sese* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *terebrat* vulg. — 21) *stridit* Gu. 1. — 22) *venatus est* Gu. 2. — 23) *caverna* Gu. 1. — 24) *coniecto* Gu. 1. — 25) *afflatu* Gu. 1. — *afflato* Gu. 2. va. Ar. — 26) *ab eo* Gu. 2. — 27) *in futuro* Gu. 2. — 28) *in* addidi e Gu. 1. pr. va. ed. Goth. — 29) *colligit* Gu. 2. va. — 30) *ei* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *super eius* al. — 31) *deicit* Gu. 1. — *totum foris ad siccandum eiicit* al. — 32) Sic Gu. 1. pr. va. — *canis formam* vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *pedibus eruunt* vulg. — 34) Vulg. *captantesque*, sed *que* om. Gu. 1. 2. Ar. — 35) *persecuntur* va. — 36) Sic Gu. 1. — Vulg. *formica pariter et leo.* — *pariter* erasum est in Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *in pulvere* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *leo et form.* vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *animalibus* vulg. — 40) *serp. omn.* Gu. 2. — 41) *est genus* Gu.

Et inde anguis, quod[42] angulosus[43] et nunquam sit rectus. Angues autem apud gentiles lucorum erant pro geniis habiti semper[44], unde et Persius[45]:

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus.

2. Coluber ab eo dictus[46], quod colat umbras, vel quod in lubricos tractus flexibus sinuosis labatur[47]. Nam lubricum dicitur, quicquid labitur, dum tenetur, ut piscis, serpens[48].

3. Serpens autem nomen accepit[49], quia occultis accessibus serpit; non enim[50] apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit. Illa autem, quae quatuor pedibus nituntur, sicut lacertae[51] et stelliones, non serpentes, sed reptilia sunt[52], quia[53] ventre et pectore reptant. Quorum tot venena, quot genera: tot pernicies[54], quot species: tot dolores, quot colores habentur.

4. Draco maior cunctorum serpentium, sive[55] omnium[56] animantium supra[57] terram. Hunc Graeci δράκοντα vocant. Unde[58] derivatum est in Latinum[59], ut draco diceretur[60], qui[61] saepe ab[62] speluncis abstractus fertur in aerem, concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus, ore parvo, et artis fistulis, per quas trahit spiritum et linguam exerit[63]. Vim[64] autem non in dentibus, sed in cauda habet, et verbere potius, quam rictu[65] nocet.

5. Innoxius tamen[66] est a venenis[67]: sed ideo huic ad mortem faciendam venena non esse necessaria[68] dicunt, quia si quem laeserit[69], occidit. A quo nec elephans[70] tutus est sui corporis magnitudine[71]. Nam circa semitas delitescens, per quas elephantes[72] solito[73] gradiuntur, crura eorum nodis[74] illigat, ac suffocatos perimit. Gignitur autem in Aethiopia et India, in ipso incendio iugis aestus.

6. Basiliscus Graece, Latine interpretatur regulus, eo quod sit rex serpentium[75], adeo, ut eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat; nam et hominem, si vel[76] aspiciat, interimit. Siquidem ab eius aspectu[77] nulla avis volans illaesa transit, sed quamvis[78] sit procul[79], eius ore combusta devoratur.

7. A mustelis tamen vincitur, quas illic homines inferunt cavernis, in quibus delitescit[80]. Itaque ea visa, fugit, quem illa persequitur et occidit. Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis; albis maculis lineatus.

1. — 42) *quia* va. — 43) *angulus* Gu. 1. — *ang. sit et nunq. rectus* Gu. 2. pr. va. Ar. — 44) Sic Gu. 1. 2. (*anguis . . erat* et *progenies* Gu. 1. 2) — *silvis lucorum erant habiti semper* pr. — 45) Sat. I, 113, ubi additur *extra meiite.* — *pueris* Gu. 1., qui post *locus* add. *mingicee.* — *lucus* Gu. 2. 3. — 46) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *Colubrum constat ab eo dictum* — *dictum eo* Gu. 2. — 47) *labitur* Gu. 2. al. — 48) Vulg. *et serp.*, sed *et* om. Gu. 1. — 49) *accipit* Gu. 1. — 50) *enim* addidi ex Arev. — 51) Sic Gu. 1. al. — *lacerti* vulg. — 52) *nominantur* va. — 53) *quae* Gu. 1. — 54) *tot gen. quot ven.*, *quot gen. tot pern.* pr. — 55) *atque* Gu. 2. — 56) *omnium* om. Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. — *super* vulg. — 58) *et* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. Ar. — *in Latino* vulg. — *deriv. in Lat. est* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *diceretur draco* vulg. — 61) *qui* pro *quia* Gu. 1. Ar. — 62) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 63) *exerat* Gu. 1. al. — 64) *morsum* al. — 65) *ictu* Gu. 1. — *rictu vel ictu* pr. — 66) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. Om. Gu. 2. — 67) *veneno*[is] (sic) Gu. 2. — 68) *non esse venena nec.* Gu. 1. — *dicunt* add. Gu. 1. — 69) *laederit* Gu. 1. — *ligaverit* vulg. — 70) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *elephas* vulg. — 71) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *magn. corp.* vulg. — *sui corp. magn. tut. est* Gu. 2. — 72) Sic Gu. 1. — *elephanti* vulg. — 73) *solidi* Gu. 1. — *soliti* Gu. 2. al. — 74) *nodis* om. Gu. 2. — 75) Sic Gu. 1. — *rex serp. sit* vulg. — 76) Sic Gu. 1. — *vel si* vulg. — *adspexerit* al. — 77) Sic Gu. 1. — *ad . . aspectum* vulg. — *et eius aspectu* Gu. 2. al. — *ad eius aspectus* pr. — 78) *quam* Gu. 2. — 79) Sic Gu. 1. — *procul sit* vulg. — 80) *delitescunt* Gu. 1. 2. al.

8. Reguli autem, sicut[1] scorpiones, arentia quaeque sectantur, et postquam ad aquas venerint[2], ὑδροφόβους et lymphaticos faciunt.

9. Sibilus idem est, qui et regulus. Sibilo enim occidit, antequam mordeat, vel exurat.

10. Vipera dicta, quod vi pariat. Nam et[3] cum venter eius ad partum ingemuerit[4], catuli non exspectantes maturam naturae[5] solutionem, sed[6] corrosis eius lateribus erumpunt vi[7] cum matris interitu. Lucanus[8]:

Viperei coeunt, abrupto corpore, nodi[9].

11. Fertur autem, quod masculus ore inserto viperae semen exspuat. Illa autem ex voluptate[10] libidinis in rabiem versa, caput maris[11] ore receptum[12] praecidit[13]. Ita fit, ut parens[14] uterque pereat, masculus, dum coit, femina, dum parit[15]. Ex vipera autem fiunt pastilli[16], qui θηριακοὶ vocantur a Graecis.

12. Aspis vocata[17], quod morsu venena immittat et spargat[18]: ἰὸς enim Graeci venenum dicunt: et inde aspis, quod morsu venenato interimit[19]. Huius diversa genera et species, et[20] dispares effectus ad nocendum: fertur autem[21] aspis[22], cum coeperit pati incantatorem, qui eandem in[23] quibusdam carminibus propriis evocat, ut eam de caverna producat[24]: illa[25], cum exire noluerit, unam aurem in[26] terram premit, alteram cauda obturat et operit, atque[27] voces illas magicas non audiens, non exit[28] ad incantantem[29].

13. Dipsas autem[30] genus est[31] aspidis, quae Latine situla dicitur, quia quem[32] momorderit, siti perit.

14. Hypnalis[33] genus aspidis[34] dicta, quod somno necat. Hanc sibi Cleopatra apposuit[35], et ita[36] morte quasi somno soluta est.

15. Haemorrhois[37] aspis nuncupatur[38], quod[39] sanguinem sudet[40], qui ab eo morsus fuerit, ita ut dissolutis venis, quicquid vitae est, per sanguinem evocet. Graece enim sanguis αἷμα dicitur.

16. Prester aspis semper ore patenti et vaporante[41] currit. Cuius poeta[42] sic meminit:

Oraque distendens avidus fumantia[43] *prester.*

Hic quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur. Extuberatum enim putredo sequitur.

17. Seps, tabificus[44] aspis, qui dum momorderit hominem, statim eum consumat[45], ita ut liquefiat totus in ore serpentis.

1) *et* add. va. — 2) *ibique aliquem momorderint* add. vulg., quae om. Gu. 1. Ar. — 3) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 4) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *intumuerit* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *naturae matur.* vulg. — 6) *sed* om. Gu. 1. 2., qui *corrosisque* exhibet. — 7) Sic Gu. 1. — Vulg. *vi erump.* — 8) *Unde Luc.* Gu. 2. va. — Locus est l. V, 490. — 9) Sic Gu. 1. 2. (supra vers.) 3. Ar. Luc. — *nati* vulg. — *Viperae* Gu. 2. 3. — 10) *voluntate* Gu. 1. — 11) *masculi* Gu. 2. — 12) *recepto* Gu. 1. — 13) *praecidat* Ar. — *ita ut* va. — 14) *parientes* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. — *dum parit, fem.* Gu. 2. — *dum parturit* pr. va. Ar. — 16) Sic Ar. — *fiunt pastuli* Gu. 1. 2. (*pastelli*) pr. va. (*pastilli*) — Vulg. *pastelli fiunt.* — 17) *vocatur* al. — 18) Sic Ar. va. — *spargunt* Gu. 1. — *aspergat* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — *interimat* vulg. — 20) *et* om. Gu. 2., qui exhibet *dispar est effectus.* — 21) *autem* pro *enim* Gu. 1. 2. al. Ar. — 22) *genus aspidis* vulg. — 23) *in* addidi e Gu. 1. — *eandem* scripsi pro *eadem* e Gu. 1. pro vulg. *eam.* — 24) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *educat* vulg. — 25) Vulg. add. *autem,* quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 26) *in* pro *ad* scripsi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — 27) Vulg. add. *ita*, quod om. Gu. 1. 2. pr. — 28) *exiit* pr. — 29) *incantatorem* al. — 30) *De ipsa autem* Gu. 1. — *autem* addidi e Gu. 1. — *Dipsa* Gu. 2. va. — 31) *est* om Gu. 2. — 32) *quos ... pereunt* Gu. 2. — 33) *Ispalis* pr. va. — *Ipse alis* Gu. 2. — 34) *aspidum* Gu. 2. al. — 35) *opposuit* Gu. 1. — 36) *et ista* Gu. 1 — *et ita* pr. va. — *ac ita* vulg. — 37) *Emorrosis* Gu. 2. — 38) *nuncupatus* al. — 39) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 40) *sudat* al. — *sudet ... sanguinem* om. Gu. 2. — 41) *vapo-*

18. Cerastes[46] serpens dictus, eo quod in capite cornua habeat similia arietum. *Κέρατα* enim Graece cornua vocantur[47]: sunt autem illi quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca, illiciens[48] sollicitata[49] animalia perimit. Totum enim corpus[50] tegit[51] arenis, nec ullum indicium sui praebet, nisi ex ea parte, qua invitatas aves vel animalia capit. Est enim flexuosus plus, quam alii serpentes, ita ut spinam non habere videatur[52].

19. Scytale[53] serpens vocatus, eo[54] quod tanta praefulget tergi varietate, ut notarum gratia aspicientes se retardet[55]: et quia reptando pigrior[56] est, quos assequi non valet, miraculo sui stupentes capit[57]. Tanti autem fervoris est, ut etiam hiemis tempore exuvias corporis ferventis[58] exponat[59]. De quo Lucanus[60]:

Et scitale[61] *sparsis*[62] *etiam nunc sola pruinis*
Exuvias positura suas.

20. Amphisbaena[63] dicta[64], eo quod duo capita habeat, unum in loco suo, alterum in cauda, currens ex utroque capite, tractu corporis circulato. Haec sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens. De qua idem Lucanus[65]:

Et gravis in geminum vergens[66] *caput Amphisbaena*[67].

Cuius oculi lucent veluti lucernae.

21. Enhydris coluber in aqua vivens. Graeci enim aquam *ὕδωρ*[68] vocant.

22. Hydros serpens aquatilis[69], a quo icti obturgescunt, cuius quidam morbum Boam dicunt, eo quod fimo bovis remedietur.

23. Hydra draco[70] multorum capitum, qualis fuit in Lerna palude provinciae Arcadiae. Haec Latine excetra dicitur[71], quod uno caeso tria capita excrescebant[72]: sed hoc fabulosum est. Nam constat Hydram locum[73] fuisse evomentem aquas, vastantem vicinam civitatem[74], in quo, uno[75] meatu clauso, multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca[76] exussit[77], et sic aquae clausit meatus. Nam Hydra ab aqua dicta est.

24. Chelydros serpens, qui et chersydros dicitur, quasi terrundius[78], quia et in aquis et in terris[79] moratur. Nam *χέρσον* dicunt Graeci terram, *ὕδωρ* aquam. Hic per quam labitur terram, fumare facit: quem[80] sic Macer describit:

Seu terga exspirant spumantia virus,
Seu terra[81] *fumat, qua teter labitur anguis.*

ranti Gu. 2. pr. — *patente* va. — *patens* al. — 42) Intelligitur Lucan. IX, 722. — 43) *spumantia* Luc. — 44) *Spectavificas* Gu. 1. 2. (supra vers.) — *Spectabificus* pr. va. — 45) Sic Gu. 1. — *consumit* vulg. — 46) *Cerastis* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *vocant* vulg. — 48) *esca illice* Ar. — 49) *sollicita* al. — 50) *totumque eius corpus* al. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *arenis tegit* vulg. — 52) *hab. non vid.* al. va. — 53) Sic Ar. — *Scitalis* vulg. — 54) *eo* om. Gu. 2. va. — 55) Sic Gu. 1. 2. Ar. — (*se* om. Gu. 2. Ar.) — *retard. asp.* vulg. — 56) *tardior* al. — 57) *excaecat* al. — 58) *ferventes* Gu. 1. — 59) *deponat* al. — 60) Lib. IX, 717. — 61) *scitalis* Gu. 1. 2. — 62) *praessis* Gu. 1. — *persis* Gu. 2. — 63) Sic Ar. — *Amphisibena* pr. — 64) *est* add. Gu. 2. — 65) L. IX, 719. — *idem* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 66) *surgens* Luc. — At *vergens* etiam quidam libri ap. Luc. — 67) Sic Ar. Luc. — *Amphibena* Gu. 1. 2. pr. — 68) Sic Gu. 1. 2. — *ὕδωρ aq.* vulg. — 69) Sic Gu. 1. — *aquat. serp.* vulg. — 70) *draco* om. Gu. 2. — 71) *dicitur* om. va. — 72) Sic Gu. 1. 2. Ar. Cfr. Isidor. XI, 3, 34. — 73) *lacum* vulg. et ed. Goth. — 74) *civit. vicin.* Gu. 2. — 75) *uno* om. Gu. 1. — 76) *ipse* add. vulg., sed om. Gu. 1. — *eadem* Gu. 2. — 77) *exhausit* Gu. 1. — 78) Sic scripsi de V. Cl. Lindemanni coniectura, quum Gu. 1. exhibeat *cerunium*. — Gu. 2. *ceri* (sic). — Gu. 3. 4. *cerim.* — editt. pr. va. *cherim.* absunt haec vv. *quasi terr.* a vulg. — Vocem *terrundius* ex *terra* et *unda* ipse Isidorus ut Graecam interpretaretur, confinxit, unde adiicit *quasi.* — 79) *in terra* al. — 80) *quam* Gu. 1. 2. 3. — 81) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. va. — *terram* vulg. — *terrae fumant* Ar.

Et Lucanus[1]:

Tractique via[2] fumante[3] chelydri.

Semper autem hic[4] directus ambulat. Nam si torserit se, dum currit, statim crepat.

25. Natrix[5] serpens aquam veneno inficiens. In quocunque enim fonte fuerit, eum veneno[6] immiscet: de qua[7] Lucanus[8]:

Et natrix violator aquae.

26. Cenchris serpens inflexuosa[9], quae[10] semper iter[11] rectum efficit. De qua[12] Lucanus[13]:

Et semper recto lapsurus limite cenchris.

27. Parias serpens[14] semper in cauda ambulat et sulcum facere videtur. De quo idem Lucanus[15]:

Quo[16] contentus[17] iter cauda sulcare Parias.

28. Boas anguis Italiae immensa mole[18]: persequitur greges armentorum et bubalos[19], et plurimo lacte riguis se uberibus[20] innectit[21] et sugens[22] interimit, atque inde a boum depopulatione[23] Boas nomen accepit.

29. Iaculus serpens volans. Lucanus[24]:

Iaculique volantes[25].

Exiliunt enim in arboribus, et dum aliquod animal obvium fuerit, iactant se super illud[26] et perimunt. Unde et iaculi dicti sunt. In Arabia autem serpentes albi[27] sunt cum alis, quae Sirenae vocantur, quae[28] plus currunt ab[29] equis, sed etiam[30] volare dicuntur: quorum tantum virus est, ut morsum ante mors insequatur, quam dolor.

30. Ophites[31] dicta, quod colorem arenae habeat. De qua poeta:

Quam parvis pictus maculis Thebanus[32] ophites
Concolor exustis[33] atque indiscretus arenis
Ammodytes[34].

31. Seps exigua serpens, quae[35] non solum corpus, sed et ossa veneno consumit. Cuius poeta sic meminit[36]:

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus[37] seps[38].

1) Lib. IX, 711. — 2) *sua* Gu. 1. — 3) *fumantis* Gu. 2. — *fumanti* Gu. 4. — 4) Sic Gu. 1. 2. *(hic* om.) — *Semper enim dir.* vulg. — Quae autem in nostris codd. et editt. vett. *Chelydro* tribuuntur, Arev. adscripsit *Cenchri.* — 5) *Rinatrix* Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. h. l. et postea, omisso *et.* — 6) Sic Gu. 1. va. Ar. *veneno eum* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *de quo* vulg. — 8) Lib. IX, 720. — 9) Sic Gu. 1. al. pr. — *inflexuosus* vulg. — 10) *qui* ed. Goth. Gu. 2. va. Ar. — 11) *iter* om. Gu. 1. — *rectum iter* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. al. va. — *de quo* vulg. — 13) Lib. IX, 712. — 14) Vulg. *qui (quae* al. pr.) *semper.* — Sed *qui* om. Gu. 1. — 15) Lib. IX, 721. — 16) *et contemptus* Ar. ex Lucan. — 17) *contentus* pro *contemptus* scripsi cum Arev. — 18) *immensae molis* Gu. 2. — 19) *bubulos* Ar. — 20) Sic Gu. 1. va. var. lect. ap. Goth. — *irriguis uber. se* vulg. — *riguissem uberius* Gu. 2. — 21) *innectat* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. va. Ar. — *suggens* Gu. 2. pr. — *surgens* vulg. — 23) Sic Gu. 1. 2. — *populatione* vulg. — 24) Vulg. *de quo Luc.*, sed *de quo* om. Gu. 1. va. (quae ed. etiam versum om.) Locus est lib. IX, 720. — 25) Sic Gu. 1. — *volucres* vulg. et Luc. — 26) *eum* Gu. 1. 2. — 27) *albi* addidi e Gu. 1. — 28) Vulg. add. *non solum*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 29) *ab* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 30) *sed etiam et* Ar. pr. va. — *quae etiam et* Gu. 2. — 31) Recepi scripturam, quae est ap. Lucan. IX, 714: (Cenchris) *Pluribus ille notis variatam pingitur alvum, Quam parvis tinctus maculis Thebanus Ophites: Concolor exustis atque indiscretus arenis Ammodytes.* Arev. contra omnes codd. mutavit, ut videtur, *Ammodytes.* — *Ophites* Grialius ortum censet, quod utraque vox apud Lucanum corrupta fuerit. At vix retineor, quin Isidorum ipsum male intellexisse Lucanum putem, quippe qui comparationem negligens, *Ophiten* serpentem esse censuerit, non lapidem. Saepe autem errat Isidorus

32. Dipsas[39] serpens tantae exiguitatis fertur, ut cum calcatur, non videatur. Cuius venenum ante extinguit, quam sentiatur, ut facies praeventa morte nec tristitiam inducat morituro[40]. De quo poeta[41]:

Signiferum iuvenem Tyrrheni sanguinis Aulum
Torta caput retro dipsas[42] calcata momordit
Vix dolor, aut sensus dentis fuit.

33. Salpuga[43] serpens[44], quae[45] non videtur.

Caecula dicta, propter quod[46] parva sit, et non habeat[47] oculos.

Centupeda a multitudine pedum dicta[48].

34. Lacertus reptile[49] genus est[50], vocatus ita, quod brachia habet[51]. Genera lacertorum plura, ut botrax, salamandra[52], saura, stellio.

35. Botrax[53] dicta, quod ranae habeat faciem. Nam Graeci ranam *βότραχα*[54] vocant.

36. Salamandra vocata, quod contra incendia valeat: cuius inter omnia venenata vis maxima est[55] Caetera enim singulos feriunt: haec plurimos pariter interimit: nam si arbori[56] irrepserit, omnia poma inficit veneno, et eos, qui[57] ederint, occidit, quin[58] etiam si[59] in puteum[60] cadat[61], vis eius veneni[62] potantes interficit. Ista contra incendia repugnans, ignes sola animalium extinguit. Vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione[63], et non solum quia non uritur, sed extinguit incendium.

37. Saura lacertus, qui quando senescit, caecantur oculi eius, et intrat foramen[64] parietis aspicientis[65] contra Orientem, et orto sole intendit et illuminatur.

38. Stellio de colore inditum nomen habet[66]. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo Ovidius[67]:

aptumque colori
Nomen habet, variis stellatus corpore[68] guttis.

Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur, ut viso eo pavorem iis afferat et torporem.

39. Sunt et alia genera serpentium[69], ut Ammodytae, Elephantiae, Chamaedracontes.

in exscribendis aliorum scriptorum locis. — 32) Sic Gu. 3. 4. Ar. — *Teufanus* vulg. et *ophites* ex iisdem libris scripsi. — 33) *exutis* Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — 34) Sic Ar. — *Admoditus* Gu. 1. 3. — 35) *qui* Gu. 2. va. — 36) Lucan. l. IX, 723. — 37) *vivificus* Gu. 3. — 38) *Item alius: Spes bona promittit, conversus spicula mittit* add. ed. va. — 39) *Dipsa* Gu. 1. va. — 40) Sic Gu. 1. 2. al. — *induat morituri* vulg. — 41) Lucan. l. IX, 737. — 42) *Dipsa* Gu. 1. — *dipsis* Gu. 2. — *dipses* Gu. 4. pr. va. — 43) Sic scripsi e vestigiis Gu. 1. 4. et duce Lucano IX, 837., quem sequitur plerumque Isidorus. Gu. 1. 4. nimirum exhibent *Salpica* et plures Lucani codd. *Salpuga*, al. *Solpuga*. — *Salpunga* vulg. — *Solpunga* Ar. — *Scalpiga* al. ap. Goth. — 44) Vulg. *est* add., quod om. Gu. 1. — 45) *qui* Gu. 2. va. — 46) Sic Gu. 1. 2. al va. — *eo quod* vulg. — 47) *habet* Gu. 1. 2. — 48) Vulg. sequitur: *Brucus est, cuius paene totum corpus in ventre colligitur.* Hoc om. Gu. 1. 2. Ar. et tres mss. ap. Goth. — 49) Sic Gu. 1. 2. al. — *reptilis* vulg. — 50) *est* om. Gu. 2., sed exhibet *vocatur.* — 51) *habet* pro *habeat* Gu. 1. — 52) Sic Ar. h. l. et postea. — *salamandria* vulg. — 53) *Botracta* Gu. 1. — *Botraga* Gu. 2. — *Botraca* pr. — 54) *βάτραχον* Ar. — 55) *vis est max.* va. — 56) *arborem* Gu. 2. — 57) *ea* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. va. — 58) Sic Ar. — Gu. 1. *qui.* At quum serpentium nomina omnia feminina sunt in cod. Gu. 1., vix dubium, quin Arev. verum viderit. — 59) *vel si* Gu. 1. — *si vel* Gu. 2. — 60) *in puteo* Gu. 2. va. — 61) *cadit* va. — 62) Sic Gu. 1. — *veneni eius* vulg. — 63) *consummatione* Gu. 2. al. — 64) Vulg. *in foramen*, sed *in* om. Gu. 1. — 65) *aspiciens* Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. — *nom. hab. indit.* vulg. — *nomen accepit* Gu. 2. — *inditum* om. Ar. — 67) Metam. V, 461. — 68) *corpora* Ovid. — 69) *serp. gen.* Gu. 2. Ar.

Postremo quantus nominum, tantus mortium numerus. Omnes autem serpentes natura sua frigidae sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt.

40. Nam quando sunt frigidae, nullum tangunt. Unde et venena eorum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, et merito, quia frigidae[1] sunt nocturno rore. In se enim adducunt vaporem corporis[2] frigidae[3] pestes et natura frigidae[4]. Unde et hieme in nodos torpentur[5], aestate solvuntur.

41. Inde est, quod dum quidquam[6] veneno serpentium percutitur, primum[7] obstupescit, et postea, ubi in illo calefactum ipsum virus exarserit, statim[8] hominem extinguit.

Venenum autem dictum, eo quod per venas vadit. Infusa enim pestis eius per venas vegetatione corporis[9] aucta discurrit et animam exigit[10].

42. Unde non posse[11] venenum nocere, nisi hominis tetigerit sanguinem. Lucanus[12]:

Noxia serpentum[13] *est*[14] *admixto sanguine pestis.*

Omne autem venenum frigidum est, et ideo anima, quae ignea est, fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis, quae nobis et irrationabilibus animantibus videmus esse communia, vivacitate quadam sensus serpens excellit.

43. Unde et legitur in Genesi[15]: *Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terrae.* Dicit autem Plinius, si creditur[16], quod serpentis caput etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilominus vivit. Unde et totum corpus obiicit pro capite ferientibus.

44. Anguibus universis hebes visus est. Raro in adversum contuentur, nec frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius audiant, quam aspiciant[17]. Nullum autem animal in tanta celeritate linguam movet, ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.

45. Serpentium humida[18] sunt corpora, adeo ut quacunque[19] eunt, viam humore designent. Vestigia sunt serpentium talia[20], ut, cum pedibus carere videantur, costis tamen et squamarum nisibus repant[21]: quas a summo gutture usque ad imam[22] alvum parili modo dispositas habent. Squamis enim quasi unguibus, costis quasi[23] cruribus innituntur.

46. Unde si[24] in qualibet corporis parte ab alvo usque ad caput ictu[25] aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicunque ille ictus[26] inciderit, spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut deposita veteri[27] tunica senectutem deponere atque in iuventutem[28] redire perhibeantur.

1) *frigidae* Ar. pr. hoc recepi. — Vulg. *frigidi.* Semper autem fem. — *frigescunt* al. — 2) *corporis* om. Ar. — 3) Sic Gu. 1. Ar. — *gelidae* vulg. — 4) *frigidi* al. — *frigidescunt* al. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — *torquentur* vulg. — 6) *quicunque* Gu. 2. Ar. — *quisquam* al. — *quisque* pr. — *Ven. serp.* pro *serp. ven.* Gu. 1. — 7) *primo* va. — 8) *et* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. va. — 9) *corporis* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 10) Sic Gu. 1. 2. 4. Ar. var. lect. ap. Goth. — *exegit* Gu. 3. — *extinguit* vulg. — *eximit* al. — 11) Sic Gu. 1. 2. al. — *potest* vulg. — 12) Lib. IX, 614. — 13) *serpentium* Gu. 1. 2. 3. al. va. pr. — 14) *est* om. Gu. 1. 2. va. — 15) Cap. 3, 1. — 16) *si credatur* Gu. 2. — Inclusit formulam Arev — Locus est e Serv. ad Georg. III. — *Tumidum caput abdidit alte.* Plinii locum non inveni. — 17) *videant* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. al. — *uvida* al. — *uda* vulg. — 19) *quaque* al. pr. — 20) Sic Gu. 1. — *Vest. serp. talia sunt* vulg. — 21) *repunt* Gu. 1. 2. — *crepant* ed. Goth. — *erepant* vulg. — 22) *imum* Gu. 2. — 23) *quasi* om. Gu. 1. — 24) *etsi* Gu. 1. — 25) *caput* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *ictus ille* vulg. — *ille* om. va. — 27) Sic Gu. 1. va. — *vetere* vulg. — 28) *iuventam* va. — 29) *serpentium* va. — 30) *Metamorphoseωm* Ar. Ut nos, ita codd. et editt. vett. Locus est l. XV, 398. — 31) *est* om. Gu. 1. 2. va. —

47. Tunicae serpentum[29] exuviae nuncupantur, eo quod iis, quando senescunt, sese exuunt, quibus exuti in iuventutem redeunt. Dicuntur autem exuviae et induviae, quia exuuntur et induuntur.

48. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui, quae in spina est, serpentem creari, quod etiam Ovidius in Metamorphoseorum[30] libris commemorat, dicens:

Sunt qui cum clauso putrefacta est[31] spina sepulchro
Mutari credunt[32] humanas angue medullas.

Quod si creditur[33], merito evenit, ut sicut per serpentem mors hominis, ita per hominis mortem serpens. Fertur autem, quod serpens hominem nudum non sit ausus attingere[34].

CAP. V. *De vermibus.*

1. Vermis est animal, quod plerumque de carne, vel de ligno, vel de quacunque re terrena sine ullo concubitu gignitur, licet nonnunquam et de ovis nascantur, sicut[35] scorpio. Sunt autem vermes aut terrae, aut aquae, aut aeris, aut carnium, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum.

2. Aranea vermis aeris, ab aeris nutrimento cognominata, quae exiguo corpore longa fila deducit, et telae semper intenta nunquam desinit laborare[36], perpetuum sustinens in sua arte[37] suspendium.

3. Sanguisuga[38] vermis aquatilis, dicta quod[39] sanguinem sugit[40]. Potantibus enim insidiatur, cumque illabitur faucibus, vel ubi[41] uspiam adhaerescit[42], sanguinem haurit: et cum nimio cruore maduerit, evomit[43], quod hausit[44], ut recentiorem denuo sugat.

4. Scorpio vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur, quam[45] serpentibus: animal armatum aculeo, et ex eo Graece vocatum, quod cauda[46] figat, et[47] arcuato vulnere venena diffundat[48]. Proprium autem[49] scorpionis, quod manus palmam non feriat.

5. Cantharida[50] vermis terrenus, qui[51] cum humano corpori fuerit applicatus, statim sui adustione vesicas efficit plenas humore.

6. Multipes[52], ex multitudine pedum vocatus, qui contactus in globum complicatur[53]. Nascitur sub petris ex humore et terra.

7. Limax vermis limi[54] dictus, quod in limo, vel de limo[55] nascatur: unde et sordida semper et immunda[56] habetur.

32) Sic Gu. 1. — *credant* vulg. — 33) *credatur* va. — 34) *contingere* Ar. — 35) *sicut* pro *ut* Gu. 1. va. — 36) *labore* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *in suo labore.* — 38) In Gu. 1. praecedit *Multipedis* (§. 6.) descriptio. — 39) *quod* pro *quia* Gu. 1. 2. pr. va. — 40) *sugat* va. — 41) *ubi* om. Gu. 2. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *adhaeserit* vulg. — 43) Vulg. *id evomit*, sed pron. om. Gu. 1. — *evomit id, quod* Gu. 2. pr. va. — 44) *haurit* Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. 2. pr. va. cd. Goth. — *non* vulg. — 46) *caudam* Gu. 1. al. — 47) *et* pro *atque* Gu. 1. pr. va. Ar. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *diffundat venena.* — 49) *Propr. est aut.* Gu. 2. pr. va. — Vulg. *Pr. aut. est*, sed *est* om. Gu. 1. — 50) *Cantharis* Ar. — Sed *cantharida* eadem forma dictum est, ut *cassida* et al. — 51) *qui . . . humore* om. Gu. 2. Verba ipsa scripsi secundum Gu. 1. — Vulg. *qui hum. corp. statim ut fuerit appl.* etc. — 52) *terrenus vermis* add. vulg., quae om. Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. nisi quod *contractus* pro *contactus* exhibent. — Ar. *qui contactus in globulum.* — Vulg. *qui contra ictus contractus in globum* etc. — 54) *limi* supra lin. est in Gu. 2. — 55) *vel de limo* om. va. — 56) Sic Gu. 1. — *sordidus . . immundus* vulg.

8. Bombicis[1] frondium vermis[2], ex cuius textura bombycinum[3] conficitur. Appellatus[4] autem hoc nomine ab eo, quo evacuetur, dum fila generat[5], et aer solus in eo remaneat[6].

9. Eruca frondium vermis in oleribus, vel in pampinis[7] involuta, ab erodendo[8] dicta, de qua[9] meminit Plautus[10]:

Imitatus nequam bestiam et maleficam involutam in pampino.

Implicat se eadem[11], nec advolat[12], ut locusta, ut[13] huc illucque discurrens semipasta dimittat[14], sed permanet perituris[15] frugibus et tardo lapsu et pigris[16] morsibus universa consumit.

10. Teredonas Graeci vocant lignorum vermes, eo[17] quod terendo edant. Hos nos Termites dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur, quos tempore importuno[18] caesae arbores gignunt.

11. Tinea vestimentorum vermis[19] dicta, quod teneat[20], et eousque insedeat[21], quo[22] erodat. Unde et[23] pertinax dicitur[24], eo[25] quod in eandem rem identidem urgeat.

12. Vermes carnium, hemicranius[26], lumbricus[27], ascaridae, costi[28], pediculi, pulices, lendes[29], tarmus[30], ricinus, usia, cimex.

13. Hemicranius vermis capitis[31] vocatus[32].

Lumbricus vermis intestinorum, dictus quasi lumbicus[33], quia labitur, vel quod in lumbis sit.

Ascaridae *. Costi[34] *.

14. Pediculi vermes cutis[35] a pedibus dicti. Unde et pediculosi dicuntur, quibus pediculi in corpore effervescunt.

15. Pulices vero vocati sunt, quod ex pulvere magis nutriantur.

Lendes[36] *.

Tarmus vermis est lardi.

Ricinus vermis est canis, vocatus eo quod haereat[37] in auribus canum. Κύων enim Graece canis est.

16. Usia est vermis[38] porci, appellata, quia urit. Nam ubi momorderit, adeo locus ardet, ut[39] ibi vesicae fiant.

17. Cimex de similitudine cuiusdam herbae vocatus, cuius fetorem habet.

1) Sic Gu. 1. 2. (*Bomboc.*) — *Bombyx* vulg. — *Bombicis* dictum est ut *lyncis* pro *lynx*. — 2) *verm. frond.* ed. Goth. — 3) *bombocin.* Gu. 1. 2. — 4) Sic Gu. 1. — *Appellatur* vulg. — 5) *gerat* Gu. 2. — 6) *remanet* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. — *in olere vel pamp.* Gu. 2. — *in olus vel pamp.* al. — *in oleribus vel pamp.* Ar. — *oleribus vel pamp.* vulg. — 8) *eruendo* va. — 9) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *cuius* vulg. — 10) in Cistell. IV, 6, 62. ubi est: *Imitatur nequam bestiam et damnificam. Ph. quamnam amabo? Involvulum, quae in pampini folio intorta implicat se.* — *pamp. involv.* Gu. 1. — *in* om. Gu. 4. — 11) *idem* Gu. 1. 2. — 12) *volat* Gu. 2. — 13) *ut* om. Gu. 1. 2. — *et* va. — 14) *dimittit* Gu. 2. — 15) *periturus* Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *pigrisque* vulg. — *pigrumque* pr. — 17) *eo* om. Gu. 2. pr. Ar. — 18) *inoportuno* Gu. 1. al. pr. — 19) *verm. vest.* ed. Goth. — 20) *tereat* Gu. 1. — 21) *insideat* Gu. 2. va. Ar. — 22) *quõ* (sic) Gu. 2. — *quoad* Ar. — 23) Sic Gu. 1. — *Inde et* Gu. 2. pr. — *Unde* vulg. — 24) *dicitur* om. pr. va. Ar. — 25) *eo* om. va. — 26) *hemicranius* Ar. — *hemigranius* Gu. 1. h. l. et postea. — *emigraneus* Gu. 2. — *hemicraneus* vulg. — 27) *lumbricae* Gu. 2. — 28) *costae* Gu. 1. al. — 29) *lendex* Gu. 1. 2. pr. va. — 30) *tarmi* Gu. 2. — 31) *carnis vel capitis* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 33) *lubricus* Ar. — 34) Lacunae signa apposuit Arev. — *costae* Gu. 1. — 35) *carnis* Gu. 1. — 36) *Lendes* ad-

18. Proprie autem vermis in carne putrida[40] nascitur: tinea in vestimentis: eruca in olere: teredo in ligno: tarmus in lardo.

19. Vermis non ut serpens apertis passibus, vel squamarum nisibus repit, quia non est illi spinae rigor, ut colubro[41], sed in directum corpusculi sui partes[42] gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas[43] motum[44] explicat, sicque agitatus perlabitur.

CAP. VI. *De piscibus.*

1. Pisces dicti, unde et pecus, a pascendo scilicet.

2. Reptilia ideo dicuntur haec, quae natant, eo quod reptandi habeant speciem et naturam, quamvis se in profundum[45] mergant[46], tamen in natando repunt. Unde et David ait[47]: *Hoc mare magnum et*[48] *spaciosum manibus*[49]*: illic reptilia, quorum non est numerus.*

3. Amphibia[50] sunt quaedam genera piscium, dicta[51], quod ambulandi in terris usum, et natandi in aquis officium habeant. *Ἀμφὶ* enim[52] Graece utrumque dicitur, id est, quia in aquis et in terris vivunt, ut Phocae, Crocodili, Hippopotami, hoc est equi fluviales.

4. Pecoribus autem et bestiis et volatilibus ante homines nomina imposuerunt, quam piscibus, quia prius visa et cognita sunt[53]. Piscium vero postea paulatim[54] cognitis generibus nomina instituta sunt aut ex similitudine terrestrium animalium, aut ex specie propria, sive moribus, seu[55] colore, vel figura, aut sexu.

5. Ex similitudine terrestrium, ut ranae et vituli, leones[56] et nigri meruli[57], et pavi diverso colore, dorso et collo[58] picti, et turdi albo varii[59], et caetera, quae sibi iuxta species terrestrium animalium nomina vendicaverunt[60]. Ex moribus terrestrium, ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati, quod mordeant. Et lupi, quod improba voracitate alios persequantur.

6. A colore, ut umbrae[61], quia colore[62] umbrae sunt; et auratae, quia in capite auri colorem habent: et varii a varietate, quos vulgo tructas[63] vocat[64]. A figura, ut orbis, quia rotundus est totusque in capite constat, ut solea[65], quod sit ad[66] instar calciamentorum[67] soleis. A[68] sexu, ut musculus[69], quod sit balenae masculus. Eius enim coitu concipere haec bellua[70] perhibetur. Hinc et musculi cochlearum, quorum lacte concipiunt ostreae.

dit Arev. — *Lendex* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *haeret* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *verm. est* vulg. — 39) *statim* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. — 40) Sic Gu. 1. — *putri* Ar. — *putrefacta* vulg. — *putre* al. ap. Goth. — 41) Sic Ar. va. — *colubri* vulg. — 42) *partes sui* Gu. 2. — *directo* va. — 43) *porrectam* Gu. 2. va. ed. Goth. — *porrectans* pr. — 44) *motus* Gu. 1. — 45) *in profundum se* va. — 46) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *immergant.* — 47) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *ait David.* Locus est Psalm. 104, 25. — 48) *et* om. va. — 49) *manibus* Gu. 2. om. — 50) *Amfivena* Gu. 2. — 51) *eo* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 52) *etiam* vulg. — *enim* Gu. 1. al. pr. — 53) Sic Gu. 1. — *visa sunt et cogn.* Gu. 1. 2. — 54) *paulatim* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 55) *seu . . . sexu* om. Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *leones (et leon.* Gu. 2. pr. va.) *et vituli* vulg. — 57) *et meruli* Gu. 1. — 58) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *collo et dorso* vulg. — 59) *albovarii* coniuncte Ar. — *et varii* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. va. — *vindicarunt* vulg. — 61) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *umbri.* — 62) *coloratae* al. — 63) *bruccus* va. — 64) *vocant* Gu. 2. pr. va. — 65) Sic Gu. 1. va. Ar. h. l. et postea. — *solia . . . soliis* vulg. — 66) *ad* addidi e Gu. 1. — 67) *calceam.* Ar. — 68) *A* om. Gu. 1. — 69) *masculus* — *masculi* al. — 70) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — — *bellua haec* vulg.

7. Balenae autem sunt immensae magnitudinis bestiae, ab emittendo et fundendo [1] aquas vocatae. Caeteris enim bestiis maris altius iaciunt undas; *βάλλειν* enim Graece emittere dicitur [2].

8. Cete dicta *τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη* [3], hoc est ob immanitatem [4]. Sunt enim ingentia genera belluarum, et [5] aequalia [6] montium corpora, qualis cetus excepit Ionam: cuius alvus tantae magnitudinis fuit, ut instar obtineret inferni, dicente Propheta [7]: *Exaudivit me de ventre inferni.*

9. Equi marini appellati [8], quod prima parte equi sunt [9], postremo [10] solvuntur in piscem. Bocas [11] dicunt esse [12] boves marinos [13], quasi boacas.

10. Coerulei a colore appellati [14]. Nam coeruleum est viride cum nigro, ut est mare.

11. Delphines certum habent vocabulum, quod voces hominum sequantur, vel quod ad symphoniam gregatim conveniant [15]. Nihil in mari velocius istis. Nam plerumque naves salientes [16] transvolant [17]. Quando autem praeludunt in fluctibus, et undarum se molibus [18] saltu praecipiti ferunt, tempestates significare videntur. Hi proprie Simones nominantur. Est et Delphinum genus in Nilo dorso serrato [19], qui crocodilos tenera ventrium secantes interimunt.

12. Porci marini, qui vocantur vulgo [20] suilli: quia [21] dum escam quaerunt, more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, et nisi rostrum arenis immergant, pastum non colligunt.

13. Corvi a cordis voce dicti, quia [22] grunniunt pectore, suaque voce proditi capiuntur.

14. Thynni Graecum nomen [23] habent. Hi ingrediuntur veris tempore: intrant dextro latere, laevoque [24] exeunt. Hoc inde creduntur facere [25], quod dextris oculis acutius videant, quam sinistris.

15. Gladius dicitur, eo quod rostro mucronato [26] sit: ob [27] hoc naves perfossas mergunt [28].

16. Serra nuncupata [29], quia serratam cristam habet, et subternatans navem [30] secat.

17. Scorpio dictus, quia laedit, dum manu tollitur. Tradunt [31] decem cancris cum ocimi manipulo alligatis omnes, qui ibi sunt scorpiones, ad eundem [32] locum congregari.

18. Aranea genus piscis, dictum [33] quod aure feriat. Habet enim stimulos, e quibus [34] percutit.

19. Crocodilus a croceo colore dictus: gignitur in Nilo, animal quadrupes in terra et

1) *effund.* Gu. 2. — 2) *dicitur* al. om. — 3) Graeca om. pr. — 4) *ab immanitate* al. — 5) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 6) *aequalium* Gu. 1. — 7) Ion. 2, 3. — 8) *appellati* addidi e Gu. 2. — *vocantur* va. — 9) *sunt equi* Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. — *postrema* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *Boccas* vulg. — *Phocas* Ar. — 12) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *etiam* vulg. — 13) *marinas* Gu. 1. — 14) *sunt* add. Gu. 2. va. — 15) *conveniunt* Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. — *sal. nav.* vulg. — *saliendo* al. — 17) *transiliunt* al. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va Ar. (*feriunt*) — *und. motibus . . . feruntur* vulg. — *praecipiti* [tes] (sic) Gu. 2. — 19) *serratum* al. — 20) Sic Gu. 1. — *vulgo voc.* vulg. — 21) *quia* Gu. 1. va. — *qui* vulg. — 22) *quod* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. pr. va. — *nomen Gr.* vulg. — 24) *que* addidi e Gu. 1. — 25) *facere* om. Gu. 1. 2. — 26) *mucrinato* Gu. 1. — *maiori nato* Gu. 2. pr. va. — *maiori nata* al. — 27) Vulg. *et ob hoc*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 28) Sic Gu. 1. — *mergit* vulg. — 29) *nuncupatur* ed. Goth. va. — 30) *navim* Gu. 2. — 31) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 32) Sic Gu. 1. — *eum* vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *dictus* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *de quibus* vulg. Praepos. om. Ar. — 35) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *in terra et in aquis.* — 36) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. sit: *tergore percuciat non nocet.* — Gu. 2. *tergo repercussi non sentiant.* — al. *repercutiat tergore.* — Vulg. *tergo repercussus non sentiat.* — Solin. c. 35. *ut ictus quovis tormento adactos tergore repercutiat.* Vides optimam lectionem praebere Gu. 1. addita tamen interpretatione: *non no-*

aqua[35] valeas, longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium et unguium immanitate armatum, tantaque cutis duritia, ut quamvis fortium ictus lapidum tergore repercutiat[36].

20. Nocte in aquis, die in humo[37] quiescit: ova in terra fovet: masculus[38] et femina vices[39] servant. Hunc pisces quidam serratam habentes cristam tenera ventrium desecantes interimunt[40].

21. Hippopotamus[41] vocatus[42], quod sit equo similis dorso, iuba et hinnitu, rostro resupinato, apriniis dentibus, cauda tortuosa[43], die in aquis commoratur: nocte segetes depascitur, et hunc Nilus gignit.

22. Phagrum, quem Graeci ideo nuncupant[44], quod duros dentes habeant, ita ut ostreis in mari alatur.

23. Dentrix[45] pro multitudine et granditate dentium dictus.

Lepus a similitudine capitis nuncupatus[46].

24. Lupum, ut dictum est, aviditas appellavit, piscem in captura ingeniosum: denique rete[47] circumdatus fertur arenas arare cauda, atque ita conditus transire rete.

25. Mullus vocatus, quod mollis sit[48] atque tenerrimus: cuius cibo tradunt libidinem inhiberi[49]: oculorum[50] aciem hebetari[51]: homines vero, quibus saepe pastus[52], piscem[53] olent. Mullus in vino necatus, hi, qui inde biberint, taedium vini habent[54].

26. Mugilis nomen habet, quod sit multum agilis. Nam ubi dispositas senserit piscatorum insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete, ut volare piscem videas.

27. Melanurus, eo quod caudam nigram[55] habeat, et pennas nigras, et in corpore lineas nigras: μέλαν enim Graeci nigrum vocant.

28. Glaucus a colore dictus, quod[56] albus sit. Graeci enim[57] album λευκὸν[58] dicunt. Hic aestate raro apparet, nisi tantum in nubilo.

29. Thymallus ex flore nomen accepit. Thymus[59] quippe flos appellatur: nam dum sit specie gratus et sapore iucundus, tamen sicut flos flagrat[60], et corpore aspirat odorem[61].

30. Scarus[62] dictus, eo quod escam solus[63] ruminare perhibetur: denique alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse[64]. Namque inclusum non nassis[65] fronte erumpere, nec infestis in[66] viminibus[67] caput inserere, sed aversum[68] caudae ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum redire: quem luctatum eius si forte alius scarus[69] videat, apprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis.

cet. — 37) *humi* Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *mascula* vulg. — 39) *vice* Gu. 2. — 40) Vulg. sequuntur haec: *Solus ex animalibus superiorem maxillam movere dicitur.* Quae om. Gu. 1. 2. pr. va. — 41) *Hippotamo* Gu. 1. va. — 42) *vocatur* Gu. 2. — 43) Vulg. add. *ungulis binis* (*bifidis* Ar.), quae om. Gu. 1. et vet. cod. ap. Goth. Inclusit Arev. — 44) Sic Gu. 1. — *Pagrum*, *quem Graeci fagrum ideo nunc.* Vulg. — φάγρον Ar. — 45) *Dentix* Ar. — 46) *nuncupatur* ed. Goth. va. — 47) *reti* Ar. — 48) *sit* addidi e Gu. 1. va. Ar. — 49) *inhibere* Gu. 1. 2. — *minui* al. — 50) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 51) *hebetare* Gu. 1. 2. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *a quibus . . pastus est* vulg. — *qui his saepe parti sunt* al. — *a quibus s. parti sunt* al. — 53) *pisces molent* pr. — 54) *iis*, *qui* etc. *affert* Ar. Est nominativus absolutus, ex anacolutho ortus, ut §. 41. extr. — 55) Sic Gu. 1. — *nigr. caud.* vulg.; sic mox id. cod. *penn. nigr.* pro *nigr. penn.* — 56) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 57) *enim* om. Gu. 2. — 58) *gleocon* Gu. 1. 2. — *glaucon* pr. va. — 59) Sic Ar. — *timum* vulg. — 60) *fragrat* pr. — 61) Sic Gu. 1. — *odores asp.* vulg. — 62) Sic Ar. — *Escarus* vulg. — *Escarius* Gu. 1. et sic mox. — 63) Sic Gu. 1. 2. — *solus escam* vulg. — 64) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *etiam* vulg. — 65) *vasis* ed. Vulcan. — 66) *in* addidi e Gu. 1. — 67) Sic Gu. 2. va. Ar. — *luminibus* vulg. — *iuminibus* pr. — 68) Sic Ar. — *adversum* vulg. — *redire fertur* supra va. — 69) *extrinsecus* add. vulg., quod om. Gu. 1.

31. Sparus a lancea missili nomen traxit[1], quod eiusdem figurae sit. Terrestria enim prius inventa sunt, quam marina. Nam sparus est telum rusticanum missile, ab[2] spargendo dictum.

32. Australis piscis, sive quia aquarum undam ore[3] suscipit, sive quia tunc piscis[4] oritur, quo tempore tendere in occasum Pleiades coeperint.

33. Hamio[5] saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis[6] puniceis perpetuis, aliisque discoloribus designatur: dictus hamio, quia non capitur nisi hamo.

34. Echeneis[7] parvus et semipedalis pisciculus: nomen sumpsit, quod navem[8] adhaerendo teneat[9]. Ruant licet venti[10], saeviant[11] procellae, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo, sed tantummodo adhaerendo. Hunc Latini Moram[12] appellaverunt, eo quod cogat stare navigia.

35. Uranoscopus vocatur ab oculo, quem in capite habet, a quo semper supra intendit.

36. Milago nominatus, quia evolat super aquam[13]. Quoties autem cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari designat[14].

37. Squamatus[15] dictus, quod[16] sit squamis acutis[17]. Unde et eius cute lignum politur.

38. Civitas Syriae, quae nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur a pisce quodam, qui illic abundat, quem lingua sua sar appellant: ex quo derivatum est, huius similitudinis pisciculos sardas sardinasque[18] vocari[19].

39. Halec[20] pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus: unde et nuncupatus[21].

40. Aphorus pisciculus, qui propter exiguitatem[22] hamo capi non potest.

41. Anguillae similitudo anguis nomen dedit[23]: origo eius ex limo. Unde et quando capitur, adeo lenis est, ut quanto fortius presseris, tanto citius elabatur[24]. Ferunt autem orientis[25] fluvium Gangen[26] anguillas tricenis pedibus gignere. Anguillae[27] vino necatae, qui ex eo biberint, taedium vini habent.

42. Draco marinus aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, qui dum percusserit, quaqua[28] ferit, venenum fundit, unde et vocatus[29].

43. Muraenam Graeci μύραιναν vocant, eo quod complicet se in circulos. Hanc feminini tantum sexus esse tradunt et concipere a serpente: et[30] ob id a piscatoribus tanquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula[31] protinus:

1) Sic Gu. 1. 2. — *traxit nomen* Ar. — *accepit nomen* vulg. — *nomen accepit* pr. — 2) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. — 3) Vulg. *suo ore*, sed pron. om. Gu. 1. 2. (*in ore*) pr. va. (*in ore.*) — 4) Vulg. *hic piscis*, sed *hic* om. Gu. 1. 2. — 5) Sic scripsi secundum Gu. 1., in quo est *Haimo* — *Hamia* Ar. — *Amio* vulg. Est haud dubie idem piscis, quem *Amian* vocat Festus p. 18. (Vid. ibid. Commentar. p. 330.) quemque eundem esse censet Gothofred. in notis ad Fest. — 6) *virgulis* al. — 7) *Edrenais* Gu. 1. 2. — *Edrinus* al. pr. — *Edririus* va. — Locus est e Plin. H. N. XXXII, 1. — 8) *navim* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. — *retineat* vulg. — 10) *venti licet* al. e Plin. — 11) Vulg. *et saev.* Sed *et* om. Gu. 1. 2. pr. va. — 12) *remoram* Ar. — 13) *aquas* Gu. 2. — *Milvago* Ar. — 14) *fertur* Gu. 2. — *ostendit* Ar. — 15) *Squatus* Ar. va. — *Squatur* Gu. 2. — 16) *eo quod* Gu. 2. va. — 17) *acutus* Gu. 1. 2. — 18) *sardiasque* al. — 19) *appellari* va. — 20) *Allec* Gu. 1. 2. — 21) *nuncupatur* Gu. 2. — 22) *suam* add. Gu. 2. va. — 23) Sic Gu. 2. va., idque voluisse videtur scriba cod. Gu. 1., in quo est *nomen habet*, retentis prioribus sine constructionis mutatione. — *dedit nomen* vulg. — 24) *elabitur* Gu. 1. 2. al. pr. Sic §. 42. iidem codd. *tradunt*, ut vix certo dicere queas, an hanc structuram dare voluerit scriptor. Apud Hyginum aliquoties *ut* et Ind. reperitur. — 25) *et orientis* vulg., sed *et* om. Gu. 1. 2. pr. va. — 26) *Gangue* Gu. 1. — *Gangem* Ar. — 27) Singulari numero haec exhibet Arev. — 28) *quaque* Gu. 1. — 29) *vocatur* Gu. 2. — 30) *et* addidi e Gu. 1. — 31) *serula* Ar. — 32) Sic Gu. 1. — *in cauda hab.* vulg. — 33) al. add. *anguillae similis*, *sed gran-*

animam habere in cauda[32] certum est. Nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari[33].

44. Congrus polypus, id est multipes: plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur[34], non morsu: nec prius dimittit[35], quam escam circumroserit[36].

45. Torpedo vocata, eo quod corpus torpescere faciat, si eam quisquam viventem tangat. Narrat Plinius Secundus[37]: Ex Indico mari torpedo etiam procul et e longinquo, vel si hasta virgaque attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet[38] ad cursum veloces alligari pedes[39]. Tanta enim vis est eius[40], ut etiam aura corporis sui afficiat membra.

46. Sepia dicitur, quia sepibus interclusa facilius capitur. In coeundo obscenum genus: ore[41] concipit, sicut vipera. Cuius atramenti vis est tanta[42], ut lucernae addito[43], Aethiopas[44] videri ablato priori lumine quidam tradant[45].

47. Lulligo[46]; tradunt in Oceano Mauritaniae, non procul a Lixo flumine tantam multitudinem lulliginum[47] evolare[48] ex aqua, ut etiam naves sub mergere[49] possint.

48. Conchae et cochleae ex hac causa[50] vocatae, quia deficiente luna cavantur, id est evacuantur. Omnium enim clausorum animalium maris[51] atque concharum incremento lunae membra turgescunt, defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem, cum vero in defectum venerit[52], humores minuuntur. Hoc[53] Physici dicunt. Conchae autem primae positionis nomen, cochleae vero per diminutionem, quasi conculae[54].

49. Concharum genera multa sunt[55], inter quas et margaritiferae[56], quae celoe[57] dicuntur, in quarum carne pretiosus calculus solidatur. De quibus tradunt ii, qui de animantium scripserunt[58] naturis, eo[59] quod nocturno tempore littora appetant[60], et ex coelesti rore margaritum[61] concipiunt: unde et celoe nominantur.

50. Murex[62] cochlea[63] est maris, dicta ab acumine et asperitate, quae alio nomine conchilium nominatur, propter quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris[64] emittat, ex quibus purpura tingitur: et inde ostrum appellatum[65], quod haec tinctura ex testae humore elicitur.

51. Cancros vocari[66], quia conchae sunt crura habentes: inimica ostreis animalia. Eorum enim carnibus vivunt, miro ingenio. Nam quia validam testam eius aperire[67] non potest, ex-

dis; moratur in cavernis petrarum sub aqua. — 34) *complectit* Gu. 2. — 35) *dimittunt* Gu. 1. — 36) *circumrodat* Gu. 2. — 37) Plin. H. N. XXXII, 1. — 38) *quodlibet* Gu. 1. — *quemlibet* va. — 39) Sic Gu. 1. al. — Vulg. *alligari* (*alligare* Gu. 1. 2. pr. va.) *pedes.* — 40) Sic Gu. 1. — *eius est* vulg. — 41) *enim* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — *tanta vis est* vulg. — 43) Sic Gu. 1. Ar. — *additum* vulg. Fortasse tamen rectius est *additum*, si absolute accipias ut §. 41. — 44) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Aethiopes* vulg. — 45) Sic Ar. — *tradunt* vulg. cum codd. Vide §. 41. — 46) *Loligo* et *loliginum* Ar. — *Lulginum* Gu. 2. — 47) *lulliginum* om. va. — 48) Sic Ar. — *evocari* vulg. — 49) Sic Gu. 1. — *dimergere* vulg. — *demerg.* Gu. 2. Ar. — 50) Sic Gn. 1. — *hac ex causa* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *maris anim.* vulg. — 52) *in defectu fuerit* Gu. 2. — 53) *enim* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 54) *coculae* va. — *quasi conc.* om. Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — *multa gen.* vulg. — *multa sunt gen.* va. — 56) *margaritae* va. — 57) *occoeloe* utroque loco Gu. 1. — *celee esse dic.* va. — 58) Sic Gu. 1. — *scripsere* vulg. — 59) *eo* om. Ar. — 60) Sic Gu. 1. — *appetunt* vulg. — 61) *margantas* ed. Goth. va. — *margaritam* Gu. 2. — 62) *Murice* Gu. 2. — *Muricta* Gu. 1. Fortasse *Muricis*, ut *Calcis* pro *calx*, quales formae crebro apud posteriores scriptores reperiuntur et saepe e codd. sunt restituendae. — 63) *conclea* Gu. 2. pr. — 64) Sic Gu. 1. 2. pr. — *col. purp.* vulg. — 65) *appellatur* Gu. 2. al. — 66) Sic Gu. 1. 2. al. — *Cancri vocantur* vulg. — 67) Sic Gu. 1. — *valida testa* — *aperiri* vulg.

plorat, quando ostrea claustra testarum[1] aperiat, tunc cancer latenter lapillum iniicit, atque impedita conclusione ostrae carnes erodit. Tradunt quidam decem[2] cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes, qui ibi sunt scorpiones, ad eum locum coituros. Duo sunt autem[3] genera cancrorum, fluviales et marini.

52. Ostrea dicta est a testa, qua[4] mollities interior carnis munitur. Graeci enim testam *ὄστρεα*[5] vocant. Ostrea autem neutrum[6], carnes eius feminino dicunt[7].

53. Musculi sunt, ut praediximus cochleae, a quorum lacte concipiunt[8] ostreae, et dicti musculi, quasi masculi.

54. Pelorides a Peloro promontorio Siciliae, ubi abundant, cognominatae sunt[9]:

Ecce autem Boreas angusta a[10] *sede Pelori.*

55. Ungues[11] a similitudine humanarum[12] unguium dictae.

56. Testudo dictus[13], eo quod tegmine testae sit adopertus in camerae modum. Sunt autem quataor genera. terrestres, maritimae, lutariae, id est in coeno et paludibus viventes. Quartum genus fluviales[14], quae in dulci aqua vivunt. Tradunt aliqui[15], quod incredibile est, tardius ire navigia, testudinis pedem dextrum vehentia.

57. Echinus a terrestri echino nomen traxit, quem vulgus hritium vocat, cuius testula[16] duplex, spinis aculeata in modum castanearum, quando adhuc coopertae[17] de arboribus cadunt. Caro eius mollis et minio similis, et is[18] tribus modis dicitur[19], ut testudo ac peloris[20] et conchilia[21]. Nam et quod edimus et ubi caro inest, utrumque dicitur peloris.

58. Ranae a garrulitate vocatae[22], eo quod circa genitales strepunt paludes, et sonos vocis importunis clamoribus[23] reddunt. Ex iis quaedam aquaticae dicuntur, quaedam palustres, quaedam rubetae, ob id, quia in vepribus vivunt, grandiores ceteris[24]. Aliae calamites[25] vocantur[26], quoniam inter arundines fruticesque vivunt, minimae omnium et viridissimae, mutae et sine voce[27] sunt.

59. Agredulae ranae parvulae[28] in sicco, vel agro[29] morantes[30], unde et nuncupatae. Negant quidam canes latrare, quibus in offa rana viva fuerit data.

60. Spongia[31] a fingere, id est nitidare et extergere dicta. Afranius:

Accedo ad te, ut tibi cervicem fingam linteo,

id est extergam. Cicero: *Et fingebatur spongiis*[32] *sanguis*, id est extergebatur. Animal au-

1) *testar. claustra* Gu. 2. — 2) Vulg. *a decem*, sed *a* om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 3) Sic Gu. 1. 2. — *Duo autem sunt* vulg. — *fluviatiles* pro *fluviales* Ar. — 4) Sic Gu. 1. va. — *quibus* vulg. — 5) *ostream* Gu. 1. pr. — *ostrea* va. — *vocant testam ostrea* Gu. 2. — ὄστρακα vulg. — 6) Sic Gu. 1. — *neutro* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *feminino dicuntur genere* vulg. — 8) *concipiuntur* Gu. 2. al. va. — 9) Sequuntur haec: *Unde Virgilius dicit*, quae om. Gu. 1. 2. va. Inclusit Arev. Locus est Virg. Aen. III, 687. — 10) *a* pro *ab* Gu. 1. — 11) *Unguis . . . dicta* Gu. 2. — 12) *humanorum* Ar. — 13) *dicta . . adoperta* vulg. — 14) *fluviatiles* Ar. — 15) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *quidam*. — 16) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *testa* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. va. — vulg. *opertae*. — 18) Sic Ar. — *Iris* mire codd. et vulg. — 19) *tribus dic. mod.* Gu. 2. — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *pelorus* vulg. Sic mox. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. al. (*concilia*) — *cochlea* vulg. — 22) *dicuntur* Gu. 2. — 23) *vocibus* pr. — 24) Sic Gu. 1. — *cunctarum* vulg. — 25) *calamitae* Ar. — *calamitates* ed. Goth. — 26) *dicuntur* Gu. 2. — 27) *vocibus* va. — 28) Sic Gu. 1. — *parvae* vulg. — 29) *agro* pro *agris* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. Ar. — *commorantes* vulg. — 31) *Fungia* Gu. 1. — *Asfungia* Gu. 2. — *Sfungia* va. var. lect. ap. Goth. — 32) Sic Ar. — *spungiis* Gu. 2. — *sfungis* pr. — Locus est e Cic. pr. Sext. 35, 77. immutatus: *meministis . . . e foro spongiis effingi sanguinem* Citat. eund. loc. Serv. ad Aen. VIII, 634. — 33) Sic Gu. 1. — *esse docetur* vulg. — *dicitur esse* Gu. 2. — 34) Sic Gu.

tem ducetur esse[33] cruore inhaerente petris. Unde et dum absciditur[34] sanguinem remittit[35].

61. Nam alia sunt viventia in aquis et discurrunt, ut pisces, alia, quae[36] stant fixa, ut ostreae, echini, sungiae. Ex his alias mares dici, eo quod tenues sunt[37] fistulae spissioresque: alias feminas, quae maioribus[38] fistulis sunt ac perpetuis: alias duriores, quas Graeci appellant *τράγους*, et nos hircosas dicere possumus ob asperitatem sui[39].

62. Mollissimum genus earum penicilli[40] vocantur, eo quod aptae[41] sunt[42] ad oculorum tumores, et ad extergendas[43] lippitudines utiles. Candidae spongiae cura fiunt. Per aestatem enim ad solem sternuntur, et sicut cera Punica candorem bibunt.

63. Animalium omnium in aquis viventium[44] nomina CXLIV Plinius ait divisa in generibus belluarum, serpentium communium terrae et aquae, cancrorum, concharum, locustarum, peloridum, polyporum, solearum, lacertorum, et lulliginum[45], et his[46] similia, ex quibus multa quodam naturae intellectu ordinem temporum suorum[47] agnoscunt[48], quaedam vero in suis locis sine[49] mutatione vagantur.

64. In piscibus[50] feminis aliae commixtione masculi concipiunt et pariunt catulos, aliae ponunt ova sua[51] sine masculi susceptione concepta[52], quae idem insequens[53] sui seminis iactu perfundunt[54], et quae hoc munere fuerint afflata, generabilia fiunt[55], quae vero perfusa non fuerint, sterilia perseverant, aut putrescunt.

CAP. VII. *De avibus.*

1. Unum[56] nomen avium, sed genus diversum. Nam sicut specie sibi differunt[57], ita et naturae diversitate. Nam aliae simplices sunt, ut columbae: aliae astutae, ut perdix: aliae ad manum se subiiciunt, ut accipitres[58]: aliae reformidant[59], ut garamantes: aliae hominum conversatione delectantur, ut hirundo: aliae in desertis secretam vitam diligunt[60], ut turtur: aliae solo semine reperto pascuntur, ut anser: aliae carnes edunt, et rapinis intendunt, ut milvus: aliae euchoriae[61], quae manent in locis semper, ut strutio[62]: aliae adventitiae, quae propriis temporibus revertuntur, ut ciconiae et[63] hirundines: aliae congregae[64], id est gregatim[65] volantes, ut sturni et coturnices: aliae solivagae, id est solitariae propter insidias depraedandi, ut aquila et[66] accipiter et quaecunque ita sunt: aliae vocibus strepunt, ut hirundo[67]: aliae cantus edunt dulcissimos, ut cygnus et merula: aliae verba et voces hominum imitantur, ut psittacus et pica.

1. 2. pr. — *abscinditur* vulg. — 35) *emittit* al. va. — *remittunt* Gu. 1. — 36) *quae* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — *sunt* pro *stant* ed. Goth. — 37) *sint* Gu. 2. pr. va. — *tenui sunt fistula* Ar. — 38) *in maior.* Gu. 2. va. — 39) *ab asperitate* Gu. 2. — 40) *peniciliae* Gu. 1. 2. — 41) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *apertae* vulg. — 42) *sunt* Gu. 1. pro *sint.* — 43) *extrahendas* va. — 44) *viv. in aqu.* Gu. 2. — 45) *loliginum* Ar. — 46) *huic* Gu. 1. — *similium* Ar. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *temp. suor. ord.* vulg. — 48) Sic Gu. 1. 2. Ar. al. — *cognoscunt* al. — 49) *sine* addidi e Gu. 1. pr. va. Ar. — 50) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. — 51) *sua* om. Gu. 2. Ar. — 52) Sic Gu. 1. al. ap. Goth. — *commixtione suscepta* vulg. — *conceptione concepta* Gu. 2. — 53) *insequenti* Gu. 1. al. — *item in consequens* al. ap. Goth. — 54) Sic Ar. — *perfunduntur* vulg. — *perfundit* Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *fiunt gener.* vulg. — 56) *autem* add. Gu. 1. — 57) *species sibi diff. specie* Gu. 1. — *species* cd. Goth. va. — 58) Sic Gu. 1. — *accipiter* vulg. — 59) *formidant* al. — 60) *degunt* ed. Goth. Gu. 2. va. — 61) *incuriae* Gu. 1. 2. al. — *aliae incuriae, ut corvi, aliae incolae, quae* va. — *enchoriae* Ar. idque verum. Graece ἐγχώριος. — 62) *Prostruthio* Gu. 1. XI. quod nescio, quid sit — *corvi* Gu. 2. — 63) *et* om. Gu. 1. 2. — 64) *congregatae* Gu. 1. — 65) *congregatim* pr. — 66) *et* addidi e Gu. 1. — 67) *hirundines* Gu. 2.

2. Sed et[1] alia[2] sicut genere, ita et moribus innumerabilia. Nam[3] volucrum quot genera sint, invenire quisquam[4] non potest. Neque enim omnis[5] Scythiae et Indiae aut Aethiopiae[6] deserta quis[7] penetrare potuit, qui earum[8] genus, vel differentias[9] nosset.

3. Aves dictae, eo quod vias certas[10] non habent[11], sed per avia quaeque discurrunt. Alites, quod[12] alis[13] alta intendant[14], et ad sublimia remigio alarum conscendant.

4. Volucres a volando. Nam unde volare, inde et ambulare dicimus. Vola enim dicitur media pars pedis, sive manus, et in avibus[15] media[16] pars alarum, quarum motu pennae agitantur, inde et[17] volucres.

5. Pulli dicuntur avium omnium[18] nati, sed et animalium quadrupedium[19] nati pulli dicuntur, et homo parvus pullus[20]. Recentes ergo nati pulli[21], eo quod polluti sunt. Unde et vestis nigra pulla dicta[22].

6. Alae sunt, in quibus pennae per ordinem fixae volandi exhibent usum. Vocatae autem alae, eo quod iis aves complexos alant ac[23] foveant pullos.

7. Penna a pendendo, id est a volando dicta: unde et pendere. Volucres enim pennarum auxilio moventur, quando se aeri mandant[24].

8. Pluma quasi piluma. Nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita pluma[25] in avibus.

9. Avium nomina multa a sono vocis constat[26] esse composita, ut grus, corvus, cygnus, pavo[27], milvus, ulula, cuculus, graculus[28] etc. Varietas enim vocis earum[29] docuit homines, quid[30] nominarentur.

10. Aquila ab acumine oculorum vocata. Tanti enim dicitur esse contuitus[31], ut cum super maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus: de tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormenti instar descendens raptam praedam pennis ad littus pertrahat.

11. Nam et contra radium solis fertur obtutum non flectere, unde et pullos suos ungue suspensos radiis solis obiicit, et quos viderit immobilem tenere aciem, ut[32] dignos genere conservat, si quos vero inflectere[33] obtutum, quasi degeneres abiicit.

12. Vultur a volatu tardo nominatus[34] putatur. Magnitudine quippe corporis[35] praecipites[36] volatus non habet. Horum quosdam[37] dicunt non misceri in concubitu[38], et sine copula concipere et generare, natosque eorum pene usque ad centum annos procedere. Vultures autem,

1) *et* om. Gu. 1. 2. — 2) *aliae* Gu. 2. va. et sic *innumerabiles*. — 3) *et* add. Gu. 1. — 4) *quisque* Gu. 1. 2. — *quemquam non posse* al.va. — 5) Sic Gu. 1. Ar. — *omnes* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *Indiae et Aeth. atque Scyth.* — *aut Sc.* Ar. — *atque* om. Gu. 2. — 7) *quis* addidi e Gu. 1. Ar. — *aut des. quis* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *eorum* vulg. — 9) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *doctrinas* vulg. — 10) *rectas* Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. — *habeant . . . discurrant* vulg. — 12) *eo quod* Gu. 2. va. — 13) *alis* om. Gu. 2. — 14) *intendunt* Gu. 1. — *conscendunt* pro *conscendant* Gu. 2. — *ad alta tendant* al. — 15) Vulg. add. *vola*, quod om. Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *pars media* vulg. — 17) *et* om. Gu. 1. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *omn. av.* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — *quadrupedum* vulg. — 20) *dicitur* add. va. — 21) Vulg. add. *dicuntur*, quod om. Gu. 1. 2. al. — *igitur* Gu. 2. pr. va. Ar. — 22) *est* add. vulg. sed om. Gu. 1. — 23) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. pr. va. — 24) *commendant* Gu. 2. va. — 25) *plumae* va. — 26) *constant* ed. Goth. Gu. 2. pr. va. — 27) *cygnus, pavo* om. Gu. 1. — 28) *garrulus* Gu. 1. — *garulus graculus* Gu. 2. — 29) Sic Gu. 1. — *eorum* vulg. — 30) *quomodo* al. — *quod* va. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. *contuitus esse dic.* — 32) *veluti* Gu. 2. — 33) Sic Gu. 1. — *flectere* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *nominata* vulg. — 35) *corporis* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *praepetes* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *Harum quasdam* vulg. — Sic mox *eorum*. — 38) Sic Gu. 1. — *concubitu non misc.*

sicut et aquilae, etiam ultra mare[39] cadavera sentiunt. Altius quippe volantes multa quae montium obscuritate celantur, ex alto illi[40] conspiciunt.

13. Grandipes[41] apud Graecos vocatur avis, apud nos tarda, eo quod gravi volatu detenta nequaquam, ut caeterae volucres, attollitur velocitate pennarum.

14. Grues[42] de propria voce nomen[43] sumpserunt, tali enim sono susurrant. Haec autem dum properant, unam sequuntur[44] ordine literato. De quibus Lucanus[45]:

Et turbata perit dispersis litera pennis.

Excelsa autem petunt, quo facilius videant, quas petant terras.

15. Castigat autem voce[46], quae[47] cogit[48] agmen. At ubi raucescit, succedit alia: nocte autem excubias dividunt, et ordinem vigiliarum per vices[49] faciunt, tenentes lapillos suspensis digitis, quibus[50] somnos[51] arguant[52]: quod cavendum erit, clamor[53] indicat[54]. Aetatem in illis color prodit. Nam senectute nigrescunt.

16. Ciconiae vocatae a sono, quo crepitant, quasi cicaniae: quem sonum oris potius esse[55], quam vocis, quia eum quatiente rostro faciunt. Hae veris nunciae, societatis comites, serpentium hostes, maria transvolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas[56] praecedunt, et ipsae quasi exercitus sequuntur[57].

17. Eximia illis circa filios pietas est[58]. Nam adeo nidos impensius fovent, ut assiduo incubitu[59] plumas exuant. Quantum autem tempus[60] impenderint in foetibus educandis[61], tantum et ipsae invicem a pullis suis aluntur.

18. Olor est avis[62], quam[63] Graeci κύκνον[64] vocant[65]. Olor autem dicitur[66], quod sit totus albus plumis[67]. Nullus enim meminit cignum nigrum; ὅλος[68] enim Graece totum dicitur. Cygnus autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere dicunt[69], quia collum longum et flexum[70] habet, et necesse est eluctantem vocem[71] per longum et inflexuosum iter varias reddere modulationes.

19. Ferunt[72] in Hyperboreis partibus praecinentibus citharoedis olores plurimos advolare[73], apteque admodum concinere. Olores autem Latinum nomen est. Nam Graece cygni dicuntur[74]. Nautae vero sibi hunc bonum prognosium[75] facere dicunt, sicut Aemilius ait[76].

Cygnus in auspiciis semper laetissimus ales.
Hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *maria* vulg. — 40) *illae* Gu. 2. Ar. — 41) *Bradypus* Ar. — *Grandipes* Gu. 1. hoc probo. — *Gradipes* vulg. — 42) Vulg. add. *vero*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 43) Sic Gu. 1. — *nomen de propria voce* vulg. — 44) *secuntur* Gu. 1. — 45) Lucan. V, 716. — 46) *voces* pr. — 47) *quaeque* Gu. 1. — 48) *agit cogitat* Gu. 1. — *cogit ad agmen* al. pr. — 49) *per ordinem et vices* Gu. 1. — 50) *quibusque* Gu. 2. — 51) *somno* Gu. 2. — 52) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *arceant* vulg. — 53) *clamore* Gu. 2. — 54) *indicant* Gu. 2. — 55) *constat* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. al. Inclusit Arev. — *esse* om. va. — 56) *eos* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. — *prosequ.* vulg. — *persequ.* va. — 58) *est* addidi e Gu. 1. — 59) *cubitu* va. — 60) Sic Gu. 1. pr. va. — *temporis* vulg. — *plus* Gu. 2. — 61) *et in curis* pro *educandis* Gu. 1. — 62) Sic Gu. 1. — *avis est* vulg. — 63) *quem* Gu. 2. — 64) *cygnum* Gu. 1. 2. — 65) Sic Gu. 1. 2. — *appellant* vulg. — 66) Sic Gu. 1. — *dictus* vulg. — 67) Sic Gu. 1. — *plumis albus* vulg. — *totus plumis sit albus* Gu. 2. — 68) ὅλον Ar. — 69) *dicunt* inclusit Arev. — 70) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *inflexum* vulg. — 71) *eluctante voce* va. — 72) *autem* additur in Gu. 2. supra lin. — 73) *advocari* Gu. 1. — 74) *Graeci* — *dicunt* Gu. 1. — 75) Sic Gu. 1. — *prognosin* Ar. — *pro signo* Gu. 2. — *prognosiam* vulg. — 76) *Aemilius ait* Gu. 2. pr. — *Aemilianus aït* Gu. 1. e quo *Aemilius ait* scripsi pro *ait Aemilius*. Intelligitur Aemilius Macer. Eosdem versus citat Serv. ad I. Aen. 397.

20. Struthio Graeco nomine[1], quod animal in similitudinem[2] avis pennas habere videtur: tamen de terra altius non elevatur. Ova sua fovere negligit: sed proiecta tantummodo fotu pulveris animantur.

21. Ardea vocata, quasi ardua, id est propter altos volatus. Lucanus[3]:

Quodque ausa volare Ardea.

Formidat[4] enim imbres, et supra[5] nubes evolat[6], ut procellas nubium sentire non possit. Cum autem altius volaverit, significat tempestatem. Hanc multi Tantalum nominant[7].

22. Phoenix Arabiae avis[8], dicta, quod colorem Phoeniceum habeat, vel quod sit in[9] toto orbe singularis et unica. Nam Arabes singularem et unicam[10] Phoenicem vocant. Haec quingentos ultra annos[11] vivens, dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgultis[12], rogum sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium[13] sibi incendium nutrit, sicque iterum de cineribus suis resurgit.

23. Cinnamolgus et ipsa Arabiae avis[14], proinde ita vocata, quod in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus[15] cinnami: et quoniam non possunt homines ibi conscendere[16] propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, et[17] sic cinnama[18] illa deponunt, et pretiis amplioribus vendunt, eo quod haec cinnama[19] magis quam alia mercatores probent.

24. Psittacus in Indiae littoribus gignitur, colore viridi, torque punicea[20], grandi lingua et caeteris avibus latiore. Unde et articulata verba exprimit, ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens: ave, vel χαῖρε. Caetera nomina institutione[21] discit. Hinc est illud[22]:

Psittacus a vobis aliorum nomina discam[23],
Hoc didici per me dicere, Caesar ave.

25. Halcyon pelagi volucris dicta, quasi ales oceanea[24], eo quod in[25] hieme in stagnis oceani nidos facit[26], pullosque[27] educit[28]: qua excubante[29] fertur extento aequore pelagus silentibus ventis continua septem dierum tranquillitate mitescere, et eius foetibus educandis obsequium ipsa natura rerum[30] praebere.

26. Pelicanus avis Aegyptia habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit. Nam Canopus[31] Aegyptus dicitur. Fertur autem[32], si verum[33], eam occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare et aspersione sui sanguinis vivificare filios suos[34].

1) *dicitur* add. vulg. Om. Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. va. — *similitudine* vulg. — 3) Lucan. V, 554. — 4) *formidant* va. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — *super* vulg. — 6) *avolat* Gu. 1. — *evolant* va. — *possint* va. — 7) *vocant* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *avis Arab.* vulg. — 9) *in* om. Ar. — 10) *et unicam* om. Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — *quingentis . . . annis* vulg. — *quingentis et ultra annis* Ar. — 12) *virgulis* Ar. — 13) *voluntarie* al. — 14) *Arabica avis* va. — 15) *fructibus* Gu. 1. al. va. — 16) Sic Gu. 1. — *ibi hom. consc.* Gu. 2. va. Ar. — vulg. *ibi consc. hom.* — 17) *et* pro *ac* Gu. 1. — 18) Sic Ar. pr. — *cinnamia* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — *cinnamum illud* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *puniceo* vulg. — 21) *instit.* om. Gu. 2. — 22) Martial. XIV, 73. — *Hinc . . . discam* om. Gu. 2. — 23) *dicam* pr. — *disco* va. — 24) *cyanea* Ar. — 25) *in* addidi e Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. Ar. — *faciat* vulg. — 27) *pullos quoque* Gu. 1. — 28) *educat* Gu. 2. — *educet* va. — 29) *cubante* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — *rer. nat.* vulg. — *ipsam rer. naturam* Ar. — 31) *Canopos* Gu. 2. — 32) *autem* addidi e Gu. 1. — 33) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — *sit* al. — 34) *suos* addidi e Gu. 1. — 35) *Stromph.* Gu. 1. 2. pr. — *Strophalibus* Gu. 1.

27. Stymphalidae[35] aves a Stymphadibus insulis appellatae, ubi plurimum abundant, adversus quas Hercules sagittis est usus. Sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes.

28. Diomedias[36] aves a sociis Diomedis appellatas, quos ferunt fabulae in easdem volucres fuisse conversos, forma fulicae similes[37], magnitudine cygnorum, colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedia[38] inter scopulos littorum et saxa volitantes, iudicant inter suos et advenas.

29. Nam si Graecus est, et[39] propius accedunt et blandiuntur: si alienigena, morsu impugnant et vulnerant, lacrimosis quasi vocibus dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illyriis interemptus est. Hae autem[40] aves Latine Diomediae vocantur[41], Graeci[42] eas ἐρωδίους dicunt.

30. Memnonides aves Aegyptiae appellatae a loco, ubi Memnon periit. Nam catervatim advolare[43] dicuntur ex Aegypto ad Ilium iuxta Memnonis sepulchrum, et[44] proinde eas Ilienses Memnonias vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumvolaverint, tertia die ineuntes pugnam vicissim se unguibus rostrisque dilacerant.

31. Hercyniae aves dictae ab Hercynio saltu Germaniae, ubi nascuntur, quarum pennae adeo per obscura[45] emicant, ut quamvis nox obtenta densis tenebris sit, ad praesidium itineris dirigendi iactae[46] interluceant[47], cursusque[48] viae pateat indicio plumarum fulgentium.

32. Onocrotalon Graeci vocant rostro longo. Quorum duo sunt genera[49]: aliud aquatile, aliud solitudinis.

33. Ibis avis Nili fluminis, quae semetipsam purgat, rostro in anum aquam fundens. Haec serpentium ova[50] vescitur, gratissimam ex eis escam[51] nidis suis deportans.

34. Meropes eosdemque[52] gaulos, qui parentes suos recondere atque alere dicuntur.

Coredulus genus volatile[53], quasi cor edens.

35. Monedula avis[54], quasi monetula, quae cum aurum invenit[55], aufert et occultat. Cicero dicit[56] pro Valerio Flacco: *Non plus aurum tibi, quam monedulae committendum.*

36. Vespertilio pro[57] tempore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolat[58], praecipiti motu acta, et tenuissimis brachiorum membraneis[59] suspensa: animal murium[60] simile, non tam voce resonans, quam stridere, specie quoque volatilis est[61], simul[62] et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet.

postea. — *ab istrofadibus* Gu. 2. pr. — *strophadibus* al. — *ab strophadibas* va. — 36) *Diomedeas* Ar. — 37) *similes ful.* Gu. 2. — 38) *Diomedea* Ar. et sic postea. — 39) *et* addidi e Gu. 1. — 40) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *vocitantur* Gu. 2. — *dicuntur* vulg. — 42) *autem* add. Gu. 1. — 43) *convolare* al. — 44) *et* om. Gu. 2. — 45) *obscarum* Gu. 2. va. Ar. — 46) Sic Gu. 1. 2. al. — *proiectae* al. — *praeiactae* Ar. — *late* vulg. — 47) *interluceat* Gu. 1. — 48) *cursuque* Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. va. — *genera sunt* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. al. — *ovis* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *ex eis grat.* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *et eosdem* vulg. — *quos et Gaulos* Gu. 2. — 53) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *volatilis* vulg., quae add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 54) *avis* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — 55) *invenerit* al. — 56) *dicit* addidi e Gu. 1. Locus est cap. 31, 76.: *revera non plus aurum tibi, quam monedulae committebant.* — 57) *ex* Gu. 2. — 58) *circumvolet* Gu. 2. va. — 59) Sic Gu. 1. — Vulg. *membranis.* — 60) *maribus* Gu. 2. — 61) *est* addidi e Gu. 1. — 62) *similis* Gu. 1.

37. Luscinia avis[1] inde nomen sumpsit, quia cantu suo significare solet surgentis exortum diei[3], quasi lucinia[4]. Eadem et acredula, de qua Cicero in Prognosticis[5]:

Et matutinos exercet acredula cantus.

38. Ulula avis ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est a planctu et luctu nominata. Cum enim clamat, aut fletum imitatur, aut gemitum[6]. Unde[7] apud augures si lamentatur tristitiam, tacens ostendere fertur prosperitatem.

39. Bubo a sono vocis compositum nomen habet, avis feralis, onusta quidem plumis, sed gravi[8] semper detenta pigritia: in sepulcris diu[9] noctuque versatur, et semper commoratur[10] in cavernis. De qua Ovidius[11]:

Foedaque sit volucris venturi nuntia luctus,
Ignavus bubo dirum mortalibus omen.

Denique apud augures malum portendere fertur. Nam cum in urbe visa fuerit, solitudinem[12] significare[13] dicitur[14].

40. Noctua dicitur eo[15], quod nocte circumvolat, et per diem[16] non possit videre[17]. Nam exorto splendore solis, visus illius hebetatur. Hanc autem insula Cretensis non habet: et si veniat aliunde, statim moritur. Noctua autem non est bubo, nam bubo maior est.

41. Nycticorax[18] ipsa est noctua[19], quia noctem amat. Est enim avis lucifuga, et solem videre non patitur.

42. Strix nocturna avis, habens nomen de sono vocis. Quando enim clamat stridet: de qua Lucanus[20]:

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.

Haec avis vulgo dicitur Amma[21], ab amando parvulos, unde et lac praebere fertur[22] nascentibus.

43. Corvus, sive corax nomen a sono gutturis[23] habet, quod voce coracinet. Fertur[24] haec avis, quod editis pullis escam non plene praebeat, priusquam in eis per pennarum nigredinem[25] similitudinem proprii coloris agnoscat. Postquam vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos abundantius pascit. Hic[26] prior in cadaveribus oculum petit[27].

44. Cornix annosa avis apud Latinos Graeco nomine appellatur[28], quam aiunt augures hominum curas significationibus augere[29], insidiarum vias[30] monstrare, futura praedicere. Magnum nefas haec credere, ut Deus consilia sua cornicibus mandet. Huic[31] inter multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus, unde est illud[32]:

1) *avis* om. al. — 2) *quia* pro *quod* Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. — *diei surg. exort.* vulg. — 4) *lucenia* Gu. 1. — 5) Eundem versum citare videtur Cicer. I. de Divin. 8, 14. ubi est: *Et matutinis acredula vocibus instat.* Cfr. Arat. Dios. 214.: ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίνη ὀλολυγών. (Vid. Giese ad Cic. de Divin. l. c.) — 6) *fletum aut gem. imit.* Gu. 2. — 7) *et* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. pr. va. ed. Goth. — 8) *gravis* Gu. 1. 2. al. — 9) *die* Gu. 2. va. Ar. — 10) *commorans* Gu. 2. Ar. al. — *commoratur et semper versans.* — 11) Metam. V, 549. — 12) *solitudinem* Gu. 1. — 13) *significari* Ar. — 14) Sic Gu. 1. — *dicunt* vulg. — 15) Vulg. *pro eo*, sed *pro* om. Gu. 1. — 16) *die* Gu. 2. — 17) *videri* al. — 18) *Nocticorax* Gu. 1. 2. — 19) *et noctua* va. — 20) Lucan. VI, 689. — 21) Sic Gu. 1. — *Amma dic.* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *dicitur* vulg. — 23) *a sono gutt. nomen habet* Gu. 2. — 24) *et fertur* Gu. 2. va. — *non plene* pro *plene non* scripsi e Gu. 1. — 25) *nigredines vel nigritudines* Gu. 2. — 26) *Haec* Gu. 2. — 27) *oculorum petit loca* Gu. 2. va. — 28) *appellatus* Gu. 2. — 29) *agere* Gu. 2. al. pr. va. — 30) *vices* al. ap. Goth. — 31) *Huius* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 32) Virgil. Georg. I, 388. — 33) *plenam* Gu. 1.

Tunc cornix plena[33] *pluviam vocat improba voce.*

45. Graculus[34] a garrulitate[35] nuncupatus, non, ut quidam volunt, pro eo, quod gregatim volent[36], cum sit manifestum ex voce eos[37] nuncupari. Est autem[38] loquacissimum genus et vocibus importunum.

46. Picae quasi poeticae[39], quod verba in discrimine vocis exprimant, ut homo. Per ramos enim arborum pendulae importuna garrulitate sonantes, et si nequeunt linguas in sermone[40] explicare, sonum tamen humanae vocis imitantur, de qua congrue quidam ait[41]:

Pica loquax certa dominum te voce saluto.
Si me non videas, esse negabis avem.

47. Picus a Pico Saturni filio nomen sumpsit, eo quod eo[42] in auspiciis utebatur[43]. Nam ferunt hanc avem[44] quiddam habere divinum, illo indicio, quod in quacunque arbore nidificaverit, clavus[45], vel quicquid aliud fixum[46], diu haerere[47] non potest[48], quin[49] statim excidat, ubi ea[50] insederit. Iste est picus Martius; nam alia est pica.

48. Pavo nomen de sono vocis habet, cuius caro tam dura est, ut putredinem vix sentiat, nec facile coquatur, de quo quidam sic ait[51]:

Miraris quotiens gemmantes explicat alas,
Si potes hunc saevo tradere dure[52] *coco.*

49. Phasianus a Phaside[53] insula Graeciae, unde primum asportatus est, appellatur[54]. Testatur id vetus distichon illud[55]:

Argiva primo[56] *sum*[57] *transportata carina*[58].
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

50. Gallus a castratione vocatus. Inter caeteras enim aves huic soli testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos vocabant: sicut autem a leone leaena, et a dracone dracaena, ita a gallo gallina. Cuius membra ferunt[59] quidam, si[60] auro liquescenti[61] misceantur[62], consumi[63].

51. Anas[64] ab assiduitate natandi aptum nomen accepit. Ex quo[65] genere quaedam germanae dicuntur, quod plus caeteris nutriant.

52. Anseri[66] nomen anas dedit per derivationem, vel a similitudine, vel quod ipsa[67] natandi frequentiam habeat. Iste vigilias noctis assiduitate clangoris[68] testatur. Nullum[69] autem animal ita odorem hominis sentit, ut anser: unde et clangore eius Gallorum ascensus in Capitolio[70] deprehensus est.

— 34) *Graculos . . nuncupatos* al. — 35) *vocis* add. Gu. 2. — 36) *volet* al. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *eum* vulg. — 38) *enim* Gu. 2. Ar. — 39) *poetricae* Ar. — 40) Sic Gu. 1. — *linguas in serm. neq.* vulg. — *nequeant* Gu. 2. — 41) Martial. XIV, 76. — 42) *eo* pro *ea* Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *utebantur* vulg. — 44) *avem* addidi e Gu. 1. 2. va. — 45) *clavum* Gu. 1. al. va. — 46) *fuerit* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. al. — 47) *habere* al. — 48) Sic Gu. 1. 2. al. — *possit* vulg. — 49) *qui non* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *illa* vulg. — 51) Martial. XIII, 70. — 52) Sic Ar. — *dura* Gu. 1. — *iure* vulg. — 53) *Fasida* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — *appellatus* vulg. — 55) *illuc* Gu. 2. va. — Martial XIII, 72. — 56) Sic Gu. 1. 2. 4. pr. Ar. — *primum* vulg. Om. va. — 57) *sunt* Gu. 1. — 58) *carina* om. Gu. 1. — 59) *ut ferunt* Gu. 2. — 60) *etsi* Gu. 1. — 61) *liquenti* Gu. 1. — 62) *misceatur* va. — 63) *consumi aiunt* Gu. 1. — 64) *Anans* Gu. 2. — 65) *e quo* va. — 66) *Anseris* Gu. 1. 2. al. — 67) Vulg. *et ipsa*, sed *et* om. Gu. 1. va. — *ipse* Ar. — 68) *clamoris* Gu. 2. — 69) *Fertur autem null. an. ita od. hom. sentire* Gu. 2. — 70) *Romae* add. Gu. 2. va.

53. Fulica dicta[1], quod caro eius leporinam sapiat: λάγως enim lepus vocatur[2], unde et apud Graecos λάγως dicitur. Est autem[3] avis[4], habens nidos[5] in medio aquae, vel in petris, quas circumdant aquae[6], maritimoque semper delectatur profundo. Quae dum tempestatem persenserit, fugiens in vado ludit.

54. Mergus[7] ab assiduitate mergendi nomen habet[8]. Saepe autem demisso[9] in profundum capite aurarum signa sub fluctibus colligunt, et praevidentes aequoris tempestatem cum clamore ad littora tendunt. Nam in pelago iam gravissimam tempestatem[10] esse, cum ad littora mergi confugerint[11].

55. Accipiter avis animo plus armata, quam ungulis, virtutem maiorem in minore[12] corpore gestans. Hic[13] ab accipiendo, id est a capiendo nomen sumpsit. Est enim avis rapiendis[14] aliis avibus avida, ideoque[15] vocatur accipiter, hoc est raptor, unde et Paulus Apostolus[16]: *Sustinetis enim, si quis vos accipit*, ut enim diceret, si quis rapit, dixit, si quis accipit.

56. Fertur autem accipiter circa pullos suos impius esse[17]. Nam dum viderint eos, posse[18] tentare volatus, nullas eis praebent escas, sed verberant pennis et a nido praecipitant, atque a tenero compellunt ad praedam, ne forte adulti pigrescant.

57. Capus[19] Italica[20] lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri falconem vocant, quod[21] incurvis digitis sit.

58. Milvus mollis et[22] viribus et volatu, quasi mollis avis, unde et nuncupatur[23], rapacissimus tamen est[24], et semper domesticis avibus insidiatur.

59. Ossifragus[25] vulgo appellatur[26] avis, quae ossa ab alto dimittit[27], et frangit. Unde et a frangendo ossa nomen accepit.

60. Turtur de voce vocatur: avis pudica, et semper in montium iugis, et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversationem fugit, et commoratur in silvis. Quae etiam hieme[28] deplumata in truncis arborum concavis habitare perhibetur. Cuius e contrario[29] columba hospitia humana diligit[30], domorum semper blanda[31] habitatrix[32].

61. Columbae dictae, quod earum colla ad singulas conversiones[33] colores mutent, aves mansuetae, et in hominum multitudine conversantes, ac sine felle, quas antiqui Venerias[34] nuncupabant, ab[35] eo quod nidos frequentent[36], et osculo amorem concipiant.

1) *est* add. Gu. 2. va. — 2) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *dicitur* vulg. — 3) *autem* Gu. 2., quod pro *enim* recepi. — 4) *stagnensis* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 5) Sic Gu. 1. — *nidum* vulg. — 6) Sic Gu. 1.— *aquae circumdant* vulg. — 7) *Mergis . . . nomen hoc haesit* Arev. — *Mergis . . . nomen hoc est* al. — 8) *accepit* Gu. 2. — 9) Sic Ar. va. — *dimisso* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *esse temp. constat* vulg. — *constat* om. Gu. 1. 2. al. Inclusit Arev. — 11) *veniunt et confugerint* Gu. 1. — *conf. mergi* Gu. 2. — 12) *in minori* pr. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — *Haec* Gu. 2. al. pr. va. — *Hinc* vulg. — 14) *in rap.* al. — 15) *que* om. Gu. 1. — *hoc est* pro *id est* Gu. 1. 2. Ar. — 16) *dicit* al. va. — *ait* al. — Locus est 2. Corinth. 11, 20. — 17) Sic Gu. 1. — *accipitres . . . impios* vulg. — 18) *posse* om. va. — 19) *Capys* Ar. — 20) Sic Gu. 1. — *Italia* Gu. 2. — *Itala* vulg. — 21) Vulg. *eo quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 22) *et* addidi e Gu. 1. va. — 23) *nuncupatus* Gu. 2. — 24) *est* addidi e Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Ossifrangus* vulg. — 26) *appellatus* va. — 27) *demittit* va. — 28) *hiemis* Gu. 1. — 29) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *Cui e contr.* Gu. 1. — *Cuius contrario* vulg. — 30) *diligunt* Gu. 1. — 31) *blanda semper* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. Ar. — *inhabitatrix* vulg. — 33) Sic Gu. 1. Ar. — *conversationes* vulg. — 34) *Venereas* al. va. — 35) *ab* addidi e Gu. 1. — 36) *frequentant* Gu. 1. 2. — 37) *aves* add. Gu. 2. va. — Vulg. add. *eo quod sint fartae, a pabulo, quas vulgus titos vocant.* Haec om. Gu. 1. — *farsae* Gu. 2. — *vocat* Gu. 2. pr. va. — 38) *eo* addidi e Gu. 1. — 39) *ultra copulam* Gu. 2. — 40) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *consurgit* vulg. — *surgit* al. — 41) *ipsa* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 42) *alterius* Gu. 2.

62. Palumbes[37], avis casta, ex moribus appellatur, eo[38] quod comes sit castitatis. Nam dicitur, quod amisso corporali consortio solitaria incedat, nec carnalem copulam ultra[39] requirat.

63. Perdix de voce nomen habet, avis dolosa atque immunda. Nam masculus in masculum insurgit[40], et obliviscitur sexum libido[41] praeceps. Adeo autem fraudulenta, ut alteri[42] ova diripiens foveat, sed[43] fraus fructum non habet: denique dum[44] pulli vocem propriae genitricis[45] audierint, naturali quodam instinctu hanc, quae[46] fovit[47], relinquunt, et[48] ad eandem, quae genuit, revertuntur.

64. Coturnices a sono vocis dictas[49], quas Graeci ὄρτυγας vocant, eo quod visae fuerint primum[50] in Ortygia insula. Hae adveniendi habent tempora. Nam aestate depulsa maria transeunt[51].

65. Ortygometra[52] dicitur[53], quae gregem ducit: eam terrae propinquantem accipiter videns rapit, ac propterea cura est[54] universis ducem solicitare generis externi[55], per quam[56] caveant prima discrimina. Cibos gratissimos semina venenorum habent[57], quam ob causam veteres eas vesci[58] interdixerunt. Solum enim hoc animal, sicut et homo, caducum patitur morbum.

66. Upupam[59] Graeci[60] appellant, eo quod humana stercora[61] consideret[62], et foetenti pascatur fimo, avis spurcissima, cristis[63] extantibus, galeata, semper in sepulcris et humano stercore commorans. Cuius sanguine quisquis se inunxerit[64], dormitum pergens daemones suffocantes se[65] videbit.

67. Tucos[66], quos Hispani cuculos vocant, a propria voce[67] nominatos. Hi veniendi habent tempus[68] milvorum scapulis suscepti, propter breves et parvos volatus, ne per longa aeris spacia fatigati deficiant. Horum salivae cicadas gignunt[69].

68. Passeres[70] sunt minuta volatilia, a parvitate vocata, unde et pusilli parvi[71].

69. Merula antiquitus medula[72] vocabatur, eo quod moduletur. Alii merulam aiunt vocatam[73], quia sola volat, quasi mera volans. Haec cum in omnibus locis nigra sit, in Achaia autem[74] candida est.

70. Hirundo dicta, quod cibos non sumat[75] residens, sed in aere escas capiat[76] et edat, garrula avis, per tortuosos[77] et flexuosos volans circuitus[78], et in nidis construendis educandisque foetibus solertissima, habens etiam quiddam praescium, quod lapsura deserat, nec appetat cul-

va. — 43) *sed* addidi e Gu. 2. pr. va. Ar. — 44) *cum* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. 2. — *propr. voc. gen.* vulg. — 46) *eos* addit. vulg. Om. Gu. 1. 2. Ar. — 47) *fovet* Gu. 2. — 48) *et* om. Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. al. — *dictae* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *primum visae fuerint* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *transmeant* vulg. — 52) *Ortygeom.* ed. Goth. — 53) *avis* add. vulg., sed om. Gu. 1. va. Ar. — 54) *est cura* va. — 55) Sic Gu. 1. — *externi gen.* vulg. — 56) *pro qua* Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. — *habent sem. venenata* vulg. — *hab. sem. venenorum* Gu. 2. pr. va. Ar. — 58) *iis veteres vesci* Ar. — *eas vet. vesci* al. va. — *eas vesci* Gu. 2. — Vulg. om. pron. — 59) *Hupopam* Gu. 1. — *Upupa* Gu. 2. — *Opopam* al. — 60) *Graeci . . . fimo* om. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. — *sterc. hum.* vulg. — 62) *considet* al. — *desideret* va. — 63) *et cristis* Gu. 1. — 64) Sic Ar. va. — *quisque se* Gu. 1. 2. — *se quisque* pr. — *si se quisquam* vulg. — 65) *se* om. Gu. 1. — 66) *Tucos* Gu. 1. — 67) *a voce propr.* Gu. 2. — *constat* add. vulg., quod om. Gu. 1. al. — 68) Sic Gu. 1. 2. va. — *tempus habent* vulg. — 69) Vulg. add. *ova passeris nido reperta comedit et sua obiicit, quae illae suscepta et fovet et nutrit.* Haec om. Gu. 1. — 70) *vero* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. pr. — 71) Sic Gu. 1. — *pusilli et parvi* vulg. — 72) *medulla . . medullet* Gu. 1. — *modulet* Gu. 2. al. va. — 73) Sic Gu. 1. 2. — *vocatam aiunt* vulg. — 74) *autem* addidi e Gu. 1. — 75) *sumit* Gu. 1. — 76) Sic Gu. 1. — *capiat escas* vulg. — 77) *orbes* add. vulg., quod om. Gu. 1. — Idem cod. om. *et* ante *per tort.* — 78) Sic Gu. 1. — *circuitus pervol.* vulg.

mina. A diris[1] quoque avibus non impetitur[2], nec unquam praeda est, maria transvolans[3], ibique hieme[4] commoratur.

71. Turdos a tarditate dictos[5], hiemis enim confinio se referunt[6].

Turdela[7] quasi minor turdus, cuius stercore viscum generari putatur. Unde et proverbium apud antiquos erat, *Malum sibi avem*[8] *cacare.*

72. Furfurio vocatur[9], quod prius farre in farinam[10] redacto pasceretur.

73. Ficedulae[11] dictae, quod ficus[12] magis edant. Quod[13] panditur versiculo veteri illo[14]:

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis,
Cur potius nomen non dedit uva[15] *mihi?*

74. Carduelis[16], quod spinis et carduis[17] pascitur, unde et[18] apud Graecos *ἀκανθὶς* dicta est, ab *ἀκάνθαις,* id est spinis, quibus alitur.

75. Augures autem dicunt et in gestu et in motu et in volatu et in voce avium signa esse constituta.

76. Oscines aves vocant, quae[19] ore cantuque auspicium faciunt, ut corvus, cornix[20], picus.

77. Alites, quae volatu ostendere futura videntur; quae si adversae sunt, inhibae[21] dicuntur, quod inhibeant, id est vetent: si prosperae, praepetes[22], et ideo praepetes, quia omnes aves priora petunt volantes.

78. Tertiam faciunt speciem auguriorum in avibus, quam communem[23] vocant, ex utroque permixtam[24], id est cum[25] aves ex[26] ore et volatu auguria faciunt[27]: sed fides non habet.

79. Omnium autem generum volucres[28] bis nascuntur. Primum enim ova gignuntur, inde calore materni corporis formantur et animantur.

80. Ova autem dicta ab eo quod sint uvida. Unde et uva ab[29] eo, quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est, quod exterius humorem habet, uvidum, quod interius. Quidam autem putant, ovum Graecam habere originem nominis. Illi[30] enim[31] dicunt *ὤα,* v litera ablata[32].

81. Ova autem quaedam[33] inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia, nisi quae fuerint concubitu masculino concepta, et seminali spiritu penetrata[34]. Ovorum vim tantam dicunt, ut lignum perfusum eo[35] non ardeat, ac ne vestis quidem contra[36] aduratur. Admixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta.

CAP. VIII. *De minutis volatilibus.*

1. Apes dictae, vel[37] quod se pedibus invicem alligent, vel pro eo, quod sine pedibus

1) Sic Gu. 1. 2. (supra vers.) Ar. — *Aliis* vulg. — 2) *impeditur* Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. 2. — *transvolat* vulg. — 4) *hieme* om. Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. (*Turdo*) al. — *Turdi* — *dicti* vulg. — *Turdus* . . *dictus* vulg. — 6) *refertur* Gu. 1. — 7) *Turdella* Gu. 1. — 8) *aves* Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. — *vocatus* vulg. — 10) *in farina* Gu. 2. — 11) *Fiscedulae* Gu. 1. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *ficos* vulg. — 13) *Quod* om. Gu. 2. — 14) Martial. lib. XIII. ep. 49. — 15) *uvam* Gu. 1. — 16) *Carduellus* pr. — 17) Sic Ar. — *cardinis* Gu. 1. — *cardibus* vulg. — 18) *et* pro *etiam* Gu. 1. va. — 19) *qui* va. — 20) *cornix, corvus* Gu. 2. — 21) *inibibae* Gu. 1. — *inhebes* Gu. 2. — *inebrae* Ar. — 22) *videlicet* add. Gu. 2. — 23) *communionem* al. — 24) Sic Gu. 1. al. Ar. — *permixta* Gu. 2. — *commixtam* vulg. — 25) *cum* om. Gu. 2. — 26) *et ore* Gu. 1. — 27) *auguriat, sed fides inhabitat* goth. mss. Tolett. — *augurìantur, sed fidem non habet* Arev. — 28) Sic Gu. 1. — *Omnium autem genera volucrum* vulg. — 29) *ab* addidi e Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. 2. va. — *Isti* vulg. — 31) *enim* pro *autem* Gu. 1. — 32) *ova v lit. abl. oa* va. — 33) *quaedam autem* Gu. 2. va. — 34) *perpetrata* Gu. 1. — 35) *eo* pro *ovo* Gu. 1. 2. al. — *ex eo* al. — 36)

nascantur[38]. Nam postea et pedes et pennas accipiunt[39]. Hae solertes in generandi mellis officio, assignatas incolunt sedes[40], domicilia inenarrabili arte componunt, ex variis floribus favum[41] condunt, textisque[42] caeris innumera prole castra replent, exercitum et reges habent, proelia movent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur.

2. Has plerique experti sunt de boum cadaveribus nasci[43]. Nam pro his creandis vitulorum occisorum carnes verberantur[44], ut ex putrefacto cruore vermes creentur[45], qui postea efficiuntur[46] apes. Proprie tamen[47] apes vocantur ortae de bobus[48], sicut crabrones[49] de equis, fuci de mulis, vespae de asinis.

3. Castros[50] Graeci appellant, qui in extremis favorum partibus[51] maiores creantur: quos aliqui putant reges[52], dicti, quod castra ducant.

Fucus est maior ape, crabrone minor. Dictus autem fucus, quod alienos labores edat, quasi focus[53]. Depascitur enim, quod non laboravit. De quo Virgilius[54]:

Ignavum fucos[55] pecus a praesepibus arcet[56].

4. Vespae *[57]. Crabrones vocati a cabo[58], id est caballo[59], quod ex his creentur. Sicut autem crabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex his iterum saepe nascuntur scarabei, unde et cognominati sunt.

5. Tauri vocantur scarabei terrestres ricino similes.

Buprestis animal est parvum in Italia[60], simillimum scarabeo, longipedum[61]. Fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen habet, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat.

6. Cicendula[62] scarabeorum genus est, dicta, quod[63] gradiens, vel volans lucet.

7. Blattae a colore nuncupatae, siquidem et comprehensae manum tingunt, unde et[64] blatteum colorem dicunt[65]. Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muscae. Nam musca lucipeta, et blatta lucifuga est. Per noctem enim tantum ambulat.

8. Papiliones aviculae sunt, quae maxime abundant florentibus malvis, quique vermiculos ex[66] stercore suo faciunt nasci.

9. Locusta, quod pedibus sit longis, veluti hasta, unde et[67] eam Graeci tam maritimam, quam terrestrem astacon[68] appellant.

10. Cicadae ex cuculorum nascuntur sputo. Hae in Italia apud Rheginos multae sunt, nec usquam alibi.

11. Musca ex Graeco venit, sicut et mus. Hae sicut et apes necatae in aqua, aliquotiens post unius horae spacium reviviscunt.

contacta Ar. — 37) *vel* om. va. — 38) *nascuntur* Gu. 1. 2. al. — 39) *pennae nascuntur* al. — 40) *terras vel sedes* va. — 41) *favum* om. Gu. 1. — 42) *tescisque* va. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *nasci de boum cad.* vulg. — 44) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *verberant* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *nascantur* vulg. — *nascerentur* al. — 46) *efficiantur* Gu. 2. — 47) *tamen* pro *autem* Gu. 1. 2. — 48) *de bubus* Gu. 2. pr. va. — 49) *scabrones* h. l. et postea Gu. 2. — *crabones* Gu. 1. — 50) *Costros* Ar. — *Costras* al. — 51) Sic Gu. 1. — *part. fav.* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *reges put.* vulg. Sequentia inclusit Arev. — 53) *fagus* Gu. 2. Ar. — 54) Georg. IV, 168. — 55) *fugus* Gu. 2. — *fucus* Gu. 4. va. — *fagus* al. — 56) Sic Gu. 1. Ar. — *arcet* vulg. — 57) *Vespae* praeposui e Gu. 1. 2. Ar., qui recte lacunae signum posuit. — 58) *cavo* Gu. 1. — 59) *a caballo* Gu. 2. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *in Ital. parv.* vulg. — 61) *scarabeo longipedi* Ar. — 62) *Cicindela* Arev. — 63) Sic Gu. 1. — *eo quod* vulg. — 64) *et* om. ed. Goth. — 65) *ducunt* ed. Goth. — 66) *ex* addidi e Gu. 1. — 67) *et* om. Gu. 2. — 63) Sic Arev. — *hastugo* vulg.

12. Cinomya Graece vocatur, id est musca canina. Nam κύων Graece[1] canis vocatur.

13. Culex ab aculeo dictus, quod[2] sanguinem sugit[3]. Habet enim in ore fistulam, in modum stimuli, qua carnem terebrat, ut sanguinem bibat.

14. Cyniphes muscae minutissimae sunt, aculeis[4] permolestae. Qua[5] tertia plaga superbus Aegypti caesus est populus[6].

15. Oestrus[7] animal armentis[8] aculeis permolestum. Oestrum autem Graecum est, quod Latine asilus, vulgo tabanus vocatur.

16. Bibiones sunt, qui in vino nascuntur, quos vulgo mustiones a musto appellant, unde[9] Afranius:

Ad me cum spectas, fabularique incipis,
Ex ore in oculos tuos bibiones involant.

17. Gurgulio dicitur, quia pene nihil aliud est[10], quam[11] guttur.

L I B E R XIII.

PRAEFATIUNCULA IN LIBRUM SEQUENTEM.

In hoc libello[12] quasi in quadam brevi tabula[13] quasdam coeli causas, situsque terrarum et maris spacia annotavimus; ut in modico lector ea[14] percurrat, et compendiosa brevitate eorum etymologias[15] causasque cognoscat.

CAP. I. *De mundo.*

1. Mundus est coelum et terra et mare[16] et quae in eis sunt[17] opera Dei. De quo dicitur[18]: *Et mundus per ipsum*[19] *factus est.* Mundus[20] Latine a philosophis dictus[21], quod in sempiterno motu sit[22], ut coelum, sol, et luna, aer, et maria[23]. Nulla enim requies eius[24] elementis concessa est, ideoque semper in motu est.

2. Unde et animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa, inquit[25], moventur. Graeci vero de ornamento nomen mundo[26] accommodaverunt, propter diversitatem ele-

1) *Graece ceno* Gu. 2. — 2) *quo* al. — 3) *sugit* pro *sugat* Gu. 1. al. — 4) Vulg. *sed acul.*, sed *sed* om. Gu. 1. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *quibus.* — 6) Sic Gu. 1. — Vulg. *superbus populus Aegyptiorum caesus est.* — *Aegypt. pop. attritus est* Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. Ar. — *Oestrum* vulg. — 8) *armentorum* Gu. 1. 2. — 9) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. va. Afranii versus scripsi, ut dedit Grial. numeris senariorum. — Vulg. *Cum me exspectares fabulare incipis, ex ore in oculis tuis bibiones involant.* — Gu. 1. *Cum exspectasset a me fabulare incipis* etc., ut vulg. — *quum me exspectaret* pr. — *quum ad me spectas* al. — *Quum a me exspectasset* Gu. 4. — *cum me exspectas* Gu. 2. — Ed. Goth. et ed. va. *Quum ad me exspectas et fabulari incipis.* — 10) *nihil est aliud* pr. — 11) *quam* pro *nisi* Gu. 1. — 12) *In hoc vero libello* Gu. 2. al. — 13) *tabella* Ar. — 14) *ea lector* va. — 15) Sic Gu. 1. — *etym. eorum* vulg. — 16) *et* — *et* addidi e Gu. 1. — 17) *sunt* om. Ar. — 18) Ioh. 1, 10. — 19) *per eum* Ar. pr. — 20) *et mundus* va. — 21) Sic Gu. 1. 2. al. — — *dicitur* vulg. — 22) *in sempiternum motus sit* Gu. 2. — 23) *et* — *et* addidi e Gu. 1. — 24) *eis* Gu. 1. 2. — 25) *quoniam, inquit, per semetipsa* Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *nomen mundo de ornam.* vulg. — 27) *ornamenta* al. — *firmamentum vel ornamentum* pr. va. — 28) *constat* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. al. Inclusit Arev. — *constat esse* va. — 29) Sic

mentorum, et pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos *κόσμος*, quod significat ornamentum[27]. Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspicimus.

3. Quatuor autem esse[28] climata, id est plagas mundi[29], et Orientem et Occidentem et Septentrionem et Meridiem[30].

4. Oriens ab ortu[31] solis est[32] nuncupatus.

Occidens, quod diem facit[33] occidere atque[34] interire. Abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit.

5. Septentrio[35] a septem stellis axis vocatus[36], quae in ipsa[37] revolutae rotantur. Hic proprie et vertex dicitur[38], eo quod vertitur, sicut poeta ait[39]:

Vertitur interea coelum[40].

6. Meridies vel quod[41] ibi sol faciat[42] medium[43] diem quasi medidies, vel quia tunc purius micat aether. Merum enim purum dicitur.

7. Iannae coeli duae sunt, Oriens et[44] Occasus: nam una porta sol procedit, alia se recipit.

8. Cardines autem mundi duo, Septentrio et Meridies: in ipsis enim volvitur coelum.

CAP. II. *De atomis.*

1. Atomos philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas, ut nec visui pateant, nec *τομήν*, id est recipiant[45] sectionem, unde et *ἄτομοι* dicti sunt. Hi per inane totius mundi irrequietis[46] motibus volitare et huc atque illuc ferri dicuntur, sicut[47] tenuissimi pulveres, qui infusi[48] per fenestras radiis solis videntur, ex iis arbores et herbas et fruges omnes oriri, et ex iis ignem et aquam et universa gigni atque constare quidam philosophi gentium putaverunt.

2. Sunt autem atomi aut in corpore, aut in tempore, aut in numero, aut in litera[49]. In corpore, ut lapis. Dividis[50] eum in partes et partes ipsas dividis[51] in grana, veluti sunt arenae, rursumque ipsa arenae grana divide in minutissimum pulverem, donec, si potes[52], pervenias ad aliquam minutiam, quae dividi, vel secari non possit[53]. Hic[54] est atomus in corporibus.

3. In tempore autem[55] sic atomus intelligitur[56]. Annum verbi gratia dividis[57] in menses, menses in dies[58], dies in horas, adhuc partes horarum admittunt divisionem, quousque venias[59] ad temporis tantum punctum[60] et[61] quandam momenti stillam, ut per nullam morulam produci possit, et ideo iam dividi[62] non potest; hic[63] est atomus temporis.

4. In numeris, ut puta octo dividuntur in quatuor, rursus[64] quatuor in duo[65], deinde duo

Gu. 1. — Vulg. *clim. mundi, id est plag.* — *mundi* om. Gu. 2. — 30) prius *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. alterum e solo Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. — *exortu* vulg. — 32) *est* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 33) Sic Gu. 1. — *faciat* vulg. — 34) *atque* pro *et* Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 35) *autem* add. vulg., om. Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *ipso* vulg. — 38) *dicitur* al. om. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ait poeta* vulg. — Locus est ap. Virgil. Aen. II, 250. — 40) *Interea coel. vert.* Gu. 2. — 41) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 42) *facit* va. — 43) *mediam* Gu. 2. — 44) *et* om. Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. — *sect. rec.* vulg. — 46) *inquietis* al. — 47) *sicut et* Gu. 2. va. — 48) *infusis* Gu. 1. — 49) *aut in litera* Gu. 1. — 50) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Divides* vulg. — 51) *divides* Gu. 2. va. ed. Goth. — 52) Sic Gu. 1. — *possis* vulg. — 53) Sic Gu. 1. va. — *quae div. aut sec. possit* Gu. 2. — Vulg. *quae iam non sit, quae dividi vel secari possit.* Eadem lectio erat in Gu. 2. sed erasa est. — 54) *Hic* pro *hoc* Gu. 1. *Haec* Ar. — 55) *vero* vulg., *autem* Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. — *intell. atom.* vulg. — *atomus* om. va. — 57) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *divides* vulg. — 58) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *menses in hebdomadas, hebdomadas in dies.* — 59) Sic Gu. 1. — *pervenias* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — *tant. temp. punct.* vulg. — 61) *ad* Gu. 1. — 62) *dividi iam* va. — 63) *hic* pro *hoc* Gu. 1. — *haec* Ar. — 64) *rursus* pro *rursum* Gu. 1. — om. Gu. 2. — 65) *in*

in unum. Unus autem atomus est, quia insecabilis est, sic et in[1] litera: nam orationem dividis[2] in verba, verba[3] in syllabas, syllabas[4] in literas. Litera pars minima atomus est, nec dividi potest. Atomus ergo est, quod dividi non potest, ut in geometria punctus[5]. Nam *τομὸς* dicitur divisio Graece[6], *ἄτομος* indivisio[7].

CAP. III. *De elementis.*

1. *Ὕλην* Graeci rerum materiam quandam primam[8] dicunt, nullo modo prorsus[9] formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, ex qua visibilia haec elementa formata sunt[10]; unde et ex eius derivatione vocabulum acceperunt. Hanc *ὕλην*[11] Latini materiam appellaverunt, ideo, quia omne informe, unde aliquid faciendum est, semper materia nuncupatur. Proinde et eam poetae silvam nominaverunt, nec incongrue, quia materiae silvarum sunt.

2. Graeci autem elementa *στοιχεῖα*[12] nuncupant, eo quod sibi societatis concordia et communione quadam conveniant. Nam sic[13] ea inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur, ut[14] modo originem ab igni[15] repetentes usque ad terram, modo a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in aere[16] desinat, aer in aquam[17] densetur, aqua in terram crassescat, rursusque terra diluatur in aquam, aqua[19] rarescat[20] in aera[21], aer in ignem extenuetur.

3. Quapropter omnia elementa omnibus dicuntur[22] inesse, sed unumquodque eorum ex eo[23], quod amplius habet, accepisse vocabulum. Sunt autem divina providentia propriis animantibus distributa: nam coelum angelis, aerem volucribus, mare piscibus, terram hominibus caeterisque animantibus ipse creator[24] implevit.

CAP. IV. *De coelo.*

1. Coelum vocatum est[25], quod[26] tanquam caelatum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam caelatum dicitur vas, quod signis eminentioribus refulget. Distinxit enim Deus coelum[27] claris luminibus, et implevit, sole[28] scilicet et lunae orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit[29].

2. Hoc[30] autem Graece dicitur *οὔρανος*[31] *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι*[32], id est a videndo, quod[33] aer perspicuus sit, et ad speculandum purior. Coelum autem in scripturis sanctis ideo firmamentum vocatur, quod sit cursu siderum et ratis legibus fixisque firmatum.

3. Interdum et coelum pro aere accipitur, ubi venti et nubes, et[34] procellae et turbines fiunt. Lucretius[35]:

duos Gu. 2. — 1) *in* om. Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *dividit* vulg. — 3) Vulg. add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. — 4) Sic Gu. 1. — *syllabam* vulg., quae add. *autem*, quod om. Gu. 1. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *punctus in geom.* vulg. — 6) Sic Gu. 1. pr. — Vulg. *τομὴ Graece sectio dicitur.* — *tomus Graece divisio dicitur* Gu. 2. al. — *tomus divisio dicitur Gr.* ed. va. — 7) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *Graece enim ἄτομος, latine indivisio* Gu. 2. — Vulg. *ἄτομον quod secari nequit.* — 8) Sic Gu. 1. — *rer. quand. prim. mat.* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *nullo prorsus modo* vulg. — 10) Sic. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *elementa sunt* vulg. — *elementa* sine verbo ed. Goth. — 11) *Graeci dicunt* add. Gu. 1. — 12) *στοιχεῖα* om. va. — 13) *sicut* Gu. 1. — 14) *ut* om. Ar. — 15) Sic Gu. 1. 2. — *ab igne* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *in aera* vulg. — 17) *in aqua* Ar. et Vulcan. — 18) *in terra* Gu. 2. al. pr. — 19) *aer* Gu. 1. — 20) *arescat* ed. Goth. — 21) Sic Gu. 1. 2. al. — *in aerem* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *constat* vulg. Utrumque om. Gu. 2. — 23) *ex eo* om. Gu. 2. — 24) Sic Gu. 1. — *creator ipse* vulg. — 25) *est* om. Gu. 2. Ar. — 26) *eo quod* vulg., sed *eo* om. Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. Ar. — *eum Deus* vulg. — *illud deus* va. — 28) Sic Gu. 1. al. — *solis* vulg. — 29) Vulg. add. *Alias autem a superiori (superiora* Ar. pr. va.) *caelando.* Haec om. Gu. 1. 2. Caesen. I. — 30) *Hic* al. — 31) Sic Gu. 1. — *Graece οὔρανος dic.* vulg. — om. *dicitur* Arev.

Coelum, quod[36] *dicitur aer.*

Et Psalmus[37]: *Volucres coeli* appellat, cum manifestum sit aves in aere volare: et nos in consuetudine hunc aerem coelum appellamus. Nam cum de sereno, vel nubilo quaerimus, aliquando dicimus, *qualis est aer?* aliquando, *quale est coelum?*

CAP. V. *De partibus coeli.*

1. Aether[38] locus est, in quo sidera sunt, et significat eum ignem, qui a toto mundo in altum[39] separatus est. Et sane[40] aether est ipsum elementum, *αἴθρα* vero splendor aetheris, et est sermo Graecus.

2. Sphaera coeli dicta, eo quod species eius in rotundum formata est[41]: sed et quicquid tale est, a volubilitate sphaera a Graecis dicitur, sicut et pilae, quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt coelum in sphaerae figuram[42] undique esse convexum, partibus omnibus[43] aequalem[44], concludentem terram, in media mundi mole libratam[45]. Hunc moveri dicunt, et cum motu[46] eius sidera in eo fixa ab oriente usque ad[47] occidentem circuire, septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem peragentibus.

3. Axis est septentrionalis[48] linea recta, quae[49] per mediam pilam sphaerae tendit, et dictus[50] axis, quod in eo[51] sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

4. Cardines extremae partes sunt axis, et dicti cardines, eo quod per eos vertitur coelum.

5. Poli sunt, qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus: alter australis, qui nunquam videtur, et austronothus[52] dicitur, et dicti poli, quod sint axium cycli[53] ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati, sed polus Boreus semper videtur, Austronothus nunquam, quia dextra coeli altiora sunt, pressa Austri.

6. Convexa extrema coeli sunt, a curvitate dicta. Nam convexum curvum est et inclinatum, et in modum circuli flexum[54].

7. Lacteus circulus via est, quae in sphaera videtur, a candore dicta[55], quia alba est: quam aliqui[56] dicunt viam esse, quam[57] circuit sol, et ex splendoris ipsius[58] transitu ita lucere.

CAP. VI. *De circulis coeli.*

1. Habitatio[59] coeli circulorum distincta zonis, quasdam partes temperie sua incolere permisit, quasdam negavit, enormitate frigoris aut caloris[60]. Zonae autem ipsae quinque sunt, quae ideo zonae vel circuli appellantur, eo quod in circumductione sphaerae existunt[61].

— 32) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. Ar. — *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν* vulg. Om. Graeca pr. va. Cfr. cum hoc capite l. III. cap. 30. seqq. — 33) *eo quod* vulg., sed *eo* om. Gu. 1. — 34) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 35) Lucret. IV, 133. — 36) *Coelo, qui* Ar. e Lucret. — 37) Locum non inveni. — 38) *Aethera* al. — 39) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *in alterum* vulg. — 40) *et* addidi e Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *form. sit* vulg. — 42) *figura* Gu. 2. va. — 43) Sic Gu. 1. — *omnib. part.* vulg. — *omn. part. esse aequal.* Gu. 2. va. — 44) Sic Gu. 1. al. — *aequale* vulg. — De masculino voc. *coelum* genere vide not. 36. ad l. III. c. 30, 2. Sic mox *concludentem* Gu. 1. al. — *concludente* Gu. 2. — *concludens* vulg. Mox Gu. 1. *Hunc* pro vulg. *Hoc.* — 45) *libratum* Gu. 2. va. — 46) Sic Gu. 1. — *motu* vulg. — *commotu* pr. — 47) *usque in* va. — 48) Sic Gu. 1. — *septentrionis* vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quaeve* vulg. — 50) *dicta* Gu. 2. va. — 51) *in ea* Gu. 2. va. Ar. — 52) *austronctius* Ar. h. l. et postea, ut l. III. c. 36. — 53) Sic Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — vulg. *circuli* — 54) *circumflexum* Gu. 2. al. va. — 55) *dictus* Gu. 2. va. et sic porro masculine. 56) *alii* Gu. 2. — *alibi* pr. — 57) *qua* Gu. 2. pr. va. Ar. et Isidor. ipse l. c. cap. 45. — 58) *ex splendore illius* al. — 59) *tertia* add. Gu. 2. — Vulg. *Habitatio ista*, sed *ista* om. Gu. 1. — 60) *cal. aut frig.* va. — 61) *existant* Gu. 2. va.

2. Quorum primus circulus ideo *ἀρκτικὸς*[1] appellatur, quod[2] inter[3] eum Arctorum[4] signa inclusa perspiciuntur[5], quae a nobis[6] in ursarum speciem[7] ficta septentriones appellantur.

3. Secundus circulus ex eo *θερινὸς τροπικὸς*[8] dicitur, quia in eo circulo sol aquilonis finibus aestatem faciens ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur[9], et inde[10] tropicus appellatur.

4. Tertius circulus *ἡμερινὸς*[11], qui a Latinis ideo aequinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit, aequinoctium facit. *Ἡμερινὸς*[12] enim[13] Latine[14] dies dicitur atque nox[15], quo circulo dimidia sphaerae pars constituta prospicitur[16].

5. Quartus circulus *ἀνταρκτικὸς* vocatur, eo quod contrarius sit circulo, quem[17] *ἀρκτικὸν* nominamus.

6. Quintus circulus *χειμερινὸς τροπικός*, qui a Latinis hiemalis, sive brumalis appellatur, ideo, quia sol[18] cum ad eum circulum pervenit, hiemem iis, qui, ad Aquilonem sunt facit, aestatem autem iis, qui in[19] Austri partibus commorantur.

7. Zodiacus autem circulus est[20] *.

CAP. VII. *De aere et nube.*

1. Aer est inanitas plurimum habens admixtum raritatis, quam caetera elementa. De quo Virgilius[21]:

Longum per inane secutus.

Aer dictus *ἀπὸ τοῦ αἴρειν*[22], ab eo, quod ferat terram, vel ab eo, quod feratur. Hic autem partim ad terrenam, partim ad caelestem[23] materiam pertinet. Nam ille subtilis, ubi ventosi[24] et[25] procellosi motus non possunt existere, ad coelestem pertinent[26] partem, iste vero turbulentior, qui exhalationibus humidis[27] corporescit, terrae deputatur, quique ex se multas species reddit. Nam commotus ventos facit, vehementius concitatus ignes et tonitrua: contractus nubila: conspissatus pluviam: congelantibus nubibus nivem: turbulentius[28] congelantibus[29] densioribus nubibus grandinem: distentus serenum efficit. Nam aerem densum nubem esse[30]: nubem rarefactam et solutam aerem.

2. Nubes dictae ab obnubendo, id est operiendo coelum, unde et nuptae, quod vultus suos velent, unde et Neptunus, quod nubat, id est mare et[31] terram tegat. Nubes autem facit aeris densitas[32]. Venti enim aerem conglobant, nubemque faciunt, unde est illud[31]:

Atque in nubem[31] cogitur aer.

1) Sic Gu. 1. 2. va. nisi quod Latinis literis Graecae voces scriptae sunt, ut in eadem re l. III. c. 43. Et sic infra est. — 2) Vulg. *eo*, *quod*, sed *eo* om. Gu. 1. — 3) *intra* Gu. 2. va. — 4) Sic Gu. 1. Ar. — *Arcturi* vulg. — 5) *conspiciuntur* al. — 6) *quae magis in* etc. Gu. 1. — *quae axis a nobis* Gu. 2. va. — *quae axes in urs.* pr. — *quae a nostris* Arev. — 7) *specie* Gu. 2. al. va. — 8) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. (*terminus tropicus*). — 9) *vertitur* Gu. 1. — 10) *deinde* Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. — *ἰσημερινὸς* vulg. — Vide l. III. c. 43, 3. — 12) Sic Gu 1. 2. 3. 4. pr. va. — *ἰσημερινὸς* Ar. — *ἡμέρα* vulg. — 13) *autem* Gu. 2. va. — 14) *Graece, Latine* al. — 15) *aequinox* Ar. — 16) *perspic.* Ar. — 17) *quam* Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Vulg. *cum sol.* — 19) *in* om. Gu. 1. 2. 3. pr. — 20) Vulg. add. *qui duodecim continet signa, ἀπὸ τῶν ζώων, id est, animalibus ita dictus.* Haec om. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Inclusit Arev. Defectus signum ego posui. — 21) Aen. XII, 354. — 22) Graeca om. Gu. 2. pr. va. — 23) Sic. Gu. 1. 2. — Vulg. *partim ad coel., part. ad terr.* — 24) *ventuosi* Gu. 2. — 25) *et* pro *ac* Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. Ar. — *pertinet* vulg. — 27) *tumidis* Gu. 1. — 28) *turbulentus* Gu. 1. — 29) *congelatus* va. — 30) *constat* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. — 31) *et* om. Ar. — 32) Sic Gu. 1. — *aeris dens.*

CAP. VIII. *De tonitruo.*

1. Tonitruum dictum, quod sonus eius terreat: nam tonus sonus[35]. Qui ideo interdum tam graviter concutit omnia, ita ut coelum discidisse[36] videatur, quia, cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente exitumque[37] quaerente, nubem, quam excavavit, impetu magno proscindit, ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures.

2. Quod mirari quis non debeat[38], cum vesicula quamvis parva magnum tamen sonitum displosa emittat. Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimi[39]: sed illud celerius videtur, quia clarum est, hoc autem tardius ad aures[40] pervenit[41]. Lux autem, quae apparet ante tonitruum, fulgor[42] vocatur. Quae, ut diximus, ideo[43] ante videtur, quia clarum est lumen, tonitruum autem tardius ad aures[44] pervenit.

CAP. IX. *De fulminibus.*

1. Fulgur et fulmen ictus coelestis iaculi a feriendo dicti. Fulgere enim ferire est atque[45] percutere. Fulmina[46] autem collisa nubila[47] faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in silvis arborum: simili modo in nubibus ignis, unde et prius nubila sunt, deinde ignes[48].

2. Ex vento autem et igne[49] fulmina[50] in nubibus fieri et impulsu ventorum emitti. Ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est, quam noster, id est, qui nobis in usu est. Tria autem sunt nomina eius[51], fulgor, fulgur[52], et fulmen. Fulgor, quia tangit: fulgur, quia incendit et urit: fulmen, quia findit: ideo et cum trinis[53] radiis finguntur[54].

CAP. X. *De arcu et nubium effectibus.*

1. Arcus coelestis dictus a similitudine[55] curvati arcus. Iris huic proprium nomen[56] est. Et dicitur[57] iris, quasi aeris, id est, quod descendat per aera ad terras[58]. Hic autem a sole resplendet, dum cavae nubes ex adverso[59] radium solis accipiunt, et arcus speciem fingunt, cui varios colores illa dat res, quia[60] aqua tenuis, aer lucidus, et nubes caligantes[61] irradiata ista varios creant colores.

2. Pluviae, eo quod[62] fluant, quasi fluviae. Nascuntur enim de terrae et maris anhelitu[63]. Quae, cum altius elevatae fuerint, aut solis calore resolutae[64], aut vi ventorum compressae stillantur in terris.

facit vulg. — 33) Virg. Aen. V, 20. — 34) *nube* Gu. 2. — 35) *dicitur* add. va. — 36) *discessisse* Gu. 1. 2. al. — 37) *que* om. Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. 2. — *debet* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *exprimit* vulg. — 40) Sic Gu. 1. — *ad aur. tard.* vulg. — 41) *pervenire* Gu. 2. — 42) Vulg. *alibi fulgor*, sed *alibi* om. Gu. 1. 2. — *fulgur* scripsi e Gu. 1. 2. — *fulgetra* Ar. — 43) *fulgor ideo* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *ad aur. tard.* vulg. — 45) *atque* pro *ac* Gu. 1. 2. — 46) *fulmen* al. — 47) *lumina* Gu. 1. — 48) *ignis* al. — 49) *igni* Gu. 2. — 50) Vulg. add. *certum est*, quod om. Gu. 1. 2. al. Inclusit Arev. — 51) Sic Gu. 1. — Vulg. *Tr. sunt aut. eius nom.* — 52) Sic Gu. 1. *fulgor, fulgur.* — Gu. 2. *fulgus, fulgor.* — Vulg. *fulgur, fulgor.* Eodem ordine illustrantur haec in libris postea. — 53) *ternis* va. Ar. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *pinguntur* vulg. — 55) *ad similitudinem* Gu. 2. va. — 56) *nomen propr.* Gu. 2. — 57) *dictus* al. — 58) Sic Gu. 1. — Vulg. *per aeerem* (*'aera* Gu. 2. al.) *ad terras descendit* (*descendat* Gu. 2. al. va.) — 59) *ex diverso* al. — 60) *quia* om. va. — 61) *caligans* Ar. — *caliginantes* al. — 62) Sic. Gu. 1. — *dictae quod* vulg. — *dictae eo quod* Gu. 2. va. — 63) *halitu* al. — 64) *solutae* Gu. 2. va.

3. Nimbus est densitas nubis intempesta [1] et [2] obscura, et inde nimbus [3] a nube. Sunt autem nimbi repentinae et praecipites pluviae. Nam pluvias vocamus lentas et iuges quasi fluvias, vel [4] quasi fluentes.

4. Imbres autem et ad nubes et ad pluvias pertinent, dicti a [5] Graeco vocabulo, quod terram inebriant [6] ad germinandum. Ex his enim cuncta creantur, unde [7] Lucretius [8]:

Ex igni terra atque anima nascuntur [9] *et imbri.*

Est autem nomen Graecum.

5. Grando appellata, quod forma eius granorum similitudinem habeat. Haec autem ventorum [10] rigore [11] durantur in nube, ac [12] solidantur in nivem, ruptoque aere solvuntur.

6. Nix [13] a nube, unde venit.

Glacies [14] a gelu et aqua, quasi gelacies [15], id est gelata aqua [16].

7. Gelu [17], quod eo [18] stringatur tellus. *Γῆ* quippe terra dicitur. Tunc autem maiore [19] gelu stringitur terra, cum fuerit nox serena.

8. Pruina est matutini temporis frigus, quae [20] inde pruinae [21] nomen accepit, quia sicut ignis urit. *Πῦρ* enim ignis, urere [22] et ad solem et ad frigus pertinet [23]. Nam uno sermone duo diversa significantur, pro eo quod unum effectum habent [24]. Similis enim vis est [25] et caloris [26] et frigoris, unde et utraque saxa rumpunt. Nam et [27] calor urit, ut est [28]:

Uritur infelix Dido.

Item frigus urit, ut est [29]:

Aut boreae penetrabile frigus adurat.

9. Ros Graecum est, quod illi *δρόσος* [30] dicunt. Alii ros putant dictum, quia rarus est, et [31] non spissus, ut pluvia.

10. Nebula [32] inde dicta, unde et nubila, ab obnubendo scilicet [33], hoc est [34] operiendo [35], sive quod nubes volans faciat. Exhalant enim valles humidae nebulas et fiunt nubes, inde nubilum, inde nives. Nebulae autem ima petunt, cum serenitas est; summa, cum nubilum.

11. Caligo umbra est de spissitudine aeris effecta. Et dicta caligo, quod maxime aeris gignatur calore [36].

12. Tenebrae dicuntur, quod teneant umbras. Nihil autem [37] sunt tenebrae, sed ipsa lucis absentia tenebrae dicuntur, sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est, silentium dicitur; sic [38] tenebrae non aliquid sunt, sed ubi lux non est, tenebrae dicuntur.

13. Umbra est aer carens sole. Dicta [39] autem, quod fiat, cum solis obiicimur [40] radiis.

1) *in tempestate* al. va. — 2) *et* om. va. — 3) *nimbi* Gu. 2. va. — 4) *et* ed. Goth. — Om. Gu. 1. 2. pr. — *id est* va. — 5) *autem* Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. (supra vers.) — Vulg. *inebrient.* — 7) *unde et* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — 8) I. I, 715. — 9) *procrescere* Lucret. — 10) *ventus* Gu. 1. — 11) *rigore* om. Gu. 1. — 12) *et* va. — 13) *autem* add. va. — 14) *et glacies* Gu. 1. 2. — 15) *gelaquies* Ar. — 16) *gelatae aquae* Gu. 2. va. — 17) *Gelus* Gu. 2. — *gelum* pr. — *autem* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 18) *eo* om. va. — 19) Sic Gu. 1. — *maiori* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — *et inde* al. — 21) *pruina* Gu. 1. — 22) *enim* Gu. 1. 2. va. — add. *vero* vulg. Sed omittendam censeo particulam. — 23) *et ad frig. et ad sol.* Gu. 2. pr. va. — 24) *habeant* Gu. 2. va. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. vulg. *est vis.* — 26) *et caloris* om. va. — 27) *et* om. Gu. 2. va. Ar. — 28) Virg. Aen. IV, 68. — 29) Virg. Georg. I, 93. — 30) *δρόσος* om. va. — 31) Sic Gu. 2. pr. va. — *et non est sp.* Gu. 1. — *rarus est, non sp.* vulg. — 32) *Nebulae . . dictae* va. — 33) *scilicet* addidi e Gu. 1. pr. va. — *ab* om. Gu. 1. — 34) *id est* Gu. 2. — 35) *terram* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. — *calore gign.* vulg. — *gignitur* va. — 37) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *enim* vulg. — 38) *sicut* Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. pr. va. — *Dictum* vulg. — 40) *obicitur* Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. pr. va Ar. — *certa* vulg. — 42) *locorum* al. — *corporum* va. — 43) Sic

Est autem mobilis et incerta[41], et ex solis circuitu et ex motu ventorum[42]. Namque quotienscunque[43] movetur[44] in sole, nobiscum moveri videtur, quia ubi quoquo[45] loco radiis[46] solis obstitimus[47], proinde[48] illi lumen auferimus, sicque et[49] ingredi nobiscum umbra et gestus nostros videtur imitari.

14. Lux ipsa substantia, lumen, quod a luce manat, id est candor lucis: sed hoc[50] confundunt auctores.

CAP. XI. *De ventis.*

1. Ventus est[51] aer commotus et agitatus, et pro diversis partibus coeli diversa sortitur nomina[52]. Dictus[53] autem ventus, quod sit vehemens et violentus. Vis enim eius tanta est, ut non solum saxa et arbores evellat, sed etiam coelum terramque conturbet, maria commoveat[54].

2. Ventorum quatuor principales spiritus sunt. Quorum[55] primus ab oriente Subsolanus, a meridie Auster, ab occidente Favonius, a septentrione eiusdem nominis ventus[56] aspirat habentes[57] geminos hinc inde ventorum spiritus.

3. Subsolanus a latere dextro Vulturnum habet, a laevo Eurum. Auster de[58] dextris Euroaustrum, a sinistris[59] Austroafricum. Favonius a parte dextra Africum, a laeva Corum. Porro septentrio a dextris Circium, a sinistris Aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt.

4. Quorum nomina propriis causis[60] signata sunt. Nam Subsolanus vocatus[61], eo quod sub ortu solis nascatur. Eurus ab[62] eo, quod ab Eoo[63] fiat, id est ab oriente. Est enim coniunctus Subsolano[64].

5. Vulturnus, eo quod[65] alte tonat[66], de quo Lucretius[67]:
Altitonans Vulturnus et Auster fulmine terrens[68].

6. Auster ab hauriendo aquas vocatus, unde et crassum aerem facit et nubila nutrit. Hic Graece νότος vocatur[69], propter quod interdum corrumpat aerem. Nam pestilentiam, quae ex corrupto aere nascitur, Auster flans in reliquas regiones transmittit, sed sicut Auster pestilentiam gignit, sic Aquilo repellit.

Euroauster dictus, quod ex una parte habeat Eurum, ab[70] altera Austrum.

7. Austroafricus, quod iunctus[71] sit hinc inde[72] Austro et Africo. Ipse et Libonotus[73], quod sit[74] ei Libs hinc et inde[75] Notus.

Gu. 1. — *quoties* vulg. — 44) *movemur* va. — 45) *ubique quo loco* Gu. 1. — *ubi quoque loco* Gu. 2. — *ubi quocunque loco* va. — *quia ubicunque* va. — 46) Vulg. *a radiis solis*, sed *a* om. Gu. 1. 2. — 47) Sic Ar. — *ostitimus* Gu. 1. — *obsistimus* vulg. — 48) *perinde* Ar. — 49) Sic Gu. 1. — *sicut et* Gu. 2. — *et* addidi e codd. — 50) *haec* al. — 51) *est* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *nomina sortitur div.* vulg. — 53) Sic Gu. 1. al. — *dicitur* vulg. — 54) *maria . . . . spir. sunt* om. va. — 55) *Quot autem partes mundi sunt, tot spiritus, id est venti sunt, quorum* etc. Ar. — 56) *ventus* om. al. — 57) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *habens* vulg. — 58) *de* pr. — *a* Gu. 1. — 59) *a sin. vero affricum* va. — *Euroafr.* Gu. 2. — 60) Vulg. *propriis ex causis*, sed *ex* om. Gu. 1. — 61) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ventus* pro hoc vulg. — 62) *ab* addidi e Gu. 1. — *eo* om. va. — 63) *ab Eoo* om. Gu. 1. — *ab eo* exhibet pr. — 64) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Subs. coni.* vulg. — 65) *eo* addidi e Gu. 1. — 66) *ab alto tonat* al. — 67) l. V, 745. — 68) Sic Gu. 1. — *pollens* vulg. — 69) Sic Gu. 1. — *appellatur* vulg. — *dicitur* Gu. 2. — 70) *ab* pro *ex* Gu. 1. — 71) *coniunctus* al. — 72) *hinc et inde* Gu. 2. va. — 73) Sic Ar. — *Libonothus* Gu. 2. va. — *Libanotus* vulg. — 74) *ei* om. Gu. 1. — 75) *hinc inde et* Gu. 1. — *quod sit ei .i. africus lips* pr.

8. Zephyrus Graeco nomine appellatus, eo quod flores et germina eius flatu vivificentur. Hic Latine Favonius dicitur, propter quod foveat, quae nascuntur[1]. Austro autem flores solvuntur, a[2] Zephyro fiunt.

9. Africus a propria regione vocatus. In Africa enim initium flandi sumit.

10. Corus est, qui ab occidente aestivo flat[3]; et vocatur[4] Corus, quod ipse ventorum circulum claudat, et quasi chorum faciat[5]. Hic antea Caurus dictus, quem plerique Argesten dicunt, non ut imprudens vulgus Agrestem[6].

11. Septentrio dictus, eo quod a circulo septem stellarum consurgit, quae vertente se mundo resupinato capite ferri videntur.

12. Circius dictus, eo quod Coro sit iunctus. Hunc Hispani Gallicum[7] vocant, propter quod eis a parte Galliae[8] flat[9].

13. Aquilo[10], eo quod aquas distringat[11] et nubes dissipet. Est enim gelidus ventus et siccus. Idem et Boreas[12], qui ab Hyperboreis montibus flat. Inde enim origo eiusdem venti[13]; unde et frigidus est[14]. Natura enim omnium septentrionalium ventorum frigida et sicca est, australium humida et calida.

14. Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt, Septentrio et Auster.

15. Etesiae autem flabra sunt Aquilonis[15], quibus nomen inditum est, quod certo anni tempore flatus agere incipiunt; ἐνιαυτὸς enim Graece, annus Latine dicitur. Haec[16] cursum rectum a Borea in Aegyptum ferunt, quibus Auster contrarius est[17].

16. Duo autem sunt[18] extra hos ubique spiritus magis, quam venti, aura et altanus.

17. Aura ab aere dicta, quasi aerea, quod lenis sit motus aeris. Agitatus enim aer auram facit, unde et Lucretius:

Aerias[19] *auras.*

18. Altanus, qui in pelago est, per derivationem ab alto, id est mari vocatus[20]. Nam altus[21] est flatus in ripis, quam[22] diximus auram. Nam aura terrae est.

19. Turbo est volubilitas ventorum, et turbo dictus a terra, quotiens ventus consurgit, et terram in circuitum[23] mittit[24].

20. Tempestas aut pro tempore dicitur, sicut ubique historiographi solent, dum dicunt, ea tempestate: aut ab statu coeli, quia magnitudine sui diebus multis[25] oritur. Verno autem tempore et autumnali[26] quam[27] maximae fiunt tempestates, quando nec plena[28] aestas, nec plena hiems, unde et[29] medium et confine utriusque temporis ex coniunctione aerum contrariorum efficiunt[30] tempestates.

21. Fragor a[31] fractarum rerum nominatus est sonitu, quia sicca quaeque et arida facile frangit[32].

1) Vulg. add. haec: *unde est illud* (Virg. Ge. 1, 44.) *et zephyro puris se gleba resolvit*, quae om. Gu. 1. 2. va Ar. — 2) *a* addidi e Gu. 1. pr. va. — 3) *flatur* Gu. 2. — 4) *vocatur* cd. Goth. Gu. 1. va. — *vocatus* vulg. — 5) *facit* va. ed. Goth. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Agreste* vulg. — 7) *Gallaecum* Ar. — 8) Sic Gu. 1. pr. va. ed. Goth. — *Gallaeciae* vulg. — *Galliciae* Gu. 2. al. — 9) *efflat* Gu. 2. — *afflat* va. — 10) *dictus* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. — *stringat* vulg. — 12) *Boreus* va. — 13) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 14) *frigus* va. — *est* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 15) Sic Gu. 1. — *Aq. sunt* vulg. — 16) *autem* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 17) *est contr.* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *sunt autem* vulg. — 19) Sic Gu. 1. — *aereas* vulg. Locus Lucret. est lib. V, 503. — 20) *vocatur* Gu. 2. — 21) *alter* Ar. — 22) Sic Gu. 1. — *quem* vulg. — 23) *in circuitu* Gu. 2. va. — 24) *mittunt* Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. — *multis diebus* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *Verno autem et autumn. temp.* vulg. — 27) *que* Gu. 1. — 28) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 29) *et* addidi e Gu. 1. — 30) Sic Arev.

22. Procella ab eo, quod percellat, id est percutiat et evellat. Est enim vis venti [33] cum pluvia. Procellae enim aut de fulminibus [34], aut de ventis fiunt. Nihil autem velocius ventis, unde et propter celeritatem tam ventos, quam fulmina alata fingunt poetae, ut:

Alitis Austri [35].

CAP. XII. *De aquis.*

1. Aqua dicta, quod superficies eius aequalis sit.

Hinc et aequor appellatur [36], quia aequaliter fusum [37] est.

2. Duo autem sunt [38] validissima elementa vitae humanae [39], ignis et aqua, unde graviter damnantur, quibus ignis et aqua interdicitur.

3. Aquarum elementum caeteris omnibus imperat. Aquae enim coelum temperant, terram fecundant, aerem exhalationibus suis incorporant, scandunt in sublime, et coelum sibi vendicant: quid enim mirabilius aquis in coelo stantibus?

4. Parum sit in tantam pervenisse altitudinem: rapiunt et [40] secum piscium examina: effusae omnium in terra nascentium causa fiunt. Fruges gignunt, arbores frutices herbasque producunt, sordes detergunt, peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.

CAP. XIII. *De diversitate aquarum.*

1. Aquarum naturae diversitas multa est [41]. Aliae enim salis, aliae nitri, aliae aluminis, aliae sulphuris, aliae bituminis, aliae morborum curam [42] adhibentes. Nam iuxta Romam Albulae aquae vulneribus medentur.

2. In Italia fons Ciceronis [43] oculorum vulnera curat.

In Aethiopia lacus est, quo perfusa corpora velut oleo nitescunt.

Zamae fons in Africa canoras voces facit.

Ex Clitorio lacu Italiae qui biberint, vini taedium habent.

3. In Chio insula fontem esse [44], quo hebetes fiunt [45].

In Boeotia duo fontes alter memoriam, alter oblivionem affert.

Cizici fons amorem Veneris tollit.

4. Boeotiae lacus furialis est, de quo qui biberit ardore libidinis exardescit.

In Campania sunt aquae, quae sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere dicuntur.

In Aethiopiae [46] fonte rubro qui biberit, lymphaticus fit.

5. Lechnus [47] fons Arcadiae abortivos [48] fieri non patitur.

— *efficiuntur* vulg. — 31) *a* om. Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. 2. va. — *frangit facile* vulg. — *quem sicca quaeque et arida, quum franguntur, faciunt* Arev. — 33) *ventorum* Arev. — 34) Sic Ar. — *fluminibus* vulg. — 35) Sic Arev. Gu. 3. — *alites austri* Gu. 4. — *aspiratio alitis austri* Gu. 1. — *alatis austris* Gu. 2. — Vulg. *Alatis viribus Austri.* — Locus est e Virg. Aen. VIII, 430. — 36) Sic Gu. 1. 2. va. — *appellatum* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *sursum* vulg. — 38) *sunt* om. Gu. 2. — Inclusit Arev. — 39) Sic Gu. 1. — *vitae hum. elem.* vulg. — 40) *rapiunt eo secum* Arev. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *multa est div.* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *curam morb.* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Cicer.* vulg. per compend. — 44) *dicunt* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. Inclusit Arev. — 45) *fiant* Gu. 2. — 46) *et hic pio* Gu. 1. — *Aethiopia* Gu. 2. pr. — 47) *Lethnus* al. va. — *Linus* Arev. e Plin. H. N. XXXI, sect. 7. — 48) Sic Gu. 1. *abortus* vulg. — *aborsus* al.

In Sicilia fontes sunt duo, quorum unus sterilem foecundat, alter foecundam sterilem facit.

In Thessalia duo sunt flumina: ex uno bibentes oves nigras fieri [1], ex altero autem [2] albas, et [3] ex utroque varias.

6. Clitumnus lacus in Umbria maximos boves gignit.

Reatinae [4] paludis aquis iumentorum ungulas indurari [5] dicunt [6].

In Asphaltite lacu Iudaeae nihil mergi potest, quicquid animam habet [7].

7. In India [8] Siden vocari [9] stagnum, in quo nihil innatat, sed omnia merguntur.

At [10] contra in Africae lacu Apuscidamo [11] omnia [12] fluitant, nihil mergitur.

Marsidae [13] fons in Phrygia saxa generat [14].

In Achaia aqua profluit e saxis Styx appellata, quod [15] ilico potata interficit.

8. Gelonium [16] stagnum Siciliae tetro odore abigit proximantes.

Fons est in Africa circa templum Ammonis, qui humoris nexibus humum stringit [17]. Favillas etiam in cespitem solidat.

Fons Iob in Idumaea quater in anno colorem mutare [18] dicitur, id est pulverulentum, sanguineum, viridem et limpidum: trinis [19] mensibus in anno tenens ex his unum colorem.

9. In Troglodytis lacus est, ter [20] in die fit amarus et deinde totiens dulcis.

Fons Siloa [21] ad radicem montis Sion: non iugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebullit.

In Iudaea quondam rivus sabbatis omnibus siccabatur.

10. In Sardinia fontes calidi oculis [22] medentur, fures arguunt. Nam caecitate detegitur facinus eorum [23].

In Epiro esse [24] fontem, in quo faces extinguuntur accensae, et accenduntur extinctae.

Apud Garamantes fontem esse [25] ita algentem die, ut non bibatur: ita ardentem nocte, ut non tangatur.

11. Iam vero in multis locis aquae manant perpetim ferventes, tanta vi, ut balnea calefaciant. Quaedam enim terrae sunt, quae multum sulphuris et aluminis habent. Itaque cum per venas calentes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta excandescit [26], nec talis ab origine effluit, sed permutatur, dum venit. Sulphur enim alumenque secum ferunt aquae; utramque materiam igne plenam minimisque [27] motibus incalescentem.

1) *ferunt* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. al. — 2) *autem* addidi e Gu. 1. — 3) *et* addidi e Gu. 1. — 4) *Reatinae* al., quod recepi, quia in Gu. 1. 2. al. va. (*paludibus*) est *paludis aquis.* — Vulg. *Reatinis paludibus.* — 5) *indurare* Gu. 2. va. — 6) *dicunt* al. om. — 7) *quicquam habens* ed. Gothofr. et va. — 8) *Indis* Gu. 2. va. — *Indiis* Arev. — *in Sidia* al. — 9) *Sidin* pr. — *vocari* pro *vocatur* Gu. 1. al. — 10) *Ac* pr. — 11) Recepi Arevali lectionem e Plin. H. N. XXXI, sect. 18. petitam pro vulg. *in Alce lacu* (*lacum* Gu. 1.) *per Arcidamum* etc., quod facile e corruptione ortum intelligas. — 12) *ubi omnia* etc. Gu. 1. — 13) *Marsyae* Arev. e Plin. l. c. sect. 17. — 14) *gerit* Gu. 2. al. — *egerit* Ar. e Plin. — *tenet* al. — 15) *quae* al. — 16) Sic Ar. — *Celonium* Gu. 2. — *Celonum* Gu. 1. — *Celomum* vulg. — 17) *restringit* Gu. 2. va. — *humores noxios in humum* al. var. lect. ap. Goth. — 18) *mutasse* ed. Goth. — 19) *ternis* Gu. 2. va. Ar. — 20) *qui ter in die* va. — 21) *Siloe* Gu. 1. — *Silva* pr. — 22) *oculos* al. — 23) Sic Gu. 1. — *eorum facinus* vulg. — 24) *ferunt* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. Inclusit Arev. — 25) *aiunt* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. al. pr. Inclusit Arev. — 26) *excalescit* Gu. 2. — *candescit*

CAP. XIV. *De maris nomine.*

1. Mare est aquarum generalis collectio. Omnis enim congregatio aquarum, sive salsae sint, sive dulces, abusive maria nuncupantur[28], iuxta illud, *congregationes*[29] *aquarum vocavit maria.* Proprie autem mare appellatum[30], eo quod aquae eius amarae sint.

2. Aequor autem vocatum, quia aequaliter sursum est: et quamvis aquae fluctuantes velut montes erigantur, sedatis rursus[31] tempestatibus adaequantur. Altitudo enim maris diversa est, indiscreta tamen dorsi eius aequalitas.

3. Ideo autem[32] mare incrementum non capere, cum omnia flumina et[33] omnes fontes recipiat, haec causa est: partim, quod influentes undas ipsa magnitudo eius non sentiat, deinde, quod amara aqua dulce[34] fluentum consumat, vel quod ipsae nubes multum aquarum ad se trahant[35], sive quod illam[36] partim auferat venti[37], partim sol exsiccet, postremum, quod per[38] occulta quaedam terrae foramina percolatur[39], et ad caput amnium fontesque revolutum[40] recurrat. Maris[41] autem certum non[42] esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari. Nam modo flavum est, modo lutulentum[43], modo atrum.

CAP. XV. *De Oceano.*

1. Oceanum Graeci[44] et Latini ideo nominant, eo quod[45] in circuli modum[46] ambiat orbem, sive a celeritate, eo quod citius[47] currat. Item quod[48] ut coelum purpureo colore nitet. Oceanus quasi κυάνεος. Iste est, qui oras terrarum amplectitur, alternisque aestibus accedit atque recedit. Respirantibus enim in profundum ventis aut removet[49] maria, aut resorbet.

2. Quique a proximis regionibus diversa vocabula sumpsit, ut Gallicus, Germanicus, Scythicus, Caspius, Hircanus, Athlanticus[50]. Nam Gaditanum fretum a Gadibus dictum, ubi primum[51] ab Oceano maris magni limen aperitur. Unde et Hercules cum Gadibus pervenisset, columnas[52] ibi posuit, sperans, illic esse orbis terrarum finem.

CAP. XVI. *De mediterraneo mari.*

1. Mare magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione eius minora sunt. Istud est et mediterraneum, quia per mediam terram usque ad orientem perfunditur, Europam et Africam Asiamque disterminans.

al. — 27) Sic Gu. 1. Ar. — *marisque* ed. Goth. — *mirisque* vulg. — *nimiisque* Gu. 2. — 28) *appellantur* Gu. 2 — *nuncupatur* al. — 29) Vulg. *Et congr.*, sed *et* om. Gu. 1. — Locus est Genes. 1, 10. — 30) *appellatur* Gu. 2. va. — 31) *rursum* va. — 32) *autem* om. Gu. 1. — *capit* pro *capere* va. — 33) *et* om. Gu. 2. — 34) *dulcem* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. 2. va. — *attrahant* vulg. — 36) *illum* Gu. 1. — *illud* Gu. 2. va. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *venti auferant* vulg. — 38) *per* om. Gu. 2. — 39) *percolatum* Gu. 1. — *percolatus* al. — *percoletur* Arevali coniectura. — 40) *revolutus* Gu. 2. — 41) *Mari* Gu. 2. va. — 42) *non* om. Gu. 1. 2. pr. va. al. — 43) Sic Gu. 1. 2. va. — *luculentum* vulg. — 44) *et Graeci* Gu. 2. va. Ar. — 45) Sic Gu. 1. 2. pr. va. ed. Goth. — *et quod* vulg. — *quod* simpliciter Arev. — 46) Sic Gu. 1. — *modo* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *ocius* vulg. — 48) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 49) *removet* erasum videtur in Gu. 1. — In loco raso est *revomit*, ut exhibet Arev. — 50) *Gaditanus* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *primo* vulg. — 52) *columpnam* Gu. 1. 2. va.

2. Cuius partis[1] sinus[2], qui in Hispaniis perfunditur, Ibericus et Balearicus appellatur. Deinde Gallicus, quae Narbonensem provinciam alluit. Mox Ligusticus, qui iuxta Genuam urbem est proximus. Post haec Tyrrhenus, qui Italiam attingit, quem Graeci Ionium, Itali inferum vocant. Inde Sicilicus[3], qui a Sicilia usque ad Cretam vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphiliam et Aegyptum pertendit[4].

3. Inde Hellespontus, qui in septentrionem retorquens, anfractibus magnis iuxta Graecias et Illyricum in angustias septem stadiorum stringitur, quo[5] Xerxes ponte navibus facto in Graeciam commeavit: ibi est Abydos. Inde diffusus aequore[6] patenti rursus stringitur et facit Propontidem, qui mox in quingentis passibus[7] coartatur, fitque Bosphorus Thracius, quo Darius copias transportavit.

4. Inde Ponticus sinus amplissimus a tergo Maeotidis paludis[8], quod mare ex multitudine aquarum et[9] fluminum dulcius, quam caetera[10], nebulosumque et brevius[11], unde et Ponticum vocatum, quod sit brevius, atque eo[12] praeter phocas et thynnos atque delphinos, alias belluas maiores non patitur.

5. Sicut autem terra dum una[13], pro diversis locis variis appellatur vocabulis, ita et pro regionibus hoc mare magnum diversis nominibus nuncupatur. Nam Ibericum et Asiaticum a provinciis dictum: ab insulis Balearicum, Siculum, Creticum, Cyprium, Aegeum, Carpatium. Nam inter Tenedum et Chium saxum est in mari potius, quam insula[14], quod visentibus[15] procul caprae simile creditur, quam Graeci[16] *αἶγα* nuncupant, unde et Aegeum mare dictum est[17]; sic et Carpatium mare inter Aegyptum et Rhodum ab insula Carpatho[18] illic posita.

6. A gentibus Gallicum, Ausonium, Dalmaticum[19], Ligusticum[20]. Ab oppidis Argolicum, Corinthium[21], Tyrium[22], Adriaticum. Nam Adria quaedam civitas Illyrico mari proxima fuit, quae Adriatico nomen mari[23] dedit.

7. A positione coeli, ut superum et inferum, quod sit oriens superior[24], occidens inferior. Est autem Tuscum et Adriaticum. A memoria regis[25], ut Ionium. Io quippe rex Graeciae fuit[26], unde[27] Iones Athenienses. Hoc mare et Tyrrhenum dictum, sive quod Thusciam alluit, id est Tyrrheniam[28], sive a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare[29] praecipitaverunt. Et sciendum est[30], Ionium sinum esse immensum, ab Ionia usque ad[31] Siciliam, et huius partes[32] esse Adriaticum[33], Achaicum et Epiroticum. A moribus accolarum[34], Euxinus, Axenos antea appellatus[35].

8. A casibus hominum, qui ceciderunt[36] in mari[37], ut Hellesponticum[38], Icarium, Myrteum[39]. Nam Myrteum mare dictum a Myrtili lapsu, quod illic ab Oenomao praecipitatus sit.

1) *primae partis* vulg., sed *primae* om. Gu. 1. — 2) *est* add. va. — 3) Sic Gu. 1. — *inde Siculus* Ar. — *deinde Siculus* vulg. — 4) *tendit* Gu. 2. — 5) *quod* Gu. 2. — *quem* Gu. 1. — 6) Vulg. *ab aequore*, sed *ab* om. Gu. 1. Ar. — *patenti* pro *patente* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. — *quingentos passus* vulg. — 8) *paludibus* Gu. 1. 2. va. — 9) *aquarum et* add. Gu. 1. — 10) *maria* add. Gu. 2. — 11) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. — 12) *eo* addidi e Gu. 1. 2. va. — 13) *sit* add. vulg., sed om. Gu. 1. — *quum una sit* al. — 14) Vulg. *in insula*, sed praepositionem om. Gu. 1. 2. pr. va. — 15) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *videntibus* vulg. — 16) *Graeci* addidi e Gu. 1. 2. al. pr. va. — 17) Sic Gu. 1. — *est dictum* vulg. — 18) *Carpatium* pr. va. — 19) *Dalmacium* Gu. 2. al. pr. — 20) *Libust.* Gu. 1. 2. al. pr. — *Libisticum* va. — 21) *Corintheum* va. — 22) *Tiricum* Gu. 1. 2. — 23) Sic Gu. 1. — *mari nomen* vulg. — 24) *superius . . . inferius* Gu. 2. va. — 25) *ducis* al. — 26) Sic Gu. 1. — *fuit Gr.* vulg. — 27) *unde et* va. — 28) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *Tyrrhenia* Gu. 1. — *Tyrrhenum* vulg. — 29) *mari* al. — 30) *est* addidi e Gu. 1. — 31) *ad* om. Gu. 2. — 32) *partis* Gu. 1. — 33) *Adr. esse* Gu. 2. — 34) *alibi* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. Ar. — 35) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. va. Ar. — 36) *decid.* Gu. 1. al. — 37) *in mare* va.

Icarus vero Cretensis, ut fabulae[40] ferunt, altiora petens, pennis solis calore solutis mari, in quo[41] cecidit, nomen imposuit. Phrixus quoque, cum Helle sorore sua fugiens insidias novercales, conscendit navem[42] signum arietis habentem, qua liberatus est. Helles autem soror eius perpessa naufragium decidit in mari, et mortua Hellesponto mari dedit nomen.

9. Ab ordine fluenti[43] Propontis[44]. Nam dictum Propontum[45], quia pontum praevenit. Idem[46] et a transitu, vel angustis meatibus boum Bosphorus. Aegyptium[47] autem pelagus Asiae datur, Gallicum Europae, Africum[48] Libyae. His ut quaeque proxima sunt, venerunt in partes[49].

10. Pelagus autem est latitudo maris sine litore et portu. Graeco nomine *ἀπὸ τοῦ πλαγίου*, hoc est a latitudine dictum, unde et plagia, eo[50] quod sint importuosa.

CAP. XVII. *De sinibus maris.*

1. Sinus[51] dicuntur maiores recessus maris, ut in mari magno Ionius, in Oceano Caspius, Indicus, Persicus, Arabicus, qui et mare rubrum, qui Oceano ascribitur.

2. Rubrum autem mare vocatum, eo quod sit roseis undis infectum[52], non tamen[53] talem naturam habet, qualem videtur ostendere, sed vicinis litoribus vitiatur gurges atque inficitur, quia omnis terra, quae circumstat pelago, rubra est et sanguineo colori proxima. Ideoque inde minium acutissimum excerpitur[54], et alii colores, quibus pictura variatur.

3. Ergo cum terra hanc habeat naturam[55], fluctibus subinde diluitur, et quicquid adesum[56] est, in colorem cadit. Ob hoc etiam in iis litoribus gemmae rubrae inveniuntur. Lapillus enim huiusmodi[57] humo[58] involutus cum inter arenas attritus est, et terrae colorem habet et maris.

4. Hoc mare[59] in duos sinus scinditur[60]. Ex iis, qui ad orientem[61] est, Persicus appellatur, quia ora[62] illius Persae inhabitant. Alter vero Arabicus dicitur, quod sit circa Arabiam.

CAP. XVIII. *De aestibus et fretis.*

1. Aestus ad Oceanum pertinet, fretum[63] ad utrumque mare. Nam aestus est[64] maris accessus, vel recessus, id est inquietudo, unde et[65] aestuaria, per quae mare vicissim tam accedit, quam recedit.

2. Fretum autem appellatum, quod ibi mare semper[66] ferveat. Nam fretum est angustum et quasi fervens mare, ab undarum fervore nominatum, ut Gaditanum, vel Siculum. Nam freta dicta ait Varro[67], quasi fervida, id est ferventia, et[68] motum fervoris habentia.

Ar. — 38) *Hellespontum* Gu. 1. 2. pr. va. — 39) *Myrtoum* bis Ar. — 40) *fabulose* va. — 41) *in quod* va. — 42) *navim* Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *fluentia* vulg. — 44) Sic Ar. — *Propontidis* vulg. — 45) *dictum Pontidem* Gu. 1. — *dictum Propontidem* al. — *dicta Propontis* Ar. — Fortasse scribendum est *dictam Propontidem.* — 46) *Item* Arev. — 47) *Aegypti* Gu. 1. — *Aegyptius* Gu. 2. al. va. — 48) *Africus* Gu. 2. al. pr. va. — 49) *partium* add. Arev. — 50) *eo* om. va. — 51) *Sinus maiores recessus maris, ut Caspius, Arabicus, Indicus*, haud dubie ex Isidoro in Festum transtulit scriba codicis Lipsiensis Festi, ubi haec additio reperitur. Vid. Paul. Diac. Excerpt. e Fest. p. 152. not. 9. ed. Lindem. — 52) *ineffectum* Gu. 1. — 53) *tamen* addidi e Gu. 1. 2. pr. — 54) *excernitur* Gu. 2. Ar. — 55) *habeat hanc nat.* ed. Goth. pr. va. — 56) Sic Ar. e Goth. — *adhaesum* vulg. — 57) *eiusmodi* Gu. 2. — 58) *humi* Ar. — 59) *mare* om. al. — 60) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *scind. sin.* vulg. — 61) Sic Gu. 1. — *ab oriente* vulg. — 62) *oram* Arev. — 63) *fretus* Gu. 2. — 64) *est* om. va. — 65) *et* om. Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. — *semper mare* vulg. — 67) Sic Gu. 1. — *Varro ait* vulg. Locus Varronis est l. VI. de L. L. c. 2. — 68) *id est* Arev.

3. Fretum Siciliae, quod Rhegium dicitur. Salustius tali ex causa[1] vocari scribit[2] dicens, Italiae olim coniunctam fuisse Siciliam[3], et dum esset una tellus, medium spacium aut per humilitatem[4] abruptum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde Ῥήγιον nominatum[5], quia Graece abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem artissimum trium milium spacio[6] Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, cuius[7] hinc inde Scylla et Charybdis ostenditur.

4. Scyllam accolae saxum mari[8] imminens appellant, simile celebratae formae procul videntibus[9]. Unde et monstruosam[10] speciem fabulae illi dederunt, quasi formam hominis, caninis succinctam capitibus[11], quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere.

5. Charybdis dicta, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare verticosum[12], et inde ibi[13] laniata naufragia profundo[14] emergunt. Ter autem in die erigit fluctus, et ter absorbet. Nam accipit aquas[15], ut evomat[16], vomit, ut rursum[17] accipiat.

6. Syrtes[18] sunt arenosa in mari loca. Syrtes autem Salustius[19] a tractu vocari dicit, quod omnia ad se trahant, et appropinquanti[20] vadoso mari adhaereant[21]. Hae[22] ad mare Aegyptium vicinae sunt, et pariter admiscentur. Vada vero sunt, per quae in mari, vel in fluminibus homines vel animalia pedibus vadunt, quae Virgilius Brevia appellat, Graeci βραχεῖα[23].

CAP. XIX. *De lacis et stagnis.*

1. Sunt autem[24] et[25] quaedam maria, quae non miscentur Oceani fluctibus, aut magno mari[26], et dicuntur lacus[27] et stagna.

2. Lacus est receptaculum, in quo aqua retinetur, nec miscetur fluctibus, ut lacus Asphalti, lacus Benacus et Larius, et ceteri, quos λιμένας Graeci[28], id est stagna[29] vocant. Nam fontes labuntur in fluvios[30], flumina in freta discurrunt. Lacus stat in loco, nec fluit[31]. Et dictus lacus, quasi aquae locus.

3. Lacus Asphalti[32], idem et mare mortuum vocatum, quod[33] nihil gignit vivum, nihil recipit ex genere viventium. Nam neque pisces habet, neque assuetas aquis et laetas mergendi usu patitur aves, sed et quaecunque viventia mergenda tentaveris, quacunque arte dimersa[34] statim resiliunt, et quamvis vehementer illisa confestim excutiuntur, sed neque ventis movetur resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neque navigationis patiens est, quia omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi quae[35] bitumine illustratur.

1) Sic Gu. 1. — *ex tali causa* vulg. Locus Salustii est e libris perditis sumptus. Est ap. Gerlach. Fragm. Inc. nr. 18. — 2) *scripsit* al. — 3) Sic Gu. 1. — Vulg. *Sicil. coniunct. fuisse.* — 4) Sic Gu. 1. Ar. — *humiditatem* vulg. — 5) *appellatum* va. — 6) *spatium* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. — *quibus* vulg. — 8) *mare* pr. — 9) Sic Gu. 1. va. — *visent.* vulg. — 10) *monstrosam* Arev. — 11) Sic Gu. 1. — *capit. succ. can.* vulg. — 12) *vortic.* Ar. — *vertigiosum* Gu. 1. — 13) *ubi* Ar., ut est ap. Fronton. s. Arusian. Mess. exempla elocut. v. *Erumpit* p. 229. ed. Lindem. Corp. Gramm. Vol. I., qui haec e Sal. Hist. l. IV. citat: *ubi se laniata navigia fundo emergunt.* Saepe autem Isidorus Salustium excerpsit. — 14) *in prof.* Gu. 2. — 15) *aquam* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. — *vomat* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *rursus* vulg. — 18) *autem* add. vulg. Om. Gu. 1. 2. va. — 19) de bell. Iug. c. 8. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *appropinquantes* vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *haereant* vulg. — 22) *autem* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 23) Ex hoc Isidori loco scriba cod. Lipsiens. Festi hanc glossam eidem Festo adiecit: *Vaga, quae in mare stant, Virgilius brevia appellat.* Vid. edit. Lindem. p. 162. not. 2. Corp. Gramm. Vol. II. Virgil. loci sunt: Aen. I, 110. X, 289. — 24) *autem* addidi e Gu. 1. 2. va. — 25) *et* om. Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *mari*

4. Lucernam accensam ferunt supernatare, extincto vero[36] demergi lumine. Hoc et mare Salinarum[37] dicitur, sive lacus Asphalti, id est bituminis, et est in Iudaea inter Hierico et Zoaran. Longitudo eius usque ad Zoaras Arabiae dirigitur stadiis septingentis[38] octoginta: latitudo quinquaginta centum stadiis[39] usque ad vicina[40] Sodomorum.

5. Lacus Tiberiadis ab oppido Tiberiade[41] vocatus, quod quondam Herodes in honorem Tiberii Caesaris condidit. Est autem in Iudaea omnibus lacis salubrior, et ad sanitatem corporum quodammodo efficacior[42].

6. Genesar lacus amplissimus in Iudaea longitudine centum quadraginta extenditur stadiis, latitudine quadraginta[43] diffunditur, crispantibus[44] aquis, auram non ventis, sed ipso sibimet[45] excreans. Unde et Genesar dicitur Graeco vocabulo, quasi generans sibi auram: denique per diffusiora spacia lacus frequentibus auris spirantibus agitatur. Unde et purior haustus eius, et ad potandum dulcis et habilis.

7. Lacus Italiae Benacus[46] in Venetia, de quo fluvius nascitur Mincius, qui lacus magnitudine sui[47] tempestates imitatur marinas.

8. Lucrinus et Avernus lacus Campaniae sunt. Lucrinus autem dictus, quia olim propter copiam piscium vectigalia magna praestabat. Avernus autem lacus vocatur[48], quia aves ibi supervolare[49] non possent[50]. Nam antea silvarum densitate sic ambiebatur, ut exhalantis inde per angustias aquae sulphureae odor[51] gravissimus supervolantes halitu suo aves[52] necaret. Quam rem Augustus Caesar intelligens, deiectis silvis ex pestilentibus amoena reddidit loca[53].

9. Lacus autem idem et[54] stagnum, ubi immensa aqua convenit. Nam dictum est stagnum, ab eo quod illic aqua stet, nec decurrat.

CAP. XX. *De abysso.*

1. Abyssus est[55] profunditas aquarum impenetrabilis, sive speluncae aquarum latentium, e[56] quibus fontes et flumina procedunt, vel quae occulte subter eunt, unde et abyssus dictus. Nam omnes aquas, sive torrentes per occultas venas ad matricem abyssum revertuntur.

2. Fluctus dicti, quod flatibus fiant. Ventorum enim impulsu agitatae aquae fluctuant.

Aqua est stativa et sine motu aequalis.

magno vulg. — 27) *ut lacus* Gu. 1. pr. — 28) Sic Gu. 1. — *Graeci λιμένας* vulg. — 29) *stagnum* Gu. 2. va. — *stagnos* al. pr. — 30) Sic Gu. 1. — *in fluviis* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *profluit* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Asphaltites* vulg. — 33) *propter quod* vulg., sed *propter* om. Gu. 1. — 34) *demersa* Gu. 2. Ar. — 35) *qui* Gu. 1. — 36) *vero* addidi e Gu. 1. et *dem. lum.* pro *lum. dem.* scripsi e Gu. 1. 2. pr. — 37) *Salinarium* va. — 38) *quingentis* Ar. — 39) Sic Gu. 1. pr. — *stad. cent. quinq.* vulg. — 40) Sic Ar. — *vicinia* vulg. — 41) *Tiberiadi* Gu. 2. va. — 42) *circuit stadia decem* add. Gu. 2. Ar., qui om. *decem*, lacunae signo posito. — 43) *pro sui autem latitudine quadraginta numero stadiis diff.* va. — 44) *crisp. siquidem aq.* va. — 45) Sic Gu. 1. — *de se ipso sibi* vulg. — 46) Sic Gu. 1. — *Benacus lacus Italiae* vulg. — 47) *magnitudinis vi* al. — 48) Sic Gu. 1. — *vocatus* vulg. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *supervolitare* vulg. — 50) *possint* Gu. 2. al. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. — *fetor* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *aves hal. suo* vulg. — 53) *amoenum . . locum* al. — 54) *idem est et* va. — 55) *est* addidi e Gu. 1. — Gu. 2. exhibet post *profund.* — 56) *e* pro *de* scripsi cum Gu. 1. 2. va. Ar.

3. Unda vero eminens liquor, qui semper in motu est. Lucretius[1]:

Aerius undas,

id est motus, et[2] corpus illud, quod refluctuat. Nam nec unda per se aqua est, sed aqua in motu quodam et agitatione quasi abeundo et redeundo unda vocata est[3].

4. Latex proprie liquor est fontis[4]. Et dictus latex, quod in venis terrae lateat.

5. Gutta est, quae stat, stilla, quae cadit. Hinc[5] stillicidium, quasi stilla cadens. Stiria enim Graecum est, id est gutta: inde fit diminutivum, ut dicamus[6] stilla: dum autem stat, vel[7] pendet de tectis, vel de[8] arboribus, quasi glutinosa gutta[9] est: dum ceciderit, stilla est.

6. Spuma est[10] dicta ab[11] eo, quod spuatur[12]: sordes enim sunt undarum: unde et mustum, et ea, quae coquuntur, spuma[13] purgantur. Hinc et sputum.

CAP. XXI. *De fluminibus.*

1. Fluvius est perennis aquarum decursus, a fluendo perpetim dictus. Proprie autem flumen ipsa aqua, fluvius cursus aquae[14]. Prius[15] autem flumen, quam fluvius, id est prior aqua, quam decursus. Duo autem[16] sunt fluminum genera, unum torrens, alterum vivum: de quo Virgilius[17]:

Donec me flumine vivo
Abluero.

2. Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens, quia pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit: de quo Pacuvius:

Flammeo vapore torrens torret[18].

Cui Graeci nomen ab hieme[19] dederunt, nos ab aestate: illi a tempore, quo succrescit[20], nos[21] a tempore, quo siccatur.

3. Amnis fluvius est nemore ac frondibus redimitus, et ex ipsa amoenitate amnis vocatus[22].

4. Decursus proprie finis cursus, sive aquarum sit, sive[23] quarumlibet rerum.

Rivi dicti, quod deriventur ad irrigandum, id est ad[24] inducendum aquas in agros[25]. Nam irrigare inducere est.

Gurges proprie locus[26] altus in flumine.

5. Puteus est locus[27] defossus, ex quo hauritur aqua, a potatione dictus.

Fons caput est aquae[28] nascentis, quasi aquas fundens[29].

6. Quidam autem fluviorum propriis ex causis nomina acceperunt, ex quibus nonnulli notandi[30] sunt, qui in historiis celebres memorantur.

7. Geon fluvius de paradiso exiens atque universam Aethiopiam cingens, vocatus hoc

1) Lib. II, 151. — 2) *et* om. Gu. 1. — 3) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 4) Sic Gu. 1. — *fontis est* vulg. — 5) *et* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *dicimus* vulg. — 7) *vel* pro *aut* Gu. 1. — 8) *de* addidi e Gu. 1. — 9) *gutta* addidi e Gu. 1. 2. va Ar. — 10) *est* addidi e Gu. 1. — 11) *ab* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 12) *spumatur* Gu. 1. — 13) *vel stilla* add. Gu. 2. va. — 14) *cuius aqua* Gu. 2. — 15) *Prior* Gu. 2. — 16) *autem* addidi e Gu. 1. — *Duo sunt autem* Gu. 2. — 17) Aen. II, 719. — 18) *Flammeo vapore torrens terrae foetum exusserit* Arev. e Festo v *Torrens*, qui hunc Pacuvii versum ex Antiopa citat. Vid. ed. Lindem. Corp. Gramm. Vol. II. p. 270. — 19) Sic Gu. 1. — *ab hieme nomen* vulg. — 20) *arescit* pr. — 21) *non* ed. Goth. Gu. 1. 2. va. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 23) *sive* pro *seu* Gu. 1. — 24) *ad* addidi e Gu. 1. pr. va. — 25) *agros* pro *agris* Gu. 1. Ar. — 26) *lacus* Gu. 1. 2. al. — 27) *lacus* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. 2. — *cap. aq. est* vulg. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *fund. aquas* vulg. — 30) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *nominandi* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. al. — *inundationis* vulg. — 32) *terrae* addidi e Gu. 1. — 33) Sic Ar. — Vulg. *νέαν ἰλύδα*. — Gu. 1. *nean limon*. — Gu. 2. *νιαν ολον* — Gu. 3. NIAIN IAIAN supra lin. In marg. *nylinuaton*. Gu. 4. NIAYNAYON. Om. Graeca ed. pr. va. (cum v. *trahens*.) — 34) *Nili* Gu. 1. — *Nilo* Gu. 2. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *scriptura sacra* vulg. — *sancta scr.* al. pr. va. — *commemorat* pro *nominat* Gu. 1. — *cognominat* Arev.

nomine, quod incremento suae exundationis[31] terram Aegypti irriget: $\gamma\tilde{\eta}$ enim Graece, Latine terram significat. Hic apud Aegyptios Nilus vocatur, propter limum, quem trahit, qui efficit foecunditatem terrae[32]. Unde et Nilus dictus est, quasi νέαν ὕλην[33] trahens. Nam antea Nilus Latine Melo dicebatur. Apparet autem in Nilide[34] lacu, de quo in meridiem versus excipitur Aegypto, ubi Aquilonis flatibus repercussus aquis retroluctantibus intumescit, et inundationem Aegypti facit.

8. Ganges fluvius, quem Physon sacra scriptura[35] commemorat, exiens de paradiso pergit ad Indiae regiones. Dictus autem Physon, id est caterva, quia decem[36] fluminibus magnis sibi adiunctis impletur[37] et efficitur unus. Ganges autem vocatur[38] a rege Gangaro Indiae[39]. Fertur autem Nili modo exaltari, et super Orientis terras erumpere.

9. Tigris fluvius Mesopotamiae de paradiso exoriens[40], et pergens contra Assyrios, et post multos circuitus in mare rubrum[41] influens. Vocatus hoc nomine[42] propter velocitatem instar bestiae Tigris[43], pernicitate nimia[44] currentis.

10. Euphrates fluvius Mesopotamiae de paradiso exoriens[45], copiosissimus gemmis, qui per mediam Babyloniam influit: hic a frugibus, vel ab ubertate nomen accepit. Nam Euphrata[46] Hebraice fertilitas interpretatur. Mesopotamiam etenim[47] in quibusdam locis ita irrigat, sicut[48] Nilus Alexandriam. Salustius[49] autem auctor certissimus ita[50] asserit, Tigrim[51] et Euphraten[52] uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividuntur spacio medio relicto[53] multorum millium, quae tamen terra, quae ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus animadvertit, aliter de paradisi fluminibus intelligendum[54].

11. Indus fluvius orientis, qui rubro[55] mari accipitur.

12. Hydaspes[56] fuit Medorum rex antiquissimus, ex quo amnis orientis nomen accepit, qui nunc dicitur Hydaspis[57], de quo Lucanus[58]:

Vastis Indus aquis mixtum non sentit Hydaspen.

Et:

qua Medus Hydaspes
Accedit pelago, Phoebi surgentis ab igne.

Qui dum sit fluvius orientis[59] Persarum, dicitur tamen contra orientem decurrere.

13. Araris fluvius Germaniae orientis[60]. De quo Virgilius[61]:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim[62].

Currit enim[63] per Parthiam et Assyriam.

— 36) *quindecim* Arev. ex Arrian. l. V. Plin. VI, 18. *undeviginti.* — 37) *implebitur* Gu. 2. va. — 38) Sic Gu. 1. — *vocatus* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — Vulg. *a Gang. rege Indiae.* — *Gange* Arev. — 40) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *exurgens* vulg. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *mortuum* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *Vocatus autem hoc nomine* Gu. 2. va. — *Vocatur autem hoc nomine* Arev. — *Vocatur autem Tigris* Vulg. — 43) Sic Gu. 1. — *Tigridis* vulg. Om. voc. Arev. — 44) Sic Gu. 1. — *nimia pern.* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *exurgens* vulg. — 46) Sic Gu. 1. — *Hebr. Euphr.* vulg. — *Ephrata* Ar. — 47) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *enim* vulg. — 48) *et* add. Gu. 1. — 49) In libris perditis. — 50) *ita* addidi e Gu. 1. — 51) *Tigrin* va. — 52) *Euphratem* Gu. 2. ed. Goth. Arev. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *derelicto* vulg. — 54) *intelligendus* pr. Locus Hieron. est in Onomast. locor. sacror. — 55) *a rubro mari* vulg., sed *a* om Gu. 1. 2. pr. Ar. — 56) *Histaspes* pr. va. — 57) Sic Gu. 1. — *Hidaspes dic.* vulg. — 58) l. III, 236. et VIII, 227. seq., ubi est: *Qua rapidus Ganges et qua Nysaeus Hydaspes Accedunt pelago* etc. ut ap. Isidor. Gu. 1. 2. om. Lucani versus. — *Qua Nysaeus Hyd.* ed. pr. va. et *accedunt* iidem libri. — *Iam propior quam Persis eram* add. post *igne* edit. va. — 59) *orientis* addidi e Gu. 1. — 60) *orientis* addidi e Gu. 1. al. — 61) Eclog. 1, 63. — 62) Vv. *aut Germ. Tigr.* om. Gu. 2. — 63) *Tigris* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. al. pr.

14. Bactrus fluvius orientis a rege Bactro vocatus fertur, a quo et Bactriani, et urbs eorum.

15. Choaspis[1] Persarum fluvius[2], vocatus[3] eorum lingua, quod miram dulcedinem aquae[4] habeat, adeo ut Persici reges quamdiu inter ripas Persidis sunt[5], sibi ex eo pocula vendicarint[6]. Ex hoc amne quidam Cydnum[7] Ciliciae fluvium derivari existimant.

16. Araxis fluvius[8] Armeniae, qui ab uno monte cum Euphrate[9] specie diversa[10] oritur, dictus, quod rapacitate cuncta prosternat[11]. Unde et cum Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. Hic brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde Caspium fertur in mare.

17. Fluvius Syriae[12], qui vocatur Orontes[13], iuxta Antiochiae muros decurrens, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe mari[14] conditur[15], quem de originis suae tractu Orientem[16] veteres appellavere Latini[17]. Cuius fluentis ex ipso impetu frigidioribus, et zephyris ibi assidue spirantibus[18] tota civitas momentis prope omnibus refrigeratur.

18. Iordanis Iudaeae fluvius, a duobus[19] fontibus nominatus[20], quorum alter vocatur Ior, alter Dan. His igitur procul a se distantibus in unum alveum foederatis, Iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano monte, et dividit Iudaeam et Arabiam, qui per multos circuitus iuxta Iericho in mare mortuum influit.

19. Phasis[21] Caucaseis montibus fusus cum pluribus[22] aliis in Euxinum se praecipitat mare. Unde et nuncupatur.

20. Cydnus[23] Ciliciae fluvius[24] ex Tauro monte progrediens, miram aquarum habens suavitatem, et quia[25] quicquid candidum est, gentili lingua Cydnum[26] Syri dicunt. Unde et[27] amni huic nomen datum, quia tumet aestate, quando nives solvuntur[28]: reliquis anni temporibus tenuis est et quietus.

Hylas fluvius Asiae.

21. Pactolus fluvius Asiae[29], arenas aureas habens[30]: de quo Virgilius[31]:

Pactolusque irrigat auro.

quem pro aurato fluore aliter[32] Chrysorrhoam vocant.

22. Hermus[33] fluvius Asiae, qui Smyrneos secat campos, et ipse fluctibus aureis et arenis plenus, a quo et[34] Smyrna vocata est.

23. Maeander amnis Asiae flexuosus, qui recurrentibus ripis[35] inter Cariam[36] et Ioniam

1) *Coaspim* Gu. 1. — 2) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *fluv. Pers.* vulg. — 3) *vocatur* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 1. — *aquae dulc.* vulg. — 5) Sic Gu. 1. — *fuerunt* vulg. — *fuerint* al. pr. va. — *fiunt* Gu. 2. — *fluit* Arev. — 6) *vendicaverunt* Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. Ar. — *Cygnum* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *amnis* vulg. — 9) *Eufrata* Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. — *div. specie* vulg. — 11) *prosternit* Gu. 2. — 12) *Scythiae* Gu. 2. va. cd. Goth. — 13) *orientis* Gu. 1. — 14) *mare* Gu. 2. — 15) *conditus* Gu. 1. — *reconditur* pr. — 16) *Orontem* Ar. — 17) Sic Gu. 1. al. — *Latine appellaverunt* vulg. — 18) Sic Gu. 1. (*aspir.*) — Vulg. *ass. ibi spir.* — 19) *in duobus* Gu. 1. — 20) *nominabatur* al. et *vocabatur.* — 21) Sic Arev. ex Ambros. II. Hexaem. c. 3. *Eusis* vulg. — 22) *plurimis* Gu. 1. va. — 23) *Cygnus* pr. va. bis. — 24) Sic Gu. 1. — *amnis Cil.* vulg. — *Siciliae* pr. va. — *ex* pro *a* Gu. 1. — *qui a tauro* va. — 25) *quia* addidi e Gu. 1. 2. va. al. — 26) Sic Gu. 1. — *Cydn. gent. ling.* vulg. — *Cygnum* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. — *unde Cydnus amni* vulg. — *unde Cygni amni* Gu. 2. va. — *unde amni* Gu. 1. — 28) *quia autumno et aestate, quando nives solvuntur, tumescit* al. — 29) *Pact. fluv. As.* om. Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — *trahens* vulg. — 31) Aen. X, 142. — 32) Sic Gu. 1. 2. al. — *alii* vulg. — 33) Sic Arev. e Plin. V, 29. —

praecipitatur in sinum, qui Miletum dividit et Prienen[37]. Maeander autem vocatus, quod sit flexuosus et nunquam currat rectus: de quo Ovidius[38]:

Recurvis ludit Maeander in undis[39].

24. Tanus fuit rex Scytharum primus, a quo Tanais fertur fluvius nuncupatus, qui ex Riphaeis veniens silvis[40], dirimit Europam ab Asia inter duas mundi partes medius currens[41], atque in Pontum fluens.

25. Inachus Achaiae fluvius[42], Argolicos irrigans campos, quem rex Inachus a se nominavit, qui exordium Argivae gentis[43] primus dedit. Ibi etiam[44] et Erymanthus ab Erymantho monte dimissus.

26. Padus Italiae fluvius ab[45] iugis Alpium fusus, ex tribus fontibus oritur, ex quibus uni vocabulum est[46] Padus, qui diffusus in modum stagni amnem sinu dirigit[47], a quo et Padus est nuncupatus. Hic a Graecis Eridanus cognominatur[48], ab Eridano filio Solis[49], quem Phaetontem dicunt, qui fulmine percussus in eodem fluvio deiectus est, et extinctus. Augetur autem ab[50] ortu Canis liquescentibus nivibus, et accessione[51] triginta fluminum circa Ravennam in Adriaticum mare defertur.

27. Tiberis Italiae fluvius a Tiberino rege Albanorum dicitur appellatus, qui in hunc fluvium decidit[52], et de exitu suo nomen dedit. Nam antea Albula antiquum nomen a colore habuit, quod nivibus albus sit. Ipse est autem Tibris, qui et Tiberis, sed Tiberis in cotidiano[53] sermone, Tibris in versu dicitur.

28. Danubius Germaniae fluvius vocari fertur a nivium copia, quibus magis augetur. Iste est, qui in Europa plus omnibus habet famam[54]. Idem et Ister, quia dum per innumeras vadit gentes, mutat et nomen, et maiores sibi ambiendo[55] colligit[56] vires. Oritur a[57] Germanicis iugis et occidentalibus partibus barbarorum, pergens contra orientem: sexaginta in se fluvios recipit: septem ostiis in Pontum influit[58].

29. Rhodanus Galliae fluvius ab oppido Rhodo cognominatus[59], quem coloni Rhodiorum[60] locaverunt[61], qui rapido concitus cursu, Tyrrheni aequoris freta scindens, non modicum saepe navigantium periculum facit[62], dum inter se maris fluctus et amnis fluenta decertant.

30. Rhenus a Rhodani fertur societate[63] vocatus, quoniam cum eodem ex una provincia oritur. Est autem Germaniae fluvius inter[64] Europae maximos fluvios[65] computatus, qui ab[66] iugo Alpium usque in Oceani profunda cursus suos dirigit[67].

34) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 35) *rivis* Gu. 1. — 36) Sic Ar. — *Asiam et Ionium* vulg. — 37) *Prienam* Gu. 2. — 38) Metam. II, 246. — 39) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. — *Quique recurvatus ludit* etc. vulg. — 40) Sic Gu. 1. 2. — *silv. ven.* vulg. — 41) *currens med.* Gu. 2. — 42) Sic Gu. 1. — *amnis* vulg. — 43) Sic Gu. 1. al. — *genti* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — vulg. *ibi est et.* — *ibi et* Gu. 2. — 45) *ab* pro *a* Gu. 1. — 46) *est* om. va. — 47) *digerit* Gu. 1. al. — 48) *cognominatus* Gu. 1. 2. — 49) Sic Gu. 1. — *Solis filio* vulg. — 50) *ab* pro *ex* Gu. 1. — 51) Vulg. *cum access.*, sed *cum* om. Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. — *cecidit* vulg. — 53) *quotidiano* ed. Goth. Arev. va. — 54) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *fam. hab.* vulg. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. var. lect. ap. Goth. — *ambigendo* vulg. — 56) *colligunt* Gu. 1. — 57) *a* om. Gu. 2. — 58) *Ararim fluvius Germaniae, de quo Virgilius: aut Ararim Parthus bibet* add. Gu. 2. — 59) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. va. — 60) *rodio* Gu. 2. va. — 61) Sic Ar. — *vocaverunt* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *facit per.* vulg. — 63) Sic Gu. 1. — *soc. fert.* vulg. — 64) *tres* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 65) *maximus fluvius* Gu. 2. — 66) *ab* pro *a* Gu. 1. — 67) *dirigunt* Gu. 1.

31. Iberus amnis, qui quondam totius[1] Hispaniae nomen dedit.

32. Mineus[2] fluvius Gallaeciae[3] nomen a colore pigmenti sumpsit[4], quod[5] in eo plurimum invenitur.

33. Durius a Graecis quasi Doricus[6].

Tagum fluvium Carthago Hispaniae nuncupavit, ex qua ortus procedit, fluvius auriferis[7] arenis copiosus, et ob hoc caeteris fluviis Hispaniae[8] praelatus.

34. Baetis fluvius, qui et[9] Baeticae provinciae nomen dedit: de quo Martialis[10]:

Baetis olivifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingit[11] aquis.

eo quod ibi lanae[12] pulchro colore tinguntur. Baetis autem dictus, eo quod humili solo decurrat: *βαθὺ* enim Graeci humile vel mersum vocant[13].

35. Quaedam autem flumina in diluvio[14] soluta mole terrarum praeclusa[15] sunt, quaedam vero, quae non erant abyssi, tunc ruptis[16] meatibus eruperunt.

CAP. XXII. *De diluviis.*

1. Diluvium dictum, quod aquarum clade omnia, quae inundaverit, deleat.

2. Primum diluvium extitit sub Noe, quando hominum sceleribus offensus omnipotens, toto orbe terrarum[17] contecto, deletis cunctis, unum spacium coeli fuit ac pelagi. Cuius indicium hactenus[18] videmus in lapidibus[19], quos in remotis montibus conchis et ostreis concretos, saepe etiam cavatos aquis visere solemus.

3. Secundum diluvium fuit in Achaia, Iacob patriarchae et Ogygi temporibus, qui Eleusinae conditor et rex fuit, nomenque loco et tempori dedit.

4. Tertium diluvium in Thessalia Moysi, vel Amphityonis[20] temporibus, qui tertius post Cecropem regnavit. Cuius temporibus aquarum illuvies[21] maiorem partem populorum Thessaliae absumpsit[22], paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaso, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos, per gemina Parnasi iuga fovit et aluit. A quo propterea genus hominum Graecorum fabulae ex lapidibus reparatum ferunt, propter[23] hominum insitam cordis duritiam.

5. Sed et flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem, vel diuturnitatem, vel magnitudinem redundant multaque prosternunt, et ipsa diluvium dicuntur. Sciendum autem,

1) *toti* Ar. — 2) *Minius* Ar. — 3) Sic Ar. — *Galliciae* vulg. — 4) *sumit* Gu. 1. — 5) *quod* pro *qui* Gu. 1. et *plurimum* pro *plurimus*. — 6) *cognominatus* add. vulg., sed om. Gu. 1. Ar. — 7) Sic Gu. 1. — *arenis auriferis* Ar. — *arenis aureis* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *Hispaniarum* vulg. — 9) *et* om. Gu. 2. — 10) Epigr. l. XII, 100. — 11) Sic Gu. 1. 2. va. ed. Goth. — *tingis* vulg. — 12) *filaque* add. Gu. 2. va. — 13) *dicunt* va. — 14) *in diluvio* om. Gu. 1. — 15) *recl.* Gu. 2. va. — 16) Sic Gu. 2. 4. va. var. lect. ap. Goth. Ar. — *praeruptis* vulg. — 17) *terrarum* addidi e Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. 2. — *hacten. indic.* vulg. — 19) *lampadibus* Gu. 1. — 20) Sic Ar. — *Amphictione* Gu. 2. — *Amphionis* Gu. 1. — *Amphitryonis* vulg. — *amphitrioni* va. — 21) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *diluvium* vulg. — 22) *assumpsit* Gu. 2. — 23) *A quo ab eo propter* Gu. 1. 2. al. va. duo mss. Tolet. Goth. — 24) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *super* vulg. — 25) *et* om. va. — 26) *in sing. num.* pr. va. — 27) *cuius* Z. pr. va. Ar. — 28) Sic Gu. 1. — *nom. div.* vulg. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *inferiore* vulg. — 30) *ab* addidi e Gu.

flumina cum supra[24] modum crescunt, non tantum ad praesens inferre damna, sed etiam et[25] aliqua significare futura.

LIBER XIV.

CAP. I. *De Terra.*

1. Terra est in media mundi regione posita, omnibus partibus coeli in modum centri aequali intervallo consistens, quae singulari numero[26] totum orbem significat, plurali vero singulas partes, cui[27] diversa nomina[28] dat ratio. Nam terra dicta a superiori parte, qua teritur, humus ab inferiori[29], vel ab[30] humida terra, ut sub mari: tellus autem, quia[31] fructus eius tollimus: haec et Ops dicta[32], eo quod opem fert frugibus. Eadem et arva, ab arando et colendo vocata[33].

2. Proprie autem terra[34] ad distinctionem[35] aquae arida nuncupatur[36], sicut Scriptura ait: *Quod*[37] *vocaverit*[38] *Deus*[39] *aridam terram*[40]. Naturalis enim proprietas siccitas est terris[41]. Nam ut humida sit, hoc aquarum affinitate sortitur. Cuius motum[42] alii dicunt ventum esse in concavis eius, qui motus eam movet. Salustius: *Ventis per concava terrae praecipitatis rupti*[43] *aliquot montes tumulique sedere.*

3. Alii aquam dicunt genitalem[44] in terris moveri, et eas simul[45] concutere, sicut vas, ut dicit Lucretius[46]. Alii σπογγοειδῆ[47] terram vocant, cuius plerumque latentes ruinae superposita cuncta concutiunt. Terrae quoque hiatus aut motu aquae inferioris fit, aut crebris tonitruis, aut de concavis terrae erumpentibus ventis.

CAP. II. *De Orbe.*

1. Orbis a rotunditate circuli dictus, quia sicut rota est. Unde brevis etiam rotella orbiculus appellatur. Undique enim Oceanus[48] circumfluens eius in circulo ambit fines[49]. Divisus est autem[50] trifarie. E[51] quibus una pars Asia, altera Europa, tertia Africa, quae et Libya[52] nuncupatur.

2. Quas tres partes orbis veteres non aequaliter diviserunt. Nam Asia a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit[53]. Europa vero[54] a septentrione usque ad occidentem, atque inde[55] Africa ab occidente usque ad meridiem.

1. — *velut humida, ut sub* etc. Arev. — 31) *quod* Gu. 2. va. — 32) *est* add. Gu. 2. — 33) *dicta* Z. — *dicitur* Gu. 2. — 34) *terra* om. Z. — 35) *a distinctione* Z. — 36) *nuncupata* al. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — vulg. *quia.* — 38) *vocavit* al. Locus est Genes. 1, 10. — 39) *Deus* om. Gu. 1. — 40) Sic Gu. 1. — *terram aridam* vulg. — 41) Sic Z. Gu. 1. al. — *terrae* vulg. — 42) *motu* va. — 43) Arev. ita: *Venti per cava terrae praecipitati, rupti* etc. — Al. *ventis per cava terrae citatis* — *cava* Gu. 3. 4. — *Venti per concava terrae praerupti* Gu. 1. — *citati rupti* Gu. 4. — Vulg. *Venti per concava terrae praecipitatis.* Legendum haud dubie: *Ventis per conc. terr. praecipitatis.* — 44) Sic Ar. — *generalem* vulg. — 45) *simul eas* Z. — 46) *ut dicunt Lucretius et alii* al. — 47) *fungo* Z. Gu. 2. 4. — *sfungo* va. pr. — Vulg. add. *eandem*, quod om. Arev. — 48) *Oceanum* Gu. 2. — 49) *diversos* add. Gu. 2. pr. va. — 50) *autem* om. Z. — 51) *E* pro *ex* Z. Gu. 1. 2. — 52) *quae et Libya* om. Z. Ar. — *et* om. Gu. 2. va. — 53) *pervenit* add. va. — 54) *venit* Z. — 55) *in* Z.

3. Unde evidenter orbem dimidium duae tenent Europa et Africa, alium vero dimidium sola Asia, sed ideo istae duae partes factae sunt, quia inter utramque ab Oceano mare magnum [1] ingreditur, quod [2] eas intersecat. Quapropter si in duas partes orientis et occidentis orbem dividas, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa.

CAP. III. *De Asia.*

1. Asia ex nomine cuiusdam mulieris est [3] appellata, quae apud antiquos imperium tenuit orientis [4]. Haec [5] in tertia orbis parte disposita, ab oriente [6] ortu Solis, a meridie Oceano, ab occiduo nostro mari finitur, a septentrione Maeotide [7] lacu et Tanai fluvio terminatur. Habet autem [8] provincias multas et regiones, quarum breviter situs et nomina [9] expediam, sumpto initio a paradiso.


2. Paradisus est locus in orientis partibus constitutus, cuius vocabulum in Latinum ex Graeco [10] vertitur [11] hortus [12]. Porro Hebraice Eden dicitur, quod in nostram linguam [13] delicia [14] interpretatur [15]. Quod [16] utrumque iunctum facit hortum deliciarum. Est enim [17] omni genere ligni et pomiferarum arborum [18] consitus, habens etiam et [19] lignum vitae. Non ibi frigus, non aestus [20], sed perpetua aeris [21] temperies.

3. E [22] cuius medio fons prorumpens totum [23] nemus irrigat, dividiturque in quatuor nascentia flumina: cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est. Septus est [24] enim undique rhomphea flammea [25], id est muro igneo accinctus, ita ut eius cum coelo pene iungatur [26] incendium.

4. Cherubin quoque, id est angelorum praesidium arcendis spiritibus malis super rhompheae flagrantiam ordinatum est, ut homines flammae, angelos vero malos [27] angeli boni [28] submoveant, ne cui carni, vel [29] spiritui transgressionis aditus paradisi pateat.

5. India vocata ab Indo flumine, quo ex parte occidentali clauditur. Haec a meridiano mari porrecta usque ad ortum Solis, et a septentrione usque ad montem Caucasum pervenit, habens gentes multas et oppida: insulam quoque Taprobanam [30] gemmis [31] et elephantis [32] refertam. Chrysen [33] et Argyren [34] auro et argento [35] foecundas [36], Tylum [37] quoque arborum [38] foliis [39] nunquam carentem [40].

1) *magnum mare* Z. — 2) *qui* Z. Gu. 2. In editt. pr. et va. haec huic capiti adiicitur figura:



— 3) *est* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 4) *Orientis tenuit* va. — 5) *Hinc* Z. — 6) *oriente* om. Gu. 1. — 7) *Maeotidi* Gu. 1. — 8) *enim* Z. — 9) Sic Gu. 1. — *nomina et situs* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *ex Graeco in Latin.* vulg. — 11) *convertuntur* Z. — 12) *est deliciarum* add. Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. — *in nostra lingua* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. — *delitiae* vulg. — 15) *interpretantur* Z. — 16) *vel utrumque* Z. — 17) *autem* Gu. 1. — 18) *et arborum* Gu. 1. — 19) *et* addidi e Gu. 1. 2. — *in se et* Z. — 20) *et aestas* Z. — *aestus* pro *aestas* scripsi cum Gu. 1. 2. va. — 21) *veris* Arev. — 22) *E* om. Gu. 2. — 23) *totum* om. Z. — 24) *est* om. pr. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. et ita legendum censet Arev. — Vulg. *flamma.* — 26) *iungat* Gu. 1. 2. — 27) *et angel. malos* Z. — 28) *boni ang.* Z. — *boni* inclusit Arev. — 29) *vel* om. Gu. 2. — 30) *Taprobane* Z. Gu. 1. 2. pr. — 31) Vulg. *e gemmis*, quod om Arev. simul cum *et.* — *e* om. Z. (pro *gemmis* exh. *gentis*) Gu. 1. 2. pr. va. — 32) *elephantibus* va. — 33) *Cryssam* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 34) *Argirem* Z. — *Argiram* Gu. 1. va. — *Argire* Gu. 2. pr. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *argentoque* vulg. — 36) *faecundam* Z. — 37) Sic Gu.

6. Habet et fluvios[41] Gangen et Indum[42] et Hypasin[43] illustrantes Indos. Terra Indiae Favonii spiritu uberrima et saluberrima[44], in anno bis metit[45] fruges: vice[46] hiemis[47] Etesias[48] patitur[49]. Gignit autem tincti coloris homines, elephantes[50] ingentes, monoceron[51] bestiam, psittacum avem[52], ebenum quoque lignum, et cinnamomum[53], et piper, et calamum aromaticum.

7. Et ebur, lapidesque[54] pretiosos, berillos, chrysoprassos[55] et adamantem[56], carbunculum[57], lychnites, margaritas, et[58] uniones, quibus nobilium feminarum ambitio ardet[59]. Ibi[60] sunt et montes aurei, quos adire propter dracones, et gryphas[61], et immensorum hominum monstra impossibile est.

8. Parthia ab Indiae finibus usque ad[62] Mesopotamiam generaliter nominatur. Propter invictam enim virtutem Parthorum et Assyria et reliquae proximae regiones[63] eius nomen traxerunt[64]. Sunt enim in[65] ea Aracusia[66], Parthia, Media, Assyria[67] et Persida[68], quae regiones invicem sibi coniunctae initium[69] ab Indo flumine sumunt, Tigri clauduntur, locis montuosis et asperioribus sitae, habentes fluvios Hydaspen[70] et Arbem[71]. Sunt[72] inter se finibus suis discretae, nomina a propriis auctoribus ita trahentes.

9. Aracusia ab oppido suo nuncupata[73].

Parthiam Parthi a[74] Scythia venientes occupaverunt[75] eamque ex suo nomine nuncupaverunt[76]. Huius a meridie mare rubrum[77] est, a[78] septentrione Hircanum salum[79], ab occidua[80] Solis plaga Media[81]. Regna in ea decem et octo[82] sunt, porrecta a Caspio littore usque ad terras Scytharum.

10. Assyria vocata ab Assur filio Sem, qui eam regionem post diluvium primus[83] incoluit. Haec ab ortu solis[84] Indiam, a meridie Mediam tangit, ab occiduo Tigrim, a septentrione montem Caucasum, ubi[85] portae Caspiae sunt. In hac regione primus usus inventus est[86] purpurae, inde primo[87] crinium et corporum unguenta venerunt et[88] odores, quibus Romanorum atque Graecorum effluxit luxuria.

11. Media et Persida[89] a regibus Medo et Perseo[90] cognominatae[91], qui[92] eas[93] provincias bellando aggressi sunt. Ex quibus Media ab occasu transversa Parthica regna amplecti-

1. — *Tylon* Ar. — *utilem* vulg. — 38) Sic Gu. 1. Ar. — *arboribus* vulg. — 39) *folia* al., ut sit *folia*, *ae* 1. declin. — 40) *carentibus* va. — 41) *flumina* pr. — 42) Sic Ar. e Solin. c. 55. — *Nidan* vulg. — *Indan* Z. — 43) Sic Ar. e Solin. c. 55. — *Hidaspen* pr. va. — *Hypanen* vulg. — 44) *uberrima et* addidi e Gu. 1. — 45) *mittit* Gu. 2. al. — 46) *vicem* pr. — 47) add. vulg. *et aestatis*, quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 48) *etesias* om. va. — 49) *etesiis potitur* Arev. — 50) *elefantos* Gu. 2. — 51) *Rinoceron* Z. — 52) *allem* Gu. 1. — 53) *cinamum* Gu. 2. pr. va. Arev. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *mittit et ebur: lapides quoque.* — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *chrysoprasios* vulg. — 56) *adamantes* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. 2. — *carbunculos* vulg. — 58) *et* om. Z. — 59) Sic Gu. 1. — *ardet ambitio* vulg. — 60) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Ubi* vulg. — 61) *gryphes* Z. va. — 62) *ad* om. Z. — 63) *reg. prox.* Gu. 2. — 64) Sic Z. Gu. 1. al. — Vulg. *in eius nomen transierunt.* — 65) *in* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 66) *Arachosia* Ar. bis. — 67) Sic Gu. 1. — *Assyria*, *Media* vulg. — 68) Sic Z. Gu. 2. pr. va. — *Persides* Gu. 1. — *Persia* vulg. — 69) *sibi* add. Gu. 2. va. — 70) *Ydaspem* Z. Gu. 2. — 71) *Arben* ed. Goth. — *Arabem* Gu. 2. — *Ararim* pr. va. — 72) *enim* add. vulg. Om. Gu. 1. — 73) *nuncupatur* va. — 74) *ab* Z. Gu. 2. pr. va. — 75) *occuparunt* Gu. 2. — 76) Sic Gu. 1. — *vocaverunt* vulg. — 77) Sic Gu. 1. — *rubrum mare* vulg. — 78) *a* om. Gu. 1. — 79) *saltum* Gu. 1. al. — *saltus* Z. Cfr. Solin. c. 59. — 80) *occiduo* Z. — 81) *meridiana* Z. — 82) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *octodecim* vulg. — 83) *primus* om. Z. — 84) *solis* addidi e Gu. 1. — 85) *ibi* Gu. 1. — 86) Sic Gu. 1. — *inv. est usus* vulg. — *primum* Gu. 2. va. — 87) Sic Gu. 1. — *primum* vulg. — 88) *et* pro *ac* Gu. 1. 2. pr. va. — 89) Sic ubique Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Persia* vulg. — *Persis* Ar. semper. 90) Sic Ar. — *Perso* vulg. — *Perside* Gu. 1. — 91) *sunt* add. Gu. 2. va. — 92) *scilicet* add. vulg., sed om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 93) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *easdem* vulg.

tur[1], a septentrione Armenia circumdatur, ob ortu Caspios videt, a meridie[2] Persidam. Huius terra Medicam arborem gignit, quam alia regio minime parturit. Sunt autem Mediae duae, maior et minor.

12. Persida tendens[3] ab ortu usque ad Indos, ab occasu rubrum mare habet, ab aquilone vero Mediam tangit[4], ab austro Carmaniam[5], quae Persidae annectitur, quibus est Susa oppidum nobilissimum. In Persia primum orta est[6] ars magica, ad quam Nemroth[7] gigas post confusionem linguarum abiit, ibique Persas ignem colere docuit. Nam omnes in illis partibus solem colunt, qui ipsorum[8] lingua El dicitur.

13. Mesopotamia Graecam etymologiam possidet, quod[9] duobus fluviis ambiatur[10]. Nam ab oriente Tigrim habet, ab occiduo Euphratem: incipit autem a septentrione inter montem Taurum et Caucasum: cuius a meridie sequitur Babylonia, deinde Chaldaea, novissime Arabia *εὐδαίμων*[11].

14. Babyloniae[12] regionis[13] caput Babylon urbs est, a qua et[14] nuncupata, tam nobilis, ut Chaldaea et Assyria et Mesopotamia in eius nomen aliquando transierint[15].

15. Arabia appellata, id est sacra. Hoc enim significare interpretatur, eo quod sit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Graeci *εὐδαίμονα*, nostri beatam nominaverunt. In cuius saltibus et[16] myrrha et cinnamomum[17] provenit. Ibi nascitur avis Phoenix, Sardonix gemma, et Iris[18], Malochites[19] et Paederota[20] ibi invenitur[21]. Ipsa est et Saba[22], a filio Chus, qui nuncupatus est Saba[23]. Haec autem terra[24] angusto tractu ad orientem[25] versus ad Persicum sinum extenditur, cuius septentrionalia claudit Chaldaea[26], occasum sinus Arabicus.

16. Syriam Syrus[27] quidam perhibetur indigena a suo vocabulo[28] nuncupasse. Haec ab oriente fluvio Euphrate, ab occasu mari nostro et Aegypto terminatur, tangens[29] a septentrione Armeniam et Cappadociam, a meridie sinum Arabicum. Situs eius porrectus in immensam longitudinem[30], in lato angustior.

17. Habet[31] in se provincias Commagenam, Phoeniciam, et Palaestinam, cuius pars[32] Iudaea absque Sarracenis[33] et Nabatheis. Commagena prima provincia Syriae a vocabulo Commagae urbis nuncupata, quae quondam ibi metropolis habebatur. Huius[34] est a septentrione Armenia[35], ab ortu[36] Mesopotamia, a meridie Syria, ab occasu mare magnum.

18. Phoenix Cadmi frater de Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eamque provinciam ex suo nomine[37] Phoeniciam[38] appellavit. Ipsa est, ubi est Tyrus[39], ad quam Esaias[40] loquitur. Habet autem ab oriente Arabiam, a meridie mare rubrum.

1) *complectitur* Gu. 2. — *Parthica* pro *Parthia* Gu. 1. — 2) *et a merid.* Z. — 3) *est tendens* al. — 4) *meridiem* pro *Mediam tangit* Z. al. — 5) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Armeniam* vulg. — 6) *inventa est* Gu. 2. — 7) *Nebroth* Gu. 1. 2. — 8) *illorum* Gu. 4. — 9) *posse de eo, quod* Z. — 10) *ambitur* al. — 11) *est* add. pr. va. — 12) *Babylonicae* va. — 13) *regis* Z. — 14) *et* addidi e Gu. 1. 2. — *quo* Gu. 2. al. pr. — 15) *transierunt* al. pr. — 16) *et* om. va. — 17) *cinamum* Gu. 2. va. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ἱερός* vulg. — (*hiris* codd.) — 19) Sic Ar. — *Moloch.* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *paederotes* Ar. — *podorata* Z. Gu. 2. va. — *pedorata* pr. *Paederos* vulg. — 21) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *inveniuntur* vulg. — 22) *et* om. ed. Goth. — *ipsa et saba* Gu. 2. — Vulg. add. *appellata*, quod om. Gu. 1. — 23) *Sabath* Gu. 1. — 24) *terra* scripsi e Gu. 1. — *angusto terrae tractu* Z. Gu. 2. pr. va. ed. Goth. — Vulg. prorsus om. — 25) *ab oriente* Gu. 2. — *ad* om. Arev. — 26) Sic Gu. 1. — *Chald. claud.* vulg. — *clauditur* Z. — 27) *Syrus* om. va. — 28) *nomine* Z. — 29) Sic. Z. Gu. 1. 2. Ar. — *habens* vulg. — 30) *in immensa longitudine* Gu. 2. — 31) *enim* add. vulg. — *autem* Gu. 2. pr. va. Ar. — om. utrumque Gu. 1. — 32) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *cuius pars in Iud.* va. — 33) *atque Saracenos et Nabatheos* Gu. 2. al. — 34) *Cuius* Gu. 2. — 35) Sic Arev. secundum Ptolemaeum tab. 6. — *Cappadocia* vulg. Om. utrumque

19. Palaestina provincia Philisthiim[41] urbem metropolim habuit, quae nunc[42] dicitur[43] Ascalon, ex qua civitate omnis circa eam regio Palaestina nuncupata est[44]. Huius[45] ab oriente mare rubrum occurrit, a meridiano latere Iudaea excipitur, a septentrionali plaga Tyriorum finibus clauditur, ab occasu Aegyptio limite terminatur.

20. Iudaea est[46] regio Palaestinae, ex nomine Iudae appellata, ex cuius tribu reges habuit. Haec prius Chanaan, a filio Cham dicta[47], sive a decem Chananaeorum gentibus, quibus expulsis eandem terram Iudaei possederunt. Initium longitudinis eius a vico Arfa usque vicum[48] Iuliaden[49] porrigitur, in quo Iudaeorum pariter et[50] Tyriorum communis habitatio est[51]. Latitudo autem[52] eius ab[53] monte Libano[54] usque ad Tiberiadis lacum extenditur.

21. In medio autem Iudaeae civitas Hierosolyma est, quasi umbilicus regionis terrae[55], variarum opum dives, frugibus fertilis, aquis illustris, opima balsamis. Unde secundum elementorum gratiam existimaverunt[56] Iudaei, eam[57] promissam patribus terram fluentem melle et lacte[58], cum hinc[59] Deus illis resurrectionis praerogativam polliceretur.

22. Samaria regio Palaestinae ab oppido quodam[60] nomen accepit, quod vocabatur Samaria, civitas quondam regalis in Israel, quae nunc ab Augusti nomine Sebastia nuncupatur. Haec regio inter Iudaeam et Gallilaeam media[61] iacet, incipiens a vico, cui nomen est Eleas, deficiens in terra Agrabato[62]. Situs eius natura consimili[63], nec ullo differens a Iudaea.

23. Gallilaea regio Palaestinae vocata, quod gignat candidiores homines, quam Palaestina. Haec autem duplex est, superior et inferior, sibi tamen connexae, Syriae et Phoeniciae adhaerentes. Terra earum optima[64] et ferax et fructibus satis foecunda.

24. Pentapolis regio in confinio Arabiae et Palaestinae sita. Dicta a quinque civitatibus impiorum, quae coelesti igne consumptae sunt: terra amplius ab Hierosolymis olim[65] uberrima, nunc autem deserta atque exusta. Nam pro scelere incolarum de coelo descendit ignis, qui regionem illam in cineres[66] aeternos dissolvit.

25. Cuius umbra quaedam et species in favillis et arboribus[67] ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis, ut edendi desiderium gignant. Si carpas fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque exhalant, quasi adhuc ardeant.

26. Nabathea regio a Nabath[68] filio Ismael nuncupata. Iacet autem inter Iudaeam et Arabiam, et surgens[69] ab Euphrate in mare rubrum porrigitur, et est pars Arabiae.

27. Aegyptus, quae[70] prius Aeria[71] dicebatur, ab Aegypto Danai fratre postea ibi regnante[72] nomen accepit. Haec ab oriente Syriae ac rubro mari[73] coniuncta, ab occasu Libyam

Z. Gu. 1. 2. va. — 36) *ab ortu* om. va. — 37) Sic Gu. 1. 2. pr. — *nomine suo* vulg. — 38) *Phoenicem* Z. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. — *Tyrus est* vulg. — 40) *Isaias* Z. Ar. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. — *Philistum* Z. — *Philistin* Ar. — *Philistinam* vulg. — 42) *nunc* om. al. — 43) *dicitur* om. Z. — 44) Sic Gu. 1. — *est nunc.* vulg. — 45) *Hiis* Gu. 1. — 46) *est* addidi e Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — *Chan. dicta est* (*est* om. Z. Gu. 1. 2. Ar.) *a filio Cham* al. — 48) *usque ad vic.* vulg., sed *ad* om. Gu. 1. — 49) *Iuviadem* va. — 50) *ac* Gu. 2. pr. va. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *hab. comm. est* vulg. — 52) *autem* om. Gu. 2. — 53) *ab* pro *a* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — *Libani* vulg. — 55) *totius terrae* pr. — 56) *aestim.* ed. Goth. Gu. 2. — 57) *eam* om. Z. — 58) Sic Gu. 1. 2. — *lacte et melle* vulg. — *lac et mel* al. va. — 59) *hic* Z. Gu. 1. al. — *Deus illis* pro *illis Deus* Gu. 1. — 60) *quondam* Gu. 1. — 61) *medio* Z. — 62) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *Acrabat* vulg. — 63) Sic Gu. 1. Ar. — *consimilis* vulg. — 64) Sic Gu. 1. al. — *opima* vulg. — 65) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *olim a Hier.* vulg. — 66) *et in cin.* Gu. 1. — 67) *in arb.* Gu. 2. va. — 68) *Nabeth* Z. Gu. 2. — *Nabaioth* Ar. pr. va. — 69) *exsurgens* Gu. 2. — 70) *qui* Z. Gu. 1. 2. — 71) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Aerea* vulg. — 72) *regn. ibi* va. — 73) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *mari rubro* vulg.

habet, a septentrione mare magnum, a meridie vero introrsus[1] recedit, pertendens[2] usque[3] Aethiopes[4], regio coeli imbribus insueta et pluviarum ignara.

28. Nilus solus eam circumfluens irrigat, et inundatione sua foecundat, unde et ferax frugibus multam partem terrarum frumento alit, caeterorum quoque[5] negotiorum adeo copiosa, ut impleat necessariis mercibus etiam orbem[6] terrarum. Finis[7] Aegypti Canopia[8] a Canope Menelai gubernatore sepulto in ea insula, quae Libyae principium et ostium Nili facit.

29. Seres oppidum orientis, a quo et genus Sericum et regio nuncupata est. Haec a Scythico[9] Oceano et mari Caspio ad Oceanum orientalem inflectitur, nobilibus frondibus fertilis[10], e quibus[11] vellera decerpuntur, quae caeterarum gentium[12] Seres ad usum vestium vendunt.

30. Bactriae regioni proprius amnis Bactrus[13] nomen[14] dedit. Partes huius[15], quae planae[16] sunt, pronis[17] iugis ambiuntur, quae adversae sunt, Indi fluvii fontibus terminantur. Reliqua includit Ochus fluvius. Mittit Bactria[18] fortissimos camelos nunquam atterentes pedes.

31. Scythia sicut et Gothia a Magog filio[19] Iaphet[20] fertur cognominata, cuius terra olim fuit ingens[21], nam ab oriente India, a septentrione per paludes Maeotides inter Danubium et Oceanum usque ad Germaniae fines porrigebatur. Postea vero minor effecta, a dextra orientis parte, qua Oceanus Syricus tenditur usque ad mare Caspium, quod est ad occasum, dehinc a meridie usque ad Caucasi iugum deducta est, cui subiacet Hircania, ab occasu habens[22] pariter multas gentes[23], propter terrarum[24] infoecunditatem late vagantes.

32. Ex quibus quaedam agros incolunt, quaedam portentuosae[25] ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. Scythiae plures terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen plures, nam dum in plerisque locis auro et gemmis affluunt[26], gryphorum immanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis[27] autem optimis haec patria est[28]. Cyaneus quoque lapis et crystallus purissimus Scythiae est. Habet et[29] flumina magna Moschorum[30], Phasiden atque Araxen.

33. Hyrcania dicta a silva Hyrcana, quae Scythiae subiacet, habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a septentrione Albaniam, ab occasu Iberiam. Est autem silvis[31] aspera, copiosa immanibus feris, tigribus pantherisque et[32] pardis: de qua Virgilius[33]:

Hyrcanaeque[34] *admorunt ubera tigres.*

34. Albania a colore populi dicta[35], eo quod albo crine nascuntur[36]. Haec ab oriente sub mari Caspio[37] surgens, per ora[38] Oceani septentrionalis usque ad Maeotides paludes per

1) *retrorsus* ed. Goth. — 2) *protend.* Z. — 3) Vulg. *usque ad*, sed *ad* om. Gu. 1. — 4) Sic Ar. — *Aethiopias* Gu. 1. — *Aethiopiam* vulg. — 5) *ceterorumque* Gu. 2. — 6) *omnem etiam orb.* vulg., sed *omnem* om. Z. Gu. 1.2. va. pr. — 7) *fines* Z. — 8) *Canopea* Z. va. Ar. — 9) *ab Sc.* Z. Gu. 2. va. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *fertil. frond.* vulg. — 11) *e quib.* pro *a quib.* Z. Gu. 1. 2. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar., qui add. *commercia abnuentes* e Solin. c. 43. — *ceteris gentibus* vulg. — 13) *Bactros* Z. — 14) Sic Gu. 1. — *vocabulum* vulg. — 15) Sic Z. Gu. 1. — *eius* vulg. — 16) *plenae* al. va. — *pone* Ar. — 17) Sic Gu. 1. var. lect. ap. Goth. — *propansis* vulg. — *Paropamisi iugis* Arev. e Solin. c. 62. — 18) *Bactria mittit* Gu. 2. — 19) *Sc. sic. Goth. et a Mag.* Gu. 1. — 20) *Geth.* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *ingens fuit* vulg. — 22) *habentes* Z. Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. — *gentes multas* vulg. — 24) *per petrarum* Z. — 25) *portentosae* Arev. — 26) Sic Gu. 1. — *affluant* vulg. — 27) *Zmaragdis* Gu. 2. — 28) *optimus huius patriae est* Z. — 29) *et* om. Z. — 30) Sic Arev. e Solin. c. 25. Plin. H. N. VI, 4. — *Oscoron* vulg. — *Oscorum* Z. Gu. 1. pr. — *Ascorum* Gu. 2. — 31) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *silva* vulg. — 32) *et* pro *ac* Z. Gu. 1. 2. — 33) Aen. IV, 367. — 34) *Hyrcanique* Z. — 35) Sic Gu. 1. — *nuncupata* vulg. — 36) Sic Gu. 1. al. — *nascantur* vulg. — 37) *sub mare Caspium* Arev. — 38) *oram* Ar. — 39) Sic Z. al. — *Hiis* Gu. 1. — *Huic* vulg. — 40) *etiam* addidi e Gu. 1. — 41) Sic

deserta et inculta extenditur. Huius[39] terrae canes ingentes sunt, tantaeque feritatis, ut etiam[40] tauros premant, leones perimant.

35. Armenia nuncupata ab Armeno[41] Iasonis Thessali comite, qui amisso rege[42] Iasone collecta[43] multitudine eius, quae passim vagabatur[44], Armeniam cepit, et ex suo nomine nuncupavit. Sita est autem[45] inter Taurum[46] et Caucasum a Cappadocia usque ad Caspium mare protensa, habens a septentrione[47] Ceraunios montes, e quibus[48] Tigris fluvius[49] nascitur, et in cuius montibus arca post diluvium sedisse[50] perhibetur. Duplex autem est[51] Armenia, superior et inferior, sicut duae Pannoniae.

36. Hiberia regio est Asiae[52], prope pontum Armeniae iuncta. In hac herbae tincturae[53] utiles nascuntur.

37. Cappadociam urbs propria nuncupavit[54]. Haec in capite Syriae sita[55], ab oriente Armeniam tangit, ab occasu Asiam minorem, ab aquilone mare Cimmericum[56]: et Themiscirios[57] campos, quos[58] habuere Amazones, a meridie vero Taurum montem, cui subiacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicium[59] sinum, qui spectat contra insulam Cyprum. Terra eius ante alias nutrix equorum. Halis amnis per eam fluit, qui quondam Lydiae regna disiunxit a Persis.

38. Asia minor ab oriente Cappadocia cingitur, ab aliis partibus undique[60] mari circumdatur. Nam a septentrione pontum Euxinum habet, ab occasu Propontidem, a meridie Aegyptium mare. Habet provincias Bithyniam, Phrygiam, Galatiam, Lydiam, Cariam, Pamphyliam, Isauriam[61], Lyciam atque Ciliciam.

39. Prima Asiae minoris Bithynia in Ponti exordio ad partem solis orientis[62], adversa Thraciae iacet, multis antea nominibus appellata. Nam prius Bebrycia[63] dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia nuncupata. Ipsa est et maior Phrygia[64]. Nicomedia in ea urbs est[65], ubi Hannibal fugiens haustu veneni[66] animam exspiravit[67].

40. Galatia dicta a priscis Gallorum gentibus, a quibus extitit occupata[68]. Nam Galli in auxilium a rege Bithyniae evocati, regnum cum eo patrata[69] victoria diviserunt, sicque deinde Graecis admixti, primum Gallograeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae dicuntur, et eorum regio Galatia nuncupatur[70].

41. Phrygia dicta a Phrygia Europis[71] filia. Haec et[72] Dardania ex[73] Dardano Iovis filio dicta. De quo Homerus ait:

Ar. pr. — *Armenio* Z. Gu. 1. 2. — *Armeo* vulg. — 42) *missus a rege* Z. — 43) *et collecta* Z. — 44) *passim quae vag.* va. — 45) *autem* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 46) *montem* add. Z. — 47) *septentrionali* Z. — 48) Sic Gu. 1. 2. — *e cuius collibus* vulg. — 49) *fluvius* addidi e Z. Gu. 1. va. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *resedisse* vulg. — 51) Sic Gu. 1. — *Dupl. est autem* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *Reg. As. est* vulg. — 53) *tinctoriae* Gu. 2. — 54) Sic Gu. 1. — *nominavit* vulg. — *proprie nomen habet* Z. — *proprium nomen habet* Gu. 2. — 55) *est sita* Z. — 56) *tangit* add. Gu. 2. — 57) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Hemiscir.* vulg. — *Hemiscericos* va. — 58) *quo* Gu. 1. Fortasse recte. Potest enim *habere* esse *habitare*, et *quo* significare *ubi*. — Gu. 2. *quo habuere se Am.* (sic).

— 59) Sic Ar. — *Cilicum* vulg. — *Cilicinum* Gu. 1. — *Cilicianum* al. — 60) *mari undique* Z. — 61) Vulg. *et Isaur. vel His.*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 62) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ad sol. or. part.* vulg. — 63) Sic Gu. 2. Ar. — *Bericia* vulg. — 64) *Phrygia* om. va. — 65) Sic Gu. 1. va. — *urbs in ea est* vulg. — *est* om. va. — 66) Sic Gu. 1. — Vulg. *veneni haustu*. — 67) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *exhalavit* vulg. — 68) *nuncupata* Gu. 2. — 69) Sic Z. Gu. 1. — *peracta* vulg. — *parta* al. — *pacta* Arev. — 70) *dicitur* Gu. 2. — 71) *Cicropis* Z. — *Aesopi* Arev. e Messal. Corvin. in libro de prog. Aug. — 72) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 73) *ex* pro *a* Gu. 1. Verba sunt Eusebii in Chron. Versus Homeri est δ.

Quem primum genuit coelesti Iupiter arce.

Hic enim profectus de Corito[1] civitate primus venit in Phrygiam. Est autem regio Troadi[2] superiecta ab Aquilonis parte Galatiae, a meridiana vicina est Lycaoniae, ab oriente Lydiae adhaeret, ab occidente Hellesponto mari terminatur. In hac regione[3] Troia est, quam ex suo nomine appellavit Tros, Troianorum rex, Ganymedis pater. Duae sunt autem Phrygiae, maior et minor. Maior Phrygia Smyrnam[4] habet, minor autem[5] Ilium, Lycaonia * [6].

42. Cariam Hermus fluvius discernit a Phrygia.

43. Lydia sedes antiqua regum, quam Pactoli unda extulit in divitias, torrentibus aureis[7]. Haec antea Maeonia dicebatur, quae dum pro brevitate duos fratres reges Lydum et Tyrrhenum ferre non posset, hinc[8] ex sorte[9] Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus loca Galliae[10] occupavit[11], et Tyrrheniam nominavit. Lydia autem a Lydo regis fratre, qui in provincia remanserat[12], cognominata est. Coniungitur autem[13] ab occidente minori Phrygiae, ab ortu Smyrnam urbem habet, quam Helles fluvius cingit, cuius campos Pactolus et Hermus circumfluunt, arenis[14] aureis ditissimi.

44. Pamphylia * [15]. Isauria ex situ loci cognominata fertur[16], quod undique aperta aurarum flatibus[17] pateat. Metropolim urbem Seleuciam habet.

45. Cilicia a Cilice quodam nomen traxit, quem ortum Phoenice dicunt, antiquioremque[18] Iove fuisse asserunt. Plurima iacet campis, recipiens[19] ab occiduo Lyciam, a meridie mare Issicum[20], a tergo montis Tauri iuga. Hanc Cydnus[21] amnis intersecat, habet matrem urbium[22] Tarsum. In ea et[23] Corycus[24] oppidum est, unde crocum[25] plurimum et optimum venit, spiramine flagrantius[26] et colore pulchrius[27] auro[28].

46. Lycia nuncupata, quod ab oriente adiuncta[29] sit Ciliciae. Nam habet ab ortu Ciliciam, ab occasu et meridie mare, a septentrione Cariam. Ibi[30] est mons Chimaera, qui nocturnis aestibus ignem exhalat: sicut in Sicilia Aetna et Vesuvius[31] in Campania.

CAP. IV. *De Europa.*

1. Post Asiam ad Europam stilum vertendum est[32]. Europa quippe[33] Agenoris regis Libyae filia fuit, quam Iupiter[34] ab Africa raptam Cretam[35] advexit, et tertiam partem orbis[36]

1) Sic Arev. — *Corintho* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Troadis* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *Huius regio* vulg. — 4) *Zmirnam* Z. et ita idem cod. semper pro *S* exhibet Z. — 5) *autem* pro *vero* Gu. 1. — 6) Recte Arev. lacunae signum posuit. Deest enim explanatio. Codd. Z. Gu. 1. coniungunt *Lyc. et Car.* — 7) *in torrent. aur.* va. — *regnorum* supra pro *regum* Z. Gu. 1. al. — et *quando* pro *quam* Z. — 8) *hinc* om. Ar. — 9) *ex parte* Gu. 1. — om. Z. — 10) *Italiae* Arev. e Serv. Aen. VIII. — *Urbis Agyllinae* etc. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *nuncupavit* vulg. — 12) *remansit* Gu. 2. — 13) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 14) *et arenis* Gu. 1. — 15) *Pamphylia* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar., sed cum eodem defectus signum posui. — 16) Sic Gu. 1. — *perhib. cognom* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *aurar. aperta* (quod om. Z.) *flat.* vulg. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *et ant.* vulg. — 19) *capiens* Gu. 2. — 20) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Ipersicum* Gu. 2. — *Persicum* vulg. — 21) Sic Arev. — *Cygnus* vulg. — 22) Sic Gu. 1. — *matr. urb. hab.* vulg. — 23) *et* om. va. — 24) Sic Arev. e Solin. de Cilicia. — *Coriscos* vulg. — *Corios* Z. — *Coriscus* Gu. 2. — 25) *croci* Z. — *unde et crocum* Gu. 2. va. — 26) Sic Ar. pr. va. — *flagrantior* vulg. — 27) Sic pr. va. al. — *pulchrior* vulg. — *plus* Z. Gu. 1. 2. Ar., quod mihi quidem nil nisi compendium vocabuli *pulchrius* videtur esse. — 28) *aureo* Ar. solus. — 29) *iuncta* va. — *adi. sit Cil.* Gu. 1. pro *adi. Cil. sit.* — 30) *ubi* Z. — *ubi est et mons* Gu. 2. va. — 31) Sic Ar. — *Vesevus* vulg. — *Vessulus* Z. Gu. 1. al. — *Vesenus* va. — *Ve solus* (sic) Gu. 2. — *Veselus* al. — 32) Sic Z. (*est* om.) Gu. 1. 2. — *stilus vertendus est* vulg. — *stilum vertimus* Arev. — 33) *quidem* Gu. 2. — 34) Sic Gu. 1. — *Iovis* vulg., quod non damno. — 35) *Creta* Ar. —

ex eius nomine appellavit. Iste est autem[37] Agenor Libyae filius, ex qua et Libya, id est Africa fertur cognominata. Unde[38] apparet Libyam prius[39] accepisse vocabulum, postea Europam.

2. Europa autem in tertiam orbis partem[40] divisa, incipit a flumine Tanai, descendens ad occasum[41] per septentrionalem Oceanum usque in[42] finem[43] Hispaniae, cuius pars orientalis et meridiana a Ponto consurgens, tota magno mari[44] coniungitur, et in insula Gade[45] finitur.

3. Prima pars[46] Europae regio Scythia inferior, quae a Maeotidis paludibus[47] incipiens, inter Danubium et Oceanum septentrionalem usque ad Germaniam porrigitur, quae terra generaliter propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, barbarica[48] dicitur. Huius pars prima Alania est, quae ad Maeotidas paludes pertingit. Post hanc Dacia, ubi et Gothia, deinde Germania, ubi plurimam partem Suevi incoluerunt.

4. Germania post Scythiam inferiorem a Danubio inter Rhenum fluvium et Oceanum[49] conclusa, cingitur a septentrione et occasu Oceano, ab ortu vero Danubio, a meridie Rheno flumine dirimitur. Haec[50] terra dives virorum[51] ac populis numerosis et immanibus[52]. Unde et propter foecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. Gignit aves Hyrcania[53] silva, quarum pennae nocte[54] perlucent. Bisontes[55] quoque feras[56] et uros[57] atque[58] alces parturit. Mittit et[59] gemmas, crystallum et succinum, callaicum[60] quoque viridem, et ceraunium candidum. Duae sunt autem Germaniae, superior iuxta septentrionalem Oceanum, inferior circa Rhenum.

5. Provincias[61] autem, quas Danubius a Barbarico ad mediterraneum mare[62] secludit[63], prima est Moesia[64], a messium proventu vocata. Unde et[65] eam veteres Cereris horreum nuncupabant. Haec autem ab oriente ostiis Danubii iungitur, ab Euro[66] Thraciae, a[67] meridie Macedoniae, ab occasu Histriae copulatur. Post Moesiam autem Pannonia est. Inde Noricus ager frigidus, et parcius fructuosus. Post quem Rheticus frugibus ferax[68], qui excipit Galliam Belgicam.

6. Thraciae Tyras[69] Iaphet filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alii a saevitia incolarum Thraciam[70] appellatam dixerunt. Huic ab oriente Propontis et urbs Constantinopolis opposita[71] est, a septentrione vero Ister obtenditur[72], a meridie autem[73] Aegaeo mari adhaeret, ab occasu Macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim Bessorum[74] populus Massagetae, Sarmatae, Scythae, et aliae plurimae nationes incoluerunt. Ampla est enim, ideoque plurimas continuit[75] gentes. Ebrum fluvium Thracia fundit, qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit.

36) *partem tertiam orbis* Gu. 2. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Iste autem est* vulg. — 38) *et* add. Gu. 2. va. — 39) Sic Gu. 1. — *prius Libyam* vulg. — 40) Hunc ord pro vulg. *in tert. part. orb.* exhibet Gu 1. sed ablativos exhibet pro accusativis. — *Europam... divisit* pro *Europa ... divisa* Z. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *ab occasu* vulg. — 42) *in* pro *ad* Z. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *fines* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *mari magno* vulg. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. — *in insulis Gadibus* vulg. — 46) *pars* addidi e Gu. 1. — 47) *Maeotide palude* Gu. 2. — 48) *barbaria* Arev. — 49) Sic Gu. 1. — *Oceanumque* vulg. — 50) *Haec* addidi e Gu. 1. — 51) Sic Gu 1. Ar. — *virium* vulg. — 52) *frequens* add. Arev. — 53) *hercinias* Gu. 1. — *Hircania* Z. Gu. 2. pr. va. — *hircinas* vulg. — *Hyrcania silva* Ar., quod recepi. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *noctu* vulg. — 55) *Iussotones* Z. — *Iusontes* Gu. 1. — *Visontas* pr. va. — 56) *feras quoque* Z. — 57) Sic Gu. 2. va. Ar. — *ursos* vulg — Cfr. Solin. c. 23 Plin. VIII, 15. — 58) *et* Z — 59) *Mittunt gemmas* Gu. 1. — *et* om. etiam Gu. 2. — 60) *Callaticum* Z. — *Callainum* al. — *Callacium* al. — 61) *Provinciarum* Ar. Quum omnes libri accusativum exhibeant, anacoluthon potius statuerim. — 62) *et a mediterraneo mari* Gu. 2. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. al va. — *seclusit* vulg. — 64) *Misia* Z. Gu. 2. al. va. Sic mox. — 65) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 66) *vero* add. vulg., om. Gu. 1. — 67) *Thracia ... Macedonia* Z. — 68) Sic Gu. 1. 2. — *ferax frug.* vulg. — 69) *Tyrath* Z — 70) *Thraciam a saev. inc. app.* Gu. 2. — 71) *subpos.* Z. — *appos.* Gu. 1. — 72) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — *obtendit* vulg. — 73) *autem* pro *vero* Gu. 1. — 74) *Belersorum* Z. — *Bersolium* Gu. 1. — *Pessorum* Gu. 2. — 75) *continet* Gu. 2. — Verba: *ideoque ... barbaror.* om. Z.

7. Graecia a Graeco rege vocata, qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem provinciae Graeciae VII, quarum prima ab occidente Dalmatia, inde Epirus, inde Hellas[1], inde Thessalia, inde Macedonia, inde Achaia, et duae in mari Creta et Cyclades. Illyricum[2] autem generaliter omnis Graecia est.

8. Dalmatia[3] a Delmi[4] maxima eiusdem provinciae civitate traxisse nomen existimatur. Adhaeret autem[5] ab oriente Macedoniae, a septentrione Moesiae[6], ab occasu Histria terminatur, a meridie vero Adriatico sinu clauditur.

9. Epirus a Pyrrho Achillis filio nuncupata[7], cuius pars Chaonia, quae ante[8] Molossia dicta est, a Molosso filio[9] Pyrrhi, quem de Andromacha[10] habuit. Sed postquam[11] occisus est Pyrrhus Orestis insidiis, Andromacham Helenus suscepit, tenuitque regnum[12] privigni, qui successerat patri, a quo Molossia dicta est[13] pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominavit, quasi ad solatium fratris extincti.

10. Hellas[14] dicta a rege Hellene[15] Deucalionis et Pyrrhae[16] filio, a quo et prius Graeci Hellenes nuncupati sunt[17]. Ipsa[18] est et Attica terra Acte[19] prius dicta. Nam Graius[20] quidam Graeciae fuit indigena[21], ex cuius filia Attis nomine Attica terra vocata est. Haec inter Macedoniam et Achaiam media iacet, Arcadiae a septentrionali parte coniuncta. Ipsa est et vera Graecia, ubi fuit Atheniensis[22] civitas mater liberalium literarum, et philosophorum nutrix, qua nihil Graecia habuit[23] clarius atque nobilius. In ea est et Marathonius campus opinione quondam praelii cruentissimus.

11. Helladis[24] autem duae sunt provinciae, Boeotia et Peloponensis[25].

Boeotia autem dicta ex causa hac[26]. Dum Cadmus filius Agenoris[27] Europam sororem a Iove raptam ex praecepto genitoris quaereret, nec reperiret, patris iram[28] formidans confirmato animo[29] elegit exilium[30]. Nam bovis forte conspectae[31] secutus vestigia, amplexus est sedem[32], ubi illa[33] recubaverat, sicque locum de nomine bovis Boeotiam nominavit, ubi et Thebas urbem construxit, in qua olim civilia bella detonuerunt, et[34] ubi nati sunt Apollo et Hercules maior ille Thebanus. Eadem est Aonia[35] vocata, a fonte quodam Apollini et Musis consecrato, qui in eadem Boeotia est.

Peloponensis[36] secunda pars Helladis a Pelope regnata atque vocata[37].

12. Thessalia a Thessalo rege cognominata[38], quae ad meridianam plagam[39] Macedoniae

1) *Elladas* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 2) *Illyricus* Z. Gu. 1. 2. al. va. — 3) *Dalmatia — existimatur* Z. Gu. 1. vulg. *Dalmatiam — existimant.* — 4) *a Delminio* Velius Longus apud Cassiodor. de Orthogr. — *Delim* Z. — 5) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 6) Sic Gu. 1. Ar. — *Misiae* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *cognominata* vulg. — 8) *antea* Z. — 9) *filio* om. Z. — 10) *Andromachia* bis Z. — 11) *post* Z. — 12) *regnum* om. Z. — 13) *est* addidi e Z. Gu. 1. pr. va. — 14) *Elladas* Gu. 1. 2. pr. — 15) *Ellatia* Z. — *Ellana* Gu. 2. — *hellena* pr. va. — 16) *Pyrrhi* Z. — 17) *nunc. a rege Hellene sunt* vulg., sed vv. *a reg. Hell.* om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 18) *Ipsa* et quae sequuntur usque ad finem articuli om. Z. — 19) Sic Ar. — *Atte* Gu. 1. 2. — *Atta* vulg. — 20) *Cranaus* Ar. — *Granus* Gu. 2. al. va. — 21) Sic Gu. 1. — *indig. fuit* vulg. — *prius Gr. ind. fuit* Gu. 2. va. — 22) *Athenas* Gu. 2. al. pr. va. — *Athenae* Ar. — 23) Sic Gu. 1. — *habuit Gr.* vulg. — 24) *Helladas* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 25) *Peloponnesus* Ar. — 26) Sic Gu. 1. — *hac ex causa* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *Agen. fil.* vulg. — 28) *iram* om. pr. — 29) *confirmato animo* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *exilium elegit* vulg. — 31) *conspecti* Z. — *conspecta* Gu. 2. — 32) *sedem est* Z. — 33) *illa* addidi e Gu. 1. va. Ar. — 34) *et* om. Gu. 2. — 35) *Ionia* Gu. 1. al. — *Eonia* Gu. 2. — 36) *Peloponnesus* Z. Ar. — *vero* add. Gu. 2. — 37) *a Pel. rege antiqua attice vocata* Gu. 1. — *a Pel. rege antiquo ita vocata* Z. — *a Pel. rege nata atque voc. est* Gu. 2. — *a Pel.*

coniuncta est, cuius a tergo Pieria est. Multa in Thessalia flumina et civitates et oppida[40], inter quae[41] praecipue Thessalonica est[42]. Ibi[43] est et mons Parnassus quondam Apollini consecratus. Thessalia patria Achillis, et origo Lapitharum fuit, de quibus fertur, quod hi[44] primo[45] equos frenis domuerunt[46], unde[47] et Centauri dicti sunt. In Thessalia primum solidi aurei facti sunt, domandorum quoque equorum usus primum repertus est.

13. Macedoniae in exordio[48] ab Emathio rege Emathiae[49] nomen erat[50], sed Macedo Deucalionis maternus nepos postquam ibi accepit principatum, mutavit vocabulum, Macedoniamque a suo nomine dixit. Est autem confinis ab oriente Aegaeo mari, a meridie Achaiae, ab occasu Dalmatiae, a septentrione Moesiae[51], patria Alexandri Magni, et regio aureis venis argentique opima[52]. Lapidem, quem paeantidem[53] vocant, ista gignit. Mons Olympus in ea est, qui excellenti vertice attollitur tantus[54], ut in cacumine eius nec nubes, nec venti sentiantur.

14. Achaia ab Achaeo rege et[55] urbs et provincia appellata. Haec pene insula est. Nam absque septentrionali parte, qua Macedoniae iungitur, undique septa est mari. Ab oriente enim Myrteum habet mare[56], ab Euro Creticum[57], a meridie[58] Ionium, ab Africo et occasu Cassiopas[59] insulas, a sola septentrionali parte Macedoniae, vel Atticae terrae adiungitur: huius caput est urbs Corinthus Graeciae decus. Inachus est Achaiae fluvius.

15. Arcadia[60] sinus est Achaiae[61], ut platani folium inter Ionium et Aegaeum[62] mare exposita, quam Arcas Iovis et Calistae filius, Pelasgis in ditionem[63] redactis, ex suo nomine Arcadiam nuncupavit. Ipsa est et Sicyonia a Sicyone rege, a quo et regnum Sicyoniorum[64] est dictum[65]. Habet autem Arcadia fluvium[66] magnum Erimanthum, Asbeston[67] quoque lapidem, qui semel accensus nunquam extinguitur. Candidissimae etiam merulae ibi nascuntur.

16. Lacedaemonia *[68]. Pannonia ab Alpibus Apenninis[69] est nuncupata, quibus ab Italia[70] secernitur[71], regio vero[72] fortis et solo laeta[73], duobus satis acribus fluviis a Dravo Savoque[74] vallata. Coniungitur[75] autem cum Norico et Rhaetia, habens ab oriente Moesiam[76], ab Euro Istriam, ab Africo vero Alpes Apenninas, ab occasu Galliam Belgicam, a septentrione Danubii fontem, vel limitem, qui Germaniam Galliamque secernit.

17. Istriam Ister amnis vocavit, qui eius terram influit. Ipse est[77] Danubius. Habet autem Istria a septentrione Pannoniam.

18. Italia olim a Graecis populis occupata, magna Graecia appellata est, deinde a regis nomine Saturnia, mox et Latium dicta, eo quod idem Saturnus[78] a Iove sedibus suis pulsus

regn. atque voc. est va. — 38) *nominata* Gu. 2. — 39) *a meridiana plaga* Gu. 2. Ar. — 40) Sic Gu. 1. — *flum. et opp.* vulg. — 41) *quas* Gu. 1. 2. — 42) Sic Gu. 1. — Vulg. *Thess. et Thebae.* — 43) Sic Gu. 1. va. — *Ibi est mons* vulg. — *ubi* Gu. 2. — *et Thebae et mons P.* Z. — 44) *hi* om. va. — 45) *primum* Z. Gu. 2. — 46) *domuerint* Z. pr. va. Ar. — 47) *Inde* va. — 48) *ab exordio* Z. — 49) *Emathia* Z. — 50) *Macedonia . . habebat* Z. — 51) Sic Ar. — *Misiae* vulg. — 52) *argentique* scripsi e Z. Gu. 1. 2. va. al. pr. — *optima* Gu. 1. 2. — *argenteisque* Ar. — 53) Sic Ar. — *beantem* Z. — *peaniten* Gu. 2. — *vel peantem vel pernicem* va. — *peoniten* al. ap. Goth. — *peroniten* Gu. 1. cum vulg. — 54) Sic Gu. 1. — *tantus* (*tantum* Z.) *attollitur* vulg. — 55) *et* om. Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. — *habet Myrt. mare* vulg. — 57) *Graecum* Z. al. — 58) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *et meridie* vulg. — 59) *Cephaloniam et Cassiopam* Ar. — 60) *vero* add. Z. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. 2. — *Achaiae est* vulg. — 62) *Aeg. et Ion.* Gu. 2. — 63) *in dedit.* va. — 64) *Siciniorum* Z. va. — 65) *dict. est* Z. — 66) *flumen* Gu. 2. — 67) *Abeston* Z. Gu. 2. va. — 68) *Lacedaemonia* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar., qui recte lacunae signum posuit. — 69) *Penninis* Z. Ar. — 70) *ab Italis* Z. — 71) *Lacedaemonia* add. va. — 72) *viro* Ar. — 73) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *solida* vulg. — 74) Sic Gu. 1. 2. (*a* om. cum va.) pr. va. — *fluv. Drabo Saboque* vulg. — 75) *Coniunguntur* — *habentes* Gu. 1. — 76) Sic Gu. 1. Ar. — *Misiam* vulg. — 77) *Ipse est et* va. — 78) *Saturnius* Ar.

ibi latuerit, postremo [1] ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est. Cuius situs longitudine amplius, quam latitudine a Circio in Eurum extenditur, a [2] meridie Tyrrheno mari, ab Aquilone Adriatico clauditur, ab occiduo Alpium finitur iugis [3], terra omnibus in rebus [4] pulcherrima, soli fertilitate, pabuli [5] ubertate gratissima.

19. Habet lacus Benacum [6], Avernum atque Lucrinum: fluvios [7] Eridanum et Tiberim, et tepentes fontibus Baias. Gignit gemmas Syrtitem [8], Lincurium [9] et corallium, Boam quoque [10] serpentem, lyncem feram, et Diomedias [11] aves. Italia autem et Hispania idcirco Hesperiae dictae, quod Graeci Hespero [12] stella navigent [13], et in Italia et in Hispania [14], quae duae [15] hac ratione discernuntur. Aut enim Hesperiam solam dicis, et significas Italiam, aut addis ultimam, et significas Hispaniam, quia in occidentis est fine [16].

20. Tuscia pars Italiae, Umbria vero pars Tusciae. Tuscia autem a frequentia sacrorum et [17] thuris vocata, ἀπὸ τοῦ θυάζειν [18].

21. Umbriam autem [19] historiae narrant, eo quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerit, et ob hoc Graece cognominata est [20]. Est enim in iugis Apennini montis sita, in parte Italiae iuxta meridiem.

22. Hetruria pars Italiae dicta, quod eius fines tendebantur [21] usque ad ripam Tiberis, quasi ἕτερος ὅρος [22]. Nam ἕτερος significat alter [23], ὅρος finis vocatur. Romae enim finis [24] antea unam tantum Tiberis tenebat ripam [25]. Alii Etruriam [26] ab Etrusco principe putant. Item et Tyrrhenia a Tyrrheno Lydi fratre, qui ex sorte cum populi parte de Maeonia venit ad Italiam. Haec est et Tuscia, sed Tusciam dicere non debemus, quia nusquam legimus. Tuscia autem a frequentia sacrificii et thuris dicta [27], ἀπὸ τοῦ θῦσαι [28]. Illic et aruspicinam dicunt esse repertam [29].

23. Apulia [30], ubi Brundusium [31], quam Aetoli secuti Diomedem ducem condiderunt.

24. Campania habet terras hieme [32] atque aestate vernantes. Sol ibi mitis, grata temperies [33], aer purus et blandus.

25. Gallia a candore populi nuncupata [34] est: γάλα enim [35] Graece lac dicitur. Montes enim et rigor coeli ab ea parte solis ardorem excludunt, quo fit, ut candor corporum [36] non coloretur. Hanc ab oriente Alpium iuga tuentur, ab occasu includit Oceanus [37], ab meridie [38] praerupta Pyrenaei, a septentrione Rheni fluenta atque Germania, cuius initium Belgica [39], finis [40] Aquitania [41], regio gleba uberi ac pabulosa, ad [42] usum animantium apta, fluminibus quoque et fontibus irrigua, perfusa duobus [43] magnis Rheno et Rhodano fluviis.

1) *postremum* Gu. 2. — 2) *a* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 3) Sic Z. Gu. 1. — *iugis fin.* vulg. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. — *in reb. omn.* vulg. — *in omn. reb.* pr. — 5) *solius pabuli* Z. — 6) *Ven.* Z. Gu. 2. pr. va. — 7) *fluvium* Gu. 2. — 8) Sic Ar. — *Serciten* vulg. — *Serticen* Z. — *bagas sertiten* Gu. 2. va. — 9) Sic Ar. — *Ligurium* vulg. — 10) *boamque* Gu. 1. — 11) *Diomedeas* Ar. — 12) *Vespero* Z. Gu. 2. — *stella quod Graeci Hesp.* Gu. 1. — 13) *navigant* Gu. 2. — 14) *in Italiam et in Hispaniam* Z. — *et Italia Ispania*, *quae hac rat.* etc. Gu. 2. — 15) Sic Z. Gu. 1. — *duaeque* vulg. — *quae hac rat.* Gu. 2. Ar. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *in fine occid. est* vulg. — 17) *vel* Z. — 18) ἀπὸ ζιζιν Z. — *apotou cizin* Gu. 1. — *tizin* Gu. 2. — *apozacizin* Gu. 3. — *apoczsiacizin* Gu. 4. Om. pr. va. Haud dubie legendum ἀπὸ τοῦ θῦσαι. Arev. ἀπὸ τοῦ θύειν. Aperte *apotu dice* infra est in Gu. 1. h. e. θῦσαι. — 19) *autem* pro *vero* Gu. 1. — 20) Sic Gu. 1. — *Umbria . . cognominata* vulg. — *Umbriam — cognominatam* Arev. — 21) *tenebantur* Gu. 2. — 22) *actopocopei* Z. — *aperocormom eteroc* Gu. 1. — *artecoroy* Gu. 3. — *aiterocoroi aiteroic* Gu. 4. — *atterocoroi* pr. — Om. va. — 23) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. al. — *significat* om. vulg. — 24) *fines* Z. Ar. — 25) Sic Gu. 1. — *ripam ten.* vulg. — *tenebant* Ar. — 26) *dictam* add. Z. al. pr. va. — 27) *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 28) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. Om. Z. pr. va. — Vulg. θύειν. — 29) *aruspicia . . reperta* Gu. 2. — *auruspicia* pr. va., quae *reperta* exhibet. — *aruspicia dicuntur reperta* al. — 30) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. pr. va. — 31) *Brundisium* Gu. 2. Ar. — *situm est* add.

26. Belgis autem civitas est Galliae, a qua[44] Belgica provincia dicta[45].
Cisalpina, quia citra Alpes.
Transalpina, id est trans Alpes, contra septentrionem.
Rhaetia vero, quod sit iuxta Rhenum.

27. Aquitania[46] ab obliquis aquis Ligeri[47] fluminis appellata, qui ex plurima parte terminus eius est[48], eamque pene in orbem[49] cingit.

28. Hispania prius ab Ibero amne Iberia nuncupata est[50]. Post[51] ab Hispano Hispania cognominata est[52]. Ipsa est et vera[53] Hesperia, a vespero[54] stella occidentali dicta. Sita est autem inter Africam et Galliam, a septentrione Pyrenaeis montibus clausa, a reliquis partibus undique mari conclusa, salubritate coeli aequalis, omnium frugum generibus foecunda, gemmarum, metallorumque copiis ditissima.

29. Interfluunt eam flumina[55], Baetis, Mineus, Iberus et Tagus aurum trahens, ut Pactolus. Habet provincias sex, Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Gallaeciam[56], Baeticam, et trans freta in regione Africae Tingitaniam[57].

30. Duae[58] sunt autem Hispaniae, citerior, quae in septentrionis[59] plagam a Pyrenaeo usque ad Carthaginem porrigitur, ulterior, quae in meridiem[60] a Celtiberis usque ad Gaditanum fretum extenditur. Citerior autem et ulterior dicta, quasi citra et ultra, sed citra, quasi[61] circa terram[62], et ultra, vel quod[63] ultima[64], vel quod non[65] sit post hanc ulla, hoc est alia terra.

CAP. V. *De Libya.*

1. Libya dicta, quod inde Libs flat, hoc est Africus. Alii aiunt Epaphum filium Iovis[66], qui Memphim[67] in[68] Aegypto condidit ex Cassiopa uxore procreasse filiam nomine[69] Libyam, quae postea in Africa regnum possedit. Ex cuius nomine[70] Libya terra[71] est appellata.

2. Africam autem inde nominatam quidam[72] existimant, quasi apricam, quod sit aperta[73] coelo, vel soli[74], et sine horrore frigoris[75]. Alii dicunt Africam appellari ab uno ex posteris Abrahae de Cethura, qui vocatus est Afer, de quo supra meminimus.

3. Incipit autem a finibus Aegypti pergens iuxta meridiem per Aethiopiam usque ad Athlantem montem. A septentrionali[76] parte mediterraneo mari coniuncta clauditur, et in Gaditano freto finitur, habens provincias Libyam Cyrenensem, Pentapolim, Tripolim, Byzantium[77],

vulg. — Om. Gu. 1. va. Al. om. §. 23. 24. indicatis tantum nominibus *Apulia. Camp.* — 32) *anni* add. Z. Gu. 2. al. pr. va. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *temp. grat.* vulg. — 34) *dicta* Gu. 2. — 35) *enim* om. Gu. 2. — 36) *corporis* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. — *Ocean. incl.* vulg. — *Oceano includitur* Gu. 2. — 38) *ab* pro *a* Gu. 1. — 39) *Belgicae* Z. — *Belgica Germania* pr. va. — 40) *fines* Z. — 41) *Germania* add. Gu. 2. — *est* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *est regio* Z. Gu. 2. — 42) *et ad* Z. al. pr. va. — 43) *duobus* om. Z. — 44) *a quo* Gu. 2. — 45) *est* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 46) *autem* add. vulg., sed om. Gu. 1. — 47) *Liguris* Z. — 48) *est* om. va. — 49) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *in orbe* vulg. — 50) *est* addidi e Gu. 1. — 51) *Post* pro *postea* Gu. 1. — 52) *est* om. Z. — 53) *vere* Ar. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *ab hespera* va. — *ab hesperia* vulg. — *ab hespero* Ar. — 55) *magna* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 56) Sic Ar. — *Galliciam* vulg. — 57) *Tingitanam* va. — 58) *autem* add. va. — *Duae sunt autem* Gu. 1. 2. Ar. — 59) Sic Z. Gu. 1. — *septentrionali* vulg. — *plagam* pro *plaga* Gu. 1. — 60) *a meridie* Gu. 2. — 61) *quod sit circa terr.* Z. — 62) *terram* pro *terra* Gu. 1. — *citra trans* Z. — 63) *sit* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 64) *ultra vel ultima* va. — 65) *non* om. Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. — *Iovis fil.* vulg. — 67) *Memphin* Gu. 1. — 68) *in* om. Z. — 69) *nomine* addidi e Gu. 1. — 70) Sic Gu. 1. — *Cuius ex nom.* vulg. — 71) Sic Gu. 1. — *terra Libya* vulg. — 72) Sic Gu. 1. — *nomin. quid. inde* vulg. — *inde* om. Gu. 2. — 73) *aperto* Gu. 1. al. va. — 74) *sole* al. pr. va. — 75) Lucan. cod. add. *Alii ab Afro, uno de nepotibus Cham.* — 76) *septentrionis* al. — *vero* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 77) *Byzacium* Arev.

Carthaginem, Numidiam, Mauritaniam Sitifensem[1], Mauritaniam Tingitanam[2], et circa solis ardorem Aethiopiam[3].

4. Libya Cyrenensis in partibus[4] Africae prima est, a Cyrene urbe metropoli, quae est in eius finibus, nuncupata. Hinc[5] ab oriente Aegyptus est, ab occasu Syrtes maiores et Troglodytae[6], a septentrione mare Libycum, a meridie Aethiopia et barbarorum variae nationes, et solitudines inaccessibiles, quae etiam basiliscos serpentes creant.

5. Pentapolis Graeca lingua a quinque urbibus nuncupata, id est[7] Berenice, Teuchira[8], Apollonia, Ptolemais[9], Cyrene, ex quibus Ptolemais et Berenice a regibus nominatae sunt. Est autem Pentapolis Libyae Cyrenensi adiuncta, et eius finibus[10] deputata.

6. Tripolitanam quoque provinciam Graeci lingua sua[11] signant[12] de numero trium magnarum urbium, Oeca[13], Sabratae[14], Leptis magnae[15]; haec habet[16] ab oriente Syrtes maiores et Troglodytas, a septentrione mare Adriaticum, ab occasu Byzacium[17], a meridie Getulos et Garamantes[18] usque ad Oceanum Aethiopicum pertendentes.

7. Byzacena[19] regio ex duobus nobilissimis oppidis[20] nomen sortita est, ex quibus unum Adrumetus[21] vocatur[22]. Haec[23] sub Tripoli est, patens passuum ducenta, vel amplius millia[24], foecunda oleis, et glebis ita praepinguis, ut iactata ibi semina[25] cum[26] incremento pene centesimo[27] frugis[28] renascantur.

8. Zeugis, ubi[29] Carthago magna[30]. Ipsa[31] et vera Africa inter Byzantium[32] et Numidiam sita, a septentrione mari Siculo iuncta, et a meridie[33] usque ad Getulorum regionem porrecta, cuius proxima quaeque frugifera sunt, ulteriora autem bestiis et serpentibus plena, atque onagris magnis in deserto vagantibus.

Getulia autem Africae pars mediterranea est.

9. Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata, quod nullam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertae et vagae sedes[34], Numidae[35] dicuntur. Incipit autem a flumine Ampsaga[36], in Zeugitanum limitem desinit[37], habens ab ortu Syrtes minores, a septentrione mare, quod tendit[38] Sardiniam, ab occasu Mauritaniam Sitifensem, a meridie Aethiopum gentes: regio campis praepinguis. Ubi autem est silvestris[39], feras educat[40], ubi iugis ardua, equos et onagros procreat, eximio etiam marmore praedicatur, quod Numidicum[41] dicitur. Habet autem[42] urbes praecipuas Hipponem Regium et Rusicadam[43].

10. Mauritania vocata a colore populorum. Graeci enim nigrum *μαῦρον* vocant. Sicut[44]

1) *Mauritaniam Caesariensem* add. vulg. — Om. Gu. 1. Ar. — *Maurit. Caes. Sitif.* va., deinde eadem edit. *Maurit.* ante *Tingit.* om. — 2) *Tingitaniam* Z. Gu. 1. va. — 3) *Aethiopiae* pr. — 4) Sic Gu. 1. al. — *in parte* vulg. — 5) *Huic* Gu. 2. Ar. — 6) *Trogoditae* ubique codd. — 7) *Cyrene* addit h. l. Arev. Gu. 1. post *Ptolem.* — 8) Sic Arev. e Ptolem. tab. 4. *Centria* vulg. — 9) *Ptolemaide* Ar. — 10) *et in eius fin.* Z. Gu. 2. Ar. — 11) *in ling. sua* Gu. 2. — 12) *signant* Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *design.* vulg. — *sign. et* Gu. 1. — 13) Sic Arev. e Solin. c. 30. — *Occa* vulg. — *Oca* Gu. 1. — *Ocaea* Z. — *Oesa* Gu. 2. — 14) Sic Ar. — *Tabracae* vulg. — *Tabrecae* Z. — *Subiete* Gu. 1. — *Tabrete* Gu. 2. — 15) *magna* Z. Gu. 1. 2. — 16) *habet* om. Gu. 1. — 17) *Byzacicum* Gu. 1. — *Byzacium* Ar. semper. — *Byzantium* vulg. — 18) *Caramantas* Gu. 2. pr. va. — 19) Sic Z. Gu. 1. Ar. var. lect. ap. Goth. — *Byzanzena* vulg. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *duabus — urbibus* vulg. et *una*, *altera.* — 21) *Adromet.* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 22) *altera* (*alterum* Ar.) *Byzantium* vulg. add., quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 23) *et* Z. — 24) *ducentorum milium vel amplius* Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. — *iacta ibi semina* Gu. 2. Ar. qui nominativum absolutum statuit, ut XII, 5, 41. — *iacto ibi semine* vulg. At si cum Gu. 1. scribimus, evanescit haec constructio. — 26) *cum* addidi e Z. Gu. 1. — 27) *centesima* pr. va., in quibus libris est *incrementa.* — 28) Sic Gu. 1. — *fruges* vulg. — *fruge* pr. — 29) *vero* pro *ubi* Gu. 1. — 30) *magna* om. Gu. 1. — *magna est* va. — 31) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 32) *Byza-*

enim Gallia a candore populi, ita Mauritania a nigro colore[15] nomen sortita est. Cuius prima provincia Mauritania Sitifensis est, quae Sitifi habuit[16] oppidum, a quo et vocabulum traxisse regio perhibetur.

11. Mauritania vero Caesariensis colonia Caesaria civitas fuit[17], et nomen provinciae ex ea datum. Utraeque igitur provinciae[18] sibi coniunctae ab oriente Numidiam habent, a septentrione mare magnum, ab occasu flumen Malvam, a meridie montem Astrixim, qui discernit inter foecundam terram et arenas iacentes usque ad Oceanum.

12. Mauritania Tingitania[19] a Tingi metropolitana huius provinciae civitate vocata est[50]. Haec ultima Africae exsurgit a montibus VII, habens ab oriente flumen Malvam, a septentrione fretum Gaditanum, ab occiduo Oceanum Athlanticum, a meridie Gaulalum gentes usque ad Oceanum hesperium pererrantes: regio gignens feras, simias, dracones et struthiones. Olim etiam et elephantis plena fuit, quos sola nunc India parturit.

13. Garamantis regionis caput Garama oppidum fuit. Est autem inter Cyrenensem et Aethiopiam, ubi est fons, qui friget[51] calore diei, et calet frigore noctis.

14. Aethiopia dicta a calore populorum, quos solis vicinitas torret. Denique vim sideris prodit hominum color, est enim ibi iugis aestus. Nam quicquid eius est, sub meridiano cardine[52] est. Circa occiduum autem montuosa est, arenosa in medio[53], ad orientalem vero plagam deserta: cuius situs ab occiduo Atlantis montis ad orientem usque ad[54] Aegypti fines porrigitur, a meridie Oceano, a septentrione Nilo flumine clauditur, plurimas habet[55] gentes, diverso vultu et monstruosa[56] specie horribiles.

15. Ferarum quoque et serpentium[57] referta est multitudine. Ibi[58] quippe Rhinoceros[59] bestia et camelopardus[60], et[61] basiliscus, dracones ingentes, ex quorum cerebro gemmae extrahuntur. Hacynthus quoque[62] et chrysoprassus ibi reperiuntur. Cinnamomum[63] ibi colligitur.

16. Duae sunt autem Aethiopiae, una circa ortum solis[64], altera[65] circa occasum in Mauritania.

17. Extra tres autem partes orbis quarta pars trans Oceanum[66] interior est in meridie[67], quae solis ardore incognita nobis est[68], in cuius finibus antipodes[69] fabulose[70] produntur inhabitare[71]. Proxima[72] autem[73] Hispaniae Mauritania est, deinde Numidia, inde regio Carthaginensis, post quae[74] Getuliam accipimus[75], postea[76] Aethiopiam, inde loca exusta solis ardoribus[77].

18. Sciendum sane, quod quaedam provinciae primum de nomine auctoris appellatae

cium Ar. — 33) *ad meridiem* Z. — 34) Sic Gu. 1. — *incertae sedes et vagae* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — *Numidiae* vulg. — *Numidia* Ar. — 36) Sic Arev. — *Amisiga* vulg. — *Amsiga* Gu. 2. — *Siga* Z. Gu. 1. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *et Zeugit.* — *desinit* (*definit* ed. Vulc.) vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *intendit* vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *silv. est* vulg. — 40) *educit* Z. — 41) *Numidium* Gu. 2. — 42) *autem* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 43) Sic Z. Ar. — *Susic.* vulg. — 44) *Sicut* usque ad fin. §. 12. om. Z. — 45) Sic Gu. 1. — *nigredine* vulg. — *nigrore* Gu. 2. — 46) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *habet* vulg. — 47) Sic Ar. — *coloniae*, *Caesariae civ. fuit* vulg. — *Caesareae* Gu. 2. al. — *civitatis* Gu. 1. al. — 48) *provinciae* add. Gu. 1. 2. al. va. goth. mss. Tolet. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *Tingitana* vulg. — 50) *est* addidi e Gu. 1. 2. va. — 51) *riget* Ar. — 52) *meridiana plaga* Z. — 53) *in medio arenosa* Gu. 2. — 54) *ad* pro *in* Gu. 1. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *habens* vulg. — 56) *monstrosa* Ar. — 57) *serpentum* va. — 58) *Illic* Gu. 2. Ar. — 59) *Rhinocerota* Z. Gu. 1. 2. va. — 60) *camelopardalis* Ar. — *camelus quoque et pardus* Z. — 61) *et* addidi e Gu. 1. — 62) *quoque* om. Gu. 1. — 63) *quoque* add. Z. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. — *solis ort.* vulg. — 65) *alia* Z. — 66) *Oceano* Z. — 67) *a meridie* Gu. 2. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. — *nobis inc. est* vulg. — 69) *Antipodas* Gu. 1. 2. al. — *Antipoda* Z. — 70) *fabulose* om. Z. — 71) Sic Gu. 1. — *inh. prod.* vulg. — *habit.* va. — 72) *Proximo* Gu. 2. — 73) *autem* om. Z. — 74) *post quam* Z. Gu. 1. al. va. — 75) *accep.* Arev. — 76) *post eum* va. — 77) *ardore* Z. Gu. 2.

sunt, postea a provincia gentis nomen factum est[1]. Nam ab Italo Italia, et rursus[2] ab Italia Italus[3], et sic utimur ipso nomine[4] gentis, quomodo fuit ipsum nomen auctoris, unde derivatum est nomen provinciae. Ex quo accidit, ex uno homine nominari et civitatem et regionem[5] et gentem.

19. Provinciae autem ex causa vocabulum acceperunt. Principatus namque gentium, qui ad alios reges[6] pertinebant, cum in ius suum Romani vincendo redigerent, procul positas regiones provincias appellaverunt. Patria autem vocata, quod communis sit omnium, qui in ea nati sunt.

20. Terram autem significari, ut praediximus, elementum[7], terras autem[8] singulas partes, ut Africa, Italia. Eadem[9] et loca. Nam loca et terrae spacia in orbe terrarum multas in se continent provincias, sicut in corpore locus est pars una, multa continens membra in se[10]: sicut et domus, multa in se habens[11] cubicula: sic terrae[12] et loca dicuntur terrarum spacia, quorum partes sunt provinciae, sicut in Asia Phrygia, in Gallia Rhaetia, in Hispania Baetica.

21. Nam Asia locus est, provincia Asiae Phrygia, Troia regio Phrygiae, Ilium civitas Troiae. Iterum[13] regiones partes sunt provinciarum, quas vulgus conventus vocat, sicut in Phrygia Troia, sicut in Gallaecia[14] Cantabria, Asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est, cuius partes territoria sunt.

22. Territorium autem vocatum, quasi tauritorium[15], tritum bobus[16] et aratro. Antiqui enim sulco ducto et[17] possessionum et territoriorum limites designabant.

CAP. VI. *De insulis.*

1. Insulae dictae, quod in salo sint, id est in mari. Ex iis quoque[18] notissimae et maximae, quas plurimi veterum solerti studio indagaverunt, notandae sunt.

2. Britannia Oceani insula interfuso mari toto orbe divisa, a vocabulo suae[19] gentis[20] cognominata. Haec adversa[21] Galliarum parte ad prospectum Hispaniae sita est, circuitus eius quadragies octies septuaginta quinque milia[22], multa et magna flumina in ea, fontes calidi, metallorum varia[23] copia. Gagates lapis ibi plurimus et margaritae.

3. Thanatos insula Oceani freto Gallico a Britannia est, aestuario tenui[24] separata, frumentariis campis et gleba uberi. Dicta autem Thanatos a morte serpentum, quos dum ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gentium vecta sit[25], angues illico perimit[26].

4. Thyle[27] ultima insula Oceani inter[28] septentrionalem et occidentalem plagam ultra

1) Sic Gu. 1. — *est fact.* vulg. Om. *nomen est fact.* Z. — 2) *rursum* Gu. 2. — 3) *Itali* va. — *Italos* Z. — 4) *ipsa nomina* Z. — 5) *et provinciam* Z. — 6) *alios ad reges* va. — *ad reges al.* Gu. 2. — 7) *significare praediximus elem.* Ar. va. — 8) *autem* pro *vero* Gu. 1. — 9) *Easdem* Gu. 1. — *Eademque et* Z. — 10) Sic Gu. 1. — *in se cont.* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *continens* vulg. Om. va. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *terra* vulg. — *sicut et* Z. — 13) Sic Gu. 1. — *Item* vulg. — 14) Sic Ar. — *Gallitia* vulg. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. ed. Goth. — *tauriterium* vulg. — 16) *bubus* Z. Gu. 2. pr. va. — 17) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 18) *quae* Gu. 1. — *quaeque* va. al. — 19) *suo* va. — 20) *gens* va. — 21) *Haec in aversa* Ar. — 22) *miliaria* Z. — 23) Vulg. *larga et varia*, sed *larga et* om. Gu. 1. — 24) Sic Ar. e Solin. de Britann. — Vulg. *varia*, *tenuis*, *sep.* — *vario* Z. — 25) *fuerit* Z. — 26) *perimitur* Gu. 2. — 27) *Thule* Ar. — 28) *in* Z. — 29) *solstitium* om. Gu. 2. — 30) Sic Gu. 1. — *dies est* vulg. — 31) *intra* Z. al. — *inter* Gu. 1. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *octoginta* vulg. Vide Mel. I. III. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *duodecim* vulg. — 34) *et* addidi e Z. Gu. 1. — 35) *Scotica* Gu. 2. — 36) *idem* Z. Gu. 1. 2. — 37) *a* Z. — 38) Sic Z. Gu. 1. — *nullus* vulg. — 39) *deserunt* Z. — 40) *Gadis* Z. Gu. 1. — 41) *finibus* Z. — 42) *est* addidi e Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1. — *Europam ab Africa* vulg. — 44) *unde et* Gu. 1. — 45)

Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea aestivum solstitium[29] sol facit, et nullus ultra eam est dies[30]. Unde et pigrum et concretum est eius mare.

5. Orchades insulae Oceani ultra[31] Britanniam positae numero triginta[32] tres, quarum viginti[33] desertae sunt, et[34] tredecim coluntur.

6. Scotia[35] eadem[36] et Hibernia proxima Britanniae insula, spacio terrarum angustior, sed situ foecundior. Haec ab Africo in Boream porrigitur: cuius partes priores Hiberiam et Cantabricum Oceanum intendunt, unde et Ibernia dicta. Scotia autem, quod ab[37] Scotorum gentibus colitur, appellata. Illic nulla[38] anguis, avis rara, apis nulla, adeo ut advectos inde pulveres, seu lapillos si quis alibi sparserit inter alvearia, examina favos deserant[39].

7. Gades[40] insula in fine[41] Baeticae provinciae sita est[42], quae dirimit Africam ab Europa[43], in qua Herculis columnae visuntur, et unde[44] Tyrrheni maris faucibus Oceani aestus immittuntur[45]. Est autem a continenti terra centum viginti passibus divisa, quam Tyrii a rubro profecti mari[46] occupantes in[47] lingua sua Gadir[48], id est septam[49] nominaverunt, pro eo quod circumsepta sit mari. Nascitur in ea arbor similis palmae, cuius gummis[50] infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

8. Fortunatarum[51] insulae vocabulo[52] significant ferre omnia[53] bona[54], quasi felices et beatae fructuum ubertate. Suapte enim[55] natura pretiosarum[56] poma silvarum parturiunt. Fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur. Ad herbarum vicem[57] messis et olus vulgo est. Unde[58] gentilium error et secularium[59] carmina poetarum propter soli foecunditatem easdem esse paradisum putaverunt. Sitae sunt[60] in Oceano contra laevam Mauritaniae, occiduo proximae, et inter se interiecto mari discretae.

9. Gorgades[61] insulae Oceani obversae promontorio, quod vocatur Hespuceras[62], quas incoluerunt Gorgones foeminae aliti[63] pernicitate, hirsuto[64] et aspero corpore, et ex his[65] insulae cognominatae. Distant autem a[66] continenti terra[67] bidui navigatione[68].

10. Hesperidum insulae vocatae a civitate Hesperide, quae fuit in fine[69] Mauritaniae. Sunt autem[70] ultra Gorgadas[71] sitae sub Atlanticum[72] littus in intimis maris sinibus, in quarum hortis fingunt fabulae draconem pervigilem aurea mala servantem. Fertur ibi[73] in mari[74] aestuarium adeo sinuosis[75] lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos imitetur.

11. Chryse et Argyre insulae in Indico Oceano[76] sitae, adeo foecundae copia metallorum[77], ut plerique eas auream superficiem et argenteam habere prodiderint, unde et vocabula sortitae sunt.

Sic Gu. 1. — *immittitur* vulg. — 46) Sic Z. Gu. 1. — *mare* vulg. — 47) *in* om. Gu. 2. — 48) Sic Ar. — *Gades* vulg. — *Gadis* Z. Gu. 1. 2. — 49) *sepem* Ar. — 50) Sic Gu. 1. — *gummi* vulg. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Fortunatae* vulg. — 52) *suo* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 53) Sic Gu. 1., nisi quod cum Arev. scripsi *ferre* pro *fere* e Serv. ad Aen. V. *Elysiumque colo* etc. — *omnia fere* vulg. — 54) *bona* om. pr. — 55) Sic Ar. — *sua enim apte* vulg. — 56) *pretiosa* Gu. 2. — 57) *vices* Z. — 58) *unde et* va. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *secularia* vulg. — 60) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *Sitae autem sunt* Z. — 61) Sic Gu. 2. Ar. — *Gorgodes* vulg. — *Gorgondes* pr. — *Gorgonides* Z. — 62) *Fracerus vel Hesperacerus* Z. — *Hesperacerus* Gu. 1. — *Speracerus* Gu. 2. — 63) *alitis* Z. — *alati sunt* Gu. 2. — *alati* Gu. 1. — 64) *hirsutae* Z. — 65) *his* pro *iis* Z. Gu. 1. — *et* om. Ar. — 66) *a* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 67) Sic Z. Gu. 2. Ar. — *tria* vulg. — 68) *biduae navigationis* Gu. 2. — 69) *finibus* Z. al. — 70) *autem* pro *enim* Gu. 1. — 71) Sic Gu. 2. Ar. — *Gorgonidas* Z. — *Gorgones* vulg. — 72) Sic Z. Gu. 1. — *Athlanteum* vulg. — 73) Vulg. add. *esse*, quod om. Gu. 1. 2. — *e* exhibet Z. — 74) Sic Gu. 1. — *hiemari* Gu. 2. — *maris* vulg. — 75) *simitosis* Z. — *tortuosis* pr. — 76) *Oceano* om. Gu. 2. — 77) *metall. cop.* va.

12. Taprobana insula Indiae subiacens ad Eurum[1], ex quo[2] Oceanus Indicus incipit, patens in longitudine octingentis septuaginta quinque millibus passuum, in latitudine sexcentis[3] XXV millibus[4]. Scinditur[5] amni[6] interfluo, tota margaritis repleta et gemmis. Pars eius bestiis et elephantis repleta est[7], partem vero homines tenent. In hac insula dicunt in uno anno duas esse aestates et duas hiemes, et bis floribus vernare locum[8].

13. Tylos[9] insula[10] Indiae, virens omni tempore folia[11]. Hucusque Oceani insulae[12].

14. Item insulae[13], quae ab Hellesponto usque ad[14] Gades in mari magno sunt constitutae[15].

Cyprus insula a civitate Cypro, quae in ea est, nomen accepit, ipsa est et Paphos[16] Veneri consecrata in Carpathio mari, vicina Austro, famosa quondam[17] divitiis, et maxime aeris. Ibi enim prima huius metalli inventio et utilitas fuit.

15. Creta Graeciae insula[18] pars est ingens[19] contra Peloponnensem[20]. Haec primum[21] a temperie coeli Macaronesum[22] appellata est, deinde Creta dicta a Crete quodam indigena, quem aiunt unum Curetum[23] fuisse, a quibus Iupiter ibi[24] absconditus est et[25] nutritus. Est autem insula Graeciae[26] inter ortum et occasum longissimo tractu porrecta, a septentrione Graeciae aestibus, ab Austro Aegyptiis undis perfusa. Fuit[27] autem quondam centum urbibus nobilis, unde et haec[28] Hecatompolis[29] dicta[30].

16. Prima etiam[31] remis[32] et sagittis claruit, prima literis iura fixit[33], equestres turmas prima[34] docuit. Studium musicum ab Idaeis dactylis in ea coeptum, capris copiosa, cervis eget[35], lupos et vulpes aliaque ferarum noxia nusquam gignit, serpens nulla ibi[36], nulla noctua[37], et si inveniatur[38], statim emoritur[39]. Larga est autem vitibus et arboribus. Dyctamnus[40] herba in Creta[41] nascitur et Alimus[42], quae admorsa diurnam famem prohibet. Phalangos autem venenatos gignit et lapidem, qui Idaeus dactylus dicitur.

17. Abydos insula in Europa[43] super Hellespontum posita, angusto[44] et periculoso mari separata, et[45] Ἄβυδος Graece dicta, quod sit[46] introitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex[47] navibus fecit, et in Graeciam transiit.

18. Coos insula adiacens provinciae Atticae, in qua Hippocrates medicus natus est, quae ut Varro testis est, arte lanificii prima in ornamento[48] foeminarum inclaruit.

1) *ab Euro* Gu. 2. — 2) *ex qua* Gu. 2. Ar. — 3) *sexcenta . . millia* Z. Gu. 2. al. pr. va. — 4) *stadiorum* add. vulg. — Om. Gu. 1. Ar. — 5) *Cingitur* Gu. 1. — *Scind. autem* Z. Gu. 2. — 6) Sic. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *amne* vulg. — 7) *repl. et gemmis* Gu. 1. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. — *locum vern. flor.* vulg. — 9) Sic Gu. 1. Ar. — *tile* pr. — *utilis* Gu. 2. — *Thiles* Z. — *Telos* vulg. — 10) *est* add. vulg., quod om. Z. Gu. 1. — 11) Sic Gu. 2. *virens — folia habet* ex interpretatione Gu. 1. — *Folia, ae* sequior aetas dixit, unde apud Italos hodie quoque *foglia*, apud Hispanos *hoia* dicitur. — *virens — foliis* Z. — *ferens — folia* vulg. — Solin. c. 65. *nunquam caret folio*, unde Arev. coniecit *virens — folio*. — 12) Sic Z. Gu. 1. — *ins. Oc.* vulg. — 13) *Oceanae* add. pr. — 14) *ad* om. va. — 15) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *const. sunt* vulg. — 16) *Paphon* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 17) *quidem* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. pr. va. — *ins. Gr.* vulg. — 19) Sic Ar. — *iungens* vulg. — *iuncta* Gu. 2. — *insula* om. Ar. — 20) *Peloponnesum* Ar. — 21) *primo* Gu. 2. — 22) *sive μακάρων νῆσος* add. vulg., quae om. Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. Ar. — 23) Sic Ar. — *Cretarum* vulg. Vide Solin. c. 16. — 24) *ibi lup.* Z. — 25) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *absconsus* Gu. 2. — *nutritus* pro *enutritus* Gu. 1. — 26) *Cretae* Gu. 2. — 27) *Fuit autem* usque ad finem §. om. cod. Zittav. — 28) *haec* om. Gu. 2. Ar. — 29) *Centropolis* Gu. 1. — *Centopolis* pr. va. — 30) *est* add. vulg. Om. Gu. 1. — 31) *haec insula* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 32) *remigis* va. — 33) Sic Ar. — *finxit* vulg. — *litis iura* va. — 34) *prima* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 35) *cervos agitat* Gu. 1. — An *cervos eget?* — 36) Sic Gu. 1. — *ibi nulla* Gu. 2. —

19. Cyclades insulae antiquitus[49] Graeciae fuerunt, quas inde Cyclades autumant dictas[50], quod, licet spaciis longioribus a Delo proiectae, in orbem[51] tamen circa telum sitae sint. Nam orbem *κύκλον* Graeci[52] loquuntur. Quidam vero, non quod in orbem digestae[53], sed propter scopulos, qui circa easdem[54] sunt, dictas putant Cyclades.

20. Hae in Hellesponto inter Aegaeum et Maleum[55] mare constitutae circumdantur etiam pelago Myrtoo[56]. Sunt autem[57] numero quinquaginta tres, tendentes a septentrione in meridiem milia quingenta[58], ab oriente in occasum milia[59] ducenta, metropolis earum Rhodus.

21. Delos insula in medio Cycladum sita. Et dicta Delos fertur, quod post diluvium, quod Ogygi[60] temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, ante omnes terras radiis solis illuminata est, sortitaque ex eo nomen, quod prima manifestata fuisset[61] visibus[62]. Nam *δῆλον* Graeci manifestum dicunt. Ipsa est et Ortygia, eo quod ibi primum[63] visae sunt coturnices aves, quas Graeci *ὄρτυγας* vocant. In hac insula Latona enixa est Apollinem et Dianam. Delos autem et civitas dicitur et insula.

22. Rhodos[64] Cycladum prima ab oriente, in qua rosae capitolium dicitur esse inventum, dum ibi civitas conderetur, ex quo et urbs et insula Rhodos est appellata. In hac urbe Solis Colossus fuit aereus LXX cubitorum altitudine. Fuerunt[65] et alii centum numero in eadem insula Colossi minores[66].

23. Tenedos una ex Cycladibus ad septentrionem[67] sita[68], in qua olim civitas a Tene quodam[69] condita est. Unde nomen urbis illius, vel potius insulae fuit. Nam Tenes iste infamatus, quod[70] cum noverca sua concubuisset[71], fugiens[72], hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit. Unde et[73] Tenedos[74] dicta est: sic[75] Cicero[76]: *Tenen ipsum*[77], *cuius ex nomine Tenedos nominatur*[78].

24. Carpathos[79] una ex Cycladibus a[80] meridie posita contra Aegyptum, a qua Carpathium mare appellatum est, vocata propter celerem fructuum maturitatem. Est enim inter Aegyptum et Rhodum. Ex hac insula dicuntur et Carpasinae[81] naves magnae et spaciosae.

25. Cytherea[82] insula una ex Cycladibus a parte occidua sita, cuius Porphyris antea nomen fuit. Cytherea autem vocata, quod ibi Venus sit orta[83].

26. Icaria insula una de Cycladibus, quae Icario[84] mari nomen dedit. Haec inter

ibi nullus vulg. — 37) Sic Gu. 1. (*nociva*) 2. Ar. — *nulla noctua* vulg. — 38) *invehatur* va. — 39) Sic Gu. 1. 2. al. — *moritur* vulg. — 40) *Dictamnos* Gu. 1. — *Dictamus* Gu. 2. — 41) *in Creta* om. va. — 42) *Alimos* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 43) *est in Eur.* Z. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *angustior* vulg. — 45) *et* om. Ar. — 46) *sit* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 47) *de* Gu. 2. — 48) *in ornamentum* Ar. — 49) *primum* Z. — 50) *dictas* om. Z. — 51) *in orbe* Gu. 2. — 52) *Graii* Ar. va. — 53) *sunt* add. Gu. 2. — *sint* va. — 54) Sic Gu. 1. — *eandem* vulg. — 55) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Malelum* vulg. — *Mattheum* Z. var. lect. ap. Goth. — 56) *Myrtoo* Ar. — *Mirteo* vulg. — 57) *omnes* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 58) *quinquaginta* Gu. 1. — *miliaria q.* Z. al. — 59) *miliaria* Z. al. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *Ogygii* vulg. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *sit* vulg. — 62) *in vis.* Gu. 2. — *humanis* add. al. va. — 63) Sic Gu. 1. — *prim. ibi* vulg. — 64) *Rhodus* Z. — 65) *autem* add. Z. — 66) *col. in ead. ins. min.* Gu. 2. — 67) *a septentrione* Z. Gu. 1. 2. — 68) *insula* add. va. — 69) *quodam* om. Z. — 70) *vel quod* vulg., sed *vel* om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 71) *incubuisset* Gu. 1. — 72) *et fug.* Z. — Vulg. *fugiens in hanc ins.*, sed *in* om. Gu. 1. Ar. — *in ins. hanc* exhibet Z. — 73) *et* om. Z. — 74) *insula* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. — 75) *sicut* Z. — 76) Cic. I. Verr. c. 19. init. — 77) *appellant* add. Z. — 78) *nominamus* Gu. 1. — 79) *Carphatus* Gu. 1. — 80) *in* ed. Goth. — 81) *Carphasine* Gu. 1. — *Carpasiae* vulg. — 82) *Cythera* Ar. — 83) Sic Gu. 1. Ar. — *orta sit* vulg. — 84) *Icaro* pr. — *ex* pro *de* Z. Gu. 2.

Samum et Myconum[1] procurrentibus saxis inhospitalis est, et nullis sinibus portuosa[2]. Dicitur autem Icarum Cretensem ibi naufragio interisse[3], et de exitu hominis impositum nomen loco.

27. Naxos[4] insula a Dionysio dicta[5], quasi Dionaxos[6], quod fertilitate vitium vincat caeteras; est autem a Delo decem et octo[7] millia passuum separata, ex qua et Iovis olim[8] fertur adversus Titanas fuisse profectus.

28. Melos ex numero Cycladum, una omnium insularum rotundissima, unde et nuncupata[9].

29. Historia dicit ex Iasone natum fuisse Philomelum et Plutum, ex Philomelo Pareantum genitum, qui de suo nomine Paron[10] insulam et oppidum appellavit; prius autem Minoia, deinde Paros dicta. De qua Virgilius[11]:

Niveumque[12] *Paron.*

Gignit enim marmor candidissimum, quod Parium dicunt. Mittit et Sardan[13] lapidem marmoribus quidem praestantiorem, et inter gemmas vilissimum.

30. Chios[14] insula Syra[15] lingua appellatur, eo quod ibi mastix gignitur. Syri enim masticem Chio[16] vocant.

31. Samos[17] insula est mari[18] Aegaeo, ubi nata est Iuno, ex qua fuit Sibylla Samia, et Pythagoras Samius[19], a quo[20] philosophiae nomen inventum est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur[21]. Unde et vasa Samia appellata sunt.

32. Sicilia a Sicano rege Sicania cognominata est, deinde a Siculo Itali fratre Sicilia. Prius autem Trinacria dicta propter tria ἄκρα, id est promontoria, Pelorum, Pachinum et Lilybaeum. Trinacria enim Graecum est, quod Latine triquadra[22] dicitur, quasi in tres quadras divisa. Haec ab Italia exiguo freto discreta, Africum mare prospectans, terris frugifera, auro abundans, cavernis tamen et fistulis penetrabilis, ventisque et sulphure plena. Unde et ibi Aetnae montis incendia extant[23]: in cuius freto Scilla est et Charybdis, quibus navigia aut sorbentur[24], aut colliduntur.

33. Fuit autem patria quondam[25] Cyclopum, et postea nutrix tyrannorum, frugum fertilis, ac primum terris omnibus commissis seminibus aratro proscissa. Principem urbium Syracusas habet, fontem Arethusam et Alphaeum fluvium magnorum generatorem[26] equorum. In ea insula primum est inventa[27] comoedia.

34. Achaten lapidem ipsa primum ex Achate flumine dedit[28]. Parturit et mare eius corallium[29] gignit[30] et sales Agrigentinos in igne solubiles, in aquis crepitantes[31]. Omnis ambi-

1) Sic Ar. — *Miconium* vulg. — 2) *est* add. Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. pr. — *interiisse* vulg. — 4) *Naxon* Gu. 1. 2. pr. va. — 5) *antea Dionysius dicta* Ar. e Solin. — 6) *Dionaxon* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 7) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *novendecim* vulg. — *decem et novem* Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. — *ex qua olim Iovis* vulg. — 9) *nuncupatam* Z. — 10) *Parean* va. et mox *Paraon*. — 11) Aen. III, 125. — 12) Sic Gu. 1. va. Ar. — *Niveumque* vulg. — 13) *Sardium* Z. al. pr. va. — *Sardum* Gu. 1. — *Sardam* Ar. — 14) *Chio* Ar. — *Cion* Z. Gu. 1. pr. va. — 15) *quae Syra* al. — 16) *Icion* Z. — *Cion* Gu. 1. — 17) *Samo* Z. Gu. 2. va. — 18) *in mari* pr. — 19) *Samius* om. Gu. 2. — 20) *ex quo* Gu. 2. — 21) *perhibentur* Gu. 2. — 22) Sic Z. Gu. 1. al. pr. va. — *triquetra* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — *extant inc.* vulg. — 24) Sic Gu. 1. — *sorbuntur* Gu. 2. — *absorbentur* vulg. — *absorbuntur* pr. — 25) Sic Gu. 1. — *quond. patr.* vulg. — 26) *generatorem* om. Z. — 27) *inventa* om. Z. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *edidit* vulg. — 29) Sic Gu. 1. va. Ar. — *corallum* vulg. — 30) *mittit* Z. — 31) Sic Gu. 1. — *crep. in aq.* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — *trium* vulg. — *tribus milibus* Ar. — 33) Sic Gu. 1. — *dicit Ital.*

tus eius clauditur stadiorum quinque[32] milium. Salustius autem Italiae dicit[33] coniunctam fuisse Siciliam[34], sed medium spacium impetu maris divisum et per angustiam scissum.

35. Tapsus est insula stadiis decem a Sicilia remota iacens et planior, unde et nuncupata: de qua Virgilius[35]:

Tapsumque iacentem.

36. Aeoliae insulae Siciliae appellatae ab Aeolo Hippotae filio, quem poetae finxerunt regem fuisse ventorum, sed ut Varro dicit, fuit rector[36] istarum insularum, et quia ex earum nebulis et fumo futuros praedicebat[37] flatus ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse. Eaedem insulae et Vulcaniae vocantur, quod et[38] ipsae sicut Aetna ardeant.

37. Sunt autem novem habentes propria nomina, quarum primam Liparus quidam Liparem vocavit, qui eam ante Aeolum rexit. Altera Hiera vocatur[39], quod sit collibus eminentissimis, reliquae vero, id est Strongyle, Didyme, Ericusa, Hephaestias[40], Phaenicusa, Euonymos, Ericodes, Phaenicodes, quae[41] quoniam[42] nocte ardent[43], Aeoliae, sive Vulcaniae dicuntur. Ex his[44] quaedam ab initio non fuerunt, quaedam postea mari editae usque nunc[45] permanent.

38. Stoechades insulae Massiliensium sexaginta milium spatio a continenti terra[46] in fronte[47] Narbonensis provinciae, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictae autem Stoechades Graece[48], quasi opere in ordinem[49] sint positae.

39. Sardus[50] Hercule procreatus cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam occupavit, et ex suo vocabulo insulae[51] nomen dedit. Haec in Africo mari facie vestigii humani, in oriente quam in occidente[52] latior prominet, ferme paribus lateribus, quae in meridiem et septentrionem vertunt[53], ex quo ante commercium a navigantibus Graecorum ἴχνος appellata[54].

40. Terra patet in longitudine milia CXL, in[55] latitudine XL. In ea neque serpens gignitur, neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi[56] non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quae hominibus rictus contrahit, et quasi ridentes interimit. Fontes habet calidos Sardinia[57], infirmis medelam praebentes, furibus caecitatem, si sacramento dato oculos aquis[58] eius tetigerint.

41. Corsicae insulae exordium incolae Ligures dederunt[59], appellantes eam ex nomine ducis. Nam quaedam Corsa nomine Ligur[60] mulier, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, transnatare solitum, atque per intervalla[61] corpore aucto remeare videret, cupiens scire[62] incognita sibi pabula, taurum a caeteris digredientem[63] usque ad insulam navigio prosecuta[64] est. Cuius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus ibi profecti sunt[65], eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt.

vulg. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *coni. Sic. fuisse* vulg. — 35) Aen. III, 389. — Supra *est* post *Tapsus* addidi e Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. — *rector fuit* vulg. — 37) *praedicabat* Z. Gu. 1. — 38) *et* om. Z. Gu. 2. — 39) Scilicet, quia ἱερὸν etiam pro magno a Graecis ponitur — 40) Hoc addidi e codd. et editt. vett. — *Festia Fenicusa* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 41) *quae* om. Z. Gu. 1. — 42) *cum* Z. — 43) *ardentes* Gu. 1. — 44) Sic Z. Gu. 1. — *iis* vulg. — 45) *usque ad nunc* Z. Gu. 2. — 46) *terra* add. Z. Gu. 1. — 47) *frontem* Z. — 48) Sic Gu. 1. — *Graece Stoech.* vulg. — *Graece* om. Z. — 49) *ordine* Z. va. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Sardis* vulg. — 51) *insulae* om. Z. — 52) *in orientem, quam* (*in* add. Gu. 1.) *occidentem* Z. Ar. — 53) *vertitur* Z. — *vertit* Gu. 2. — 54) *est* add. vulg. — om. Gu. 1. — 55) *in* addidi e Gu. 1. 2. — 56) Sic Gu. 1. (*venenumque*) — *Ven. ibi quoque* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — *Sard. cal.* vulg. — 58) Sic Gu. 1. al. ap. Goth. — *aquae* vulg. — *aquae oculos* Gu. 2. — 59) *nomen dederunt* Gu. 2. — 60) Sic Ar. — *Ligurum* va. — *Ligus* vulg. — — 61) *atque intervallum* Z. — 62) *scire cup.* Z. — 63) *egred.* Gu. 1. — 64) *persec.* Gu. 1. — 65) *prosecuti sunt* Gu. 2.

42. Haec autem insula Graece *Κύρνη* dicitur, a Cyrno Herculis filio habitata, de qua Virgilius:

Cyrneas[1] *Taxos.*

Dividitur autem a Sardinia XX milium[2] freto, cincta Ligustici[3] aequoris sinu ad prospectum Italiae. Est autem multis promontoriis angulosa, gignens laetissima pabula et lapidem, quem[4] Catochiten Graeci vocant.

43. Ebosus[5] insula Hispaniae dicta, quod a Zanio[6] non procul sit, quasi ebozos[7]. Nam LXX stadiis ab ea distat: cuius terram serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria, quae referta est anguibus.

44. Baleares insulae Hispaniae duae sunt, Aphrosiade et Gymnasie[8], maior et minor. Unde et eas vulgus Maioricam et Minoricam nuncupant. In his[9] primum insulis inventa est funda, qua[10] lapides emittuntur, unde et Baleares dictae, *βάλλειν* enim Graece mittere[11] dicitur, unde et ballista quasi missa, et fundibalum[12]. Virgilius:

Balearis verbera[13] *fundae.*

CAP. VII. *De Promontoriis.*

1. Commune est[11] insulis, ut promineant. Inde[15] et loca earum promontoria dicuntur. Sic Salustius de Sardinia: *In Oriente quam in Occidente latior prominet*[16].

2. Sigeum promontorium Asiae, ubi Hellespontus apertius dilatatur. Dictum autem Sigeum propter Herculis taciturnitatem, quia prohibitus hospitio a Laomedonte Troianorum rege, simulavit abscessum, et inde contra Troiam cum silentio venit, quod dicitur *σιγή*.

3. Maleum promontorium Graeciae, quod intrat in[17] mare, et per milia quinquaginta protenditur, ubi unda ita saeva est, ut persequi[18] navigantes videatur. Hoc autem promontorium a Maleo rege Argivorum nomen accepit.

4. Pelorum promontorium Siciliae respiciens Aquilonem[19], secundum Salustium dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto.

5. Pachinum promontorium Siciliae, Austrum spectans ab aeris crassitudine dictum. Nam *παχὺς*[20] est pinguis et crassus. Austro enim perflatur.

6. Lilybaeum promontorium Siciliae, Solis occasum intendens, vocatum ab eiusdem nominis civitate[21], quae ibi sita est[22].

7. Borion[23] promontorium Numidiae vocatum, eo quod Aquilonem[21] intendat. Hoc[25] Hippo[26] regium postea dictum, pro eo, quod sit[27] aequore interruptum.

1) Sic Ar. e Virg. Ecl. IX, 30. — *Cirnea* vulg. — *Sic tua cirineas fugiant examina taxos* Gu. 1. — *Cyrnea* Gu. 2. pr. va. — 2) *milibus* Gu. 2. va. — 3) *Ligusti* va. — 4) *quam* Gu. 1. — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Ebolus* vulg. — 6) Sic Ar. — *Zama* Z. — *Zonio* Gu. 2. pr. va. — *zonis* vulg. — 7) *ebozus* Gu. 1. — *Eozus* Z. — *abozos* Gu. 2. — 8) Sic Ar, — *Aphrosiades et Gymnasides* vulg. — *Aphronsiades* Gu. 1. — *Gennasidae* Gu. 1. — *Generasides* va. — 9) *his* pro *iis* Z. Gu. 1. 2. — 10) *quibus* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *emittere* vulg. — 12) Sic Z. Ar. — *fundibulum* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *verbere* vulg. Locus est ap. Virg. Georg. I, 309. — 14) *autem* add. va. — 15) *Unde* Gu. 2. — 16) *in orientem . . occidentem* Z. Gu. 2. Ar. Ordo est e Gu. 1. — Vulg. *in or. lat. prom. quam in* (om. *in* Gu. 2.) *occ.* — 17) *in* addidi e Gu. 1. — 18) Sic Gu. 1. va. Ar. — *prosequi* vulg. — 19) Vulg. *ad aquil.*, sed *ad* om. Gu. 1. al. va. — 20) Om. *παχὺς* pr. va. — 21) Sic Gu. 1. Ar. — *nomine civitatis* vulg. — 22) Sic Z. Gu. 1. — Vulg. *est sita.* — 23) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *Boreon* Z. — *Borio* vulg. — 24) *ad aq.* Gu. 2. — 25) *Hoc* om. Z. — 26) Sic Gu.1. — *Hippone* vulg. — *Hipponem* Ar. — 27) *sit* om. Z. — 28) Sic Ar. — *Calpis* vulg. — 29) *maxime* Gu. 1. — 30) *per — varietatem* Gu. 1. —

8. Calpe[28] Hispaniae promontorium.

CAP. VIII. *De caeteris terrae vocabulis.*

1. Montes sunt tumores terrarum altissimi dicti, quod sint eminentes. Quidam autem propriis ex causis vocati sunt, ex quibus notandi sunt, qui opinione maximi[29] celebrantur.

2. Mons Caucasus ab India usque ad Taurum porrectus, pro[30] gentium et[31] linguarum varietate quoquo versum vadit, diversis nominibus nuncupatur. Ubi autem ad orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem, pro nivium candore[32] Caucasus nuncupatur. Nam orientali lingua Caucasum[33] significat candidum[34], id est nivibus densissimis candidantem[35]. Unde et eum Scythae, qui eidem monti iunguntur, croacasim[36] vocaverunt. Croacasim[37] enim apud eos candor, sive nix dicitur.

3. Mons Taurus idem vocatur a plerisque[38], qui et Caucasus.

4. Libanus mons Phoenicum altissimus, cuius nomen[39] meminerunt prophetae, dictus a thure, quia ibi colligitur: cuius ea pars, quae est super eum ad orientalem plagam respiciens, Antilibanus appellatur, id est contra Libanum.

5. Ararath mons Armeniae[40], in quo arcam historiae[41] post diluvium sedisse[42] testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum eius[43] videntur[44] vestigia.

6. Acroceraunii montes propter altitudinem et fulminum iactus[45] vocati sunt. Graece enim fulmen κεραυνὸς[46] dicitur. Sunt autem inter Armeniam et Iberiam, incipientes a portis Caspiis usque ad fontem Tigridis fluvii.

7. Hyperborei montes Scythiae dicti, quod supra, id est ultra eos flat Boreas[47].

8. Riphaei montes in capite Germaniae[48] sunt a perpetuo ventorum flatu nuncupati[49]. Nam ῥιφὴ Graece impetus et ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν[50].

9. Olympus mons Macedoniae nimium praecelsus, ita ut sub illo nubes esse dicantur. De quo Virgilius[51]:

Nubes excessit[52] *Olympus.*

Dictus autem Olympus, quasi Ololampus[53], id est quasi coelum[54]. Hic mons Macedoniam dividit[55] a Thracia.

10. Athos mons Macedoniae, et ipse altior nubibus, tantoque sublimis, ut in Lemnum[56] umbra eius pertendat[57], quae[58] ab eo LXXVII[59] millibus separatur.

31) *ac Z.* Gu. 2. Ar. — 32) Sic Gu. 1. al. — *pro candore nivium Z.* — *propter niv. candorem* vulg. — 33) *Caucasus* va. — 34) *cand. sign.* Gu. 2. — 35) *candicantem* Gu. 2. pr. — 36) hoc add. Gu. 1. pr. va. Ar. — *caucasim* Gu. 3. — *craucasum* Z. — 37) *craucasum Z.* — *creoacasim* Gu 1. — *craacasim* Gu. 2. — *croacasim* Gu. 4. — *Casim* vulg. — *vocaverunt* om. Z. — 38) Sic Gu. 1. — Vulg. *a plerisque idem vocatur.* — 39) *nomen* addidi e Gu. 1. — 40) *Mons Arm. Ararath* Gu. 2. — 41) *historiographi* Gu. 2. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *resedisse* vulg. — 43) *eius* om. Gu. 1. — 44) *esse* add. Gu. 1. — 45) *ictus* Gu. 1. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — κεραυνὸς *fulmen* vulg. — — 47) *Boreus* Gu. 2. — 48) *Germaniae* om. pr. — 49) Sic Gu. 1. — *nominati* vulg. — 50) Graeca om. pr. va. — 51) Locus est Lucan. II, 271. non Virgilii. Inclusit vv. — *De quo Luc. Nub. exc. Ol.* Arev. — 52) *excedit* Ar. e Lucan. — 53) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Ar. ὅλος λαμπρὸς vulg. — 54) *id est quasi coelum* inclusit Arev. — *quasi* om. Z. — 55) *div. Maced.* Z. va. — 56) *Lemno* Gu. 2. pr. — 57) *umbrae* — *pertendant* Gu. 2. — *pertendatur* al. — 58) *qui* Z. — 59) *septuaginta septem* Gu. 1. LXXVI. vulg.

11. Parnassus mons[1] Thessaliae, iuxta Boeotiam, qui gemino[2] vertice est erectus[3] in coelum. Hic in duo finditur iuga Cyrrham et Nisa[4], unde et nuncupatus[5], eo quod in singulis iugis colebantur[6] Apollo et Liber. Haec iuga a duobus fratribus Cythaeron et Helicon appellantur. Nam Helicon dictus ab Helicone fratre Cythaeronis.

12. Item Ceraunii sunt montes Epiri, a crebris dicti fulminibus. Graece enim κεραυνὸς fulmen[7] dicitur.

13. Apenninus mons appellatus, quasi Alpes Poeninae[8], quia Hannibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit, unde et Virgilius[9]:

Alpes immittet[10] apertas.

Has enim Hannibal post bella Hispaniae aceto rupit. Iuvenalis[11]:

Et montem rupit aceto.

Et inde loca ipsa, quae rupit, Apenninae[12] Alpes vocantur.

14. Mons Aetna ex igne et sulphure dictus[13], unde et Gehenna. Constat autem hunc ab ea parte, qua Eurus et[14] Africus flat[15], habere speluncas plenas sulphuris, et[16] usque ad mare deductas, quae speluncae recipientes in se fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure, unde fit[17], quod videtur incendium.

15. Pirenaeus et ipse a crebris fulminum ignibus nuncupatur[18]. Graece enim ignis πῦρ[19] vocatur[20]. Iste est, qui inter Galliam atque[21] Hispaniam quasi de industria munimentum interiacet.

16. Solurius[22] a singularitate dicitur, quod omnibus Hispaniae montibus solus altior videatur, sive quod oriente sole ante radius eius in eo, quam ipse cernitur[23].

17. Calpe[24] mons in ultimis finibus Oceani, qui dirimit Europam ab Africa, quem dicunt Atlantis finem esse[25], de quo Lucanus[26]:

Hesperiam[27] Calpem, summumque implerit Atlantem.

Atlas frater Promethei[28] fuit et rex Africae, a quo astrologiae artem prius[29] dicunt excogitatam, ideoque dictus est sustinuisse coelum. Ob eruditionem igitur disciplinae[30] et scientiam coeli nomen eius in montem Africae derivatum est[31], qui nunc Atlas cognominatur, qui propter altitudinem suam quasi coeli machinam atque astra sustentare videtur.

18. Alpes autem proprie montes Galliae[32] sunt, de quibus Virgilius[33]:

Aerias Alpes.

Et dicendo aerias, verbum expressit a verbo. Nam Gallorum lingua alpes montes alti vocantur. Hae sunt[34], quae[35] Italiae[36] murorum exhibent vicem.

1) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 2) *vi gemino* (sic) Gu. 1. — 3) *et erectus* Gu. 1. — 4) Accusativos pro nominativis exhibet Arev. — 5) *nuncupatur* Gu. 2. — 6) *colebatur* Z. — 7) Sic Gu. 1. — *fulm. κεραυν.* vulg. — 8) *Penicae* Z. Gu. 2. al. va. — 9) Aen. X, 13. — 10) Sic Gu. 1. Ar. — *immittit* vulg. — 11) Sat. X, 153. — *ut Iuv. ait* Z. — 12) *Penninae* Arev. — 13) *dicitur* Gu. 2. — 14) *vel Afr.* Z. — 15) *flant* va. — 16) *et* om. Gu. 2. — 17) *est* Z. — 18) *nuncupatur* Z. Gu. 1. 2. — Vulg. *nuncupatus.* — 19) *ippoe ignis* Z. — 20) *dicitur* Z. — 21) *et* Z. — 22) *Solorius* Arev. — *Solarius* va. — *Solubrius* Z. — 23) Sic Gu. 1. — *cernatur* vulg. — 24) Sic Ar. — *Calpes* vulg. — 25) Sic Gu. 1. — *Athlant. fin. esse dic.* vulg. — 26) Lucan. I, 555. — 27) *Hesperium* Corte ap. Lucan. — *Hesperiae* va. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Prometh. frat.* vulg. — 29) *primum* al. — 30) *eius* add. vulg. — Om Gu. 1. — 31) *est* om. Gu. 2. — 32) *Galliae* Z. om. — 33) Georg. III, 474. — 34) *enim* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 35) *qui* Gu. 2. — 36) *in Italia* Gu. 2. — 37) Sic Gu. 1. — *iungantur* vulg. — 38) *nulla* om. Z. — 39) *enim* add. pr. va. — 40) *est* om. Gu. 1. — 41) Sic Gu. 1. — *brev. sit* vulg. — 42) *pedibus* om. Z. — 43) *mons* Gu. 2. — 44) *et* om. Gu. 2. — 45) *Graece* Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Graeci* vulg. — 46)

19. Colles sunt praeminentiora iuga montium, quasi colla.

20. Iuga autem montium ex eo appellata sunt, quod propinquitate sui iunguntur[37].

21. Tumulus est mons brevis, quasi tumens tellus. Item tumulus terra congesta, ubi nulla[38] memoria est.

22. Valles[39] sunt humilia loca, quasi vulsa. Hinc et convalles depressa loca terrarum inter montes.

23. Campus est[40] terrarum planities. Dictus autem campus, quod sit brevis[41] pedibus[42], nec erectus, ut montes[43], sed patens et spacio suo porrectus et iacens, unde et[44] Graece πεδίον dicitur. Sumpsit autem nomen ex Graeca etymologia, χαμαὶ enim Graeci[45] breve[46] dicunt.

24. Solum est omne, quod sustinet, a soliditate dictum scilicet, unde et de mari Virgilius[47]:

Subtrahiturque solum.

25. Saltus sunt vasta et silvestria loca, ubi arbores exiliunt[48] in altum.

26. Fauces sunt aditus angustorum locorum[49] inter arduos montes, loca[50] angusta et brevia, dicta a faucium similitudine, quasi foces.

27. Confrages loca, in quae[51] undique venti currunt, ac sese[52] frangunt, ut Naevius ait:

In móntes ubi vénti frangebánt locum.

28. Scabra sunt loca situ aspera. Unde et scabies dicitur, a corporis asperitate.

29. Lustra obscura latibula ferarum et luporum cubilia sunt, unde et lupanaria lustra dicuntur, per contrarium scilicet[53], quia parum[54] lustrantur[55].

30. Lucus est locus densis arboribus septus, soli lucem detrahens. Potest et a collucendo[56] crebris luminibus dici, quae[57] ibi[58] propter Gentilium religionem cultumque[59] fiebant.

31. Deserta vocata, quod[60] non seruntur, et ideo quasi deseruntur, ut sunt loca silvarum et montium, contraria uberrimarum terrarum, quae sunt[61] uberrimae glebae.

32. Devia sunt loca secreta et abdita, quasi extra viam. Ipsa sunt et invia. Inde[62] et aviaria secreta loca, et a via remota, aut tantum avibus adibilia[63]. Unde est illud[64]:

Inculta rubent aviaria baccis[65].

33. Amoena loca dicta Varro ait[66], eo quod solum amorem praestant[67], et ad amanda[68] alliciant. Verrius Flaccus, quod sine munere sint[69], nec quicquam in[70] his officii[71], quasi amunia, id est[72] sine fructu, unde fructus nullus[73] exsolvitur. Inde[74] etiam nihil praestantes immunes dicuntur[75].

Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — *humi* vulg. — Vide supra lib. XII. in voc. *Camel.* et infra XX, 11. in *Cama.* — 47) *ait* add. vulg., quod om. Gu. 1. — Locus est Aen. V, 199. — 48) *exiliuntur* Z. — 49) Sic Z. Gu. 1. — *ang. loc. aditus* vulg. — 50) *locata* Z. — *inter duos montes* Ar. — 51) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *in qua* vulg. — 52) Sic Z. Gu. 1. — *saxa* vulg. — 53) Sic Gu. 1. — *videlicet* vulg. — 54) *pariter* Z. — 55) *illustrantur* Gu. 2. pr. va. Ar. — 56) *a condendo et a coll.* Z. — 57) *quia* Gu. 2. — 58) *ibi* om. Z. — 59) *Gentiliumque cultum* Z. — *gentil. relig.* pro *relig. gent.* Gu. 1. — *gentium cultus* Gu. 2. — 60) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 61) *sunt* om. Gu. 1. — 62) *deinde* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. — *adib. avib.* vulg. — 64) Virgil. Ge. II, 430. — 65) *bacis* Z. Gu. 2. pr. — 66) Sic Gu. 1. — *Varro dicta ait* vulg. — *Verrius Flaccus* Arev. e Serv. ad Aen. VI. *Amoena vireta.* — Infra Arev. *Varro.* — 67) Sic Gu. 1. — *praestent* vulg. — 68) Vulg. *ad se am.*, sed pron. om. Gu. 1. — *illic.* Z. — 69) *sint* pro *sunt* Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. — 70) *in* om. Z. Gu. 2. va. — 71) *officia* Z. pr. va. — 72) *id est* pro *hoc est* Gu. 1. — 73) Sic Gu. 1. — *nullus fructus* vulg. — 74) *unde* Gu. 1. 2. — 75) Sic Gu. 1. — *vocantur* vulg.

34. Aprica loca, quae sole gaudent, quasi *ἄνευ φρίκης*, id est sine frigore, sive quod sint aperta coelo[1].

35. Opaca vero loca, quasi operta[2] coelo, aprico contraria.

36. Lubricum dici[3] locum ab eo, quod[4] ibi quis labitur, et lubricum dicitur, non quod labitur, sed in quo labitur.

37. Aestiva sunt loca umbrosa, quibus[5] per aestatem vitant pecora solis ardorem. Statius[6]:

Et umbrosi patuere aestiva Lycaei.

38. Navalia sunt loca, ubi naves fabricantur. Hoc et textrinum vocatur.

39. Statio est, ubi ad tempus stant naves; portus, ubi hiemant; importunum autem, in quo nullum refugium, quasi nullus portus[7].

40. Portus autem locus est ab accessu ventorum remotus, ubi hiberna opponere solent. Et[8] portus dictus a deportandis commerciis[9]. Hunc veteres a baiulandis mercibus vocabant baias[10], illa declinatione a baia baias, ut a familia familias[11].

41. Litus est terra aquae et mari vicina. Et dictum litus, quia fluctu[12] eliditur, vel quod aqua alluitur[13]. Cicero in Topicis[14]: *Litus est, quo*[15] *fluctus eludit*[16].

42. Circumluvium locus, quem[17] aqua circumluit. Alluvium consumptio riparum ex aquis.

Margo est pars cuiuslibet loci, utputa maris, unde et nomen accepit.

Maritima quasi maris intima.

43. Ostia ab ingressu et exitu fluminis dicta in mari.

Continens[18] perpetua terra, nec ullo mari discreta, quem Graeci ἤπειρον vocant.

CAP. IX. *De inferioribus terrae.*

1. Specus est fossa sub terra, quae perspici[19] potest. Σπήλαια Graece, spelunca Latine.

2. Spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus, quae[20] Graeci[21] *χαρωνεῖα* appellant, vel Acherontea[22]. Etiam Varro spiraculum dicit huiuscemodi locum, et spiracula ex eo dicuntur loca, qua[23] terra spiritum edit.

3. Hiatus[24] praeruptio terrae profunda, quasi itus[25]. Proprie autem hiatus est omnis[26] oris apertio, translata a feris, quarum aviditas oris adapertione[27] monstratur.

1) *Aprica loca, quae sine frigore, sive quod sint aperto coelo, quae sole gaudent, quasi ανεφρικης.* Gu. 1. — *sunt* Gu. 2. — *aperta* suspicatur Arev. Graeca om. pr. va. — 2) *operto* ed. Goth. Z. Gu. 2. — 3) *constat* add. vulg. Om. Z. Gu. 1. Inclusit Arev. — *dicitur locus* Gu. 2. — 4) *ab eo, quod* om. Gu. 2. sed pro *ibi* exhibet *ubi* — *ibi* om. Z. — 5) *in quibus* Z. Ar. — 6) *unde Statius* Z. Locus Statii est Theb. I, 363. — 7) Hanc §. addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. Variae lectt. sunt hae: *est* add. pr. va. post *nullum* et *refrigerium* pro *refug.* exhibet va., *ubi* pro *in quo* Arev. — 8) *et* om. Z. — 9) *mercibus* Z. Gu. 2. ed. Goth. — 10) Sic Gu. 1. — *baias voc.* vulg. — 11) *illa decl. . . famil.* om. Gu. 2. — 12) *fluctibus* Gu. 2. — 13) *alluit* Gu. 2. — 14) Cic. Top. 7, 32. Cfr. Isidor. II, 29, 8. Definitio autem non ipsius Ciceronis est, sed Aquilii. — 15) *quod* vitiose ed. Goth. Vulc. et Gu. 1. — *quae* Z. — *a qua* Gu. 2. Gu. 3. *Litus est qua fluctu eliditur, vel quod aqua adluitur.* — Gu. 4. pr. al. *Litus est aqua, qua fluctus eludit.* — *quo* scripsi secundum priorem Isidori locum. — *qua* Arev. — 16) Sic Gu. 1. 2. 4. va. Ar. — *elidit* pr. al. — *alludit* vulg. — *allidit* al. — 17) *quod* Gu. 1. — 18) *est* add. Gu. 1. — *Confines* pro *Continens* pr. — 19) Sic Z. Ar. — *prospici* vulg. — 20) Sic Arev. — *quem* vulg. — 21) *Graece* Gu. 2. — 22) *Acherontem* Z. — *Aceronta* Gu. 2. — *ancheronteam* va. — 23) *quibus* Z. — 24) *iactus* Z. — 25) Sic Ar. — *hitus* va. — *hiatus* vulg. — 26) Sic Z. Arev. — *hominis* vulg. — 27) *adap.oris* Gu. 2. — 28) Virg. Aen. I, 62. — 29) *mare* Z. Gu. 1. 2. pr. — 30) *terra* Z. Gu. 1. 2. pr. — 31) *dicta* add. Gu. 2. va. — 32) Sic Gu. 1. 2. — *inferorum* vulg. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *processus* vulg. Cod. Zittav. om. glossas *Erebus* et *Styx.* — 34) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. Ar. — *ἀπὸ τῆς στυγνότητος*

4. Profundum proprie, quasi cuius porro sit fundus. Abusive autem profundum vel sursum, vel deorsum dicitur, ut[28]:

Maria[29] *ac terras*[30] *coelumque profundum.*

5. Barathrum nimiae altitudinis nomen est, et dictum barathrum quasi vorago atra, scilicet a profunditate[31].

6. Erebus infernorum[32] profunditas atque recessus[33].

Styx ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ[34], id est a tristitia dicta, eo quod tristes faciat, vel[35] tristitiam gignat.

7. Cocytus locus inferni[36], de quo Iob loquitur: *Dulcis fuit glareis cocyti*[37]. Cocytus autem nomen accepit Graeca interpretatione, a luctu et gemitu.

8. Tartarus vel quod omnia[38] illic turbata sunt, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν[39] vel, quod est[40] verius, ἀπὸ τῆς τρέσεως[41], id est a tremore[42] frigoris, quod est algere et rigere[43], scilicet, quia luce soleque[44] caret, quia[45] neque illic vapores sunt, qui ex solis luce gignuntur, neque flatus, qui eiusdem[46] motibus incitantur[47], sed perpetuus stupor; ταρταρίζειν enim[48] horrere et tremere apud Graecos legitur: *Illic*[49] *enim*[50] *fletus et stridor dentium.*

9. Gehenna locus[51] ignis et sulphuris, quem appellari putant[52] a valle idolis consecrata, quae est iuxta murum[53] Hierusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum. Ibi enim Hebraei filios suos immolabant daemonibus, et appellabatur locus ipse Gehennon. Futuri ergo[54] supplicii locus, ubi peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo designatur. Duplicem[55] esse Gehennon[56] et[57] ignis et frigoris[58].

10. Inferus appellatur eo, quod infra sit. Sicut autem secundum corpus, si ponderis ordinem sui[59] teneant, inferiora sunt omnia graviora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora, unde et in[60] Graeca lingua origo nominis, quo appellatur[61] inferus[62], ex eo, quod nihil suave habeat, resonare perhibetur.

11. Sicut autem cor animalis in medio sui[63] est, ita et infernus in medio terrae perhibetur esse[64]. Unde et in Evangelio legimus: *In corde terrae* Philosophi autem dicunt, quod inferi pro[65] eo dicantur, quod animae hinc ibi[66] ferantur[67].

---

vulg. Om. pr. va. — 35) Vulg. *vel quod*, sed pron. om. Gu. 1. — 36) Sic Z. Gu. 1. — 37) Vv. *de quo . . . cocyti* addidi e Z. Gu. 1. 2. (om. *dulcis . . cocyti*) pr. (*erat clar. et coc.*) va. (*Dulcis* om.) et al. codd. ap. Arev. Sed locum non inveni in libro Iob, nisi liberius vertit Isidorus vv. cap. 21, 33. ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάῤῥου. — 38) Sic Gu. 1. (*quod vel*) 2. (*vel quia.*) — Vulg. *illic omnia.* — 39) Sic Gu. 1. 3. 4. — Vulg. ἀπὸ τοῦ ταράττειν. — Arev. ἀπὸ τῆς ταράξης. Om. Z. Gu. 2. pr. va. — 40) *est* addidi e Gu. 1. 2. — *id est, quod verius est* va. — *vel potius dicitur a tim.* etc. Z. — 41) apototes sixηn Gu. 1. — aΠοτοτнc τayнc Gu. 2. — aΠοτοιxcτaza Gu. 4. — ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν Arev. Om. Gu. 2. cum verbis *id est.* Τρέσις autem quamquam non reperiatur ab antiquis illis Graecis scriptoribus positum, tamen Grammatico potest tribui, qui eo etymologiam confirmare vellet. — 42) *tremore* pro *timore* Z. Gu. 1. 2. Ar. — 43) *et rigere* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 44) *sole luceque* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. — *quod* Gu. 2. — *Nam* vulg. — 46) *eisdem* Gu. 2. — 47) *incitatus* Z. — *incitatur* Gu. 2. — 48) *enim* om. Z. — 49) *legitur enim* va. — *enim* om. al. pr. — 50) *erit* add. vulg. Om. Z. Gu. 1. 2. Locus est Matth. 22, 13. — 51) *est locus* vulg., sed *est* om. Gu. 1. — 52) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *putant ita nominatum* vulg. — 53) *muros* Gu. 2. — 54) *enim* Z. Gu. 2. — 55) *autem* add. vulg. Om. Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. — *Gehennam* vulg. — 57) *et* om. Gu. 2. — 58) *in Iob legimus* add. vulg., sed om. Z. Gu. 1. 2. Inclusit Arev. — 59) Sic Gu. 1. — *pond. sui ord.* vulg. — 60) *in* om. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *appellabatur* vulg. — 62) *infernus* Z. al. — 63) Sic Gu. 1. — *eius* vulg. Om. Z. Ar. — 64) Sic Gu. 1. — *esse perhib.* vulg. — 65) *ab* Gu. 2. — 66) *ibi* pro vulg. *illinc* Z. Gu. 1. 2. pr. va. al. Ar. — *hic ibi* al. — 67) *in-*

LIBER XV.

CAP. I. *De civitatibus.*

1. De auctoribus[1] conditarum urbium plerumque dissensio invenitur[2], adeo ut nec[3] urbis quidem Romae origo possit diligenter agnosci[4]. Nam Salustius dicit[5]:

Urbem Romanam[6], *sicuti ego accepi, condidere*[7] *atque inhabitavere*[8] *initio*[9] *Troiani, et cum his*[10] *Aborigines*[11].

Alii dicunt ab Evandro, secundum quod Virgilius dicit[12]:

Tunc rex Evandrus[13] *Romanae conditor arcis.*

Alii a Romulo, ut:

En huius, nate[14], *auspiciis illa inclita Roma.*

2. Si igitur tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum, si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos, nec commentatores varia dicentes imperite[15] condemnare[16] debemus, quia antiquitas ipsa creavit[17] errorem. Sane quasdam, de quibus aut sanctae[18] scripturae, aut historiae gentium certam[19] originem referunt, paucis admodum verbis retexere oportet.

3. Primus ante diluvium Cain civitatem[20] Enoch[21] ex nomine filii sui in Naid[22] condidit, quam urbem sola multitudine posteritatis suae[23] implevit.

4. Primus[24] post diluvium Nembroth[25] gigas Babylonem urbem Mesopotamiae fundavit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliavit, murumque urbis bitumine et cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, eo quod ibi confusae atque commixtae sunt[26] linguae aedificantium turrem[27].

5. Iudaei asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluvium in Syria condidisse urbem Salem, in qua regnum fuit eiusdem Melchisedech[28]. Hanc postea tenuerunt Iebusaei, ex quibus[29] sortita est vocabulum Iebus, sicque duobus nominibus copulatis Iebus et Salem vocata est Hierusalem, quae postea a Salomone Hierosolyma quasi Ierosolomonia[30] dicta est. Haec et corrupte a poetis Solima nuncupata est, et postea[31] ab Aelio Adriano Aelia vocitata[32] est. Inde[33] ipsa est et Sion, quae Hebraice speculatio interpretatur[34], eo quod

ferantur al. pr. — 1) *auctoritatibus* Gu. 1. — 2) *est* Z. — 3) *ne* Z. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dil. poss. agn.* vulg. — 5) Sal. Catil. c. 6. init. — 6) *Romanam* Gu. 1. Om. va. — *Romam* vulg. — 7) *condere* Gu. 2. pr. — 8) Sic Gu. 1. — *habitavere* vulg. — *habitare* Gu. 2. — *habuere* Ar. — 9) vulg. *in initio*, sed *in* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 10) Sic Z. Gu. 1. va. — *cum iis* vulg. — 11) *habuisse origines* Gu. 1. — *Aborigine* Z. Gu. 2. pr. — 12) *dicit* om. Z. Gu. 2. pr. va. Ar. Locus Virgil. est Aen. VIII, 313. — 13) *Euander* Z. — 14) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *nate* Gu. 2. — *Huius nata* Z. Om. pron. Gu. 2. va. — Vulg. *ut Ennius: His nata.* Locus est e Virg. Aen. VI, 781. — 15) *imperitiae* pr. va. — 16) *contemnere* Gu. 1. — 17) *creat* al. — 18) *sacrae* Z. — *sanctae aut script. aut hist.* pr. — 19) *certam* om. Z. — 20) *Cain civ.* om. Z. — 21) *Enos* Z. — 22) Sic Arev. e Septuag. interpr. Genes. 4, 17. *ἐξῆλθε καὶ Καῒν ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ, καὶ ᾤκησαν ἐν γῇ Ναΐδ κατέναντι τοῦ Ἐδέν.* — *India* vulg. — 23) Sic Z. Gu. 1. — *suae post.* vulg. — 24) *autem* add. va. — 25) *Nemrod* Arev. — 26) Sic Gu. 1. — *conf. sint atque perm.* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *turrim* vulg. — 28) *Melchisedech* om. Gu. 2. — 29) *et* add. vulg. Om. Gu. 1. — *e quibus* Gu. 2. — *sort. voc. est* Gu. 2. — 30) *Ierusolomonia* Gu. 1. va. — *Hierosolonia* Gu. 2. — 31) *postmodum* Z. Gu. 2. — 32) *vocata* Z. Gu. 2. — 33) *Inde* om. Ar. — *In* Gu. 2. va. al. —

in sublimi[35] constructa sit, et de longe venientia contempletur. Hierusalem autem[36] in nostro sermone pacifica transfertur[37].

Oppida autem[38] nobilia, qui vel quae[39] constituerunt.

6. Dionysius, qui et Liber pater, cum Indiam victor perambulasset, Nisam urbem ex suo nomine iuxta Indum fluvium condidit, et quinquaginta milibus[40] hominum adimplevit[41].

7. Medus autem Aegaei filius Mediam construxit, unde et regio eius Mediae[42] nomen sortita est.

8. Persepolim urbem caput Persici regni Perseus Danaae[43] filius condidit famosissimam confertissimamque opibus, a quo et Persida dicta est.

9. Ctesiphontem quoque Parthi apud Parthiam condiderunt in aemulationem Babyloniae urbis.

10. Susis oppidum Persidae aiunt Memnonis fratrem[44] constituisse. Dictum autem Susis, quod immineat Susae fluvio. Ibi est regia Cyri, lapide candido et vario, columnis[45] aureis, et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simulacrum coeli, stellis micantibus praesignatum, et caetera humanis mentibus incredibilia.

11. Bactrum oppidum Bactriani condiderunt e[46] proprio amne eum[47] cognominantes, qui Bactrus[48] vocatur.

12. Garra civitas Mesopotamiae trans Edissam[49] condita a Parthis, ubi quondam Romanus caesus[50] exercitus, et Crassus dux captus.

13. Edissam urbem Mesopotamiae condidit Nembroth, filius Chus, postquam de Babylonia[51] migravit, in qua et regnavit, quae ante[52] Arach[53] cognominata est. Ipse construxit et Chalannen[54], quae postea verso nomine a Seleuco rege dicta est Seleucia[55].

Philadelphiam urbem Arabiae condidit Raphaim, gens antiquissima, quam interfecerunt filii Loth.

14. Seleucus unus ex pueris Alexandri post mortem eiusdem Alexandri occupato regno orientis urbem in Syria condidit, eamque ex Antiochi patris sui nomine[56] Antiochiam nuncupavit[57], et Syriae caput instituit. Ipse quoque Laodiciam et Seleuciam, ipse Apamiam et Edessam[58] construxit.

15. Damascum Syriae conditam et nuncupatam a Damasco dispensatoris[60] Abrahae filio. Haec antea in omni Syria tenuit principatum. Necdum enim florebant[61] ibi Antiochia,

et om. Ar. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *interpr. Hebr. spec.* Z. — *Hebr. spec. int.* vulg. — 35) *in sublime* Z. — 36) *dicta* add. Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *pacif. in nostr. serm. transf.* vulg. — 38) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 39) *vel quae* om. va. — 40) *milia* Gu. 2. al. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *implevit* vulg. — 42) *Media* Gu. 2. — 43) Sic voluit, credo, Gu. 1., in quo est *Dane* — *Danaes* Ar. — *Adanae* Gu. 2. — *Athae* Z. — *Adiae* vulg. — *Andiae* al. — 44) *patrem* Arev. e goth. — 45) Vulg. *cum col.*, sed *cum* om. Gu. 1. — 46) *e* pro *ex* Gu. 1. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *illud* vulg. — 48) *Bactros* Z. — 49) *Edessam* Ar. et sic semper per *e*. — 50) Sic Gu. 1. — *est caes.* vulg. — *caesus est* Z. — 51) Sic Gu. 1. — *Babylone* vulg. — 52) *antea* Gu. 2. — 53) Sic Arev. ex Genes. 10, 10. — *Iare* vulg. — *Iareth* Z. va. — *Iarex* Gu. 1. — 54) Sic Ar. — *Calanne* Z. Gu. 2. pr. va. — *Calamos* al. — *Calamiae* vulg. — 55) *Seleucia* om. Gu. 1. — 56) *ex nomine Ant. patr. sui* Gu. 2. — 57) *nominavit* al. — 58) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Edissam* vulg., quae *urbem* add., quod om. Z. Gu. 1. Ar. — *et Apam. et Ed.* va. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Damascus* — *condita et nuncupata* vulg. — 60) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. et Genes. 15, 2. — *dispensatore* vulg. — 61) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ibi flor.* va. — *florebat* Z. — *efflorebant* vulg.

Laodicia et Apamia, quas urbes post Alexandrum constitutas[1] esse cognoscimus. Hic est Damascus, quem Abraham futurum sibi haeredem praedixerat[2], antequam illi esset[3] promissus Isaac.

16. Gazam oppidum[4] Palaestinae condiderunt Evaei, in qua habitaverunt Cappadoces pristinis cultoribus interfectis[5]. Vocata autem Gaza, eo quod ibi Cambyses rex Persarum thesauros suos posuit, cum bellum Aegyptiis intulisset. Persarum enim lingua thesaurus gaza nominatur.

17. Philistim urbem condiderunt Allophili, ipsa est Ascalon, de qua superius memoravimus, nuncupata[6] ex nomine Cesloim[7], qui fuit nepos Cham[8] et filius Mesraim.

18. Dor urbs fuit quondam potentissima, et versa vice Stratonis turris, postea ab Herode, rege Iudaeae[9], in honorem Caesaris Augusti Caesarea[10] nuncupata[11]. In qua Cornelii domum Christi vidit[12] ecclesia[13], et Philippi aediculas, et cubiculum quatuor virginum prophetarum.

19. Ioppe oppidum Palaestinae maritimum iidem[14] Palaestini aedificaverunt, ubi saxum ostenditur, quo vinculorum Andromedae vestigia adhuc retinentur[15], cuius beluae forma eminentior elephantis fuit.

20. Iericho a Iebusaeis condita traditur, a quibus et nomen traxisse perhibetur. Hanc subvertit Iesus. Post quam[16] instruxit[17] aliam[18] Ozam de Bethel ex tribu Effraim. Sed et haec eo tempore, quo Hierusalem oppugnabatur a Romanis, propter perfidiam civium capta atque destructa est, post[19] quam tertia aedificata est urbs, quae hodie[20] permanet.

21. Sichem Samariae urbem, quae Latine et[21] Graece Sicima vocatur, aedificavit Emor, appellavitque eam nomine Sichem filii sui[22]. Ipsa est nunc Neapolis[23] civitas Samaritanorum.

22. Bethel urbem Samariae condiderunt Iebusaei, quae prius vocabatur Luza, sed postquam dormiens ibi[24] Iacob vidit scalam innitentem[25] coelo et dixit, *Vere hic*[26] *domus Dei est et porta coeli*, hac ex causa nomen locus accepit Bethel, id est domus Dei. Quando autem ibi ab[27] Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, vocata est Bethaven, id est domus idoli, quae antea vocabatur domus Dei.

23. Bethleem Iuda, civitas David, quae mundi genuit salvatorem, ab Iebusaeis[28] condita fertur, et vocata primum Effrata[29]. Quando autem Iacob ibi[30] pecora sua pavit, eidem loco Bethleem nomen quodam vaticinio futuri[31] imposuit, quod domus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de coelo descendit.

1) Sic Gu. 1. — *constructas* vulg. — 2) Sic Gu. 1. al. — *dixerat* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *esset illi* vulg. — 4) *urbem* add. Gu. 2. — 5) *interf. cult.* Z. — 6) *nominata* Gu. 2. — 7) *Chasluim* Ar. — *Cheslon* Gu. 2. — 8) Sic Ar. — *Cain* vulg. — 9) *Iudaeorum* Z. al. — 10) *Cesaria* Gu. 2. — 11) *est* add. Gu. 2. — 12) *videt* Gu. 2. — *est* Z. al. — 13) *ecclesiam* Gu. 2. — *Christus* Gu. 2. — 14) Sic Ar. — *idem* vulg. — 15) Sic Gu. 1. — *quod* — *retinet* vulg. — *vest. adh.* pro *adhuc vest.* Z. Gu. 1. 2. — 16) *postea* Z. — *pro qua* Ar. — 17) *construxit* Z. Gu. 2. — *struxit* va. — *exstruxit* Ar. — 18) *eam alius* Z. Reliqua huius §. om. idem cod. — 19) *propter quam* Gu. 1. va. — *pro qua* Ar. — 20) *usque hodie* vulg. — *hodie usque* Ar. — *usque* om. Gu. 1. 2. (*hodieque*). — 21) *et* om. Gu. 2. — 22) *Sichem* Gu. 1. — *filii sui Sichem* Gu. 2. — 23) Sic Ar. va. — *Neop.* vulg. — 24) *ibi dorm.* Z. — 25) *immin.* Z. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *haec* vulg. — *hic locus domus dei est* va. — Locus est Genes. 28, 17. — 27) *a* Gu. 2. (*Hierob.* Z. Gu. 2.) — 28) *ab* pro *a* Z. Gu. 1. — 29) *Eufrata* (consentit Gu. 2.) *prim.* Z. — 30) *ibi Iac.* Z. Gu. 2. — 31) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *futuro* vulg. — 32) Sic Ar. — *Ebron* vulg. —

24. Chebron[32] civitas Iudaeae[33], quae quondam vocabatur Arbee[34], condita est a gigantibus ante septem annos, quam ab eis Tanis urbs Aegypti conderetur. Ipsa est Arbee a numero ita vocata, quod ibi tres patriarchae sepulti sunt, et quartus Adam. Ipsa est et Mambre vocata, ex uno amico Abrahae.

25. Samariam, a qua omnis regio, quae circa eam fuit, nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum construxit, vocavitque eam[35] Samariam, id est custodiam, quia, quando Israel transtulit in Medos, ibi custodes constituit[36]. Hanc obsidione captam Antiochus solo coaequavit. Quam postea Herodes instaurans a fundamentis[37], in honorem Augusti Augustam, id est Sebastiam Graeco sermone vocavit. Ibi sunt sepulti[38] Helisaeus et Abdias Prophetae, et, quo[39] non[40] fuit maior inter natos mulierum, Baptista Ioannes[41].

26. Tiberiadem vero Herodes alius in Iudaea in honorem[42] Tiberii Caesaris condidit.

27. Tyrus urbs Phoenicum condita a Phoenicibus fuit. Haec est civitas, ex qua aurum regi Salomoni deferebatur, in qua optima purpura tinguitur. Unde et Tyria dicitur nobilis purpura.

28. Phoenices a rubro mari profecti[43], Sidonem opulentissimam urbem[44] construxerunt, quam a piscium copia Sidon[45] appellaverunt. Nam piscem Phoenices sidon[46] vocant. Ipsi etiam Tyrum in Syria, ipsi Uticam in Africa, Hipponem, Leptim aliasque urbes in ora maritima condiderunt.

29. Ipsi Thebas in Boeotia duce Cadmo, ipsi postremo in ultima orbis tendentes urbem in Oceano condiderunt, eamque lingua sua Gades[47] nominaverunt. Nam mos erat antiquus Phoenicum gentis cum[48] multis simul mercandi causa a domo proficisci, et cum incolarum animos commercio rerum his[49] ante incognitarum sibi conciliassent[50], loca, quae condendis urbibus idonea videbantur, capere.

30. Ex iis profecta et Dido in litus[51] Africae urbem condidit, et Carthadam nominavit, quod Phoenica[52] lingua exprimit civitatem novam, mox sermone verso[53] Carthago est dicta: hanc Scipio delevit. Quae autem nunc est, postea a Romanis condita est[54]. Carthago autem antea Birsa, post[55] Tyrus dicta est, deinde Carthago.

31. Memphim civitatem Aegypti aedificavit Epaphus filius Iovis[56], cum in secunda Aegypto regnavit[57]. Haec est urbs, ubi[58] carta nascitur, ubi[59] etiam optimi[60] mathematici fuerunt. Nam urbem hanc[61] magicis artibus deditam pristini usque ad praesens tempus vestigia erroris ostendunt.

32. Tanis metropolis Aegypti, ubi Pharao fuit, et Moyses cuncta signa fecit, quae in

33) *Iudae* Z. — 34) Sic Z. Ar. — *Arbe* vulg. et sic mox. — 35) *eam* addidi e Gu. 1. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. (*in* om.) pr. va. (utraque edit. *custodiam*) Arev. — Vulg. *quam quando Isr. transt., ibi constituit.* — 37) Sic Gu. 1. — *a fund. inst.* vulg. — 38) Sic Gu. 1. — *sepulti sunt* ed. Goth. — *siti sunt* vulg. — 39) *qui* Gu. 2. — 40) *non* om. Gu. 2. — *non fuit inter nat. mul.* Gu. 1. pro vulg. *inter nat. mul. non fuit.* — *non maior* va. — 41) *Ioh. Bapt.* Z. va. — 42) Sic Gu. 1. — *in nomine* vulg. — 43) *prof. a rubr. mar.* Gu. 2. — *mare* al. pr. — *a rubr. prof. mar.* Ar. — 44) Sic Gu. 1. — *urb. opul.* vulg. — *construxerunt* pro vulg. *condiderunt* Gu. 1. 2. Ar. — 45) *Sidonem* Z. — 46) *Sidonem* va. — 47) *Nacades* Z. — 48) *cum* om. Z. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. — *iis* vulg. — 50) *conciliarent* Gu. 1. — 51) *in litore* al. — 52) *Phoenicia* Ar. — 53) *verso serm.* Z. — *sermonem* om. *verso* Gu. 1. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *est cond.* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *postea* vulg. — *Karthago* Gu. 1. 2. priore loco et posteriore. — 56) Sic Gu. 1. — *Iov. fil.* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — *regnaret* vulg. — 58) Sic Z. Gu. 1. — *in qua* vulg. — 59) *ibi* Z. — 60) *optimi* om. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. — *hanc urb.* vulg.

Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur Titanes, id est gigantes, et ex suo nomine[1] nuncupaverunt.

33. Heliopolis urbs[2] Aegypti, quae Latine interpretatur solis civitas, sicut LXX interpretes arbitrantur. Aedificata est[3] a filiis Israel, in qua Petephres[4] sacerdos fuit, cuius meminit Ezechiel.

34. Urbem Alexandriam[5] condidit Alexander Magnus, cuius et nomen retinet[6]. Hanc enim[7] idem in terminis Aegypti constituit, et caput esse Aegypti regionis iussit[8]. Interiacet autem inter Aegyptum et mare, quasi claustrum, importuosa. Haec est[9] urbs Aegypti[10], Noo postea versa in Alexandriam.

35. Thebas Aegyptias condidit Cadmus, quae inter Aegyptias urbes numero portarum nobiliores habentur, ad quas ad commercia Arabes undique subeunt[11]. Hinc regio Aegypti[12] Thebaida[13] dicta est. Thebae autem et[14] Boeotiae sunt[15] et Aegyptiae, uno tamen auctore conditae[16].

36. Ptolemais et Berenice[17] a regibus Aegyptiis nominatae, a quibus et aedificatae fuerunt.

37. Caesaream[18] Cappadociae[19] Philippus in honorem Caesaris aedificavit.

38. Tarsum Ciliciae Danaes[20] proles Perseus aedificavit, de qua civitate fuit[21] Paulus Apostolus, *Natus* inquit[22], in[23] *Tarso Ciliciae.* Quidam etiam locus Indiae Tarsus[24] vocatur.

Seleuciam Isauriae condidit Seleucus, qui et Antiochiam.

Ilus autem Apollinis filius in Phrygia Ilium condidit.

39. Amazones Ephesum in Asia construxerunt.

Theseus vero Smirnam construxit, quae Homero poetae patria extitit, et vocata Smirna[25], quod eius campos Ermus fluvius secat.

40. Dioscoriam[26] Colchorum urbem Amphytus[27] et Tilchius[28] aurigae Castoris et Pollucis fabricaverunt, ex eorum nomine eam cognominantes. Nam Castor et Pollux Graece *Διόσκουροι* appellantur.

41. Nicomedia a Nicomedo rege Bithyniae aedificata est.

Bithynia condita a Phoenice, quae primum Mariandyna[29] vocabatur.

42. Constantinopolim urbem Thraciae[30] Constantinus ex nomine suo instituit, solam Ro-

1) *nom. suo* Z. — 2) *urbs* om. Z. — 3) *autem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 4) Sic Arev. ex Hieron. in libr. de locis Hebr. — *Phutifares* vulg. — Locus LXX. interpr. est Exod. 1. *ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραῷ, τήν τε Πειθῶ καὶ Φαμεσῆ καὶ Ὤν, ἥ ἐστιν ἡλίου πόλις.* Sed vv. *καὶ Ὤν, ἥ ἐστιν ἡλίου πόλις* neque in Hebraicis, neque in Vulg. Biblior. reperiuntur. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Alexandrinam* vulg. — 6) Sic scripsi e coniect. Arev., libri omnes et Arev. ipse *detinet.* — 7) *enim* om. Z. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *in term. regionis Africae et Aegypti const. et cap. esse reg. Aeg. iussit.* — Gu. 2. *in term. Aegypti const. et cap. esse reg. Aeg. iuss.* — 9) *est* om. Z. — 10) Sic Ar. — *Aegyptiorum* Gu. 1. — *Aegypti, postea* etc. vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *commercia — subvehunt* vulg. — 12) *Aegypti* va. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Thebais* vulg. — *Thebaica* al. — Videtur ut *cassida* a *cassis, idis* altera forma pro *cassis, is* formasse. — 14) *et* om. Z. — 15) *dictae sunt* Z. — 16) Vulg. *sunt conditae*, sed *sunt* om. Z. Gu. 1. 2. Arev. — 17) *Berenicia* Gu. 2. — 18) *Caesarea* Z. Gu. 2. — *Caesaria* Gu. 1. — 19) Vulg. sequuntur haec: *Philippus in honorem Caesaris aedificavit*, quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. va (statim ab initio *Caes. Capp.*) — 20) *Danais* Z. Gu. 1. — *Thanais* Gu. 2. — 21) *fuit* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 22) *inquit* om. Z. — 23) *in* addidi e Gu. 1. Locus est Act. Apost. 22, 3. — 24) *Tarsis* Ar. — 25) Sic Gu. 1. 2. *(vocatur).* — Vulg. *Sm. voc.* — 26) *Dioscoriam . . . Mirandina* vel *Mariandyna* om. cod. Zittav. — 27) *Amphiatus* va. — 28) Sic Arev. e Plin. VI, 5. — *Circius* vulg., quod Grial. e scri-

mae meritis et potentia [31] adaequatam. Hanc conditam [32] primum a Pausania [33] rege Spartanorum, et vocatam [34] Byzantium, vel quod tantum patet [35] inter Adriaticum mare et Propontidem, vel quod receptaculum sit [36] terrae marisque copiis. Unde et [37] Constantinus aptissimam condere indicavit, ut [38] receptaculum sibi terra marique [39] fieret. Unde et nunc Romani imperii sedes et totius caput est [40] orientis, sicut et [41] Roma occidentis.

43. Epirus civitas [42] Thraciae condita est a Pyrrho et cognominata.

44. Athenas in Hellade [43] Cecrops condidit, et ex suo nomine Cecropiam nominavit. Hanc [44] Amphion idem [45], qui in Graecia tertius post Cecropem regnavit, Minervae sacravit, et nomen civitati Athenas dedit. Nam Minerva Graece Ἀθήνη dicitur, unde [46] Minervam Graeci inventricem multarum artium asserunt, quia et literae et artes diversorum studiorum, et ipsa philosophia veluti templum habuerunt Athenas [47].

45. Corinthum in Achaia condidit Corinthus Orestis filius. Hanc Graeci Corintheam [48] vocant, hoc [49] est administrationem reipublicae.

46. Thebas hoc [50] Boeotiae Cadmus veniens a Phoenicibus condidit, Thebis in Aegypto constructis [51].

47. Mycenas * [52]. Lacedaemonia condita a Lacedaemone Semele filio.

Sparta a Sparto [53] filio Phoronei [54] vocata, qui fuit filius Inachi. Ipsam autem esse Spartam [55], quam et Lacedaemoniam civitatem, atque inde Lacedaemonios Spartanos dici [56].

48. Achaia ab Achaeo constructa.

Pelops, qui apud Argos regnavit, Peloponnensem urbem condidit.

Cecrops in insula Rhodo [57] Rhodum aedificavit.

Carpatus Coum.

Aeos Typhonis filius Paphum.

Angaeus [58] Lycurgi filius Samum.

Dardanus autem [59] condidit Dardaniam.

Thessalonicam [60] Thessalus Graeci filius aedificavit, in qua etiam et [61] regnavit.

49. Brundisium [62] construxerunt [63] Graeci. Brundisium autem dictum est Graece, quod brunda caput cervi dicatur, sic est enim, ut et cornua videantur [64] et caput et lingua [65] in positione ipsius urbis [66].

ptura *Tilcius* ortum censet. — 29) Sic Arev. ex Euseb. in Chron. pro vulg. *Mirandina.* — 30) *Graeciae* va. — 31) *potentiae* Gu. 2. — 32) Sic Gu. 1. al. — *Haec condita* vulg. — 33) Sic Z. Gu. 1. Ar. ed. Goth. — *Pausima* vulg. — *Pausino* va. — *Pasino* Gu. 2. — *Pausina* al. — 34) Sic Z. Gu. 1. al. — *vocata* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — *pateat* vulg. — om. Z. — 36) Sic Gu. 1. — *sit recept.* vulg. — 37) *eam* add. vulg. — om. Gu. 1. — 38) *ut et* Z. Gu. 1. — 39) *terrae marisque* Gu. 2. — 40) *est* om. Z. — 41) *et* om. Z. Gu. 2. — 42) *civitas* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 43) *Melladas* Z. Gu. 1. va. — *in elladas* Gu. 2. pr. — 44) *Hanc Amphion . . . Angaeus Lycurgi filius Samum* om. cod. Zittav. — 45) *idem* addidi e Gu. 1. va. — *id est* pr. — *Amphictyon* Arev. — 46) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. — *Athen. hab.* vulg. — 48) *Corinthiam* Gu. 2. al. — 49) *hoc* om. pr. — 50) *hoc* om. pr. va. Ar. — 51) Sic Gu. 1. — Vulg. *Thebis Aegyptiis prius ab eo constr.* — 52) *Mycenas civitates Graeciae* cod. I. Tolet. goth. — om. va. Recte lacunae signum posuit Arev. — 53) *ab Sparto* va. — 54) *Foronis* Gu. 2. — 55) *Ipsa . . est Sparta* Gu. 2. — 56) *quae et Lacedaemoniae civitas atque inde Lacedaemonius Spartanus dicitur* al. — 57) *Rhodus* Gu. 1. 2. — 58) *Agaeus* Gu. 1. — *Argeus* Gu. 2. — 59) *autem* om. Z. — 60) *Thessaloniam* va. — — 61) *et* addidi e Z. Gu. 1. — *et etiam* pr. — 62) *Brundusium* ed. Goth. Zittav. cod. — 63) *construerunt* pr. — 64) *cerva videatur* al. — *et* post *ut* om. Gu. 2. — 65) *caput linguae* Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. — *civitatis* vulg.

50. In Italia autem ab Iano Ianiculum, a Saturno Saturnia atque Latium conditum [1] eo [2], quod ibi fugiens latuisset, cognominatum.

51. Ab Hercule in Campania Pompeia [3], qui [4] victor ex Hispania pompam boum duxerat.

52. Aeneas autem post excidium Troiae in eandem Italiam veniens, ab uxoris nomine Lavinium [5] condidit.

53. Ascanius vero relicto Laviniae novercae suae [6] regno, Albam longam aedificavit. Alba autem vocata propter colorem suis [7], longa, quia longum est oppidum [8], iuxta prolixitatem collis, in quo sita est [9]. Ex hac etiam urbe reges Albanorum appellari coeperunt.

54. Capuam Capys Silvius rex [10] construxit, appellatam [11] a nomine conditoris, licet sint [12], qui dicant a capacitate eam [13] Capuam dictam [14], quod eius terra omnem vitae fructum capiat: alii a locis campestribus, in quibus sita est. Est autem caput urbium Campaniae, inter tres maximas Romam, Carthaginemque numerata, a qua [15] et provincia Italiae Campania dicta est.

55. Romulus cum interfecto apud Albam Amulio avum Numitorem in regnum [16] restituisset [17], in eum locum, ubi nunc Roma est devenit, ibique sedes posuit, moenia construxit, urbemque ex suo nomine [18] Romam [19] vocavit. Hanc autem antea [20] Evander condidisse dicitur [21], ut est illud:

Tum pater [22] *Evandrus* [23] *Romanae conditor arcis.*

56. Ancus Marcius ex filia Numae Pompilii natus [24], hic urbem in exitu Tiberis condidit [25], quae et peregrinas merces acciperet [26], et hostem moraretur, quam ab ipso situ Ostiam appellavit.

57. Galli quidam intestina discordia et assiduis dissensionibus suorum permoti, sedes [27] novas quaerentes Italiam profecti sunt, sedibusque [28] propriis expulsis Tuscis [29], Mediolanum atque alias urbes condiderunt. Vocatum autem Mediolanum ab eo, quod ibi sus medio lanea [30] inventa perhibetur [31].

58. Historiis placet a Messapo Graeco Messapiae datam originem, versa postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominavit [32].

59. Manto [33] Tiresiae filia post interitum Thebanorum [34] dicitur delata in Italiam Mantuam condidisse. Est autem in Venetia, quae Gallia Cisalpina dicitur. Et dicta Mantua [35], quod manes tuetur.

60. Parthenopia a Parthenope quadam virgine [36] illic sepulta ita [37] appellata, quod postea oppidum [38] Augustus Neapolim esse maluit.

1) *condita* Gu. 2. — *ab Iano* pro *a Iano* Gu. 1. — 2) *et quod* Ar. — 3) *Pompeiam* Z. — 4) *quia* al. e Solin. c. 8. quod probat Arev. — 5) Sic Ar. — *Laviniam* vulg. — 6) *suo* Gu. 2. — 7) *sui* Z. Gu. 1. va. al. ap. Goth. — 8) Sic Gu. 1. — *opp. est* vulg. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *positum est* vulg. — 10) *Albanorum* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 11) *appellata* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *a* autem addidi e Gu. 1. — 12) *licet et sint* vulg., sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 13) *eam a cap.* Z. — 14) *dict. Cap.* Gu. 2. — 15) *a* pro *ex* Gu. 1. — 16) *regno* Gu. 2. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *constit.* vulg. — 18) Sic Z. Gu. 1. — *ex nom. suo* vulg. — 19) *Romam* om. Gu. 2. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ante* vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *dic. cond.* vulg. — 22) *Tum* pro *tunc* Gu. 1. — 23) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *Evander* vulg. Locus est e Virg. Aen. VIII, 313. — 24) *natus est* va. — 25) *posuit* Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *excip.* vulg. — 27) *et sedes* Gu. 1. — 28) *que* om. Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. — *Tuscis exp.* vulg. — 30) Sic Z Gu. 1. pr. Ar. — *in medio* vulg. — *sub medio* Gu. 2. va. — 31) Sic Gu. 1. — *perh. inv.* vulg. — 32) Sic Gu. 1. — *nominaverat* vulg. — 33) *Manto . . . Burdegalim* etc. . . *impleta est* om. cod. Zittav. — 34) *Thebarum* Gu. 2. — 35) Sic Gu. 1. — *dicitur Mantua* Gu. 2. — *Mant. dicta* vulg. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *virg. quadam* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *Parthenopia* (. .*pea* Ar.) vulg. — 38) Sic

61. Ad promontorium Leucaten, in quo Actii[39] Apollinis templum fuit, bellum Augustus contra Antonium gessit. Quo victo, urbem in Actiaco sinu condidit, quam a victoria Nicopolim appellavit.

62. Phalantus[40] Partheniorum dux Parthenios constituit.

Taras Neptuni filius fuit, a quo Tarentum civitas et condita et appellata est.

63. Cum Cyrus maritimas urbes Graeciae occuparet, et Phocaeenses ab eo[41] expugnati omnibus angustiis premerentur, iuraverunt, ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne[42] nomen quidem eorum audirent[43], atque ita[44] in ultimos Galliae sinus navibus profecti, armisque se[45] adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam[46] condiderunt, et ex nomine ducis appellaverunt[47]. Hos Varro trilingues esse ait[48], quod et Graece loquantur et Latine et Gallice.

64. Narbonam et Arelatum et Pictavium[49] coloni proprii condiderunt.

Burdegalim[50] appellatam ferunt, quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta[51] est.

65. Tarraconam[52] in Hispania[53] Scipiones construxerunt, ideo caput est Tarraconensis provinciae.

66. Afri[54] sub Hannibale maritima Hispaniae occupantes, Carthaginem Spartariam[55] construxerunt, quae mox a Romanis capta et colonia facta, nomen etiam provinciae dedit. Nunc autem a Gothis subversa atque in desolationem redacta est.

67. Caesaraugusta[56] Tarraconensis Hispaniae oppidum a Caesare Augusto situm[57] et nominatum, loci amoenitate et deliciis praestantius civitatibus Hispaniae cunctis, atque illustrius, florens sanctorum martyrum[58] sepulturis.

68. Saguntum Graeci ex insula Zacyntho profecti in[59] Hispaniam condiderunt, quam Afri postea bello impetitam deleverunt.

69. Emeritam Caesar Augustus aedificavit[60], postquam[61] Lusitaniam et quasdam[62] Oceani insulas[63] cepit, dans ei nomen ab[64] eo, quod ibi milites veteranos constituisset. Nam emeriti dicuntur veterani, solutique a[65] militia.

70. Olisipona[66] ab Ulixe[67] condita[68] et nuncupata, quo loco, sicut historiographi dicunt, coelum a terra et maria distinguuntur[69] a terris.

71. Hispalim Caesar Iulius condidit, quam ex suo[70] et Romae urbis vocabulo Iuliam Romulam[71] vocavit[72].

Gu. 1. — *opp. postea* vulg. — 39) Sic Arev. — *actu* vulg. — *tractu* Gu. 1. 2. ed. Goth. — 40) Sic Ar. — *Palantus* vulg. — 41) *ex eo* Gu. 1. — *Phocaeenses* pro *Phocenses* Ar. — 42) *nec* Gu. 2. va. — 43) *audierunt* Gu. 2. — 44) *ita* om. Gu. 2. — 45) *se* om. Gu. 1. — 46) *Marsiliam* va. — 47) Sic Gu. 1. — *nuncupaverunt* vulg. — *nuncuparunt* al. pr. — 48) *ait* pro *dicit* Gu. 1. 2. — 49) *Pictavis* Gu. 1. pr. — *Pictaves* Gu. 2. — 50) *Burdigallim* Gu. 1. — *Burdigalim* Gu. 2. — 51) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *impleta* vulg. — 52) Sic Arev. ubique. — *Terrac.* vulg. — 53) *Hispaniae* Gu. 2. — 54) Hanc §. Caesen. I. cum al. codd. om. — 55) *Spartiar.* ed. Goth. Z. Gu. 1. — *Karth.* Gu. 2. — 56) *Caesaraug.* om. va. — *Caesarea Aug.* Gu. 2. — 57) Vulg. *et situm*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 58) *martyr.* om. Z. — 59) *in* om. Z. — *in Hispania* Gu. 2. al. — 60) *edidit* Gu. 1. — 61) *quam* Gu. 2. — 62) *quosdam* Z. — 63) *insulas* om. Z. — 64) *ab* om. Gu. 2. — 65) *a* om. Z. Gu. 2. Ar. — 66) *Ulyssipona . . . Hispalis* etc. . . . *caderet* om. cod. Zitt. — *Olisipona* scripsi cum Gu. 2. pr. va. Ar. — *Olisipara* Gu. 2. — 67) Sic Gu. 1. 2. pr. — *Ulysse* vulg. — 68) *est cond.* Ar. pr. *cond. est* va. — 69) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *disiunguntur* vulg. — 70) *nomine* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 71) *Romam* va. — 72) Sic Gu. 1. — *nuncupavit* vulg.

Hispalis aut a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis [1] profundo palis locata sit [2], ne lubrico atque instabili fundamento cederet [3].

72. Gades oppidum a Poenis [4] conditum, qui etiam [5] et Carthaginem Spartariam condiderunt.

73. Septa [6] oppidum, a montibus septem, qui a similitudine fratres [7] vocati [8] Gaditano imminent freto [9].

74. Tingis civitatis et Lixis [10] Antaeus auctor est, quem Hercules fertur luctae certaminê superatum interfecisse. Lix autem a Lixo flumine Mauritaniae nuncupata, ubi Antaei [11] regia fuit, et Sala, quod [12] immineat Salae flumini [13].

75. Caesaream Mauritaniae oppidum Iuba rex Maurorum in honorem Caesaris Augusti condidit, quam ex eius nomine Caesaream appellavit, sicut Herodes aliam Caesaream in Palaestina, quae nunc urbs est [14] clarissima.

76. Icosium Caesariensis Mauritaniae oppidum [15], Hercule illic [16] transeunte, viginti a comitatu eius discedentes [17] construxerunt. Hanc [18] ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, de condentium numero urbi Icosio nomen [19] datum [20].

77. Cyrene regina fuit Libyae, quae ex suo nomine civitatem Cyrenem [21] condidit, ex [22] qua et Libyam Cyrenensem vocavit.

CAP. II. *De aedificiis publicis.*

1. Civitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a civibus, id est ab ipsis incolis urbis, pro [23] eo, quod plurimorum consciscat et contineat vitas [24]. Nam urbs ipsa moenia sunt, civitas autem non saxa, sed habitatores vocantur.

2. Tres sunt autem [25] societates, familiarum, urbium, gentium.

3. Urbs vocata ab orbe, quod [26] antiquae civitates in orbes [27] fiebant, vel ab urbo [28] parte aratri, quo muri designabantur, unde est illud [29]:

Optavitque locum regno et concludere sulco.

Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato, *Qui urbem*, inquit, *novam condet* [30], *tauro et vacca aret, ubi araverit, murum faciat, ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet.*

4. Ideo autem urbs aratro circumdabatur, dispari [31] sexu iuvencorum, propter commixtionem familiarum, et imaginem serentis fructumque reddentis. Urbs autem aratro conditur: aratro vertitur. Unde [32] Horatius [33]:

1) *suffixa* Gu. 1. 2. pr. — *in prof.* Gu. 2. — 2) *loc. est* Gu. 2. — 3) Sic Gu. 1. Ar. — *caderet* vulg. — 4) *a penis id est a Graecis* pr. va. — *a poetis* Z. — 5) *etiam* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *qui etiam* Ar. — 6) *Septem* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 7) *fratris* Gu. 2. — om. Z. — 8) *sunt voc.* Gu. 1. 2. — 9) *eminet fretu* Z. — 10) Ed. Goth. *Tingis civitas et Lixis.* Cod. Zittav. *Tingis civitatis, cuius Lixanteus.* — Gu. 2. *Tingis civitatis et Lixanteus.* — Al. edd. pr. va. *Tingis et lixis civitatis.* — 11) Sic Z. Ar — *antea* vulg. — 12) *quae* Gu. 2. — 13) *Sale flumine* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *est urbs* vulg. — 15) *oppid. Maurit.* Gu. 1. — 16) *illuc* Gu. 2. al. pr. va. — 17) *descendentes* Z. Gu. 1. 2. — 18) *ac* Ar. — 19) *nomen Icosium* Gu. 2. — 20) Vulg. *est datum*, sed *est* om. Gu. 1. 2. — *dat est* Z. — 21) *Cyrenen* Gu. 1. 2. — 22) *a qua* Ar. — 23) *pro* om. Gu. 2. — 24) *consciscat plurimorumque vitas consciat* Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. — *tres autem sunt* vulg. — *tres autem soc. sunt* Gu. 2. — *sunt* om. Z. — 26) *quia* Gu. 2. — 27) Sic Z. Gu. 1. ed. Goth. — *orbem* Ar. — *orbe* vulg. — 28) *orbe* va. — *urbe* Z. — 29) Versus est e duobus Virgilii locis conflatus. Verba: *Optavitque locum regno* sunt ex Aen. l. III, 109. — vv. *et concludere sulco* ex Aen. I, 425. Similem duo-

Imprimeretque muris
Hostile aratrum.

5. Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt, alii ab opibus recondendis, eo quod sit munitum, alii quod sit in eo[34] conventus habitantium, qui[35] opem det mutuam contra hostem. Nam primi[36] homines tanquam nudi et inermes nec contra belluas praesidia habebant, nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti.

6. Tandem naturali solertia speluncis silvestribusque tegumentis tuguria sibi et casas[37] virgultis arundinibusque contexuerunt[38], quo esset vita tutior, ne iis, qui nocere possent, aditus esset. Haec est origo oppidorum, quae quod opem darent, idcirco oppida nominata dixerunt[39]. Oppidum autem magnitudine[40] et moenibus discrepare[41] a vico et castello et pago.

7. Civitates autem aut coloniae, aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellantur.

8. Civitas proprie dicitur, quam non advenae, sed eodem innati[42] condiderunt. Ideoque urbes a propriis civibus conditae civitates, non coloniae nuncupantur.

9. Colonia vero est, quae defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. Unde et colonia a cultu agri est dicta.

10. Municipium est, quod permanente[43] statu civitatis ius aliquod minoris, aut maioris officii a principe impetrat. Dictum autem[44] municipium a muniis, id est officiis, quod tantum munia, id est tributa debita reddant, vel munera[45]. Nam liberales et famosissimae causae, et quae ex principe proficiscuntur, ibi non aguntur. Haec enim ad dignitatem civitatum pertinent.

11. Vici et castella et pagi ii sunt, qui nulla dignitate civitatis[46] ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem sui maioribus civitatibus attribuuntur.

12. Vicus autem dictus ab ipsis tantum habitationibus[47], vel[48] quod vias habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorum, licet et[49] vici dicantur ipsae habitationes urbis. Dictus autem[50] vicus, eo quod sit vice civitatis, vel quod vias habeat tantum sine muris.

13. Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi casam altam, cuius pluralis[51] numerus castra, diminutivum castellum est: sive quod castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim vaga hosti pateret[52].

14. Pagi sunt loca apta aedificiis[53], inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta, a conventu et societate multorum in unum.

rum versuum copulationem habes ap. Isidor. l. I. c. 36, 12. ubi vid. not. 47. — 30) *condet* pro *condit* Gu. 1. — Et esse hunc futuri usum pro usitatiore praesentis solemnem Catoni, satis ostendunt eius libri de re rust. Eundem locum citat Serv. ad Aen. V, 755., unde sua hausit Isidor. Vide Lion. Fragm. Cat. p. 30., qui *condet* nescio unde recepit. — 31) *a disp.* Gu. 1. — 32) *unde et* va. — 33) Locus est Od. I, 16, 19. seq. — 34) *alii, quod sibi conventus* Ar. va. — 35) *qui* pro *et* Gu. 1. — utrumque om. Ar. va. — 36) Sic Gu. 1. — *primum* vulg. — 37) *tug. et cas. sibi* Z. — 38) *contexerunt* Z. Gu. 2. — 39) *nominaverunt* Z. — 40) *et magnit.* Z. — 41) Sic Gu. 1. al. — *discrepat* vulg. — 42) *solo* add. vulg., quod om. Gu. 1. — 43) Sic Gu. 1., qui *quod* om. — Vulg. *manente*. — *quo* Gu. 2. va. — 44) *est* add. Z. — 45) *reddat* Gu. 2. — *redduntur* va. Ordinem verborum pro vulg. *trib. deb. vel munera redd.* recepi e Gu. 1. — 46) *civ. dign.* Z. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. va. al. *a vicinis . . habitatoribus*. Videtur autem ab οἶκος derivare velle. — 48) *vel quod vias hab. tant.* om. Z. va. (quae edit. etiam vv. *sine muris* om.) — 49) *et* om. Gu. 1. — 50) *autem* om. Z. — 51) *est* add. va. — 52) *vagantes . . paterent* al. — 53) Sic Gu. 1. — *apta aedif. loca* vulg.

15. Compita sunt, ubi est usus[1] conventus fieri rusticorum, et dicta compita, quod loca multa[2] in agris[3] eodem competant[4], et quo convenitur[5] a rusticis.

16. Suburbana sunt circumiecta civitatis aedificia, quasi[6] sub urbe.

17. Moenia sunt muri civitatis, dicta[7] ab eo, quod muniant civitatem, quasi munimenta urbis[8], id est tutamenta.

18. Munium autem dictum, quasi manu factum, sic et[9] muri a munitione dicti, quasi muniti, eo[10] quod muniant et tueantur interiora civitatis[11]. Moenia autem duplicem habent significationem. Nam interdum moenia abusive dici[12] omnia aedificia publica civitatis, ut[13]:

Dividimus muros, et moenia pandimus urbis.

Proprie autem moenia sunt tantum muri.

19. Murus[14] autem turribus propugnaculisque ornatur.

Turres vocatae, quod teretes sint et longae. Teres enim aliquid rotundum est[15] cum proceritate, ut columna. Nam quamvis quadratae, aut[16] latae construantur[17], procul tamen videntibus[18] rotundae existimantur[19], ideo, quia omne[20] cuiusque[21] anguli simulacrum per longum aeris spacium evanescit atque consumitur, et rotundum videtur.

20. Propugnacula pinnae murorum sunt dicta, quia ex his propugnatur.

21. Promurale vero eo[22], quod sit[23] pro munitione muri[24]. Est enim murus proximus ante[25] murum.

22. Porta dicitur, quia potest vel importari aliquid, vel exportari[26]. Proprie autem porta aut urbis, aut castrorum vocatur[27], sicut superius dictum est. Vicus, ut praedictum[28], ipsae habitationes urbis sunt, unde et vicini[29] dicti sunt[30]. Viae ipsa spacia angusta, quae inter vicos sunt.

23. Plateae perpetuae ac letiores civitatum viae sunt[31], iuxta proprietatem linguae Graecae a latitudine nuncupatae: πλάτος enim Graeci latum dicunt.

24. Quintana[32] pars plateae quinta est, qua progredi carpentum[33] potest.

25. Cloacae dictae, quod iis aquae colantur[34]. Has primum Romae fecisse[35] Tarquinium Priscum, ut quotiens pluviarum inundatio existeret, per eas aquae extra civitatem emitterentur, ne maximis perpetuisque tempestatibus planitiem, vel fundamenta urbium strages aquarum subverteret.

26. Imbuli[36], vel[37] quia sub volumine sunt, vel quia sub iis ambulant. Sunt enim porticus[38] hinc inde platearum.

1) Sic Gu. 1. — *usus est* vulg. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. — *quia multa loca* vulg. — 3) *in agro* Z. Gu. 2. ed. Goth. — 4) Sic Gu. 1. al. — *competunt* vulg. — 5) *quod* Gu. 1. — *conveniuntur* Gu. 1. 2. pr. — 6) *et quasi* Gu. 1. 2. — 7) Sic Z. Gu. 2. Ar. — *dicti* vulg. — 8) Sic Z. Gu. 1. al. — *civitatis* vulg. — *civ. vel urbis* va. — 9) *sicut et* va. — *sic et* om. Gu. 2. — *munus* addit Gu. 1. — 10) *eo* om. Z. — 11) Sic Gu. 1. — *urbis* vulg. — 12) *solent* add. vulg. Om. Gu. 1. Inclusit Arev. — 13) Virgil. Aen. II, 234. — 14) *Muri* Gu. 2. al. — *ornantur* iidem. — 15) Sic Gu. 1. — Vulg. *Teres enim est.* — Z. *Teres est enim.* — *est* om. Gu. 2. — 16) *et* Gu. 1. — 17) *turres constr.* Z. — 18) *a vident.* Gu. 2. va. — 19) *aestim.* Gu. 2. — 20) *omnis* Z. al. Om. Gu. 2. — 21) *uniuscuiusque* Gu. 2. — 22) *eo* om. Z. — 23) *fit* Z. — 24) *muro* al. Ar. — 25) *id est ante* Arev. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *vel imp. vel exp. aliq.* — Ed. va. *quia potest per eum aliquid vel imp. vel exp.* — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. — *vocitatur* vulg. — 28) *est* add. vulg. Om. Gu. 1. — 29) *vici* Z. — 30) *sunt* add. Gu. 1. — 31) *sunt viae* Z. — 32) Sic Ar. — *Quintanae* vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *carp. progr.* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *percol. aquae* vulg. — 35) *dicunt* add. vulg. Om. Z. Gu. 1. 2. al. — 36) *Imboli* Ar. — *Imbulia, quia subvelamina sunt* al. — 37)

27. Forus[39] est exercendarum litium locus a fando dictus, sive a Phoroneo rege, qui primus Graecis legem[40] dedit. Haec loca et prorostra[41] vocantur, ideo, quod bello[42] Punico captis navibus Carthaginensium, rostra ablata sunt, et in foro Romano praefixa, ut essent[43] huius insigne[44] victoriae.

28. Curia dicitur eo, quod ibi cura per senatum de cunctis administretur[45].

29. Praetorium eo[46], quod ibi praetor resideat[47] ad discutiendum.

30. Gymnasium generalis[48] exercitiorum locus. Tamen apud Athenas erat locus[49], ubi discebatur philosophia, et sapientiae exercebatur[50] studium. Nam γυμνάσιον Graece vocatur[51], quod Latine exercitium dicitur, hoc est meditatio. Sed et balneae[52] et loca cursorum et athletarum gymnasia sunt, eo quod illic omnes[53] in suae artis studio exercitentur.

31. Capitolium Romae vocatum, eo quod fuerit Romanae urbis et religionis caput summum. Alii autem[54] aiunt, cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta[55] Romae aperiret, in loco fundamenti caput hominis literis Tuscis notatum invenit, et proinde Capitolium nominavit[56].

32. Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae. Nam quaecunque tutissima urbium sunt[57], ab arcendo hostem arces vocantur. Unde et[58] arcus et arca.

33. Circum Romani dictum putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum[59] metas equi currant[60].

34. Theatrum autem ab spectaculo[61] nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας[62], quod in eo populus stans desuper atque spectans, ludos scenicos contemplaretur.

35. Amphitheatrum vero[63] vocatum[64], quod ex duobus sit theatris compositum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatri[65] est, semicirculi figuram habens.

36. Labyrinthus est perplexis parietibus aedificium, qualis est[66] apud Cretam a[67] Daedalo factus, ubi fuit[68] Minotaurus inclusus, in[69] quo si quis introierit[70] sine glomere lini, exitum invenire non valet. Cuius aedificii talis est situs, ut aperientibus fores[71], tonitruum intus terribile audiatur[72]. Descenditur centenis[73] ultra gradibus, intus simulacra et monstrificae[74] effigies, in[75] partes diversas transitus innumeri per tenebras, et caetera ad errorem[76] ingredientium facta, ita ut de tenebris eius ad lucem venire impossibile[77] videatur. Quatuor sunt autem[78] labyrinthi, primus Aegyptius, secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes ita constructi, ut dissolvere eos nec ulla quidem secula[79] possint.

vel . . vol. sunt om. Gu. 2. — 38) *portici* Z. al. — 39) *Forum* Z. — 40) Sic Z. Gu. 1. va. — vulg. *leges.* — 41) *pro rostris* Arev. — 42) Vulg. *ex bello*, sed *ex* om. Gu. 1. — 43) *esset* Arev. — 44) *insignum* Z. — 45) *administraretur* va. — 46) *eo* om. Z. — 47) Sic Gu. 1. al. — *sedeat* vulg. — 48) *est* add. vulg. Om. Gu. 1. *generalis Graecorum exerc.* va. — 49) Sic Gu. 1. — *locus erat* vulg. — 50) *exercitabatur* Gu. 2. — 51) *vocatur* om. va. — 52) Sic Gu. 1. — *balnea* vulg. — 53) *homines* Gu. 2. al. — 54) *autem* addidi e Gu. 1. — 55) *fundamentum* Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. — *appellavit* vulg. — 57) *sunt urb.* Z. — 58) *et* om. Gu. 2. — 59) *circa* al. — 60) *currunt* Z. — 61) Sic Gu. 1. va. — *a spect.* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. pr. Ar. — ἀπὸ τοῦ θεᾶσαι vulg. — Om. Z. va. — 63) *vero* om. Z. Gu. 2. — 64) *est voc.* Z. — 65) *est medio amphitheatrum* Z. — *amphitheatro* Gu. 1. 2. — 66) *fuit* Gu. 2. — 67) *Creta* solum, ablativo casu Z. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. — vulg. *fuerit.* — 69) *in* om. al. — 70) *si qui introiret* al. — 71) *foris* Z. — 72) *auditur* va. — 73) *millenis* Gu. 2. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — vulg. *monstriferae* — 75) *inter* Z. — 76) *ad terrorem* al. — 77) *esse* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. va. Ar. — 78) *autem* addidi e Gu. 1. pr. Ar. — *Quat. autem sunt* Z. Gu. 2. va. — 79) Sic Gu. 1. — *nec ulla saec. quidem* vulg. — *ulla* om. Z. Ar.

37. Pharus est turris[1] maxima, quam Graeci ac[2] Latini in commune[3] ex[4] ipsius rei usu Pharum appellaverunt[5], eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus, qualem[6] Ptolemaeus[7] iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus eius est[8] nocturno navium[9] cursu[10] ignes ostendere, ad pronuntianda[11] vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos[12] incidant. Nam Alexandria fallacibus[13] vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portubus[14] machinas ad praelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam φῶς lux est, ὅρασις visio dicitur[15]. Unde et lucifer Graece φώσφορος appellatur.

38. Cocleae sunt altae et rotundae turres, et dictae cocleae, quasi cycleae[16], quod in eis tanquam per circulum orbemque conscendatur, qualis est Romae CLXXXV[17] pedibus.

39. Thermas[18] appellatas[19], quod caleant. Graeci enim θερμὸν calorem vocant[20].

40. Balneis vero nomen inditum a levatione moeroris. Nam Graeci βαλανεῖον dixerunt, quod anxietatem animi tollat. Haec et gymnasia dicuntur, quia[21] ibi athletae uncto corpore et perfricato manibus exercitantur. Nam γυμνάσιον Graece, Latine exercitium dicitur[22].

41. Apodyterium, ubi lavantium vestimenta ponuntur, ab exuendo scilicet[23] dictum. Ἀποδύειν[24] enim Graece exuere dicitur.

42. Propina[25] Graecus sermo est, qui[26] apud nos corrupte popina[27] dicitur. Est autem locus iuxta balneas publicas[28], ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur. Unde et propina[29] et propinare dicitur. Πεῖνα enim Graece famem significat, eo quod hic locus famem tollat.

43. Tabernae olim vocabantur aediculae plebeiorum parvae et simplices in vicis, axibus[30] et tabulis clausae, unde et tabernariae[31], quod ibi[32] solebant[33] consedere[34]. Dictae autem tabernae[35], quod ex tabulis lignis[36] erant constructae, quae nunc et si non speciem, nomen tamen pristinum retinent.

44. Macellum dictum, quod ibi mactantur[37] pecora, quae mercantibus venundantur[38].

45. Mercatum autem a commercio nominatum. Ibi enim res vendere, vel emere solitum est[39], sicut et teloneum[40] dicitur, ubi merces navium et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, et voce a mercatoribus flagitans.

46. Carcer est, a quo prohibemur[41] exire, et dictus carcer a coercendo[42].

1) Sic Gu. 1. — *turris est* vulg. — 2) *ac* pro *et* Z. Gu. 1. 2. va. — 3) *communiter* al. — 4) *ex* pro *ab* Z. Gu. 1. 2 Ar. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — vulg. *appellaverint*. — 6) *quam* Z. — 7) *Ptolom.* Z. — 8) *est* om. Z. — 9) *navigium* Z. — *navigantium* al. — *navigantibus* Gu. 2. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *curso* Z. — *cursui* vulg. — 11) *praenuntianda* Arev. — 12) *scopulis* Gu. 2. — 13) *fallentibus* Z. — 14) *portibus* Ar. pr. — *porticibus* Z. Gu. 2. al. va. — 15) ὅρασις pro vulg. ὁρᾶν Ar. — *oros* Z. Gu. 1. 3. 4. — *foros* Gu. 2. pr. va. — *visio dicitur* pro vulgatae lectionis simplici *videre* exhibent Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Ar. — 16) *cicliae* Gu. 1. — 17) CLXXV Ar. Gu. 2. — 18) *Thermae . . . Propina . . . famem tollat* om. Z. — 19) Sic Gu. 1. 2. al. — *Thermae appellatae* vulg. — 20) *Termon Graece calor vocatur* Gu. 2. — 21) *quod* Gu. 2. — 22) γυμνὸς *vero* (*enim* Ar.) *nudus* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 23) *scilicet* addidi e Gu. 1. 2. — 24) ἀποδετερειν Gu. 1. — *apoleterin* Gu. 2. va. — *apodeterin* Gu. 3. 4. — 25) *Popina* Arev. pr. va. — 26) *quae* Gu. 2. pr. — 27) *propina* Ar. pr. va. — 28) Sic Gu. 1. — *balnea publica* vulg. — 29) *et propina* om. Gu. 2. — 30) *saxis* Z. — 31) *tabernarii* Gu. 2. va. — 32) *ibi* om. al. pr. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *soleant* vulg. — 34) *considere* al. — 35) *tabernariae* al. — 36) *lignisque* Z. Gu. 2. Ar. — 37) Sic Gu. 1. 2 — *mactentur* vulg. — 38) *venund. merc.* va. — 39) *solent* Gu. 2. — 40) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *telonium* vulg. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *prohibentur* vulg. — 42) Vulg.

CAP. III. *De habitaculis.*

1. Habitatio ab habendo[43] vocata, ut Habitare casas.

Domus ex Graeca interpretatione[44] vocata. Nam δώματα Graeci tecta dicunt.. Est autem domus familiae unius[45] habitatio[46], sicut orbis domicilium totius generis humani.

2. Omne aedificium[47] antiqui dicebant aedem[48]. Alii aedem ab edendo[49] sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto[50]:

Si vocassem vos in aedem ad prandium.

Hinc et aedificium, eo quod fuerit prius ad edendum factum.

3. Aula domus est regia, sive spaciosum habitaculum, porticibus[51] quatuor conclusum.

4. Atrium magna aedes[52] est, sive amplior et spaciosa domus, et dictum est atrium, quod[53] addantur ei tres porticus extrinsecus. Aliis atrium quasi ab igne[54] et lychno[55] atrum dixerunt. Atrum enim fit ex fumo.

5. Palatium a Palante principe Arcadum dictum, in cuius honores[56] Arcades Palanteum oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam Palatium vocaverunt.

6. Thalamum hac ex causa vocatum ferunt. Cum enim raptae[57] fuissent a Romanis Sabinae, ex quibus cum una ante alias specie nobilis[58] cum magna omnium admiratione raperetur, Talassioni[59] duci eam dari oraculo responsum est[60], et quoniam hae nuptiae feliciter cesserant, institutum est, ut in omnibus nuptiis thalami nomen iteretur. Aegyptii quoque lingua sua loca, in quibus nubentes succedunt[61] et incubant[62], thalamum nominant.

7. Coenaculum dictum a communione vescendi, unde et coenobium congregatio[63]. Antiqui enim publice et in commune vescebantur, nec ullius convivium singulare erat[64], ne in occulto deliciae gignerent luxuriam[65].

8. Triclinium coenaculum[66], a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco, ubi convivii apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur. Κλίνη[67] enim Graece lectus[68], vel accubitus[69] dicitur, unde[70] confectum est, ut triclinium diceretur.

9. Cella dicta, quod nos occultat et celat[71].

Cubiculum dictum[72], quod eo[73] cubamus[74], ibique[75] dormientes requiescamus.

add. *Hinc Fronto: ut pergraecari potius amoenis locis, quam coerceri carcere videretur.* Haec om Gu. 1. 2. 3. va. Caes. I. Variae lectt. sunt hae: *Frontoni* Z. — *carcere* om. id. cod. — *viderentur* Z. Ar. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *habitando* vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *appellatione* vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *unius fam.* vulg — 46) Vulg. add. *sicut* (*et sicut* Z.) *urbs unius populi*, quae om. Gu. 1. — 47) *domus* add. Z. Gu. 2. va. — 48) Sic Gu. 1. — *aedem appellaverunt* vulg. — 49) *quidem* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *quitdam* Gu. 2. — 50) *de Platone* pr. va. Locum Plauti in his, quae extant, non inveni. — 51) *porticibusque* vulg., sed *que* om. Z. Gu. 1. — 52) *aedis* Z. Gu. 2. — 53) *eo quod* vulg., sed *eo* om. Gu. 1. — 54) *ab igni* Gu. 2. — 55) Sic Grial. et Arev. e cod. Rom. — *ligno* vulg. — 56) Sic Gu. 1. — *honore* vulg. — 57) *captae* Z. — 58) *nobilitatis* va. — 59) Sic Ar. — *Talamoni* vulg. — 60) Sic Gu. 1. — *orac. resp. est dari* vulg. — 61) *et succed.* Z. — 62) *incubunt* va. — *incumbunt* al. — 63) *est congr.* Z. — 64) *erat* om. pr. — 65) Sic Gu. 1. — *lux. gign.* vulg. — 66) Vulg. *est coen.*, sed *est* om. Gu. 1. — 67) *Climon* Z. — *Clinon* Gu. 1. pr. — *clynion* Gu. 2. va. — 68) *lectum* Z. Gu. 2. — *lectulus* al. — 69) *accubitum* Z. Gu. 1. 2. — 70) Sic Gu. 1. — *ex quo* vulg. — 71) Sic Gu. 1. al. — *occultet et celet* vulg. — 72) Sic Gu. 1. — *Cubiculum vero, quod* etc. vulg. — 73) *in eo* al. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *cubemus* vulg. — 75) *atque ibi* Gu. 2.

Cubile vero[1] cubandi locus est.

Secessus[2], quod sit locus secretus, id est sine accessu.

10. Diversorium dictum, eo quod ex diversis viis ibi conveniatur.

Hospitium sermo Graecus est, ubi quis ad tempus hospitali iure inhabitat, et iterum[3] inde transiens migrat. Inde et metatum, quod[4] mutatur. Unde et[5] legitur: *et castra metati sunt* pro mutaverunt. Non enim[6] permanet exercitus, sed pertransit.

11. Moenius[7] collega Crassi in foro proiecit materias, ut essent loca, in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius Moeniana appellata sunt[8]. Haec et[9] solaria, quia patent soli, post haec alii lapide, alii materia aedificavere porticibus[10] moeniana, et foribus et domibus adiecerunt.

12. Tabulata olim fiebant ligneae domus[11]. Inde nomen permanet tabulatorum[12].

Hypogeum[13] est constructum sub terris aedificium, quod nos antrum, vel speluncam dicimus.

Solarium[14], quod soli et auris[15] pateat[16], qualis fuit locus[17], in quo David Bethsabee[18] lavantem[19] aspexit et adamavit.

13. Cum Hierosolymam Antiochus obsideret, Hircanus princeps Iudaeorum reserato David sepulcro, tria milia auri talenta[20] inde abstraxit[21], ex quibus CCC[22] Antiocho dedit, ut obsidionem relinqueret, atque ut facti invidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus Xenodochia, quibus adventum susciperet pauperum et[23] peregrinorum, unde et vocabulum sumpsit. Nam ex Graeco in Latinum ξενοδοχεῖον peregrinorum susceptio nuncupatur. Ubi autem aegrotantes de plateis colliguntur, νοσοκομεῖον Graece dicitur[24], in quo consumpta languoribus atque inediis[25] miserorum membra foventur.

CAP. IV. *De aedificiis sacris.*

1. Sacra sunt loca, divinis cultibus instituta, utpote ea, in quibus litantibus de more pontificibus consecrantur altaria[26].

Sancta[27] iuxta veteres exteriora templi sunt.

2. Sancta[28] autem sanctorum locus templi secretior, ad quem nulli[29] erat accessus, nisi tantum sacerdotibus[30]. Dicta autem Sancta[31] sanctorum, quia exteriore[32] oraculo sanctiora sunt, vel[33] quia sanctorum comparatione[34] sanctiora sunt, sicut Cantica canticorum cantica[35] uni-

1) *vero* pro *autem* Gu. 1. — 2) *ut secessus* Z. — 3) *iterum* om. Z. — 4) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 5) *et* om. Gu. 2. pr. va. — 6) *illic* add. vulg. — om. Gu. 1. — 7) *Moeniana dicta sunt, quod maneamus* vulg. praecedit, sed omittunt ea Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Moenius* pro vulg. *Moenianus* scripsi cum Arev. — 8) Sic Gu. 1. 2. — *appellata est* vulg. — *est* om. Ar. Cod. Zittav. om. vv. *moen. appell. . . porticibus.* — 9) *hoc est* Gu. 1. — *haec sunt* Gu. 2. pr. va. — 10) *portibus* va. — 11) Sic Gu. 1. — *ligneae domus fiebant* vulg. — 12) *et tabul.* Z. — 13) Sic Arev. — *Apogeum* vulg. — 14) *dictum* add. Gu. 2. va. — 15) *solis auris* Gu. 2. — *aurae* ed. Goth. cod. Zittav. — 16) *patet* Z. — 17) *locus fuit* Z. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Bersabeae* vulg. — 19) *se* add. Z. — 20) *talenta auri* va. — 21) *extraxit* Gu. 1. — 22) *triginta* Gu. 1. — 23) *et* om. Ar. — 24) *dic. Gr.* Z. — 25) *inedia* Arev. — 26) Sic Gu. 1. — Vulg. *in quibus alt.* — 27) *Sacra* Z. — 28) *Sacra* Z. — 29) *nullius* Gu. 2. — 30) Sic Gu. 1. al. — *sacerdoti* vulg. — *sacerdotis* Gu. 2. pr. — 31) *Sacra* Z. — 32) Sic Gu. 1. — *exteriori* vulg. — Vv. *exter. orac.* om. Gu. 2. — 33) *vel quia . . sanctiora sunt* om. Gu. 2. Caesen. I. — 34) *ad sanctiorum* (*sanctorum* Gu. 1.) *comparationem* Z. — 35) *quia cant.* vulg. — *quia* om. Gu. 1. — 36) *enim* om. Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. — *exstat* vulg. — 38) *Sancire est autem* Z. Gu. 2. pr. va. — 39) *confirmatione* Gu.

versa praecellunt. Sanctum autem a sanguine hostiae nuncupatum. Nihil enim[36] sanctum apud veteres dicebatur, nisi quod hostiae sanguine esset consecratum, aut conspersum. Item sanctum, quod constat[37] esse sancitum. Sancire autem est[38] confirmare et irrogatione[39] poenae ab iniuria defendere, sic[40] et leges sanctae, et muri[41] sancti[42] esse dicuntur.

3. Propitiatorium[43] quasi propitiationis[44] oratorium. Propitiatio[45] enim placatio est.
Oracula dicta eo, quod inde responsa redduntur[46], et oracula ab ore[47].

4. Penetralia secreta sunt oraculorum, et penetralia dicta sunt[48] ab eo, quod est penitus, hoc est pene intus.
Oratorium orationi tantum est[49] consecratum, in quo nemo aliquid[50] agere debet, nisi ad quod est factum, unde et[51] nomen accepit.

5. Monasterium unius monachi habitatio est[52]. Monos enim apud Graecos solus, sterium statio, id est habitatio solitarii.

6. Coenobium[53] et[54] ex Graeco et Latino videtur esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum in commune viventium: κοινὸν enim Graece commune dicitur[55].

7. Templi[56] generale nomen[57], pro locis enim quibuscunque magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta, quasi tecta ampla[58]. Sed et locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. Cuius partes quatuor erant, antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem[59] spectans[60], unde et quando templum construebant, orientem spectabant aequinoctialem, ita ut lineae ab ortu ad occidentem missae fierent partes coeli dextra sinistraque[61] aequales, ut qui consuleret ac deprecaretur, rectum aspiceret orientem.

8. Fana dicta a Faunis, quibus templa error gentilium construebat, unde et[62] consulentes daemonum responsa audirent.

9. Delubra veteres dicebant templa habentia fontes[63], quibus ante ingressum diluebantur, et appellari[64] delubra a diluendo. Ipsa[65] sunt nunc[66] aedes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur, et bene quodam praesagio delubra appellata sunt[67]. Sunt enim in ablutionem peccatorum.

10. Fons autem[68] in delubris locus est regeneratorum[69], in quo septem gradus in Spiritus sancti mysterio[70] formantur, tres in descensu et tres in ascensu. Septimus vero hic[71] est.

2. — 40) *sicut* Gu. 1. — 41) *muri* pro *mores* Gu. 1. Ar. — *et mores et muri* Z. — 42) *sancti* om. Z. — 43) Praecedunt vulgo haec: *Propitiatorium oraculum inter duo Cherubin. Et dictum*, quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 44) *propitium* pr. — 45) *Propit. . . est* om. Gu. 2. — 46) *reddantur* Gu. 2. va. — 47) *quasi ab ore* Gu. 2. va. — 48) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. al. — 49) *est* om. Gu. 2. — 50) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *aliud* vulg. — 51) Sic Z. Gu. 2. — *et unde et nomen acc.* Gu. 1. — *et* om. vulg. — 52) Sic Z. Gu. 1. 2. — Vulg. *Mon. id est solitarii habitatio.* — Codd. Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. addunt haec: *Monos* (*Mono* Gu. 1. 2.) *enim apud Graecos* (*Graece* Gu. 2.) *solus*, *sterium* (*sterio* Z. Gu. 1. 3. pr. va.) *statio* (*habitatio vel statio* va.) (*dicitur* add. Z.), *id est habitatio solitarii* (*solitarii hab.* Z. Gu. 2. 3. pr. va. Ar.) — 53) *vero* add. Z. Gu. 2. — 54) *et* addidi e Gu. 1. — 55) *dicunt* Gu. 2. — 56) *Templa* Gu. 1. — 57) Sic Gu. 1. — *nomen gen.* vulg. — 58) *ampla tecta* Gu. 2. — 59) *a meridie* Gu. 2. — 60) *aspectans* Gu. 1. — *exsp.* Z. Gu. 2. — 61) Sic Gu. 1. va. — *dextra et sin.* Z. — *dextra atque sin.* Ar. — 62) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 63) Sic Gu. 1. — *font. hab.* vulg. — 64) *appellantur* Ar. — 65) *Ipsae* Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. 2. va. — *nunc sunt* vulg. — 67) Sic Gu. 1. — *sunt app.* vulg. — 68) *enim* Z. — 69) Sic Gu. 1. — *loc. reg. est* vulg. — 70) *ministerio* Gu. 1. al. — 71) Sic Gu. 1. — *is* vulg. — *idem* va.

qui et quartus[1], id est similis Filio hominis, extinguens fornacem ignis, stabilitatem[2] pedum, fundamentum aquae, in quo divinitatis plenitudo[3] habitat corporaliter.

11. Basilicae[4] prius vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent. Nam βασιλεὺς rex, et basilicae regiae habitationes. Nunc autem ideo divina templa basilicae nominantur, quia ibi regi omnium deo cultus et sacrificia offeruntur.

12. Martyrium[5] locus martyrum[6] Graeca derivatione, eo quod in memoriam martyris[7] constructum sit[8], vel quod sepulchra sanctorum ibi sint[9] martyrum.

13. Aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae[10] victimae ardeant. Alii aras dicunt a precationibus, id est[11], quod[12] Graeci ἄρας dicunt[13], unde contra inprecatio κατάρα[14] dicitur. Alii volunt ab altitudine aras, sed male[15].

14. Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta ara.

15. Pulpitum, quod in eo lector, vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo[16] liberius audiatur.

16. Tribunal eo, quod inde[17] a sacerdote tribuantur praecepta vivendi. Est enim locus in sublimi[18] constitutus, unde universi[19] conspici[20] possint. Alias tribunal a tribubus denominatum, quod ad illum[21] tribus convocentur[22].

17. Analogium dictum, quod sermo inde praedicetur[23]. Nam λόγος Graece sermo dicitur, quod et ipsum altius situm est[24].

CAP. V. *De repositoriis.*

1. Sacrarium proprie est locus[25] templi, in quo sacra reponuntur, sicut donarium est, in quo collocantur[26] oblata, sicut lectisternia dicuntur, ubi homines sedere consueverunt. Ab inferendis igitur[27] et deportandis sacris[28] sacrarium nuncupatur.

2. Donaria vero eo, quod ibi dona reponantur, quae[29] in templis offerri[30] consueverunt[31].

3. Aerarium vocatum, quia prius aes signatum ibi[32] recondebatur. Hoc enim prius[33] in usu erat auro argentoque nondum signato, ex quorum metallis quamvis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen aerarii permansit ab eo metallo, unde pecunia nomen sumpsit et initium[34].

1) *unus* Z. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. ed. Goth. — *stabilimentum* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *plenit. divin.* vulg. — *omnis plen. divin.* Arev. — 4) *Basilis* Gu. 1. — 5) *Martyria* Gu. 2. — 6) *Martyrii* Z. va. — *martyris* al. — 7) *martyrum* va. — 8) Sic Gu. 1. — *sit constr.* vulg. — 9) *sunt* Z. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *incensae ibi* vulg. — 11) *id est* al. om. — 12) Sic Gu. 1. — *quas* vulg. — 13) Sic Gu. 1. — *vocant* vulg. — Om. Z. — 14) Sic Arev. — *satura* vulg. — 15) *sed non* Z. — 16) *quod* Z. Gu. 2. — 17) *ibi* Z. — 18) *in sublime* Z. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *universa* vulg. — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *exaudiri* vulg. — 21) *illud* Gu. 2. va. — 22) *convocetur* Z. Gu. 1. al. — *evocentur* Gu. 2. — 23) *praedicatur* Z. — 24) Add. h. l. Gu. 1. haec, quae ad v. *Pulpitum* dicuntur ab Isidoro. — 25) *locus est* Gu. 2. — 26) *collocatur* Gu. 1. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *ergo* vulg. — 28) *sacris* om. Gu. 1. — 29) *quod* Gu. 1. — 30) *offerre* Z. — 31) *consueverant* Gu. 1. al. — 32) *prius ibi aes* va. — 33) Sic Gu. 1. — *olim* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *unde pec. initium sumpsit* vulg. — 35) *vero* om. Z. Gu. 2. — 36) *tantum, ubi* Gu. 2. — 37) *sunt* add. va. — *armentorum* Gu. 2. — 38) *unde et* Gu. 2. — 39) Iuven. Sat. XIII, 83. — 40) *habet* Gu. 2. — 41) *a* addidi e Z. Gu. 1. — 42) *positorium* Z. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. — *id est* vulg. — 44) *eo quod ibi* Gu. 2. — 45) *colliguntur* Z. — 46) *supers. vict.* Gu. 2. — 47) *autem* om. Z. — 48) Sic Gu. 1. — Vulg. *cell. est pauc. dier. prompt. vero* (*vero est* Gu. 2.) *temp. long.* — 49) *autem* om. Gu. 2. — 50) *a Graeco verbo* va. — *Graece verbum* Z. — *Graeco verbum* Gu. 2. — *Grae-*

4. Armarium locus est, ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur. Armamentarium vero[35], ubi tantum[36] tela armorum[37]. Unde[38] Iuvenalis[39]:

Quicquid habent[40] telorum armamentaria coeli.

Dicta autem utraque ab armis, id est a[41] brachiis, quibus exercentur.

5. Bibliotheca est locus, ubi reponuntur libri, *βίβλος* enim Graece liber, *θήκη* repositorium[42] dicitur.

6. Promptuarium dictum eo, quod inde necessaria victui promuntur, hoc est[43] proferuntur.

7. Cellarium, quod in eo[44] colligantur[45] ministeria mensarum, vel quae necessaria victui supersunt[46]. Inter promptuarium autem[47] et cellarium hoc interest, quod cellarium paucorum dierum, promptuarium vero longi temporis est[48].

8. Apotheca autem[49], vel horrea a Graeco, verbum[50] ex verbo repositoria vel reconditoria dici possunt, eo quod in iis homines elaboratas fruges reponunt. Unde et enthecam[51] Graeco nomine[52] repositam[53] rei copiosam substantiam appellamus.

CAP. VI. *De operariis.*

1. Ergasterium locus est, ubi opus aliquod fit. Graeco enim sermone *ἔργα* opera[54], sterion[55] statio dicitur, id est operarii statio.

2. Ergastula quoque et ipsa[56] a[57] Graeco vocabulo[58] nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et exules, qui marmora secant, et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

3. Gynaeceum Graece dictum, eo quod ibi conventus feminarum ad opus laneficii exercendum conveniat[59]. Mulier enim Graece *γυνή* vocatur[60].

4. Pistrinum quasi pilistrinum, quia pilo antea granum tundebatur[61]. Unde et apud[62] veteres non molitores, sed pistores[63] quasi pinsores[64] a pinsendis[65] granis frumenti; molae enim usus nondum erat[66], sed granum pilo pinsebant[67], unde et[68] Virgilius[69]:

Et torrere parant flammis fruges et frangere saxo[70].

5. Clibanus[71] a clivo[72] dictus, ab eo[73], quod in erectione sit collectus[74]. Clivum enim[75] ascensum dicimus, sive flexuosum[76].

6. Furnum[77] per derivationem a farre dictum, quoniam[78] panis ex eo factus ibi coquitur.

cum verbum al. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *ἐνθήκην* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *sermone* vulg. — 53) *repositae* Gu. 1. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Ar. — *ἐργάζομαι operor* vulg. Sequuntur nunc in codd. et editt. pr. va. Ar. ea, quae post *opera* addidimus. — 55) *sterio* Z. Gu. 1. et editt. pr. va. — *ysterium* Gu. 2. — *dicitur* addidi e Z. Gu. 1. — *operaria* Gu. 4. Ar. — 56) *Erg. quoque ipsum* va. — 57) *a* om. Gu. 2. — 58) *sermone* Z. — 59) *conveniant* va. — *convenit* ed. Goth. Gu. 2. pr. — 60) *Gene enim Gr. mul. nunc.* va. Ad marginem cod. Z. est: *Mulier quasi mollis aer vel a mollitie.* — *vocatur* pro vulg. *nuncupatur* Gu. 1. — 61) Sic Gu. 1. — *tundebant granum* vulg. — 62) *apud* om. Z. — 63) Vulg. add. *dicti sunt* (*sunt* om. Z. Gu. 2. va.), quae om. Gu. 1. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *finsores* vulg. — *fissores* va. — 65) Sic Ar. — *findendis* vulg. — *a fundendis* Gu. 2. — 66) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *nondum usus erat* vulg. — 67) Sic Ar. — *pindebant* Z. — *findebant* Gu. 2. 3. al. va. — *findebantur* Gu. 1. — *tundebant* vulg. — 68) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 69) Georg. I, 267. — 70) Sic Gu. 1. (*flammis* exhibent etiam codd. Z. Gu. 2.) — *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo* vulg., ut Virgil. — 71) Vulg. add. *fornax*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 72) *clibo* Z. — *Cliban. forn. scilicet dict.* va. — 73) *ab* om. Gu. 2. — 74) *quod in ordine recto non sit coll.* Gu. 2. — 75) *enim* om. Gu. 1. — 76) *sive flexu summo* Gu. 1. — 77) Sic Gu. 1. — *Furnus — dictus* vulg. — 78) *quod* va.

7. Torcular dictum, eo quod ibi uvae calcentur atque extortae exprimantur.

8. Forus est locus, ubi uva calcatur [1], dictus [2], quod ibi feriatur uva, vel pro eo, quod [3] ibi feriatur pedibus [4]. Unde et calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat [5]. Prima specie fori locus [6] in civitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda, ubi magistratus iudicare solet. Tertia, quam supra diximus, quam calcatorium nominamus [7]. Quarta spacia plana in navibus, de quibus Virgilius [8]:

Laxatque foros.

Lacus dictus, quod [9] decurrit ibi [10] frugum [11] liquor.

CAP. VII. *De aditibus.*

1. Aditus ab eundo [12] dictus, per quem ingredimur et admittimur.

2. Vestibulum [13] est vel aditus domus privatae, vel spacium adiacens aedibus publicis. Et vestibulum eo dictum [14], quod vestiuntur eo [15] fores, aut quod aditum tecto vestiat, aut ab stando [16].

3. Porticus, quod ad transitum magis sit quam standum sita [17], quasi porta, et porticus eo, quod sit apertus [18].

4. Ianua a Iano quodam appellatur [19], cui gentiles omnem introitum, vel exitum sacraverunt. Unde [20] Lucanus [21]:

Ferrea Belligeri compescat [22] *limina Iani.*

Est autem [23] primus domus [24] ingressus, caetera intra [25] ianuam ostia [26] vocantur generaliter [27]. Ostium est, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab obstando dictum, sive ostium, quia ostendit aliquid intus. Alii aiunt ostium dictum [28], quia hostem moratur. Ibi enim adversariis nos [29] obiicimus: hinc et Ostia Tiberina, quia hostibus sunt [30] opposita.

Fores et valvae claustra sunt. Sed fores dicuntur, quae foras, valvae, quae intus revolvuntur, et duplices complicabilesque [31] sunt, sed generaliter usus vocabula ista corrupit [32].

5. Claustra ab eo, quod claudantur dicta.

Fenestrae sunt, quibus pars exterior angusta et interior diffusa est, quales in horreis videmus, dictae eo, quod lucem fenerentur [33]: lux enim Graece φῶς dicitur: vel [34] quia per eas intus positus homo videt [35]. Alii fenestram putant dictam eo, quod domui lucem ministrat, compositum nomen [36] ex Graeco Latinoque sermone, φῶς [37] enim Graece lux est.

1) *uvae calcantur* Gu. 2. — 2) *autem* add. Z. — 3) Sic Gu. 1. — *propter quod* vulg. — 4) Sic Gu. 1. pr. — *ped. feriatur* Z. Gu. 2. Ar. — *teratur ped.* vulg. — 5) *signif. multa* Z. — 6) *locus est* vulg., sed *est* om. Z. Gu. 1. 2. — 7) *quam supra calcatorium nominavimus* (*nominavimus* va. rell. ut vulg.) Gu. 2. — 8) Virg. Aen. VI, 412. — 9) *quia* Ar. — 10) Sic Gu. 1. — *ibi decurrit* vulg. — 11) *uvarum vel frugum* Z. — 12) *adeundo* Ar. va. — 13) *Vestibulum . . . Et* om. Z. — 14) Sic Gu. 1. — *dictum eo* vulg. — 15) *eo* addidi e Gu. 1. — *eo vestiantur* va. — 16) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. al. va. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *quod transitus sit magis, quam ad standum sita sit.* — Gu. 2. pr. va. Ar. *quod trans. sit mag., quam ibi* (*ubi* Ar.) *standum sit.* — 18) Sic Gu. 1. — *aperta* vulg. — 19) *appellabatur* Gu. 1. — 20) *et* add. Gu. 2. va. — 21) Lucan. I, 62. — 22) *compescant* Gu. 2. pr. — 23) *ianua* add. Z. al. — 24) *domus* om. Z. — 25) *inter* al. pr. — 26) *aditus* Z. — 27) *vocantur generaliter. Ostium est* Ar. pr. va., idque velle videntur Gu. 1. 2., qui omittunt *quidem*, vulg. est enim: *Generaliter quidem ostium est.* — 28) Sic Gu. 1. — *appellari* vulg. — 29) *nos advers.* Arev. — 30) *sunt* om. Z. — 31) *que* om. Z. — 32) Sic Ar. — *corrumpit* vulg. — 33) *fenerent* Z. Gu. 2. Ar. — 34) *vel* om. Z.

6. Cardo est locus, in quo ostium vertitur, et semper movetur, dictus ἀπὸ τῆς καρδίας, quod quasi cor hominem totum, ita ille cuneus ianuam regat ac moveat. Unde et proverbiale est: *In cardine rem esse.*

7. Limina ostiorum dicta eo, quod sint transversa[38], ut limes, et[39] per ea sicut in agro aut introeatur, aut foras eatur.

8. Postes et antes[40] quasi post et[41] ante. Et antes, quia ante stant, vel quia ante[42] ad eas[43] accedimus, priusquam domum ingrediamur. Postes eo, quod post ostium stent.

CAP. VIII. *De partibus aedificiorum.*

1. Fundamentum dictum, quod fundus[44] sit domui. Idem et caementum a caedendo dictum, quod[45] crasso[46] lapide surgat.

2. Paries nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a latere, vel a fronte[47]. Sive enim tetragonum, sive hexagonum[48] sit, qui se conspiciunt ex pari erunt[49]. Aliter enim structura facta deformis est[50].

3. Parietinas dicimus quasi parietum ruinas. Sunt enim parietes stantes[51] sine tecto et[52] sine[53] habitantibus.

4. Angulus, quod duos parietes coniungat[54].

Culmina dicta sunt, quia apud antiquos recta culmo tegebantur[55], ut nunc rustica. Hinc tecti summitas culmen dicitur.

5. Camerae sunt volumina[56] introrsum respicientia, appellatae a curvo: κάμουρ[57] enim Graece curvum est[58].

6. Laquearia sunt, quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius:

Resultant aedesque lacusque.

Cuius diminutio lacunar facit, ut Horatius[59]:

Neque aureum[60]
Mea renidet[61] *in domo lacunar.*

Inde fit alia diminutio lacunarium, et[62] per ἀντίστιχον laquearium facit[63].

7. Absida Graeco sermone, Latine interpretatur lucida, eo quod lumine accepto[64] per arcum resplendeat. Sed utrum absidem an absidam[65] dicere debeamus, hoc[66] verbi genus ambiguum quidam doctorum existimant.

— 35) *foras videt* vulg., sed *foras* om. Gu. 1. — 36) *enim* Z. — 37) *φῶς . . lux est* om. Gu. 2. — 38) Sic Gu. 1. — *transversae sunt* vulg. — *transversa sint* Z. Gu. 2. Ar. va. — 39) *ut* va. — *foras* infra pro vulg. *foris* exhibet Gu. 1. pr. va. — 40) *antae* bis Arev , quod *antes* et *antae* differant. Ego autem crediderim, Isidorum potius verba confudisse, quam scribas codicum. — 41) *quasi post et* om. Gu. 1. — Vulg. post *ante* add. *stantes*, quod om. Ar. — 42) *ante* pro *antea* Gu. 1. 2. — 43) *eos* Gu. 1. 2. — 44) *fundamentum* Gu. 1. — *domus* pro *domui* Z. al. — 45) *eo quod* Gu. 2. va. — 46) *grosso* al. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *vel a fronte, vel a lat.* vulg. — 48) *tetragonium — hexagonium* Gu. 1. — 49) *et pares sunt* Gu. 2. — 50) *erit* Z. — 51) *quae stant* Gu. 2. — 52) *et* om. Z. Gu. 1. — 53) *sine* om. Gu. 2. — 54) *in unum coniungat* vulg., sed vv. *in unum* om. Gu. 1. — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — Vulg. *tegebantur culmo.* — *culmo* om. va. — 56) *culmina* Gu. 1. 2. — 57) Sic Gu. 2. 4. pr. va. Ar. — *Camer* Gu. 1. — *Camar* Z. — καμπύλον vulg. — 58) *dicitur* Z. — 59) Horat. Od. II, 18. init. — 60) *aurum* Gu. 1. — 61) *renitet* Gu. 1. 4. — *renitat* Z. — *retinet* Gu. 2. pr. va. — 62) *et* om. Z. — 63) *facit* om. Arev. — 64) *cepto* Z. — 65) Sic Gu. 1. — *absidam an absidem* vulg. — 66) *huius* Gu. 2.

8. Testudo est camera templi obliqua, nam in modum testudinis veteres templorum tecta faciebant, quae ideo sic fiebant [1], ut coeli imaginem redderet [2], quod constat esse convexum. Alii testudinem volunt esse locum in parte [3] atrii adversum venientibus.

9. Arcus dicti, quod sint arta conclusione curvati, ipsi et fornices.

10. Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte picturae, Lithostrota [4] parvulis crustis ac tessellis tinctis [5] in varios colores [6]. Vocata autem pavimenta, eo quod paviantur [7], hoc est [8] caedantur. Unde et pavor, quia caedit cor.

11. Ostracus est pavimentum testaceum [9], eo [10] quod fractis testis calce admixto [11] feriatur. Testam enim Graeci ὄστρακα dicunt.

12. Compluvium dictum, quia [12] aquae partes [13], quae circa sunt, eo conveniant.

Tessellae sunt, e quibus domicilia sternuntur, a tesseris nominatae [14], id est quadratis lapillis, per diminutionem.

13. Bases sunt fulturae [15] columnarum, quae a fundamento consurgunt, et superpositae fabricae sustinent pondus. Bases autem nomen est petrae [16] fortissimae Syro sermone.

14. Columnae pro longitudine et rotunditate vocatae, in quibus totius fabricae pondus erigitur [17]. Antiqua ratio erat columnarum [18] altitudinis tertia pars latitudinum [19]. Genera rotundarum [20] quatuor: Doricae, Ionicae, Tuscanicae [21], Corinthiae [22], mensura crassitudinis [23] et altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum, quae vocantur Atticae, quaternis angulis aut amplius, paribus laterum intervallis.

15. Capitella [24] dicta, quod sint columnarum capita, sicut et [25] supra [26] collum, caput.

Epistylia sunt. quae super capitella columnarum ponuntur, et est Graecum, id est supermissa.

Tegulae, quod tegant aedes, et imbrices, quod accipiant imbres.

16. Lateres et Laterculi, quod lati formantur [27] circumactis undique quatuor tabulis.

Canalis ab eo, quod cava sit in modum cannae. Sane canalem melius genere feminino, quam masculino proferimus.

17. Fistulae aquarum sunt dictae, quod aquas fundant, et emittant [28]. Nam στέλλειν Graece mittere est. Formae earum [29] pro magnitudine aquae et capacitatis modo fiunt.

CAP. IX. *De munitionibus.*

1. Munitum, vel munimentum dictum, quod [30] manu est factum.

Cohors [31] vocata, vel quod coartet [32] cuncta, quae interius sunt, id est concludat [33], vel quod [34] coerceat [35] obiectu suo extraneos, et adire prohibeat.

1) *fiebat* Gu. 1. — 2) *redderent* va. — 3) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *in partem* vulg. — 4) *Lithostrata* Gu. 2. Quae de hoc dicuntur, inclusit Arev. — 5) *intinctis* Z. — 6) *in variis coloris* Gu. 1. — 7) *paveantur* Z. Gu. 1. — 8) *hoc est* pro *id est* Gu. 1. — 9) *testacium* Z. Gu. 1 — 10) *eo* om. Gu. 2. — 11) Sic Z. Gu. 1. al. — vulg. *admixta.* — 12) *quod* Gu. 2. — 13) *partibus* Gu. 1. 2. — 14) Sic Gu. 1. — *nominata* vulg — 15) Sic Gu. 1. — *fulturae sunt* vulg. — 16) Sic Gu. 1. — *petrae est* vulg. — *est* om. Z. va. — 17) *erig. pond.* Z. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. — *columnerat* vulg. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *latitudinis* vulg. — 20) *rot. columnarum* Gu. 2.— *columnn. rotund.* va. — 21) *Tuscaniae* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. Ar. — *Corintheae* vulg. — 23) Sic Gu. 1. Ar. — *grossitudinis* vulg. — *magnitudinis* al. — 24) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *Capitolia* vulg. — 25) *et* add. Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. — *super* vulg. — *per* Z. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *formentur* vulg. — 28) *emittantque* Z. — *et mittant* Ar. — 29) *harum* Z. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *quia* vulg. — 31) *Cors* Z. Gu. 2. — *Coros* Gu. 1. — 32) *coerceat* Z. Gu. 1. al. — *coercet* va. — 33) *id est concludat* om. Gu. 2. — 34) *quod* om. Z. — 35) *coarceat* Gu. 1. — *coercet* Gu. 2. — 36) *protendatur* va. — 37) Sic Gu. 1. — *fustes sunt* vulg. — 38) *fit* Gu. 2. — 39) *Et* . . .

2. Vallum est, quod mole terrae erigitur, ut custodia praetendatur[36]. Dictum autem vallum a vallis. Nam valli sunt fustes[37], quibus vallum munitur[38]. Et[39] valli dicti, quod figantur et vellantur[40]. Intervalla sunt spacia[41] inter capita vallorum, id est stipitum, quibus vallum fit, unde et caetera quoque spacia dicuntur, ab[42] stipitibus scilicet.

3. Agger est cuiuslibet rei acervatio[43], unde fossae, aut valles possunt repleri[44]. Agger quippe[45] dicitur terra aggesta[46], quae vallo facto propius ponitur, sed abusive et muros et munimenta omnia aggerem dicimus.

4. Maceriae sunt parietes longi[47], quibus vineae[48] clauduntur. Longum enim Graeci[49] μακρὸν dicunt.

5. Formatum, sive formatium in Africa, et[50] in Hispania parietes de terra appellant[51], quoniam[52] in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius[53], quam instruuntur. Aevis[54] durant incorrupti, ventis, ignibus fortioresque caemento[55].

6. Sepes munimenta satorum sunt[56], unde et appellatae[57].

Caulas[58] munimenta ovium, vel sepimenta ovilium. Est autem[59] Graecum nomen c detracta. Nam Graeci αὐλὰς vocant animalium receptacula.

CAP. X. *De tentoriis.*

1. Tabernacula tentoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores[60] tempestatesque imbrium frigorisque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula, quod cortinae distentae funibus, tabulis interstantibus[61] appenderentur, quae tentoria sustinerent.

2. Tentorium vocatum, eo[62] quod tendatur funibus atque[63] palis, unde et hodie praetendere dicitur[64].

3. Papiliones vocantur a similitudine parvuli animalis volantis, quod[65] maxime abundat[66] florentibus malvis. Hae sunt aviculae, quae lumine accenso conveniunt, et circa volitantes ab igne[67] proximo[68] interire coguntur.

CAP. XI. *De sepulchris.*

1. Sepulchrum a sepulto dictum. Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. Postea vetitum est[69] legibus, ne foetore ipso[70] corpora viventium contacta[71] inficerentur[72]. Monumentum ideo nuncupatur, eo quod mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentum, illud est[73], quod scriptum est: *Excidit*[74] *tanquam mortuus a corde.* Cum

vallum fit om. Gu. 2. — 40) Sic Gu 1. Ar. — *evell.* vulg. — 41) Sic Z. Gu. 1. — *spacia sunt* vulg. — 42) *ab* pro *a* Z. Gu. 1. 2. — 43) *coacervatio* Z. — 44) *ab aggregando* add. Arev. — 45) Sic Gu. 1. — *proprie* vulg. — 46) *egesta* Gu. 2. — 47) *longae* Z. — 48) *aliquae* add. vulg. — om. Gu. 1. — 49) *Graece* Gu. 1. al. — 50) *et* pro vulg. *vel* Z. Gu. 1. — *in* addidi e Gu. 1. — 51) *terram occupant* Gu. 1. — *e terra app.* va. — 52) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *cum* Z. — *quomodo* vulg. — 53) *magis* pr. va. — 54) *longius* Z. — 55) Sic Gu. 1. — *omni cemento fort.* vulg. — 56) *sunt satorum* Gu. 2. — 57) *sunt* add. Gu. 2. — 58) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Caulae* vulg. Supple *dicunt* vel *esse constat*, ut saepe apud Isidorum. — 59) *autem* pro *enim* Gu. 1. 2. Ar. — 60) *ardorem* Gu. 2. — 61) *in terra stant.* Gu. 1. al. — 62) *eo* addidi e Z. Gu. 1. — 63) *atque* pro *et* Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 64) Sic Ar. — *dicuntur* vulg. — 65) *quae* Z. — 66) *abundant* Gu. 2. — 67) *ab igni* Gu. 2. — *circum* pro *circa* Gu. 2. — 68) *proxime* al. va. — 69) *ventum* omisso *est* Z. — 70) *ipsa* Z. — 71) *contactu* Gu. 1. — 72) *interficerentur* Z. — 73) Sic Z. Gu. 1. 2. va. (*est illud* et *hoc* retinet) Ar. — Vulg. *oblivisceris mortuum. Hoc est illud.* — 74) *Excidi* Gu. 1. 2.

autem videris, monet mentem et ad memoriam te[1] reducit, ut mortuum recorderis. Monumenta[2] itaque et memoriae pro mentis admonitione[3] dictae.

2. Tumulus dictus quasi tumens tellus.

Sarcophagus Graecum est nomen[4], eo quod corpora ibi[5] asumantur[6]; σὰρξ enim Graece caro, φαγεῖν comedere dicitur.

3. Mausolea sunt sepulchra, seu monumenta regum, a Mausoleo rege Aegyptiorum[7] dicta. Nam eo defuncto[8] uxor eius mirae magnitudinis et pulchritudinis exstruxit sepulchrum[9], in tantum, ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex nomine eius[10] Mausolea nuncupentur[11].

4. Pyramis[12] genus[13] sepulchrorum quadratum et fastigiatum ultra omnem excelsitatem[14], quae fieri manu possit[15], unde et mensuram[16] umbrarum egressae nullam habere umbram dicuntur[17]. Tali autem aedificio[18] surgunt, ut a lato incipiant et in angusto[19] finiantur, sicut[20] ignis; πῦρ enim dicitur ignis. Has[21] Aegyptus habet. Apud maiores enim potentes aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur. Inde[22] tractum est, ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnae collocarentur.

CAP. XII. *De aedificiis rusticis.*

1. Casa est agreste habitaculum palis atque virgultis[23] arundinibusque contextum, quibus possint[24] homines tueri a vi frigoris, vel caloris iniuria.

2. Tugurium casula est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui[25] quasi tegurium, sive propter ardorem solis et radios declinandos, sive ut inde homines[26], vel bestiolas, quae insidiari solent natis frugibus[27], abigant. Hanc rustici capannam[28] vocant, quod unum tantum capiat[29].

3. Tescua[30] quidam putant esse tuguria, quidam[31] loca praerupta et aspera.

4. Magalia aedificia Numidarum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt[32], sive rotunda in modum furnorum. Et magalia dicta, quasi magaria, quia magar Punici novam villam dicunt, una litera commutata l pro r, magaria, tuguria[33].

CAP. XIII. *De agris.*

1. Ager Latine appellari dicitur, eo quod in eo agatur aliquid. Alii agrum a[34] Graeco nominari[35] manifestius credunt. Unde et villa Graece χοραγρός dicitur.

1) *te* om. va. — 2) *Monumentum* Z. — 3) *ammonit.* Gu. 2. — 4) Sic Z. Gu. 1. — *nomen est* vulg. — 5) Sic Gu. 1. — *ibi corp.* vulg. — 6) Sic Gu. 1. — *absumantur* Z. va. Ar. — *adsum.* Gu. 2. — *assum.* vulg. — 7) *Cariae* Arev. nescio unde. — 8) *def. eo* Z. — 9) Sic Z. Gu. 1. 4. pr. — *sep. exstr.* vulg. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *eius nom.* vulg. — 11) *nuncupantur* pr. — 12) Sic Ar. — *Pyramides* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Pyra* vulg. — 13) *est genus* vulg., sed *est* om. Z. Gu. 1. Ar. — 14) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *celsitudinem* vulg. — 15) *possunt* Z. Gu. 1. 2. — 16) Vulg. *mensuram unam*, sed *unam* om. Gu. 1. Ar. — *mensura una* Z. — 17) *forus omnem celsitudinem, quod fieri manu potest* add. Gu. 1. — 18) *Talia . . aedificia* al. — 19) *in angustum* Z. Ar. — 20) *sicuti* Z. — 21) *Hos* Z. Gu. 1. 2. — *has enim Aeg.* Z. — 22) *Inde . . . colloc.* om. Z. — 23) *virgulis* Z. — 24) *possunt* Z. — 25) *sibi* Gu. 2. — 26) *vel hom.* Z. va. Ar. — 27) *natis solent frug.* va. — 28) *caban.* Z. — *cavan.* va. — 29) *capiant* Z. — 30) *Tescuam* Gu. 1. — *Tesqua* Ar. Om. hanc glossam cod. Zitt. — 31) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quaedam* vulg. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *sint* vulg. — 33) *mag. ut tug.* Gu. 1. — *mag. tug.* om. Z. — 34) *a* pro *ex* Gu. 1. — *pro* va. — 35) *nomine* Gu. 1. — 36) Sic Gu. 1. — *id est* vulg. — 37)

2. Villa a vallo, hoc est[36] aggere terrae nuncupata[37], quod[38] pro limite terrae[39] constitui solet.

3. Possessiones sunt agri late patentes publici privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit, atque possedit, unde et nuncupati.

4. Fundus dictus, quod fundatur[40], vel stabiliatur patrimonium[41]. Fundus autem et urbanum aedificium et rusticum intelligendum est.

5. Praedium, quod ex omnibus patrifamilias maxime praevidetur, id est apparet, quasi praevidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut praedae nomine habebant.

6. Omnis autem ager, ut Varro docet, quadrifarius[42] dividitur. Aut enim arvus est ager, id est sationalis, aut consitus, id est aptus arboribus, aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut floreus[43], quod sunt horti apibus congruentes[44]. Quod etiam Virgilius in quatuor libris Georgicorum secutus est.

7. Rura veteres agros incultos[45] dicebant, id est silvas et pascua, agrum vero, qui[46] colebatur. Nam rus est, quo mel, quo lac[47], quo pecus haberi potest. Unde et rusticus nominatur[48]. Haec est[49] agrestium prima et otiosa felicitas.

8. Seges ager est, in quo seritur, unde et Virgilius[50]:

Illa seges demum votis respondet avari
Agricolae.

9. Compascuus ager dictus, qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis.

10. Alluvius ager est, quem paulatim fluvius in agrum reddit.

11. Arcifinius ager dictus est[51], qui[52] a certis linearum mensuris continetur[53], sed arcentur[54] fines eius obiectu fluminum, montium, arborum, unde et in iis agris nihil subsecivorum[55] intervenit.

12. Novalis ager primum[56] proscissus, sive qui[57] alternis annis[58] vacat, novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel erunt in fructu[59], et semel vacua.

13. Squalidus ager quasi excolidus, eo quod iam a cultura[60] exierit, sicut exconsul, quod a consulatu discesserit.

14. Uliginosus ager est semper uvidus[61]. Nam[62] uvidus[63] dicitur, qui aliquando siccatur. Uligo enim humor terrae est naturalis[64], ab ea nunquam recedens.

15. Subseciva[65] sunt proprie, quae[66] sutor de materia[67] praecidens supervacua[68] abiicit, unde[69]

nuncupatur Gu. 2. — 38) *eo quod* Z. — 39) *terrae* addidi e Gu. 1. — 40) *quod eo* vulg., sed *eo* om. Gu. 1. Ar. — 41) *patri monumentum* Gu. 1. — 42) *quadrifarie* Gu. 2. va. — *quadrifariam* Ar. — 43) *floreus* Gu. 2. pr. va. — *florens* vulg. — *floridus* Z. — 44) *et floribus* add. vulg. Om. Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. — *incultos agros* vulg. — 46) *quod* Z. — 47) *vel quo lac* Z. — 48) *appellatur* va. — 49) *est* addidi e Gu. 1. — 50) Georg. 1, 47. — 51) *est* om. Z. — 52) *qui a certis* Gu. 1. — *quia* vulg. — 53) *non cont.* Z. Gu. 2. va. Ar. — 54) *arcetur* Gu. 2. pr. (*finis*). — 55) Sic Gu. 1. Ar. — *subsic.* vulg. — *id est ciborum* add. va. — 56) Vulg. *est prim.*, sed *est* om. Gu. 1. — 57) *quod* Gu. 1. — 58) *annis* om. Z. — 59) Sic Gu. 1. (*erunt* Gu. 2. va.) — *erant cum fr.* vulg. — 60) *ex cult.* Gu. 2. — 61) *humidus* Gu. 1. — 62) *Nam* om. Gu. 1. — 63) *humidus* Z. Gu. 1. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. — *nat. est* vulg. — 65) Sic Ar. — *Subsiciva* vulg. — 66) *suo ordine* add. Z. — 67) *de* om. Z. Ordinem verborum pro vulg. *de mat. praevid. sutor* (*sator* Gu. 1.) recepi e Gu. 1. va. — *divisor de mat. pr.* Gu. 2. — *sutorem* Z. pr. — 68) *quasi superv.* vulg., sed *quasi* om. Gu. 1. — 69) *unde* pro *inde* Gu. 1. 2.

et subsecivi agri, quos in pertica divisos[1] recusant, quasi steriles, vel palustres. Item subseciva, quae in divisura agri non efficiunt[2] centuriam[3], id est iugera CC.

16. Area dicitur tabularum aequalitas. Dicta autem area a planitie atque aequalitate, unde et ara. Alii aream vocatam dicunt[4], quod pro triturandis frugibus eradatur, vel quod non triturentur[5] in ea nisi arida.

17. Pratum est, cuius foeni copia armenta tuentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo, quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturae desideret. Prata autem esse[6], quae secari possunt.

18. Paludes dictae a Pale pastorali dea, quod paleam, id est pabula nutriant[7] iumentorum.

CAP. XIV. *De finibus agrorum.*

1. Fines dicti, quod[8] agri[9] funiculis[10] sunt[11] divisi. Mensurarum enim lineae in terrarum partitione tenduntur, ut dimensionis aequalitas teneatur.

2. Limites appellati[12] antiquo verbo transversi. Nam transversa omnia antiqui lima[13] dicebant, a quo et limina ostiorum, per quae foris[14] vel intro itur[15], et limites, quod per eos in agros foras[16] eatur. Hinc et limus[17] vocabulum accepit[18], cingulum, quo servi publici cingebantur obliqua purpura.

3. Termini dicti, quod terrae mensuras distinguunt atque declarant. His enim testimonia finium intelliguntur, et agrorum intentio et certamen aufertur.

4. Limites maximi in agris duo sunt[19], cardo et decumanus. Cardo, qui est a septentrione directus a cardine coeli[20], nam sine dubio coelum vertitur in[21] septentrionali orbe. Decumanus est, qui ab oriente in occidentem per transversum dirigitur, qui pro eo, quod formam[22] X[23] faciat, decumanus est appellatus[24]. Ager enim bis divisus figuram denarii numeri[25] efficit.

5. Arca[26] ab arcendo vocata. Fines enim agri custodit, eosque adiri[27] prohibet.

Trifinium dictum, eo quod trium possessionum fines astringit. Hinc et quadrifinium, quod quatuor[28]. Reliqui limites angustiores et inter se distant imparibus intervallis et nominibus designatis.

1) *divisores* Gu. 2. — 2) *faciunt* va. — 3) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — vulg *centurias.* — 4) *dic. voc.* Gu. 2. — 5) *nutrirentur* Z. — 6) Sic Z Gu. 2. — *esse dicuntur* Gu. 1. — *sunt* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *nutriat* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *eo quod* vulg. — 9) *agri* om. Z — 10) *a funic.* Gu. 1. — 11) *sint* al. pr. va. — 12) *appellati* Gu. 2. — 13) *lima vel limina* va. — *luna* Gu. 1. pr. — 14) *foras* Ar. va. — 15) Sic Gu. 1. — *et intro* Ar. — *vel intus* Z. Gu. 2. — 16) Sic Z. (*foris*) Gu. 1. pr. (*foris*) va. (*foris*) *foras* (*foris* Gu. 2.) *in agros* vulg. — 17) *limes* va. — 18) *accipit* va. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *sunt duo* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — Vulg. *qui a sept. dir. a card. coeli est* Ar. — *quia septentrio* Gu. 2. — 21) *a* Z. Gu. 1. — 22) *formas* Gu. 2. — 23) *decimam* Gu. 1. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *vocatus* vulg. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *num. den.* vulg. — 26) Sic Z. Gu 2. pr. Ar. — *Acha* Gu. 1. — *Area* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *adire* vulg. — 28) *per quatuor* Gu. 2. — 29) *et cap.* Gu. 2. — 30) *latitudine* addidi e Z. Gu. 1. al. — 31) *in partes* Ar. et sic semper per accusativum. — 32) *cubitos* om. Z. — 33) *enim* add. vulg. Om. Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — *eor. sol.* vulg. — *tanta enim sol. fuit* Z. — *eorum fuit sol.* va. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *min pars* vulg. — 36) *digitos habet tres* Z. — *habens uncia dig. tres* Gu. 2. — *uncia habens digitum et trientem* Arev. — 37) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *quat. hab. dig.* vulg.

CAP. XV. *De mensuris agrorum.*

1. Mensura est, quicquid pondere, capacitate[29], longitudine, altitudine, latitudine[30], animoque finitur. Maiores itaque orbem in partibus[31], partes in provinciis, provincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in climatibus, deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos[32], pedes, palmos, uncias et digitos diviserunt, tanta[33] fuit solertia eorum[34].

2. Digitus est pars minima[35] agrestium mensurarum. Inde uncia habens digitos tres[36]. Palmus autem quatuor digitos habet[37], pes[38] sedecim[39], passus pedes quinque[40], pertica passus duos, id est pedes decem[41].

3. Pertica autem a portando dicta, quasi portica. Omnes enim[42] praecedentes mensurae[43] in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, et reliqua, sola pertica portatur. Est enim pedum decem[44] ad instar calami in Ezechiele[45] templum mensurantis.

4. Actus minimus est[46], latitudine pedum quatuor, et[47] longitudine centum viginti[48].

Climata quoque undiqueversum pedes habent sexaginta[49], ita: LX [LX / LX] LX

Actus quadratus undique finitur[50] pedibus centum viginti, ita: CXX [CXX / CXX] CXX. Hunc Baetici arapennem dicunt, ab arando scilicet.

5. Actus duplicatus iugerum facit, et[51] ab eo, quod est iunctum, iugeri nomen accepit, ita: CXL [CXL / CXL] CXL.

Iugerum autem[52] constat longitudine pedum ducentorum quadraginta, latitudine centum viginti, ita: CXX [CCXL / CCXL] CXX.

Actum provinciae Baeticae rustici agnam[53] vocant.

6. Porcam iidem[54] Baetici triginta pedum latitudine, et centum octoginta[55] longitudine

— 38) *vero* add. Z. — 39) *digitos* add. vulg. Om. Gu. 1. Ar. — 40) *quinque pedes habet* Z. — 41) *duos, id est decem pedes pertica passus* Gu. 2. — *pedes decem* pro *decem pedes* Z. Gu. 1. 2. va. — 42) *enim* pro *autem* Z. Gu. 1. Ar. — 43) *mens. praec.* Z. — 44) Sic Gu. 1. pr. — *decem pedum* vulg. — 45) Ezech. 40, 5. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — vulg. *est min.* — 47) *et* addidi e Gu. 1. — 48) Sic va. Arev. e Columella V, 1., unde Isidorus sua hausit, quae de mensuris tradit. — *centum sexaginta* vulg. — *centum XL.* Gu. 1. 2. — In codd. et editt. figurae adduntur, quarum nullam mentionem fecit Arev. At quum in libris superioribus ubi figurae essent, eas typis exprimendas curaverimus, nec hoc loco praetermittendas censui. Actus figuram sola edit. princ. affert ita: [X] — 49) In figuris plerumque consentiunt codd. et editt. pr. Edit. va. om. figuras. Verborum ordo est e Z. Gu. 1. — *habent ped. sex.* Gu. 2. pr. Ar. — *hab. sex. ped.* vulg. — *habent pedes quinquaginta* edit. va. — 50) *finitus* Gu. 2. — 51) *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 52) *nomen* pro *autem* Z. — 53) *agnam* pro *agrum* Ar. — *agnum* Z. al. — *acnuam* Columell. — 54) *Porcam vero Baet.* Gu. 2. va. — 55) Sic Arev. e Colum. — *octoginta* solum vulg. In figura octoginta expressit Gu. 1., ut in textu; mutavi itaque figuram ad Columell. locum.

CLXXX
definiunt, ita: XXX |______| XXX.
CLXXX

Sed porca[1], quod[2] in[3] arando extat; quod defossum est, lyra[4]. Galli[5] candetum[6] appellant in areis urbanis spacium centum pedum, quasi centetum[7]. In agrestibus autem pedum[8] quadratorum[9] candetum[10] vocant. Porro stadialis ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, cuius mensura octies computata, miliarium[11] facit, quod[12] constat quinque milia pedibus[13].

7. Centuria autem est ager[14] ducentorum iugerum, quae[15] apud antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est[16] nomenque[17] pristinum retinuit. In numero enim centuriae multiplicatae sunt[18], nomen mutare non potuerunt.

CAP. XVI. *De itineribus.*

1. Mensuras viarum nos miliaria dicimus, Graeci stadia, Galli leucas[19], Aegypti schoenos[20], Persae parasangas. Sunt autem proprio quaeque spacio[21].

2. Miliarium mille passibus terminatur, et dictum miliarium, quasi mille adium, habens pedes[22] quinque[23] milia.

3. Leuca[24] finitur passibus mille[25] quingentis.

Stadium octava[26] pars miliarii[27] est, constans passibus CXXV. Hunc[28] primum Herculem statuisse dicunt, eumque eo spacio determinasse, quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde stadium appellavit[29], quoniam[30] in fine respirasset simulque et[31] stetisset.

4. Via est, qua potest ire vehiculum, et via dicta ab incursu vehiculorum[32]. Nam duos actus capit, propter euntium et venientium vehiculorum occursum[33].

5. Omnis autem via aut publica est, aut privata. Publica est, quae in solo publico est, qua iter[34], actus[35] populo[36] patet[37]. Haec aut ad mare[38], aut ad oppida pertinet. Privata est, quae vicino municipio data est.

6. Strata dicta, quia sit[39] vulgi pedibus trita. Lucretius[40]:

Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum.

1) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 2) *quae* Z. — 3) *in* om. Arev. — 4) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Lyra, quod defossum est* vulg. *extat, quod defossum est. Libram, quod Galli* etc. Z. — 5) Vulg. *At Galli*, sed *at* om. Gu. 1. 2. Ar. — 6) *candidum* Gu. 2. — *candecum* pr. — *candecum, id est candidum* va. — 7) *centatecum* Gu. 2. — *centecum vel centaceum* va. — 8) *pedes* Z. Gu. 2. — 9) Sic Z. Ar. *quadratorum agrorum iustum* Gu. 1. — *quadratum iustum* Gu. 2. — *vel quadratum vel iustum* va. — 10) Sic Ar. — *candecum* vulg. — *candecum id est candidum* va. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *miliare* vulg. — 12) *qui* Gu. 1. 2. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *quinque millibus pedum* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *ager est* vulg. — *est* om. Z. — 15) Sic Gu. 1. — vulg. *qui*. — 16) *ea duplicata est mensura* Z. — 17) *sed nomen* Gu. 2. — 18) *sunt* om. pr. — 19) *leugas* Z. — 20) Sic Ar. — *signes* vulg. — 21) Sic Z. Gu. 1. (*quaeque* om.) 2. al. va. Ar. — *proprie . . spacia* vulg. — 22) *pedum* Ar. — 23) *quinque* om. Gu. 1. — 24) *Leuga* Z. — *Leuva* Gu. 1. pr. — 25) *mille* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 26) *octona* Gu. 1. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *milliarium* vulg. — 28) *Hunc* Z. Gu. 1. — *Hoc* vulg. — 29) Sic Gu. 1. — *appellasse* Ar. va. — *appellasset* vulg. — 30) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *quod* vulg. — 31) *et* addidi e Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. — *a vehic. inc.* (*cursu* Gu. 2.) vulg. — 33) *incursum* Gu. 2. — *occursu* va. — 34) *quae iter* Gu. 1. — *quae inter* Gu. 2. pr. va. — *qua itur* Z. — 35) *actos* Gu. 2. Om. Z. — 36) *omni* Z. — 37) *iacet* Gu. 1. — 38) Sic Z. (*autem* retinet) Gu. 1. 2. Ar. — *Haec autem ad mare* vulg. —

Ipsa est et delapidata, id est lapidibus strata. Primum autem Poeni dicuntur lapidibus vias[41] stravisse, postea Romani eas per omnem pene orbem[42] disposuerunt, propter rectitudinem itinerum, et ne[43] plebs esset otiosa.

7. Agger est media stratae[44], eminentia[45] coaggeratis[46] lapidibus strata ab aggere, id est a[47] coacervatione dicta[48], quam[49] historici viam militarem dicunt, ut[50]:

Qualis saepe viae deprensus in aggere serpens.

8. Iter vel itus est via[51], qua iri[52] ab homine quaquaversum potest[53].

Iter autem et itiner diversam significationem habent[54]. Iter enim est locus[55] transitu facilis, unde et appellamus itum[56]. Itiner autem est itus longae viae, et ipse labor ambulandi, ut quo velis pervenias.

9. Semita itineris dimidium[57], a semiitu[58] dicta. Semita autem hominum via est[59], callis ferarum et pecudum.

10. Callis est iter pecudum inter montes angustum et tritum, a callo pedum[60] vocatum[61], sive a[62] callo pecudum perduratum[63].

Tramites sunt transversa in agris itinera, sive recta via, dicti[64], quod transmittant[65].

11. Divortia sunt flexus[66] viarum, hoc est viae[67] in diversa tendentes, idem[68] diverticula[69] sunt, hoc est diversae ac divisae viae, sive transversae semitae[70], quae sunt a latere[71] viae.

12. Bivium, quia duplex est via.

Compita[72], quia plures in ea competunt[73] viae, quasi triviae[74].

Ambitus inter vicinorum aedificia locus, duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus, et[75] ab ambulando dictus.

13. Orbita vestigium carri, ab orbe rotae dicta[76].

Porro actus, quo pecus agi solet.

Clivosum iter flexuosum.

Vestigia sunt pedum[77] signa[78] primis plantis[79] expressa, vocata, quod iis viae praecurrentium[80] investigentur[81], id est cognoscantur[82].

---

39) Sic Gu. 1. — *quasi* vulg. — 40) Lib. IV, 416. — 41) *viam* Z. — 42) *per omnem terram et paene per omnem orbem* Gu. 1. — 43) *et* om. Gu. 2. — 44) *strata* Gu. 2. — 45) *eminens* Gu. 2. — 46) *coacervatis* ed. Goth. — *quoacervatis* Z. — 47) *a* addidi e Z. Gu. 1. — 48) *dictus* Gu. 2. — 49) *quem* Gu. 2. — 50) Locus est Virg. Aen. V, 273. — 51) *Iterum itus est via* Gu. 2. — 52) *quia adiri* Gu. 1. — *quasi iri* va. — 53) *Item valitus est via, qua iri ab homine nequaquam usu potest* Gu. 2. va. add. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *habent sign.* vulg. — 55) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *locus est* vulg. — 56) *exitum* Gu. 1. — *aditam* Z. al. — *unde app. et itum* Gu. 2. Ar. — 57) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. *sunt* Z. — 58) *semitu* Gu. 1. — 59) Sic Gu. 1. — *hominum est* vulg. — *est* om. Z. — 60) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *pecudum* vulg. — 61) *vocata* Z. — 62) *a* addidi e Gu. 1. 2. — 63) *praedur.* Ar. — 64) *dicta* Gu. 1. — 65) *transmittat* Z. Gu. 1. — *sive quod transm.* va. — 66) *flexuosa* Gu. 2. — 67) *vias* Gu. 1. — 68) Sic Z. Gu. 1. al. — *Item* vulg. — *Eadem* vulg. — 69) *diverticulae* Z. — 70) Sic Gu. 1. — *sem. transv.* vulg. — 71) Sic Ar. e Serv. ad Aen. IX. *Obiiciunt alii* etc. — *alterae* vulg. — *alternae* Gu. 1. — 72) Sic Arev. — *Competa* vulg. — 73) *competant* Z. — 74) Vulg. add. *quatriviae*, quod om. Z. Gu. 1. — 75) *et* om. Gu. 2. — 76) *ab orbe dicta rotae* Gu. 2. — 77) *pedum sunt* Gu. 2. — 78) *signa* om. Z. — 79) *pedum* add. Gu. 2. va. — *plant. prim.* Z. — 80) *praecurrentia* Z., omisso *viae.* — 81) *instigentur* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 82) *agnoscantur* Z. Gu. 1. 2. al.

LIBER XVI.

CAP. I. *De pulveribus et glebis terrae.*

1. Pulvis dictus, quod vi venti pellatur[1]. Tollitur enim eius flatu nec resistit[2], nec stare novit, sicut[3] ait propheta[4]: *Tanquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terrae.*

2. Limus vocatus[5], quod levis[6] sit.

Coenum est vorago luti.

Cinis ex incendio dicitur, ab eo enim[7] fit.

Favilla, quod per ignem sit effecta[8]. Nam φῶς ignis est.

3. Gleba, quod sit globus[9]. Pulveris enim collectione[10] compingitur, et in uno glomere coadunatur[11]. Terra autem ligata gleba est, soluta est[12] pulvis.

4. Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a labe.

Lutum vocatum quidam per antiphrasim putant, quod non sit mundum, nam omne lotum[13] mundum.

5. Volutabra appellata, quod ibi apri volutentur.

Uligo[14] sordes limi, vel aquae sunt.

Sabulum[15] levissimum terrae genus.

6. Argilla ab Argis vocata, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt.

Creta ab insula Creta, ubi melior est.

Creta[16] Cimolia candida est, a Cimaea Italiae insula[17] dicta, quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit, et contristatos[18] sulphure quodam nitore exhilarat, altera gemmis nitorem praestat.

Creta argentaria et ipsa candida appellata, eo quod nitorem argento[19] reddat.

7. Terra Samia[20] a Samo insula dicta, glutinosa et candida, linguae[21] lenis[22], medicamentis et vasculis necessaria.

8. Pulvis Puteolanus in Puteolanis Italiae colligitur collibus, opponiturque ad sustinenda

1) *vi pulsetur venti* Z. al. — *pulsetur vi venti* Gu. 2. — 2) *resistere* Z. — 3) *sic* Gu. 1. — 4) Psalm. 1, 4. — 5) *vocatur* Z. — 6) *lenis* Z. Gu. 1. va. — 7) *et* Z. — om. *enim* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. — *eff. sit* vulg. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *globus sit* vulg. — 10) *Pulvis et collect.* Z. — 11) Sic Gu. 1. — *adunatur* vulg. — 12) *est* addidi e Gu. 1. — *solutus* Gu. 2. — 13) *lutum* Z. — *est*, quod vulg. post *mundum*, om. Gu. 1. — 14) *Fulgo* Gu. 1. — 15) Sic Ar. va. — *Zabulum* vulg. — 16) *Creta* om. Gu. 2. — 17) *ab insula Cimia Italiae* Gu. 2. va. — 18) Sic Gu. 1. Ar. — *confricato* vulg — *confricatus* Z. — *contrito* al. — 19) *argenteum* Z. — 20) *Samaria* va. — 21) *et ling.* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — 22) *lenis* om. Z. — 23) Sic Gu. 1. 2. — *lapis fit* vulg. — 24) *que* om. Z. — 25) *quotidie* Ar. — 26) *in igne* Z. — *ab igni* Gu. 2. — 27) *ur* Gu. 2. pr. Ar. — 28) Sic Gu. 1. — *et in aquis* Z. Gu. 2. va. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *nec* vulg. — 30) *varia* Z. — *sunt quatuor* Gu. 2. — 31) *Vivum* Gu. 2. Ar. e Plin. XXXV, c. 15. — 32) *ex terra* pro *foditur* Z. — 33) *illud et lucet* Z. — *translucetque et viret* Gu. 2. pr. va. Ar. — *translucet enim et viret* Gu. 1. — 34) *et quod solet* Gu. 1. — *quod solum* Gu. 2. va. — 35) *Alteram* Gu. 1. — 36) *suffundendas* Z. al. — *sulfiendas* Gu. 1. 2. — *sulphurandas* Caes. I. et goth. Tolet. I. — *suffendendas* va. — 37) Sic Gu. 1. — *quod* Gu. 2. va. — *qui* Z. — 38) *genus* addidi e Gu. 1. — *Quartum est ad* Z. — 39) Sic Gu. 1. (nisi quod pro vulg. *licinia* cum Arev. e Plin. XXXV, 15. scripsi *ellychnia*) — *ad lic. conficienda max. aptum* vulg. — *ad licinia max. conf.* Z. — 40) *compreh.* Z. — 41) Sic Ar. va. et Plin. l. c. — *nitore* vulg. — 42) Sic Gu. 1. et Plin. — *impositus* Ar. — *impositis* vulg. — 43) *arde-*

maria fluctusque frangendos. Nam mersus aquis protinus fit lapis[23], undisque[24] cotidie[25] fortior effectus in saxum mutatur, sicut argilla igne in lapidem vertitur.

9. Sulphur vocatum, quia igne[26] accenditur, πῦρ[27] enim ignis est. Nam vis eius et aquis[28] ferventibus sentitur, neque[29] alia res facilius accenditur. Nascitur in insulis Aeoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere dicunt. Invenitur et in aliis locis effossum. Huius genera quatuor[30]. Unum[31], quod foditur[32], translucet et viret[33], quo solo[34] ex omnibus medici utuntur.

10. Alterum[35], quod appellant glebam usibus tantum fullonum familiare. Tertium liquor est, usus eius ad lanas suffiendas[36], quoniam[37] candorem mollitiemque praestat. Quartum genus[38] ad ellychnia maxime conficiendum aptum[39]. Sulphuris tanta vis est, ut morbos comitiales deprehendat[40] nidore[41] suo impositum[42] ignibus[43]. In calice[44] vini prunaque subdita circumfervens[45] exardescentis repercussu[46] pallorem dirum velut defunctorum effundit.

CAP. II. *De glebis ex aqua.*

1. Bitumen in Iudaeae lacu Asphaltite[47] emergit[48], cuius glebas supernatantes[49] nautae scaphis appropinquantes colligunt. In Syria autem limus est passim exaestuans a terra[50]. Spissantur[51] autem utraque et densitate coeunt, et utraque[52] Graeci[53] πισσάσφαλτον[54] appellant. Natura eius ardens[55] et ignium[56] cognata[57], et[58] neque[59] aqua, neque ferro rumpitur[60], nisi solis muliebribus inquinamentis: utilis ad compages navium.

2. Alumen vocatum a lumine[61], quod lumen praestet coloribus[62] tingendis. Est autem salsugo terrae, efficiturque hieme ex aqua et limo, et aestivis solibus maturatur: cuius[63] species duae sunt, liquidum et spissum.

3. Salem[64] quidam dictum putant, quod exiliat in igne[65]. Fugit[66] enim ignem, cum[67] sit igneus[68], sed[69] naturam sequitur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt[70]. Alii salem[71] a salo et sole[72] vocatum existimant, nam aquis[73] maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus, vel scopulis derelicta[74] et sole decocta. Sunt et lacus et flumina et putei e quibus hauritur. Dehinc in salinis ingestus sole[75] siccatur, sed et flumina densantur in salem[76], amne reliquo sub gelu fluente. Alibi quoque detractis arenis colligitur, crescens cum luna[77] noctibus, nam in Cyrenaea Ammoniacus sub arenis invenitur[78]. Sunt et montes nativi salis, in quibus ferro

scens add. Z. Gu. 1. pr. va. — *exardescens* Gu. 2. — 44) Arev. ita e Plin. l. c. *Anaxilaus calicem vini prunaque subdita circumferens, exardescentis repercussu pallorem dirum velut defunctorum conviris offudit.* Sed tales violentas scriptorum emendationes ex aliis scriptoribus translatas nunquam recipiendas esse censeo. Isidorus enim, qui aliorum scrinia compilavit, saepe neglecta compage verba posuit. — 45) *circumfervens* Gu. 1. quod verum puto. Nam quomodo participium activi *circumferens* explicem, nescio. — 46) *exardescentis repercussu* pro *exardescentibus repercusso* Arev. — 47) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *in Iudeae de lacu* pr. — *In Iudaea asphaltide lacu* Gu. 2. — 48) *emergunt* Gu. 1. — 49) *supervacantes* Z. — 50) Sic Gu. 1. — *a terra exaest.* vulg. — *a terra passim exaest.* Gu. 2. — 51) *Spissatur* Gu. 2. — *Spissata* Z. — 52) *itaque* Z. — 53) *spissa* add. Z. — 54) *spissam asphaltem* Gu. 1. — *spissa asphalton* Gu. 2. pr. va. — 55) *Nat. enim ard.* va. — *Nat. eius ignis ard.* Gu. 1. — 56) Sic Z. Gu. 1. al. pr. — *igni* vulg. — 57) *incognita* Gu. 2. — 58) *et* om. Z. — 59) *nequaquam ferro* Arev. ex Hegesipp. lib. IV. cap. 18. — 60) *corrump.* Z. — 61) *a lum.* om. Z. — 62) Sic Gu. 1. — *col. praestat* vulg. — 63) *cuius* pro *huius* Gu. 1. — 64) Sic Gu. 1. — *Sal* vulg. — 65) Sic Gu. 1. — *in igne exil.* vulg. — 66) *In fugit* Gu. 1. — *Fugitat* Z. — 67) Sic Gu. 1. — *dum* vulg. — 68) *igneum* Gu. 2. va. — *igneans* Z. — 69) *si* Z. — 70) *inter se semp. in. sunt* va. — 71) Sic Gu. 1. — *sal* vulg. — 72) *solo* Ar. — 73) *ex aquis* Ar. — 74) *derel.* om. Z. — 75) *ingesto sole* Gu. 2. — 76) Sic Ar. — *in sale* vulg. — 77) Sic Ar. e Plin. XXXI, 7. — *limen euntibus* Z. — 78) *colligitur* Z.

caeditur, ut lapis renascens[1]: tantae[2] alicubi duritiae, ut muros domosque[3] massis salis faciant, sicut in Arabia.

4. In natura[4] quoque salis differentiae sunt[5]. Nam alibi suavis, alibi salsissimus: communis[6] sal in igne crepitat. Tragasaeus nec crepitat in igne[7], nec exilit. Agrigentinus Siciliae flammis patiens in aqua exilit, in igne fluit contra naturam.

5. Sunt et colorum differentiae. Memphiticus rufus[8], in parte quadam Siciliae purpureus, ubi Aetna est purpureus[9]. Item in eadem Sicilia in Pachyno adeo splendidus et lucidus, ut imagines reddat. In Cappadocia crocinus effoditur.

6. Salis natura necessaria est ad omnem escam. Pulmentis enim saporem dat, excitat aviditatem, et appetitum in omnibus cibis facit. Ex eo quippe omnis victus, delectatio et summa hilaritas. Hinc et salus[10] accepisse nomen[11] putatur. Nihil enim utilius sale et sole. Denique cornea videmus[12] corpora nauticorum. Quinetiam pecudes, armenta, et iumenta sale maxime[13] provocantur ad pastum, multum[14] largiores lacte, multoque gratiores casei dote. Corpora etiam sal astringit[15], et[16] siccat et alligat. Defuncta etiam a putrescendi labe vindicat, ut durent[17].

7. Nitrum sumpsit vocabulum a loco[18]. Nascitur enim[19] in oppido, vel regione Aegypti Nitria, ex quo et medicinae fiunt, et sordes corporum vestiumque lavantur. Huius natura non multum distat a sale[20]. Habet enim virtutem salis et similiter oritur canescentibus siccitate litoribus[21].

8. Aphronitrum Graece, Latine[22] spuma nitri est, de quo quidam ait[23]:

Rusticus es, nescis, quid[24] Graeco nomine dicar,
Spuma vocor nitri, Graecus es? aphronitrum.

Colligitur autem in Asia, in speluncis distillans, dehinc siccatur sole. Optimum putatur, si minime fuerit ponderosum et maxime friabile[25], colore pene purpureo.

9. Chalcantum dictum, quia chalcitidis[26] est thymum, id est flos, unde et apud Latinos aeris flos appellatur. Fit autem nunc[27] in multis regionibus[28]: olim in Hispaniae[29] puteis, vel stagnis id genus aquae habentibus, quam[30] decoquebant, et in piscinas ligneas fundebant, ap-

1) *maius* add. vulg. Om. Ar., cum apud Plin. integra tantum sententia, quam compendi fecit Isidor., recte se habeat. — 2) *tantae* om. Z. — 3) *domusque* Gu. 2. — 4) *In genere* Gu. 2. — 5) *differentia est* Gu. 2. al. — 6) Sic Gu. 1. — *commune* vulg. — *Sal* masculino genere semper in Gu. 1. legitur, unde ubique neutrum mutavimus in masculinum. — 7) *in* om. Ar. — 8) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. (*Aetna mons*) va. — Vulg. *purpureus, ubi Aetna mons est.* — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *salis* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — *nomen accep.* vulg. — 12) *vidimus* Gu. 2. — 13) *maxime sale* Gu. 2. va. — 14) *multo* Z. — 15) *astringunt* Gu. 1. — *stringit* va. — 16) *et* addidi e Gu. 1. — 17) *duret* Ar. — *durant* va. — *durentur* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. — *a loco sumps. voc.* vulg. — 19) *enim* om. Gu. 1. — 20) Sic Gu. 1. — *a sale dist.* vulg. — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *lit. sicc.* vulg. — 22) *et Lat.* Gu. 1. — 23) Martial. XIV, 58. — 24) *quod* Z. — 25) Sic Z. Ar. — *fricabile* vulg. — *fabricabile* Gu. 1. — 26) Sic Ar. — *chalcidis* vulg. — *chalcitis* Gu. 1. — 27) *nunc* om. Z. — 28) Sic Gu. 1. — *multis in reg.* vulg. — 29) *in Hispanis* Z. — *in Hispania de puteis* al. pr. — 30) *quando* Gu. 2. — *qn̄* (sic) Gu. 1. et deinde *coquebant* (*coceb.* Gu. 2.) Hinc facile *quando* explicatur. — 31) *extensus* Z. — 32) *vitrei acini* pro *vitreis acinis* Ar. Gu. 2. — 33) *defus.* Z. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *solid. botr.* vulg. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — vulg. *quarum.* — 36) *e* pro *de* Gu. 1. 2. va. — 37) *decadentes* Z. Gu. 2. va. — 38) *in salis modo* Gu. 2. va. — 39) Sic scripsi e vestigiis Gu. 1., in quo est *constringentes.* — Gu. 2. *vim stringendi habeat.* — Ed. va. *vim habeat stringendi.* — 40) Vulg. add. haec, quae, teste Vulcanio, in codice quodam ante vocabulum *Aphronitrum* habentur. Desunt autem a nostris codd. Z. Gu. 1. 2. editt. pr. va. Arev. Sunt, inquam, haec: *Nam sicut salem in littore maris fervor conficit so-*

pendentes super eas restes, lapillis extentas[31], quibus limus in similitudinem vitrei[32] acinis adhaerebat, sicque eiectum siccabatur diebus XXX.

10. Fit autem nunc alibi in speluncis, quod liquide collectum dehinc diffusum[33] in quosdam botros solidatur[34]: fit et in scrobibus cavatis, quorum[35] e[36] lateribus decidentes[37] guttae coalescunt: fit et salis modo[38], ex flagrantissimo sole. Adeo autem constrictae virtutis est, ut in leonum et ursorum ora sparsum tantam vim habeat constringendi[39], ut non valeant mordere[40].

CAP. III. *De lapidibus vulgaribus.*

1. Lapis a terra tanquam densior etiam vulgo discernitur. Lapis autem dictus, quod[41] laedat pedem. Lapis mobilis[42] est et sparsus. Saxa adhaerent[43], et a montibus exciduntur. Petra Graecum est. Silex est durus lapis[44], eo quod exiliat ab eo ignis[45], dictus.

2. Scopulus a saxo eminenti, quasi ab[46] speculando dictus, sive a tegumento[47] navium, *ἀπὸ τοῦ σκέπειν.* Spelea Graece, spelunca Latine.

3. Est autem rupes[48] cavata. Crepido extremitas saxi abrupti[49], unde et crepido vocata, quod[50] sit abrupti[51] saxi altitudo, sicut haeret pedi[52] pes densus, unde et vocatur. Cautes aspera sunt[53] saxa in mari, dictae a cavendo, quasi cavates[54]. Murices in litore sunt petrae[55], similes muricibus[56] vivis, acutissimae et navibus perniciosae.

4. Icon[57] saxum est, qui[58] humanae vocis sonum captans, etiam verba loquentium imitatur: *εἰκὼν*[59] autem[60] Graece, Latine imago[61] vocatur, eo quod ad vocem respondens alieni efficitur imago sermonis, licet hoc quidem[62] et[63] locorum natura eveniat[64], ac plerumque convallium.

5. Calculus[65] lapillus terrae admixtus, rotundus[66] atque durissimus, et omni puritate[67] lenissimus. Dictus autem[68] calculus, quod sine molestia brevitate sui calcetur: cui contrarius est[69] scrupus[70], lapillus minutus et asper: qui si inciderit[71] in calciamentum[72], nocet, et molestia est animo[73], unde et dicimus molestiam[74] animi scrupulum[75], hinc et[76] scrupea saxa, id est aspera.

lis, durando in petram aquas marinas, quas maior vis ventorum vel ipsius maris fervor in littora ulteriora proiecerit: ita in Nitria, ubi aestate pluviae prolixiores tellurem infundunt, adurit sideris ardor tantus, qui ipsas pluviales per latitudinem arenarum concoquat in petram, sali quidem vel glaciei aspectu simillimam, sed nihil rigidi rigoris, nil salsi saporis habentem, quae tamen iuxta naturam salis in caumate durare atque nubiloso aere fluere ac liquefieri solet. Hanc indigenae sumentes servant, et ubi opus fuerit, pro lavamento utuntur. Unde Iudaeae peccanti dicit propheta: Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua, dicit Dominus. *Crepitat autem in aqua, quomodo calx viva, et ipsa quidem disperit, sed aquam lavationi aptam reddit.* — 41) *qui* Z. — 42) Sic Gu. 1. Ar. — *mollis* vulg. — 43) Sic Gu. 1. — *haerent* vulg. — 44) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *lapis durus* vulg. — 45) Sic Gu. 1. — *quod exiliat ignis, ab eo dict.* vulg. — 46) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 47) Sic Z. Gu. 1. — *tegim.* vulg. — 48) Sic Gu. 1. Ar. — *rupis* vulg. — 49) *abrupta* Z. Gu. 1. 2. al. va. — 50) *quod .. sicut* om. Gu. 1. — 51) *abrupta* Z. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *pede* vulg. — 53) *sunt* addidi e Gu. 1. — 54) Sic scripsi e vestigiis Gu. 1., in quo est *cavatas* — *cautae* Z. Ar. va. — *cautici* Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — *petrae in litore* sine *sunt* vulg. — 56) *muricis* Gu. 1. 2. al. va. — 57) *Echo* Arev. — 58) *qui* pro *quod* Gu. 1. 2. pr. — 59) *Echo* Arev. — 60) *autem* om. Gu. 2. — 61) *imago Lat.* va. — 62) *quod hoc* corrupte Gu. 1. — 63) *e loc. nat.* pro *et loc. nat.* Gu. 2. — 64) *evenit* Z. Gu. 1. — 65) Vulg. *est lap.*, sed *est* om. Gu. 1. — *lapis* Z. — 66) *iucundus* Z. — 67) *preciositate* Z. — 68) *calculus* add. vulg. Om. Gu. 1. — 69) *est* om. Gu. 2. — 70) *scrupulus* Z. Gu. 1. — 71) *incidit* Z. — 72) *in calciamento* Z. Gu. 2. va. — 73) *animi* Z. — 74) *an. mol.* Z. Gu. 2. va. Ar. — 75) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *dic. scrup.* vulg. — 76) *et* om. Z.

6. Cos[1] nomen accepit, quod ferrum ad incidendum acuat. Cotis[2] enim Graeco sermone incisio nominatur. Ex his[3] aliae aquariae sunt, aliae oleo indigent in acuendo, sed[4] oleum[5] lenem; aquae[6] aciem acerrimam reddunt.

7. Pumex vocatur, eo quod spumae densitate concretus fiat, et[7] est aridus[8], candore parvus, tantamque refrigerandi naturam[9] habens, ut in vase[10] missus musta defervere[11] desinant.

8. Rudos artifices appellant lapides[12] contusos et calce[13] admixtos, quos in pavimentis faciendis superfundunt, unde et rudera dicuntur.

9. Gipsum[14] cognatum calci est, et est Graecum nomen[15]: plura autem genera eius[16]. Omnium autem optimum e lapide speculari[17]. Est enim[18] signis[19] aedificiorum et coronis gratissimus.

10. Calcis[20] viva dicta, quia dum sit natura eius[21] frigida, intus occultum[22] continet ignem[23], et[24] perfusa aqua statim[25] latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit[26]. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extingui, oleo extinguitur, quo solet ignis accendi. Usus eius structuris fabricae necessarius. Nam lapis lapidi[27] non potest adhaerere fortius, nisi calce coniunctus. Calcis e lapide duro et albo[28] melior structuris[29], ex molli[30] utilis tectoriis.

11. Arena ab ariditate dicta, non ab haerendo[31] in fabricis, ut quidam volunt[32]. Huius probatio, si manu impressa stridat, aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.

CAP. IV. *De lapidibus insigrioribus.*

1. Magnes lapis Indicus ab inventore vocatus. Fuit autem in India[33] primum repertus. Clavis[34] crepidarum, baculique cuspidi[35] haerens, cum armenta idem Magnes pasceret[36], postea et passim inventus[37]. Est autem colore ferrugineus, sed probatur, cum ferro adiunctus eius[38] fecerit raptum. Nam adeo ferrum apprehendit[39], ut catenam faciat annulorum. Unde et eum vulgus ferrum vivum appellat.

2. Liquorem quoque vitri, ut ferrum trahere creditur[40], cuius tanta vis[41], ut refert beatus[42] Augustinus, quod quidam eundem Magnetem lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrumque super argentum posuerit, deinde[43] subtermovente manu cum lapide ferrum cursim[44] movebatur de-

1) *Cotis* Z. Gu. 2. va. — 2) Sic Gu. 2. va. Ar. — *Cutis* Gu. 1. — *Cos* vulg. — 3) *autem* add Z. — 4) *scilicet* Z. — 5) *oleo* Gu. 2. va. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *aquariae* vulg. — 7) *et* om. Gu. 2. va. — 8) *aridus est* Z. — 9) Sic Gu. 1. — *naturam refrig.* Gu. 1. — 10) *vaso* Gu. 2. — *vas* al. — 11) *fervere* Ar. — 12) *lapides* om. Z. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *calci* vulg. — 14) *Gipsus* Z. masculine et sic in seqq. — 15) *nom. Graec.* Gu. 2. — 16) Sic Gu. 1. — *plura eius gen.* vulg. — 17) Sic Ar. — *Omn. autem opt. lapidi speculari* Gu. 1. — *lapidis speculari* Gu. 2. — *lapis specularis* vulg. — 18) *autem* Z. — 19) *in signis* Gu. 2. va. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Calx* vulg.; forma est eadem, quae in *cassis*, nom. *cassida*, quasi genitivus esset *cassidis.* Eadem lectionis varietas est infra. — 21) Sic Gu. 1. — Vulg. *tactu frig.* Z — *frigida actus.* — 22) *in occultis occulto* Z. — 23) *ignem cont.* Z. — *gerat ignem* al. — 24) *Unde et* vulg., sed *Unde* om. Gu. 1. — 25) *statim* om. Z. — 26) *Mirum aliquid natura eius facit* Gu. 2. va. — 27) *ita lapidi* Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. — *albo et duro* vulg. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *structurae* vulg. — 30) *et ex molle* Gu. 2. — *ex molle* omisso *et* ed. pr. — 31) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *non ab adhaerendo* Z. pr. — *non adhaerendo* vulg — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *ut vol. quid.* vulg. — 33) *Fuit in India autem* va. — 34) *Clavibus* Z. — 35) *cuspide* Z. — 36) *pasceret* om. Z. — 37) *invenitur* va. — 38) *quod eius* Gu. 1. 2. — 39) Sic Gu. 1. — *appreh. ferrum* vulg. — 40) *cred. trah.* Z. — 41) *est* add. vulg. Om. Gu. 1. — *cuius vis tanta est* Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. — *beatissimus* vulg. — Locus Augustin. Civ. D. XXI. cap. 4. — 43) *demum subtus movente manu* Z. — 44) Sic Gu. 2. Ar. — *cursum* Gu. 1. — *rursum* Z. — *cursu* vulg. — 45) Sic Z. Gu. 1. — *des. mov.* vulg. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *in templo quodam* vulg. — 47) *e ferro* Gu. 2. — 48) *pendens* Z. — 49) *ambigit* Gu. 1. 2. va. al. — 50) Sic Z. Gu. 1. al. Ar. — *sed resp.* vulg. — 51) *magis* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 52)

super[45]. Unde factum est, ut in quodam templo[46] simulacrum ex ferro[47] pendere[48] in aere videretur. Est quippe et alius in Aethiopia Magnes, qui ferrum non ambit[49], respuitque[50]. Omnis autem Magnes tanto melior est, quanto[51] coeruleus est[52].

3. Gagates lapis primus[53] inventus est in Cilicia[54], Gagatis fluminis fluore reiectus[55]. Unde et nominatus[56], licet[57] in Britannia sit plurimus. Est autem niger, planus, lenis[58] et ardens igni admotus. Fictilia ex eo scripta[59] non delentur, incensus serpentes fugat[60], daemoniacos prodit[61], virginitatem deprehendit[62], mirum, quia[63] accenditur aqua, oleo exstinguitur[64].

4. Asbestos[65] Arcadiae lapis, ferrei coloris, ab igni[66] nomen sortitus[67], eo quod accensus semel nunquam exstinguitur[68]. De quo lapide mechanicum aliquid ars humana[69] molita est, quod gentiles capti sacrilegio mirarentur. Denique in templo quodam Veneris fuisse fanum[70] dicunt, ibique candelabrum et in eo lucernam sub divo sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus extingueret imber[71].

5. Pyrites lapis Persicus fulvus, aeris simulans[72] qualitatem, cuius plurimus ignis, siquidem facile scintillas emittit[73]: hic tenentis manum, si vehementius prematur, adurit, propter quod ab igni[74] nomen accepit. Est[75] alius Pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro, vel lapide percussus scintillas emittit, quae excipiuntur sulphure vel fungis vel a[76] foliis, et dicto celerius praebet ignem. Hunc[77] vulgus focarem petram vocat.

6. Selenites, qui[78] Latine lunaris interpretatur, eo quod interiorem eius candorem[79] cum luna crescere atque deficere aiunt[80]; gignitur[81] in Persida[82].

7. Dionysius[83] lapis fuscus et rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita[84], quia si aquae[85] mixtus[86] conteratur, vinum flagrat, et quod in illo mirum est, ebrietati resistit.

8. Thracius niger et sonorus, nascitur in flumine, cuius[87] nomen est[88] Pontus in Equitia[89].

9. Phrygius lapis ex loco traxit vocabulum. Nascitur enim in Phrygia, pallido colore[90], mediocriter gravis. Est autem gleba pumicosa. Uritur antea vino perfusus, flatusque follibus[91], donec rubescat, ac rursus dulci vino[92] exstinguitur[93], ternis[94] vicibus, tingendis vestibus tantum utilis[95].

10. Syrius lapis ab Syria[96], ubi reperitur, appellatus: hic integer fluctuari[97] traditur[98], comminutus mergi.

est addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 53) Sic Gu. 1. — *primum* vulg. — 54) Sic Arev. e Dioscor. V, 146. — *Sicilia* vulg. — 55) *eiectus* Gu. 2. — *relictus* al. — 56) *nominatur* Z. — 57) *licet et* Gu. 2. va. — 58) *levis* Z. Gu. 2. al. va. — 59) *sculpta* al. — Om. va. — *non del. scripta* vulg. — Plin. XXXVI, 19. *inscripta.* — 60) *epilempticos manifestat* add. Gu. 2. va. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *perdit* vulg. — 62) *depr. virg.* Gu. 2. va. — 63) *mirumque* Gu. 2. — 64) Sic Z. Gu. 1. — *resting.* vulg. — 65) Sic Ar. — *Asbeston* vulg. — *Abeston* Gu. 1. 2. va. — 66) Sic Gu. 1. 2. — *igne* vulg. — 67) *est* add. Gu. 2. — 68) *extinguatur* Z. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *hum. ars* vulg. — 70) Sic Gu. 1. — *fuisse Ven. fan.* vulg., quae addit *dicunt*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Inclusit Arev. — 71) Sic Gu. 1. — *nullus imber* vulg. — 72) *similans* va. — *similans qualitatem, ita est dictus, quoniam plurimus illi sit ignis* al. — *Lap. Pers.* pro *Pers. lap.* scripsi cum Gu. 1. — 73) *emittunt* Gu. 1. sicque paulo post. — 74) Sic Gu. 1. 2. — *igne* vulg. — 75) *Est et* Gu. 2. va. — *Est autem pyr.* Gu. 1. — 76) Sic Gu. 1. — *vel aliis (aridis* Ar.) *fungis vel foliis* vulg. — 77) *Hinc* Z. — 78) *qui* add. Gu. 1. 2. al. — *qui latitudine* pro *qui Latine* va. — 79) *nitorem* Z. — 80) *dicunt* Gu. 2. — 81) *autem* add. Z. — 82) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Perside* vulg. — *Persia* Z. — 83) *Dionysias* Arev. — 84) *Voc. autem a terra ita* Z. — *et ob hoc ita vocatur* Gu. 2. va. — 85) *aqua* Gu. 1. — *aquis* Gu. 2. va. — 86) *admixtus* Z. — 87) *cui* Gu. 2. — 88) *est* om. Gu. 2. — 89) Dioscor. lib. V. *γεννᾶται μὲν ἐν Σκυθίᾳ ἐν ποταμῷ λεγομένῳ Πόντῳ.* — 90) Sic Gu. 1. — *colore pallidus* vulg. — 91) *follibus flatuque* Gu. 1. — 92) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *vino dulci* vulg. — 93) Sic Gu. 1. Ar. — *inting.* vulg. — *ternis vic. int.* Gu. 2. — 94) Sic Z. Gu. 1. 2. va. al. — *trinis* vulg. — 95) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ting. tant. vest. ut.* vulg. — 96) *ab* pro *a* Gu. 1. — 97) *fluctuare* Gu. 1. — 98) *creditur* al.

11. Arabicus similis est[1] ebori sine ulla macula. Hic defricatus ad cotem[2], succum dimittit croco similem.

12. Iudaicus lapis albus est, atque in schemate[3] glandis[4] scripturis subinvicem modulatus, quas[5] Graeci *γραμμὰς* vocant[6].

13. Samius a Samo insula, ubi reperitur, vocatus, est[7] gravis et candidus, polienti aurum utilis[8].

14. Memphitis[9] vocatus a loco Aegypti, et est gemmantis naturae: hic tritus, atque in iis, quae urenda sunt et secanda[10], ex aceto[11] illinitus[12] ita obstupescere facit corpus, ut non sentiat cruciatum.

15. Sarcophagus lapis dictus, eo quod corpora defunctorum condita in eo infra quadraginta[13] absumuntur[14]; *σὰρξ* enim Graece caro dicitur, *φαγεῖν* comedere. Nascitur autem in Troade, fissilique vena scinditur. Sunt[15] eiusdem generis in oriente saxa, quae etiam viventibus alligata, erodunt corpora.

16. Mitiores autem servandis corporibus, nec absumendis[16] Aemathites appellatus, eo quod cete[17] resolutus in colorem veniat[18] sanguinis. Est autem[19] admodum lividius. Est et[20] ferrugineus. Nascitur in ultima Aegypto[21], Babylonia et Hispania.

17. Androdamantus[22] colore niger, pondere et duritia insignis, unde et nomen traxit, praecipuus reperitur in Africa. Trahere autem[23] in se[24] argentum, vel aes dicitur, quique attritus, ut haemathites, in colorem redigitur sanguinis.

18. Schistos[25] invenitur in ultima Hispania, croco similis, cum levi fulgore, facile friabilis[26].

19. Amiantos appellatus a veteribus, eo quod si ex ipso vestis fuerit contexta[27], contra ignem resistat, et igni imposita non ardeat, sed splendore accepto nitescat, et est scissi aluminis[28] similis, veneficiis resistens omnibus specialiter magorum.

20. Batrachites[29] similis est testae, laminosus[30] scissibilis[31].

Galactites colore cinereus, gustu suavis, sed ideo sic[32] vocatus, quod quiddam de se lacteum attritus dimittat.

21. Obsidius[33] lapis est niger[34] translucidus, et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum propter imaginum umbras reddendas. Gemmas multi ex eo faciunt: nascitur in India et in Samnio[35] Italiae.

Mitridax[36] lapis Euphratis sole repercussus coloribus micat variis.

1) *est* om. Z. — 2) Sic Ar. — *ad cutem* vulg. — 3) *in forma, in schemate* Gu. 1. — 4) Sic Gu. 2. va. Ar. — *grandis* vulg. — 5) *quem* va. — 6) Sic Gu. 1. — *appellant* vulg. — 7) Vulg. *et est*, sed *et* om. Gu. 1. 2. va. — 8) Sic Gu. 1. — *poliendi autem utilis* vulg. — *poliendo auro* Gu. 2. va. — *poliendo utilis* Ar. — 9) *Memphicus* va. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. va. pr. *urenda et sec. sunt* vulg. — 11) *in aceto* Gu. 2. — 12) *ponitur* add. Gu. 1. — 13) Sic Gu. 1. — *quadr. dies* vulg. — 14) Sic Z. Ar. — *absumitur* Gu. 1. — *assumuntur* vulg. — 15) *et* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 16) Vv. *Mitiores . . absumentes* (*absumendis* Z. et cod. Alb., qui eadem exhibet) addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — 17) Sic Ar. — *cute* vulg. — 18) *redigitur* Ar. — 19) *autem* om. Z. — 20) *et* om. Gu. 1. 2. va. — 21) *Aegypti* Z. Gu. 1. 2. va. — 22) *Androdamatus* Gu. 1. va. — *Androdamatus* (n supra) (sic) Gu. 2. — *Androdamas* Ar. e Plin. XXXVI, 20. — 23) *autem* om. Gu. 2. — 24) *ad se* Gu. 2. — 25) Sic Ar. — *Iscistos* vulg. — *Fustos* Gu. 1. 2. (supra vers.) — 26) *fricab.* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 27) *fuerit vest. cont.* Z. — *contacta* pr. va. — 28) *iscissi alumini* Z. — *scisciale* Gu. 2. va. — 29) *Ostracites* Ar. e Dioscor. V, 156., at quum infra §. 25. Ostracitem afferat, vix est dubium, quin nostro loco depravato Isidorus Dioscoridis codice sit usus, unde non scribarum, sed scriptoris est error, quare nihil muto. — 30) *laminosus* pro *laminosae* Ar. e Dioscor. πλακώδης. — 31) *sed Isci similis* Z. al. — 32) *et* Gu. 2. va. — *sic* om. pr. — 33) Sic Gu. 1. Ar. — *Obsius* vulg. — *Obseus* Gu. 2. — *Obscius* al. — 34) Sic Gu. 1. — *niger est* vulg. — 35) Sic Ar. — *in Samo* vulg. — *in Samo insula* Gu. 2. — 36) Sic Arev. — *Mytridas* vulg. — *Mitrax* est ap. Plin. XXXVII, 10. Isidorus sequitur Solin. c. 50. — 37) *Aetitae* Arev. — 38) Sic Z.

22. Aetites[37] lapides reperiuntur in nidis aquilarum: aiunt binos inveniri, marem et feminam, nec sine his[38] parere aquilas. Horum masculus durus[39], similis[40] gallae, subrutilus[41], femineus vero pusillus et[42] mollis. Alligati partus celeritatem faciunt, etiam[43] aliquid[44] vulvae excidunt[45], nisi cito parturientibus auferantur.

23. Phengites lapis Cappadociae[46], duritiam habet marmoris[47], candidus atque translucens: ex quo quondam templum constructum est a quodam rege foribus aureis, quibus clausis[48] claritas intus diurna erat.

24. Chernites[49] ebori[50] similis, in quo Darium conditum fertur, Parioque similis candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui Porus[51] vocatur.

25. Ostracites vocatus, quod similitudinem testae habet[52], usus eius[53] pro pumice.

26. Melitites[54] lapis dictus est[55] eo, quod melleum et dulcem succum emittat.

27. Smyris[56] lapis asper et indomitus, et omnia atterens, ex quo lapide[57] gemmae teruntur.

28. Chrysites colore similis ochrae[58], invenitur in Aegypto.

29. Amnites[59] similis nitro, sed durior: gignitur in Aegypto vel in Arabia[60].

30. Thyites[61] nascitur in Aethiopia veluti viridis, sed lacteus, cum resolvitur, remordens vehementer[62].

31. Coranus albus est, duriorque Pario.

32. Molotius[63] veluti viridis et grandis invenitur in Aegypto.

33. Tusculanus a loco Italiae dictus, dissilire[64] igne[65] traditur.

34. Sabinus[66] fuscus addito oleo etiam lucere fertur. Est et quidam viridis lapis vehementer[67] igni resistens.

35. Siphnius mollis et candidus, excalefactus[68] oleo nigrescit atque[69] durescit.

36. Lapides quoque medicinalium mortariorum et[70] pigmentorum usibus apti, Ephesius[71] praecipuus et inde[72] Chalazius[73]. Thebaicus[74] et basanites lapides nihil[75] ex sese remittentes.

37. Specularis lapis vocatus est, quod vitri more transluceat: repertus prius[76] in Hispania citeriori[77] circa[78] Segobricam urbem. Invenitur enim sub terra et effossus exciditur, atque finditur in quamlibet[79] tenues crustas.

Gu. 1. 2. pr. va. — *iis* vulg. — 39) *masculos duros* Gu. 1. — 40) *similes* Gu. 1. — 41) *subrutilis* Z. Gu. 1. 2. va. — 42) *et* pro *ac* Gu. 1. — 43) *a quibus* add. vulg. — *aliquibus* Gu. 2. al. va. — Om. Ar. — 44) *aliquid* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — *vulvae aliquid* Z. — 45) *exciditur* Z. — 46) Sic Gu. 1. — *Capp. lapis* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *duritia marm.* vulg. — *duritiae marm.* Z. va. — 48) *clausis* om. Z. — 49) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 10. — *Emites* vulg. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. — *eboris* vulg. — 51) *Poros* pr. va. — 52) Sic Gu. 1. — *habeat* vulg. — 53) Vulgg. add. *est*, quod om. Z. Gu. 1. 2. pr. — 54) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 39. — *Melantes* vulg. — *Melanites* Z. Gu. 2. — 55) *est* addidi e Gu. 1. 2. va. — 56) Sic Arev. — *Ismirus* vulg. — *Hismiridis* Gu. 1. — *Hismiris* Z. Gu. 2. pr. va. — *Hismiridius* al. — *Hisminis* al. — 57) *lapide* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. pr. — 58) Sic Arev. — *ooreae* vulg. — *oire* Gu. 1. Ap. Plin. XXXVII, 10. est *ostreae*. Ochrae Atticae meminit Dioscor. V, 62. — 59) Sic Gu. 2. al. — *Amnites* vulg. — *Hammites* Ar. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. — *vel Ar.* va. — *et Arab.* vulg. — 61) Sic e Dioscor. V, 154. locum restituit Chacon. — Vulg. *qui nascitur* sine sensu. Omissum est *qui* in Gu. 2. — 62) *vehementius* Z. — 63) Sic Ar. — *Molottus* Gu. 1. — *Melotius* vulg. — *Solonus* Z. — 64) *dissiliri* Z pr. — 65) *igni* Z. Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. Ar. — *Sabintus* Gu. 2. — *Savinus* vulg., quae add. *lapis*, quod om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 67) *vehementius* Z. — 68) *calef.* Z. — 69) *aqua* Gu. 2. va. — 70) *ac* va. — 71) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 22. *Edesius* vulg. — 72) *deinde* Gu. 2. va. — *modo* Z. — 73) Sic Ar. e Plin. l. c. — *colaticus* vulg. — 74) *quoque* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 75) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Al. — *vel* vulg. — 76) Sic Gu. 1. — *primum* vulg. — 77) *exteriori* Z. — *citeriori* pro *citeriore* Gu. 1. — 78) Vulg. *et circa*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 79) *quaslibet* al. pr. va.

CAP. V. *De marmoribus.*

1. Post lapidum genera veniamus[1] ad marmora. Nam inter marmora et lapides[2] differentia est. Nam marmora dicuntur eximii lapides, qui[3] maculis et coloribus commendantur[4]. Marmor sermo Graecus[5] est a viriditate vocatus[6], et quamvis postea et alii colores inveniantur, nomen tamen pristinum a viriditate retinuerunt[7].

2. Marmorum colores et genera innumerabilia sunt. Non tamen omnia e rupibus exciduntur, sed multa sub terra sparsa sunt et[8] pretiosissimi generis, sicut Lacedaemonium viride cunctis[9] hilarius[10], repertum[11] prius[12] apud Lacedaemonios[13], unde et vocabulum traxit.

3. Ophites serpentium maculis simile est[14], unde et vocabulum sumpsit: duo eius genera, molle candidum, nigrum durum.

4. Augusteum[15] ac[16] Tiberium in Aegypto Augusti et Tiberii primum principatu reperta[17] sunt. Differentia eorum est ab Ophite, cum illud, ut praediximus, serpentium maculis sit simile[18], haec maculas[19] diverso modo colligunt[20]. Nam Augusteum undatium est crispum in vertices[21], Tiberium sparsa, non convoluta canitie.

5. Purpuritis[22] ex Aegypto est[23] rubens, candidis intervenientibus punctis. Nominis eius causa, quod rubeat, ut purpura.

6. Basaltes[24] ferrei coloris sive duritiae[25]. Unde et nomen ei datum est: inventus in Aegypto et Aethiopia[26].

7. Alabastrites lapis candidus, intertinctus[27] variis coloribus, ex quo Evangelici illius unguenti vasculum[28] fuit. Cavant enim hunc ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Nascitur circa Thebas Aegyptias et Damascum Syriae, ceteris[29] candidior, probatissimus[30] vero in India.

8. Parius candoris eximii, Ligdinus[31] cognomento: hic apud Paron insulam nascitur, unde et Parius nuncupatus. Magnitudo eius[32], quae[33] lances[34] craterasque non excedat, unguentis et ipse aptus.

9. Coralliticus in Asia repertus, mensuram[35] non ultra cubita bina[36], candore proximo eboris[37] et quadam similitudine e diverso niger[38]. Alabandicus terrae suae nomine nuncupatus[39], purpurae aspectu similis. Iste in oriente igni[40] liquatur, atque ad usum vitri funditur.

1) Sic Gu. 1. Ar. ed. Goth. — *veniemus* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *lap. et marm.* vulg. — 3) *quae* Z. Gu. 2. va. — 4) *commutantur* Gu. 2. va. — 5) *Graec. serm.* Gu. 2. — 6) *vocatum* Gu. 2. va. — 7) *tenet* Gu. 2. va. — 8) *et* addidi e Z. Gu. 1. — 9) *cunctisque* Z. Gu. 2. va. — 10) *hilaris* pr. — Om. Gu. 1. — 11) *repertus* Z. — 12) *primum* Z. al. — 13) Sic Gu 2. al. — *Lacedaemonos* Gu. 1. e ras. — 14) *est similis* Z. — *similis est* Gu. 2. va. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *Augustum* vulg. — 16) *ac* pro *et* Gu. 1. — *et Tib.* om. Z. — 17) *reperti* Z. — *reperta est* Gu. 2. — 18) *sit mac. similis* Z. — *similis* Gu. 2. — 19) *maculis* va. — 20) *colliguntur* pr. va. — 21) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *verticis* Z. — *vertice* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *Purpurites* vulg. — *Porphyrites* Ar. — *Purpureus* Z. — 23) *est ex Aeg.* Z. — 24) Sic Ar. e Plin. XXXVII, 7. — *Basanites* vulg. — 25) Sic Ar. — *sine duritia* vulg. — 26) *in Aeth.* va. — 27) *interstinctus* Ar. — *intertinctis* Gu. 1. — *interdistinctus* al. — *interextinctus* al. — *intermixtus* Z. — 28) *vascul. ung.* Gu. 2. va. — 29) *cretis* Z. — 30) *probatissimum* Z. — 31) *Lychnites* Arev. — 32) *Lygdinus magnitudine, quae* Ar. — 33) *qua* Z. Gu. 2. pr. — 34) *lancis crateras* Z. — 35) *mensura* pr. va. Ar. — *mensuram . . . binos* om. Z. — 36) Sic Gu. 1. 2. al. — *cubitos binos* vulg. — 37) *ebori* Ar. — 38) Sic Gu. 1. Ar. (*et* om.) *ad quandam similitudinem* vulg. — *et niger* Gu. 2. va. — 39) *est* add. Gu. 2. va. — 40) *igne* va. — 41) *interstinctus* Z. Gu. 2. Ar. — 42) Sic Ar. e Plin. XXXVI, 8. —

10. Thebaicus intertinctus[41] aureis guttis invenitur in parte Africae Aegypto ascripta[42], coticulis[43] ad serenda collyria quadam utilitate naturali conveniens.

11. Sienites circa Sienem, vel Thebas nascitur, trabes ex eo fecere reges.

12. Marmora autem, quae in officinis sunt, rupibus gignuntur[44], ex quibus[45] Thasius[46] diversi coloris maculis distinctus[47], cuius primum usum insulae Cyclades dederunt.

13. Lesbius lividior est paulo hoc[48], sed ipse[49] diversi coloris maculas habens.

14. Corintheus Ammoniacae guttae similis cum varietate diversorum colorum. Corintho primum repertus[50], ex quo[51] columnae ingentes liminaque fiunt ac[52] trabes.

15. Carysteum[53] viride, optimum nomen ab[54] aspectu habens, eo quod gratum[55] sit iis, qui gemmas sculpunt, eius enim viriditas reficit oculos.

16. Numidicum marmor Numidia mittit, ad cotem[56] succum dimittit, croco similem, unde et nomen accepit, non crustis[57], sed in massa[58] et liminum usu aptum.

17. Luculleum marmor nascitur in Chio[59] insula, cui Lucullus consul nomen dedit, qui delectatus illo primum[60] Romam invexit, solumque pene hoc[61] marmor ab amatore nomen accepit.

18. Est et Lunensis[62] *τέφρια* appellatus[63] a colore cineris, cuius lapidis alligatio contra serpentes laudatur.

19. Ebur a barro, id est, elephanto[64] dictum. Horatius[65]:

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris?

CAP. VI. *De gemmis.*

1. Post marmorum genera gemmae sequuntur, quae multum auro[66] decorum tribuunt venustate colorum. Primordia earum[67] a rupe Caucaso[68]. Fabulae[69] ferunt, Prometheum primum fragmentum saxi eius[70] ferro inclusisse[71] ac digito circumdedisse[72], iisque initiis coepisse anulum[73] atque gemmas.

2. Genera gemmarum innumerabilia esse dicuntur[74], e quibus[75] nos ea tantum, quae principalia sunt, sive notissima, annotabimus[76]. Gemmae vocatae, quod instar gummi translucebant[77]. Pretiosi lapides ideo dicti sunt[78], quia care valent, sive ut a vilibus discerni possint, seu quod rari sint. Omne enim, quod rarum est, magnum et pretiosum vocatur, sicut et[79] in Samuelis volumine legitur: *Et sermo Domini*[80] *pretiosus erat in Israel*, *hoc est rarus.*

in parte Aegypti (*Aegyptia* Z. Gu. 2. al.) *ascriptus* (*ascripta* Gu. 2. va. *scripta* Z. Gu. 1. al.) vulg. sine sensu. — 43) *colis* Z. — *concolis* al. — *codicellis* Gu. 1. — 44) *quae in off. rupibusque gign.* Z (*que* om.) Gu. 1. 2. va. al. — 45) *ex quibus* om. Gu. 2. — 46) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 6. — *ex quibus istae Sienites* vulg. — *ita suis* Z. Gu. 1. 2. — *ita sui* va. — 47) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 48) *huic* Z. Gu. 1. 2. va. — 49) Vulg. *et ipse*, sed *et* om. Gu. 1. pr. — 50) *est* add. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *ex eo* vulg. — 52) *et* Z. — 53) *Carystium* Ar. — 54) *ab* om. Z. — 55) *gratus* Z. Gu. 2. va. — 56) Sic Ar. *cutem* vulg. — 57) *tantum* per parenthesin add. Arev. — 58) *in massam* Gu. 2. — *sed massa* Z. — 59) Sic Z. Ar. — *Theo* Gu. 1. 2. pr. va. — *Choo* vulg. — *Theo* est *Ceo*. — 60) *primus* Z. Gu. 2. va. — 61) *hoc pene* Gu. 2. — 62) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 6. et 18. — *Limensis* vulg. — *Liniensis* Z. Gu. 2. — 63) *appellatur* Ar. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *elephante* vulg. — 65) *unde Horat.* Z. — Locus est Epod. XII. init. — 66) *auri* pr. — 67) *eius* Z. Gu. 1. 2. va. — 68) Sic Gu. 1. — *Caucasi* vulg. — *Caucasea* Z. Gu. 2. va. — 69) *Fabulae* om. Z. — 70) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *eiusdem* vulg. — 71) Sic Gu. 1. — *incl. ferro* vulg. — 72) *circumdasse* Z. Gu. 2. al. va. — 73) *anulum . . . innum. esse* om. Gu. 2. — *gemmam* al pr. va. — 74) Sic Gu. 1. — *traduntur* vulg. — 75) *de quibus* Z. — 76) *annotavimus* Z. va. — 77) *translucet* Gu. 1. — 78) *dicti sunt* addidi e Gu. 1. 2. va. — 79) *ut in* Gu. 2. — *et* om. Z. Gu. 2. — 80) *in diebus illis* Z. add., qui om. interpretationem.

CAP. VII. *De viridioribus gemmis.*

1. Omnium gemmarum virentium Smaragdus principatum habet[1], cui veteres tertiam post margaritas et uniones tribuunt dignitatem. Smaragdus a nimia viriditate dictus[2]. Omne enim satis viride amarum[3] dicitur. Nullis enim gemmis, vel herbis maior quam huic[4] austeritas est. Nam herbas virentes frondesque exsuperat, inficiens circa se viriditate repercussum[5] aerem. Sculpentibus[6] quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio est[7]. Cuius corpus si extentum[8] fuerit[9], sicut speculum, ita imagines reddit[10]. Quippe Nero Caesar gladiatorum pugnas in smaragdo spectabat.

2. Genera eius duodecim, sed nobiliores Scythici, qui in Scythica gente reperiuntur. Secundum locum tenent Bactriani. Colliguntur enim in commissuris saxorum flante Aquilone. Tunc enim tellure disco operta[11] intermicant, quia iis ventis arenae maxime moventur. Tertium Aegyptii habent. Reliqui in metallis aerariis inveniuntur, sed vitiosi. Nam aut[12] aere, aut[13] plumbo, vel[14] capillamentis[15], vel salis similes notas habent. Smaragdi autem mero et viridi proficiunt oleo, quamvis natura imbuantur.

3. Chalcosmaragdus dicta, quod viridis sit, turbida, aereis[16] venis. Haec in Aegypto, vel Cypro insula nascitur.

4. Prasius pro viridanti[17] colore dictus, sed vilis. Cuius alterum genus sanguineis punctis obhorret[18]. Tertium distinctum virgulis tribus candidis.

5. Berillus in India nascitur[19], gentis suae lingua[20] nomen habens, viriditate similis smaragdo, sed cum pallore. Politur autem ab Indis in sexangulas[21] formas, ut hebetudo coloris repercussione[22] angulorum excitetur. Aliter politus non habet fulgorem. Genera eius novem.

6. Chrysoberillus dictus[23], eo quod pallida eius viriditas in aureum colorem resplendeat[24], et hunc India mittit[25].

7. Chrysoprassus Indicus[26] est, colore commixto[27], porri succum referens, aureis intervenientibus guttis, unde et nomen accepit, quem quidam Berillorum generis iudicaverunt[28].

8. Iaspis de Graeco in Latinum viridis gemma interpretatur. Ias quippe viride, pina gemma dicitur[29]. Est autem smaragdo subsimilis, sed[30] crassi coloris. Species eius XVII.[31]. Volunt autem quidam iaspidem gemmam et gratiae et tutelae esse gestantibus, quod[32] credere non fidei, sed superstitionis est.

9. Topazion[33] ex virenti genere est, omnique colore resplendens, inventa primum in

1) *tenet* Z. — 2) Sic Gu. 1. — *dicitur* vulg. — *vocatus* Z. Gu. 2. va. — *vocatur* Ar. — 3) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Smaragdum* vulg. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *hoc* vulg. — 5) *repercussus* Gu. 1. — 6) *Scalp.* Ar. — 7) *nulla ocul. perf. grat. est* Gu. 2. — 8) *extensum* al. — 9) *est* Gu. 2. va. — — 10) *reddet* Gu. 2. — Om. vv. *Cuius . . reddit* Z. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *deoperta* vulg. — 12) *aut* om. Z. — 13) *et* Z. — 14) Sic Z. Gu. 1. va. — *aut* vulg. — 15) Sic Arev. — *lapill.* vulg. — *lapillis lapillamentis* Z. — — 16) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *aeris* vulg. — *haerens* al. — 17) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *viridante* vulg. — 18) *obhorret* pro *abhorret* Arev. e Plin. XXXVII, 8. — 19) Sic Gu. 1. — *gignitur* vulg. — 20) *linguae* va. — 21) *sexangulorum* Z. — *sexangulis* va. — 22) *repercussu* Z. Gu. 2. Ar. — 23) *dicitur* Z. — 24) *splendeat* Z. — 25) *mittunt* Gu. 1. an fortasse *India* sensu collectivo pro *Indis* intelligendum? — 26) *Indicus* om Z. — 27) *commixto* addidi e Gu. 1. — 28) *generi dicaverunt* Arev. — 29) Vv. *Ias (Graece* add. va.) *quippe viride, pina* (Sic Ar. — *pinnasius* Z. — *pinasin* Gu. 1. — *pinarin* Gu. 2. — *pinnasin* al. va.) *gemma dicitur* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — 30) *sed* pro *et* Z.

Arabiae insula [34], in qua Troglodytae praedones fame et tempestate fessi cum herbarum radices effoderent, eruerunt. Quae insula postea quaesita nebulis cooperta tandem a navigantibus inventa [35]. Sed [36] ob hoc locus et gemma accepit ex causa nomen [37]. Nam τοπάζειν Troglodytarum lingua significationem habet quaerendi [38]. Est autem amplissima gemmarum, eadem sola nobilium limam sentit, genera eius duo.

10. Callaica colore viridis, sed pallens et nimis crassa, nihil iucundius aurum decens, unde et appellata. Nascitur in India vel Carmania [39] in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.

11. Molochites spissius virens et crassior [40], quam smaragdus, a colore malvae nomen accepit, in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.

12. Heliotropium viridi colore et nubilo, stellis puniceis supersparsa cum sanguineis venis. Causa nominis de effectu lapidis est. Nam deiecta in labris aeneis radios [41] solis mutat [42] sanguineo repercussu. Extra aquam autem speculi modo solem recipit [43], deprehenditque defectus eius, subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiae manifestissimum in hoc quoque exemplum est, quod admixta herba Heliotropio quibusdam additis praecantationibus [44] gerentem conspici negent. Gignitur in Cypro et Africa, sed melior in [45] Aethiopia.

13. Sagda gemma prasini coloris apud Chaldaeos. Cuius tanta vis est, ut permeantes naves e profundo petat, et carinis ita tenaciter adhaereat, ut nisi abrasa parte ligni vix separetur.

14. Myrrhites dicta est, quod in ea [46] myrrhae color est. Compressus autem usque ad calorem [47] nardi spirat suavitatem. Aromatites [48] reperitur in Arabia vel Aegypto [49], myrrhae coloris et odoris, unde et nomen habet [50].

15. Melichloros bicolor ex una parte viridis, ex altera melli similis.

16. Choaspites a flumine Persarum dicta est, ex viriditate [51] fulgoris aurei.

CAP. VIII. *De rubris gemmis.*

1. Corallius [52] gignitur in mari, forma ramosus, colore viridis et maxime rubens, venae eius candidae [53], sub aqua et molles, detractae [54] confestim durantur et rubescunt, tactuque protinus lapidescunt. Itaque occupari evellique retibus solet, aut acri [55] ferramento praecidi, qua de causa corallius vocitatur [56]. Quantum autem apud nos margaritum Indicum [57] pretiosum est, tantum apud Indos corallius [58]. Hunc Magi fulminibus resistere affirmant, si creditur [59].

Gu. 1. 2. Ar. — 31) *decem et octo* Z. — 32) *quod . . . est* om. Z. — 33) *Topaschius* Z. — 34) *in Ar. pr. ins.* Gu. 2. — 35) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 36) *Sed et* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *nomen ex causa acc.* Gu. 1. 2. — 38) *quaerentis* Z. Gu. 1. 2. — 39) Sic scripsi e Plin. XXXVII, 8. — *Germania* vulg. et Solin. c. 33. — 40) *crassius* Ar. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *radio* vulg. — *solis radios* Z. — 42) *mutata* Gu. 2. — *mutatur* va. — 43) Sic Gu. 1. — *accipit* Z. Ar. — *excipit* vulg. — 44) *precationibus* Gu. 2. Ar. var. lect. ap. Goth. — 45) *est* add. Z. — 46) Sic Z. Gu. 1. — *eo* vulg. — 47) *calorem* Ar. — *colorem* Solin. c. 50. et vulg. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *aromatis. Rep.* vulg. — 49) *in Aeg.* Z. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *accepit* vulg. — 51) *viridi* Z. Gu. 2. Ar. — 52) *Corallium* Ar. et sic porro genere neutro. — 53) Sic Gu. 1. Ar. — *baccae* (*bacae* Gu. 2.) *eius vel viae* vulg. — *viae, eius* va. — 54) *detractus . . durescit et rubescit — lapidescit* Gu. 2. va. — 55) *acro* Gu. 2. va. — 56) *vocitatus* Z. — 57) *Indicum* om. Gu. 2. — 58) Sic Gu. 1. al. — *corallium* vulg. — *Quanto . . tanto* va. — 59) *si cred.* om. Z.

2. Sardius dicta, eo quod reperta sit primum[1] a Sardis: haec[2] rubrum habet colorem marmoribus praestans, sed inter gemmas vilissima est[3]. Genera eius quinque[4].

3. Onyx appellata, quod habet[5] in se permixtum candorem in similitudinem[6] unguis humanae[7]. Graece[8] enim unguem ὄνυχα dicunt. Hanc India vel[9] Arabia gignit, distant autem invicem. Nam Indica igniculos[10] habet albis cingentibus[11] zonis, Arabica autem nigra est[12] cum candidis zonis: genera eius quinque.

4. Sardonix ex duorum[13] nominum societate vocata[14]. Est enim ex onychis candore et Sardo. Constat autem tribus coloribus, subterius nigro, medio candido, superius mineo. Haec[15] sola in[16] signando nihil cerae evellit[17]. Reperitur autem apud Indos et Arabes detecta torrentibus. Genera eius quinque.

5. Haemathites rubore sanguineus[18] ac propterea Haemathites est vocatus[19]; αἷμα quippe sanguis est. Gignitur quidem in Aethiopia[20], sed principalis in Arabia[21] et in[22] Africa invenitur. De qua promittunt Magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.

6. Succinus[23], quem appellant Graeci ἤλεκτρον[24], fulvi cereique coloris, fertur arboris succus esse[25], et ob id succinum vocari[26]. Electrum autem appellari fabulosa argumentatio dedit. Namque[27] Phaetonte fulminis ictu interempto sorores eius in arbores populos luctu mutatas[28], lacrimis electrum omnibus annis fundere[29] iuxta Eridanum amnem, et electrum appellatum, quoniam[30] sol[31] vocitatus sit[32] elector[33], plurimi[34] poetae dixere[35]. Constat autem non esse[36] succum populi, sed pineae arboris. Nam accensus tedae nidore[37] flagrat[38].

7. Nascitur autem[39] in insulis Oceani[40] septentrionalis, sicut gummi, densaturque ut crystallum[41] rigore, vel tepore[42]. Ex ea fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia. Vocari autem a quibusdam harpaga, eo quod attritu digitorum accepta caloris anima folia paleasque et[43] vestium fimbrias rapiat, sicut magnes ferrum. Quocunque autem modo libeat, tingitur. Nam Anchusae radice conchilioque inficitur[44].

8. Lyncurius[45] vocatus, quod fiat ex urina lyncis bestiae tempore[46] indurata. Est[47] autem, sicut et[48] succinum, fulva, atque[49] attrahens spiritu[50] folia propinquantia[51].

CAP. IX. *De purpureis.*

1. Inter purpureas gemmas principatum Amethystus Indicus tenet. Amethystus purpu-

1) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *prim. rep. sit* vulg. — *Sardus* Z. Gu. 1. al. — *Sardus* pro *Sardius* Z. Gu. 1. al. — 2) *hic* Z. — 3) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 4) *sunt* add. Z. — 5) *habeat* pr. va. — 6) *in similitudine* Z — 7) *humani* Ar. — 8) Sic Gu. 1. — *Graeci* vulg. — 9) *vel* pro *et* Z. Gu. 1. 2. Ar. — 10) *ignis colorem* Gu. 1. — 11) *albescentibus zonis* Gu. 2. va. — 12) *est* om. Gu. 2. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *duum* vulg. — 14) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 15) *Haec . . evellit* om. Gu. 2. — 16) *in* om. va. — 17) *avellet* Gu. 1. — *avellit* al. va. — 18) *sanguinis* Z. — 19) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — *vocatus* Z. Gu. 2. va. — 20) Sic Gu. 1. — *in Aeth. quid.* vulg. — 21) *sed et in Arab.* Ar. — 22) *in* om. Gu. 2. va. — 23) *Sucinus* Z. Gu. 2. — 24) *q. Gr. electr. app.* Gu. 2. va. — 25) *esse sucus* Gu. 2. va. — 26) Sic Gu. 1. — *appellari* vulg., quod mox pro *vocari* exhibet Gu. 1. — 27) *Namque . . flagrat* om. Gu. 2. — 28) Sic Gu. 1. — *luct. mut. in arb. pop.* vulg. — *soror . . mutata* Z. — 29) *infundere* pr. — 30) *quemadmodum* Z. — 31) *sol* om. Z. — 32) *est* va. — 33) Sic Z. Gu. 1. Ar. et Plin. XXXVII, 2. — *electrum* vulg. Cfr. nostri libri cap. **24.** et XVII, 7, 31. — 34) *ut plurimi* Ar. — *plurimum* Z. — 35) Sic Gu. 1. — *dixerunt* vulg. — 36) *eum non esse* Z. Ar. — 37) *nidores* Z. — *nitore* pr. — 38) *fragrat* Ar. — 39) *in India* add. Z. — 40) *maris Oceani* Gu. 2. va. — 41) *in crist.* Z. — *cristallus* Gu. 2. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. al. va. Ar. — *tempore* vulg. — 43) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 44) *inficiuntur* Z. Gu. 2. pr. — 45) Sic Arev. e Plin. XXXVII, 2. — vulg. *Ligurius.* — 46) *tepore* Gu. 1. va. Om. Z. — 47) *Est* om. Z. — 48) *et sicut* Gu. 2. — 49) *atque* addidi e Gu. 1. — 50) *spiritum* Z. reliquis omis-

reus est permixto [52] violacco [53] colore, et quasi rosae nitore [54], et leniter [55] quasdam flammulas fundens. Alterum eius genus descendit [56] ad hyacinthos [57]. Causam [58] nominis eius [59] afferunt [60], quia sit quiddam in purpura illius non ex toto igneum, sed vini colorem habens. Est autem sculpturis facilis, genera [61] eius quinque [62].

2. Sapphirus coeruleus est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos, optimus apud Medos [63], nunquam [64] tamen perlucidus.

3. Hyacinthus ex nominis sui flore [65] vocatur [66]. Hic in Aethiopia [67] invenitur, coeruleum colorem habens [68]. Optimus, qui nec rarus est, nec densitate obtunsus [69], sed ex [70] utroque temperamento lucet [71] purpuraque [72] refulgens, hic autem non rutilat aequaliter [73]. Sereno enim perspicuus atque gratus est [74], nubilo coram oculis evanescit atque marcescit [75], in os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen invictus. Nam adamante scribitur atque [76] signatur.

4. Hyacinthizon Indicus est Hyacinthum prope referens. Quidam autem eorum crystalli [77] similes, capillamentis intercurrentibus [78] obscurantur, ex quo etiam vitio illorum nomen [79] est.

5. Amethystizon appellatus [80], quia [81] extremus igniculus in amethysti violam exit.

6. Chelidonia ex hirundinum colore vocata [82], et duorum [83] est generum, quarum una ex altera parte purpurea [84], et alia [85] purpurea nigris intervenientibus maculis.

7. Cyanea Scythiae gemma coeruleo coruscans nitore [86] purpura [87] interdum et punctulis intermicantibus [88] auratis pulvisculis varians.

8. Rhoditis [89] rosea est, et ex eo nomen accepit.

CAP. X. *De candidis.*

1. Margarita prima candidarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt vocatam [90], quod in conchulis [91] maris [92] hoc genus lapidum inclusum [93] invenitur [94]. Inest enim in carne cochleae calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autem de [95] coelesti rore, quem certo anni tempore cocleae [96] hauriunt. Ex quibus margaritis quaedam [97] uniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum unus, nunquam duo, vel plures simul reperiantur [98]. Meliores au-

sis. — 51) *approp.* Gu. 2. va. — 52) *permixtus* Z. Gu. 2. — 53) *violacio* Z. Gu. 2. va. — 54) Sic Gu. 1. — *nitor* vulg. — 55) *et* om. Ar. — *lenitus* Z. — 56) *descendens* va. — 57) *a iacynctis* Gu. 2. al. pr. va. (Caes. I. *ad lacum intus.*) — 58) *qui caus.* Gu. 1. — 59) *eius* om. Z. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. ed. Goth. — *asserunt* vulg. — 61) *autem* add. Gu. 2. — 62) *sunt* add. Z. — 63) Sic Z Gu. 1. 2. va. — *apud Med. opt.* vulg. — 64) Sic Z. Gu. 1. — *nusquam* vulg. — 65) *fulgore* Gu. 1. — 66) *vocatus* Z. va. — 67) *Hic et in Aeth.* Z. — 68) *hab. col.* Gu. 2. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *obtusus* vulg. — 70) *ex* om. va. — 71) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *lucens* vulg. — *luce* Ar. — 72) *purpura* va. — 73) *non semper aequal. rutilat* Gu. 2. va. — Vulg. add. *sed cum facie coeli mutatur*, quae om. Z Gu. 1. 2. Ar. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. (*clarus* cum ed. va.) va. — 75) *evanescunt — marcescunt* Gu. 1. — 76) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — 77) Sic Z. Gu. 1. 2. — *crystallis* vulg. — *cristallo* va. — 78) *intervirent.* Gu. 2. — 79) Sic Gu. 1. 2. va. — *ipsorum nomen est* Z. — *nomen illorum est* vulg. — 80) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *appellatur* vulg. — 81) *eius* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 82) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *vocata col.* vulg. — 83) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *duum* vulg. — 84) *purpurea pura* Z. Ar. — 85) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *altera* vulg. — 86) *colore* Z. — *nitore cor.* Gu. 2. va. — 87) *pura* Ar. va. — 88) *intermcant.* Z. — 89) *Rhodites* Ar. — 90) *margaritum — vocatum* (*quem* pro *quam*) Gu. 1. 2. — 91) *conculis* Z. Gu. 1. — 92) *marinis* Z. — 93) *inclusum* add. Gu. 1. — 94) Sic Z. Gu. 1. — *inveniatur* vulg. — 95) *in* Z. — 96) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *conculae* vulg. — 97) *quidam* Z. Gu. 2. — 98) *inveniantur simul, quod semper singularis inveniatur* (sic) Gu. 2.

tem candidae margaritae, quam quae flavescunt[1]. Illas enim aut iuventus, aut matutini roris conceptio reddit candidas, has senectus, vel vespertinus aer gignit obscuras.

2. Paederos[2] secunda est[3] post margaritam[4] candidarum gemmarum[5], de qua quaeritur, in quo colore numerari debeat[6], totiens iactati per alienas pulchritudines nominis, adeo ut decoris praerogativa vocabulo facta sit.

3. Asterites candida est, inclusam lucem continens veluti stellam intus ambulantem, redditque solis candicantes[7] radios, unde et nomen accepit[8].

4. Galactites lacteus est, qui attritus[9] reddit succum album, et[10] lactis[11] saporem, feminis nutrientibus illigata foecundat ubera. Infantium[12] quoque collo suspensus[13] salivam facere fertur, in ore autem liquescere, et memoriam adimere. Mittunt eam Nilus et Achelous amnes. Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum Galactiten vocant[14].

5. Chalazias grandinis et candorem praefert et figuram, duritia[15] quoque invicta, ut adamas[16], etiam in igne[17] posita[18] manere[19] suum frigus.

6. Solis gemma candida est, traxitque nomen, quod ad speciem solis[20] in orbem[21] fulgentes spargit radios.

7. Selenites[22] translucet candido melleoque fulgore, lunae imaginem continens[23], quam iuxta cursum astri illius[24] perhibent in dies singulos minui atque augeri. Nascitur in Persida[25].

8. Cinaedia[26] invenitur in cerebro piscis eiusdem nominis, candida et oblonga. Praesagire[27] iis ferunt Magi signa aut[28] tranquillitatis aut tempestatis.

9. Beloculus[29] albicans pupillam cingit, nigram[30] medio[31] aureo[32] fulgore lucentem[33], et[34] propter speciem Assyriorum regi Belo dicatam, unde et appellata.

10. Epimelas dicitur, cum in candida gemma superne nigrescit[35] color, unde et nomen habet.

11. Exebenus speciosa et candida, qua[36] aurifices aurum poliunt.

CAP. XI. *De nigris.*

1. Achates reperta primum in Sicilia iuxta fluvium[37] eiusdem nominis, postea plurimis in terris. Est autem nigra, habens in medio circulos nigros et albos iunctos et

1) *flavae sunt* Gu. 2. — 2) Sic Arev. e Plin. XXXVII, 9. — vulg. *Pedorus.* — 3) *est* addidi e Gu. 1. — 4) *margaritum* Gu. 1. — 5) *gemmarum* om. Gu. 1. — 6) *debeant* Gu. 2. — 7) Sic Gu. 1. al. — *candidicantes* va. — *candicantis* Ar. — *candidantes* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — *invenit* vulg. — 9) Sic masculino genere Z. Gu. 1. 2. va. Feminina exhibet vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *ad* vulg. — *ac* Plin. XXXVII, 10. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. va. — *lacteum* vulg. — 12) *infantum* pr. — 13) Sic Gu. 1. — *suspensa* vulg. — Mirum, quod supra *illigata* omnes codd. tuentur. — 14) *vocent* Z. — *galact. voc. circumlig.* vulg. — 15) *duritia* pro *duritie* Gu. 1. 2. al. va. — *duritiam* — *invictam* Z. — 16) *adamans* Z. Gu. 1. 2. — 17) *in ignem* Z. va. — 18) *positae* Ar. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *manet* vulg. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *ad sol. spec.* vulg. — 21) *in orbe* Gu. 2. — 22) *Selenitis* Gu. 1. — 23) Sic Gu. 1. — *cont. lun. imag.* vulg. — 24) Sic Gu. 1. — *ipsius* vulg. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Perside* vulg. — 26) Sic Ar. e Plin. XXXVII, 10. — *Cimedia* vulg. — 27) *Praesagare* Z. Gu. 1. 2. va. — 28) *aut — aut* Gu. 1. — *vel* altero loco vulg., in qua una tantum disiunctiva particula est. — 29) *Beli oculus* Ar. e Plin. XXXVII, 10, 55. — 30) *nigram* pro *nigra* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — 31) *e medio* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 32) *auro* Gu. 1. — 33) *lucente* Gu. 2. va. — 34) *haec . . . dicata* Ar. — 35) Sic Gu. 2. — *nigrescat* Z. Gu. 1. — *nigricat* vulg. — *enigricat* pr. — *supernigricat* al. — *superenigritat* va. — 36) *quo* va. — 37) Sic Gu. 1. — *flumen* vulg. — 38) *similes* Gu. 1. 2. — 39) *avert.* pro *evert.* Z. Gu. 1. 2. va. Ar. —

variatos, similis[38] Haemathiti. Magi suffitu earum, si creditur, tempestates avertunt[39], flumina[40] sistunt.

2. Absyctos[41] nigra et ponderosa, distincta venis rubentibus. Haec[42] excalefacta[43] igni[44] septem diebus[45] calorem tenet.

3. Aegyptilla nigra est radice, coerulea facie, ex Aegypto, ubi invenitur, vocata.

4. Medea[46] nigra est, a Medea illa fabulosa inventa. Habet venas[47] aerei[48] coloris, sudorem reddit croci, saporem vini.

5. Veientana[49] Italica gemma est, a Veiis[50] reperta, nigra facie, albis intermicantibus[51] notis. Baroptis[52] nigra est cum sanguineis et albis notis.

6. Mesomela[53] nigra vena, quemlibet colorem secante[54] per media[55].

Veneris[56] crinis[57] nigerrimi nitoris[58], continens in se speciem rufi[59] crinis.

7. Trichrus[60] ex Africa nigra[61], sed tres succos reddit, a[62] radice nigrum[63], e medio[64] sanguineum, e summo ochrae[65].

8. Dionysias[66] nigro[67] mixtis rubentibus notis, ex aqua trita vinum flagrat, et odore suo ebrietati resistere putatur[68].

Pyritis nigra quidem, sed attritu[69] digitos adurit[70].

CAP. XII. *De variis.*

1. Panchrus[71] varius ex omnibus pene coloribus constans, unde et nominatus[72].

Olca[73] barbari nominis, ex fulvo et nigro, viridique et candido est.

2. Mitridax sole repercussa[74] micat coloribus variis[75]. Gignitur in Persida[76].

Droselytus[77] varius, nominis[78] causa, quia si ad ignem[79] applicetur velut[80] sudorem mittit[81].

3. Opalus distinctus, diversarum colore gemmarum. Est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi nitens viriditas, et cuncta pariter[82] sub quadam varietate lucentia. Nomen habet[83] ex patria. Sola enim eum parturit India.

4. Ponticae a ponto dicuntur[84], genere diverso, nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes[85], aliae habentes stellas, aliae longis colorum ductibus lineatae.

40) *fulmina* va. — 41) Sic Ar. e Plin. l. c. c. 10. — *Absectos* vulg. — *Absictos* Z. Gu. 2. pr. — *Absiccos* Gu. 1. va. — 42) *Hic* Z. — 43) *calef.* va. — 44) *ignis* Gu. 2. pr. — 45) III. *dieb.* va. — 46) Sic Ar. — *Media* vulg. — 47) *venam* Z. — 48) *aerei* pro *aerii* Gu. 1. 2. — 49) Praeponit Gu. 2. *Bariptos.* — 50) Sic Ar. e Plin. l. c. — *ab eis rep.* Z. — *ab his rep.* Gu. 1. 2. va. — *a Vegenis* vulg. — 51) *intervenientibus* Z. — 52) Sic Ar. e Plin. — *Bariptos* vulg. — 53) Sic Arev. e Plin. l. c. *Meromelas* Z. Gu. 1. 2. — *Meramelas* vulg. — 54) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *secans* vulg. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *medium* vulg. — 56) *Veneriae* Z. — *Veneria* va. — 57) *crines* Z. Gu. 1. va. — 58) *coloris* va. — 59) *rufae* Z. — 60) Sic Arev. e Plin. — *Tricuus* vulg. — *Tricruus* Gu. 2. — *Tritruns* Z. — 61) *est* add. vulg. Om. Gu. 1. 2. — 62) *a* pro *ab* Z. Gu. 1. va. — 63) *est* add. vulg. Om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 64) *e* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 65) Sic Ar. — *ocreae* vulg. — *croceum* al. — 66) *Dionysias* pro *Dionysia* Ar. — 67) *nigra* Gu. 2. Ar. — *nigris* Z. al. pr. va. — 68) *resistit* Z. — 69) *attrita* Z. Gu. 1. al. va. — 70) *scintillando* add. Z. — 71) Sic Z. Gu. 1. 2. al. Ar. — *Sangrus* vulg. — 72) Sic Z. Gu. 1. 2. — *nominatur* vulg. — 73) *Orca* Ar. — *Olea* al. — 74) Sic Gu. 1. — *percussa* vulg. — 75) Sic Gu. 1. — *col. mic. var.* vulg. — 76) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *in Perside* vulg. — 77) *Droderoseritus selitus* Z. — 78) *ominis* Gu. 2. — 79) *ab igne* Gu. 1. — 80) *velut* om. Z. — 81) *mittunt* Gu. 1. — *emittit* Z. va. — 82) *parit* Z. — 83) *habens* va. — 84) *dicitur* va. — 85) *mic. gutt.* va.

5. Hexecontalithos[1] in parva magnitudine multicolor, unde et is[2] nomen adoptavit. Tam diversis enim notis sparsus est, ut sexaginta gemmarum colores in parvo orbiculo[3] deprehendantur. Nascitur autem in Libya apud Troglodytas.

6. Murrhina[4] apud Parthos gignitur, sed praecipua in Carmania[5], humorem sub terra putant calore densatum, unde et nomen sumpsit. Varietas eius in purpuram candoremque et ignem cum quodam colorum repercussu[6], quales in coelesti arcu spectantur. Cuius contraria causa facit crystallum[7], gelu vehementiori concreto[8].

CAP. XIII. *De crystallis.*

1. Crystallus[9] resplendens et aquosus colore. Traditur, quod nix sit[10] glacie durata per annos. Unde et ei nomen[11] Graeci dederunt. Gignitur autem in Asia et Cypro, maxime in septentrionum Alpibus, ubi nec aestate sol ferventissimus invenitur. Ideo[12] ipsa diuturna et annosa duritia reddit hanc speciem, quae crystallus dicitur. Hic[13] oppositus radiis solis adeo rapit flammam, ut aridis fungis, vel foliis ignem praebeat. Usus eius etiam[14] ad pocula destinatur. Nihil autem aliud, quam frigidum pati potest[15].

2. Adamas[16] Indicus lapis[17] parvus et indecorus, ferrugineum habens colorem et splendorem crystalli. Nunquam autem ultra magnitudinem nuclei Avellani[18] repertus. Hic nulli cedit materiae[19], nec ferro quidem[20], nec igni, nec unquam incalescit, unde et nomen interpretatione Graeca[21] indomita vis accepit[22]. Sed dum sit invictus ferri ignisque contemptor, hircino rumpitur sanguine, recenti et calido maceratur[23], sicque multis ictibus ferri perfringitur[24]. Cuius fragmenta[25] sculptores pro gemmis insigniendis[26] perforandisque utuntur.

3. Hic[27] autem dissidet cum Magnete lapide in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi Magnetem[28], aut si admotus Magnes comprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque in electri similitudine venena deprehendere[29], metus vanos[30] expellere, maleficis artibus resistere[31]. Genera eius sex[32].

4. Chalazias[33] grandinum et candorem et figuram adamantina duritia[34] habet. Etiam[35] in igne[36] posita[37] manere[38] suum frigus.

5. Cerauniorum duo sunt genera[39]. Unum, quod[40] Germania[41] mittit crystallini[42] si-

1) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Exocontalibus* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — Vulg. *hoc nomen sibi ad.* — *hoc sibi nom. ad.* Gu. 2. va. — *hoc suum nomen* Z. — 3) *eius orb.* vulg. — *orb. eius* Gu. 2. va. — Om. pron. Z. Gu. 1. — 4) Sic Ar. — *Murina* vulg. — *Mirrina* Gu. 1. — 5) Sic Plin. — *Germania* vulg. — 6) *cum quorundam aliorum colore repercussus* Gu. 1. — *cum quorundam colorum repercussus* Gu. 2. — *cum quodam colore repercussus* Z. — *cum quosdam colorem repercussos* va. — *cum quodam colorum repercussu* Ar., quod recepi pro vulg. *cum quibusdam colorum repercussionibus.* — 7) Sic Gu. 1. — *cryst. fac.* vulg. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. (*vehementiore*, ut ed. va. Ar.) va. al. Ar. — *concr. vehem.* vulg. — 9) *Cristallum* Z. et sic in adiectionibus neutrum genus est. — 10) *sit nix* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. — *nom. ei* vulg. — *Graeci ei nom.* va. — 12) *ideoque* Z. Gu. 2. — 13) Hoc loco masculinum genus servat cod. Zitt. — 14) *Usus etiam eius* va. — 15) *potum* pro *potest* Z. — 16) *Adamans* Z. Gu. 1. 2. va. — 17) *lap. Ind.* va. — 18) *avellanae* Z. — 19) *materiei* Z. — 20) *quidem* addidi e Z. Gu. 2. pr. va. Ar. (*ne . . quidem.*) — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Graeca interpr.* vulg. — 22) *indomitur* (i. e. indomitus) *accepit* va. — 23) *maceratus* Ar. — 24) *perfrangitur* Z. Gu. 2. va. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. va — *fragmentis* vulg. Vide p. 14. not. 21. — 26) *insignandis* Gu. 2. — 27) *Hoc* Z. — 28) Sic scripsi cum Z. Gu. 1. 2. Arev. pro vulg. *abstrahi magneti.* — Locus est e Solin. c. 65., ubi est: *vel si admotus magnes ferrum traxerit, quasi praedam quandam, quicquid magneti haeserit, adamas rapiat atque auferat.* — *Abstrahi* Z. Gu. 1. pr. va. — *attrahi* Gu. 2. — *magnete* Z. — *magnetem* Gu. 1. 2. al. — 29) *compreh.* Z. — 30) *varios* Z. — 31) Sic Gu. 1. (*insist.*) — *mal. resist. art.* vulg. — 32) *sunt* add. Z. — 33) Sic Ar. — *Galatias* vulg. — *Galatia* Z. Gu. 1. 2. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *adamantinae duritiae* vulg. — 35)

mile[43], splendet[44] tamen coeruleo, et si sub divo[45] positus[46] fuerit, fulgorem rapit[47] siderum[48]. Ceraunium alterum Hispania in Lusitanis littoribus gignit, cui[49] color e[50] Pyropo rubenti, et qualitas, ut ignis. Haec[51] adversus vim fulgurum[52] opitulari fertur[53], si credimus[54]. Dicta autem Ceraunia, quoniam alibi non invenitur[55], quam in loco fulmine icto[56] proximo. Graece enim fulmen κέραυνος[57] dicitur.

6. Iris apud Arabiam in mari Rubro nascitur, coloris crystallini[58], sexangulata, dicta ex argumento iris. Nam sub tecto percussa sole, species et colores arcus coelestis in proximos parietes imitatur[59].

7. Astrion[60] est ex India[61], crystallo propinqua, in cuius centro stella lucet[62] fulgore lunae plenae. Sumpsit autem nomen, quod astris opposita fulgorem rapit ac regerit[63].

8. Alectria quasi alectoria[64]. In ventriculis enim gallinaciis[65] invenitur, crystallina specie, magnitudine fabae. Hac in certaminibus invictos fieri Magi volunt, si credimus[66].

9. Enhydros ab aqua vocata. Exundat[67] enim aquam[68], ita ut clausam in ea putes fontaneam scaturiginem.

CAP. XIV[69]. *De ignitis.*

1. Omnium ardentium gemmarum principatum carbunculus habet. Carbunculus autem dictus, quod sit ignitus, ut carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris, adeo ut flammas ad oculos vibret. Genera eius XII, sed praestantiores, qui videntur fulgere, et velut ignem effundere. Carbunculus autem Graece ἄνθραξ dicitur. Gignitur in Libya apud Troglodytas.

2. Anthracites vocatus, quod sit et ipse coloris ignei, ut carbunculus, sed candida vena praecinctus, cuius proprium est, quod iactatus in ignem velut intermortuus[70] extinguitur[71], at contra aquis perfusus exardescit.

3. Sandasirus[72] nascitur in India[73], loco eiusdem nominis. Species eius, quod[74] veluti in translucido igne[75] intus fulgent[76] aureae guttae. Constat autem[77] inter omnes, quantus numerus stellarum[78] accedit, tanto[79] et pretium[80] accedere.

4. Lychnites[81] ex eodem genere[82] ardentium est appellata, a lucernarum flagrantia[83].

et Z. — 36) *in ignem* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *positus* vulg. — *positi* al. — *positae* Arev. Vide c. 10, 5. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *manet* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *gen. sunt* vulg. — 40) Sic Gu. 1. 2. Ar. — vulg. *unum quem.* — 41) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *Carmania* vulg. — 42) *cristalli* Ar. — *cristallinis* Z. — 43) Sic Gu. 1. Ar. — *similem* vulg. — 44) *splendore* Z. — 45) *sub dio* Z. al. — 46) *positum* Z. — 47) *capit* Z. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *desiderium* va. — *sidereum* vulg. — 49) *cuius* Z. — *concolor* pro *cui color* Gu. 2. va. — 50) *e* addidi ex Arev. — 51) *Hoc* Z. — 52) *fulgorum* Z. Gu. 1. — 53) *ferunt* Z. — 54) *si cred.* om. Z. — 55) *inveniuntur* Ar. — 56) Sic Gu. 2. — *fulmine ictu* Z. Gu. 1. va. — *fulminis ictui* vulg. — 57) *ceranos fulmen* va. — 58) *cristalli* Z. — 59) *emittit* Ar. — Plin. *eiaculatur.* — 60) *Astrios* Ar. — 61) Sic Gu. 1. — *ex Ind. est* vulg. — 62) *lucet stella* va. — 63) Sic Arev. e Plin. — *regit* vulg. — *egerit* ed. Goth. — 64) Sic Ar. — *Electria quasi electoria* vulg. — 65) *gallinaceis* Ar. — 66) *si cred.* om. Z. — 67) *exudat* Ar. sed *exundo* c. accus. est etiam ap. Sil. It. II, 630. — 68) *aqua* Z. va. — 69) Novum caput cum titulo *de ignitis* incipit Arevalus. Recte, ut mihi videtur. — 70) Sic Ar. — *inter mortuos* vulg. — 71) *extinguatur* Gu. 2. — 72) *Sandarisus* Z. — *Sandaresus* verum putat Arev., quod hoc nomen loci sit, ubi inveniatur haec gemma. — *Standasirus* Gu. 1. — *Scandasirus* Gu. 2. — 73) *nasc. Indis* Z. Gu. 1. pr. — *in indis* Gu. 2. va. — 74) *quae* Gu. 1. 2. Om. va. — 75) Sic Ar. — *intro* (*intra* Gu. 1. 2. al. pr. va.) *lucido igne* vulg. — *igni* Z. va. — 76) *interfulgentes* Z. — *intus fulgente* Gu. 1. pr. va. — *intus fulgore* Gu. 2. — 77) *autem* om. Z. Gu. 1. 2. — 78) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *stillarum* vulg. — 79) *tantum* Ar. — *tanta* Z. — 80) *pretio* Ar. va. — 81) Sic Arev. e Solin. c. 65. — *Lignis* vulg. — *Ignes* Gu. 1. — 82) *ex eo, quod genere* va. — 83) *ex eodem gen. est app. ab ardent. luc. flagrantium* (*flagrantia* Gu. 2.) Gu. 1. 2.

Gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos. Quidam eam remissiorem carbunculum esse dixerunt. Huius duplex facies est[1], una, quae purpura radiat, altera, quae cocci ruboris[2]. A sole excalefacta[3] aut[4] digitorum attritu paleas et chartarum fila[5] ad se rapere dicitur. Sculpturis resistit, ac si quando sculpta[6] est[7], dum signa imprimit, quasi quodam animali[8] morsu partem cerae re tentat[9]. Genera eius quatuor.

5. Carchedonia[10] hoc[11], quod et Lychnites[12], facere dicitur, quanquam vilior[13] praedictis. Nascitur apud Nasamonas imbre, ut ferunt, divino. Invenitur ad repercussum lunae plenae. Omnia autem genera[14] sculpturae resistunt.

6. Alabandina dicta ab Alabanda Asiae regione, cuius color ad Carchedoniam vadit, sed rarus.

7. Dracontites ex cerebro draconis eruitur, quae nisi viventi[15] abscisa[16] fuerit, non ingemmescit[17], unde et eam Magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus, spargunt[18] ibi gramina medicata ad incitandum draconum soporem, atque somno[19] sopitis capita desecant et gemmas extrahunt[20]. Sunt autem[21] candore translucido. Usu earum orientis reges praecipue gloriantur.

8. Chrysoprasus[22] Aethiopicus est[23], quem lapidem lux celat, et[24] prodit obscuritas. Nocte enim igneus est, die aureus[25].

9. Phlogites ex Persida est, ostentans intra se quasi flammas aestuantes, quae non exeant[26].

10. Syrtites vocata, quoniam in litore Syrtium inventa est primum[27] in parte[28] Lucaniae. Color eius[29] croceus, intus stellas continens elanguidas[30], et[31] sub nubilo renitentes.

11. Hormesion[32] inter gratissimas aspicitur, ex[33] igneo colore radians auro, portans[34] in extremitatibus candidam lucem.

CAP. XV. *De aureis.*

1. Sunt quaedam gemmarum genera ex specie metallorum, vel lapidum cognominata.

2. Chrysopis aurum[35] videtur esse[36].

Chrysolithus auro similis est cum marini coloris similitudine, hunc Aethiopia gignit.

1) *est* addidi e Gu. 1. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. — *rubore* vulg. — 3) *excalefactus* Z. — 4) *autem* Z. — 5) *folia* Gu. 2. — 6) *scalpta* Ar. et *scalpturis*. — 7) *est* pro *fuerit* Z. Gu. 1. 2. va. — 8) *animalis* Gu. 2. — 9) Sic Ar. — *partem capere temptat* Gu. 1. — *part. cerae temptat* vulg. — 10) Sic Ar. — *Carcedonia* Gu. 2. pr. — *Calcedonia* Gu. 1. — *Cascidonia* Z. — *Carchedonius* vulg. — 11) *hoc . . praedict.* om. Z. — 12) *lignes* Gu. 1. 2. pr. va. — 13) *multum vil.* vulg., sed *multum* om. Gu. 1. — 14) *Omn. eius gen.* Z. — *Omni autem generi* va. — 15) *vivente* Z. — 16) *abscissa* Z. Ar. — 17) *gēmescit* Z. (sic) — *ingemiscit* Gu. 1. pr. — *ignescit* al. — 18) *et sparg.* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — *sparg. enim ibi* Z. — 19) *atque ita somno* etc. vulg., *ita* om. Gu. 1. — 20) Sic Z. Gu. 1. — *detr.* vulg. — 21) *autem* om. va. — 22) Sic Ar. — *Chrysoprasius* vulg. — 23) *est* ou. va. — 24) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 25) *est* add. Gu. 1. — 26) *flammas aestuantes ostentatis inter se, quasi quae non exeant* Z. — *exeunt* va. — *exaestuant* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. va. — *inv. prim. est* vulg. — 28) *et in parte* Gu. 1. 2. — 29) *huius* va. — 30) *languid.* va. — 31) *et* addidi e Z. Gu. 1. pr. — 32) Sic Ar. e Plin. XXXVII, 10. — *Ermiscion* vulg. — 33) *et ex* vulg. — *et* om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 34) *portante* Ar. — *portantem* Z. va. — *secum* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 35) Vulg. add. *tantum*, quod om. Gu. 1. — 36) *esse vid.* va. — 37) *ardens* Z. — *ardescit* va. — 38) *igni* Z. — 39) *est* om. va. — 40) *noctu* Z. — 41) *habens* va. — 42) *quadraulas* Z. — *quartulas* Gu. 1. — *creaturas* Gu.

3. Chryselectrus similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu iucundus, rapacissimus ignium, et, si iuxta fuerit, celerrime ardescens[37].

4. Chrysolampis ex auro et igne[38] vocata. Aurea est[39] enim die, et nocte[40] ignea, hanc Aethiopia gignit.

5. Ammochrysus arenis auro intermixtis nunc bractearum, nunc pulveris habet[41] quadrulas[42]. Gignitur in Persida[43].

6. Leucochrysus[44] colore aureo interveniente candida vena.

Melichrysus[45] dicta, quod veluti per aurum sincerum mel[46], sic haec gemma[47] transluceat.

7. Chrysocolla gignitur in India, ubi formicae eruunt aurum. Est autem auro similis et habet naturam Magnetis[48], nisi quod augere aurum traditur, unde et nuncupatur.

Argirites[49] similis argento, habens stigmata[50] aurea.

8. Androdamas argenti nitorem habet et[51] pene adamas[52], quadrata[53] tesseris. Magi putant nomen impositum ab eo, quod animorum impetus, vel iracundias domare et refrenare dicatur, si credimus[54]. Gignitur[55] in mari Rubro.

9. Chalcites[56] aerii coloris[57] est.

Chalcophonos[58] nigra est, sed lapidi illisa aeris tinnitum reddit.

10. Balanites[59] duo genera sunt[60], subvirides[61] et Corinthii[62] aeris similitudine, mediam secante[63] flammea vena.

11. Sideritis a contemplatione ferri nihil dissonat. In maleficiis quoque modo si inferatur discordias excitat[64].

12. Idaeus dactylus ex insula Creta est[65], ferrei[66] coloris, causa nominis eius, quia pollicem humanum exprimit.

13. Aethiopicus coloris ferrei[67] est[68], qui dum teritur, nigrum[69] succum emittit.

14. Zmilampis[70] in Euphratis alveo legitur Proconnesio marmori[71] similis, medio colore glauco, veluti oculi pupilla internitescens[72].

Arabica ex patria dicta, aspectu eburnea est.

15. Hephaestitis speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quanquam[73] rutilat[74], experimentum eius, si ferventi aquae addita statim refrigescit[75], aut si soli opposita[76] aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco.

2. — 43) Sic Gu. 1. 2. va. — *Perside* vulg. — 44) Sic Ar. e Plin. XXXVII, 9. — *Leocrisus* vulg. — 45) Sic Arev. e Plin. l. c. — *Melectrisis* vulg. — *Melectris* Gu. 1. — 46) *mel* addidi cum Arev. e Plin. — *sincerum* om. Z. Gu. 1. 2. — 47) *sicut gemma haec* Z. — pro *sic* exhibet va. *ita*. — 48) *magnitidis* Gu. 1. — 49) *Argiritis* va. — 50) *stemmata* va. — 51) *et pene . . credimus* om. va. — 52) *adamans* Z. Gu. 1. 2. — 53) *semper* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 54) *si cred.* om. Z. — 55) *autem* add. va. — 56) *Chalcitis* Gu. 1. 2. pr. — *Caelitus* Z. — 57) *col. aerei* Z. — 58) Sic Ar. — *Calcofanus* vulg. — 59) *Balanitae* Ar. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *sunt gen.* vulg. — 61) *subviridis* va. — 62) *Corintheae* pr. — 63) *secantes* va. — 64) *nihil diss. verum maleficus, quo inferatur, disc. exc.* Arev. — *dissonans* va. — *nihil* om. pr. — *modo* om. va. — *si* om. Z. pr. al. — 65) *est* om. va. — 66) *ferreique* va. — 67) Sic Gu. 1. 2. — *ferr. col.* vulg. — 68) *est* om. va. — 69) *nigrum* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 70) Sic Arev. e Plin. XXXVII, 7. — *Zimulantium* Gu. 1. — *Zimilantius* Gu. 2. va. — *Schmilanicus* Z. — *Similianicius* vulg. Salmas. Exercitt. Plin. p. 703. e MSS. Isidori *Zenilanthis.* Apud Solin. al. *zmilantis* — al. *zmilaces.* — 71) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *pro connexione marmoris* vulg. — 72) Sic Gu. 1. 2. — *internitens* vulg. — 73) *quaque* Z. — 74) Sic Gu. 1. 2. va. — *rutilet* vulg. — *rutila* al. — 75) *statim* add. Z. Gu. 1. 2. va. — *refrigescit* pro *refrigeret* Gu. 1. — *frigescat* Gu. 2. — *refrigerat* va. — 76) *apposita* Gu. 1.

16. Ostracites lapidosus colore testacio[1] durior. Altera[2] Achati similis, nisi quod Achates politura pinguescit. Duriori tanta inest vis, ut aliae gemmae sculpantur[3] fragmentis eius.

17. Glossopetra[4] similis est linguae humanae, unde et nomen sumpsit. Fertur autem deficiente luna[5] e[6] coelo cadere, cui non modicam Magi tribuunt potestatem. Nam ex eo lunares motus excitari putant.

18. Sunt et quaedam gemmarum genera cognominata ab animalibus.

Echites vipereas maculas exprimit.

Carcinias[7] marini cancri coloris est.

19. Scorpitis scorpionem et colore et effigie[8] refert.

Myrmicites[9] formicae reptantis effigiem imitatur.

Taos[10] pavoni est similis.

Hieracites[11] accipitris colore[12].

Aetites[13] aquilae.

Aegophthalmos caprino oculo similis.

20. Lycophthalmos quatuor colorum[14], ex rutilo sanguinea[15] in medio nigrum candido[16] cingitur[17], ut luporum oculos exprimat.

Meconites[18] papaver exprimit.

21. Sunt et quaedam gemmae, quas[19] gentiles in superstitionibus quibusdam[20] utuntur.

22. Lipara[21] suffita omnes bestias evocare[22] tradunt.

Ananchitidae in hydromantia[23] daemonum imagines evocare[24] dicuntur[25].

Synochitidae umbras inferorum evocatas teneri aiunt[26].

23. Chelonites oculus est Indicae testudinis, varius et purpureus. Hunc[27] Magi impositum linguae futura praenunciare[28] fingunt[29].

24. Brontia[30] a capite testudinum, e tonitribus[31] cadere[32] putatur, et restinguere fulminis ictus.

25. Hyaenia lapis in oculis hyaenae bestiae invenitur, qui si sub lingua hominis[33] subditus fuerit, futura[34] eum praecinere dicunt.

Sed et[35] corallium[36] tempestati et grandini resistere ferunt[37].

26. Pontica est gemma quaedam livore perlucida, habens stellas rubeas[38], interdum et aureas. Dicunt per eam interrogari[39] daemones et fugari.

1) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *testaceo* vulg. — 2) *Alter* Gu. 2. va. — 3) *scalp.* Ar. — 4) *Glossopetra . . Carcinae* etc. om. Z. — 5) *luna def.* va. — 6) *e* addidi e Gu. 1. Ar. — 7) Sic Ar. — *Carcinae* vulg. — *Carcini* Gu. 1. — *carciniae* al. — 8) *scorpionis et colorem et effigiem* va. — 9) Hunc locum om. Z. — *Mirmictis* Gu. 1. — *Mirmiciis* Gu. 2. — 10) *Paos* Z. — *Tavos* Gu. 2. — 11) *Hieracites . . . Aegophthalmos . . similis* om. Z. — 12) Sic Gu. 1. — *coloris* vulg. — 13) *Aetitis* Gu. 1. 2. — 14) Vulg. add. *est*, quod om. Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — 15) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *sanguinea* (sic) Gu. 2. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *candidus* vulg. — 17) *cingit* al. — 18) *Meconites . . utuntur* om. Z. — *Meconites . . exprimit* om. Gu. 1. — *oculos exprimat* pro *oculus* omisso *exprimat* (*exprimit* Gu. 2.) Gu. 1. 2. — 19) Sic Gu. 2. — *quasi* Gu. 1. — *quibus* vulg. — 20) *in quibusdam superst.* va. — 21) Sic Arev. — *Liparia* vulg. — *Liparea vel Luparia* Z. — *Liparea* Gu. 1. pr. — *Liparias* Gu. 2. — 22) *evocari* va. Ar. — 23) Sic Gu. 1. 2. Ar. va. — *Anancitidae in necromantia* vulg. — 24) *evocari* Ar. va. — 25) *dicitur* Gu. 2. — *dicunt* Ar. va. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — (*teneri*) *dicuntur* vulg. — *tenere* Gu. 1. 2. Tres locos, qui sunt de *Ananc. Synoch. Chelon.* om. Z. — 27) Vulg. *Per hunc*, sed *per* om. Gu. 1. al. va. — 28) *praenunciari* Ar. va. — 29) *dicunt* va. — 30) Sic Ar. — *Bronia* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *et e tonitribus* Gu. 2. — *et tonitribus* Z. — *cum tonitruis* Ar. — *e tonitruis* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *cadi* vulg. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ho-*

27. In quibusdam gemmarum generibus veras[10] a falsis discernere magna difficultas est[11], quippe cum inventum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere, ut Sardonyches, quae ternis[12] glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint. Fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido mineoque[13] colore. Nam et pro lapide pretiosissimo smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, et fallit oculos subdole[14] quaedam falsa viriditas, quo adusque[15] non est, qui probet[16] simulatum et arguat, sic et alia atque alia alio modo[17]. Neque[18] est sine fraude ulla[49] mortalium vita[50].

28. Omnes autem non translucidas gemmas caecas appellari[51], eo quod densitate sua obscurentur.

CAP. XVI. *De vitro.*

1. Vitrum dictum, quod visui[52] transluceat perspicuitate[53]. In aliis enim metallis quicquid intrinsecus continetur, absconditur, in vitro vero quilibet liquor, vel species, qualis est interius, talis exterius declaratur, et quodammodo clausus patet. Cuius origo haec fuit. In parte Syriae, quae Phoenice[54] vocatur, finitima Iudaeae circa radicem montis Carmeli palus est, ex qua nascitur Belus amnis, quinque millium passuum spacio in mare fluens iuxta Ptolemaidem, cuius arenae de torrente[55] fluctu[56] sordibus eluuntur.

2. Hic fama est appulsa[57] nave[58] mercatorum nitri[59], cum sparsim per litus epulas pararent, nec essent pro attollendis vasis lapides, glebas nitri ex nave[60] subdiderunt[61], quibus accensis permixta arena litoris, translucentes[62] novi liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri.

3. Mox, ut est ingeniosa solertia, non fuit contenta solo nitro, sed et aliis mixturis hanc artem studuit. Levibus enim aridisque lignis coquitur[63], adiecto cupro[64] ac nitro, continuisque fornacibus, ut aes liquatur massaeque fiunt. Postea ex massis rursus funditur[65] in officinis, et aliud flatu figuratur, aliud[66] torno teritur, aliud argenti modo caelatur. Tingitur[67] etiam[68] multis modis, ita ut hyacinthos sapphirosque et virides imitetur, et onyches, vel aliarum gemmarum colores, neque est alia speculis aptior materia, vel picturae accommodatior.

4. Maximus tamen honor in candido vitro, proximoque[69] in crystalli similitudine. Unde et ad potandum argenti metalla et auri repulit vitrum[70]. Olim fiebat et[71] in Italia, et per Gallias et Hispaniam[72] arena alba et[73] mollissima pila molaque terebatur. Dehinc[74] miscebatur tribus

minum vulg. — 34) *furta* Z. — 35) *Sed et* om. va. — 36) Sic Ar. — *corallum* Gu. 1. — *corallius* vulg. — *corallus* va. — 37) Sic Gu. 1. — *resist. fertur* vulg. — *fertur res.* va. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *rubras* vulg. — 39) *interrogare . . fugare* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 40) Sic Ar. — *vera* vulg. — 41) *est* om. Z. — 42) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *trinis* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *minioque* vulg. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *subdolo* vulg. — 45) *quousque* va. — 46) *probat* va. — 47) Sic Gu. 1. (*sunt* pro *sic.*) 2. — *alia atque alio modo* vulg. — 48) *enim* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 49) *ulla* om. Z. — 50) Sic Gu. 1. — *vita mort.* vulg. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *appellant* vulg. — 52) *visus* va. — Om. autem capit. XVI. et XVII. cod. Zittav. — 53) Sic Gu. 1. — *persp. transl.* vulg. — 54) *Fenicis* Gu. 1. 2. — *fenices* va. — 55) *decurrente* Gu. 1. 2. al. — 56) *fluctus* Gu. 2. va. — 57) Sic Arev. e Plin. XXXVI, 26. — vulg. *pulsa.* — 58) *navi* va. — 59) *nautae* Gu. 2. supra vers. — 60) *nautae* Gu. 1. 2. — *naves* va. — 61) *subdidisse* Ar., ut anacoluthon vitaret. — 62) *translucentis* Gu. 1. 2. va. — 63) Sic Gu. 1. Ar. — *concoquitur* vulg. — *conquiritur* Gu. 2. al. — *percoquitur* al. — 64) *cyprio* Ar. — 65) *massae fiunt postea ex massis, rursusque* Gu. 1. 2. — 66) *et aliud* Gu. 2. — 67) *Tinguntur* Gu. 2. — 68) *enim* Z. — 69) *que* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 70) Sic Gu. 1. va. Ar. — Vulg. *vitrum repulit* (*pepulit* Ar). *Olim* etc. — 71) *et* om. va. — 72) *et Hispania* Gu. 1. — *et in Hispania* Gu. 2. va. — 73) *et* om. Gu. 1. 2. va. — 74) *Deinde* Gu. 2. va.

partibus, nitri pondere ac [1] mensura, ac liquata in alias fornaces transfundebatur, quae massa vocabatur ammonitrum, atque haec recocta fiebat vitrum purum et candidum.

5. In genere vitri et obsidianus [2] lapis annumeratur. Est autem virens interdum et niger aliquando, et translucidus, crassiore visu, et in [3] speculis parietum pro imagine umbras reddente, gemmas ex eo [4] multi faciunt. Hunc lapidem et [5] in India et in Italia et ad Oceanum in Hispania nasci tradunt.

6. Ferunt [6] autem sub Tiberio Caesare quendam artificem excogitasse vitri temperamentum, ut flexibile esset et ductile. Qui dum admissus fuisset ad Caesarem, porrexit phialam Caesari. Quam ille indignatus in pavimentum proiecit. Artifex autem sustulit [7] phialam de pavimento [8], quae complicuerat [9] se tanquam vas aeneum, deinde marculum [10] de sinu protulit et phialam correxit. Hoc facto Caesar dixit artifici, Numquid alius scit hanc condituram [11] vitrorum [12]? Postquam ille iurans negavit, alterum hoc scire, iussit eum [13] Caesar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur et omnium metallorum pretia abstraherentur, et [14] revera, quia si vasa vitrea non frangerentur, meliora [15] essent [16], quam aurum et argentum.

CAP. XVII. *De metallis.*

1. Metallum dictum Graece ἀπὸ τοῦ [17] μεταλλᾶν, quod natura eius sit [18], ut ubi vena una [19] apparuerit [20], ibi spes sit [21] alterius inquirendi. Sunt autem septem [22] genera metallorum, aurum, argentum, aes, electrum, stannum, plumbum, et quod domat omnia, ferrum.

CAP. XVIII. *De auro.*

1. Aurum ab aura dictum, id est a [23] splendore, eo [24] quod repercusso aere plus fulget [25]. Unde et [26] Virgilius [27]:

Discolor inde auri per ramos aura refulsit [28],

hoc est splendor auri. Naturale enim est, ut metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus. Hinc et aurarii dicti, quorum fulgor splendidos reddit [29].

2. Obryzum [30] aurum dictum, quod obradiat [31] splendore, est enim coloris optimi, quod Hebraei Ophaz [32], Graeci κιῤῥὸν dicunt [34].

1) Sic Gu. 1. — *et* vulg. — *vel* Gu. 2. Ar. — 2) Sic Ar. cfr. c. 4, 21. — *obsianus* vulg. — 3) *in* om. Ar. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *multi ex eo* vulg. — 5) *et* om. va. — 6) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Fertur* vulg. — 7) *tulit* va. — 8) *de pav. phyalam* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. va. — *complicaverat* vulg. — 10) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *malleum* vulg. — 11) *conditionem* va. — *hanc* om. Gu. 1. — 12) *vitri* va. — 13) *illum* Gu. 2. va. — 14) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 15) *melius* al. pr. — 16) *esset* pr. — 17) *παρὰ τὸ* Gu. 2. 3. 4. — Om. pr. va. Graeca. — 18) *ea sit* vulg. — Pron. om. Gu. 1. 2. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *una vena* vulg. — 20) *apparuit* va. — 21) *sit spes* va. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *Sept. autem* (*autem* om. va.) *sunt* vulg. — 23) *a* om. va. — *ab* Gu. 2. — 24) *eo* addidi e Gu. 1. va. — 25) Sic Gu. 1. 2. — *fulgeat* vulg. — *splendeat* Z. — 26) *et* om. va. — 27) Aen. VI, 204. — 28) *refulgit* Gu. 2. — *refulsit hic splendor auri* Z. — 29) *splendor redditur* Gu. 1. — *splendidus redditur* Gu. 2. — 30) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Obrysum* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *obradiet* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Ophax* vulg. — *Ophach* Z. — *Ebraei quod Otpaz* pr. — *Ebrei ebrem* va. — 33) Sic Ar. — *cirron* Gu. 4. — *pyron* Gu. 1. 2. — *caniron* va. — *caron* Z. — *cairon* vulg. — *dicunt* pro *vocant* Gu. 1. — 34) Sic scripsi e codicum vestigiis. Cod. Zitt. et va. pr. omittunt vv. ἀπὸ τοῦ . . . βράχειν vel, ut in vulg. est ἀπὸ τοῦ βραχεῖν, *quod est ἠχεῖν, id est a crepitando.* Gu. 1. ita: aΠoyetpe)-(etoι, qui est o[illegible]o)-(ιτοΠjeum crepitandi, c)-(aτaΠвpaтon lamina. Gu. 2. aΠoyctpЄмЄтoι, qui est omaмΠoΠojeιox crepitandi ııιλτιλτγвpλτωx lamina. Gu. 3. aΠoyeopeмeтoι, qui est тoxoмλтoxЄιa crepitandi ııxaΠλoyвpaттen lamina. Gu. 4. accoceprojeтoι.

Bractea dicitur tenuissima lamina, ἀπὸ τοῦ βρεμετοῦ, qui est ὀνοματοποιὸν crepitandi, ἀπὸ τοῦ βράχειν lamina [34].

3. Pecunia prius de pecudibus, et proprietatem habebat [35] et nomen. De corio enim pecudum nummi incidebantur et signabantur. Postea a Saturno aereus nummus inventus [36]. Ipse enim signari [37] nummos et scribi [38] constituit.

4. Propterea et aerarium Saturno a gentilibus consecratum est. Alii, ut superius, pecuniam a pecudibus appellari volunt [39], sicut a iuvando iumenta sunt dicta [40]. Omne enim patrimonium apud antiquos peculium dicebatur a pecudibus, in quibus eorum constabat universa substantia, unde et pecuarius [41] vocabatur [42], qui erat dives, modo vero pecuniosus.

5. Antiquissimi [43] nondum auro et [44] argento invento, aere utebantur. Nam prius aerea pecunia in usu [45] fuit, postea [46] argentea, deinde [47] aurea subsecuta est [48], sed ab ea, qua coepit, nomen [49] retinuit. Unde et aerarium dictum, quia prius aes tantum in usu fuit, et ipsum solum recondebatur, auro et argento nondum signato, ex quorum metallis quamvis postea facta fuisset [50] pecunia, nomen tamen aerarii permansit ab eo metallo, unde [51] initium sumpsit.

6. Thesaurus [52] iuxta Graecam proprietatem ἀπὸ τῆς θέσεως [53], a positione, hoc est a reposito [54] nominatur. Nam θέσις positio dicitur, et est nomen a [55] Gracco Latinoque sermone compositum. Nam θὲς Graeci repositum dicunt, Latini aurum [56], quod iunctum sonat repositum aurum.

Auraria nomen habet ab auro.

7. Tributa vero, eo quod [57] antea pro tribubus singulis [58] exigebantur, sicuti [59] nunc per singula territoria [60]. Sic autem in tres partes divisum fuisse Romanum [61] populum constat, ut hi [62], qui praeerant in singulis partibus, Tribuni dicerentur. Unde etiam sumptus, quos dabant populi, tributa nominaverunt.

8. Vectigalia sunt tributa, a vehendo dicta.

Stipendium a stipe [63] pendenda nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis, quam annumerare.

Moneta appellata est, quia monet, ne qua fraus in metallo vel in [64] pondere fiat.

9. Nomisma [65] est [66] solidus aureus, vel argenteus, sive aereus, qui ideo nomisma dicitur [67], quia nominibus principum effigiisque [68] signabatur [69]. Prius [70] nummus ἄργυρος [71] vocabatur [72], quia quamplurimum ex argento percutiebatur.

qui est τονο[illegible]λτοΠοjετα crepitandi χχΠλτοsΠρλτιϵχ lamina. — Βρεμετὸς a Grammatico confictum puto, ut multa alia, ad etymologiam confirmandam. — 35) *et habeat propr.* Gu. 1. — *habet* Z. — 36) *est* add. vulg. — Om. Z Gu. 1. 2. Ar. — 37) *signare* Z. va. — *significari* Gu. 2. — 38) *inscribi* Z. Ar. — 39) Sic Gu. 1. (*appellare*) — *appellaverunt* vulg. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *dicta sunt* vulg. — 41) *peculiarius* Gu. 2. — *pecunarius* va. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dicebatur* vulg. — 43) *enim* add. Z. — 44) *et arg.* pro *argentoque* Gu. 1. 2. Eadem varietas est paulo post. — 45) *hominum* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *post* vulg. — 47) *demum* Z. — 48) *est* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 49) *et nomen ret.* va. pr. — 50) *fuisset facta* Z. Gu. 2. va. — 51) *a quo* Z. — 52) *Thesaurus* et *Auraria* om. Z. — 53) Graeca om. pr. — *a repositione nominatur, a potis teseos* va. — 54) *a re posita* Gu. 1. — 55) *a* pro *ex* Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. 2. Ar. — χρύσον *aurum* vulg. — *Latine autem* pro χρυσ. *aurum* pr. — 57) *Tributa inde nomen habent, quod* Z. — 58) Sic Gu. 1. 2. — *per tribus singulas* vulg. — 59) *sicuti* pro *sicut* Gu. 1. 2. — 60) *territ. sing.* Z. — 61) *Romanorum* Gu. 2. — 62) *hi* addidi e Gu. 1. 2. — *utraque qui* pro his exhibet Z. — 63) *ab stipite* Gu. 2. — 64) *in* addidi e Z. Gu. 1. al. va. — 65) Sic Gu. 1. 2. pr. va. et sic postea. — *Numisma* vulg. — 66) *est* om. Gu. 1. — 67) *ideo sic appellata* va. — 68) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *effigiebusque* vulg. — 69) *signatur* Z. Gu. 2. va. — *designatur* Gu. 1. — 70) *Primus* va. Ar. — 71) *argenteus* Gu. 1. 2. — 72) Sic Gu. 1. 2. — *nuncupabatur* vulg.

10. Nummi autem a Numa Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum[1] apud Latinos imaginibus notavit, et titulo nominis sui praescripsit.

11. Folles[2] dicuntur a sacculo, quo conduntur, a continente id quod continetur, appellatum.

12. In nomismate tria quaeruntur, metallum, figura, et[3] pondus. Si ex iis aliquid defuerit, nomisma non erit.

13. Tria autem sunt[4] genera[5] argenti et auri[6] et aeris[7], signatum, factum, infectum. Signatum est, quod in nummis est, factum est[8], quod in vasis et signis[9], infectum, quod in massis est[10], quod et grave dicitur, id est massa[11]. In notitiam autem formarum metalla ita venerunt. Dum enim quocunque casu[12] ardentes silvae excoquerent terram[13], ex calefactis[14] venis fudit rivos cuiuscumque structurae[15].

14. Sive igitur[16] aes illud fuerit[17], sive aurum, cum in loca terrae[18] depressiora decurreret[19], sumpsit figuram, in quam illud vel profluus[20] rivus, vel excipiens lacuna formaverat. Quarum rerum splendore capti homines cum ligatas[21] attollerent massas, viderunt in ea[22] terrae vestigia figurata[23]; inde[24] excogitaverunt liquefactas ad omnem formam posse deduci.

CAP. XIX. *De argento.*

1. Argentum non longe a Graeca interpretatione[25] distat. Hoc enim[26] illi *ἄργυρον* vocant. Cui[27] mirum in modum[28] illud inest, ut[29], dum candidum sit, impressum corpori lineas nigras reddat[30].

2. Argentum vivum dictum, quod excidat[31] materias, in quibus iniicitur, hoc et liquidum, quia percurrit. Invenitur specialiter in metallis, sive argentariis[32] fornacibus guttarum concretione tectis inhaerens, saepe etiam et[33] in stercore vetustissimo cloacarum, vel puteorum limo. Fit etiam et[34] ex minio imposito conchulae ferreae patena testea superposita, tum circumlito vasculo circumdantur carbones, sicque argentum vivum ex minio destillas[35], sine hoc nec[36] argentum, nec aes inaurari potest.

3. Tantae autem virtutis est, ut si super sextarium[37] argenti vivi centenarium saxum superponas, oneri statim resistat[38]. Sin vero auri scrupulum, levitatem eius raptim sinu recipit, ex quo intelligitur, non pondus, sed naturam esse, cui cedit. Servatur autem melius in vitreis vasculis[39], nam caeteras[40] materias perforat. Potui autem datum interficit, ponderis causa.

1) *primus* Gu. 2. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Solidi* vulg. — 3) *et* om. va. — 4) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Tria sunt autem* vulg. — 5) *genera* om. Z. — 6) *auri, argenti* Z. — *argenti, auri* va. — 7) *atque* Gu. 2. — 8) *est* om. Z. Gu. 2. va. — 9) *in signis* Z. — 10) *est* om. Z. Gu. 2. va. — *infectum . . . massa* om. Gu. 1. — 11) *quod est massa* Z. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. va. al. — *quacunque causa* vulg. — *quacunque ex causa* Arev. — 13) *arderent silvae et excoq.* va. — 14) *quae calef.* Gu. 1. 2. va. — *illa calef.* Z. — 15) *instructurae* Gu. 2. — *stricturae* Ar. — 16) *igitur* om. Z. — 17) *fuerit* pro *fuerat* Gu. 1. — 18) *terrae* om. Z. — 19) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *decurrerit* vulg. — *decurret* pr. — *decurrat* va — 20) Sic Gu. 1. — *profluens* vulg. — 21) *lignatas* Z. — 22) *in eis* Ar. — 23) *terrae fig. vest.* pr. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *hincque* Ar. va. — *in qua* Z. — 25) Sic Gu. 1. — *appellatione* vulg. — 26) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *autem* vulg. — 27) *Cui* pro *cum* Z. Gu. 1. 2. — 28) *modum in mirum* Gu. 1. — 29) Sic Ar. — *illud ut dum* Z. Gu. 1. 2. — *illud dum* vulg. — 30) Sic Z. Ar. — *reddit* vulg. — 31) Sic Ar. va. — *excedat* Z. Gu. 1. 2. — *excindat* al. pr. — 32) *in arg.* vulg. — Om. *in* Z. Gu. 1. va. — 33) *et* om. Z. va. — 34) *et* om. Z. va. — 35) Sic Z. Gu. 2. va. Ar. — *destillat* Gu. 1. — *stillat* vulg. — 36) *nec* pro *neque* Gu. 1. 2. — mox *nec* pro *neque* Z. Gu. 1. 2. — 37) *centenarium sextarium* Gu. 1. —

4. Argenti purgamenta λιθάργυρος, quod[41] nos spumam argenti appellamus. Fit autem[42] ex argento et plumbo[43].

CAP. XX. *De aere.*

1. Aes a splendore[44] aeris vocatum, sicut aurum et argentum. Apud antiquos autem prior[45] aeris, quam ferri cognitus est[46] usus. Aere quippe primi[47] proscindebant terram, aere[48] certamina belli gerebant, eratque in pretio magis aes, aurum vero et argentum propter inutilitatem reiiciebantur. Nunc versa vice iacet aes, aurum in summum cessit honorem[49]:

Sic volvenda aetas commutat tempora rerum.

Et

Quod fuit in pretio, fit nullo denique[50] honore.

Usus aeris postea transiit in simulacris, in vasis, in aedificiorum structuris, maxime et ad perpetuitatem monumentorum, etiam publicae in eis[51] constitutiones scriptae sunt.

2. Cyprium aes in Cypro insula prius inventum[52], unde et vocatum, factum ex lapide eroso, quem Cadmiam vocant, et est ductile, huic[53] si addatur[54] plumbum, colore purpureo fit.

3. Aurichalcum dictum, quod et splendorem auri et duritiam aeris possideat. Est autem nomen compositum ex lingua Latina et Graeca. Aes enim Graeco sermone[55] χάλκος vocatur. Fit autem ex aere et igne[56] multo, ac medicaminibus perducitur[57] ad aureum colorem.

4. Corinthium[58] est commixtio omnium metallorum[59], quod casus primum miscuit, Corintho, cum caperetur, incensa. Nam dum hanc civitatem Hannibal cepisset, omnes[60] statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogum congessit et eas incendit. Ita[61] ex hac commixtione fabri sustulerunt et fecerunt parapsides[62]. Sic Corinthia[63] nata sunt ex omnibus in unum, nec hoc, nec illud. Unde et usque in hodiernum[64] sive ex ipso, sive ex imitatione eius aes Corinthium, vel vasa Corinthia[65] dicuntur. Huius tria genera, candidum unum[66] ad argenti nitorem accedens, alterum, in quo ipsius auri fulva natura est, tertium, in quo aequalis cunctorum temperies.

5. Coronarium[67] ex ductili aere tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum speciem auri in coronis histrionum praebet, unde et[68] appellatum.

6. Pyropum igneus color vocavit. Namque in singulas uncias aeris additis auri scrupulis senis praetenui[69] bractea ignescit, flammasque imitatur, unde et pyropum dicitur.

7. Regulare aes dicitur, quod ab aliis ductile appellatur, quale omne Cyprium est.

38) *cedit* Z. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. (*vasc. vitr.*) va. — *vasis* vulg. — 40) *ceteras* om. Z. — 41) *quod* pro *quam* Gu. 1. — 42) *enim* Gu. 2. — 43) *ita* add. Gu. 1. cod. Lucan. — *mixta* add. va. al. — *mixto* Z. et hoc videtur esse *ita*. — 44) *ab spl.* va. — 45) *prior* pro *prius* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 46) *est* addidi e Gu. 1. va. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *prius* vulg. — *proscind.* pro *scind.* Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 48) *et* pro *aere* Gu. 2. — 49) Sic Ar. — Vulg. *summo cessit honori* — *cessit summo honore* Z. — *summo cessit honore* al. pr. va. — *summo crescit* (*crescit* loco raso) *honore* Gu. 1. 2. — 50) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. cum Lucret. V, 1278. — *denique nullo in honore* vulg. — 51) *in eis publ.* Z. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *repertum* vulg. — 53) *huic* om. Z. — 54) *additur* Z. — 55) Sic Gu. 1. — *sermone Graecorum* vulg. — 56) *igni* Z. — 57) *producitur* Z. — 58) Sic Gu. 1. Ar. — *Corintheum* vulg. — 59) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *omn. comm. met.* vulg. — 60) *et omnes* Gu. 2. — 61) *ita ut ex* Z. — 62) *paropsides* Ar., ut est Graec. παροψίς. Nostram autem lectionem, quae est omnium codd. et editt. vett., defendit Heins. ad Petron. 34, p. 134. — 63) *Corinthea* Gu. 2. pr. va. et sic prox. — 64) *diem* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 65) Sic Gu. 1. — *Cor. vasa* vulg. — 66) *unum cand.* Z. Ar. — 67) *Coronatorium* Gu. 1. — 68) *et* om. va. — 69) *tenui* Z.

8. Ductile autem dicitur, eo quod malleo producatur, sicut contra fusile, quod tantum funditur. Hoc[1] et caldarium, quod tantum funditur. Nam malleis fragile est. Siquidem omne aes diligentius purgatis igne vitiis excoctisque regulare efficitur.

9. Campanum quoque inter genera[2] aeris computatur[3] a Campania scilicet[4] provincia dictum[5], quae est in Italiae partibus, utensilibus et vasis omnibus probatissimum.

10. Aes omne frigore magno melius funditur. Aes rubiginem celerius trahit, nisi oleo perunguatur, servari[6] id optime etiam in liquida pice tradunt.

11. Inter omnia metalla aes vocalissimum[7] est, et maximae potestatis, ideo et aenea limina, unde et Virgilius[8]:

In[9] foribus cardo stridebat ahenis[10].

Purgamenta aeris Cadmia et Chalcitis. Cadmia aerugo, Chalcitis aeris flos[11].

12. Cadmia gignitur in metallorum aeris atque argenti fornacibus insidente[12] nidore[13]. Namque ut ipse lapis, ex[14] quo fit aes, Cadmia vocatur, sic rursus in fornacibus existit et nominis[15] sui originem recipit.

13. Aeris flos fit, seu gignitur conflationibus, resoluto atque reliquato[16] aere, superfusa frigida[17]. Repentina enim densatione tanquam de sputo[18] reparatur flos.

14. Aeruginem quoque aes[19] creat. Nam laminae aereae super vas aceti asperrimi[20] sarmentis superpositae, atque ita distillantibus, quod ex eo cecidit[21], in ipsum acetum[22] teritur et cribratur.

CAP. XXI. *De ferro.*

1. Ferrum dictum, quod farra, id est semina frugum terrae condat. Idem et chalybs a Chalybe flumine, ubi ferrum optima acie temperatur. Unde[23] abusive dicitur chalybs ipsa materies, ut:

Vulnificusque chalybs[24].

2. Ferri usus post alia metalla repertus est. Cuius postea versa in opprobrium species. Nam unde pridem[25] tellus tractabatur, inde modo cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis inter se cohaerentibus et implicitis elementis, quam ferrum, unde inest illi duritia cum frigore. Ferri autem metallum pene ubique reperitur, sed ex omnibus generibus palma Serico

1) *Hoc et cald., quod tant. fund.* om. Z. Gu. 2. — 2) Vulg. *omnia gen.*, sed *omnia* om. Z. Gu. 1. 2. va. — 3) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 4) *scilicet* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. — 5) *dictum* addidi e Gu. 1. — 6) *autem* add. vulg. — Om. Gu. 1., sed exhibet pro eo *etiam* cum Gu. 2. (*lucida*) al. pr. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *vocabulissimum* va. — *vilissimum* vulg. — 8) Aen. I, 453. — 9) Sic Gu. 1. pr. va. — *Hinc* vulg. Nihil horum Arev. — 10) *aeneis* Z. Gu. 1. 2. pr. — 11) Sic Arev. e Dioscor. — Vulg. *Origo aeris Cadmia et Chalcitis. Purgamenta aeris Cadmia et origo et aeris flos* quam interpretari non possum. — 12) *desinente* Gu. 1. 2. al. var. lect. ap. Goth. — 13) *nitore* Z. al. va. — 14) *ex* om. Z. — 15) *nomini* Ar. — 16) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *liquato* vulg. — *aere reliquato* Gu. 2. — 17) *aqua* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *succo* vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *aes quoque* vulg. — *aes* om. Z. — *quoque* om. va. — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *acerrimi* vulg. — *asperum* Z. — 21) *decidit* Z. — 22) *in ipso aceto* Z. — 23) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. va. — 24) Virgil. Aen. VIII, 446. — 25) Sic Gu. 1. — *per idem* al. — *prius* vulg. — 26) *in vestibus* va. — 27) *vero* add. va. — 28) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sola brev.* vulg. — 29) *placens* va. — 30)

ferro datur. Seres enim hoc cum vestibus[26] suis pellibusque mittunt. Secunda[27] Parthico, neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. Caeteris enim admiscetur mollior complexus.

3. Differentia ferri plurima iuxta terrae genus. Nam aliud molle plumboque vicinum, rotarum et clavorum usibus aptum, aliud fragile et erosum, culturae terrae conveniens, aliud brevitate sola[28] placet[29] clavisque caligariis, aliud rubiginem sentit celerius[30]. Stricturae vocantur hae omnes, quod non in aliis metallis, a stringendo apte imposito[31] vocabulo. Aquarum vero summa differentia est[32], quibus ferrum candens immergitur[33], quo[34] utilior[35] fiat, sicut Bilbili[36] in Hispania et Tirrasona, Comus in Italia.

4. In acuendo ferro oleo delectatior[37] fit acies, unde et ferramenta tenuiora[38] oleo restingui[39] mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro sanguis humanus sese ulciscitur. Contactum[40] namque celerius[41] rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiam habet. Sola enim haec materia vim ab hoc lapide accipit[42], retinetque longo tempore. Ex eodem lapide architectus quidam Alexandriae templum concameravit, unde in eo simulacrum ferro in aere pendere videretur[43]. Ferrum accensum igne[44] nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile ad tundendum, neque antequam albescere incipiat, aceto, vel alumine illitum ferrum fit aeris simile.

5. Purgamenta ferri, rubigo et scoria.

Rubigo est vitium rodens ferrum[45], vel[46] segetes, quasi rodigo[47] mutata una litera, haec et aerugo[48] ab erodendo. Nam aerugo vitium est ferri ab erodendo dicta, non ab aeramento.

6. Scoria vero purgamenta et sordes sunt, quae igne excoquuntur[49]. Et dicta scoria, quia de ferro excutitur.

7. Rubigine autem caret ferrum, si cerussa et gipso et liquida pice perungatur[50]. Item rubigo ferramenta non vitiat, si eadem medulla cervina, vel cerussa mixta rosaceo[51] ungitur[52].

CAP. XXII. *De plumbo.*

1. Plumbum dictum, quod[53] ex eo[54] primum pilis factis maris altitudo tentata est. Huius[55] duo genera[56] sunt, nigrum et[57] candidum, sed melius candidum, quod prius in insulis Atlantici maris inventum est. Siquidem et in Lusitania et in Gallaecia[58] gignitur, summa[59] terra arenosa, et coloris nigri et pondere[60] gravis, interveniunt et minuti calculi, maxime torrentibus[61] siccatis, lavant eas arenas, et quod subsidit[62], coquunt in fornace[63]. Inveniuntur et in aurariis metallis aqua missa cal-

Sic Gu. 1. 2. — *cel. sent.* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *voc. imp.* vulg. — *imposuit* va. — 32) *est* om. va. — 33) *mergitur* Gu. 1. 2. — 34) *in quo* Gu. 1. 2. — 35) *utilius* Ar. — 36) *Bilbili — Tirasone — Comi* Ar. — 37) *delicatior* al. e Plin. XXXIV, 14. — — 38) Sic Gu. 1. — *ten. ferr.* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *restringi* vulg. — 40) *Contractum* Gu. 1. 2. — 41) *celerius* om. va. — 42) *accepit* va. — 43) *ut in eo sim. eius e ferro pend. in aere vid.* al. pr. — Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. Ar. — 44) Sic Gu. 1. — *igni* vulg. — 45) *ipsum* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. — 46) *etiam* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 47) *rudigo* pr. — 48) *et haec aerugo* va. — 49) *excocuntur* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. al. — *perungitur* vulg. — 51) *rosacio* Gu. 1. — 52) Sic scripsi e Gu. 2. al. — *tingitur* Gu. 1. — *liniantur* va. — *ungatur* vulg. — 53) *eo quod* Z. — 54) *ex eo* om. Z. — 55) *vero* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *gen. duo* vulg. — *sunt* om. va. — *duo* om. pr. — 57) *et* om. va. — 58) Sic Ar. — *Gallicia* vulg. — 59) *sumptu* al. pr. va. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *ponderis* vulg. — 61) *e torr.* Gu. 1. — *et torr.* Gu. 2. — *de torr.* al. pr. — 62) *subsedit* Gu. 2. al. — 63) Sic Gu. 1. — *in fornacibus* vulg.

culi nigri, et graves, et dum aurum colligitur, cum eo remanent [1], postea separati conflantur et in plumbum album resolvuntur. Inde [2] et eadem gravitas plumbi, quae auri est [3].

2. Nigrum plumbum circa Cantabriam abundat, cuius origo duplex [4] est. Aut enim solum [5] ex sua vena prodit, aut cum argento nascitur mixtisque venis conflatur. Huius primus [6] in fornacibus liquor stannum est, secundus [7] argentum, quod remanet superaddita vena rursusque conflata, fit nigrum plumbum.

3. India neque aes, neque plumbum [8] habet, gemmis tantum et margaritis haec permutat [9]. Nigro plumbo ad fistulas laminasque [10] utimur. Laboriosius in Hispania et Gallia eruitur plumbum. Nam [11] in Britannia summo terrae corio [12].

CAP. XXIII. *De stanno.*

1. Stanni etymologia ἀποχωρίζων, id est separans [13] et secernens. Mixta enim et adulterata inter se per ignem metalla dissociat, et ab auro et argento aes plumbumque secernit, alia quoque métalla ab igne defendit, et cum sit natura aeris ferrique durissima, si absque stanno fuerit, uritur et crematur.

2. Stannum illitum aereis vasis saporem facit graviorem, et compescit virus aeruginis. Specula etiam [14] ex eo temperantur. Cerussa quoque ex eo, sicut [15] ex plumbo, conficitur.

CAP. XXIV. *De electro.*

1. Electrum vocatum, quod ad radium solis clarius auro argentoque reluceat. Sol enim a poetis Elector [16] vocatur [17]. Defaecatius est enim hoc metallum omnibus metallis.

2. Huius tria [18] genera. Unum, quod ex pini arboribus fluit, quod succinum dicitur, alterum metallum [19], quod naturaliter invenitur, et in pretio habetur, tertium, quod fit de tribus partibus auri et argenti una. Quas partes, etiam si [20] naturale solvas [21], invenies. Unde [22] nihil interesse [23] natum [24], an factum, utrumque enim eiusdem [25] naturae est.

3. Electrum, quod naturale est [26], eiusmodi naturae est [27], ut in convivio et ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat, et venenum prodat. Nam si eo [28] infundas venenum, stridorem edit et colores varios in modum arcus coelestis emittit.

1) *remaneant* va. — 2) *Inest* Z. — 3) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 4) *triplex* Z. — 5) *solus* Z. — 6) *primum* Z. — 7) *secundum* Z. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. — *neque plumb. neque aes* vulg. — 9) *permutatur* Gu. 2. — *pernotatur* Gu. 1. — 10) Sic Ar. va. — *fistulas laminasque* sine praepos. *ad* Z. Gu. 1. — *fistulis laminisque* vulg. — 11) *namque* va. — 12) *colligitur* add. va. — 13) *dicitur* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. va. Ar. Graecum om. pr. — 14) *etiam* om. Gu. 1. — 15) *sicut et* Ar. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *electron* vulg. — 17) *appellatur* va. — 18) *sunt* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 19) *dicitur* add. Gu. 1. 2. — 20) *etiam* om. va. — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *naturam resolvas* vulg. — 22) *Unde et* vulg., sed *et* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 23) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *interest* vulg. — 24) *sit* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — — 25) *huius* Z. — 26) Sic Gu. 1. — *quod est nat.* vulg. — *est* om. Gu. 2. — 27) *naturae* pro *natura* Z. Gu. 1. va. Ar. — 28) *in eo* va. — 29) Hoc caput om. cod. Zittav. — 30) *agnoscere* Gu. 1. — 31) Lib. Sapient. 11, 31. — 32) *enim* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 33) Sic Gu. 1. 2. — *pondus nat.* vulg. — 34) *quoque* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — *quidque* pr. — 35) Sic totum locum exhibent Gu. 1. Ar. — Vulg. haec tantum: *Primus Moyses in heremo fi-*

CAP. XXV. *De ponderibus*[29].

1. Ponderum ac mensurarum iuvat cognoscere[30] modum. Nam omnia corporalia, sicut scriptum est[31], a summis usque ad ima in mensura et numero et pondere disposita sunt atque formata. Cunctis enim[32] corporeis rebus natura pondus[33] dedit. Suum quoque[34] regit omnia pondus.

2. Primus Moyses, qui omnes antecedit gentilium philosophos tempore, nobis et numeros et mensuras et pondus in diversis scripturae suae locis narravit[35]. Primus Phidon[36] Argivus[37] ponderum rationem in Graecia constituit, et licet alii antiquiores extiterint, sed[38] iste hac arte experientior fuit.

3. Pondus dictum, eo quod in statera libratum pendeat, hinc et pensum. Abusive autem pondus libra una est. Unde etiam dipondius dictus[39] est quasi duo pondera, quod nomen adhuc in usu[40] retinetur.

4. Trutina est aequa[41] ponderum lances, aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentana pro parva modicaque pecunia. Haec et moneta vocata. Eadem[42] et statera nomen ex numero habens, quod duabus[43] lancibus, et uno in medio filo[44] librata aequaliter stet.

5. Examen[45] est filum medium, quo trutinae statera regitur, et lances aequantur. Unde et[46] in lancibus[47] amentum dicitur.

6. Campana a[48] regione Italiae nomen accepit, ubi primum eius usus repertus est. Haec duas lances non habet, sed virga est signata libris et unciis[49] et vago pondere mensurata.

7. Unicuique autem ponderi certus est modus nominibus propriis designatus.

8. Calcus[50] minima pars ponderis quarta pars oboli est[51], constans lentis geminis granis. Appellatur autem calcus, quod parvulus sit[52], sicut et lapis calculus, qui adeo minimus est, ut sine molestia sui calcetur.

9. Siliqua vigesima quarta pars solidi est, ab arbore, cuius semen est[53], vocabulum tenens.

10. Ceratum[54] oboli pars media est, habens siliquam[55] unam et semis. Hunc latinitas semiobolum vocat, Ceratum autem Graece, Latine[56] cornuum interpretatur.

11. Obolus siliquis tribus appenditur, habens ceratia duo[57], calcos quatuor. Fiebat enim olim ex aere ad instar[58] sagittae. Unde et nomen accepit a Graecis[59], hoc est sagitta.

liis Israel pondera et mensuras dedit. — Gu. 2. *Primus Moyses Hebraeis, prius sidon Argivis ponderum rat.* etc. — Ed. va. *Primus Moyses, primus Sydon* etc. — 36) Sic Arev. va. ex Euseb. Chron. Strabo quoque a Phidone signari coeptum argentum ex Ephoro refert. — *Sidon* vulg. — 37) *Argius* va. — 38) *sed* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *dipondium dictum* vulg. — *est* om. Ar. — *dictum dipondus est* va., quae edit. ante exhibet *libra est una.* — 40) *in usu adhuc* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *gemina* vulg. — 42) *Idem* Gu. 1. 2. — *Item* va. — 43) *duobus* Gu. 2. va. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *stilo* vulg. — 45) Praecedit in Gu. 1. 2. va. *Campana.* — 46) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *lanceis* vulg. — 48) Hunc locum om. edit. va. — 49) *uncis* Gu. 2. al. — 50) *Chalcus* Ar. — *est* add. Gu. 2. — 51) *est* om. Gu. 2. — 52) Sic Gu. 1. — *sit parv.* vulg. — *parvus* al. va. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. al. ap. Goth. — Vulg. *ab arboris semine.* — 54) *Ceratim* Gu. 1. 2. va. Ar. — *Cerates* vulg. Eadem varietas infra est. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. — *siliqu. hab.* vulg. — *et* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 56) *siliqua* add. vulg. — Om. Ar. — 57) Sic Ar. — *ceratim duos* Gu. 1. 2. — *cerates duos* vulg. — 58) *in modum* va. — 59) Sic Gu. 1. 2. — *a Gr. acc.* vulg. — *sumpsit* va.

12. Scrupulus sex siliquarum pondere constat. Hic apud Graecos gramma[1] vocatur. Scrupulus autem dictus per diminutionem a lapillo brevi[2], qui scrupus vocatur.

13. Drachma octava pars unciae est, et denarii pondus argenti, tribus constans[3] scrupulis, id est XVIII siliquis. Denarium autem dictum[4] a dando, quia pro decem nummis imputatur.

14. Solidum nuncupatum[5], quia nihil illi[6] deesse videtur. Solidum enim veteres[7] integrum dicebant et totum. Ipse quoque[8] nomisma vocatur, pro[9] eo quod nominibus principum effigieque[10] signetur[11]. Ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat. Hoc autem[12] ab Assyriis coepit. Dicunt enim Iudaei, quod Abraham in terram Chanaam primus hanc advexerit[13] formam. Solidum[14] apud Latinos alio nomine sextula dicitur, quod iis sex uncia[15] compleatur. Hunc[16], ut diximus, vulgus aureum solidum vocat, cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissem, eo quod solidum faciat ter missus[17].

15. Sextula bis assumpta duellam facit, ter posita[18] staterem reddit[19].

16. Stater autem medietas unciae est, appendens aureos tres, unde et vocatus[20] stater, quod tribus solidis[21] stet. Haec[22] et semiuncia, quia semis habet de uncia. Haec et semissis, quia ponderis semis est[23] quasi semiassis[24].

17. Quadrantem Hebraei similiter[25] codrantem vocant, et vocatur quadrans[26], quod unciae quartam partem appendat[27].

18. Sicel, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, Hebraeum nomen est, habens[28] apud eos unciae pondus. Apud Latinos autem et Graecos quarta pars unciae est[29] et stateris medietas, drachmas[30] appendens duas. Unde cum in literis divinis legitur siclus, uncia est[31], cum vero in gentilium[32], quarta pars unciae est.

19. Uncia dicta, quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est complectatur[33]. Constat autem drachmis VIII, id est scrupulis XXIV. Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scrupulorum eius horas diei noctisque metitur, vel quod[34] libram efficit duodecies computatus[35].

20. Libra[36] XII unciis perficitur, et inde habetur perfecti ponderis genus, quia[37] tot constat unciis, quot mensibus annus. Dicta autem libra, quod[38] sit libera, et cuncta inter[39] se pondera praedicta concludat.

1) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *dramma* vulg. — 2) *a lap. brev. per dim.* va. — 3) *constat* al. va. — *ad denarii pond. arg.* supra Ar. — 4) Sic Gu. 1. — *Denarius aut. a dand. dictus* vulg. — *Denarium autem dictum, quia* etc. Gu. 2. — *Denarium dictum, quia* etc. ed. va. — 5) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Solidus nuncupatur* vulg. — 6) *illi nihil* va. — 7) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *antiqui* vulg. — 8) *enim* va. — 9) *pro* om. va. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *effigiisque* Ar. va. — *effigiebusque* vulg. — 11) *signatur* va. — 12) *autem* pro *enim* Gu. 1. 2. va. — 13) Sic Gu. 1. al. pr. va. — *advexerat* Gu. 2. — *advexit* vulg. — 14) Sic Gu. 1. 2. — *Solidus* vulg. — 15) *quod bis sex unciis* va. — 16) *Hunc . . vocat* om. va. — 17) *tremissus* Gu. 1. — *tremissis* Gu. 2. — 18) *Tremissa* Gu. 1. — 19) *stater redditur* va. — 20) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 21) *solidum* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *Hic* vulg. Sic mox. — 23) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *semissem* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *semis assis* vulg. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *similiter Hebr.* vulg. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quadra* vulg. — 27) Sic Ar. va. — *appendeat* Gu. 1. 2. — *appendant* vulg. — 28) *habet* va. — 29) *est* om. va. — 30) *drachma* per *g* scribitur in codd. et editt. — 31) *est* om. va. — 32) *libris* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. — 33) *complectat* va. — 34) *quod* pro *quia* Gu. 1. 2. — 35) *cum duodecies computatur* pr. va. — *computata* Gu. 2. — 36) *Libra* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. Ar. deinde iidem libri *habetur* pro vulg. *habentur.* — 37) *quod* va. — 38) *quasi* va. — 39) *intra* Gu. 2. va. Ar. — 40) Sic Gu. 1. 2. ed. Goth. — *Mna* Ar. va. pr. vulg. Cfr. Plin. XXI, 34. *Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas atticas centum.* — *dragmas* Gu. 1. va. — Ed. va. om. vv. *ap-*

21. Mina[40] in ponderibus centum drachmis appenditur, et est nomen Graecum[41].

22. Talentum autem summum pondus esse[42] perhibetur in Graecis. Nam nihil est chalco minus, nihil talento maius. Cuius varium pondus apud diversas gentes[43] habetur. Apud Romanos enim talentum est LXXII librarum, sicut Plautus[44] ostendit, qui ait duo talenta esse CXLIV.[45] libras. Est autem triplex, id est minor[46], medius, summus. Minor quinquaginta, medius LXXII librarum, summus CXX constat.

23. Centenarium numeri nomen est, eo quod centum librarum[47] ponderis sit. Quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt Romani[48].

CAP. XXVI. *De mensuris.*

1. Mensura est res aliqua modo suo, vel tempore circumscripta[49]. Haec aut[50] corporis[51], aut temporis. Corporis est, ut hominum, lignorum et[52] columnarum longitudo et[53] brevitas. Sed et solem istum propriam sui orbis habere mensuram, quod[54] Geometrici perscrutari[55] audent. Temporis, ut mensura[56] horarum aut[57] dierum, et annorum. Unde et metiri pedes[58] horarum dicimus, hoc est mensurare[59].

2. Proprie autem mensura est[60] vocata, quod ea fruges metiuntur atque frumentum[61], id est humida et sicca, ut modios, urnas, et amphoras[62].

3. Mensurarum pars minima cochlear, quod[63] dimidia pars drachmae, appendens siliquas novem. Qui triplicatus[64] facit conculam[65].

Concula drachma una et dimidia adimpletur.

4. Cyathi pondus decem drachmis appenditur, qui etiam a quibusdam cuatus[66] nominatur. Oxibaphus[67] fit, si quinque drachmae adduntur ad X.

5. Acitabulum[68] quarta pars heminae est, XII drachmas appendens.

Cotyla est[69] hemina[70] habens cyathos sex, quae idcirco cotyla vocatur, quia cote Graeco sermone[71] incisio dicitur, et hemina sextarii in duo aequa inciditur, et cotyla dicitur[72].

Hemina autem[73] appendit libram unam, quae geminata sextarium facit.

6. Sextarius duarum librarum est[74], qui bis assumptus[75] nominatur bilibris[76], assumptus quater, fit Graeco nomine Choenix, quinquies complicatus quinarem, sive gomor facit. Adiice

penditur . . . summum. — 41) *quae sunt siliquae* ∞ *DCCC tremisses CCXXV, solidi LXXV, stateres XXV* add. Ar. Grial. et goth. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *esse pondus* vulg. — 43) Sic Gu. 1. — *ap. div. gent. pond.* vulg. — 44) Plaut. Mostell. III, 1, 114. 115. ed. Gronov. — 45) *centum quadraginta* Gu. 2. al. pr. va. — 46) *minus, medium, summum* h. l. et postea Arev. — 47) *libris* Ar. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Rom. inst.* vulg. — 49) *circuminscripta* Gu. 2. — 50) *autem* Gu. 1. — 51) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. — 52) *aut col.* Z. — 53) *et* pro *vel* Gu. 1. 2. va. Ar. — *vel* om Z. — 54) *quod . . . temp. ut* om. pr. — 55) *scrutari* Z. — 56) *mensura* (*mensuras* Z.) addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — 57) *aut* addidi e Gu. 1. — *et* Gu. 2. — *dier. hor. et ann.* va. — 58) *pedes metiri* va. — 59) *hoc est mens.* om. va. — 60) *est* addidi e Gu. 1. — *vocata est* Gu. 2. — *vocatur* va. — 61) *frumenta* Z. va. — 62) Sic Z. (*modius*) Gu. 1. (*modius*) 2. al. pr. — Vulg. *modius, urna et amphora.* — Ed. va. *modius, urnae, amphorae.* — *artabones, urnas* al. pr. — *artabo, urna* Ar. — 63) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1 — 64) *Quod triplicatum* Ar. — 65) Sic Gu. 1. — *conculam fac.* vulg. — 66) Sic Ar. — *Caulacus* vulg. — *Causatus vel assatus* Z. — *causatus* Gu. 1. 2. al. pr. — *casatis* va. — *nominatur* pro *dicitur* Z. Gu. 1. 2. al. va. — 67) Sic Ar. — *Oxifalus* vulg. — *Obxifalus* Z. — 68) *Acetabulum* Ar. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Cotula* vulg. — 70) Sic Gu. 1. — *hem. est* vulg. — 71) Sic Z. (*in Gr. s.*) Gu. 1. 2. va. — 72) Sic Gu. 1. 2. — *cotulam facit* vulg. — 73) *autem* om. Gu. 2. — 74) *est* om. Z. — 75) *quibus assumptis* Gu. 1. 2. — 76) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *bilibris nom.* vulg.

sextum, congium reddit. Nam congius sex metitur sextariis, a quo et[1] sextarii[2] nomen dederunt.

7. Congium[3] autem a congiendo, id est per augmentum crescendo vocatur. Unde postea pecunia beneficii gratia dari coepta, congiarium appellatum est. Unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi captans, adiiciebat, ut largior[4] videretur in donis.

8. Congiarium autem specialiter mensura[5] est liquidorum, cuius et rem simul et nomen a Romanis impositum invenimus.

9. Metreta[6] est mensura liquidorum. Haec[7] a mensura accepit nomen[8], μέτρον enim[9] mensuram dicunt Graeci, et inde appellata metreta[10], licet et urna et amphora et reliqua huiusmodi nomina mensurarum sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.

Metrum ad omnem pertinet mensuram[11]: μέτρον enim Graece, Latine mensura dicitur. Nam et cyathus[12] mensura est, et amphora mensura est, et quicquid plus minusve capit, mensura est. Sed ideo hoc nomen specialiter sibi assumpsit, quod sit mensura perfecti numeri, id est denarii.

10. Modius dictus[13] ab eo, quod sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum XLIV, id est sextariorum XXII. Cuius numeri causa inde tracta est, eo quod in principio Deus XXII opera fecit[14]. Nam prima[15] die VII opera fecit, id est materiam informem, angelos, lucem, coelos superiores, terram, aquam atque aerem. Secunda die[16] firmamentum[17] solum. Tertia die quatuor maria, semina, sationes[18] atque plantaria. Quarta[19] die tria, solem et[20] lunam et stellas. Quinta die tria, pisces et reptilia aquarum et volatilia. Sexta die quatuor, bestias, pecudes, reptilia terrae et hominem. Et facta sunt omnia XXII genera in diebus sex. Et XXII generationes sunt ab Adam usque ad Iacob, ex cuius semine nascitur gens omnis[21] Israel, et XXII libri veteris testamenti usque ad Hester, et XXII literarum sunt elementa[22], quibus constat divinae legis doctrina. His igitur exemplis modius XXII sextariorum a Moyse secundum sacrae legis mensuram effectus est. Et quamvis diversae gentes huic[23] mensurae pondus vel adiiciant ignorantes[24], vel detrahant, apud Hebraeos tamen[25] constitutione divina tali ratione servatur. Modius enim[26] a modo dictus. Hinc et modica, id est moderata. Modicis enim modius[27] nomen imposuit. Nam modica pro parvis abusive, non proprie dicimus.

11. Satum genus est[28] mensurae iuxta morem provinciae Palaestinae, unum et dimidium modium capiens. Cuius nomen ex Hebraeo sermone tractum est. Satum enim apud eos nominatur sumptio, sive levatio[29], eo quod qui metitur, eandem mensuram sumat ac levet. Est et aliud satum, mensura sextariorum XXII capax quasi modius.

1) *et a quo* Z. — 2) *sextario* Ar. — 3) *Congius* Ar. — 4) *longior* Gu. 1. — 5) *mensura* om. Z. — *mens. liq. est* va. — 6) *Metrum* Z. Gu. 1. al. va. — 7) *Hoc* Z. va. — 8) *nom. accep.* Z. — 9) *autem* va. — 10) *metra* Z. — 11) Sic Gu. 1. — *mens. pert.* vulg. — 12) *scyathum* Z. — *cyathum* Gu. 2. al. pr. — 13) *dicitur* Z. al. — 14) Sic Gu. 1. va. — *fecerit* vulg. — 15) *primo* va. — 16) *die* om. pr. — 17) *firmamenta* va. — 18) pro his duobus verbis exhibet Z. *seminationes.* — 19) *quarto . . quinto . . sexto* Gu. 1. — 20) *et* om. Z. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *omnis gens* vulg. — 22) *elem. sunt* Z. — 23) *huius* Z. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. — *ignoranter* vulg. — 25) *tamen* addidi e Gu. 1. — 26) *enim* om. va. — 27) *modus* Z. — 28) *est genus* va. — 29) *elevatio* Z. — 30) *vocatus* Z. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *bath apud eos vel batha* vulg. — 32) *sextarios* Ar. — 33) *una vice molae* va. — 34) *vocatur* va. — 35) Sic Gu. 1. — *levetur* vulg. — 36) Sic Gu. 1. — *dicta dicitur* Gu. 2. Ar. — *dicitur* vulg. — 37) *quae* Z. — 38) Lucan. VII, 819. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *est mens.* vulg. — 40) *modios* va. — 41) *id est mensura* va —

12. Batus vocatur[30] Hebraica lingua ab olearia mola, quae apud eos batha[31] nominatur, capiens quinquaginta sextaria[32], quae mensura una molae vice[33] proteritur.

13. Amphora vocata[34], quod hinc et inde levatur[35]. Haec Graece a figura sui dicta[36], quod eius ansae geminatae videantur aures imitari. Recipit autem vini, vel aquae pedem quadratum, frumenti vero modios Italicos tres.

Cadus Graeca amphora est, continens urnas tres.

14. Urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt. Proprie autem urna vas est, quod[37] pro condendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo poeta[38]:

Coelo tegitur, qui non habet urnam.

15. Medimna mensura est[39] quinque modiorum. Medimna autem Latina lingua vocatur, id est dimidia, eo quod quinque modiis[40] metiatur, qui est dimidius numerus a perfecto denario.

16. Artaba mensura[41] est apud Aegyptios sextariorum LXXII, composita ex numero[42] propter LXXII gentes, vel linguas[43], quae orbem impleverunt.

17. Gómor[44] XV modiorum onus appendit[45].

Corus XXX modiorum mensura[46] impletur. Hic ex[47] Hebraico sermone descendit, qui vocatur cora a[48] similitudine collis. Cora[49] enim Hebraice colles appellantur[50]. Coacervati enim modii XXX[51] instar collis videntur, et onus[52] cameli efficiunt.

CAP. XXVII. *De signis.*

1. Ponderis signa plerisque ignota[53] sunt, et inde errores legentes[54] faciunt. Quapropter formas eorum et characteres ita[55], ut a veteribus signata sunt, subiiciamus.

2. Z. Zeta litera[56] significat dimidium obolum[57].

— Virgula aequaliter iacens et porrecta[58] simpliciter significat obolum.

= Geminata virgula[59] duo oboli sunt.

T.[60] T Latinum significat tres obolos[61].

F. F Latinum significat[62] obolos quatuor.

E. E Latinum demonstrat[63] obolos[64] quinque.

3. Oboli vero sex propterea characterem non habent, quod[65] in una drachma sex veniunt[66], quod est[67] pondus denarii argentei[68].

H. H litera[69] significat siliquas VIII[70], id est tremissem.

N. N Latinum significat nomisma Graecum, id est solidum.

42) *compositus numerus* Ar. — 43) *gentium linguas* va. — 44) *Chomer* Ar. distinctionis causa scripsit, quoniam supra de gomor locutus erat Isidor. — 45) *appetit* Z. — 46) Sic ed. va. — *modiorum mensura impletur* Z. — *modiorum mensuram complet* Gu. 2. — *modiorum impletur* Gu. 1. — *modiis impletur* vulg. — 47) *ex* pro *ab* Z. Gu. 1. 2. va. Ar. utrumque om. pr. — 48) *a* addidi e Z. Gu. 1. Ar. — 49) *Coria* Gu. 1. 2. pr. — 50) *collis appellatus* va. — 51) *viginti* Z. — 52) *onos* va. — 53) *incognita* va. — 54) Sic Gu. 1. — *errorem legentibus* vulg. — 55) *ita* om. Gu. 2. va. — 56) *Litera c* Gu. 1. — 57) *obulum* Z. Gu. 1. h. l. et in seqq. — 58) *sed porr.* va. — 59) *Geminae virgulae* va. — *gemina* Gu. 2. — 60) 𝕿 Gu. 1. 2. pr. — 61) Sic Gu. 1. — *obolos tres* vulg. — 62) *significat* om. Z. — 63) *significat* va. — 64) *obolos* om. va. — 65) *eo quod* va. — 66) Sic Gu. 1. 2. va. — *veniant* vulg. — 67) *quod id est pondus* va. — 68) *argenti* Z. Gu. 2. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Heta lit.* vulg. — 70) VII. va.

IB. Iota adiuncta[1] beta significat dimidium solidum.

4. ς[2] Virgulae duae ex uno angulo a laeva in dextram[3] se dividentes, significant[4] drachmam, quam etiam holcen appellant.

NΓ. N Latinum[5] adiuncto[6] gamma Graeco significat semiunciam.

ΓO.[7] Gamma autem Graecae[8] literae o Latinum[9] in fine adiunctum[10] significat unciam.

Λ. Lambda[11] Graecum[12] per medium sui i Latino adiecto[13] significat libram.

5. KY. Kappa Graecum[14] circa finem[15] adiuncto[16] y Graeco[17] significat cyatum.

KO. Si vero[18] o Latinum habuerit adiunctum, heminam demonstrat, quam Graeci cotylen vocant.

ƷE.[19] Xi Graecum si acceperit[20] iunctum[21] E Latinum[22], significat sextarium.

6. ΞO. Si o Latinum adiunctum[23], indicat acitabulum[24], quod Graeci oxibaphon[25] vocant.

M̃. M Graecum superposito[26] n Latino significat mina.

TΛ. T Latinum in fine[27] habens lambda[28] Graecum significat talentum[29].

Xo. Alpha Graecum in dextro[30] brachio superiori o litera coniuncta choenix est.

L I B E R XVII.

CAP. I. *De auctoribus rerum rusticarum.*

1. Rerum rusticarum scribendi solertiam[31] apud Graecos primus Hesiodus Boeotius humanis studiis contulit, deinde[32] Democritus. Mago[33] quoque Carthaginensis[34] in XXVIII[35] voluminibus studium agricolationis conscripsit[36]. Apud Romanos autem de agricultura primus Cato instituit, quam deinde[37] Marcus Terentius expolivit, mox Virgilius laude carminum extulit. Nec minus studium habuerunt postmodum Cornelius Celsus et Iulius Atticus, Aemilianus, sive Columella, insignis orator[38], qui totum corpus disciplinae eiusdem[39] complexus est[40].

1) *adiecto* va. — 2) ⋉ Gu. 1. 2. pr. — Ɏ Z. — 3) *dexteram* Gu. 2. va. — 4) *sigeificat* Gu. 1. va. — 5) *Latino* va. — 6) *adiuncta* Gu. 1. — *iunctum* Z. — 7) ToT sic Arev. — 8) *Graecum* va. — 9) *Latine* Gu. 2. — 10) *adiuncto* va. — 11) *Lauta* Z. Gu. 1. 2. va. — 12) *Graece* va. — 13) Sic Gu. 1. Ar. — *Latino subiecto* va. — Vulg. *Latinum adiectum. adiunctum* Z. Gu. 2. — 14) *Graeco* va. — 15) *cornuum* (*cornu* va.) add. vulg. Om. Gu. 1. 2. — 16) *adiunctum* Z. — 17) *Latino* Gu. 1. — *latinum* Z. Gu. 2. Codd. exhibent V pro *Υ*. — 18) *vero* om. Ar. pr. — 19) ƷE sic Ar. — Vulg. ΓE. Codd. Z. ƘE. Gu. 1. Z. *ex Graecum* Gu. 2. va. Z. *e Graecum*. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *habuerit* vulg. — 21) *adiunctum* va. — 22) *Latino* va. — 23) Sic Z. (retinet *habuerit*) Gu. 1. 2. Ar. va. — *Si vero o lat. habuerit adiunctum* vulg. — *adiunctum Latino* va. — 24) *acet.* Ar. — 25) Sic Ar. — *oxifalon* vulg. — *significat* pro *indicat* vulg. Signum Arevali est Ʒo. — 26) *superpositum* Z. Figura ap. Arev. est haec M̃. Gu. 1. MT. Gu. 2. M^N Zitt. M̃. — *mina* pro *mna* Gu. 1. — *moi* va. — *mnam* Ar. — 27) *in fine* om. Z. — 28) *Lauta* Gu. 1. 2. va. — *lautam* Z. — *T* pro *A Lat.* recepi ex Arev., cuius figura est haec: T̄λ. — Gu. 1. 2. pro *A* vulgatae exhibent TA. Cod. Zitt. M. — 29) hoc modo Aϛ Z. ed. pr. Ͳλ. — 30) *dextero* Gu. 2. Signum posui, ut dedit Arev. — Vulg. ita α°. AO va. ao Gu. 2. Ƶo pr. qu(o Gu. 1. — 31) *solertia* va. — 32) *deinceps* Z. — 33) Sic Arev. e Varr. r. r. I, 1. — *magnus* vulg. — 34) *Karthag.* Gu. 2. — 35) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *vi-*

2. Primum ad aratrum boves iunxisse ferunt [41] quendam privatum hominem et [42] fulminatum, nomine Homogirum [43]. Quidam autem Osirim dicunt esse artis huius inventorem, quidam Triptolemum. Et hic quaestio est, quomodo prima [44] Ceres in Graecia vertere terram ferro instituit [45]; sed ferro qualicunque, non specialiter vomere, aut aratro.

3. Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomine Stercutus [46] in Italia. Cuius ara a Pico [47] dedicata est Romae. Hic plura [48] instrumenta agriculturae reperit, primusque agros firmavit. Eundem quidam Saturnum putaverunt, ut maiorem illi nobilitatem facerent hoc nomine, quo [49] splendide sonaret, et dignitatem tituli compararet [50].

CAP. II. *De cultura agrorum.*

1. Cultura est, qua frumenta, vel vina magno labore quaeruntur [51], ab incolendo vocata. Divitiae enim antiquorum [52] in iis duobus erant, bene pascere et bene arare. Cultura agri cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, stercoratio, occatio, runcatio.

2. Cinis est incendium, per quod ager inutilem humorem exudat.

Aratio dicta, quia de aere [53] terrae culturam exercebant, antequam ferri fuisset usus repertus. Duplex est aratio [54], vernalis et autumnalis.

Intermissio est, qua alternis annis ager vacuus [55] vires recipit.

3. Stercoratio est [56] laetaminis aspersio. Stercus autem vocatum, vel quia sternitur in agris [57], vel quod [58] extergi oporteat, quicquid sordium in civitate redundat [59]. Idem est et fimus [60], qui per agros iacitur. Et dictus fimus, quod fiat mus [61], id est stercus, quod [62] vulgo laetamen vocatur, eo quod suo nutrimento laeta faciat [63] germina [64], reddatque arva pinguia [65] et fecunda [66].

4. Occatio est, cum rustici satione facta bobus [67] dimissis grandes glebas caedunt ac [68] ligonibus frangunt, et dicta occatio quasi obcaecatio, quod operiat [69] semina [70]. Occare [71] igitur [72] est operire terra semina [73], vites, vel arbores.

5. Runcatio est a terra [74] herbas evellere [75]. Nam rus terra est.

Sulcus a sole vocatus [76], quod proscissus solem capiat.

Vervactum [77] dictum [78] quasi vere actum, id est verno aratum.

Proscissio est aratio prima, cum adhuc ager durus est [79].

ginti voluminibus et octo Gu. 1. — *viginti quatuor* Z. — XXIII. al. — Vulg. XVIII. — 36) *scripsit* Z. — 37) *deinceps* Z. — *inde* ed. Goth. — 38) *arator* al. pr. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. — *eiusdem discipl.* vulg. — 40) *est* om. va. — 41) *feruntur* Gu. 1. — 42) *et* om. va. — 43) *Humugisum* Gu. 2. — 44) *primum* va. — 45) Sic Gu. 1. — *ferro in Gr. vertere terram inst.* vulg. — *in Gr. vert. ferro terr. inst.* Gu. 2. — 46) *Stercutius* Arev. e Plin. XVII, 9. sed Harduin. e mss. legit *Stercutus.* — 47) Sic Ar. — *a pico* vulg. — *pico* Gu. 1. — 48) *plurima* Z. — 49) *quod* va. — 50) *compararent* va. — 51) *aquiruntur* va. — 52) *Div. ant. enim* va. — 53) *prius* add. vulg. (*primus* Z.) — Om. Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. — Vulg. *Duplex est autem aratio.* — Ed. va. *Duplex aratio est.* — 55) Sic Gu. 1. 2. — *vacuus ager* vulg. — 56) *est* om. Gu. 1. 2. — 57) *magis* Z. — 58) *quia* Z. Gu. 2. va. Om. al. pr. — 59) *sive quod verius* (*est* add. Ar.) *a Sterce* (*ab stercen* Z.), *qui et Stercutus dictus* add. Z. Ar. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *Idem et fimus est* vulg. — 61) Sic Ar. — Vulg. *quod fiat imus*, quae om. Z. Gu. 1. 2. — *A mus* factum est *muscerda.* — 62) *qui* pr. — 63) *facit* Gu. 2. — 64) *gramina* Z. — 65) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *ping. arva* vulg. — 66) *fecundet* Z. — 67) Sic Gu. 1. al. — *bovibus* al. — *bubus* vulg. — 68) *ac* pro *et* Z. Gu. 2. va. — *a ligonibus frangitur* Gu. 1. — 69) *opertat* Z. — 70) *semina* om. Ar. — 71) *Occecare* Gu. 1. — 72) *ergo* Z. — 73) *terrae sem.* Z. — *terra sem.* pro *sem. terr.* Gu. 1. 2. va. Ar. — *terra* om. pr. — 74) *a terra* om. Gu. 1. — 75) *avellere* Z. — *vellere* al. — 76) *vocatur* Gu. 2. — 77) Sic Arev. — *Veractum* vulg. — 78) Sic Gu. 1. 2. — *dicitur* vulg. — 79) Sic Gu. 1. va. — *durus est ager* vulg. — *durus ager est* Z. Gu. 2.

6. Satio dicta[1], quasi seminis actio, vel quasi[2] satorum actio. Serere autem vocatum, quia hoc sereno coelo[3] faciendum est, non per imbres. Hinc est[4] illud Virgilianum[5]:

Nudus ara, sere nudus.

Messis a metendo, id est a[6] recidendo dicta.

7. Seges autem[7] de[8] semine dicta, quod iacimus[9], sive a sectione[10].

CAP. III[11]. *De frumentis.*

1. Prima Ceres coepit uti frugibus in Graecia, et habere segetes translatis aliunde seminibus. Huius meminit Ovidius dicens[12]:

Prima Ceres unco glebam dimovit[13] aratro,
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris.

2. Frumenta sunt proprie, quae aristas habent, fruges autem reliqua[14], frumenta autem, vel fruges a frumendo[15], hoc est a vescendo dictae[16]. Nam frumen dicitur summa pars gulae.

3. Primitiae proprie sunt, quae de[17] frugibus praecerpuntur[18].

4. Triticum vel a tritura dictum, quod purissimum horreo condatur, vel quia granum eius commoliatur et teratur[19].

5. Far dicitur, eo quod initio frangeretur. Apud antiquos enim molarum usus nondum erat, sed frumentum in pila missum frangebant et hoc erat genus molendi.

6. Adoreum tritici genus, quod idem vulgo[20] semen dicitur.

Ador[21] quondam appellatum ab edendo, quia eo primo[22] usi sunt[23], sive quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Unde et[24] adorea sacrificia dicuntur.

7. Siligo genus tritici a selecto dictum. Nam in pane species eius[25] praecipua est.

8. Trimense[26] triticum[27] ideo nuncupatum, quia satum post tres menses colligitur. Nam ubi propter aquam aliamve causam matura satio omissa est, praesidium ab hoc[28] petitur.

9. Alica Graecum nomen est[29].

Alicastrum simile est alicae, pondere et bonitate praecipua[30].

10. Hordeum dictum, quod prae caeteris generibus frumenti ante fiat aridum[31], vel quod spica eius ordines habeat. Horum tria[32] genera. Primum hexaticum vocatur, eo quod spica eius sex ordines[33] habeat, quod quidam canterinum appellant, quoniam animalia melius, quam triticum pascit, et homines[34] salubrius, quam malum triticum. Alterum distichon, eo quod duos ordines habeat, hoc[35] plerique calaticum vocant. Tertium trimense, quia, cum[36] cogit necessitas, verno seminatur et celeriter colligitur.

1) *est* add. pr. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *quae sit* vulg. — 3) Sic Z. Gu. 1. 2. — *coelo ser.* vulg. — *sereno est coelo faciendum* va. — 4) *est* om va. — *et* add. vulg. om. Gu. 1. 2. — 5) Georg. I, 299. — 6) *a* addidi e Gu. 1. 2. va. — 7) *enim* va. — 8) *a* va. — 9) *in terra* add. Z. — 10) *sive quod a sect.* Z. — 11) Cap. III. IV. V. VI. VII. om. cod. Zittav. — 12) *dicens* om. va. Locus est Metam. V, 341. — 13) *demovit* Gu. 1. 2. — 14) *reliquae* va. — 15) *fruendo* Gu. 1. 2. — 16) *dicta* va. — 17) *de* om. Gu. 2. va. — 18) *praetercerp.* Gu. 1. — 19) *moliatur et teritur* Gu. 2. — *moliatur et tereatur* Gu. 1., unde feci *teratur.* — *commolitur et teritur* vulg. — 20) *vulgo idem* va. — 21) Sic Gu. 1. Ar. — *Edor* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *primo eo* vulg. — 23) *homines* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 24) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *eius species* vulg. — 26) *Trimestre* h. l. et inferius Arev. — 27) *et trit.* Gu. 2. — 28) *ad hoc* Gu. 1. — 29) *est* om. va. — 30) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *praecipuum* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. *aridum ante fiat* vulg. — *antea fiat ar.* Gu. 2. va. —

11. Scandula[37] a divisione vocata. Duplex est enim[38] scanditurque[39], id est dividitur.

12. Centenum appellatum, eo quod in plerisque locis iactus seminis eius in incrementum frugis centesimum renascatur[40].

Hinc et milium a multitudine fructus vocatum.

13. Panicium dictum, quod multis in regionibus[41] ex eo panis vice homines sustententur[42], quasi panificium[43].

Pistum a pasto[44].

Sisamum[45] Graecum est nomen[46].

14. Farrago a farre est[47]. Est enim herba hordeacea adhuc viridis, necdum granis ad maturitatem turgentibus.

15. Spicam de maturis frugibus abusive dicimus. Nam proprie spica est, cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem aristae adhuc tenues in modum spiculi eminent.

16. Arista appellata, quod prius ipsa arescat.

Culmus est ipse calamus spicae, qui a radicibus[48] nascitur[49]. Et dictus culmus[50], quasi calamus.

17. Folliculus[51] est theca frumenti, in qua granum servatur interius. Haec super spicam vallo instructa munimen praetendit, ne avium minorum morsibus spica suis fructibus exuatur, aut vestigiis proteratur.

18. Stipulae sunt folia, seu[52] vaginae, quibus culmus ambitur atque fulcitur, ne pondere frugis curvetur, qua ambiunt culmum. Et dicta stipula quasi usta, et quasi ustipula. Stipula dicta ab usto, collecta enim messe uritur propter culturam agri. Item stipula, vel quia pars eius uritur, pars interdum pro palea praeciditur.

19. Palea a quibusdam vocari dicitur, quod pala ventiletur, ut frumenta purgentur. Gentiles autem paleam a quadam Pale frugum inventrice vocaverunt[53], quam Cererem esse volunt. De qua Virgilius[54]:

Te quoque magna Pales, et te, memorande, canemus.

Item alii a pabulo nuncupatam dicunt paleam, quod ea primum sola in pascendis animalibus[55] praebebatur. Cuius natura ex contrario tantum est frigida, ut obrutas nives fluere non sinat, adeo calida, ut maturescere poma compellat.

CAP. IV. *De leguminibus.*

1. Legumina a legendo dicta, quasi electa. Veteres enim meliora quaeque legebant, sive quod manu legantur, nec[56] lectionem requirant.

32) *tria sunt gen.* va. — 33) *ordines VI.* va. — 34) *hominem* va. — 35) *quod* Gu. 2. — 36) *cum* pro *dum* Gu. 1. 2. va. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. va. — *Scindula* vulg. — 38) Sic Gu. 1. 2. — *Dupl. enim est* vulg. — *est* om. va. — 39) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *scinditur* vulg., omisso *que*. — *scanditur id est quae div.* va. — 40) *iactis seminibus eius in crementum frugibus centesimum renascatur* al. — *renascatur* pro *renascantur* scripsi cum Gu. 1. Ar. va. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *in multis reg.* vulg. — 42) *sustentantur* va. — 43) Sic Ar. — *panivitium* Gu. 1. 2. al. Fortasse rectius *panivicium*, h. e. quod panis vice sit, scribitur. — 44) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *pastu* vulg. — 45) *Sesamum* Ar. — 46) Sic Gu. 1. 2. — *Graec. nomen est* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *a farre dicta* Gu. 2. pr. va. — *dicta a farre* vulg. — 48) *a radice* va. — 49) *nascatur* va. — om. Gu. 1. — 50) *cumulus* Gu. 1. — 51) *Folliculum* Gu. 2. — 52) *vel* va. — 53) *nominaverunt* Gu. 2. Ar. — 54) Georg. III, 1. — 55) *pastus* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. Ar. — 56) *nec* pro *neque* Gu. 1. 2.

2. Leguminum plurima[1] genera, ex quibus faba, lenticula[2], pisum[3], faselum[4], cicer, lupinum[5] gratiora in hominum usum[6] habentur[7].

3. Faba Graeca etymologia a vescendo vocabulum sumpsit, quasi faga, *φάγειν* enim comedere Graece dicitur[8]. Primum enim homines hoc legumine usi sunt. Huius species duae[9], quarum altera communis, altera Aegyptia.

4. Faba fresa dicta, eo quod eam homines[10] frendant, id est frangant, et[11] molendo comminuant.

5. Lentis[12] vocata, quod humida et lenta est[13], vel quod adhaereat[14] humi[15].

6. Faselum autem et cicer Graeca nomina sunt[16].

7. Lupinum et ipsum Graecum est nomen[17], de quo Virgilius:

Tristisque[18] *lupini*,

quia vultum gustantis amaritudine contristat[19], unde et[20] eos[21] prae[22] amaritudine nec vermis, nec ullum animal comedit[23].

8. Medica, vicia, ervum[24] pabulorum optima sunt genera[25].

Medica dicta, quia a Medis translata est in Graeciam, tempore, quo eam Xerxes rex Persarum invasit. Haec semel seritur et decem annis permanet, ita ut quater, vel sexies possit per annum recidi[26].

9. Vicia dicta, quod vix ad triplicem perveniat fructum, cum alia legumina proventum habeant fertilem; unde et Virgilius[27]:

aut[28] *tenuis*[29] *foetus viciae.*

10. Pisum[30], quod eo pensabatur aliquid[31] auri minutum. Nam pis aurum dicitur.

11. Ervum[32] a Graeco trahit vocabulum. Hoc enim illi *ὄροβον* dicunt, quod dum sit quibusdam pecoribus infestum, tauros tamen pingues facit[33].

CAP. V. *De vitibus.*

1. Vitis plantationem Noe primus rudi adhuc seculo instituit[34]. Apud Graecos autem inventorem vitis Liberum appellari[35]. Unde et eum gentiles post mortem deum esse voluerunt.

2. Vitis dicta, quod vim habeat citius radicandi. Alii putant vites dictas, quia se in-

1) *plura* va. — 2) Vulg. h. l. est *lens*, quod in Gu. 1. sequitur post *pisum* et *lenticula* exhibent Gu. 1. 2. va. Ar. — 3) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *pisa* vulg. — 4) *faselus* Ar. h. l. et infra. — 5) *lupinus* Ar. h. l. et infra. — 6) Sic Gu. 1. — *in usum hom.* Ar. — *in usu hom.* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *videntur* vulg. — 8) *est* va. Pro vulg. *Graece comed.* Gu. 1. *comed. Gr.* exhibet. — 9) *sunt* add. va. — 10) *hom. eam* va. — 11) *et* pro *id est* Gu. 1. va. Ar. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *lens* vulg. — 13) *sit* va. — 14) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *adhaeret* vulg. — 15) *humida* pr. — 16) Vulg. sequuntur haec: *sed faselum vile genus leguminis, quia omne, quod abundat, vile est, hoc autem semen abundanter invenitur*, quae omisi auctoritate Gu. 1. 2. va. Sunt e Serv. ad Virgil. Georg. I, 227. — 17) Sic Gu. 1. — Vulg. *Graec. et ipsum nom. est.* — 18) Sic va. Ar. — *Trisque* Gu. 1. — *Tristesque* vulg. Locus est Ge. I, 75. — 19) Sic Gu. 1. Ar. — *contristant* vulg. — *tristant* va. — 20) *et* om. Ar. va. — 21) Sic Gu. 1. Ar. — *eum* va. — *illud* vulg. — om. Gu. 2. — 22) *pro* Gu. 2. — 23) *ea* add. Gu. 1. — 24) *erbum* Gu. 1. 2. — 25) *genera* addidi e Gu. 1. — *optime* va. — 26) *recidi per ann.* va. — 27) Georg. I, 75. — 28) *aut* pro *et* Gu. 1. 2. Ar. — *ut* pr. — 29) *tenues* Ar. — 30) Sic Gu. I. — *Pisa* vulg. At vide §. 2. — 31) *aliquod* Gu. 1. — 32) *Erbum* Gu. 1. 2. va. — 33) Sic Gu. 1. — *efficit* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *primus Noe* (*Noe prim.* Ar.) *instit. rudi adh. sec.* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. al. — *appellant* vulg. — *appellaverunt* va. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *quod inv. se* vulg. — 37) *nectant* Gu. 1. —

vicem[36] vittis innectant[37], vicinisque arboribus reptando religentur. Est enim earum natura[38] flexibilis, quae[39] quasi brachiis quibusdam quicquid comprehenderint, stringunt[40].

3. Labrusca est vitis agrestis, quae in terrae marginibus nascitur. Unde et labrusca dicta a labris et extremitatibus terrae.

4. Codex dictus, quasi caudex. Sic enim veteres et clodum[41] pro claudo dicebant.

5. Sarmentum a serendo[42].

Malleolus est[43] novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque[44] ob similitudinem rei, quod in ea parte, qua[45] deciditur, ex veteri sarmento prominens utrimque[46] mallei speciem praebet[47].

6. Spadones sunt surculi fruge carentes, ex ipsa appellatione, quod sint inhabiles fructu[48] et sterilitate affecti[49].

7. Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi prosiliit[50], seu quia acuminis tenuitate speciem praefert teli[51].

8. Summitates vitium et fruticum flagella nuncupantur, eo quod flatu agitentur.

9. Palmes vitis materia mollis, qui[52] per novella brachia emissus[53] fructum affert. Nam ideo rustici partem vitis palmitem dicunt[54]. Palmes enim derivativum[55] nomen est, quod nomen paragogum[56] dicitur, quod a palma derivetur[57]. Palma enim habet nomen proprium[58], quod dicitur principale, ab eo quod ex se[59] derivativum[60] facit[61].

10. Pampinus est folia[62], cuius[63] subsidio vitis a frigore, vel ardore defenditur, atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat, et umbram faciat. Et dictus pampinus, quod de palmite pendeat.

11. Capreoli[64] dicti eo[65], quod capiant arbores, sunt enim cincinni, sive uncinuli[66], quibus se innectere vites et suspendere solent arboribus[67], quo adminiculo[68] freti palmites ventos ac turbines sustinere[69] queant, et sine lapsu periculorum[70] fructus suos sustineant, ac sese vaga proceritate diffundant[71].

12. Corymbi sunt[72] annuli, qui proxima quaeque ligant[73] et comprehendunt[74], ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur.

13. Uvae dictae, quod intrinsecus humore sunt[75] plenae, succoque et pinguedine[76]. Nam humidum[77], quod exterius humorem habet, uvidum, quod interius.

38) *nat. ear.* Gu. 2. — 39) Sic Gu. 1. 2. al. — *quia* vulg. — 40) *stringant* Gu. 2. al. — 41) Sic Gu. 1. va. — *et vet. clod.* vulg. — 42) *quasi seramentum* add. vulg., sed om. Gu. 1. 2. pr. va. — *serimentum* va. — *Sarmenta a ser. dicta sunt* va. — 43) *et* Gu. 1. — 44) *que* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — *cogn. quia ob sim.* va. — 45) *quae* Arev. — 46) Sic Gu. 2. Ar. — *utrumque* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *praebeat* vulg. — 48) *fructui* Ar. — 49) *effecti* Gu. 1. 2. — 50) Sic Gu. 1. al. — *prosilit* Ar. — *prosilivit* vulg. — *prosiluit* Gu. 2. pr. — 51) Sic Gu. 1. — Vulg. *teli spec. praef.* — Gu. 2. *spec. telae pr.* — 52) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quia* vulg. — 53) *eius missus* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *vocant* vulg. — 55) Sic Gu. 1. Ar. — *diminutivum* vulg. — *Palmes diminutivum enim nomen est* va. — 56) *paragogorum* va. — 57) *derivatur* Gu. 2. — 58) *prototypum* Ar. — 59) *ex sese* va. — 60) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *derivatum* vulg. — 61) Sic Gu. 1. pr. ed. Goth. — *faciat* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2., ita ut 1. sit declin. — *folium* vulg. — 63) *alicui* pr. — 64) Sic Ar. — *Caprioli* vulg. — 65) *eo* addidi e Gu. 1. 2. va. — 66) Sic Gu. 2. va. Ar. — *vincinuli* Gu. 1. — *uncinoli* vulg. — 67) *arbor. sol.* va. — 68) *amminiculo* pr. va. — 69) Sic Gu. 1. 2. — *continere* vulg. — *contenedere* va. — *contemnere* Ar. — 70) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *pedicul.* vulg. — 71) *defendant* Gu. 1. 2. — 72) *enim sunt* va. — 73) *alligant* va. — 74) *comprehendant* Gu. 2. — 75) *sint* pr. — 76) Sic Gu. 1. — *succique et pinguedinis* vulg. — 77) *est* add. vulg. — om. Gu. 1.

14. Acinus[1]. Botrus * [2].

Racemus est botrionis pars, et botrio Graecum est.

15. Suburbanae uvae quaedam dicuntur, quia fructus earum ad escam veluti[3] pomum in urbibus venditur. Commendat enim eas et species et saporis iucunditas, ex quibus sunt praecoquae, duracinae, purpureae[4], dactyli[5], Rhodiae[6], Libycae, Cerauniae[7], Stephanitae, Tripedaneae[8], Unciariae, Cidonitae[9]. Durabiles autem per totam hiemem Venuculae et Numisianae[10].

16. Praecoquae[11] vocatae, quod cito maturescunt[12], et ante omnes sole coquantur. Has Graeci lageos[13] dicunt, quod currant ad maturitatem velociter, ut lepus.

17. Purpureae a colore dicuntur[14].

Dactyli[15] a longitudine.

Rhodiae et Libycae a regionibus nuncupatae sunt.

Cerauniae[16], quod rubeant, velut ignis.

Stephanitae a rotunditate.

Unciariae a magnitudine.

18. Genera autem uvarum, quae vino deserviunt, plurima. Ex quibus aminea dicta, quasi sine minio, id est sine[17] rubore. Album enim vinum reddit, quae cum sit[18] unius nominis, non unam speciem reddit. Amineae enim[19] duae geminae ab eo dictae, quod duplices uvas mittunt[20].

Aminea lanata[21], quia plus omnibus lanescit lanugine.

Rubelliana[22] dicta, quia eius materia rubet.

19. Faecinia[23] minuti[24] acini et durae cutis uvas habet, nobilitate Amineam sequitur, foecunditate praecedit. Quam proinde Faeciniam vocant, quod plus, quam caeterae faeces[25] afferat.

20. Apianae vinum dulce faciunt, quas nisi cito legas, pluviis et ventis, et maxime apibus infestantur, quarum depraedatione apianae cognominatae sunt.

21. Balanitae a magnitudine nomen sumpserunt. *Βάλανος* enim Graece glandis vocatur[26].

22. Biturica[27] a regione nomen sortita est, turbines et pluvias et calores[28] fortissime sustineas, nec in macra terra deficiens; huius meriti[29] et basilica[30] est.

23. Argitis Graecula vitis, generis albi, fertilis. Visula materiam brevem, et latum folium mittens[31], cuius fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidit[32], aut humore putrescit[33].

1) *exterius acinus* Gu. 1. 2. — (*acina*, ut Ar. va.) — 2) Vulg. add. *est*, quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. Recte lacunae signa posuit Arev. — 3) *veluti* pro *velut* Gu. 1. 2. va. — 4) *purpurae* va. — 5) *dactylae* va. — 6) *Rhodicae* va. — 7) *Ceraunicae* va. — 8) Sic Ar. — *Trepidianae* Gu. 1. — *tripudianae* va. — *Trepedianae* vulg. — 9) *Numisianae* add. Gu. 1. 2. — Vulg. sequuntur haec post *lepus*. — 10) Vv. *Durabiles . . Numis.* add. h. l. Gu 1. 2. va. — 11) *Praecocae* Gu. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *maturescent* va. — *maturescant* vulg. — 13) *Graeci* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — et *lageos* pro *λάγως* scripsi cum Gu. 1. 2. al va. Ar. — 14) *dictae* va., in qua edit. sequuntur haec: *Unciariae a magnitudine.* — 15) Om. hunc articulum Gu. 1. — In Gu. 2. est post *Unciariae.* — In ed. va. nomina se ita excipiunt: *Dactylae*, (sic enim legitur ibid.) *Stephanitae*, *Rhodiae*. In Gu. 1. 2. ita: *Dactyli*, *Unc. Ceraun. Rhodiae. Stephan.* — 16) *Ceraunicae* va. — *vero* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 17) *sine* om. Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sint* vulg. — 19) *enim* om. pr. va. Ar. — 20) *mittant* va. Ar. — 21) Sic Ar. — *lagana* vulg. — 22) *Rubelliana* Ar. — *Rubiliana* vulg. — 23) *Fecinea* Gu. 2. — 24) *minutae* pr. — 25) *faecis* Ar. — 26) Sic scripsi de coniectura. — Vulg. *Balanin etiam Graece grande vocata.* — Ar. *Βάλανον enim Graeci glandem vocant.* Vulcan. coniecit: *βάλανος enim Graece glandem significat.* — Gu. 1. *Balanin etiam grande vocatur.* — Gu. 2. *Balanin enim Graece grande vocatur.* — Edit. pr. *Balanin enim Graece grande vocatur.* — Ed. va. *Balanin Graece grande vocatur.* — 27) *Biturice* Gu. 1. 2. — 28) *et cal. et pluv.* va.

24. Inerticula nigra est, quam Graeci amaracion[34] vocant, boni vini et lenis[35], a quo etiam nomen traxit, quod iners in tentandis nervis habeatur, quamvis gustu[36] non sit hebes.

25. Mareoticae a regione Aegypti Mareotis dictae, unde prius venerunt, sunt enim albae[37] et nigrae.

26. Elbolae[38], quas quidam appellant varias[39], neque purpureae, neque nigrae, ab elbo[40] colore ita dictae, subalbi[41] musti. Elbum[42] enim[43] est inter[44] nigrum candidumque colore. Nam elbum nec album, nec nigrum est.

27. Tertius locus[45] vitium, quae sola foecunditate commendantur, abundantia copiosa, multumque vino[46] fluens.

28. Vitis spionia[47] uvas grandes[48] magis, quam multas habet: nomen autem hoc inde[49] sumens, quod multum vini[50] fluat.

Syriaca[51], vel quia de Syria allata, vel quia nigra est[52].

29. Multa autem genera vitium sunt, quae tamen immutatione[53] loci et qualitatem et nomen amittunt.

30. Vitibus inter caetera genera[54] magis ista conveniunt, oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio.

31. Oblaqueare est circa codicem terram aperire et[55] velut lacum[56] efficere. Hoc aliqui excodicare appellant.

32. Putare est virgam ex vite superfluam[57] resecare, cuius[58] flagellis luxuriat. Putare enim dicitur purgare, id est amputare.

33. Traducere transducere. Propaginare vero est[59] flagellum vitis terrae submersum[60] sternere, et quasi porro pangere. Hinc propagines a propagare[61], id est[62] protendere dictae[63].

Fodere vero[64] foveam facere, quasi fovere.

CAP. VI. *De arboribus.*

1. Arborum nomen, sive herbarum ab arvis inflexum creditur[65], eo quod terris, fixis radicibus adhaereant[66]. Utraque autem ideo sibi pene similia sunt, quia ex uno alterum[67] gignitur. Nam dum sementem in terram[68] ieceris, herba prius oritur, dehinc confota surgit in arborem, et infra parvum tempus, quam herbam videras[69], arbustum[70] suspicis.

— 29) *merita* Gu. 1. — 30) *et* om. Gu. 1. — 31) Sic Arev. e Columell. III, 2. — Vulg. *vastam materiam et breve et lat.* etc. — *brevem* Gu. 2. pr. va. Ar. — 32) Sic codd. ap. Arev. — *decidet* vulg. — *desidit* Gu. 1. 2. — *desiderit* va. — 33) *putrescet* Ar. — 34) *amethyston* Arev. e Columell. III, 2. ubi *amaracinon* est in helvinaceis uvis. — *amarcion* Gu. 1. 2. — 35) *levis* Gu. 2. al. pr. — 36) *gustui* Ar. — 37) Vulg. *et albae*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — 38) *Helvolae* Ar. — 39) Sic Gu. 1. 2. — *var. app.* vulg. — 40) *helvo* Ar. — 41) *tamen* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 42) *Helvum* h. l. et infra Ar. — 43) *Elb. est enim* Gu. 2. va. pr. — *enim* om. Gu. 1. va. — 44) *inter* om. Gu. 1. 2. — 45) *est* add. va. — 46) Sic Gu. 1. — *vinum* va. — *vini* vulg. — 47) Sic Ar. — *Viticionia* vulg. — *Viticonia* va. — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *magnas* vulg. — 49) Sic Gu. 1. va. — Vulg. *inde hoc.* — 50) *vini mult.* Gu. 2. — *vinum* va. — 51) *Syrica* pr. — 52) *est* om. va. — 53) Sic Gu. 1. 2. al. — *mutatione* vulg. — 54) *genera* addidi e Gu. 1. 2. — 55) *et* om. va. — 56) Sic Gu. 1. — *lacus* vulg. — *lacos* va. — 57) *supervacuam* Arev. — 58) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *cum* vulg. — 59) *est* addidi e Gu. 1. — 60) *summersum* Gu. 2. — 61) Sic Ar. va. — *a propaginare* Gu. 1. 2. — 62) *id est* pro *et* Arev. — 63) Sic Gu. 1. 2. va. — *dicuntur* vulg. — 64) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 65) *dicitur* va. — 66) Sic Gu. 1. — *adhaerent* vulg. — 67) *alter* va. — 68) *in terra* Gu. 1. — 69) *videaris* Gu. 1. — *videris* ed. Goth. pr. — 70) Sic Ar. — *arbustam* vulg.

2. Arbustum [1] arbor novella et tenera, in qua insertio fieri potest, et dicta arbusta, quasi arboris hasta. Alii arbustum locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut salictum [2]. Sic [3] et virectum [4], ubi [5] virgulae novellae [6] et virentes.

3. Arbor vero [7] et fructifera et sterilis, arbos autem non nisi fructifera. Genere autem feminino arbores dicimus, poma vero neutro.

4. Frutex brevis est appellatus, qui [8] terram fronde tegat, cuius plurale nomen fruteta arbor alta est.

5. Silva vero spissum nemus et breve. Silva dicta quasi xilva, quod ibi ligna caedantur [9]. Nam Graeci ξύλον lignum dicunt. Multa enim [10] nomina Graecam plerumque etymologiam recipiunt.

6. Nemus a numinibus nuncupatum, quia pagani ibi idola consecrabant [11]. Sunt enim nemora arbores maiores, umbrosae frondibus.

7. Lucus est densitas arborum solo lucem detrahens, tropo antiphrasi [12], eo quod [13] non luceat, sive a luce, quod in eo lucebant funalia, vel cerei propter nemorum umbras [14].

8. Saltus est densitas arborum alta, vocata hoc nomine, eo quod exiliat in altum, et in sublime [15] consurgat.

9. Aviaria secreta nemora dicta, quod ea [16] aves frequentant.

10. Recidiva arborum sunt, quae aliis [17] sectis repullulant. Alii recidiva a cadendo [18] dicunt, quia post casum nascuntur [19]. Alii a recidendo et repullulando dixerunt. Ergo recidivum, ubi mors aut casus.

11. Insitio [20] dicitur, cum inciso [21] trunco surculus foecundae arboris sterili [22] inseritur, aut oculorum impositio, cum, inciso cortice [23], libro alienae arboris germen immittitur.

12. Plantae sunt de arboribus, plantaria vero, quae ex seminibus nata sunt cum radicibus, et a terra propria transferuntur.

13. Cespites frutices sunt, quasi cuspites, vel quasi circa pedes.

Frondes, quod ferant virgulta, vel umbras, sunt enim [24] causa umbrarum.

Oculi nodi sunt, ex quibus frondes exeunt.

14. Radix appellatur, quod quasi radiis quibusdam fixa terris, in profunda [25] dimergitur. Nam physici dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum. Alii radicem a similitudine radiorum dictam putant, vel quia, si eradatur, non repullulat.

15. Truncus est statura arboris insistens radici.

Corticem veteres corucem vocabant. Dictus autem cortex, quod corio lignum tegat [26].

1) Sic Ar. — *Arbusta* vulg. — *Arbusta autem arb.* va. — 2) *et salicta* add. Gu. 1. — 3) *Sic* om. Gu. 1. — 4) *virecta* Gu. 2. al. pr. va. — 5) *salices et virg.* Gu. 1. — 6) *novellae* om. Ar. — 7) Sic Gu. 1. — *autem* vulg. Om. va. — 8) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — 9) *caeduntur* Gu. 2. — 10) *Latina* add. vulg. — Om. Gu. 1. va. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *constituebant* vulg. — 12) *tropo antiphrasin* al. pr. va. — *tropo antifrasi* Gu. 1. Ar. — Vulg. *tropo per antiphr.* — 13) *in eo* add. Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. — *tenebras* vulg. — 15) *sublimi* Gu. 2. — 16) *ibi* Gu. 2. al. va. — 17) *ex aliis* va. — 18) Sic Gu. 2. Ar. — *caedendo* vulg. — 19) *nascitur* Gu. 1. 2. — 20) *Insertio* pr. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *fisso* vulg. — 22) *sterilique* Gu. 2. — 23) *corticis* va. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. — *autem* vulg. — 25) *profundum* va. — 26) *tegit* va. — 27) *quoddam* om. va. — 28) *ramis surculi* Gu. 1., omisso *cetera.* — 29) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 30) *de* om. Gu. 1. — 31) *qui* om. Gu. 1. — 32) *a radice* va. — 33) *quia* pro *quod* Gu. 1. — 34) Sic

16. Liber est corticis pars interior, dictus a liberato cortice, id est ablato. Est autem medium quoddam[27] inter lignum et corticem.

17. Rami sunt, qui de trunco manant, sicut a ramusculis[28] caetera.

Surculi sunt[29] a praecisione serrae nuncupati.

18. Virgultum est, quod de[30] radice pullulat, ramus, qui[31] de ipso robore arboris, virga, quae de ramis. Proprie autem virgultum appellatur, quod ad radicem[32] arboris nascitur, et quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum virgultum, quia ex virga tollitur. Virga a virtute dicitur, quia[33] vim in se habeat multam[34], vel a viriditate, vel quia pacis indicium est, quia vi[35] regat. Unde[36] hac utuntur magi ad placandas[37] inter se serpentes, et idcirco in ea hos sustinent illigatos. Hac[38] etiam philosophi ac reges et[39] magistri et nuncii et legati utuntur.

19. Flagella dicuntur, ut praediximus[40], summae arborum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent flatus.

20. Cymas vocatas[41] quasi comas.

Folia Graece φύλλα dicuntur, unde[42] est ad nos hoc nomen per derivationem translatum.

21. Flores nominati, quod cito defluant[43] de arboribus, quasi fluores, quod cito solvantur. In his duplex[44] gratia, coloris et odoris. Austro enim flores solvuntur, Zephyro fiunt.

22. Germen dicimus surculum praegnantem, a gerendo[45], unde et germinatio.

23. Fructus nomen accepit a frumine, id est eminente gutturis parte, qua vescimur, unde[46] et fruges. Fructus autem proprie dicuntur agrorum et arborum, quibus utique utimur. In animalibus vero abusive et translative vocari[47] fructum.

24. Poma dicta ab opimo, id est a copiae ubertate. Matura dicuntur, quia[48] apta sunt ad manducandum, sic et immatura, quia priusquam fiant matura[49], dura sunt ad manducandum[50].

25. Ligna dicta, quia accensa[51] convertuntur in lumen. Unde ellychnium[52] dicitur, quod lumen det.

26. Hastula a tollendo nuncupata[53], fomes est hastula, quae ab arboribus excutitur, recisione aut hastulae ambustae, aut ligna[54] cavata nuncupata a fungis[55], quod ita capiat ignem. De quo Virgilius[56]:

Rapuitque in fomite flammam.

27. Torris lignum adustum, quem vulgus titionem appellat extractum[57] foco[58], semiustum[59] et extinctum.

Gu. 1. — *mult. vim* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *vim regat* vulg. — 36) *unde et* va. — 37) Sic Gu. 1. — *placandos* vulg. — 38) *Hanc* Gu. 2. — 39) *ac* — *et* pro *et* — *ac* Gu. 1. 2. pr. va. — 40) cap. V, 8. — 41) *dicunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Inclusit Arev. — 42) *unde* pro *inde* Gu. 1. 2. — *inde est hoc nom. ad nos der.* va. — 43) *solvuntur* Gu. 1. — 44) *est gratia* va. — 45) *generando . . generatio* Gu. 1. 2. — 46) *unde* pro *inde* Gu. 1. 2. va. — 47) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *vocamus* vulg. — 48) *quod* Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. — vulg. *mat. fiant.* — 50) *mandendum* Ar. va. — 51) Sic Gu. 1. — *incensa* vulg. — 52) Sic Ar. — Vulg. *unde et licinium.* — Gu. 1. *unde et lichinus.* — Gu. 2. *unde et lucinium.* — 53) *quasi abstula* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. — 54) Sic Gu. 1. (e ras.) 2. Ar. — *ligno* vulg. — 55) Sic e Gu. 1. scripsi, ubi est *nuncupata a fungis nomine accepto.* — 56) Aen. I, 180. — 57) *extinctum* Gu. 1. — 58) Vulg. *ex foco*, sed *ex* om. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 59) *quasi semiustum* va.

28. Quisquiliae sunt[1] stipulae immixtae[2] surculis foliis ac[3] aridis. Sunt autem purgamenta terrarum.

Caries putredo lignorum, dictum[4] hoc nomen[5], quod eveniat lignis virtute carentibus.

C A P. VII. *De propriis nominibus arborum.*

1. Palma dicta, quia manus victricis ornatus est, vel quod oppansis est ramis, in modum palmae hominis. Est enim arbor insigne[6] victoriae, proceroque ac decoro virgulto, diuturnisque vestita frondibus[7], et folia sua sine successione[8] conservans. Hanc Graeci phoenicem[9] dicunt, quod diu durat[10], ex nomine avis illius Arabiae, quae multis annis vivere perhibetur. Quae dum in multis locis nascatur, non in omnibus fructus perficit maturitatem. Frequenter autem in Aegypto et Syria. Fructus autem eius[11] dactyli, a[12] digitorum similitudine nuncupati sunt, quorum etiam et[13] nomina[14] variantur. Nam alii[15] appellantur palmulae[16], similes myrobalano[17]. Alii Thebaici, qui et Nicolai. Alii nucales[18], quos Graeci *καϱιωτοὺς*[19] vocant.

2. Laurus a verbo laudis[20] dicta. Hac enim cum[21] laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudea nominabatur, postea d litera sublata et subrogata r dicta est laurus, ut in auriculis, quae initio audiculae dictae sunt, et medidies, qui[22] nunc meridies dicitur. Hanc arborem Graeci *Δάφνην* vocant, eo[23] quod nunquam deponat viriditatem[24], inde[25] illa potius victores coronantur. Sola quoque haec arbor vulgo fulminari minime creditur.

3. Malus a Graecis dicta[26], quod sit fructus eius pomorum omnium rotundissimus. Unde et haec sunt vera mala, quae vehementer rotunda sunt. Mala Matiana a loco vocata, unde prius advecta[27] sunt. Nam multae arbores nomina ex provinciis vel[28] civitatibus, de quibus allatae sunt, acceperunt. Virgilius[29] amantibus quid ex malo quaeri soleat ostendit.

4. Malus Cydonia nomen sumpsit[30] ab oppido[31], quod est in insula Creta, de qua dicere solent[32], urbium Cretensium matrem Cydoniam, ex cuius pomo Cydonitum conficitur. Fit quoque[33] ex ea et[34] vinum, quo languentium desideria falluntur. Nam specie et gustu et odore cuiuslibet vini veteris imaginem repraesentat.

1) *sunt* addidi e Gu. 1. — 2) *immissae* al. — 3) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. pr. — *ne* va. — 4) *dicta* Ar. — 5) Sic Gu. 1. va. — *nomine* vulg. — 6) *insignis* Gu. 1. va. — 7) Sic Gu. 1. 2. va. — *frond. vest.* vulg. — 8) Vulg. *sine ulla succ.*, sed pron. om. Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *φοίνιxον* vulg. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *duret* vulg. — 11) *eius* om. Gu. 2. — 12) *a* om. Gu. 2. — 13) *et* om. Gu. 1. — 14) *nominati* Gu. 1. — 15) *aliae* Gu. 2. ter. — 16) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *appellant palmulas* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *mirobalani* vulg. — 18) *mucales* al. pr. va. — 19) *caryotas* Ar. va. — 20) *lauris* Gu. 1. — 21) *cum* om. Gu. 1. — 22) *quae* al. va. — 23) *eo* addidi e Gu. 1. — 24) *virid. dep.* va. — 25) *unde* va. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *Malum . . . dictum* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Malum Matianum . . vocatum . . advectum est* vulg. — 28) *vel* pro *et* Gu. 1. 2. va. — 29) Fortasse respicit Eclog. III, 64. *Malo me Galatea petit lasciva puella*, ad quem locum vide inttpr. — 30) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Mala cidonia . . sumpserunt* vulg. — 31) *ab* pro *ex* Gu. 1. 2. al. pr. va. — *ab opp. quodam in ins.* va. — 32) *Graeci* add. vulg. — Om. Gu. 1. — *Graeci dic. sol.* Gu. 2. pr. va. — 33) *Fitque* Gu. 1. — 34) *et* om. va. — 35) Sic Gu. 1. 2. va. — *Malomellum . . appellatum* vulg. — *Melimelum* Ar. e Plin. XV, 14. — 36) Martial. XIII, 24. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *melimella* vulg. — *melimela* Ar. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. — *dicitur* vulg. — 39) *et quod* Gu. 1. 2. — 40) Sic Gu. 1. — *malogr.* vulg. — 41) Sic Gu. 1. 2. va. — *inter* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *corticis rotund.* vulg. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *malogr.* vulg. — 44) Vulg. *est gen.*, sed *est* om.

5. Malomellus a dulcedine appellata[35], quod fructus eius mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur, unde et quidam[36]:

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle
Ponentur, dicas, haec malomella[37] placent.

6. Malum Punicum dici[38], eo quod[39] ex Punica regione sit genus eius translatum. Idem et malumgranatum[40], eo quod intra[41] rotunditatem corticis[42] granorum contineat multitudinem. Arbor autem malusgranata[43] generis[44] feminini, pomum vero neutri est[45]. Flores malorum a Graecis appellati sunt κύτινοι[46]. Latini caducos[47] vocant. Agrestium autem malorum flores Graeci βαλαύστιον[48] appellaverunt, quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur similes floribus mali Punici. Negant medici mali Punici cibo corpora nostra[49] nutriri, sed eo sic opinantur utendum, ut medicari[50] potius, non alere[51] videatur.

7. Malum Persicum, cui[52] brevis admodum vita concessa est, trium generum fertur esse[53], Duracenum, Armeniacum et Persicum[54]. Duracenum[55] nuncupatur[56] eo[57], quod pomum eius in gustu aquorem[58] referat. Armeniacum[59] dicitur, quod primum genus advectum sit ab Armenia[60]. Persicum vocatum, quod eam arborem primus in Aegypto severit Perseus, a quo se oriundos Ptolemaei ferebant. Haec in Persida[61] fructum generat interfectorium, apud nos autem iucundum ac suavem. Horum aliud praecoquum[62], aliud vocatur aestivum.

8. Medica arbor, cuius etiam nomen[63] carminibus[64] Mantuanis inclaruit, asportata primum a Medis, unde et vocabulum sumpsit. Hanc Graeci κεδρόμηλον, Latini citriam[65] vocant, quod eius pomum[66] ac[67] folia cedri odorem referant[68]. Malum eius inimicum venenis, et hoc est, quod idem poeta intelligi[69] voluit, cum tradat[70] ex illa[71] foveri animam. Haec arbor omni pene tempore plena est pomis, quae in ea partim matura, partim acerba[72], partim in flore adhuc[73] sunt posita, quod in caeteris arboribus rarum est.

9. Mella, quam Graeci loton appellant, quae vulgo propter formam et colorem faba Syriaca[74] dicitur. Arbor est enim[75] magna, fructum ferens commestibilem, maiorem pipere, gustu suavem[76], unde et mella vocata est[77].

10. Coquimella[78], quam Latini ob colorem prunum[79] vocant, alii a multitudine enixi fructus nixam[80] appellant. Cuius generis Damascena melior a Damasco oppido, unde asportata[81]

Gu. 1. 2. — 45) Sic Gu. 1. — Vulg. *pom. vero generis neutri.* — *neutr. gen. est* Gu. 2. va. — *est gen. neutri* pr. — 46) Sic Ar. — *quintinas* vulg. — *quintines* Gu. 1. — *quitinas* pr. va. — 47) Sic Gu. 1. — *caducum* vulg. — 48) *βαλαύστια* Ar. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *nostra corp.* vulg. — 50) *medicare* Gu. 2. al. pr. — 51) *quam alere* va. — 52) Sic Gu. 1. Ar. — *cuius* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. — *esse fertur* vulg. — 54) *Duracenus*, *Armeniacus et Persicus* Gu. 2. — *Duracinum* Ar. — *Duracinus, Armenicus et Persicus* va. — 55) *Duracenus* Gu. 2. va. — 56) *nuncupatus* Gu. 2. — *appellatus* va. — 57) Vulg. *pro eo*, sed *pro* om. Gu. 1. 2. pr. va. — 58) Sic Gu. 1. 2. va. — *acorem* vulg. — *vel in coelestis amore reserat* addit va. — 59) *Armeniacus* Gu. 2. — *Armenicus* va. — 60) Sic Gu. 1. 2. (*genus eius*, ut al. va.) — Vulg. *ab Arm. sit adv.* — 61) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Perside* vulg. — 62) Sic Gu. 1. — *praecox* vulg. — 63) Sic Gu. 1. — *nomen etiam* vulg. — 64) Vulg. *in carm.*, sed *in* om. Gu. 1. 2. al. va. Locus est Virg. Georg. II, 126. seqq. — 65) *cedriam* Gu. 1. va. — 66) Sic Gu. 1. 2. va. — *pom. eius* vulg. — — 67) *aut* va. — 68) *referat* Gu. 2. al. ita ut *folia*, *ae* dicatur. — 69) *intelligere* va. — 70) *traderit* va. — 71) *ex illo* al. — 72) Sic Gu. 1. 2. — *partim acerba, partim mat.* vulg. 73) Sic Gu. 1. 2. — *adhuc in flore* vulg. — *in flore sunt adhuc* va. — 74) Sic Gu. 1. 2. ed. Goth. Ar. — *Syrica* vulg. — 75) Sic Gu. 1. 2. va. — *arb. enim est* vulg. — 76) *gustu suavi* va. — 77) *est* om. va. — 78) *Coccimella* Ar. — 79) Sic Gu. 2. va. Ar. — *primum* vulg. — 80) *enixam* va. — 81) *prius asp.* vulg., sed *prius* om. Gu. 1.

est, dicta, cuius solum pomum stomacho[1] mederi probatur, nam caetera noxia perhibentur. Haec sola arbor gummi glutinosum et compactivum distillat, quo medici[2] et scriptores[3] utuntur.

11. Oleomella[4] nascitur in Palmyra[5], Syriae civitate, ex eo ita appellata[6], quod ex[7] trunco oleum defluat in crassitudine[8] mellis, sapore suavi[9].

12. Epimelis[10] sorbo similis, mediocris arbor et flore candidulo[11], dicta, quod dulcis[12] sit eius fructus[13] et acuto sapore commixtus[14]. Haec arbor aetate durat exigua.

13. Melopos[15] arbor in Africa Punica lingua vocata, ex qua profluit lentus succus, qui a loco Ammoniacus nominatur.

14. Mespila[16] arbor spinosa, fructu similitudine[17] malorum, sed paulo breviori[18], unde et appellata, quod pilulae formam[19] habeant eius poma.

15. Pirus vocata videtur, quod in ignis speciem deformata[20] est, nam hoc genus pomi ab amplo incipit, et in augustum finit, sicut ignis. Pirus autem arbor, fructus eius[21] pirum[22] est. Cuius multae species[23], ex quibus Crustumina[24] sunt pira ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata. Poma piri iumentis imposita, vel si pauca vehementer onerosa esse dicuntur[25].

16. Cerasus a Ceraso urbe Ponti vocata. Nam Lucullus cum Cerasum urbem[26] Ponti delevisset[27], hoc genus pomi inde advexit, et a civitate cerasum appellavit. Arbor autem cerasus, fructus eius cerasum[28] dicitur. Hoc etiam et ante Lucullum erat in Italia, sed durum[29], unde et cornus appellata est[30]. Est autem arbor apta hastilibus. Unde et[31] Virgilius[32]:

Bona bello cornus.

17. Ficus Latine a foecunditate vocatur. Feracior est enim[33] ceteris arboribus[34]. Nam ter[35] quaterque per singulos annos generat fructum, atque altero maturescente alter oboritur. Hinc et Caricae a copia nominatae. Ficus Aegyptia foecundior fertur, cuius lignum in aquam[36] missum continuo[37] mergitur, et cum in limo aliquamdiu iacuerit, deinde in superficiem sustollitur versa vice naturae, quando[38] madefactum debuit humoris pondere residere. Antea athletae ficis alebantur, prinsquam eos Pythagoras exercitator[39] ad carnis usum, qui fortior cibus est, transtulisset. A senibus[40] in cibo[41] saepius sumptae[42] ficus rugas eorum[43] feruntur[44] distendere. Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem colligatos[45] repente mansuescere dicunt.

1) *stomachum* al. va. — 2) *et medici* vulg. — om. *et* Gu. 1. — 3) *et script.* om. va. — 4) *Elaeomella* Ar. — 5) Sic Ar. — *Palmaria* vulg. — 6) *vocata* va. — 7) *ex* om. Gu. 1. — *ex eius trunco* va. — 8) *in crassitudinem* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *saporis suavis* vulg. — 10) Sic Ar. — *Pomelida* vulg. — 11) *candido* al. va. — 12) Sic Gu. 1. al. va. — *dulcedine* vulg. — *dulcedo* Gu. 2. al. — 13) *fructus eius* va. — 14) *commixta* Gu. 2. va. — 15) Sic Ar. — *Melofos* vulg. — 16) *Mespilus* Ar. — 17) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *similis* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *breviore* vulg. — 19) *formulam* Gu. 2. al. — 20) Sic Gu. 1. 2. va. — *formata* vulg. — 21) *fructus autem eius* va. — 22) *pira* Gu. 2. al. pr. va. — 23) *sunt* add. va. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *Crustumia* vulg. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *dic. esse* vulg. — 26) Sic Gu. 1. — *civitatem* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *delesset* vulg. — 28) Sic Gu. 1. — *pomum vero* (*vero* om. Gu. 2. pr.) *cerasum* (*cerasium* Gu. 1. 2. va.) vulg. — 29) *dura* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. — *cornum appellatum est* vulg. — 31) *et* om. Gu. 2. va. — 32) Georg. II, 448. — 33) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *Fer. enim est* vulg. — 34) *arb. cet.* Gu. 2. pr. va. Ar. — 35) *terque* va. — 36) Sic Gu. 1. — *in aqua* vulg. — 37) Sic Gu. 1. — *illico* vulg. — 38) *quoniam* va. — 39) *exercitatos* Gu. 1. — *exercitatos pyt.* Gu. 2. — 40) *quoque* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 41) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *alimentum* vulg. — 42) Sic Gu. 1. 2. (*sumpta*) Ar. va. — *sumpt. saep.* vulg. — 43) *earum* Gu. 1. — 44) *fertur* Gu. 1. 2. va. — *ferunt* ed. Goth. — 45) *ligatos* va. — 46) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *carpitur* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — Vulg. *Rumpit.* — 48) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *putant capr.* vulg. —

18. Caprificus appellata, eo quod parietes, quibus innascitur, carpit [46]. Erumpit [47] enim et prodit ex latebris, quibus concepta est. Alii caprificum putant [48] dictam [49], eo quod [50] ficus arbor eius remedio fecundetur.

19. Morus a Graecis vocata, quam Latini rubum appellant, eo quod fructus eius vel virgultum [51] rubet [52]. Est enim morus [53] silvestris, fructus afferens, quibus in deserto pastorum fames ac [54] penuria confovetur. Huius folia superiactata [55] serpenti [56], fertur [57] interimi [58].

20. Sycomorus, sicut [59] morus Graeca [60] nomina sunt. Dicta [61] autem sycomorus, eo [62] quod sit folium simile moro [63]. Hanc Latini Celsam appellant ab altitudine, quia non est brevis, ut morus.

21. Nux appellata, quod umbra, vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat [64]. Hanc alio [65] nomine Latini iuglandem vocant, quasi Iovis glandem. Fuit enim haec [66] arbor consecrata Iovi, cuius pomum tantam vim habet, ut missa [67] inter suspectos herbarum, vel fungorum cibos, quicquid in eis virulentum est, exudet [68], rapiat, extinguat [69].

22. Nuces autem [70] generaliter dicuntur omnia poma [71] corio duriori tecta [72], ut pineae, nuces [73], avellanae, glandes [74], castaneae, amygdalae. Hinc et nuclei dicti, quod sint duro corio tecti. At [75] contra poma omnia mollia [76] mala dicta sunt, sed cum adiectione terrarum, in quibus antea nata sunt [77], ut Persica, Punica, Matana, Cydonia, etc.

23. Amygdala Graecum nomen [78] est, quod [79] Latine nux longa vocatur [80]. Hanc alii nuciclam [81] vocant, quasi minorem nucem. De qua Virgilius [82]:

Cum se nux plurima silvis
Induit [83] *in florem.*

24. Cunctis enim arboribus prior se flore vestit [84], et ad inferenda [85] poma arbusta sequentia praevenit.

Avellanae [86] ab Avellano Campaniae oppido, ubi abundant, cognominatae sunt. Haec [87] a Graecis Ponticae appellantur, eo quod circa Ponticum mare abundant [88].

25. Castaneam Latini a Graeco appellant vocabulo. Hanc enim [89] *κάστανον* [90] vocant, eo quod [91] fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui dum

49) Sic Gu. 1. Ar. — *dictum* vulg. — 50) *eo* addidi e Gu. 1. 2. — 51) Sic Gu. 1. 2. (*virgulta*). — Vulg. *fructus vel virgulta* — *fructus eius velut virgulti* Ar. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *rubent* vulg. — 53) *mora* Gu. 2. — 54) *ac* pro *vel* Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *superposita* vulg. — 56) *serpentem* Gu. 2. — 57) Sic Gu. 1. 2. va. — *feruntur.* vulg. Est hoc loco vel ablativus absolutus, ita ut *folia, ae* dicatur, vel nominativus absolutus, qui Isidoro est frequens. — 58) Sic Gu. 1. 2. va. *interimere eum* vulg. — *eum* om. Gu. 1. 2. — 59) *sicut* et vulg., sed *et* om. Gu. 1. 2. — 60) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *sunt Gr. nom.* — Ed. pr. *Graeca sunt nom.* — 61) *dictus* Gu. 2. — *Ob hoc dictus* va. — 62) *eo* addidi e Gu. 1. 2. — 63) Sic Gu. 1. 2. — *foliis similis moro* vulg. — 64) *noceat prox. arb.* va. — 65) *alio* om. Gu. 1. — 66) *haec* om. va. — 67) *missus* va. — 68) *exsudat* va. — 69) Vulg. *atque ext.*, sed *atque* om. Gu. 1. — *et ext.* Gu. 2. — 70) *autem* om. va. — 71) *poma* om. Ar. — 72) Sic Gu. 1. — *tecta cor. duriori* (*duriore* Gu. 2.) vulg. — 73) *nuces* om. Ar. — 74) *iuglandes* Ar. — 75) *ac* Gu. 1. — 76) *omnia mollia poma* va. — 77) *sunt* addidi e Gu. 1. — 78) Sic Gu. 1. 2. (*est* om.) pr. va. — *nom. Graec.* vulg. — 79) *quae* Gu. 2. va. — 80) *appellatur* va. — 81) Sic Ar. — *nucidam* vulg. — *nuculam* Gu. 2. — 82) Georg. I, 187. — 83) *induet* Gu. 2. — 84) *in florem convertit* va. — 85) *inferenda* Gu. 1. 2. va. — *ferenda* vulg. — 86) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *Avellana* vulg. — 87) *Hae* Gu. 2. — 88) Sic Gu. 1. 2. va. — *abundent* vulg. — 89) *Graeci* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 90) *castaneam* Gu. 1. 2. pr. va. — 91) Sic Gu. 1. 2. — *propter quod* vulg.

eiiciuntur, quasi castrantur. Haec arbor simul[1], ut excisa fuerit, tanquam silva expullulare[2] consuevit.

26. Ilex ab electo vocata. Huius enim arboris fructum homines primum ad victum sibi elegerunt, unde et[3] poeta,

Mortales primum[4] *ructabant gutture glandem.*

Prius enim, quam frumenti usus esset, antiqui homines glande vixerunt.

27. Suberies arbor, ex qua validissimus cortex natatorius extrahitur. Et ideo appellata[5], eo[6] quod fructus eius sues edunt, porcorum enim alimenta sunt[7], non hominum, et dicta suberies, quasi subedies.

28. Fagus et esculus arbores glandiferae, ideo vocatae creduntur, quod harum fructibus olim homines vixerunt[8], cibumque sumpserunt, escamque habuerunt. Nam esculus ab esca dicta, fagus vero a Graeco vocata[9]. *Φαγεῖν* enim[10] Graece comedere dicitur.

29. Xyliglycon[11] quam Latini corrupte siliquam vocant, ideo[12] a Graecis tale nomen accepit, eo quod ligni eius fructus sit[13] dulcis, *ξύλον* quippe dicunt lignum, *γλυκὺ* dulce. Huius arboris pomo succus expressus acacia[14] a Graecis dicitur.

30. Pistacia arbor[15], quod cortex pomi eius nardi pistici odorem referat.

31. Pinus arbor picea ab acumine foliorum vocata. Pinum enim antiqui acutum nominabant. Pinum autem aliam[16] pitin[17], aliam Graeci *πεύκην* vocant, quam nos piceam dicimus, eo quod desudet[18] picem. Nam et specie sibi[19] differunt. In Germaniae[20] autem insulis huius arboris lacrima electrum gignit[21]. Gutta enim defluens rigore vel tepore[22] in soliditatem durescit, et gemmam facit de qualitate sua nomen accipiens[23], id est succinum, eo quod succus sit arboris. Pinus creditur prodesse cunctis, quae sub ea servantur[24], sicut nux[25] nocere omnibus.

32. Abies dicta, quod prae caeteris arboribus eat longe[26] et in excelsum promineat. Cuius natura expers est terreni humoris, ac proinde habilis atque levis habetur. De qua Virgilius[27]:

Et casus abies[28] *visura marinos.*

quia ex ea naves fiunt. Hanc quidam Gallicam[29] propter candorem vocant[30]. Est autem sine nodo.

33. Cedrus, quam Graeci *κέδρον*[31] vocant, quasi *καιομένης δρυὸς ὑγρόν*[32], id est ar-

1) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *semel* vulg. — *simultum* va. — 2) *silvam ex sese expull.* Ar. — 3) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *et* om. vulg. Cuius autem poetae versus sit, ignoro. — 4) *primi* pr. va. — 5) *suberies* add. vulg. Om. Gu. 1. — *Ob hoc sic app.* va. — 6) *eo* om. va. — 7) Sic Gu. 1. — *porc. sunt enim al.* pr. — *porc. en. sunt al.* vulg. — 8) *vixerint . . sumpserint* Gu. 2. Ar. — *habuerint* Gu. 1. 2. Ar. — 9) Sic Gu. 1. — *vocabulum traxit* vulg. — *vocabulum trahit* va. — 10) *autem* va. — 11) Sic Ar. — *Xilicon* va. — *Silicon* vulg. — 12) *et ideo* Gu. 1. 2. — 13) *sit* addidi e Gu. 1. 2. va. — 14) *accatica* Gu. 1. — 15) *arbor* addidi e Gu. 1. — 16) *alii* va. — 17) *pissin* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. — *desudat* vulg. — 19) *sibi* om. Gu. 2. — 20) Vulcan. coniecit *Carmaniae.* — 21) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *gignit electr.* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *tempore* vulg. — 23) *et nomen accipiens* Gu. 2 va. — 24) *seruntur* va. — *feruntur* Ar. — 25) *ficus* Gu. 1. 2. al. va. — 26) Sic Gu. 1. 2. — *longe eat* vulg. — 27) Georg. II, 68. — 28) *abies* om. Gu. 1. — 29) Sic Gu. 1. va. Ar. — *Gallicum* vulg. — 30) Sic Gu. 1. — *vocant propter cand.* vulg. — 31) *cidros* Gu. 1. — *cedros* Gu. 2. pr. — *cedoros* va. — 32) Sic Arev. — Vulg. *ceomenes driosioron.* — Gu. 1. *ceomene in domino sin orcum.* — Gu. 4. *ceomenes*

boris humor ardentis, cuius folia ad cypressi similitudinem habent[33]. Lignum vero iucundi odoris est et diu durans, nec a tinea unquam exterminatur. De qua Persius[34]:

Et cedro digna[35] *loculus*[36].

Scilicet propter durabilem perpetuitatem. Unde et in templis propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius ligni resina cedria dicitur, quae in conservandis libris adeo est utilis, ut perliniti[37] ex ea nec tineas patiantur, nec tempore consenescant. Nascitur in Creta, Africa atque Syria.

34. Cypressus[38] Graece dicitur, quod caput eius a rotunditate in cacumen[39] erigitur. Unde et *κῶνος*[40] vocatur, id est alta rotunditas. Hinc et fructus eius conus[41], quia rotunditas eius talis est, ut conum imitetur. Unde et coniferae[42] cyparissi[43] dicuntur. Huius lignum cedro pene proximam habet virtutem. Templorum quoque[44] trabibus aptum, impenetrabili soliditate nunquam[45] oneri cedit, sed ea, qua in principio fuerat[46] firmitate, perseverat. Antiqui cypressi ramos prope rogum constituere solebant, ut odorem cadaverum, dum urerentur, opprimerent[47] iucunditate sui odoris[48].

35. Iuniperus Graece dicta[49], sive quod ab amplo in angustum finiat[50], ut ignis, sive[51] quod conceptum diu teneat ignem, adeo ut si prunae ex eius cinere fuerint coopertae[52], usque ad annum perveniant, *πῦρ* enim apud Graecos ignis est[53]. Iuniperus autem alia parva, alia magna est.

36. Ebenus in India et Aethiopia nascitur, quae caesa[54] durescit[55] in lapidem. Cuius lignum nigrum est, et cortex levis, ut lauri, sed Indicum maculosum est in parvulis[56] distinctionibus albis ac fulvis. Aethiopicum vero, quod praestantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum, leve et corneum. Est autem Mareotica palus in India, unde ebenus venit. Lucanus[57]:

Ebenus Mareotica,

inquit. Ebenus autem in[58] crepundiis illigatur, ut infantem visu nigra non terreant.

37. Platanus a latitudine foliorum dicta, vel quod arbor ipsa[59] patula sit et ampla. Nam *πλάτος* Graeci latum vocant[60]. Expressit huius arboris Scriptura[61] et nomen et formam dicens: *Quasi platanus dilatata sum in plateis.* Est autem tenerrimis[62] foliis ac mollibus et vitium similibus[63].

38. Quercus, sive quernus[64], quod ea soliti erant dii gentium quaerentibus responsa praecanere[65], arbor multum annosa, sicut legitur[66] de quercu Mambre, sub qua habitavit Abraham, quae fertur usque ad Constantis[67] regis[68] imperium per multa secula[69] durasse[70]. Fructus eius[71]

driosinon. Vulcan. coniecit *καιομένης δρυὸς ὀπός.* — 33) Sic Gu. 1. 2. — *respondent* vulg. — 34) Sat. I, 42. — 35) *digna* om. Gu. 1. — 36) *est* add. Gu. 1. 2. va. — 37) *perliti* Ar. — 38) *Cyparissus* Ar. — 39) Sic Gu. 1. — *acumen* vulg. — 40) Sic scripsi e Gu. 1., in quo est *comis.* — Vulg. *conon.* — Ar. *κωνοειδής.* — 41) *conum* Gu. 1. — 42) *coniferi* va. — 43) *cipressi* Gu. 1. 2. va. — 44) *que* Gu. 1. 2. — 45) *nunquam enim* va. — 46) Sic Gu. 1. 2. — *fuerit* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. va. — *comprimerent* vulg. — 48) Sic Gu. 1. — *od. sui* vulg. — 49) *dicitur* va. — 50) *finit* Gu. 1. 2. va. — 51) *sive quod . . . ignis dicitur* om. va. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *opertae* vulg. — 53) *est* pro *dicitur* Gu. 1. — 54) *qui caesus* Gu 2. va. — 55) *durescat* Gu. 2. — 56) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *parvis* vulg. — 57) Lucan. I, 177. — 58) *in* addidi e Gu. 1. 2. — 59) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *ipsa arb.* — 60) *Graece . . dicitur* va. — 61) Eccles. 24, 19. — 62) Sic Ar. — *tenerrimus* vulg. — *tenerissimis* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. 2. — *similis* vulg. — 64) *querinus* Gu. 1., qui om., quod vulgo sequitur, *dicta*, cum va. — 65) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *praecinere* Ar. — *dare* vulg. — 66) apud Hieronym. in locis Hebr. — 67) *Constantini* Gu. 1. 2. ed. Goth. — 68) *regis* om. va. — 69) *tempora* Gu. 1. — 70) Sic Gu. 1. — *perdurasse* vulg. — 71) Sic Gu. 1. — *Huius fr.* vulg.

galla[1] appellatur. E quibus una agrestis[2] ὀμφακίτης[3] dicta, parva forma, sed firmo corpore atque nodoso, quae medicaminibus et incaustis adhibetur, altera βάλανος levis et lenis[4], ac nimium perforata. Lucernarum tantum usibus necessaria.

39. Fraxinus vocari fertur, quod magis inter aspera loca montanaque fraga[5] nascatur. Hinc per derivationem fraxinus, sicut a monte montanus. De quo Ovidius[6]:

Et fraxinus utilis hastis.

40. Taxus venenosa[7] arbor. Unde et toxica venena exprimuntur. Ex hac Parthi et aliae gentes arcus[8] faciunt. Unde et poeta[9]:

Ityreos[10] taxi torquentur in arcus.

Ityreos autem dicit Parthicos[11].

41. Acer coloribus impar.

Robur autem generaliter dicitur ex omni materia quicquid est firmissimum.

42. Alnus[12], quod alatur amne. Proxima[13] enim aquae nascitur, nec facile extra undas vivit. Hinc et tenera et mollis, quia in humecto loco nutritur.

43. Ulmus nomen accepit, quod uliginosis locis et humidis melius proficit[14]. Nam in montanis et asperis minus laeta est.

44. Larex, cui hoc nomen a castello Laricino inditum est, ex qua tabulae tegulis affixae flammam repellunt, neque ex se carbonem ambustae efficiunt.

45. Populus dicta, quod ex[15] eius calce multitudo nascatur[16]. Cuius genus duplex est[17]. Nam altera est alba, altera nigra. Alba autem populus dicta, quia folia eius una parte sunt alba, altera viridia. Haec ergo[18] bicolor, habens quasi noctis et diei notas, quae tempora[19] ortu solis occasuque constant[20]. Generat etiam resinam circa Eridanum fluvium, vel, ut alii memorant, in finibus Syriae.

46. Tiliam dicunt vocatam eo[21], quod utilis sit ad usum telorum nitore et levitate iaculandi. Est enim materiae genus levissimae[22].

47. Salix dicta, quod celeriter saliat, hoc est velociter crescat, arbor lenta, vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc dicunt esse naturam, ut si quis illud in poculo hauserit, liberis careat, sed et feminas infecundas efficit.

Populus autem et salix et tilia[23] mollis materiae sunt, et ad sculpturam[21] aptae.

48. Vimen vocari[25], eo quod vim habeat multam viroris. Natura enim eius talis est,

1) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *glandula* vulg. — 2) *a Graecis* Gu. 1. — 3) Sic Ar. — *onfatitis* Gu. 1. — *honfaticis* Gu. 2. pr. va. — 4) *lenis . . levis* Gu. 1. 2. va. — *et* pro *ac* Gu. 1. 2. va. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *in asperis locis montanisque fragis.* — 6) Metam. X, 93. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *venenata* vulg. — 8) Sic Gu. 1. — Vulg. *arcus Parthi et al. gent.* — 9) Virgil. Georg. II, 448. — 10) Sic Ar. pr. — *stireos* Gu. 1. 2. — *Istireos* vulg. et sic mox. — 11) *Istir. audiunt Parth.* va. — 12) *vocatur* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — *vocata* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Proxime* vulg. — 14) *prof. mel.* va. — 15) *ex* om. va. — 16) *nascitur* va. — 17) *duplex gen. est* va. — 18) Sic Gu. 1. 2. va. — *igitur* vulg. — 19) *quo tempore* Gu. 1. 2. — *quae tempore ortus* va. — 20) *constat* Gu. 1. 2. va. — 21) *Tilium dictum eo* va. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *genus mat. lev.* vulg. — *genus* om. va, et exhibet *lev. mat.* — 23) *tilium* va. — 24) *sculpturae* va. — 25) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *vocatur* vulg. — 26) *aref. si abl.* va. — *alluatur* Ar. — 27) *humum* va. — 28) *a radicibus* va. — 29) *demergat* va. Ar. — *dimergat* vulg. — *demergit* Gu. 1. 2. — 30) Sic Ar. — *tramaritiam* vulg. — 31) Sic Ar. — *saxoso* vulg. — *saxo et humo* Gu. 1. 2. — 32) Sic Ar. — *mistra* vulg. — *mitra* va. — al. *ministra odia.* Vulcan. coniecit *μίσεα.* — 33) *a mare* pr. va. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *magis lit.* vulg. — *magis* om. va. — 35)

ut etiam si arefacta abluatur[26], virescat, deinde excisa atque in humo[27] fixa, radicibus[28] sese ipsa demergat[29].

49. Myricae, quam Latini tamaricem[30] vocant, ex amaritudine nominata. Gustus enim eius nimis amarus est. Haec arbor in solitudine et saxosa[31] humo nascitur, ex qua etiam arbore maleficis artibus *μίσηθρα*[32], id est odia concitari dicuntur.

50. Myrtus a mari[33] dicta, eo quod litorea magis[34] arbor sit. Unde et[35] Virgilius[36]:

Litora myrtetis laetissima,

et

Amantes litora myrtos[37].

Hinc est, quod et a Graecis *μυρίνη*[38] dicitur[39]. Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum[40] necessitatibus[41].

51. Lentiscus, quod cuspis ipsius[42] lentus[43] sit et mollis. Nam lentum dicimus, quicquid flexibile est, unde[44] et lentum vimen et vites. Virgilius[45]:

Et lentae vites,

pro flexibiles. Huius fructus oleum desudat, cortex resinam, quae mastix appellatur, cuius melior et plurima[46] in Chio insula gignitur[47].

52. Terebinthus arbor, nomen Graecum[48], generans resinam omnium resinarum praestantiorem.

53. Buxus Graecum nomen est[49], ex parte a Latinis[50] corruptum, *πύξος* enim appellatur[51] a Graecis[52] arbor semper virens et levitate[53] materiae elementorum apicibus apta. Unde et Scriptura[54]: *Scribe in*[55] *buxo.*

54. Rhododendron[56], quod[57] corrupte vulgo lorandrum[58] vocatur, quod sit foliis lauri similibus[59], flore, ut rosa, arbor venenata. Interficit enim animalia, et medetur serpentium vexationes.

55. Herbitum vocaverunt pastores eo, quod vice herbae praebeatur[60] pecoribus, ubi pascua desunt[61].

56. Turbiscus, quod de uno cespite eius multa virgulta[62] surgunt[63], quasi turba.

Stipa[64] vocata, propter quod ex ea[65] stipentur[66] tecta. Hinc et stipula per diminutionem[67].

57. Arundo dicta, quod cito arescat. Hanc veteres[68] cannam vocaverunt, arundinem[69] postea Varro dixit. Sciendum sane[70], quod Latinum vocabulum[71] canna de lingua Hebraea sumptum est[72]. Apud eos enim calamus canna dicitur.

et om. va. — 36) Georg. II, 112. et IV, 124. — 37) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *mirtae* vulg. — 38) *μυρσίνη* Ar. — *mirtene* pr. — 39) *dicuntur* Gu. 1. 2. — 40) *mulier. aptam dic. nec.* va. — 41) *plurimis* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 42) *eius* va. — 43) *lenta* Ar. — 44) *unde* om. va. — 45) *unde Virg.* va. — 46) Sic Gu. 1. — Vulg. *cuius plur. et mel.* — *cuius plur. genera, sed melior* va. — 47) *nascitur* va. — 48) Sic Gu. 1. — *Graec. nom.* vulg. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. — *Graec. est nom.* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. va. *a Lat. ex parte* vulg. — 51) *dicitur* va. — 52) Sic Gu. 1. 2. — *apud eos* vulg. — 53) Sic Ar. — *lenitate* vulg. — 54) Isai. 30, 8. — 55) *in* om. Gu. 2. va. al. — 56) Sic Ar. — *Rodandarum* vulg. — *Rodandarus* Gu. 1. Videntur esse codd. corruptiones. — 57) *quae* Gu. 1. — *quod . . . vocatur* om. va. — 58) Sic Ar. — *lorandeum* vulg. — *laurandus* Gu. 1. — *laurandrum* Gu. 2. — 59) *similis* va. — 60) *praebebatur* Gu. 1. 2. — 61) Sic Gu. 1. 2. va. — *des. pasc.* vulg. — 62) *multae virgulae* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. 2. al. — *surgant* vulg. — 64) Om. glossam va. — 65) Sic Gu. 1. al. — *ex eo* vulg. — 66) *stipulentur* Gu. 1. 2. — 67) *dirivationem* Gu. 2. — 68) *veteres* om. va. — 69) *vero* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. — 70) Sic Gu. 1. 2. va. — *Sane sciend.* vulg. — 71) *vocabulum* addidi e Gu. 1. — 72) *sumpsit* Gu. 1. 2. al. va.

Cicuta autem est, quod est inter cannarum nodos, dicta[1], quod lateat.

58. In Indicis stagnis nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum succum bibunt, unde et Varro ait:

Indica non magna nimis[2] *arbore crescit arundo,*
Illius e[3] *lentis premitur radicibus humor,*
Dulcia cui nequeant succo concedere mella[4].

59. Sambucus mollis et pervia arbor.

Rhamnus genus est rubi[5], quam vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum[6].

60. Sentix dicta a situ, quod est terra inculta, in qua sentices spinaeque nascuntur. Maiores autem nostri omnem arborem spinosam dicebant veprem[7], quod vi prendat.

61. Oleaster dictus, quod sit foliis oleae[8] similibus sed latioribus, arbor inculta atque silvestris, amara atque infructuosa, cui insertus olivae ramus vim mutat radicis et vertit eam in propriam qualitatem. Lacrima oleastri arboris duplex est[9]. Alia enim gummi[10] simulat[11] sine ullo qualitatis morsu, alia ammoniaci guttam ex destillatione[12] collectam ac remordentem.

62. Olea[13] Graece ἔλαιος[14] dicitur, ex quo in Latinum tractum est, ut oliva dicatur. Olea autem ipsa est arbor, fructus[15] oliva[16], succus oleum. Est autem arbor pacis insigne[17], cuius fructus diversis nominibus appellatur.

63. Orchades olivae Graeca etymologia a similitudine testiculorum vocatae, quos Graeci ὄρχεις vocant.

64. Radiolae pro eo, quod oblongae sunt in modum radiorum.

Paphiae[18] a Papho insula dictae, unde prius allatae sunt.

65. Lyciniae[19], eo quod optimum dent lumen[20]. Nam λύχνος lumen est. Unde et lignum nomen sumpsit[21], quia aptum est flammis et luminibus[22].

66. Pausia, quam corrupte rustici pusiam[23] vocant, viridi oleo et suavi apta. Et dicta pausia, quod paviatur[24], id est tundatur, unde et pavimentum.

67. Syria[25] dicta, pro eo quod de Syria est allata[26], sive quia nigra est.

Crustumia idem[27] et volemis dicta, eo quod volam compleat magnitudine, hoc est mediam manum, unde et involare dicimus. Quidam autem volemum Gallica lingua[28] bonum et magnum intelligunt.

Colymbades appellatae *[29].

1) *dicta* om. Gu. 2. — *dicta autem* va. — 2) Sic Ar. — *non magnum in arb.* vulg. — *magna arbore* va. — 3) *e* pro *et* Ar. — 4) *mellis* ed. Goth. — 5) *est genus rubi* va. — 6) *aspera nimis et spinosa* va. — 7) Sic Gu 1. (*veprum*) — Vulg. *vepr. dic.* — 8) *oleae* Gu. 1. — *olivae* vulg. — 9) *est* om. Gu. 2. — 10) *gumen* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *similat* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. va. — *stillatione* vulg. — 13) *Olea* Gu. 1. — *Oliva* vulg. — 14) *elcon* Gu. 1. 2. — *oleon* pr. va. — 15) *eius* add. va. — *est arbor* pro *arbor est* Gu. 1. — 16) *olea* Gu. 1. — 17) *insignis* Gu. 1. 2. va. — 18) Sic Gu. 2. Ar. — *Paphae* vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Lychniae* vulg. — 20) *lucem* Gu. 1. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *accepit* vulg. — 22) *quia apt. et flam. et lum. est* va. — 23) *pisiam* Gu. 1. — 24) *paveatur* Gu. 1. 2. — 25) *Syriaca* Gu. 1. 2. — 26) *ablata* Gu. 1. — 27) *eadem* Ar. — 28) *lingua* om. Gu. 1. — 29) Sic Ar. et est lacuna in Gu. 1., qui exhibet *columbades.* Interpretatio peti potest a Plin. XV, 3, 4. Colum. XII, 47. a med. et Pallad XII, 22. — 30) Sic Gu. 1. 2. va. — *nominatur* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — Vulg. *unde derivatum.* — Ed. va. *unde derivativum.* — 32) Sic Ar. va. — *Spanum* Gu. 1. 2. pr. ed. Goth. — *Speranum* vulg. — 33) Sic Ar. va. — *Spanum* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *olei pars* vulg.

68. Oleum autem ab olea nominatum[30]. Nam, ut diximus, olea est arbor, unde et derivatio[31] fit oleum. Sed quod ex albis fuerit olivis expressum vocatur Hispanum[32], a Graecis *ὀμφάκιον* appellatum. Quod autem ex fulvis et nondum maturis fuerit expressum, Viride appellatur. Quod vero ex nimium maturis, Commune dicitur. Ex iis ad usum vitae primum est Hispanum[33], secundum viride, tertium commune.

69. Amurca pars olei[34] aquosa ab emergendo[35] dicta, id est, quod ab oleo se emergat[36], et faex sit eius[37]. Hanc Graeci amorgen[38] vocant ex Latina lingua trahentes vocabulum.

70. Gumen Graecum nomen est, hoc enim illi *κόμμι*[39] dicunt.

71. Resinam[40] Graeci *ῥητίνην* vocant, *ῥέον* enim Graece dicitur, quicquid manat. Est enim lacrima sudore exhalata lignorum, ut cerasi, lentisci, balsami, vel reliquarum arborum, sive virgultorum, quae sudare produntur, sicut et odorata orientis ligna, sicut gutta balsami, ac ferularum, vel succinorum[41], cuius lacrima durescit in gemmam. Prima est resina terebinthina, omnium praestantissima[42]. Affertur autem ex Arabia Petraea[43] atque Iudaea et Syria, Cypro et Africa, ex insulis quoque Cycladibus. Secunda est lentiscina, quae mastix vocatur, haec ex Chio insula deportatur. Tertia pinalis, quarum alia *πιτυΐνη*[44], alia *πευκίνη*[45], alia liquida, alia arida, et afferuntur ex Tyrrhena Colophonia. Unde etiam nomen Colophonia resina[46] sumpsit.

72. Pix Graecum nomen est, quam illi *πίσσαν* vocant. Alii volunt ex pino picem vocari, haec a Graecis appellatur cladonia[47], nos ramalem dicere possumus, cuius probabilis[48] splendens et[49] lenis et munda.

73. Creandarum arborum naturaliter tria sunt genera, aut enim sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuitu iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam caetera usus invenit favente[50] natura.

74. Omnia poma Latine neutri[51] generis esse dicuntur, arbores autem feminini fere[52] sunt generis, exceptis paucis, ut hic oleaster, hoc siler, ut[53] Virgilius:

Molle[54] *siler.*

Item hoc buxum, licet et[55] haec[56] buxus dicatur[57]. Nam superfluam quidam volunt facere discretionem, ut haec buxus de arbore dicamus[58], buxum vero de ligno composito[59].

CAP. VIII. *De arboribus aromaticis.*

1. Aromata sunt quaeque fragrantis odoris, quae India, vel Arabia mittit, sive[60] aliae regiones. Nomen autem aromata traxisse videntur, sive quod aris imposita divinis invocationibus apta videantur[61], seu quod aeri sese[62] inserere ac miscere[63] probantur. Nam quid est odor, nisi aer contactus[64]?

— 35) *a merg.* va. — 36) Sic Ar. — *mergat* vulg. — *dimergat* Gu. 1. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *eius sit* vulg. — 38) Sic Ar. — *amurcem* vulg. — 39) *gommi* Gu. 1. 2. pr — *gummi* va. — 40) *Resina Graecum nomen et Graeci* Gu. 2. — 41) Sic Ar. va. — *fucinorum* vulg. — 42) Sic Gu. 1. — *praestantior* vulg. — 43) Sic Ar. — *Arabiae partibus* vulg. — *Arabia Parthia* Gu. 1. 2. — *Arabiae patria* va. — 44) *picea* Gu. 1. — *pitines* Gu. 2. — 45) *pinicina* Gu. 1. — *punicinae* Gu. 2. — 46) *resina Coloph.* va. — 47) Sic scripsi e coniectura Vulcanii. — Vulg. *clodonia* — Ar. *clonia.* — 48) Sic Gu. 1. 2. al. pr. (*probatio*) va. — Vulg. *cuius probatio.* — Ar. *cui probabilis.* Dioscor. c. 95. ἔστι δὲ καλὴ ἡ στίλβουσα καὶ λεία καὶ καθαρά. — 49) *et* addidi e Gu. 1. — 50) *fovente* Gu. 1. 2. — 51) Vv. *neutri gen. . . arbores autem* om. Gu. 1. 2. — *Latini* — *dicunt* va. — 52) *fere* addidi e Gu. 1. 2. al. — 53) *ut* om. Gu. 1. 2. va. Locus Virg. est Ge. II, 12. — 54) *ut molle* Gu. 2. va. — 55) *et* om. Gu. 1. — 56) *haec* om. va. — 57) *dicitur* Gu. 2. va. — 58) *dicimus* Gu. 2. — 59) *composita* Gu. 1. — 60) *seu* va. — 61) *videntur* va. — 62) Sic Gu. 1. — *sese aeri* vulg. — 63) *misceri* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 64) *contractus* Gu. 1. 2.

2. Thus arbor Arabiae immensa atque ramosa lenissimi corticis, ramis ad aceris qualitatem, amigdalae[1] modo[2] succum aromaticum fundens album[3] et masticatione veluti[4] in pulverem resolutum, et cum frangitur[5], intus pingue[6], et igni appositum facile ardescens[7]. Et appellatur apud nos masculus[8], eo quod sit natura rotundum in modum testiculorum. Reliquum planum et[9] pene scabrosum, minus optimum. Adulteratur autem[10] admixta[11] resina, sive gummi, sed dinoscitur sua proprietate. Nam thus impositum igni[12] ardescit, resina fumescit, gummi vero liquescit calefactum.

3. Thus autem[13] a tundendo dictum[14]. Hoc et libanum vocatum a monte Arabiae, ubi Sabaei sunt. Nam mons eorum Libanus dicitur, ubi thura colliguntur.

4. Myrrha arbor Arabiae[15] altitudinis quinque[16] cubitorum, similis spinae, quam ἄκανθον dicunt: cuius gutta viridis atque amara, unde et nomen accepit myrrha. Gutta eius sponte manans preciosior est, elicita corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmenta eius Arabes ignibus[17] fovent, quorum fumo satis noxio, nisi ad odorem storacis occurrant[18], plerumque insanabiles morbos contrahunt[19]. Myrrha autem Troglodyta[20] ab insula Arabiae dicta, ubi melior colligitur et purior.

5. Storax[21] arbor Arabiae, similis malo Cydonio, cuius virgulae inter[22] Caniculae ortum cavernatim lacrimam fluunt[23]. Distillatio eius in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis scrobe servatur. Illa autem, quae virgis et calamis inhaeserit, munda est et albida, dehinc fulva fit solis causa, et ipsa storax calamites pinguis, resinosa, odoris iucundi, humecta et veluti mellosum liquorem emittens. Storax autem dicta, quod sit gutta arboris profluens et congelata. Nam Graeci stiriam guttam dicunt[24], Graece autem στύραξ, Latine[25] storax dicitur[26].

6. Bdellium[27] Indiae et Arabiae arbor, cuius lacrima melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, levis, pinguis, et[28] aequaliter cerea, et quae facile molliatur, neque ligno vel terrae commixta, odoris boni, sed amara[29]. Nam ex India sordida est et nigra et maiori[30] gleba. Adulteratur autem admixto gummi, qui[31] non ita amarificat gustu[32].

7. Mastix arboris[33] lentisci gutta est[34]. Haec granomastix dicta est[35], quia in modum est granorum[36]. Melior autem in Chio insula gignitur[37], odoris boni, candoris cerae punicae. Unde et splendorem cutis[38] pulchrificat. Adulteratur[39] interdum resina, vel thure.

8. Piperis arbor nascitur in India, et[40] in latere montis Caucasi, quod soli obversum

1) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *amigdala* vulg. — 2) *modum* Z. — 3) *alium* Gu. 1. 2. — 4) *veluti* pro *velut* Gu. 1. 2. — 5) *et confringitur* Z. Gu. 1. 2. — 6) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 7) *ardescit* va. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *masculum* vulg. — 9) *et* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 10) *augmentum* add. Gu. 2. — 11) *mixta* va. — 12) Sic Gu. 1. — *igni imp.* vulg. — *igni pos.* va. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — Vulg. *Tus vero sine aspiratione.* — 14) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *dicitur* vulg., quae addit: *quia dum gummi guttae ex arbore cadunt, in glebis miscentur: dum vero glebae in pulverem rediguntur, thus carpitur et virgulis tunditur, et sic inde manibus tollitur.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. al. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Arab. arb.* vulg. — 16) *ad quinque* Z. — 17) *ign. Ar.* va. — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *accurrant* vulg. — 19) *contrahit* Z. — 20) *Troglodytica* Arev. — 21) *Stirax* Gu. 1. 2. — 22) *intra* Z. al. va. — 23) *fundunt* Z. — 24) *vocant* va. — 25) *autem* add. va. — 26) *dicuntur* Z. — 27) Sic Ar. — *Bdella* Z. — *Bidella* vulg. — 28) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 29) Sic Gu. 1. — *amara, odoris boni* vulg. — 30) *maiore* Gu. 2. — 31) *quae* Gu. 2. va. — 32) *gustum* Ar. — 33) *arbor* Z. — 34) *sunt* Z. — 35) *est* om. Z. va. — 36) Sic Gu. 1. — *gran. est* vulg. — 37) *nascitur* va. — 38) *guttis* Z. Gu. 2. va. — 39) *autem* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 40) *et* om. Z. va. — 41) *qui . . adversum est* va. — *versum* Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. al. va. — 43) Vv. *sed . . . incendunt* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr.

est[41], folia[42] ad iuniperi similitudinem. Cuius silvas serpentes custodiunt, sed incolae regionis illius, quum maturae fuerint, incendunt[43], et serpentes igne fugantur, et inde ex flamma nigrum piper efficitur. Nam natura piperis alba est, cuius quidem diversus est fructus. Nam quod immaturum est, piper longum vocatur[44], quod incorruptum ab igne, piper album est[45], quod vero cute rugosa et horrida fuerit, ex calore ignis trahit et colorem et nomen. Piper si leve est, vetustum est[46], si grave[47], novellum. Vitanda est autem mercatorum fraus. Solent enim vetustissimo piperi humecto[48] argenti spumam, aut plumbum aspergere[49], ut ponderosum fiat.

9. Aloa[50] in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi ac summi. Denique lignum ipsius[51] vice thymiamatum altaribus adoletur[52], unde et nomen traxisse dicitur[53].

10. Cinnamomum[54] dictum, quod cortex eius in modum cannae sit rotundus et gracilis. Gignitur autem[55] in Indiae et Aethiopiae regionibus, frutice brevi, duorum tantum cubitorum, colore subnigro, vel cinereo, tenuissimarum virgarum[56]. Nam quod in crassitudinem[57] extenditur[58], despectui est, quod vero gracilius provenerit[59], eximium. Quod cum confringitur[60], visibile spiramentum[61] emittit ad imaginem nebulae, vel[62] pulveris.

11. Amomum vocatum, quod veluti odorem cinnamomi referat. Nascitur in Syria et Armenia, frutex[63] botruosum[64] semen reddens sibi connexum, flore albo, veluti violae, foliis similibus[65] brioniae, odore etiam bono, somnos[66] suavificat.

12. Casia[67] nascitur in Arabia, virga robusti corticis, et purpureis foliis, ut piperis. Est autem virtutis[68] cinnamomi similis, sed potentia inferior, unde et[69] pro[70] cinnamomi vice duplex eius pondus in medicamentis admiscetur.

13. Calamus aromaticus a similitudine calami usualis vocatur. Gignitur in India multis nodis geniculatus, fulvus, fragrans[71] spiritus suavitate[72]. Qui cum frangitur, in multas fit partes scissilis, simulans[73] gustu casiam cum levi acrimonia remordente[74].

14. Balsami[75] arbor in Iudaea intra terminos tantum XX iugerum erat. Posteaquam eadem regione[76] Romani potiti sunt, etiam latissimis collibus propagata est, stirpe[77] similis viti[78], foliis[79] rutae, sed albidioribus semperque manentibus. Arbor autem balsamum[80], lignum eius xylobalsamum dicitur[81], fructus eius[82] sive semen carpobalsamum, succus opobalsamum. Quod ideo cum adiectione significatur, eo quod percussus ferreis ungulis[83] cortex ligni per cavernas eximii odoris guttam distillat, caverna enim Graeco sermone ὄπη dicitur[84]. Cuius guttam adul-

va. Ar. — 44) *vocant* va. — *dicitur* Gu. 2. — 45) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 46) *est* om. Z. Ar. — 47) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. va. Ar. — 48) *humecti* Gu. 1. 2. — *humectato* pr. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *spum. asp. aut plumb.* vulg. — 50) *Aloe* Gu. 2. va. Ar. — 51) *eius* va. — 52) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *adol. alt.* vulg. — *altar.* om. Z. — 53) Sic Gu. 1. — *creditur* Z. Gu. 2. va. Ar. — *videtur* vulg. — 54) *Cumanum* Z. — *Cinnamum* Gu. 2. al. — 55) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *virgularum* vulg. — 57) *in crassitudine* al. va. — 58) *distend.* Z. — *extentum* va. — 59) *venerit* va. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *frangitur* vulg. — 61) *spiritum* ed. Goth. Gu. 1. — *spiramen tunc* Z. — *ex se spir.* va. — 62) *seu* Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — 63) *eius* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 64) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *botrosum* vulg. — 65) *similis* Z. — 66) *somnis* Gu. 1. — 67) Sic Gu. 1. Ar. — *Cassia* vulg. et sic infra. — 68) *virtute* va. — 69) *et* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 70) *pro* om. Z. — 71) *flagrans* Z. Gu. 1. 2. va. — 72) Sic Z. (*specie* pro *spiritus*) Gu. 1. 2. va. Ar. — *suav. spir.* vulg. — 73) *similans* Z. Gu. 2. al. — 74) *remordenti* Z. va. — 75) *Balsamum* Gu. 2. — 76) Sic Gu. 1. — *eandem regionem* vulg. — 77) *stipe* Gu. 1. — 78) *vitis* Z. al. pr. — 79) *similis* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 80) *balsami* Z. va. — 81) *dicitur* om. ed. Goth. — 82) *eius* addidi e Z. Gu. 1. 2. — *fructus . . carpob.* om. ed. Goth. — 83) *vergulis* va. — 84) Vv. *cav. . dicitur* addidi e Z. Gu. 1. (*autem*) 2. pr. va. — *opo* Z. — *ope*

terant admixto Cyprino oleo vel melle. Sed sincerus probatur a melle[1], si cum lacte coagulaverit, ab oleo, si instillatus[2] aqua[3], aut admixtus facile fuerit resolutus, praeterea si[4] laneae vestes ex ipso pollutae non maculantur. Adulteratus[5] quidem neque cum lacte coagulatur[6], et ut oleum in aqua supernatat et vestem maculat. Balsama autem si pura fuerint, tantam vim habent, ut si sol excanduerit, sustineri in[7] manu non possint.

CAP. IX. *De herbis aromaticis sive communibus.*

1. Extant et quarundam herbarum nomina, quae ex aliqua sui[8] causa resonant, habentes nominum explanationem. Non tamen omnium invenies etymologiam herbarum[9]. Nam pro locis mutantur etiam nomina[10].

2. Folium dictum, quod sine ulla radice innatans in Indiae litoribus colligatur[11]. Quod perforatum ligno[12], siccant Indi atque reponunt[13]. Fertur autem paradisi esse herba gustu nardum referens.

3. Nardus herba est spicosa[14], unde et[15] a Graecis ναρδόσταχυς appellata[16], quarum alia Indica, alia Syriaca[17] vocatur, non quod in Syria nascatur, sed quod mons, in quo invenitur, alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est autem Indicum[18] multiforme, sed melius Syriacum, leve, fulvum, comosum spica parvum, odorissimum, Cyperum[19] simulans. Quod si multum in ore tardaverit, linguam siccat. Nardum Celticum[20] a regione Galliae nomen traxit. Nascitur enim saepius in Liguriae Alpibus et in Syria, frutice parvo[21], radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos eius tantum propter odorem bonus[22]. Tyrsi eius atque radiculae utiles probantur usibus nostris.

4. Costum radix herbae est nascentis in India, Arabiaque[23] et Syria, sed melius Arabicum, est enim album et leve, suave, iucundi odoris, Indicum colore atro[24], et leve, ut ferula[25], Syriacum vero pondere grave, colore buxeo, odore acri[26], summum tamen album, aridum, leve[27], gustu[28] incendens.

5. Crocum dictum[29] ab oppido Ciliciae, quod vocatur Corycium[30], quanquam et alibi nascatur, sed non tantum, vel tale, quale in Cilicia. Unde[31] a potiori[32] parte nomen accepit. Nam multae res nomina sumpserunt a locis, ubi proveniunt[33], et melius aliquid[34]. Optimum autem est[35], quod fuerit recens, odoris boni, albedine[36] parva, porrectae longitudinis, integrum[37], et

rell. ὅπῃ Arev. — 1) *Sed sinc. prob. a mell.* om. Gu. 1. — *sincerum* Z. — *sincerus* Gu. 2. al. va. — *sincerus* scripsi cum his libris pro *sincera*, quod etiam in seqq. est masculinum e codd. restituendum. — 2) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *instillata* vulg. — *instillatum* Z. Eadem genera servant libri in seqq. — *ipso* deinde pro *ipsa* Z. Gu. 1. va. — 3) *aquae* pr. va. — 4) *etsi* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — *adulteratum* vulg. — 6) Sic Gu. 1. 2. — *coagulat* vulg. — 7) *in* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — *non poss. in m.* pr. — 8) *sui* addidi e Z. Gu. 1. va. — 9) Sic Gu. 1. — *inv. herb. etym.* Gu. 2. — *herb. etym. inv.* vulg. — 10) *Nam . . nomina* om. Z. — *nominibus* al. pr. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *colligitur* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. nisi quod *perforato* exhibent. — *ligno* (*lino* al.) *perforatum* vulg. — 13) *exponunt* va. — *Indi . . Nardus* om. Z. — 14) *speciosa* va. — 15) *et* om. Z. — 16) *appellatur* va. — 17) *Sirica* Gu. 2. — 18) Omnia haec neutro genere proferuntur in Z. Gu. 1. 2. va. — Vulg. femininum exhibet. — 19) Sic Ar. — *Cyprum* vulg. — *odoratissimum* pro *odorissimum* va. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Nardus Celticus* vulg. — 21) *parva* Z. — 22) *bonum* Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — 23) *que* addidi e Gu. 1. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *nigro* vulg. — 25) *ferulae* va. — 26) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *acro* vulg. — 27) Sic Gu. 1. — *lev. arid.* vulg. — 28) *gustum* Ar. — 29) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Crocus dictus* vulg. — 30) *Corycus* Ar. — 31) Vulg. *unde et*, sed *et* om. Gu. 1. — 32) Sic Gu. 1. — *potiore* vulg. — 33) Sic Gu. 1. — *ubi plus proveniunt* va. — *ubi plus provenit* vulg. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *aliqu. mel.* vulg. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Opt. est autem* vulg. — 36) *albidine* Gu. 1. 2. — 37) *optimum* Z. — 38) *bona* add. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 39) *huiusmodi* va. — 40) *et* om. Gu. 1. va. — 41) Sic Z. Gu. 2. Ar. — *redimine* vulg. — *serimine* al. — 42) *panniculis* Gu. 1. — 43) Sic Z. Ar. — *appellatum*

neque in fragmenta comminutum inspiratione[38], et cum carpitur, manus inficiens, et leviter acre. Quod si eiusmodi[39] non fuerit, aut vetustum, aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admixto crocomagmate. Augendi quoque ponderis causa spuma argenti contrita adiicitur, et[40] proditur, si pulverulentum reperitur, atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum.

6. Crocomagma expressis aromatibus crocini ungueuti atque informato sedimine[41] in pannusculos[42] fit, et ideo sic appellatur[43].

7. Asarum[44] nascitur in umbrosis montibus, floribus[45] Casiae similibus, inter quae[46] flos iuxta radicem purpureus, in quo semen continetur uvarum simile, radicibus pluribus[47] atque tenuissimis et bene redolentibus, et est virtute similis nardo.

Fu[48] nascitur in Ponto, foliis oleastro similibus.

8. Cyperum[49] a Graecis vocatur[50], quod habeat virtutem ferventem. Radix[51] est[52] iunci trianguli, foliis porri similibus, radicibus nigris, sive contiguis, in similitudinem[53] olivarum odorissimis[54] atque acerrimis[55]. Nascitur in paludibus atque vacuis[56] locis. Traditur etiam alia species cyperi, quae in India nascitur et appellatur lingua eorum zingiber[57].

9. Iris Illyrica a similitudine Iris coelestis nomen accepit. Unde et a[58] Latinis arcumen[59] dicitur, quod[60] flos eius coloris varietate eundem arcum coelestem[61] imitetur. Illyrica[62] autem dicitur, quia in Illyrico plurima et violentissima est, species eius foliis gladioli similibus, radice aromatica, odoris boni.

10. Acorum foliis iridi[63] similibus radicibus. acerrimi odoris[64], sed iucundi, propter quod[65] aromatica est.

Meu *[66].

Cardamomum *.

11. Squinum[67] melius[68] est[69] quod in Euphrate nascitur, quam quod in Arabia, fulvum, multiflorum, purpureum, tenue, odoris rosei, cum manu confricatur[70], gustu multum incendit linguam atque mordet. Huius flos σχοίνου ἄνθος[71] dicitur. Ἄνθος enim Graece flos nuncupatur.

12. Thymum appellatur[72], quod flos eius odorem refert[73]. De quo Virgilius[74]:

Redolentque thymo fragrantia[75] mella.

Gu. 1. 2. pr. va. — *applicatur* vulg. — 44) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *Assurum* Gu. 1. — *Alarum* vulg. — 45) *frondibus* Gu. 1. 2. — 46) *uterque* Gu. 1. — 47) *plurimis* va. — 48) *Fum* pr. — 49) Sic Ar. — Vulcan. vult κύπειρος. — *Quipparum* vulg. — *qui parum* Z. Gu. 1. va. Eadem varietas est infra. — 50) *vocatum* Z. va. — 51) *eius* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — *Rad. est enim* exhibet Z. — 52) *est* om. va. — 53) *in similitudine* va. — 54) *odoratissimis* va. — 55) *acrissimis* Z. — 56) Sic Z. Gu. 2. va. Ar. — *variis* vulg. — 57) *Schinschiber* Z. — *zinziber* Gu. 1. 2. (qui supra lineam habet *vel gingiber*, ut exhibet Arev.) — 58) *a* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — 59) *argumentum* Z. — *argumen* al. — *arcumentum* Gu. 1. — 60) Vulg. *Iris quod*, sed *Iris* om. Gu. 1. 2. va. Ar. — *dic. eo quod* Z. — 61) *coel. arc.* Z. — 62) *Illyria* va. al. — 63) Sic Gu. 1. 2. — *iridis* Ar. va. — *viridis* Z. — *foliis* om. Gu. 1. — 64) *saporis acerrimi, odoris iucundi* Ar. — 65) *propter quod et ar.* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — 66) *foliis pastinacae similibus* add. vulg., quae desunt a codd. et editt. vett. et Ar., qui lacunae signum posuit, quod idem fecit in seqq. *Cardamomum herba, quam vulgus Nasturgum vocat*, ubi item deest in libris interpretatio. lemmate relicto. Edit. pr. etiam titulos om. De *Meu* vide Dioscor. c. 13. et de *cardamomo* c. 5. et II, 185. — 67) Sic Ar. pr. *sqnum* (sic) Z. Gu. 1. va. — *siquinum* Gu. 2. — *scivinum* Gu. 4. — 68) *melior* Z. Gu. 2. 4. va. pr. — 69) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *fricatur* vulg. — 71) Sic scripsi e coniectura. — Gu. 1. *qunantos* — Gu. 2. va. *squinnuantos*. — Z. *sqnum antus*. — Ar. σχοίνανθος. — 72) Sic Gu. 1. — *appellatum* vulg. — *dicitur* va. — 73) *fert* Z. — 74) Ge. IV, 169. — 75) Sic Ar. — *flagr.* vulg.

13. Epithymum Graecum nomen, quod Latine dicitur flos thymi. Nam flos Graece thymum vocatur. Est autem flos tymbrae similis.

14. Sampsuchus[1] est, quem[2] Latini amaracum vocant. Cuius nominis usum Virgilius etiam ad Venerem referens ait[3]:

Ubi mollis amaracus illum
Floribus[4] aspirans amplectitur[5] umbra.

Apta est autem haec herba unguentis. Unde et nomen traxit amaracus a puero cuiusdam regis, qui casu lapsus dum ferret unguenta, novum et gratissimum ex confusione odorem creavit.

15. Hyacinthus herba est habens florem purpureum. Traxit autem nomen a puero quodam nobili, qui in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus, deditque nomen herbae puerilis funeris casus. Est autem radice et flore bolbo[6] similis, pueros a pubertate retinens.

16. Narcissus herba fabulose[7] impositum nomen habet a quodam puero, cuius membra in hunc florem transierunt, qui et nomen Narcissi in appellatione custodit, et decus pulchritudinis in candore retinet foliorum.

17. Rosa a specie[8] floris nuncupata, quod rutilanti[9] candore[10] rubeat.

18. Lilia lactei floris herba, unde et[11] nuncupatur[12], quasi liclia[13], cuius dum[14] candor sit in foliis, auri tamen species intus effulget.

19. Viola propter vim odoris nomen accepit. Huius genera sunt tria[15], purpureum, album, melinum[16].

20. Acanthus herba Aegyptia semper frondens, spinis plena, flexibili[17] virgulto.

21. In cuius imitatione arte[18] vestis ornatur, quae acanthina dicitur, et[19] acanthis dicta.

22. Hedera dicta, quod[20] arboribus reptando adhaereat. De qua Virgilius[21]:

Inter victrices hederam[22] tibi serpere lauros.

Alii hederam aiunt vocatam, quod hoedis supra lactis abundantiam in escam[23] a veteribus praebebatur[24].

1) Sic Ar. — *Samsucus* vulg. — *est* om. Gu. 1. 2. — 2) *quam* Gu. 1. — 3) Aen. I, 697. — 4) *et dulci* add. Arev. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *molli complectitur umbra* vulg. — 6) *volvo* Gu. 1. — *volvi* Z. al. — *bulbi* Ar. — *bolbi* Gu. 2. — *violae* vulg. — 7) *fabulose* om. Z. — 8) *ab specie* va. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *rutilante* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *colore* vulg. — 11) *et* om. Z. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *nuncupata* vulg. — 13) *liclia* pro *lidia* Ar. — *ladia* Gu. 1. — *liglia* Gu. 2. — 14) *dum* pro *cum* Z. Gu. 1. — 15) *Huius tria sunt gen.* va. — 16) *medium* va. — 17) *flexili* ed. Goth. Ar. — *flexibile virgultum* Z. — *virgultu* pr. va. — 18) *artis* Gu. 1. — 19) *ex acanthis* va. — *dicitur* om. Gu. 1. — 20) *quia* Z. — 21) Eclog. VIII, 13. — 22) *ederas* Z. — 23) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *esca* vulg. — 24) Sic Gu. 2. Ar. — *praebeatur* vulg. — 25) Sic Gu. 1., nisi quod *ut* om. — Vulg. *secundum physicos.* — Edit. va. *Nam sec. phys.* — 26) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *si quis* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *inde a Gr.* — *modo a Gr.* Z. — *a Graecis nomen* al. — 28) *Hunc* Gu. 2. al. — 29) *mutam* Gu. 1. — *mutatam* Z. — 30) *reducat* Z. — 31) *Duo aut. sunt* Z. — 32) al. add. *Hunc autem periti loquuntur escam esse et alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis evitant: etenim si . . . medicinae plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videlicet est propriam, quanto magis proprietate naturae ad cibum proficit, quod medicinali manu convertitur ad salutem?* — 33) *proventum* Z. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *noxiam herbam* vulg. — 35) *nominamus* Gu. 2. — 36) *Tusca lingua* Z. — 37) Vulg. *ex eo*, sed *ex* om. Z. Gu. 1. 2. — 38) Vulg. *ex arb.*, sed *ex* om. Gu. 1. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — Vulg. *exprimuntur.* — 40) Sic Gu. 1. — *citius coqui* vulg.

23. Hederae frigidae terrae indices sunt, ut Physici dicunt. Nam antipharmacum ebrietatis est, si qui[26] potus hedera coronetur.

24. Elleborum memorant Graeci circa Elleborum quendam fluvium plurimum gigni, atque a Graecis inde[27] appellari. Hoc[28] Romani alio nomine veratrum dicunt, pro eo quod sumptum motam[29] mentem in sanitatem reducit[30]. Duo sunt autem[31] genera, album et nigrum[32].

25. Acone portus est Bithyniae, qui proventu[33] malorum graminum usque adeo celebris est, ut noxias herbas[34] aconita illinc nominemus[35]. Nam toxica[36] venena eo[37] dicta, quod arboribus[38] taxeis exprimantur[39], maxime apud Cantabriam.

26. Euphorbium dictum, quod eius succus oculorum acuat visum. Cuius vis tanta est, ut duris carnibus superadiecta coqui citius[40] compellat. Nascitur in multis locis, sed plurima[41] in Mauritania.

27. Laser[42] herba nascitur in monte Oscobagi[43], ubi[44] Ganges fluvius oritur, cuius succus primum[45] dictus lacsir[46], quoniam manat in modum lactis, deinde[47] usu derivante[48] laser nominatus[49] est. Hoc et[50] a quibusdam opium Cyrenaicum appellatur[51], quoniam et apud Cyrenas nascitur.

28. Aloe[52] herba amarissimi succus[53]. Panace[54] herba fragrantis[55] odoris, tyrso ferulae similis, ex quo profluit succus, qui dicitur opoponace[56], croceus et pinguis, odore gravis et amarissimus[57].

Galbanum[58] *.

29. Dicta mons[59] Cretae[60], ex quo dictamnum[61] herba nomen accepit, propter quam[62] apud Virgilium[63] cerva vulnerata saltus peragrat Dictaeos[64]. Tantae enim[65] potentiae est[66], ut ferrum a corpore[67] expellat, sagittas excutiat, unde et eius pabulo ferae percussae sagittas a corpore inhaerentes eiiciunt. Hanc quidam Latinorum poleium[68] Martis dicunt, propter belli tela excutienda.

30. Mandragora dicta, quod[69] habeat mala suaveolentia, in magnitudinem[70] mali Matiani. Unde et eam Latini malum terrae vocant. Hanc poetae *ἀνθρωπόμορφον* appellant, quod habeat radicem formam hominis simulantem[71]. Cuius cortex vino mixta[72] ad bibendum datur[73],

— 41) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *maxime* vulg. — 42) *Lasar* Gu. 2. — 43) *Scobagi* Z. — *Oscobagris* Gu. 1. 2. — *Ascobagi* va. — 44) *ubi et* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — 45) Sic Gu. 1. va. — *dictus prim.* vulg. — 46) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *lasir* vulg. — 47) *demum* Z. — 48) *derivatico* Z. — *derivate* Gu. 2. — 49) Sic Gu. 1. — *nominatum* vulg. — Ed. va. *nominatur.* — 50) *est* pro *et* Ar. — *a* om. Z. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. — *appellatum* vulg. — 52) *Aloes* Z. — *Aloen* Gu. 1. 2. pr. va. — 53) *succus* Z. Gu. 1. 2. pr. va. Fortasse est genit. sing. quartae declin. *succus, us,* ut apud Apul. *succuum*, quare hanc formam recepi pro vulgata *succi.* — 54) *Panaces* Gu. 1. 2. pr. — *Penaces* Z. — *Panacis* va. — 55) *flagr.* Gu. 1. 2. — 56) Sic Gu. 1. — *opop. dic.* vulg. — *opoponaces* Z. — *opopannascis* Gu. 1. 2. pr. va. — 57) *amarissimum* Gu. 1. — 58) Vulg. add. *est genus pigmenti albi, crescens in monte Amomo Syriae. Alias succus* (ab hoc incipiunt Z. Arev.) *est* (*est* om. Z. — *vel sucus* va.) *ferulae,* quae om. Gu. 1. 2. Quare defectus signa posui. — 59) *Dictammon* Z. — *Diptamnus* Gu. 2. pr. va. pro *Dicta est mons.* — *est* om. Gu. 1. — 60) *Graece* Z. — 61) Sic vulg. — *diptamnus* Gu. 2. — *dicteramum* Z. — *dictamum* va. — 62) *propter quod* Gu. 1. 2. — 63) Aen. IV, 73. — 64) *Dictaeos* addidi ex Arev. — *dictannos* Z. va. — *dictamnus* Gu. 1. — 65) *enim tantae* Gu. 1. — 66) *dictamnum* add. vulg. — om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 67) *corpori* pro *a corpore* Z. al. va. — 68) *pulegium* Z. Ar. — *puleium* Gu. 2. va. — 69) *eo quod* va. — 70) *in magnitudine* Z. va. — 71) *simil.* Z. al. va. — Vulg. add. *ἄνθρωπος enim Graece, Latine dicitur homo,* quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 72) Sic Z. va. — *missa* Gu. 1. — *mixtus* vulg. — 73) *iis* add. vulg. — om. Z. Gu. 1. 2.

quorum corpus[1] propter curam secandum, ut soporati dolorem non[2] sentiant. Huius species duae[3].

Femina, foliis lactucae similitudine, mala generans in similitudinem prunorum[5].

Masculus vero foliis betae similibus[6].

31. Papaver herba somnifera, de qua Virgilius[7]: *Lethaeo perfusa papavera somno.* Soporem enim languentibus facit. Eius[8] alia est usualis, alia agrestis, ex qua fluit succus, quem opium[9] appellant[10].

32. Colocynthis[11] cucurbita agrestis et vehementer amara, quae similiter ut cucurbita per terram flagella[12] tendit. Dicta autem colocynthis[13], quod[14] fructu rotundo[15] atque foliis, ut cucumis[16] usualis.

33. Centauriam[17] Graeci vocant, quoniam a Chirone Centauro fertur reperta. Eadem et *λιμνήσιος*, quia locis humectis nascitur. Eadem et fel terrae propter amaritudinem.

34. Glycyriza[18] Graece ex eo dicta, quod dulcem radicem habeat, *γλυκὺ* enim Graece dulce[19] dicunt. Eadem *ἄδιψες*, quia sitientibus sitim sedat.

35. Dracontea vocata, quod hasta eius varia sit in modum colubri, similitudinemque draconis imitetur, vel quod eam herbam vipera timeat.

36. Chelidonia ideo dicitur, vel quod adventu hirundinum videtur erumpere, vel[20] pullis hirundinum si oculi auferantur, matres eorum illis[21] ex hac herba mederi[22] dicantur[23].

37. Heliotropium[24] nomen accepit primo, quod aestivo solstitio floreat, vel quod solis[25] motibus folia circumacta convertat. Unde et a Latinis solsequia[26] nuncupatur. Nam et sole oriente flores suos aperit, item se recludit[27], cum sol occubuerit. Ipsa est, quam Latini intubum[28] silvaticum vocant. Haec et verrucaria, quod extinguat verrucas ex aqua potata[29], vel in cataplasmate posita abstergat.

38. Pentaphyllon a numero foliorum dicta, unde et[30] eam Latini quinquefolium[31] vocant, herba adeo[32] munda, ut purificationi et templis adhiberi a gentibus[33] solita esset.

39. Hysopum[34] herba purgandis pulmonibus apta. Unde et in veteri testamento per

1) *corpora . . secanda* (*obsecanda* va.) *sunt* Gu. 1. Z. va. — *est* om. Gu. 1. — 2) *minime* Z. — 3) *spec. sunt II* va. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *similibus* vulg. — 5) *prunarum* Z. Gu. 1. va. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *folia . . similia habet* vulg. — 7) Ge. 1, 78. — 8) *Eius* om. va. — 9) *oppion* Gu. 2. va. — *apimon* Gu 1. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *vocant* vulg. — 11) *Coloquintidis* Z. — *Coloquintida* Gu. 1. pr. va. — *Coloquintis* Gu. 2. — — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *flag. per terr.* vulg. — 13) *coloquintida* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 14) *sit* add. vulg. — om. Gu. 1. — 15) *retunda* va. — 16) *cucumeris* va. — 17) *Centauream* Ar. — 18) *vel liquiricia* Gu. 2. supra vers. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dulce Graeci* vulg. — *Graece* pr., quod recepi, quum *dicunt*, quod sequitur, absit a Gu. 1. — 20) *quod* add. vulg. — om. Gu. 1. — 21) *illis* om. Z. — *illos* va. — 22) *medere* va. — 23) Sic Z. Gu. 1. — *dicuntur* vulg. — *dicunt* va. — 24) *Elictropia* va. — 25) *et solis* va. — *vel* om. Gu. 1. 2. pr. — 26) *solisequia* Z. Gu. 2. Ar. — 27) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *idem et se recludit* Z. — *et sero cum sol occubuerit, recludit* va. — Vulg. *item sero claudit.* — 28) *intib.* Z. — 29) *pota* Ar. — 30) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. — *quam Lat.* va. — 31) *quinque foliorum* va. — 32) *adeo herba* Z. — 33) *gentilibus* va. Ar. — 34) *Ysopum* Gu. 1. 2. — *Hysopus* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *fascicula* Z. — *fasciculos* vulg. — 36) *agni* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *aspergebatur . . volebat* Ar. Isidorus sua hausit ex Augustin. in Psalm. 50 (al. 51.), 9. — 37) *Pontum* va. — 38) *est* add. vulg. — om. Z. Gu. 1. 2. va. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Reu autem radix dicitur* vulg. — 40) *Reubarbarum ergo, quasi radix barbara* vulg., sed vv. *Reub. ergo* om. Gu. 1. 2. va. — 41) *Reupont.* om. Gu. 1. 2. va. — *Reu vocatum* Z. — 42) *quasi radix*

hysopi fasciculum[35] aspergebantur agni[36] sanguine, qui mundari volebant. Nascitur in petris haerens saxo radicibus.

40. Reubarbarum, sive reuponticum illud, quod trans Danubium in solo barbarico, istud quod circa Ponticum[37] colligitur, nominatum[38]. Reu autem dictum, quod sit radix[39], quasi radix barbara[40].

Reuponticum[41] quasi radix pontica[42].

41. Hyosquiamos[43] a Graecis dicta[44], a Latinis herba calicularis, quod caliculi eius in figuram[45] cantarorum nascantur, ut est mali Punici, quorum ora serrata sunt, habentes[46] intrinsecus semina papaveri[47] similia. Haec herba et[48] insana vocatur, quia usus eius periculosus est. Denique si bibatur, aut[49] edatur, insaniam facit, vel somni imaginem torpidam[50]. Hanc vulgus milimindrum dicunt[51], propter quod alienationem mentis inducit[52].

42. Saxifraga[53] vocata, quod semen eius petras in vesica frangat atque comminuat.

Gentiana nomen sumpsit, ut memorant medici[54], ab inventore, radicibus aristolochiae similibus. Nascitur sub alpibus atque Galatia Asiae[55].

Satureta calida et prope ignita. Unde et[56] illi nomen inditum credunt, quod pronos facit in venerem.

43. Satyrion[57] dicta a Satyris, propter incendium libidinis, quam vulgus vocant stingum[58], venerem enim suscitat. Idem[59] et orchis, quod radix eius in modum testiculorum sit, quos Graeci ὄρχεις vocant. Item et leporina, propter quod caulem mollem emittat.

44. Urtica ex eo[60] vocata, quod tactus eius corpus adurat. Est enim igneae omnino naturae, et tactu perurit, unde et pruriginem facit[61].

45. Artemisia herba Dianae a gentibus[62] consecrata est, unde et nuncupata. Graece enim[63] Diana Ἄρτεμις dicitur[64].

46. Chamaemelon[65] Graece dicta, quod mali Matiani odorem habeat, sitque brevis terraeque[66] vicina.

47. Chamadrys[67] a Graecis appellata[68], quod sit brevis, et per terram strata et minuta foliis parvissimis.

barbara pontica Z. — 43) *Hyoscyamos* Ar. — 44) *dicta* addidi e Gu. 1. 2. va. — 45) *in figura* Gu. 1. al. — 46) Sic Z. Gu. 1. va. — *habentia* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *papaveris* vulg. — 48) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. Ar. — 49) *aut* pro *vel* Gu. 1. — 50) *trepidam* Gu. 1. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *dicit* vulg. — *vocat* Z. — 52) Cod. Zittav. va. addunt haec: *utilis est* (om. va.) *autem contra humorem nexanicum, sed custodiendus est* (om. va.), *qui eam accipit, usque in crastinum ad eandem horam* (*ab eadem hora* va.), *qui illam bibit, ne per insaniam aliquam* (*aliquid* va.) *contrarietatem* (*contrarietatis*) *exerceat.* — 53) *Saxifragia* Gu. 1. ed. Vulcan. — 54) Sic Gu. 1. — *med. mem.* vulg. — 55) Sic Gu. 1. Ar. — *atque in Galatia Asiae* Z. va. — *atque Galatiae Asiae* Gu. 2. — *atque Asiae* pr. — *Galatiae et Asiae* vulg. — 56) Sic Z. Gu. 1. — *illi et* vulg. — 57) *Satyrion* et *Urtica* om. cod. Zittav. — 58) Sic Gu. 1., nisi quod *instinctum* exhibet, ut Gu. 2. — *stingum* Ar. — *stincum* al. — *stringum* vulg. — *Stigum* suspicatur Arev., quum apud Ioannem de Ianua *stiga* sit *aculeus, stimulus*, unde *instigare* derivat. — 59) Sic Gu. 1. 2. — *Eadem* vulg. — 60) *ex eo* addidi e Gu. 1. 2. — *Urt. exinde dicta* va. — 61) *et utilis valde* (*pulvis eius* add. va.) *ad sanguinem stagnandum* al. va. add. — 62) Sic Gu. 1. 2. ed. Goth. — *gentilibus* vulg. — 63) *enim* om. Gu. 2. — 64) Z. va. et al. add. *est enim* (*autem* al.) *medicis apta* (*apta med.* al.) *et potui* (*potu* al.) *sumpta* (*aufert* add. al.) *dolorem cordis* (*et profluvium sanguinis* add. va.) — 65) Hunc articulum om. Z. — *Camimilos* Gu. 1. — *Camimelos* Gu. 2. pr. va. — 66) *ac terrae* va. — 67) *Camidrios* Z. Gu. 1. 2. pr. — *Amidrios* va. — 68) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *appellata a Gr.* Z. — *appellatur* vulg.

48. Paeon quidam medicus fuit, a quo Paeonia herba perhibetur inventa, ut Homerus[1] dicit. Hanc quidam glycysiden[2] vocant, quod dulcis saporis sit[3], vel pentorobom[4] a numero granorum, vel, ut alii[5], dactylosam a similitudine digitorum[6]. Nascitur in silvis.

49. Buglossos[7] a Graecis dicta, eo quod folia asperrima[8] ad modum linguae bovis. Quae mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda a veteribus memoratur. Convivii quoque hilaritatem praebere fertur: pro olere[9] etiam sumitur.

50. Arnoglossos[10], id est, agni lingua, quae Romanis[11] plantago dicitur, quod planta eius cito adhaereat terrae. Hanc[12] multi pro olere vescuntur.

51. Herpillos[13], quae[14] apud nos serpillus[15], pro[16] eo, quod ipsius radices serpant longe[17]. Eadem et matris animula, propter quod menstrua moveat.

52. Aristolochia dicitur, quod muliebribus foetis optima sit. Nam supersessa post partum, matricem beneficio vaporis expurgat. Huius herbae[18] genera sunt duo[19], quarum una aristolochia rotunda dicitur, propter quod rotundam radicem habeat, altera aristolochia longa, quia radicem longam[20] habet, cum ramis et foliis longioribus, quam etiam[21] dactylintem[22] vocant, quod sit radice robore digitali et longa[23].

53. Erigeron[24], nomen dicitur[25] a Graecis, quod vere primo senescat. Unde et eam Latini[26] senecionem vocant. Nascitur per macerias[27].

54. Psyllios[28] dicta, quod semen simile pulici[29] habeat. Unde et eam[30] Latini herbam pulicarem vocant.

55. Hierobotane ideo a Graecis hoc[31] nomen accepit, quod remediis ac ligamentis[32] hominum et purificationibus sacerdotum a gentibus[33] apta probaretur[34]. Unde et eam pontifices sagmen appellabant, quasi sancimen, haec et[35] verbena, quia pura[36].

56. Calinrus, herba asperrima et spinosa[37].

Struthios[38], quam quidam herbam lanariam vocant, eo quod plerique lanam ex ea lavent[39]. Nascitur locis[40] cultis[41].

1) Iliad. ἑ, 401. — *Paeonia sive Paeonilla* Z. va. — 2) *glesidem* Z. Gu. 2. pr. — *glisidem* Gu. 1. va. — 3) *sit* add. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — Quae sequuntur om. Z. — 4) Sic Ar. — *pentorobiam* Gu. 1. — *pentorobinam* Gu. 2. — *penterobinam* vulg. — 5) *putant* add. va. — 6) Sic Gu. 1. — *dig. sim.* vulg. — 7) *Boglossus* Gu. 2. va. — *Boglosus* Gu. 1. — *Bolgosus* Z. — 8) *asp. habeat* va. — *asp. ad mod. l. b. habeat* vulg. — *habeat* om. Gu. 1. — 9) *dolore* Gu. 1. — *et pro olere etiam* va. — *oleribus* Z. — 10) *Arnoglossos . . . . Cimicia . . . atque cultis* om. cod. Zittav. — *Arnoglossus* Gu. 2. — 11) *a Rom.* Ar. va. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *Hac* vulg. — *pro hol. hanc m. v.* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *Herpillus* vulg. — 14) *qui* va. — 15) *vocatur* add. vulg. — om. Gu. 1. — 16) *pro* om. va. — 17) Sic Gu. 1. — *rad. ips. long. serp.* Gu. 2. — Vulg. *rad. eius* (*ipsius* va.) *longe serp.* — 18) *herbae* om. va. — 19) *duo sunt* va. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *long. rad.* vulg. — 21) *et* add. vulg. — om. Gu. 1. — 22) Sic Ar. — *dactilinum* vulg. — *dactylion* Gu. 1. 2. — 23) *altera rotunda* add. va. — 24) Sic Ar. — *Erigonon* vulg. — *Erigonomen a Gr.* pr. — *Erigomon* va. omissis *nomen a Gr.* — 25) Sic Gu. 1. — *a Gr. dic.* vulg. — 26) *herbam* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 27) *mater.* Gu. 1. 2. — 28) Sic pr. va. — *psyllius* Gu. 1. 2. — *Psyllion* vulg. — 29) Sic Gu. 1. — *sim. pulicis* Gu. 2. — *pulicis sim.* vulg. — *pulici* va. — 30) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 31) *hoc* om. va. — 32) *ligaturis* va. — *legationibus* Ar. — 33) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *gentilibus* vulg. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. — *prob. apta* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. va. — *et haec* vulg. — *et* om. Ar. — 36) *proficit* (*enim* add. va.) *fribolicis*, *si bibatur* add. al. va. — 37) Vulg. add. *pungens et retinens*, *vulnerans appropinquantem sibi et adunco dente comprehendens.* Quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 38) Sic scripsi e Gu. 1. 2., in quibus est *Strucios.* — Vulg. *Strutius.* — *Struthius* Ar. — 39) *habent* Gu. 2. — 40) *in locis* vulg., sed *in* om. Gu. 1. 2. va. — 41) *Splenos dicta*, *quod splenem auferat* add. Gu. 2. va. Ar. — 42) *Cimiacia* Gu. 1. — 43) *dicta* addidi e Gu. 1. va. — 44) Sic Ar. — *corionem* vulg. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *cultis* vulg. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Marub.*

57. Cimicia[42], propter similitudinem cimicis dicta[43]. Unde et eam Graeci *κόριον*[44] vocaverunt. Nascitur in locis asperis atque incultis[45].

58. Marrubium[46], quod Graeci prasium[47] dicunt, vocatum[48] propter amaritudinem. Nascitur in campis.

59. Poleium[49], apud Indos pipere pretiosius est[50].

60. Absinthium[51] Graecum nomen, cuius probabilius est, quod in Ponti regione nascitur, unde et absinthium[52] Ponticum nominatur[53].

61. Symphytos[54], Graece dictus, eo quod tantam in radice virtutem habeat[55], ut frusta carnis aspersa in cacabo coagulet.

62. Polypodion herba, cuius radix hirta[56] atque crinita, ut est polypus, ex[57] quo derivatum[58], ut polypodion diceretur. Nascitur in teneris petrarum terris, sive quercis[59] vicinis.

63. Polios a Graecis, a Latinis Omnimorbia, quod multis morbis subveniat. Nascitur in montibus et duris locis[60].

64. Scammonia, quam Latini acridium vocant, herba succo[61] plena, quae[62] colligitur sub cavata radice. Denique terram rotunda[63] cavitate fodiunt, tum[64] suppositis aut cochleis, aut nucis foliis excipitur succus atque siccatus aufertur. Venit autem saepius probabilius[65] ex Mysia Asiae. Huic contrarius atque falsus ex Syria, vel[66] Iudaea.

65. Daucos[67], foliis foeniculi[68] similibus thyrso bipalmis[69].

Citocatia vocata[70], quod ventrem cito depurgat[71], quam vulgus corrupte[72] citocotiam[73] vocant[74].

66. Lappa dicta, quod habeat caulem ingentem per terram dispositam[75]. Haec herba a Graecis *φιλάνθρωπος* vocatur[76], quod vestibus hominum inhaereat ob asperitatem sui. Nascitur iuxta muros.

67. Capillum[77] Veneris vocatum, sive quod elapsos[78] post alopeciam capillos recreat. vel

vulg. — 47) *prassium* Gu. 1. 2. — *basium* Z. — 48) *vocatur* Gu. 2. — om. Z. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *Pulegium* vulg. — om. hunc articulum pr. va. — 50) *Habet autem vim thermanticam, calefacit et deducit, extenuat et purgat et digerit* add. vulg., quae om. Z. Gu. 1. 2. (a verbis *apud Indos*) al. — 51) *Absinticum* Gu. 1. — 52) *absinticum* Gu. 1. — 53) Sequuntur vulgo haec: *Est* (*enim* add. va. *autem* al.) *amarum gustu, suave* (*et suavis* va.) *odore, temperamentum corpori praestans* (*praestat* va.), *cuius contusa folia auferendis doloribus vel contusioni* (*contusione* Z. — *ad contusiones* va.) *corporum utilissima comprobantur*, quae om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 54) *Sipatus* Z. — *Simpatus* Gu. 1. 2. pr. — *simphatus* va. — *symphytos* al. — *symphatum* al. Recepi *symphytos* pro vulg. *symphyton*. — 55) *tant. virt. in rad. hab.* va. — 56) Sic Z. Gu. 1. 2. — *hirsuta* va. — *hispida* vulg. — 57) *a* Z. — 58) *est* add. Z. Gu. 2. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. Est hoc loco secundae declin., ut apud Pallad. genit. *querci* reperitur. — 60) Vulcan. notat in quodam exemplari haec praeterea haberi: *De una radice multas et tenues fibras mittit seminis plenas, in summitate habens quosdam corimbos canescentes odore gravi et subdulci. Succus eius in aqua cocta a serpentibus percussos sanat; sparsa in domo, vel incensa omnes serpentes fugat.* Haec absunt a codd. Z. Gu. 1. 2. editt. pr. va. Ar. In textum recepit Vulcan. et Gothofr. — 61) Sic Gu. 1. — *succi* vulg. — 62) *quod* Z. Gu. 2. — 63) *rotundam* Gu. 1. al. — 64) *tum* om. va., quae exhibet *suppositisque*. — 65) Sic Gu. 1. 2. va. — *probabilius* Z. — *probabilior* vulg. — 66) *vel* pro *atque* (*et* va.) Z. Gu. 1. 2. — 67) Sic Gu. 1. 2. Om. articulum Z. — 68) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *foliis foeniculis, tyrso* etc. — *feniculi* va. — 69) *bipalmi* Ar. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *dicta* vulg. — 71) Sic Gu. 1. 2. — *depurget* vulg. — *purgat* Z. — 72) *corrupte* om. Z. — 73) *citociam* Gu. 1. — *citicotiam* Z. va. — 74) *vocat* pr. va. — 75) *disposita* Ar. — 76) *vocatur* om. Gu. 1. — 77) *Capillus Ven. Rubia. Anchusa* om. cod. Zittav. — *Capillum* Gu. 2. al. va. quod verum est, sequitur enim *vocatum* pro *vocatus* in Gu. 1. 2. va. Est accusativus. — 78) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *delapsos* vulg.

quod capillorum fluores coercet [1], vel quod sit virgulis nigris lenibus cum splendore quasi capilli. Nascitur in aquosis locis.

68. Rubia [2] dicta, quod radix eius sit rubra [3], unde et colorare lanas perhibetur. Est [4] et utilis pulvis ex eius radice factus, sive in cibum sumptus, sive potui datus ad eos, qui rabiem patiuntur.

69. Anchusa, cuius radix contrita digitos inficit. Est enim colore sanguineo, unde etiam pictoribus ad purpuram efficiendam usui [5] est.

70. Chamaeleon, quae Latine viscarago [6] vocatur, eo quod viscum gignat, in quo haerent aves, quae descenderunt ad escam propria voluntate [7].

71. Cicuta [8], propter quod in thyrso geniculato [9] nodos habeat [10] occultos, ut canna, sicut [11] dicitur fossa caeca, quae occulta est. Haec potui data interficit. Hanc in carcere Socrates bibit [12] et exspiravit. Persius: *dicere* [13] *sorbitio, tollit quem* [14] *dira* [15] *cicuta.* Haec dum hominibus venenum sit [16], capellas efficit pingues.

72. Trifolium est [17], quod [18] Graeci τρίφυλλον vocant, quod foliis trinis sit [19] per singulas adnationes [20].

73. Phlomos [21], quam Latini herbam lucernarem [22] vocant, ab eo quod ad lychnia [23] facit [24]. Eadem et lucubros, quod lucem praebeat umbris.

74. Pyrethron Graece dicta, quod [25] habeat radicem incendiosam atque coacervantem [26].

75. Althea malva agrestis, sive malvae viscus, sed althea, quod in altum surgit [27], et [28] viscus, quia glutinosa est [29].

76. Origanum [30], quod Latine colena [31] interpretatur [32], propter quod infusum [33] coloret vinum [34].

77. Tithymallum [35], sumpsit vocabulum [36], quod comam foliorum [37] ad radium solis circumacta [38] convertit [39]. Nam Graeci solem τιτᾶνα [40] vocant, μαλλὸν [41] comam, ex quo confectum est. ut tithymallum diceretur. Huius species septem diversis locis [42] nascentes.

78. Strychnos [43], quae Latine herba salutaris vocatur [44], propter quod dolorem capitis et stomachi incendium mitigat. Idem [45] et uva lupina propter [46] semen eius [47] uvae simile [48].

1) *coerceat* Gu. 1. al. va. — 2) *Rubeia* pr. — *Bubrica* Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *rubea* vulg. — 4) *Est et . . patiuntur* om. Gu. 2. pr. Ar. — *Est enim* va. — 5) *usus* Gu. 1. 2. va. — *effingendam* pro *efficiendam* Ar. — 6) *viscara* Z. — *vascarago* Gu. 2. pr. va. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *propr. vol. desc. ad esc.* vulg. — *descendunt* pr. va. Ar. — *descendit* Z. — 8) Hunc articulum om. Z. — 9) Sic Ar. — *geniculatos* vulg. — 10) *habet* va. — 11) *sicut* pro *sic* Gu. 1. al. va. — 12) *Socr. bib. in carc.* va. — 13) Sic Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *Persius dicit.* Locus est Sat. IV, 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quem tollit* vulg. — 15) *dirae* va. — *dura* Gu. 1. — 16) *sit* va. Ar. — 17) *est* om. Z. Gu. 2. va. — 18) *quam* Z. Gu. 2. va. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *sit fol. trin.* vulg. — 20) Sic Ar. — *annotationes* vulg. — Vulcan. coniecit *adnodationes*. — 21) *Plominos* Z. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. — *lucernalem* vulg. — 23) Sic Ar. — *licinia* Gu. 1. va. — *lacinia* Gu. 2. — *alumina* Z. — *lucinium* vulg. — 24) Sic Gu. 1. — *faciat* Z. Gu. 2. al. va. — *proficiat* vulg. — 25) *eo quod* Z. — *ab eo quod* va. — 26) *coacerbantem* Z. va. Addunt praeterea iidem libri haec: *est enim utilis in cytera, praegrandis* (*purgandis* va.) *a flegmis* (*flegmate* va.) *capitibus hominum.* — 27) *surgat* al. va. — 28) *et* om. va. — Vv. *et viscus . . Tithymallum . . . nascentes* om. Z. — 29) Edit. va. addit: *nascitur in locis humectis. Cuius radices adcoctae mixtae porcino adipi ad sublevandum dolores vel tumores vulnerum valde utilis comprobatur.* — 30) *Origano* Gu. 1. 2. — 31) *colerina* Gu. 1. 2. — *colora* al. ap. Vulcan. — 32) *dicitur* va. — 33) *infusa* Gu. 1. al. — 34) Al. add. *haec autem herba calida est, deducit etiam phlegma et mingitur.* — 35) Praecedunt in edit. va. haec: *Titimallus nascitur in locis humectis, utilis in confectione ad purganda onera ventris. Titimallum* etc. — 36) Sic Gu. 1. — *voc. sumps.* vulg. — 37) Sic Gu. 1. 2. — *folior. com.* vulg. — 38) *circumactam* Gu. 1. — 39) Sic Gu. 1. — *convertat* vulg. — 40) *titan* (ut Gu. 1. 2. pr.)

79. Polygonos[49], quam Latini herbam sanguinariam vocant, quod[50] missa in nares[51] sanguinem moveat.

80. Ambrosia, quam Latini apium silvaticum vocant. De qua Virgilius[52]:

Ambrosiaeque comae divinum[53] vertice odorem
Spiravere[54].

Apiacon[55], quod eius flores[56] maxime apes[57] appetunt[58].

Portulaca *.

81. Rosmarinum[59], quam Latini ab effectu herbam salutarem vocant: folia[60] foeniculi similia[61] atque aspera, et rotatim terrae prostrata.

Colocasia *[62].

82. Mantha agrestis, quam Graeci καλαμίνθην, nostri vulgo nepetam[63] vocaverunt, maioris virtutis et vehemens[64] in calore.

83. Genicularis herba substernitur[65] ob scorpionum vim repellendam.

Gladiolus, quod sit foliis gladii similibus, cubitali thyrso[66], floribus purpureis.

84. Verbascum *[67].

Agaricum, radix vitis albae[68].

Calamitis *.

Lappa *.

Lappago *.

Beneola *.

Orcibeta *.

Myrobalanum *[69].

Asphodelus[70], quam Latini a colore albutium[71] vocant.

85. Squilla[72], quod nocens sit, de qua superstitio gentilium dicit[73], quod, si integra ad limen suspendatur, omnia mala fugat.

86. Chamaepitys a Graecis dicta, quod terrae adhaereat, et odorem pini habeat. Hanc Latini cucurbitularem vocant, quod ex parte odorem cucurbitae referat.

Staphysagria amoenis[74] nascitur in locis[75].

solem va. — 41) *mallonem* Gu. 1. 2. pr. va. — 42) *div. in locis* Gu. 2. al. va. — 43) *Stringos* va. — 44) *vocata* Gu. 2. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *Eadem* vulg. — 46) *propter quod* Z. al. — 47) *eius* om. va. — 48) *uvae seminibus similetur* Z. — 49) Sic scripsi e Gu. 1., in quo est *Polignos* — Gu. 2. *Pilologonos* — *Polygonus* Z. Ar. — 50) Vulg. *propter quod*, sed *propter* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 51) Sic Gu. 1. — *in naribus* vulg. — 52) Aen. I, 407. — 53) *divinae* Z. — 54) *odore aspir.* Z. — *odorem adsp.* Gu. 2. al. va. pr. (*asp.*) — 55) *Apiaco* Gu. 1. 2. — *Apiacon* Ar., idque recepi pro vulg. *Apiacum*. — 56) Sic Gu. 1. — *flores* (*florem* Gu. 2.) *eius* vulg. — 57) Sic Gu. 1. va. — *apes max.* vulg. In cod. Zittav. desunt hi articuli: *Apiacom*, *Rosmarinum*, *Mantha*, *Genicularis herba*, *Gladiolus*, *Agaricum*, *Asphodelus*. — 58) Edit. va. add. *Eadem et porcillata.* — Gu. 1. *Porcillata, rosm.* — Gu. 2. *Porcilaga, rosm.* Lege *Portulaca* cum defectus signo, quod posui. — 59) *Rosmarinus* Arev. — 60) Vulg. *cuius folia,* sed pron. om. Gu. 1. 2. va. — 61) *sunt sim.* vulg., sed *sunt* om. Gu. 1. 2. va. — 62) *Colocasia* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 63) Sic Gu. 2. va. Ar. — *neptam* Gu. 1. — 64) *vehementis* Gu. 1. va. — 65) *sustern.* Gu. 1. — 66) Sic Gu. 1. 2. Ar. va. — *cubitalis*, omisso *thyrso* vulg. — 67) *Verbascum* (*eadem et verbascum* va.) addidi e Gu. 1. 2. Ar. va. — 68) *eadem et mirobalanum* add. va. — 69) Ad vv. *Calamitis*, (*Calamites* Z. Gu. 2. Ar. — Z. add. *albae*) *Lappa* (*lampa* Gu. 2.), *Lappago* (*Lapago* Ar.), *Lapella*, *Beneola* (Sic Ar. — *Veneola* Z. Gu. 1. 2.), *Orcibeta* (*Orciveta* Z.), *Myrobalanum* (om. h. l. va., quum supra id legatur in hoc libro) defectus signa posui cum Arevalo, quum interpretationes desint in codd. — 70) *Asoolidum* Z. — *Affodilos* Gu. 1. 2. va. — 71) *alluctium* Z. — *albucum* Ar. — 72) *Scilla* Z. Ar. va. — 73) *dicit sup. gent.* va. — 74) Articulos *Chamaep.* et *Staphysagria* om. Z. — *Caumipetos* Gu. 1. — *Cacompipetos* Gu. 2. — *Camipedos* va. — 75) Sic Gu. 1. — *nascitur am.*

87. Asplenos[1] dicta, quod splenem auferat, sive scolopendios[2], eo quod folia ipsius scolopendro animali sunt similia. Nascitur in humidis petris[3].

88. Volvus[4] appellatus, quod sit radix eius volubilis[5] et rotunda[6].

Stoechas in insulis Stoechadibus nascitur, unde et[7] nuncupatur.

89. Cyclaminos[8] dicta Graece[9] a quodam, qui *Κύκλος* vocatus est, qui primus virtutem huius herbae invenit, sive quod[10] habeat radicem rotundam. Graeci enim *κύκλον*[11] rotundum[12] vocant. Cuius radix[13], aut succus si vino fuerit admixtus, ebrios facit. Nascitur in locis silvosis[14] et agris.

90. *Ἄμπελος λευκή*[15], sive brionia, quam Latini vitem albam vocant, vel a qualitate coloris, vel quod eius radix[16] contrita et corpori infricata teneriorem et candidiorem cutem reddat. Nam et succus baccarum eius lac uberibus siccis reddit[17].

91. *Ἄμπελος μέλαινα*, id est vitis nigra, eademque[18] labrusca: folia hederae similia, in omnibus maior, quam ipsa[19] vitis alba: baccas[20] similiter habens, quae[21] immaturitate nigrescunt[22], unde et vocabulum sumpsit.

92. Viticella[23] vero[24] herba a Latinis appellata, quod sicut vitis quicquid[25] proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos annulos appellamus.

93. Buphthalmos[26] florem habet croceum, oculo similem. Unde et[27] a Graecis nomen accepit. Est autem caule molle, foliis coriandri similibus. Nascitur iuxta muros civitatum.

94. Phlomos, quam[28] Latini verbascum appellant[29], quarum altera est masculus[30], albidioribus foliis atque angustioribus, altera femina, foliis latioribus atque nigris[31].

95. Ferula vocata a medulla. Nam[32] illam[33] Varro tradit esse ferulae medullam, quam apoderon[34] Graeci vocant. Nonnulli[35] a feriendo ferulam dicunt. Hac[36] enim pueri et puellae vapulare[37] solent: huius succus galbanum est.

96. Papyrum dictum[38] quod igni et cereis est[39] aptum, *πῦρ* enim Graeci ignem dicunt.

Iuncus[40], eo quod iunctis radicibus haereat.

97. Scirpus, quo[41] tegetes texuntur[42] sine nodo, de quo Ennius:

Quaerunt in scirpo, soliti quod[43] dicere, nodum.

locis Gu. 2. — *nasc. locis am.* pr. va. — *nascitur in loc. am.* vulg. — Al. add. *hoc est herba quinque digitorum: huius semen commasticatum humorem nimium capitis deducit gustu amarum. Nascitur* etc. — 1) Sic Ar. — *Splenos* Gu. 1. 2. pr. va. — *Splenus* Z. — *Splenion* vulg. — 2) *scolpedrios* Z. — *scolopendios* Gu. 1. 2. pr. va. — 3) Al. add *nec caulem, nec florem, nec semen habet, folia ipsius in superficie viridia sunt, subter rufa et damnosa, splenem curat* — 4) *Uvolvus* Gu. 1. — *Vulvus* va. — *Bulbus* Ar. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. — *quod rad. eius vol. sit* (*sit* om. va.) vulg. — 6) *rotundus* Gu. 2. — 7) *et* om. va. — 8) *Cyclaminus* Ar. — 9) Sic Gu. 1. — *Graece dicta* vulg. — 10) *talis herba* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 11) *cicla* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 12) *rotundam* pr. — om. Z. — 13) *radix* om. Gu. 1. — 14) Sic Z. Gu. 1. 2. — *silv. loc.* vulg. — 15) Om. hunc articulum Z. — *Calamitas Amp.* va. — 16) *radix eius* va. — 17) *sed et folia eius aqua calida madefacta sanguinem vel humorem ex percussione corporis aspergit* add. ed. va. — 18) *que* om. Gu. 1. — 19) *ipsa* om. Z. Gu. 2. va. Ar. — 20) *vel ramos* add. Z. va. — *bacas* Gu. 2. va. — 21) *baccae* add. vulg. — om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 22) *nigrae sunt* Gu. 1. — 23) *Viticellina* va. — 24) *vero* om. Gu. 2. pr. Ar. — 25) *quid* Gu. 1. — 26) Articulos *Buphthalmos* et *Phlomos* om. Z. — *Butalmon* Gu. 1. va. — *Buptalmon* Gu. 2. — 27) *et* om. Ar. — 28) *quem* Gu. 1. 2. — 29) Sic Gu. 1. — *vocant* vulg. — 30) *est* om. va. — 31) *nigris atque lat.* va. — 32) *est* add. Z. — 33) Sic Ar. — *illa* Gu. 1. — *illi* va. — *milium* Z. — *ilum* vulg. — 34) Sic Ar. — *appodelon* vulg. — *opodelon* al. ap. Goth. — 35) *autem* add. Z. — 36) *Hoc* va. — *de hac* Z. — *ad hanc* Gu. 1. 2. — 37) *vapulari* va. — 38) *Papyrus dictus* Ar. — 39) *sit* va. — 40) *dicitur* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. pr. — 41) *a quo* vulg., sed

Et in proverbio[44]: *Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quaerit.*

98. Fucus, genus herbae est, de qua tingitur vestis, dicta, quia mentitur alienum colorem, unde et[45] Virgilius[46]:

Discet[47] *mentiri lana colores*[48].

99. Alga nascitur in aquis stantibus. Ita[49] denique nomen sumpsit ab algore aquae, vel quod alliget[50] pedes, quia crassa est, foliis aquam ex parte superantibus.

100. Ulva[51] et typhus herbae circa[52] fontes et paludes stagnisque[53] nascuntur. Ex quibus ulva, id est alga mollis et quodammodo fungus, dicta ab uligine.

101. Typhus vero, quae se ab aqua[54] inflat. Unde etiam ambitiosorum et sibi placentium hominum tumor typhus dicitur.

102. Carix[55] herba acuta[56] et durissima, sparto similis, de qua Virgilius[57]:

Et carice pastus acuta.

103. Spartus frutex virgosus sine foliis ab asperitate vocatus. Volumina enim funium, quae ex eo fiunt, aspera sunt.

104. Gramen a situ potius dictum, quod plurimis[58] agrorum sit. Unde illud Graeci ἀγρῶστιν[59] dicunt[60], licet omnis herba gramen vocetur[61], ab[62] eo, quod germinetur[63], sicut robur omnis ligni cutis et species[64] ab eo, quod sit[65] firmissima.

105. Filix dicta a singularitate folii[66]. Denique[67] ex una virgula altitudine cubitali una scissa folia gignitur[68] replicata[69], velut pinna[70].

Avena *.

Lolium *.

106. Zizania[71], quam[72] poetae semper infelix lolium dicunt, quod sit inutile et infecundum.

107. Foenum dictum, quod ab eo[73] flamma nutritur, φῶς enim flamma est.

Manipulum dicimus fascem foeni. Et dictum manipulum[74], quod manum impleat.

a om. Gu. 1. — 42) Sic Ar. — *segetes teguntur* vulg. Cfr. Fest. de verb. signif. fragm. v. *Scriptum* vel, quod rectius est *Scirpus*, ut emendarunt VV. DD. p. 257. Vol. II. Gramm. Lat. ed. Lindem. — 43) Sic Ar. e Festo. — *soliti quid* vulg. — *quod sol.* Z. Gu. 3. 4. va. — 44) *proverbiis* Gu. 2. — 45) *et* om. Z. — 46) Locus est Eclog. IV, 42. — 47) *dicit* prioribus annexum exhibent codd. Z. Gu. 1. 2. — 48) *coloris* Gu. 1. — 49) *Itaque* Z. — 50) *alligat* va. — 51) *Ulva, Typhus* et *Carix* om. cod. Zittav. — 52) *quae circa* Ar. — *quae in pal.* va. — 53) *stagna* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. Ar. — *aquis* vulg. — 55) *Carex* Ar. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *acuta herba* vulg. — 57) Georg. III, 231. — 58) Sic Gu. 1. — *plurimus* va. — *plurium* Z. — *plurimorum* vulg. — 59) *agrestem* Gu. 1. 2. va. — *agreste* pr. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *vocaverunt* vulg. — 61) *vocatur* va. — 62) *ab* om. Z. — 63) *germinet* va. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *spec. et cutis* vulg. — *omne lignum, licet sit et species, ab eo* Ar. — 65) *sit* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 66) Sic Gu. 1. — *a sing. fol. dicta* vulg. — 67) *deinde* va. — 68) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *gignit* vulg. — *unum scissum folium gignitur* Z. al. va. — 69) Sic Ar. — *resimplicata* vulg. — 70) *pena* Gu. 1. — *penna* Gu. 2. al. His annectuntur tituli *Avena. Loliam* in Gu. 1. 2. va. Ar., apud quem al. exhibent: *Avena per v literam herba est, per b vero lorum, quo equi retinentur. Avena herba seminalis segeti similis. Virgilius: urit enim lini campum seges, urit avenae. Ponitur et pro calamo aliquoties. Lolium herba amarissimi seminis.* — 71) *Zizania* et *Foenum* om. Z. — 72) Sic Gu. 1. va. — *quae* Gu. 2. — *quod* vulg. — 73) *ab* addidi e Gu. 1. 2. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *dictus manipulus* vulg. — Ad *foenum* addunt al. ap. Arev. *Fenum, quod est palea, per e solam scribendum: foenum, quod est lucrum, per o et e scribitur.*

CAP. X. *De oleribus.*

1. Hortus nominatus[1], quod semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet[2], hortus nunquam sine fructu est.

2. Olus ab alendo dictum, eo quod primum homines ab oleribus alerentur, antequam fruges et carnes ederent. Tantum enim pomis arborum, vel[3] oleribus alebantur, sicut animalia herbis.

3. Caulis est generaliter herbarum et olerum medius frutex, qui vulgo thyrsus dicitur, quod a terra sursum conscendat, a[4] quo derivatum est, ut specialiter quoddam genus olerum caulis diceretur, quia thyrsus ipsius amplius caeteris oleribus coalescit, id est crescit. Est autem[5] generale nomen. Omnis enim frutex caulis[6].

4. Cyma dicitur quasi coma. Est enim summitas olerum, vel arborum, in qua vigens virtus naturalis est[7].

5. Malva ex parte Graeco vocabulo appellatur ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, eo quod molliendi alvum solvendique naturam habeat. Cuius succo[8] si quis se oleo mixto peruuxerit, ab apibus negatur feriri. Folia eius ex oleo trita et imposita scorpionibus, creduntur afferre torporem.

6. Pastinaca vocata, quod eius radix[9] praecipuus pastus sit hominis. Est enim odoratu[10] iucunda, cibo delectabilis.

7. Rapa dicta a rapiendo, id est comprehendendo. Est autem radice amplior napo, sapore dulcior, et folio tenui.

8. Napus a similitudine rapae vocatus, nisi quod foliis latior et radicis eius gustus[11] subacrior est. Nominis autem affinitas in utrisque inde pene communis, quia utriusque[12] semen in alterum vicissim mutatur. Nam rapa in alio solo, ut Aemilianus[13] ait, per biennium mutatur in napum[14], alio vero napus transit in rapam.

9. Napocaulis ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia dum sit sapore napo similis, non in radice, sed in thyrso[15] conscendit, ut caulis.

Sinapis appellatur, quod[16] foliis[17] sit similis napis.

10. Raphanum Graeci[18], nos radicem vocamus, eo quod totus deorsum[19] nititur, dum olera reliqua[20] in summa magis prosiliant: cuius semine macerato quisquis suas[21] manus infecerit, serpentes impune tractabit. Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit[22]. In cibo quoque venenis[23] resistit[24]. Nam contra venena radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt[25], sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Unde et apud veteres ante alias epulas haec solebant mensis apponere[26].

1) *nominatus* Gu. 1. va. — *nominatur* vulg. — 2) *creat* Gu. 2. va. — 3) *vel* pro *et* Gu. 1. 2. va. Ar. — 4) *a* pro *ex* Gu. 1. 2. — 5) *Etenim gen.* va. — 6) al. add. *frutex caulis dicitur. Caulium autem sunt genera quinque, id est Cumanum, Pompeianum, Arcinum, Sabellicum, Brutium.* — 7) *est* om. Gu. 2. — 8) *sucus* Gu. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. — *radix eius* vulg. — 10) *ab odor.* Gu. 1. — 11) Sic Gu. 1. 2. va. (*gustu.*) — Vulg. *radicis gustu subacr.* — 12) Sic Gu. 1. 2. — *utrumque* vulg. — 13) Locus est ap. Pallad. VIII, 2. — 14) *in napo* Gu. 2. — 15) *thyrsum* Gu. 2. Ar. — 16) *eo quod* va. — 17) *folii* Ar. — 18) *Graece est* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. — *deors. totus* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *rel. ol.* vulg. — 21) *suas* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 22) *albescat* Gu. 2. — 23) *veneno* al. pr — 24) Sic Gu. 1. 2. — *obsistit* vulg. — 25) *citr. pros. et ap.* va. — *huius radices* supra Arev. — *nucis* Gu. 1. — *ruta* post *apium* add. Gu. 1. al. — 26) *haec solebant* — *apponi* Ar. — 27) *est* om. va. — 28) *exsuperat* va. — 29) *est* om. Gu. 2. va. — 30) *sarralium* Gu. 1. 2. — 31) *eo* om. Gu. 2. va. — 32) *dorsus* va. — 33) *et intubus* om. va. —

11. Lactuca dicta est[27], quod abundantia lactis exuberet[28], seu quia lacte nutrientes feminas implet. Haec et in viris Veneris usum coercet.

Lactuca agrestis est[29], quam sarraliam[30] nominamus, eo[31] quod dorsum[32] eius in modum serrae est.

12. Intubus Graecum nomen est. Et intubus[33], quod sit intus[34] tophus. Cepa vocatur, quia non est aliud[35], nisi tantum caput.

13. Ascalonia nuncupata ex una urbium Palaestinae, quae Ascalon dicitur, unde prius[36] advecta est.

14. Allium dictum, quod oleat.

Ulpicum appellatum, quod allii odorem habeat.

Phaselos[37] vocari aiunt a Phaselo insula Graeciae, ubi non procul mons Olympus est.

15. Porrum, cuius genera duo[38], capitatum et sectile[39], sectile parvum, capitatum maius[40].

Beta apud nos oleris genus, apud Graecos litera[41].

Blitum genus oleris, saporis evanidi, quasi vilis beta.

16. Cucumeres quod sint interdum saporis[42] amari, qui dulces nasci perhibentur, si lacte mellito eorum semen infundatur.

Cucurbita *.

Apopores *.

Pepo *.

Melipepo *.

Ocymum. Graeca nomina sunt et origo eorum Latinis incerta[43].

Olus molle *.

Atriplex *.

Brassica[44].

Olysatrum *.

17. Nasturtium sapor appellavit, quod acrimonia sui nasum torqueat.

18. Fungi, quod aridi ignem acceptum concipiant, φῶς enim ignis est, unde et esca vulgo dicitur, quod sit fomes ignis et nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interemptorii, unde et defuncti.

19. Tubera tumor terrae prodit, eaque causa nomen illi dedit.

Volvi[45] dicti[46], quod sint volubiles et rotundi.

Asparagus, quod spinosus et asper sit[47], ut[48] frutex eius, ex quo gignitur.

34) Sic Gu. 1. 2. va. — *intus sit* vulg. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *non aliud est* vulg. — 36) *primum* va. — 37) *Phaselum* Arev. — 38) Sic Gu. 1. 2. — *duo gen.* vulg., quae add. *sunt*, quod om. Gu. 1. 2. va. — 39) *capitatus et sectilis* Gu. 2. va. — 40) Sic Gu. 1. — *Capitatum melius, sectile parvulum* vulg. — *sectilis parvus, capitatus maior* Gu. 2. va., quae edit. om. *sectile parvum* — *maius* pro *melius* Gu. 1. pr. — 41) *est* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. — 42) *saporis* addidi e Gu. 1. — 43) Vv. *Cucurbita, Apopores* (*Appoperes* Gu. 1. — *apoperes* pr.) [*sane* add. h. l. Gu. 1. 2. pr. va.] *Pepo, Melipepo* (*Mellipepo* Gu. 1. 2. pr.) *Ocymum* (*Ocinum* Gu. 1. 2. va.) *Graeca nomina sunt et* (om. al.) *origo eorum incerta* add. Gu. 1. 2. pr. va. Ar., qui om. vv. *Graeca . . incerta.* — 44) *Brassica id est acanthi, id est vitis alba. Olisatrum genus herbulae Latinae* al. add. — 45) *Bulbi* Ar. — 46) Sic Gu. 1. — *appellati* vulg. — 47) Sic Gu. 1. — *quod sit spinosus et asper* Ar. — *quod spinosa et aspera sit* Gu. 2. — *quod sit spinosa et aspera* vulg. — 48) Sic Gu. 2. — *et* vulg. — om. Ar.

20. Capparis nomen sumpsisse videtur a Graecis[1], quod habeat in summitatibus rotunda[2] seminum capitella.

Armoraca[3], hoc est lapsana.

Lapisthus, lapatum[4]. Haec in cibo sumpta stomachum confortat, venerem reprimit.

Carduus[5].

21. Eruca, quasi urica, quod ignitae sit virtutis, et in cibo saepe sumpta Veneris incendium moveat. Huius species duae, quarum altera usualis, altera agrestis, acrioris virtutis, utraque tamen Veneris usum commovens[6].

CAP. XI. *De odoratis oleribus.*

1. Apium dictum, quod ex[7] eo apex, id est caput antiquorum triumphantium coronabatur[8]. Hercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit[9]. Nam nunc[10] populum ferebat capite[11], nunc oleastrum, nunc apium. Cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Eius[12] generis[13] sunt petroselinon, hipposelinon et oleoselinon[14].

2. Petroselinon vocatum, quod sit similis[15] apio, et nascatur[16] in petris montibusque praeruptis, quod nos petrapium dicere possumus. *Σέλινον*[17] enim[18] Graece apium dicitur, sed est[19] summum ac probabile Macedonicum[20], gustu suave, et odore aromatico.

3. Hipposelinon dictum[21], quod sit durum et austerum.

Oleoselinon, quod mollius[22] folio et caule tenerum.

4. Feniculum Latini vocant, quod eius thyrsi, aut[23] radicis succus acuat visum oculis[24]: cuius virtus traditur, quod[25] serpentes annuam senectutem eius gustu deponant. Hoc olus Graeci *μάραθρον* vocant.

5. Ligusicum[26] a regione nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Liguria, odore aromatico, et[27] gustu acri[28].

6. Aneson, Graeci ut dicunt[29], sive, ut Latini, anisum[30], herba omnibus cognita, acerrime fervens, mictualis.

Anethum *.

Cuminum *[31].

7. Coriandrum ex Graeco nomine sumptum, quod illi *κόριον* vocant. Cuius semen in

1) Sic Gu. 1. 2. — *a Gr. nom. sumps. vid.* vulg. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. — Vulg. *rot. in summ.* — *capitula* Gu. 2. al. va. — 3) Sic scripsi cum in Gu. 1. pr. va. sit cum vulgata *Arboraca* — *Arboracea* Gu. 2. — 4) Sic Ar. — Vulg. *Lapistrus, Lapatium.* — Gu. 1. *lapistra, lapatia* — Gu. 2. *Lappatica*, omisso *Lapistrus. Lappatica* exhibet etiam va. — 5) *Lapistrus. Carduus* Gu. 2. Sequuntur vulgo haec: *genus herbae spinosae. Huius natura mordax et cum austera est mollis. Frigidus et indigestus succus eius alopecias curat.* Quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 6) Sic Gu. 1. — *commov. us.* vulg. — *commovent* va. — 7) *ex* om. Z. — 8) *ant. coron. triumph.* va. — 9) *circumdedit* Z. — 10) *tunc* va. — 11) Sic Gu. 1. — *cap. praeferebat* vulg. — *cap. praef. popul.* Gu. 2. — *capiti popul. praef.* va. — 12) *cuius* Z. — 13) *genera* va. — 14) *petrosileon, hipposileon, oleosileon* Gu. 1. 2. pr. va. — 15) Sic Gu. 1. 2. — *simile* vulg. — *simile sit* Z. — 16) *nascitur* Gu. 1. 2. va. — 17) *Silenum* Z. Gu. 1. 2. pr. — *Selinum* Ar. — 18) *enim* om. Z. — 19) *est* om. va. — 20) *Macedonium* Gu. 1. — 21) *dictum* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Imposileon* Gu. 1. 2. — 22) *mollior* Z. Gu. 2. pr. va. — *sit mollior* va. — 23) *aut* pro *seu* Gu. 1. — 24) *oculis* addidi e Gu. 1. 2. — 25) Sic Gu. 1. — *ut* vulg. — 26) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Ligustinum* va. — *Liguritium* vulg. — *Ligurium* edit. Goth. — 27) *et* om. va. — 28) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *acre* vulg. — *acriori* Z. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *ut Gr. dic.* vulg. — *ut dic. Gr.* va. — 30) Sic Ar. — *anesum* vulg. — 31) Vv. *mictualis. Anethum. Cuminum* (*ciminum* codd.) addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 32) *vino dulci* Z. — *dulce vinum* Gu. 1. 2. — 33)

dulci vino[32] datum proniores reddit[33] in Venerem, si supra modum dederis, amentiam nutrit[34]. Canos etiam ex coriandro infici traditum est.

Abrotanum *.

Caerefolium *[35].

8. Ruta dicta, quod sit ferventissima. Cuius altera agrestis atque virtute acrior, sed utraeque ferventissimae comprobantur[36]. Hanc venenis repugnare docent mustelae[37], quae dum cum serpente dimicaverint[38], cibo eius armantur.

Salvia *[39].

9. Inula, quam alam rustici[40] vocant, radice aromatica, odoris summi, levi acrimonia.

Menta[41], huius genera VI. sunt[42].

L I B E R XVIII.

CAP. I. *De Bellis.*

1. Primus bella intulit Ninus Assyriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humanae societatis foedus irrumpens exercitus[43] ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare, aut subiicere coepit[44], universamque Asiam usque ad[45] Libyae fines nova servitute perdomuit. Hinc etiam[46] studuit orbis[47] in mutuo sanguine alterna grassari caede[48].

2. Quatuor autem genera sunt[49] bellorum, id est iustum, et iniustum[50], civile, et plus quam civile. Iustum bellum est, quod ex edicto[51] geritur[52] de repetitis rebus[53], aut propulsandorum hostium causa. Iniustum bellum est, quod de furore, non legitima ratione[54] initur. De quo in Republica Cicero dicit[55]: *Illa iniusta sunt bella*[56], *quae sine causa suscepta*[57] *sunt.*

3. *Nam extra ulciscendi, aut propulsandorum hostium causam*[58], *bellum geri iustum*[59] *nullum potest.* Et hoc idem Tullius parvis[60] interiectis subdidit[61]: *Nullum bellum iustum habetur, nisi denuntiatum, nisi indictum*[62], *nisi de repetitis rebus*[63]. Civile bellum

reddat va. — 34) *mittit* va. — 35) Vv. *Abrot. Caeref.* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. (*utraque*) al. va. (*utraque ferventissima.*) — Vulg. *utraque ferventissima comprobatur.* — 37) Sic Gu. 1. — Vulg. *mustelae doc.* — 38) *dimicaverunt* Z. — 39) *Salvia* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 40) Sic Gu. 1. — *rustici voc. alam* Gu. 2. — *rust. alam* Ar. va. ed. Goth. — *rustici alant* vulg. — 41) *Menta . . . odorif.* om. Z. — Vulg. add. *genus herbae odoriferae* quae om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 42) *cuius generis sex sunt* Gu. 1. — *huius genera sex sunt* Gu. 2. — *et sunt huius gen.* VI. Z. — 43) *exercitum* Z. — 44) *coepit* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 45) *et* Z. — 46) *iam* pr. — 47) *urbes* Z. al. — *orbem* Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *grass. alt. caede* vulg. — *alt. caede gr.* Z. va. — 49) Sic Z. Gu. 1. — *qu. autem sunt gen.* vulg. — *quat. sunt aut. gen.* va. — 50) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. al. — *praedicto* vulg. — 52) *inger.* Z. — 53) Sic Gu. 1. — *reb. rep.* vulg. — 54) *de legit. rat.* vulg., sed *de* om. Gu. 1. 2. al. — 55) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *dicit Cic.* vulg. Locum Ciceronis e Rep. assignavit Orell. Lib. III. c. 23, 35. 18. fragm. — 56) Sic Gu. 1. — *ini. bella sunt* vulg. — 57) Sic Z. Gu. 1. — *quae sunt sin. causa susc.* vulg. — 58) *causa* Z. pr. va. — 59) Sic Gu. 1. 2. 3. — *bell. iust. ger.* vulg. — *iustum* om. Z. — Praeterea notandum est, neque Arevalum, neque Orellium verba: *Nam . . potest* Ciceronis habuisse, quod tamen ita esse et Tulliana horum verborum elegantia et superiora §. 2., quae sua fecit Isidorus, satis docent. Vulcanius ea pro Ciceronianis recte habuit. — 60) *paucis* va. — 61) *sub [di] dit* (sic) Orell. l. c. — 62) *dictum* Gu. 2. al. pr. — 63) *alias*

est inter cives orta seditio et concitati[1] tumultus, sicut inter Syllam et Marium, qui bellum civile invicem in una gente gesserunt.

4. Plus quam civile bellum est[2], ubi non solum cives certant[3], sed et cognati, quale actum est inter Caesarem et Pompeium, quando[4] gener et socer invicem dimicaverunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, et pater adversus filium arma portavit. Lucanus[5]:

In fratrem ceciderunt praemia fratris[6].

Item[7]:

Cui[8] *cervix caesa parentis*
Cederet.

5. Bella itaque dicuntur interna et[9] externa, servilia, socialia, piratica. Nam piratica bella sunt manus sparsa latronum[10] per maria[11] mioparonibus[12], levibus et fugacibus, non solum navium[13] commeatus[14], sed etiam insulas provinciasque vastantibus[15]. Quos[16] primum Gneus[17] Pompeius post multam vastationem, quam terra marique diu egerat[18], mira celeritate compressit[19] ac superavit.

6. Sicut autem bellum vocatur, quod contra hostes agitur, ita tumultus, qui[20] civili seditione[21] concitatur. Nam seditio est dissensio civium, dicta, quod seorsum[22] alii ad alios eunt[23]. Alii aestimant[24] dissensionem animorum seditionem vocari, quam Graeci διάστασιν vocant.

7. Quo[25] autem differat[26] utrumque, Cicero[27] docet: *Potest enim*, inquit, *esse bellum, ut tumultus non sit. Tumultus autem esse sine bello non potest*[28]. *Quid est enim aliud*[29] *tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior*[30] *timor oriatur? Unde etiam tumultus dictus*[31], *quasi timor multus. Gravius autem esse tumultum, quam bellum*[32]. *Nam in bello vacationes*[33] *valent, in tumultu non valent.*

8. Differt autem bellum, pugna et praelium. Nam bellum universum dicitur, ut Punicum. Huius partes[34] sunt pugnae[35], ut Camensis, Trebiensis[36]. Rursus[37] in una pugna multa sunt praelia[38]. Aliud enim est[39] in[40] cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie[41]. Bellum igitur est totum, pugna unius diei, praelium pars pugnae est.

9. Bellum antea[42] duellum vocatum, eo[43] quod duae sunt dimicantium partes[44], vel quod alterum faciat victorem, et[45] alterum victum. Postea mutata litera[46] dictum[47] bellum.

est latrocinium add. Z. — 1) Sic Z. Gu. 1. 2. 3. al. — *concitatio* vulg. — 2) *est bellum* Z. — 3) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *concertant* vulg. — 4) *quoniam* va. — 5) Lucan. II, 151. — *Unde Luc.* Z. — 6) *in fratrum ceciderunt* (*cecidere* Z.) *pr. fratris* pr. va. ut Lucan. — 7) Lucan. II, 150. — 8) *cum* va. — Lucan. *cervix cui.* — 9) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 10) Sic Gu. 1. — *sparsa latr. man.* vulg. — *sp. manus latr.* Z. — *manus* om. Gu. 2. pr. — 11) *maritima* va. — 12) *in miop.* Gu. 2. — *paronibus* pr. — 13) *navibus* Z. Gu. 1. al. — 14) *intercipientibus* add. Ar. — 15) *vastantes* va. — 16) *quis* Gu. 1. — 17) Sic Gu. 2. pr. — *Genus* Gu. 1. — *Cneus* Z. — *quod primum genus* va. — 18) *digesserat* Z. — *egerant* Ar. omisso *diu.* — 19) *pressit* Z. — 20) *quod* Z. — 21) *sedit. civ.* Z. — 22) *seorsim* Z. — 23) Sic Gu. 1. 2. — *eant* vulg. Eadem reperiuntur apud Isidor. V, 26, 11., ubi vid. not. 65. p. 161. Ciceronis libro VI. fragm. 3. inseruit Orell. — 24) *existim.* Gu. 2. al. — 25) *quomodo* Z. — 26) *differt* Gu. 1. 2. — *differant* va. — 27) Cic. Philipp. VIII, 1, 3. — 28) *sine bello esse non pot.* va. — 29) *aliud* addidi e Gu. 1. 2. al. va. et ita Cic. — *quid est autem aliud tum.* pr. — 30) *maiorum* Gu. 1. — 31) Sic Gu. 1. — *dictus tum.* vulg. — *unde etiam nomen ductum est tumultus* va. — 32) Sic Z. Gu. 1. 2. al. et Iunt. et Muret. editt. cum cod. quodam Isidori ap. Garat. edit. Cic. Philipp. — Vulg. *Gravior autem est tumultus.* — 33) Sic Ar. — *vocationes* vulg. — 34) *Partes eius* va. — 35) *pugna* va. — 36) Sic Ar. — *Trimensis* vulg. — *Termensis* Gu. 1. 2. va. — 37) Sic Gu. 1. — *Rursum* vulg. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *sunt multa prael.* vulg. — 39) *est* addidi e Gu. 1. — 40) *a* Gu. 2. — 41) *geritur* add. vulg. — om. Gu. 1. — 42) *autem* Z. al. — 43) *eo* om. Z. — 44) Sic Gu. 1. — *duae sint part. pugn.* vulg. — *sint duae part. p.* Z. — *sunt* Gu. 1. 2. al. — 45)

Bellum alii per antiphrasin putant dictum[48], eo[49] quod sit horridum, unde illud[50]: *horrida bella*, cum bellum contra sit pessimum[51].

10. Proelia dicuntur ab imprimendo[52], hostis hostem. Unde et praela[53] ligna, quibus uva premitur[54].

Pugna vocata, eo quod initio usus fuisset in bello pugnis[55] contendere, vel quod[56] primo[57] bellum pugnis incipiebant. Unde etiam et[58] pugna duorum est aliquando sine ferro[59].

11. Quatuor autem in bello aguntur[60]. Pugna, fuga, victoria, pax. Pacis vocabulum videtur a pacto[61] sumptum. Posterius[62] autem pax accipitur, foedus primum initur. Foedus est pax, quae fit inter dimicantes, vel a[63] fide, vel a fecialibus, id est a[64] sacerdotibus dictum[65]. Per ipsos enim fiebant foedera, sicut per seculares bella. Alii foedera[66] putant a porca foede[67] et crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei, qui a pace resilisset[68]. Virgilius:

Et caesa iungebant[69] *foedera porca.*

Foederis partes induciae. Et dictae[70], quasi in dies ocia.

CAP. II. *De triumphis.*

1. Omne regnum seculi huius bellis quaeritur, victoriis propagatur. Victoria dicta, quod vi, id est virtute adipiscatur[71]. Hoc est enim ius gentium, vim vi expellere[72]. Nam turpis est dolo quaesita victoria[73]. Certa autem victoria est vel occisio hostis, vel exspoliatio, vel utrumque. Non est autem iucunda victoria, quae per immensa detrimenta contingit[74]. Et hoc est, quod laudat Salustius, duces victoriam incruento exercitu deportasse.

2. Pompa dicta est Graeca significatione, *ἀπὸ τοῦ πομπεύειν*[75], hoc est publice ostentari[76]. Praecedit autem victoria pompam, ideo quod ituris ad hoc certamen primum est victoriae votum.

3. Trophaeum dictum *ἀπὸ τῆς τροπῆς*[77], id est a conversione hostis et fuga. Nam ab eo, quod hostem[78] quis fugasset, merebatur trophaeum, quod occidisset[79], triumphum[80], qui dictus est *ἀπὸ τῆς θριάμβης*, id est ab exultatione[81]. Plenae enim victoriae triumphus debetur, semiplenae trophaeum, quia nondum plenam est victoriam consecutus[82]. Non enim obtinuit, sed exercitum fugavit[83]. Haec tamen nomina[84] scriptores confundunt. Tranquillus autem triumphum

et addidi e Gu. 1. 2. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — Vulg. *detracta litera d et mutata in u* — Ar. *mutata et detracta litera.* — 47) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. *bell. dict.* Z. — 48) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *Alii per ant. putant bellum.* — 49) *eo* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 50) *unde est illud* vulg. — *est* om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. Locus Virgil. est Aen. VI, 86. — Vulg. *Bella, horrida bella*, sed prius vocab. om. Gu. 1. va. — 51) *Bellum quasi minime bellum, vel a belluis* est nota marginis in cod. Zittav. ab alia manu scripta. — Gu. 1. *cum bellum eius sit pessimum.* — 52) Sic Z. Gu. 1. 2. — *a premendo* vulg. — 53) *dicta* add. Z. — 54) *uvae premuntur* va. — 55) *pignus* Gu. 2. — 56) *quod* pro *quia* Gu. 1. 2. — 57) *primum* Z. — 58) *et* addidi e Gu. 1. 2. — *unde et pugna etiam* Z. pr. va. — 59) *et sine ferro* pr. va. — 60) *geruntur* Ar. va. — 61) *patio* va. — 62) *Posterior* va. — 63) *a* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 64) *a* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 65) *autem* add. Gu. 2. — 66) *dicta* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 67) *foeda* Gu. 1. al. va. — *foeda fide* Z. — 68) *resiliisset* Z. — 69) Sic Z. Gu. 1. Ar. va. — *fingebant* vulg. Locus Virgil. est Aen. VIII, 641. — 70) *induciae* add. Z. Gu. 2. — 71) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *adipiscitur* vulg. — 72) *repellere* Ar. — 73) *ex quaes. vict.* Gu. 1. — 74) *contigit* Z. — 75) *γλοτοχασκηξιν* (sic) Z. *ἀπὸ τοῦ πομπονιν* Gu. 2. — Om. pr. va. — 76) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ostentare* vulg. — 77) Graeca om. Z. — Praepositionem *a* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 78) *quod hostem* om. Z. — 79) *non quod occ.* Gu. 1. — *non qui occ.* Gu. 2. — *qui occ.* Ar. — 80) *triumphus igitur dictus apo tes triambes* Gu. 1. — *est* om. va. — 81) *ab exult. trina* Gu. 1. — *ab hac trina exult.* Gu. 2. — 82) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *cons. vict.* — 83) Sic Gu. 1. 2. — *fug. exerc.* vulg. — 84) *omnia* Z.

Latine dicit potius appellatum, quod is, qui [1] triumphans urbem ingrederetur, tripertito [2] iudicio honoraretur. Nam primum [3] de triumpho duci concedendo exercitum iudicare [4] solitum erat, secundo senatum [5], tertio populum.

4. Erat autem Romanorum [6] mos, ut triumphantes quadrigis veherentur, ex illo, quod soliti sint [7] priores duces hoc habitu bella inire. Quicunque autem in conflictu vicissent [8], palma aurea coronabantur, quia palma stimulos habet. Qui vero sine conflictu fugientem prostrasset, laurea, eo quod arbor haec [9] sine spinis est.

5. Namque et purpuream et palmatam togam [10] triumphantes induebantur, et scipionem [11] cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriae Scipionis, licet et scipio baculus [12] sit, quo homines innituntur. Unde et ille primus [13] Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro pater eius caecus innixus eo [14] ambulabat. Super Scipionem autem aquila supersedebat [15] ob indicium [16], quod per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederent.

6. Unde [17] et colore rufo perlinebantur [18], quasi imitarentur divini ignis effigiem. Quod vero a [19] carnifice contingebantur [20], id esse [21] indicium [22], ut ad tantum fastigium evecti mediocritatis humanae commonerentur.

7. Duobus autem generibus deletur exercitus, aut internecione [23], aut dispersione. Salustius, *Hostes*, inquit [24], *oppressi* [25], *aut dilapsi forent*. Sic et utrumque Virgilius. Internecione [26]:

Submersasque obrue puppes.

Dispersione [27]:

Aut [28] *age diversos* [29] *et disiice* [30] *corpora ponto.*

8. Spolia [31] hostium, praeda, manubiae, exuviae, partes. Praeda a praedando [32] vocata. Manubiae, eo quod manibus detrahantur [33]. Hae [34] et [35] exuviae ab exuendo dictae, quia exuuntur. Hae [36] et [37] partes a pari divisione pro [38] personarum qualitate, et laborum iusta divisione [39]. Spolia autem a palliis, quasi expallia, victis enim detrahuntur.

CAP. III. *De signis.*

1. Signa bellorum dicuntur, quod ex his [40] exercitus et pugnandi et victoriae receptui [41] accipit symbolon [42]. Nam aut per vocem tubae, aut per symbolon admonebatur [43] exercitus. Legionum principalia signa aquilae, dracones et pilae.

1) *quod si qui* Z. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *tripart.* vulg. — 3) *primo* al. va. — 4) *exercituum iura iud.* va. — 5) *senat. sec.* Z. — 6) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *apud Romanos* vulg. — 7) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *sunt* vulg. — 8) *vicisset . . coronabatur* Ar. — 9) Sic Gu. 1. — *haec arb.* vulg. — 10) *purpurea et palmata toga* al. va. — 11) Sic va. Ar. — *scorpionem* vulg. — 12) *baculum* Gu. 2. — 13) *primus ille* Z. — 14) *in eo* Z. — 15) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *supersederat* al. — *sedebat* vulg. — 16) *iudicium* Z. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Inde* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *perlinebatur* Gu. 2. — *perliniebatur* Z. — *perliniebantur* vulg. — 19) *a* om. Gu. 1. — 20) *contingebant* Gu. 1. — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. — *erat* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *indicio* vulg. — 23) *de intern.* Gu. 1. 2. — 24) *Sal. inquit, hostes* etc. va. — — 25) Vulg. *aut oppr.*, sed *aut* om. Gu. 1. 2. va. Locus Salustii est ap. Gerlach. Fragm. Inc. 13. — 26) Vulg. add. *ut*, quod om. Gu. 1. va. Locus Virg. est Aen. I, 69. — 27) *de dispers.* Gu. 1. 2. — Vulg. add. *ut*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Locus est Virg. Aen. I, 73. — 28) *aut* om. pr. va. — 29) *diversos* pr. — 30) *dissice* Z. Gu. 1. 2. pr. — 31) Sic Z. Gu. 1. (infra *Expolia*) 2. va. Ar. — *Expolia* vulg. — 32) *quod dando* Z. — 33) Sic Gu. 1. 2. — *detrahuntur* vulg. — 34) *Hae* va. — *hinc* Z. — 35) *et* om. Gu. 2. — 36) *Haec* Gu. 1. va. — *hinc* Z. — 37) *et* om. va. — 38) *et* Gu. 1. — 39) *decisione* Gu. 1. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. — *iis* vulg. — 41) *receptus* Gu. 2. — 42) *Symbolum* bis Z. Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *admonetur* vulg.

2. Aquilae ideo, quod eadem avis Iovis in armis auspicio fuerit. Nam dum idem Iovis adversus Titanas proficisceretur, aquilam [44] ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victoriae acceptam tutelae suae auspicatus, eam legioni signum dedit, quo [45] factum est, ut deinceps militum signis committeretur [46]. Cuius meminit Lucanus [47] dicens [48]:

Signa pares aquilas et pila minantia pilis.

3. Draconum signa ab Apolline morte Pythonis serpentis inchoata sunt [49]. Dehinc a Graecis et Romanis in bello gestari coeperunt.

4. Pilam in signo constituisse fertur Augustus [50], propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut melius [51] figuram orbis [52] ostenderet.

5. Vexillum et ipsum signum bellicum, nomen habens tractum [53] a veli [54] diminutione, quasi velillum. Sub Romulo autem fasciculos foeni pro vexillis milites habuerunt. Hinc et manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus fasces foeni, quod manum impleant. Caetera signa diversis praelata agminibus [55] secundum militarem consuetudinem existunt, per quae [56] exercitus permixtionem proeliorum agnoscit [57].

CAP. IV. *De buccinis.*

1. Buccina [58] est, qua signum datur in hostem [59], a voce dicta [60], quasi vocina. Nam pagani agrestesque ad omnem usum buccina ad compita vocabantur [61]. Proprie ergo hoc agrestibus signum fuit [62], de quo [63] Propertius [64]:

Buccina [65] cogebat priscos [66] ad arma Quirites.

Huius clangor bucinum dicitur.

2. Tubam Tyrrheni primi [67] invenere [68], unde [69] Virgilius [70]:

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.

Hanc enim a Tyrrhenis praedonibus excogitatam [71], cum dispersi circa maritimas oras non facile ad quamque praedae occasionem voce aut buccina convocarentur [72], vento plerumque obstrepente.

3. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuncianda signa bellorum, ut [73] ubi exaudiri praeco per tumultum [74] non poterat [75], sonitus tubae clangentis attingeret. Tubam autem dictam [76] quasi tofam, id est cavam. Item tubam, quasi tibiam.

— *ammonetur* Z. — 44) *aquila . . fertur* Z. al. — *aquilam . . fertur* va. — *sibi in ausp.* va. — 45) *quod* Z. — 46) *comitaretur* Ar. — 47) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Lucan. mem.* vulg. — 48) Lib. I, 7. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *inch. est* vulg. — 50) *Augustum* Gu. 2. — 51) Sic Ar. — *malus* Z. Gu. 2. al. — *maius* al. — *malum* Gu. 1. — *magis* vulg. — 52) *orbem* Z. — 53) Sic Gu. 1. — *tract. nom. hab.* vulg. — 54) *belli* et *bexillulum* Z. — 55) *imaginibus* Ar. va. al. — 56) *quas* Gu. 1. 2. al. — 57) Sic Gu. 1. 2. — *agnosceret* vulg. — *per quae se exercitus in permixtione agnoscit* Arev. — 58) Sic Z. Gu. 1. — *Bucina* vulg. — 59) Sic Gu. 1. va. Ar. — *hostes* Z. — *hoste* vulg. — 60) Sic Gu. 1. 2. — *dicta a voce* vulg. — 61) *convocabantur* Gu. 2. va. Ar. — 62) *fuit sign.* Z. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *de qua* vulg. — 64) Sic Z. pr. Ar. — Vulg. *Persius.* Locus est ap. Prop. IV, 1, 13. — 65) *iam* add. vulg. — om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 66) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *priscos cog.* vulg. — 67) Sic Z. Gu. 1. — *primum* vulg. — 68) Sic Gu. 1. (*invenire*) — *invenerunt* vulg. — 69) *unde et* va. — 70) Aen. VIII, 526. — 71) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Z. Gu. 1. 2. Inclusit Arev. — 72) *convocari* Gu. 1. 2. — 73) *et ut* Gu. 1. — *et ubi* Gu. 2. va. — 74) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *pro tumultu* vulg. — *prae tumultu* Ar. — 75) *potest* Gu. 2. — 76) Accusativos pro nominativis, quae est vulgata lectio, exhibent Z. Gu. 1. 2. al.

4. Inter tubam autem et buccinam veteres discernebant. Nam buccina insonans sollicitudinem ad bella denunciabat. Virgilius[1]:

Qua buccina signum
Dira dedit.

Tuba[2] proelia[3] indicabat, ut[4]:

At[5] tuba terribilem sonitum dedit aere canoro[6].

Cuius sonus[7] varius est. Nam interdum canitur[8], ut bella committantur, interdum, ut insequantur eos, qui fugiunt, interdum receptui. Nam receptus dicitur, quo[9] se exercitus recipit, unde et signa receptui canere dicuntur.

5. Classica sunt cornua, quae convocandi causa erant facta, et a calando[10] classica dicebantur, de quibus Virgilius[11]:

Classica iamque[12] sonant.

Apud Amazonas autem non tuba[13], sicut a regibus, sed[14] a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

CAP. V. *De armis.*

1. Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt, unde et ubi reponuntur, armaria dicta sunt. Item arma et tela omnium generum, sed arma sunt, quibus ipsi tuemur[15], tela[16], quae emittimus. Nam arma duplicia sunt[17], id est vel[18] quibus percutimus, vel quibus tegimur.

2. Arma autem proprie dicta sunt eo, quod armos tegunt. Nam arma vel ab armis dicuntur, id est ab[19] humeris, ut[20]:

Latos huic hasta per armos
Acta tremit.

vel[21] *ἀπὸ τοῦ ἄρηος*, id est a Marte[22].

CAP. VI[23]. *De gladiis.*

1. Gladius generaliter dicitur ensis in proelio, sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autem appellatus[24] gladius, quod[25] gulam dividit, id est cervicem secat[26]. Ad hoc enim primum[27] est factus, nam caetera membra securibus magis[28] caeduntur, collum gladio tantum.

2. Acies autem gladii ab acumine dicta[29]. Capulus vocatus[30], vel quia caput est gla-

1) Virg. Aen. VII, 519. — 2) *autem* add. vulg. — om. Gu. 1. — 3) *proelium* va. — 4) *ut* om. va. — 5) *ut* va. — 6) Vv. *dedit aere canoro* om. Z. Gu. 1. 2. pr. — *son. procul aere canorem* va. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *sonitus* vulg. — 8) *canit* Ar. — 9) *quod* Z. — 10) *kalando* Gu. 2. — 11) Aen. VII, 637. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *namque* vulg. — 13) *tubae* Gu. 1. 2. — 14) *sed* usque ad vv. cap. 5. *arma et tela* om. cod. Zittav. — 15) *tuentur* Z. — 16) *sunt* add. Z. Gu. 2. va. — 17) *sunt* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 18) *vel* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 19) *ab* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 20) Virg. Aen. XI, 644. — 21) *vel . . Marte* om. Z. — 22) *vel a morte dicuntur* add. va. — 23) Cap. VI. VII. om. cod. Zitt. — 24) *appellatur* va. — 25) Sic Gu. 1. 2. pr. va. *quia* vulg. — 26) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — vulg. *desecat.* — 27) *primum* addidi e Gu. 1. 2. pr. va. — 28) *magis* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 29) *est* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 31) Sic Gu. 1. — *ibi cap.* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *alibi* vulg. — 33) *tenere* addidi e Gu. 1. 2. — 34) *dictum* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *dicunt* vulg. — 36) *ex* pro *a* Gu. 1. 2. al. pr. va. — 37) *quod* pro *quam* Gu. 1. — 38) *spadum* Gu. 1. — 39) *Ipsa est et romph.* om. pr. — 40) *quia* Gu. 2. pr. va. Ar. —

dii, vel quia capitur ibi[31], ut teneatur. Nam alias[32] acies ferri non sinit tenere[33]. Mucro non tantum gladii est, sed et cuiuslibet teli acumen, dictus[34] a longitudine. Nam *μακρὸν* Graeci longum vocant[35], hinc et machaera.

Machaera autem est gladius longus ex[36] una parte acutus.

3. Framea vero gladius ex utraque parte acutus, quod[37] vulgo spatham[38] vocant. Ipsa est et romphaea[39]. Framea autem dicta, quod[40] ferrea est. Nam sicut ferramentum, sic framea dicitur, ac proinde omnis gladius framea.

4. Spatha a passione dicitur, Graeco verbo[41], quoniam *παθεῖν* Graece dicitur pati, unde et patior et patitur dicimus. Alii spatham Latine autumant dictam, eo quod spaciosa sit, id est lata et ampla. Unde et spatula in pecoribus[42].

5. Semispatium gladius est a media spathae longitudine[43] appellatum[44], non, ut imprudens vulgus dicit, sine spacio[45], dum sagitta velocior sit.

6. Pugio a pungendo et transfigendo vocatus[46]. Est enim gladius parvus, et[47] bis acutus lateri adhaerens. Item et clunabulum dictum, quod religetur ad clunem[48].

7. Chelidoniacus gladius ferrum est latum, cuius duplex mucro ac bifurcus, in modum caudae hirundineae[49] formatur, unde et chelidoniacus dicitur.

8. Sica a secando dicta[50]. Est enim brevis gladius[51], quo maxime utuntur, qui apud Italos latrocinia exercent, a quo et[52] sicarii dicti.

Tranquillus[53] autem dicit: *Dum cuiusdam gladiatoris in ludum*[54] *emissi*[55] *gladius curvatus*[56] *fuisset ex acie recta, procurrit*[57] *unus ad id*[58] *corrigendum, tumque a pugnante responsum est, sic hac*[59] *pugnabo, et*[60] *inde sicae nomen datum est*[61].

9. Secures signa sunt, quae ante consules ferebantur, ne aut usum perderent belli, aut vacantes otio aspectum amitterent gladiorum. Quas et Hispani ab usu francorum per derivationem Franciscas vocant[62].

CAP. VII. *De hastis.*

1. Hasta est contus cum ferro, cuius diminutivum facit hastile[63]. Nomen autem hasta ab astu[64] sumpsit, unde et astutia.

2. Contus[65] ferrum non habet, sed tantum cuspide acuto[66] est. Virgilius[67]:

Ferratusque trudes et acuto cuspide contos.

Contus autem quasi conitus[68]. Est[69] enim conitus acuta rotunditas.

— 41) Sic Gu. 1. — *verbo Gr.* vulg. — 42) *pectoribus* Ar. — 43) Sic Gu. 1. 2. va. — *a med. long. sp.* vulg. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *appellatus* vulg. — 45) *spacium* Gu. 1. 2. — 46) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *vocatur* vulg. — 47) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — — 48) *clunes* va. — 49) *hirundinis* va. — 50) *est* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *glad. brev.* vulg. — 52) *et* om. va. — Post *dicti* add. vulg. *sunt,* quod om. Gu. 1. va. — 53) Sic Gu. 1. 2. Ar. ed. Goth. — *Tranquillinus* vulg. — 54) *in ludo* va. — 55) *emissus* Gu. 1. pr. — *emissum* Gu. 2. 3. va. — 56) *gladium curvatum* Gu. 2. va. — 57) Sic Gu. 1. 2. ed. Goth. — *procucurrit* vulg. — 58) *id* pro vulg. *eum* Gu. 1. 2. 3. va. — *ob* pro *ad* va. — 59) Sic Ar. Gu. 4. — *sica hac* Gu. 1. 2. — *sic* vulg. — 60) *et* addidi e Gu. 1. — 61) *ductum* omisso *est* Ar. — *est* om. etiam va. — 62) Gu. 1. — *quas Hispani ab usu francorum per derivationem franciscas vocantes* (*vocant et* Gu. 3.) *ea signa portari, ne aut usum perderet* (*perderent* vulg.) *belli, aut vacans ocio aspectum amitteret* (*amitterent* vulg.) *gladiorum.* Consentiunt Gu. 2. 3. 4. — 63) *hastilia* Gu. 1. 2. al. va. — 64) *folii* add. Gu. 2. — 65) *Contum* Gu. 2. h. l. et postea. — 66) Sic Gu. 1. 2. al. va. h. l. et postea — *acuta* vulg. — 67) Aen. V, 208. — 68) *conitum* Gu. 2. va. — 69) *Est . . coni-*

3. Trudes amites[1] sunt cum lunato ferro, quas Graeci dicunt aplustria[2]. Trudes[3] autem[4] ab eo[5], quod trudunt et detrudunt. Virgilius[6]:

Ferratasque trudes.

4. Venabula dicta, quasi venatui habilia, vel quia[7] venientem excipiunt, quasi excipiabilia. Excipiunt enim apros, expectantque leones, intrant ursos, sit[8] tantum firma manus.

5. Lancea est[9] amentum in medio habens[10]: dicta autem lancea, quod[11] aequa lance, id est aequali amento ponderata[12] vibratur.

6. Amentum vinculum est iaculorum[13] hastilium, quod mediis hastis aptatur. Et inde amentum, quod[14] media hasta religatur, ut[15] iaculetur.

7. Clava[16], qualis fuit Herculis, dicta, quod clavis sit[17] ferreis invicem religata, et est cubito semis[18] facta in longitudine. Haec et cateia, quam[19] Horatius[20] caiam dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quam maxime lenta[21], quae iacta[22] quidem non longe propter gravitatem evolat, sed quo pervenit[23], vi nimia perfringit, quod si ab artifice mittatur, rursum venit[24] ad eum, qui misit. Huius meminit Virgilius[25] dicens:

Teutonico ritu soliti torquere cateias.

Unde et eos Hispani et Galli teutonos[26] vocant.

8. Phalarica est telum ingens torno factum, ferrum habens[27] cubitale et rotunditatem de plumbo in modum sphaerae in ipsa[28] summitate[29]. Dicitur etiam et ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus[30], quas phalas dici[31] manifestum est. Iuvenalis[32]:

Consulis[33] ante phalas delphinorumque columnas.

A phalis igitur dicta est phalarica, sicut a muro muralis. Sane phalaricam Lucanus[34] dicit nervis mitti tortilibus, et[35] quadam machina, ut:

Nunc vibrata phalarica nervis[36].

Virgilius vero ait, Turnum manu phalaricam iaculasse[37].

9. Pila[38] sunt arma iaculorum atque telorum a torquendo, vel emittendo vocata. De quibus Lucanus:

Signa, pares[39] aquilas, et pila minantia pilis.

Cuius singulare pilum[40] dicitur.

10. Telum vocatur secundum Graecam etymologiam, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν[41], quicquid potest iaci longe[42]: quanquam abusive dicatur et gladius[43], ut est illud[44]:

tus om. Gu. 1. — *conum* va. — *contum* Gu. 2. 1) *hastae* Arev. — 2) Sic Gu. 1. — *quae Gr. apl. dic.* vulg. — *quae Graecis aplustria dicuntur* Arev. Vulcan. vult ἀπολήστρια. — 3) *a trudibus* Gu. 1. 2. — 4) *dicuntur* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. — 5) *a veru* Gu. 1. — *verum* Gu. 2. — Om. *ab eo* ed. va. — 6) Virg. Aen. V, 208. — 7) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Excipia, quia ven.* vulg. — 8) *si* Gu. 2. — 9) *hasta* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *amentum hab. in med.* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. va. — *quia* vulg. — 12) *pondera* Ar. — 13) *iac. est* va. — 14) Sic Gu. 1. 2. va. — *quo* vulg. — 15) *scilicet* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. va. — *et iacitur* Ar. — 16) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 17) Sic Gu. 1. — *sit clavis* vulg. — 18) *et semis* Gu. 1. 2. — 19) *quam et Hor.* Gu. 1. — 20) apud Horatium hoc non reperitur, et Servius ad init. VI. Aen. citat *Lucilium*. Sed Papias, ut Isidor. Horatium citat. — 21) *quam maxima* omisso *lenta* Gu. 1. 2. — 22) Sic Gu. 1. Ar. — *iactu* vulg. — 23) *perveniat* va. — 24) *veniat* Gu. 1. — *redit* vulg. — 25) Aen. VII, 741. — 26) Sic Ar. — *teutonas* Gu. 1. 2. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *habens ferr.* vulg. — 28) *ipsa* om. va. — 29) *rotunditate* Gu. 2. — 30) *curribus* Gu. 1. — 31) *dici falas* Gu. 2. — *phalas* om. Gu. 1. — 32) Sat. VI, 589. — 33) *Consulit* Ar. — 34) Lucan. I, 198. — 35) *ex quad. mach.* Gu. 1. 2. — 36) *Hunc aut tortilibus vibr.* etc. Arev. — 37) *iaculari potuisse* Ar. Locus Virg. est Aen. IX, 705. — 38) *Pilae . . vocatae* va. — 39) Vulg. *paresque*, sed *que* om. Gu. 1. Ar. Locus Lucani est I, 7. — 40) *pilus* va. — 41) *apotu pempin* Gu. 1.

At non[15] *hoc telum, mea quod vi dextera versat.*

Proprie autem telum a longitudine dictum[16]. Unde et[17] mustelam dicimus[18], quod longior sit, quam mus.

11. Cuspis hastilis[49] amentata, a cespite dictus[50], quod est virgula[51]. Virgilius[52]:

Et pastoralem praefixa cuspide myrtum.

Proprie autem cuspis posterior pars hastae est[53].

CAP. VIII. *De sagittis.*

1. Sagitta a sagaci iactu[54], id est veloci ictu vocata[55]. Pennis enim fertur, quasi avis, ut celeriter mors percurrat[56] ad hominem. His primum Cretenses usi sunt, quibus[57] pennae, ut diximus, ideo agglutinantur[58], ut leves sint et pervolent[59].

2. Scaptos *[60]. Spicula sunt sagittae, vel lanceae breves, a[61] spicarum specie nuncupatae[62].

3. Scorpio est sagitta venenata arcu, vel tormentis excussa. Quae dum ad hominem venerit[63], virus, quo[64] figit, infundit, unde et scorpio nomen accepit[65].

CAP. IX. *De pharetris.*

1. Pharetra sagittarum theca[66], a ferendo[67] iacula dicta, sicut et feretrum, ubi funus defertur[68], quae ideo[69] etymologiam communem habent, quia pharetra mortem, feretrum mortuum portat.

2. Coriti[70] proprie[71] sunt thecae arcuum[72], sicut sagittarum pharetrae.

Vagina appellata[73] ab[74] eo, quod in ea mucro, vel gladius baiuletur.

3. Theca ab[75] eo, quod aliquid receptum tegat, c litera[76] pro g posita. Alii Graeco nomine thecam vocari asserunt, quod ibi reponatur aliquid. Inde et[77] bibliotheca librorum repositio dicitur.

4. Dolones sunt vaginae ligneae, inter[78] quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem a dolo dicti sunt[79], quod fallant et decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni. Hos vulgus Graeco nomine oxos[80] vocant[81], id est acutos. Unde et apud medicos acutus morbus ὀξεῖα vocatur[82].

5. Arcus vocatus[83], eo quod arceat adversarium, unde[84] et arces dicuntur, a[85] quibus arceantur hostes. Item arcus[86] vocatus ob speciem, quod sit curvatus[87] artius[88].

— 42) Sic Gu. 1. — *longe iaci potest* vulg. — 43) *gladium* Gu. 2. — 44) Virg. Aen. IX, 747. — 45) *est* add. Gu. 1. 2. — 46) Sic Gu. 1. 2. va. — *dicitur* vulg. — 47) *et* om. va. — 48) Sic Gu. 1. 2. va. — *mustela dicitur* vulg. — 49) *hastilis* Gu. 1. 2. al. va. et *amentata* iidem libri. — Vulg. *hastile amentatum.* — 50) Sic Gu. 1. 2. va. — *dicta* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *virgultum* vulg. — 52) Aen. VII, 817. — 53) Sic Gu. 1. 2. va. pr. — *est post. pars hastae* vulg. — 54) *ictu* Gu. 1. — 55) *vocatur* Gu. 2. — 56) *currat* Z. — 57) *de quibus* va. — 58) Sic Gu. 1. 2. va. — *ut dix. aggl. ideo* Z. — *ideo, ut dix. aggl.* vulg. — 59) *praevolent* Gu. 2. al. — 60) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. cum lacunae signo. — Om. Gu. 2. *scutatos* vulg. — 61) *a* pro *ab* Z. Gu. 1. 2. — 62) *nuncupata* Gu. 2. — 63) *pervenerit* Z. — 64) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. pr. — *qua* Ar. — *quod* vulg. — 65) *nomen scorpio accepit* va. — 66) *thecae* Ar. — 67) *feriendo* Z. — 68) *sicut et ubi funus def. feretr.* Gu. 2. — 69) *idcirco* Z. Gu. 2. — 70) *Conti* Gu. 1. — om. articulum va. — 71) *quippe* Gu. 1. — 72) Sic Gu. 1. — *arc. thecae* vulg. — 73) Sic Gu. 1. va. — *appellatur* vulg. — 74) *ab* addidi e Gu. 1. — 75) *ab* om. va. — 76) *c lit. . . dicitur* om. Z. — 77) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 78) *intra* Gu. 2. va. Ar. — 79) *Dolones dicti a dolo* Z. — 80) *axos* Gu. 1. — 81) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *vocat* vulg. — — 82) *acutos morbos oxia vocant* Z. — 83) Sic Gu. 1. 2. va. — *vocatur* vulg. — 84) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Inde* vulg. — 85) *a* om. Z. — 86) *arcus* om. va. — *vocatus* addidi e Gu. 1. — 87) Sic Gu. 1. — *sint curvati* vulg. — 88) *artius* om. va.

CAP. X. *De fundis.*

1. Funda dicta eo, quod ex[1] ea[2] fundantur lapides, id est emittantur[3].

2. Balista[4] genus tormenti, ab emittendo iacula dicta, *βάλλειν* enim Graece mittere[5] dicitur. Torquetur enim verbere nervorum, et magna vi iacit aut hastas, aut saxa. Inde[6] et fundibalus, quasi fundens et emittens[7]. Contra balistam testudo valet. Series enim fit armorum umbonibus inter se colligatis[8].

CAP. XI. *De ariete.*

1. Arieti nomen species dedit, eo quod cum impetu impingit murum in modum arietum pugnantium. Validae enim ac nodosae arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus[9] multorum manu[10] ad murum impellitur, deinde retrorsum ducta[11] maiori impetu[12] destinatur, sicque crebris ictibus concussum muri latus cedit, cavatumque irrumpit ac fenestram facit[13].

2. Contra impulsum arietis remedium est saccus paleis plenus, et in eum locum demissus, quo[14] aries percutit. Laxo enim saccorum[15] sinu ictus[16] arietis illisus mollitur. Duriora enim[17] mollioribus facilius cedunt.

3. Plutei sunt crates corio crudo intextae[18], quae in opere faciendo hosti obiiciuntur.

4. Musculus cuniculo similis fit[19], quo murus perfoditur, ex quo et appellatus[20], quasi murusculus[21].

CAP. XII. *De clypeis.*

1. Clypeus est scutum maius, dictus ab eo quod clepet, id est celet[22] corpus, periculisque subducat, *ἀπὸ τοῦ κλέπτειν*[23]. Oppositus enim sua defensione ab hastis et iaculis corpus munit. Clypeus autem peditum est, scutum equitum.

2. Scutum[24] appellatum, eo quod a se[25] excutiat telorum ictum. Ut enim telis resistatur, clypeus antefertur.

Umbo scuti pars media est, quasi umbilicus.

3. Ancile vocatur[26] scutum breve et rotundum, de quo[27] Virgilius[28]:

Laeva[29] *ancile gerebat.*

1) *ex* om. Gu. 1. — 2) *ea* pro *eo* Gu. 1. 2. Ar. — *ex se fundat* va. — 3) *emittat* va. — Al. add. *Harum usus primum in insulis, quae Baleares dicuntur, inventus ist. Virgilius* (Ge. I, 308.) *Balearis verbera fundae.* — 4) *Ballista* Ar. — 5) *emittere* va. — 6) *unde* Z. — 7) *quasi funda emittens* va. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *collectis* vulg. — 9) *fun. susp.* va. — 10) *manus* va. — 11) *reducta* Gu. 1. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *impetu maiore* vulg. — 13) *irrupturis fen. fac.* Ar. — 14) *quem* Ar. — 15) *saxorum* Z. va. — 16) *iactus* Z. — 17) *enim* om. Gu. 1. — 18) *intectae* Ar. — *intexti* Z. — 19) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *est* vulg. — 20) Sic Gu. 1. — *appellatur* vulg. — *vocatur* Z. — 21) *quia mur. est* Z. — 22) *celat* va. — Om. autem hoc totum caput cod. Zittav. — 23) Om. Graeca pr. va. — 24) *et scutum* Gu. 1. — *sc. vero* va. — 25) *ex se* Gu. 2. va. — 26) *vocatum* va. — 27) *unde* va. — 28) Aen. VII, 188. — 29) *Laevaque* Ar. — 30) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. pr. va. — 31) Fast. III, 377. — 32) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quemque* vulg. — *quamque* pr. — 33) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Cuius* vulg. — 34) Reg. III, 10, 16. 17. — 35) Sic Gu. 1. — *ex auro probato* vulg. — 36) *Afri* om. Gu. 1. — 37) Virg. Aen. VII, 732. — 38) *laeva* Gu. 1. 2. va. — 39) *cetra* Ar. ut supra. — 40) Sic Gu. 1. — *par-*

Et ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte veluti ancisum ac[30] rotundum. Ovidius[31]:

Idque ancile vocant, quod ab omni parte recisum,
Quaque[32] notes oculis, angulus omnis abest.

4. Pelta scutum brevissimum in modum lunae mediae, de quibus[33] meminit liber Regum[34]: *Fecit rex Salomon ducenta scuta de auro puro et trecentas peltas de probato auro*[35].

5. Scetra scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri[36] et Mauri, de quo Poeta[37]:

Lucram[38] scetra[39] tegit.

6. Parma levia arma, quasi clypeum parvum[40]. Dicitur autem et testudo scutum[41]. Nam in modum testudinis fit clypeus. Est et testudo scutorum connexio curvata in testudinis more[42]. Namque in armorum generibus milites etiam ab animalibus nomina sumunt, ut aries[43]. Et Salustius[44] *In modum*, inquit, *ericii militaris.*

CAP. XIII. *De loricis.*

1. Lorica nominata est[45] eo[46], quod loris careat, solis enim circulis ferreis contexta est.

2. Squama[47] est lorica ferrea ex laminis ferreis aut aereis[48] concatenata in modum squamae[49] piscis, et[50] ex ipso splendore squamarum et similitudine nuncupata[51]. De ciliciis autem et poliuntur loricae et teguntur[52].

CAP. XIV. *De galeis.*

1. Cassis de lamina est, galea de corio. Nam galeros corium dicitur. Cassidam[53] autem a Tuscis nominatam[54]. Illi enim galeam cassim[55] nominant, credo a capite.

2. Apex est, quod in summa galea eminet, quo figitur crista, quam Graeci κῶνον vocant. Nam conus est curvatura[56], quae in galea prominet, super[57] quam cristae sunt.

CAP. XV. *De foro.*

1. Forus est[58] exercendarum litium locus, a fando dictus[59]. Qui locus et Prorostra vocatur ab eo[60], quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium[61] rostra ablata sunt, et in foro Romano praefixa, ut essent[62] huius[63] insigne victoriae. Constat autem forus[64] causa, lege et iudice.

vum clipeum Gu. 2. va. — *parvus clypeus* vulg. — — *quasi parva, non clypeus* Arev. — 41) *scutorum* Gu. 2. — 42) *modum* Gu. 2. Ar. — 43) *arietes* va. — 44) Locus Salustii est e III. Hist. ap. Gerlach. nr. 41. p. 237. Citat eundem Nonius v. *Veruta* cap. XVIII, 16. — 45) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — *vocata* Z. al. va. — 46) *eo* om. va. — 47) *Squamata* Gu. 2. — 48) *aereis* om. Z. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. (*est* add.) pr. va. Ar. — *squamarum* vulg. — 50) *et* om. Z. — 51) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — *nuncupatur* va. — 52) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *pol. et teg. lor.* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. — *Classicam* va. — *Cassidem* vulg. — 54) *dicunt* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. al. va. Inclusit Arev. — 55) *cassin* Gu. 2. — 56) Sic Z. Gu. 2. va. Ar. — *curvata* vulg. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. — *et supra* vulg. — *et super* Gu. 2. — 58) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Forum est* va. — *est* om. vulg., quae *Forum* exhibet. — 59) *vel* (*sive* va.) *a Phoroneo rege, qui primus Graecis leges* (*legem* va.) *dedit* add. al. va. — 60) *ideo* va. Ar. — 61) *Carthaginensis* Gu. 1. — 62) *esset* Gu. 2. pr. — *esse* va. — 63) *huius* om. Gu. 2. — 64) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *forum* vulg.

2. Causa vocata[1] a casu, quo evenit. Est enim materia et[2] origo negotii, necdum discussionis examine patefacta, quae dum praeponitur, causa est, dum discutitur, iudicium est, dum finitur, iustitia. Vocatum[3] autem iudicium quasi iurisdictio[4], et iustitia quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur. Unde[5] actores iudiciorum et praepositos quaesitores vel quaestores[6] nominamus[7].

3. Negotium autem[8] multa significat, modo actum rei alicuius[9], cui contrarium est[10] otium, modo actionem causae, quae[11] est iurgium litis. Et dictum negotium quasi nec otium, id est sine otio. Negotium autem[12] in causis, negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut maiora lucrentur.

4. Iurgium dictum, quasi iuris garrium, eo quod hi[13], qui causam dicunt, iure disceptent[14].

Lis a contentione limitis prius nomen sumpsit. De qua[15] Virgilius[16]:

Limes erat positus, litem ut discerneret agri.

5. Causa[17] aut argumento aut probatione constat.

Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem, unde et dictum argumentum, id est argutum inventum.

Probatio autem testibus et fide tabularum constat.

6. In omni[18] iudicio sex personae quaeruntur, iudex, accusator, reus et tres testes.

Iudex dictus, quasi ius dicens populo, sive quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

7. Accusator vocatur[19], quasi adcausator[20], quia ad causam vocat eum, quem appellat.

Reus a re, qua petitur, nuncupatur[21], quia, quamvis sceleris conscius non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicio pro re aliqua petitur.

8. Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quod super statum causae proferebantur. Nunc parte ablata nominis, testes vocari[22].

9. Testis autem consideratur conditione, natura et vita. Conditione, si liber, non servus. Nam saepe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam[23]

Varium et mutabile semper
Femina[24].

Vita, si innocens et integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato habere societatem.

1) Sic Gu. 1. 2. al. — *vocatur* vulg. — 2) *et* om. Gu. 1. — 3) *Vocatur* Gu. 2. — 4) *iurisdicio* va. — 5) *Unde et* vulg., sed *et* om. Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. — *quaestores vel quaesitores* vulg. — 7) Sic Gu. 1. — *vocamus* vulg. — 8) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 9) *rei* addidi e Gu. 1. 2. pr. Ar. — 10) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *est contr.* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *quod* vulg. — 12) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Ar. — *Neg. est autem* pr. — 13) *hi* addidi e Gu. 1. 2. va. — *ii* Ar. — 14) *iure discept. dic.* Gu. 1. — *iure dic. discept.* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *quo* vulg. — 16) Aen. XII, 898. — 17) *autem* add. va. — 18) *autem* add. vulg. — om. Gu. 1. — *in omne . . iudicium* Gu. 2. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. — *vocatus* vulg. — 20) *adcusator* Gu. 1. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *nuncupatus* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. — *vocantur* vulg. — 23) Virg. Aen. IV, 569. — 24) *dicitur* add. Gu. 1. *varia et mutabilis est semper femina. Natura Nam varium et mutabile semper femina* edit. va. — 25) *Duo autem sunt* Gu. 2. va. — 26) *id quod* vulg. bis, sed om. Gu. 1. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *obtegunt* vulg. — 28) *semetipsas* Gu. 1. — 29) *ibi* Z. — 30) *inspectatio* Z. — 31) *sic* addidi e Z.

10. Duo sunt autem [25] genera testium, aut dicendo, quod [26] viderunt, aut proferendo, quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquunt, cum aut falsa promunt, aut vera silentio tegunt [27].

CAP. XVI. *De spectaculis.*

1. Spectacula, ut opinor, generaliter nominantur voluptates, quae non per semetipsa [28] inquinant, sed per ea, quae illic [29] geruntur. Dicta autem spectacula eo, quod hominibus publica ibi praebeatur inspectio [30]. Haec et ludicra nuncupata, quod in ludis gerantur, aut in scenis.

2. Ludorum origo sic [31] traditur: Lydios [32] ex Asia transvectos [33] in Hetruria consederunt duce Tyrrheno, qui fratri suo [34] cesserat regnum contentione [35]. Igitur [36] in Hetruria inter caeteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque [37] religionis nomine intulerunt [38]. Inde Romani accersitos [39] artifices mutuati sunt, et inde ludi [40] vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso [41] vocatos, quod [42] iuvenes per dies festos solebant ludi exultatione populum delectare [43]. Unde et eum lusum iuvenum et diebus festis et templis et religionibus reputant [44].

3. Nihil est [45] iam de causa vocabuli, dum rei causa idololatria [46] sit. Unde et promiscue ludi Liberalia vocabantur, ob honorem Liberi patris. Ob hoc despicienda [47] est originis macula, ne bonum aestimes, quod initium a malo accepit. Ludus autem gymnicus [48] est, aut circensis, aut gladiatorius, aut scenicus.

CAP. XVII. *De ludo gymnico.*

1. Gymnicus ludus est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus gymnasium dicitur, ubi exercentur athletae et cursorum velocitas comprobatur. Hinc accidit, ut omnium prope artium exercitia gymnasia dicantur.

2. Antea [49] enim in locis [50] certantes cincti erant, ne nudarentur, post relaxato cingulo repente prostratus et [51] exanimatus est quidam cursor. Quare ex consilii decreto tunc archon Hippomenes [52], ut nudi deinceps omnes exercitarentur, permisit. Ex illo gymnasium dictum [53], quod iuvenes nudi exercentur [54] in campo, ubi sola tantum verecunda [55] operiuntur [56].

CAP. XVIII. *De generibus gymnicorum.*

Genera gymnicorum quinque [57], id est [58] saltus, cursus, iactus, virtus atque luctatio. Unde ferunt quendam regem tot filios adolescentes habentem totidem generibus de regno iussisse contendere.

Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 32) Sic Gu. 1. 2. al. — *Lydii* vulg. — 33) Sic Gu. 1. 2. — *transeuntes* vulg. — *transvenisse* Z. — *transvenae* Ar. — *transvenas* al. — 34) *qui cum fratri suo cesserat* va. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *cesserat regni contentione* Ar. — Vulg. *successerat in regno.* — *confessione* Gu. 1. — *consensione* Gu. 2. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *ergo* vulg. — 37) *quaeque* Z. — 38) Sic Gu. 1. — *instituerunt* vulg. — 39) *arcessitos* Gu. 2. pr. — 40) *a Lydiis* add. vulg., quod om. Gu. 1. — *ludiales* pro hoc exhibet va. Gu. 2. — 41) *lusu* Arev. — 42) *ut iuvenes* pr. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *del. pop.* vulg. — 44) *reputat* Arev. — 45) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 46) *idolatria* Gu. 2. pr. va. — 47) *respuenda* va. — 48) *aut gymn.* Gu. 2. — 49) *ante* Z. — 50) *iocis* Ar. — 51) *et* om. Gu. 1. va. — 52) *Yponensis* Gu. 1. 2. — *Iponiensis* va. — 53) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. va. Ar. — 54) *exercitarentur* va. — 55) Sic Gu. 1. al. va. — *verenda* Z. Ar. — *pudenda* vulg. — 56) *operiantur* Z. — 57) *sunt quinque* Z. — 58) *id est* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va.

CAP. XIX. *De saltu.*

Saltus dictus, quasi exilire in altum. Est enim saltus altius, vel longius exilire[1].

CAP. XX. *De cursu.*

Cursus a velocitate crurum vocatur[2]. Est enim cursus velocitas[3] pedum.

CAP. XXI. *De iactu.*

Iactus dictus ab iaciendo[4]. Unde et piscatorium rete iaculum dicitur. Huic arti[5] usus est arrepto lapide[6] procul ferire, hastas pondere librato iacere, sagittas arcu emittere.

CAP. XXII. *De virtute.*

Virtus est immensitas virium in labore et pondere corporis.

CAP. XXIII. *De luctatione.*

Luctatio a laterum complexu vocata[7], quibus comminus certantes innituntur[8], qui Graeca appellatione athletae vocantur. Locus autem luctationis palaestra dicitur.

CAP. XXIV. *De palaestra.*

Palaestram[9] autem vel *ἀπὸ τῆς πάλης,* id est a luctatione, vel *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*[10], id est a motu ruinae fortis nominatam dicunt, scilicet, quod luctando[11] cum medios arripiant[12], fere quatiant[13], idque apud Graecos *πάλλειν* vocatur. Quidam opinantur artem luctandi ursorum contentione monstratam. Namque inter feras caeteras[14] eos solos et erigi congressos, et subsidere celeriter ac reverti, et modo manibus tentare[15] invicem, modo complexu[16] abigere sese more luctantium[17].

CAP. XXV. *De agone.*

Quae Latini certamina, Graeci *ἀγῶνας* vocant, a frequentia, qua celebrantur[18]. Siquidem et omnem coetum atque conventum agona dici; alii quod in circulis et quasi agoniis[19], id est sine angulo locis ederentur, nuncupatos agonas putant.

CAP. XXVI. *De generibus agonum.*

Agonum genera fuisse[20]: immensitas virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi

1) Sic Gu. 1. 2. — *alt. exil. vel long.* vulg. — *exil. alt. vel long.* va. — 2) *vocatus* va. — 3) Sic Gu. 1. — *celeritas* vulg. — 4) *ab* pro *a* Gu. 1. — 5) *Hinc et arti* Gu. 1. — *Hac arte* va. — 6) Sic Gu. 1. Ar. — *arreptos lapides* vulg. — 7) Sic Z. Gu. 1. al. va. — *vocatur* vulg. — 8) Sic Ar. — *innitent* Z. Gu. 1. 2. — *invitent* vulg. — 9) *Palaestra autem a luctatione nominatur, scilicet quod* etc. Z. — *Palaestram autem a luctatione vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est a motu ruinae fortis nominatam dicunt, vel ἀπὸ τῆς πάλης, scilicet quod* etc. Gu. 1. 2. — Om. Graeca pr. — 10) *palesin* Gu. 1. 2. — 11) Vulg. *in luctando*, sed *in* om. Gu. 1. 2. — 12) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *arripiat* vulg. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *quatiunt* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *caet. feras* vulg. — 15) *temptant* Z. — 16) *complexi* Z — 17) Vulg. add. *dicunt*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. — 18) *celebrabantur* va. Ar. — 19) *agonis* Gu. 1. va. — 20) *fuere* Ar. — *sunt* va. — 21) *quoque* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. — *perpet. suppliciorum certamina* vulg. — *discrimina multaque certamina* Z. — *suppl. cert. sunt* Gu. 2. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. — *deorum* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *daemonum* vulg. — 25) *huius rea-*

patientia, ad citharam quoque, vel tibias incedendi gestus, de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris[21] belli et navalis proelii, perpetiendorumque certamina sunt suppliciorum[22].

CAP. XXVII. *De ludis Circensibus.*

1. Ludi Circenses sacrorum causa ac daemoniorum[23] gentilium celebrationibus instituti sunt. Unde et qui eos spectant, daemoniorum[24] cultibus inservire videntur. Nam res equestris antea simplex agebatur, et utique communis usus reatus[25] non erat, sed cum ad ludos coactus est naturalis usus, ad daemoniorum cultum translatus est.

2. Itaque Castori[26] et Polluci deputantur hae species[27], quibus equos a Mercurio distributos historiae docent[28], sed et Neptunus[29] equestris ludi[30] est, quem Graeci appellant *ἱππικόν*[31]; sed et Marti et Iovi equi sunt in ludis consecrati[32], et ipsi quadrigis praesunt.

3. Circenses autem ludi ideo dicti, vel a circumeundo, quod[33], ubi nunc metae sunt, olim gladii ponebantur, quos quadrigae circuibant[34], et inde dicti Circenses, ab ensibus, circa quos currebant. Siquidem in litore[35] circa ripas fluminum currus[36] agitantes, gladios in ordine in ripae litore ponebant, et erat artis, equum[37] circa pericula torquere. Inde[38] Circenses dicti putantur, quasi circum enses.

CAP. XXVIII. *De Circo.*

1. Circus Soli principaliter consecratus est a paganis, cuius aedes[39] in[40] medio spacio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non[41] putaverunt sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Est autem circus omne illud spacium, quod circuire equi solent.

2. Hunc Romani dictum[42] putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Graeci vero a Circe Solis filia[43], quae patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, et ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga et venefica, et sacerdos daemonum, in cuius[44] habitu et opere magicae artes et cultus idololatriae recognoscitur[45].

CAP. XXIX. *De ornamentis.*

1. Ornamenta circi[46] ova, meta, obeliscus, carcer[47]. Ova honori[48] Castoris et Pollucis[49] asscribunt, qui illos ovo[50] editos credendo de cygno Iove[51] non erubescunt.

2. Fingunt autem Circensia Romani ad causas mundi referri[52], ut sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

tus a. pr. va. — 26) *et Castori* vulg., sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Ita* Gu. 2. — 27) *deputatur haec species* va. — 28) *Stesichorus docet* Arev. — 29) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *Neptunius* Gu. 2. — *Neptunos* pr. — *Neptuno* vulg. — 30) Sic Z. Gu. 1. al. — *ludus* vulg. — Om. Arev. — 31) Sic Gu. 1. — *ἵππον vocant* Z. Gu. 2. pr. — *ἵππον appellant* Z. va. — *ἱππικὸν vocant* vulg. — *hippion vocant* Arev. — 32) Sic Gu. 1. 2. — *in ludis equi sunt cons.* vulg. — 33) *quod* addidi e Gu. 2. pr. va. Ar. — *quod ibi* Z. — 34) *circumibant* Gu. 2. al. pr. — 35) *et litore* Gu. 1. — *et in lit.* Gu. 2. va. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *cursus* vulg. — 37) *equos* Gu. 2. — 38) *Inde et* vulg., sed *et* om. Gu. 1. 2. — 39) *sedes* Z. — 40) *in* addidi e Gu. 1. — 41) *nonnulli* Z. al. — 42) *putant* om. Gu. 1. — *putant dictum* Z. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *filia Solis* vulg. — 44) *loci* add. Ar. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *recognoscuntur* vulg. — 46) *sunt* add. Gu. 2. — 47) *carceres* Ar. — 48) *ob honorem* Z. — 49) *Poll. et Cast.* Z. Gu. 2. va. — 50) *ab ovo* Z. — 51) *Iovi* Z. — *et Iove* pr. — 52) *referre* Gu. 1 va.

CAP. XXX. *De metis.*

Metarum quippe appellatione proprie terminum ac finem mundi designari[1] volunt[2], ab eo, quod alicui[3] emensus[4] finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque solis[5].

CAP. XXXI. *De obelisco.*

1. Obeliscum Mesphres[6] rex Aegypti[7] primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus vehementi[8] inundatione Aegyptum[9] nocuisset, indignatus rex tanquam poenas a flumine exigeret, sagittam[10] in undas[11] misit. Non multo[12] post gravi valitudine[13] correptus, lumen amisit, qui[14] post caecitatem visu recepto duos obeliscos Soli sacravit[15]. Obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo[16] in medio Circo ponitur, quia per medium mundum sol currit.

2. Medio autem spacio ab utraque meta constitutus[17] obeliscus fastigium summitatemque[18] coeli significat, cum sol ab utroque spacio medio horarum discrimine transcendit. Summo obelisco superpositum est quoddam auratum in modum flammae formatum, quoniam sol plurimum caloris atque ignis habet[19].

CAP. XXXII. *De carceribus.*

In Circo, unde emittuntur equi, carceres dixerunt[20], ab ea re, qua et[21] ille carcer, qui est in civitate, quod[22], ut ibi homines damnati atque inclusi, ita hic equi coercentur[23], ne exeant, antequam signum emittant[24].

CAP. XXXIII[25]. *De aurigis.*

Ars Circi auriga et currus, equites, vel pedites. Auriga proprie[26] dictus, quod currum agat[27], sive quod feriat iunctos equos. Nam haurit, ferit[28], ut[29]:

Latus haurit apertum.

Ipse est et agitator, id est verberator ab agendo dictus. Aurigae autem duobus coloribus sunt, quibus speciem[30] idololatriae vestiunt. Nam prasinus terrae, venetus coelo et mari a paganis dedicatus[31] est.

CAP. XXXIV. *De quadrigis.*

1. Erichthonius autem, qui regnavit Athenis, primus quatuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, dicens[32]:

1) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *designare* vulg. — 2) *voluit* Gu. 1. — 3) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *aliquis* vulg. — *aliquid* Z. — 4) *mensus* va. — 5) *cursusque siderum* add. Z. — 6) Sic Arev. — *Mesfres* Z. — *Meffres* va. — *Mespres* vulg. — 7) *Aeg. rex* Z. — 8) *violenti* Z. Gu. 2. al. pr. va. — 9) *Aegypto* Arev. — 10) *sagittas* Z. va. — 11) *in Nilum* Gu. 1. — 12) *non post multum* Gu. 1. — *non multum post* Z. va. — 13) *invalitudine* Z. — 14) *atque post* va. — 15) Sic Gu. 1. 2. va. — *sacravit soli* Z. — *soli consecravit* vulg. — 16) *qui idem* Ar. — *ideo* om. Z. — 17) *constituitur* Z. — 18) *que* om. Z. — 19) *plurimum in se caloris atque ignis habet* va. Ar. — 20) *dicunt* va. — 21) *ut* va. — 22) *quod* om. va. — 23) *coercerentur* Gu. 2. al. — 24) *mittatur* Ar. — 25) Cap. XXXIII — XLI. om. cod. Zittav. — 26) *quippe* Gu. 1. — 27) *et regat* add. Gu. 2. va. Ar. — 28) *dicimus* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 29) Virg. Aen. X, 314. — 30) *species* Ar. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *dicatus* vulg. — 32) *auctor dicit* va. — 33) *rapidusque* Gu. 1. 2. — 34) *ut et* Gu. 1. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *daemoniacum* vulg. — 36) Sic Gu. 1. — *primo* vulg. — 37) *autem* addidi e Gu. 1. 2. va. — 38) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *videtur*

Primus Erichthonius currus et quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque[33] *rotis insistere victor.*

2. Fuit autem Minervae et Vulcani filius de caduca in terram libidine, ut[34] fabulae ferunt, procreatus, portentum daemonicum[35], imo diabolus, qui primus[36] Iunoni currum dedicavit. Tali auctore quadrigae productae sunt.

CAP. XXXV. *De curru.*

1. Currus autem[37] a cursu dictus, vel quia rotas habere videtur[38] multas[39], unde et carrum[40] quasi cursum[41]. Quadrigarum vero currus duplici olim temone[42] erant perpetuoque, et qui omnibus equis iniiceretur[43].

2. Iugo primus Clysthenes[44] Sicyonius tantum medios iugavit, eisque[45] singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.

CAP. XXXVI. *De equis quibus currimus.*

1. Quadrigae et bigae, et[46] trigae et seiugae a numero equorum[47] et iugo dictae. Ex quibus quadrigas soli, bigas lunae, trigas[48] inferis, seiugas Iovi, desultores Lucifero et Hespero sacraverunt[49]. Quadrigam[50] ideo soli iungunt, quia per quatuor annus tempora[51] vertitur, ver et aestatem, autumnum et hiemem[52].

2. Bigas[53] lunae, quoniam gemino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte et die videtur[54]. Iungunt enim unum[55] equum nigrum, alterum candidum. Trigas diis[56] inferis, quia hi[57] per tres aetates homines ad se rapiunt[58], id est per[59] infantiam, iuventutem atque senectam. Seiuga maximus[60] currus[61] Iovi currit[62], propter quod maximum deorum suorum eum[63] esse credunt.

3. Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt[64], sive quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit, sive propter solem, quia volubili ambitu rotat, sicut ait Ennius:

Inde patefecit radiis rota candida coelum.

CAP. XXXVII. *De septem spaciis.*

Septem spacia quadrigae currunt referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem dierum praesentium[65], quibus peractis vitae terminus consummatur, quorum finis est[66] creta[67], id est iudicium.

habere vulg. — 39) *multas* om. Gu. 2. pr. va. — 40) *currum* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *curvum* Arev. — *currum* vulg. — 42) Sic Gu. 1. 2. (*tenore*) va. — *tem. ol.* vulg. — 43) *iniiceretur equis* va. — 44) Sic Arev. e Pausan. in Phocaic. — *Cristenes* vulg. — *Cristenas* va. — 45) *eisque* Gu. 1. — *eiusque* Gu. 2. — *eosque* vulg. — 46) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 47) Sic Gu. 1. 2. va. — *ab equ. num.* vulg. — 48) *et trig.* vulg., sed *et* om. Gu. 1. 2. va. — 49) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *consecraverunt* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. — *Quadrigas* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *temp. ann.* vulg. — 52) *vere, aestate, autumpno et hieme* Gu. 1. 2. — 53) *Bigae* Gu. 1. — 54) Sic Gu. 1. 2. — *nocte videtur et die* vulg. — 55) *unum* om. Gu. 1. — 56) *diis* om. va. — 57) *hi* om. Gu. 1. — *his* exhibet Gu. 2. — 58) *rapit* Gu. 2. — 59) *propter* Gu. 1. — 60) *maxime* Gu. 2. — 61) *currus* om. Gu. 2. — 62) Sic Gu. 1. 2. — *currit Iovi* vulg. — 63) *deum* Gu. 2. — 64) *dicitur* va. — 65) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *potentium* vulg. — 66) *est* om. Gu. 1. — 67) *certa* Gu. 1. — *certus* va. — *actus* al.

CAP. XXXVIII. *De equitibus.*

Porro equites singulares ideo currere dicuntur[1], quia singulariter unusquisque huius vitae terminum[2] peragit atque transit, alio[3] tempore sequens alium, per unam tamen viam mortalitatis usque[4] ad propriam metam mortis.

CAP. XXXIX. *De desultoribus.*

Desultores nominati, quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, et currebat[5], sive quod de equo in equum transiliebat.

CAP. XL. *De peditibus.*

Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati[6]. Ob hoc a superiori parte curritur[7] ad inferiora, id est ab oriente ad occidentem, quia mortales oriuntur et[8] occidunt. Nudi currunt, quia et hominis[9] in seculo nullae reliquiae sunt. Recto spacio currunt, quia inter vitam et mortem nihil distat[10]. Sed haec[11] propterea fingunt, ut[12] vanitates suas et sacrilegia excusare conentur.

CAP. XLI. *De coloribus equorum.*

1. Circa causas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roseos[13] enim soli, id est igni, albos aeri, prasinos terrae, venetos mari assimulantes[14]. Item roseos aestati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, et cuncta tunc flavescant[15]. Albos hiemi, quod sit glacialis, et frigoribus universa canescant[16], veri prasinos, auctumno[17] viridi colore, quia tunc pampinus densatur.

2. Item roseos currere[18] Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, et quia vexilla Romanorum cocco decorantur, sive quod Mars gaudet[19] sanguine. Albos zephyris et serenis tempestatibus, prasinos flori et terrae, venetos aquis, vel aeri, quia ceruleo sunt colore, luteos, id est croceos, igni et soli, purpureos Iri sacraverunt, quem arcum dicimus, quod Iris plurimos colores habeat.

3. Sicque, dum hac spectatione[20] deorum cultibus atque elementis mundialibus aliquibus[21] profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur. Unde

1) Sic Gu. 1. al. va. (*dicuntur curr.*) — *dicunt* vulg. — 2) Sic Gu. 1. — *cursum vitae huius* vulg. — 3) *alius* Gu. 2. — *alius alio tempore sequ. alium* pr. va. — 4) Sic Gu. 1. 2. va. — *videlicet* vulg. — 5) *et currebat* om. Ar. — 6) *mortalitate* Gu. 1. — *mortalitatis* va. — 7) *currant* Gu. 2. pr. Ar. — *superiori* pro *superiore* Gu. 1. va. — 8) *et* om. Gu. 1. — 9) *homini* Ar. va. — 10) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *distant* vulg. — 11) Sic Ar. — *sed haec igitur* Gu. 1. 2. — *haec igitur* pr. — *haec autem* va. — *haec ergo* vulg. — 12) *ne* Gu. 1. fortasse scribendum est infra *cogantur* pro *conentur.* — 13) *roseo enim* Gu. 1. — *roseos enim* Gu. 2., quod recepi. — Vulg. *roseos soli.* — *roseus enim* va., omisso *soli.* — 14) Sic Gu. 1. 2. — *assimilantes* vulg. — 15) *flavescunt* Gu. 1. — 16) *canescunt* va. — 17) *auctumno* addidi e Gu. 1. — 18) *currere* om. Ar. — 19) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *gaudeat* vulg. — 20) Sic Ar. — *exsp.* vulg. — 21) *aliquibus* addidi e Gu. 1. 2. — 22) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 23) *quot* Ar. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *erit tibi locus* vulg. — 25) *semicirculum* Z. — 26) *hab. fig.* va. — 27) *omnes* om. Z. — 28) Sic Gu. 1. 2. — *amphitheatri* vulg. — 29) Sic Gu. 1. — *fact. est* vulg. — 30) *autem*

et[22] animadvertere debes Christiane, quod[23] Circum numina immunda possideant Quapropter alienus tibi erit locus[24], quem plurimi sathanae spiritus occupaverunt. Totum enim illum diabolus et angeli eius repleverunt.

CAP. XLII. *De theatro.*

1. Theatrum est, quo scena includitur, semicirculi[25] figuram habens[26], in quo stantes omnes[27] inspiciunt. Cuius forma primum rotunda erat, sicut et amphitheatrum[28], postea ex medio amphitheatro theatrum est factum[29]. Theatrum autem[30] ab spectaculo[31] nominatum, *ἀπὸ τῆς θεωρίας*[32], quod in eo populus stans[33] desuper atque spectans[34] ludos contemplaretur[35].

2. Idem vero theatrum, idem et[36] prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur[37]. Idem et lupanar vocatum[38] ab eisdem meretricibus, quae propter vulgati corporis levitatem[39] lupae nuncupabantur[40]. Nam lupae meretrices sunt a rapacitate vocatae[41], quod ad se rapiant miseros[42] et apprehendant[43]. Lupanaria enim[44] a paganis[45] constituta sunt, ut pudor mulierum infelicium[46] ibi publicaretur, et ludibrio haberentur tam ii, qui facerent, quam quae[47] paterentur.

CAP. XLIII. *De scena.*

Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orchestra[48] vocabatur, ubi cantabant comici tragici[49], atque saltabant histriones et mimi. Dicta autem scena Graeca[50] appellatione, eo quod in speciem[51] domus erat instructa. Unde et apud Hebraeos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum *σκηνοπηγία*[52] appellabatur[53].

CAP. XLIV. *De orchestra.*

Orchestra autem pulpitus[54] erat scenae, ubi saltator agere[55] posset[56], aut duo inter se disputare. Ibi enim poetae comoedi et tragoedi ad certamen conscendebant, iisque canentibus[57] alii gestus edebant. Officia scenica tragoedi, comoedi, thymelici[58], histriones, mimi et saltatores.

CAP. XLV. *De tragoedis.*

Tragoedi sunt, qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant.

addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 31) *ab sp.* pro *a sp.* scripsi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 32) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι* vulg. — Om. Graeca Z. pr. va. — 33) *instans* Gu. 1. — 34) *quid patno* (sic) Z. add. — 35) *contempletur* Z. *ut ludos cont.* va. — 36) *quod et prost.* va. — 37) *prostrarentur* Z. Gu. 2. al. — *prosternebantur* va. — *prostarent* Ar. — 38) *vocatum . . . vulgati* om. Gu. 2. — 39) *vilitatem* Ar. — 40) *nuncupantur* Z. — 41) *vocatae* om. Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *miseros rapiant* vulg. — 43) *apprehendunt* Gu. 2. — 44) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *autem* vulg. — 45) *a Graecis paganis* Z. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *infel. mul.* vulg. — 47) *quam qui* va. — 48) Sic Ar. — *orcistra* vulg. — *excistra* Gu. 1. — 49) *et trag.* va. — 50) *a Gr. app.* va. — 51) *in specie* Z. va. — 52) Graecum om. Z. — 53) *appellabantur* Gu. 2. — 54) *pulpitum* Ar. — 55) *agi* Z. — 56) *possit* Z. va. — 57) *alii spectabant circumsedentes cum silentio* add. Z. — 58) Sic h. l. et infra Ar. — *themelici* vulg.

CAP. XLVI. *De comoedis.*

Comoedi sunt, qui privatorum hominum acta dictis, aut[1] gestu canebant[2], atque stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

CAP. XLVII. *De thymelicis.*

Thymelici autem erant[3] musici scenici, qui in organis et lyris[4] et citharis praecinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur[5].

CAP. XLVIII. *De histrionibus.*

Histriones sunt, qui muliebri indumento gestus impudicarum feminarum exprimebant, ii autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones sive quod ab Histria id genus sit adductum[6], sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi historiones.

CAP. XLIX. *De mimis.*

Mimi sunt dicti Graeca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores, nam habebant suum auctorem, qui, antequam mimum agerent[7], fabulam pronunciaret[8]. Nam fabulae ita componebantur a poetis, ut aptissimae motui corporis essent[9].

CAP. L.[10] *De saltatoribus.*

Saltatores autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Aeneas in Italiam secum[11] adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare.

CAP. LI. *Quid quo patrono agatur.*

Est plane in artibus scenicis Liberi et Veneris patrocinium, quae privata et propria sunt, scenae de gestu et corporis flexu[12]. Nam molliciam[13] Libero et Veneri immolabant, illi per sexum[14], illi per luxum[15] dissoluti. Quae vero ibi vocibus et modis et organis et lyris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios patronos habent. Quod spectaculum[16] Christiane odire debes[17], quorum odisti auctores.

CAP. LII. *De amphitheatro.*

1. Amphitheatrum locus est spectaculi, ubi pugnant gladiatores. Et inde ludum gladiatorium dictum[18], quod in eo iuvenes usum armorum diverso motu[19] condiscant, et modo inter se aut gladiis, aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes, ubi non odio, sed praemio illecti subeunt ferale certamen.

1) *ac* va. — *atque* Ar. — *gestis* Gu. 1. pro *gestu*. — 2) *cantabant* Z. Gu. 2. Ar. — 3) *sunt* va — 4) *in liris* pro *et liris* va. — 5) *Graeca appellatione et sic erant spectacula* add. Z. — 6) *abductum* Gu. 1. — 7) *ageret* Gu. 2. pr. — 8) *pronuntiarent* Z. va. — 9) Sic Gu. 1. — *essent motui corp.* vulg. — 10) Cap. L. . . LIX. om. cod. Zittav. — 11) *sec. in Ital.* va. — 12) Sic Gu. 1. va. Ar. — *fluxu corp.* vulg. — *corp. fluxu* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. 2. va. — *molliciem* vulg. — 14) *illi per sexum* om. Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. 2. cd. Goth. — *fluxum* vulg. — *flexum* Ar. — 16) *Quae spectacula* Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. 2. va. — *odire* (*odisse* Ar.) *debes Chr.* vulg. — 18) Sic Gu. 1. 2. va. — *ludus gladiatorius dictus* vulg. — 19) *modo* va. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *primum* vulg. — 21) Sic Gu. 1. va. Ar. — *morte*

2. Amphitheatrum dictum, quod ex duobus theatris sit factum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

CAP. LIII. *De ludo equestri.*

Genera gladiatorum plura, quorum primus[20] ludus equestrium. Duo enim equites praecedentibus prius signis militaribus, unus a porta orientis, alter ab occidentis procedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus et habilioribus armis, sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant pugnam, dimicantes quousque alter in alterius mortem[21] prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam, qui perimeret. Quae armatura pugnabat Martis duellii causa[22].

CAP. LIV. *De retiariis.*

Retiarius ab armaturae genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat occulte[23] rete, quod iaculum appellatur, ut adversarium cuspide insistente operiret, implicitumque viribus superaret, quae armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.

CAP. LV. *De secutoribus.*

Secutor est[24] ab insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, quae adversarii iaculum impediret, ut antequam ille feriret rete[25], iste exsuperaret[26]. Haec armatura sacrata erat Vulcano. Ignis enim semper aquam[27] insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

CAP. LVI. *De laqueatoribus.*

Laqueatorum[28] pugna erat fugientes ludo[29] homines iniecto laqueo impeditos consecutosque prostrare amictos[30] umbone pelliceo.

CAP. LVII. *De velitibus.*

Velitum pugna erat, ut ultro citroque[31] tela obiectarent. Erat[32] eorum varia pugna et spectantibus gratior, quam reliqua: velites autem vocatos[33] a volitatione[34], sive a civitate Hetruscorum, quae Veletes[35] vocabatur.

CAP. LVIII. *De ferali certamine.*

Ferarum pugna est[36] emissas[37] bestias iuvenes excipere et pugnare adversus eas, ultroneo funere certare, non crimine, sed furore.

CAP. LIX. *De horum exercitatione ludorum.*

Haec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatum non solum hominum vitiis, sed et daemonum[38] iussis instituta sunt. Proinde nihil debet esse[39] Christiano cum Circensi insania,

vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. va. — *Marti duelli* vulg. — 23) Sic Gu. 1. 2. — *occ. fer.* vulg. — 24) *est* om. va. — 25) *reti* Ar. — 26) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *super.* vulg. — 27) *aquam* add. Ar. va. — 28) Sic Gu. 1. al. va. — *Laqueariorum* vulg. — 29) *in ludo* vulg., sed *in* om. Gu. 1. — 30) *et amictos* Gu. 1. — 31) *ultra citraque* Gu. 1. — *citroque* om. va. — 32) Vulg. add. *autem* (*enim* Gu. 2. va.), quod om. Gu. 1. — 33) Sic Gu. 1. — *nuncupati* Ar. — *nuncupatos* Gu. 2. va. — *vocati sunt* vulg. — 34) Vulg. *sive a vol.*, sed *sive* om. Gu. 1. — *volatione* Gu. 2. — 35) *Veles* Ar. — *Velites* Gu. 1. pr. va. — 36) *est* pro *erat* Gu. 1. 2. — 37) *emissas* pro *missas* Gu. 1. 2. va. — 38) *sed de daem.* Ar. — 39) Sic Gu. 1. — *esse deb.* vulg.

cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenae, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia praesumit, fidei Christianae praevaricator effectus, qui[1] denuo appetit, quod in lavacro iam pridem renunciavit, id est diabolo, et[2] pompis, et operibus eius.

CAP. LX. *De tabula.*

Alea, id est ludus[3] tabulae inventa a Graecis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine[4], a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo, calculis tesserisque.

CAP. LXI. *De pyrgis.*

Pyrgus dictus, quod per eum tesserae pergant, sive quod turris speciem habeat. Nam Graeci turrem[5] *πύργον* vocant.

CAP. LXII. *De calculis.*

Calculi vocati, quod leves sint et rotundi. Unde et calculus dicitur lapis brevis, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales[6] quasi per calles[7] eant[8].

CAP. LXIII. *De tesseris.*

Tesserae vocatae, quia quadratae[9] sunt ex omnibus partibus[10]. Has alii lepusculos vocant, eo quod exiliendo discurrunt[11]. Olim autem tesserae iacula appellabantur[12] ab iaciendo[13].

CAP. LXIV. *De figuris aleae.*

Quidam autem aleatores sibi videntur physiologice hanc artem per allegoriam[14] exercere, et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria seculi tempora[15], praeterita, praesentia[16] et futura, quia non stant, sed currunt[17]. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter aetates hominum ternariis[18] lineis propter tempora argumentantur[19]. Inde et tabulam dicunt lineis ternis descriptam[20].

CAP. LXV. *De vocabulis tesserarum.*

Iactus quisque[21] apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio[22], trinio[23], qua-

1) *id* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. (*de novo*) — 2) *et* addidi e Gu. 1. 2. — 3) *lusus* Z. Gu. 2. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. — *nomine Alea* vulg. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *turrim* vulg. — 6) *errant* add. Z. Gu. 2. — 7) *calculas* Ar. — 8) *eant* om. Z. Gu. 1. 2. — *eant quasi per calles* va. — 9) Sic Gu. 1. — *quadrae* vulg. — 10) Sic Z. Gu. 1. va. — *ex part. omn.* vulg. — 11) *decurrunt* Gu. 1. — *discurrant* va. — 12) *dicebantur* Z. — 13) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. — 14) Sic Gu. 1. — *per alleg. hanc art.* vulg. — 15) *temp. sec.* Z. — *seculi* om. va. — 16) *praes. praet.* Gu. 2. va. — 17) Sic Gu. 1. — *decurrunt* vulg. — 18) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *trin.* vulg. — 19) *argumentatur* Z. — 20) Sic Gu. 1. — *ternis descr.* (*discript.* va.) *dic. lineis* (*vel paginis* add. Z.) vulg. — 21) *quoque* va. — *quippe* Z. — 22) *binio* om. Z. Gu. 2. — 23) *trio* Z. pr. va. — 24) Sic Gu. 1. — *quatrio* vulg. — 25) *quinquio* Z. — Om. Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. -- *trionem* vulg. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *quatrionem* vulg. — 28) *vocaverunt* Z., qui add.

ternio[24], quinio[25], senio. Postea appellatio singulorum mutata est, et unionem canem, trinionem[26] suppum, quaternionem[27] planum vocabant[28].

CAP. LXVI. *De iactu tesserarum.*

Iactus tesserarum ita a peritis aleatoribus componitur, ut afferat, quod voluerit, utputa senionem, qui eis in iactu[29] bonum affert[30]. Vitant autem canem, quia[31] damnosus est, unum enim significat.

CAP. LXVII. *De calculorum motu.*

Calculi partim[32] ordine moventur, partim vage. Ideo alios ordinarios, alios vagos appellant. At vero qui moveri omnino non possunt, incitos dicunt. Unde et egentes homines inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat[33].

CAP. LXVIII. *De interdictione aleae.*

Ab hac arte fraus et mendacium et[34] periurium nunquam abest, postremo et odium et damna rerum, unde et aliquando propter haec scelera interdicta legibus[35] fuit.

CAP. LXIX. *De pila.*

1. Pila proprie dicitur, quod sit pilis plena. Haec antea[36] et sphaera a ferendo vel feriendo dicta[37], de quarum genere et[38] pondere Dorcatius sic tradit[39]:

Neu[40] tu parce pilos vivacis[41] condere cervi,
Uncia donec erit[42] geminam[43] super addita libram[44].

2. Inter species pilarum sunt, trigonaria et arenaria[45]. Trigonaria est[46], qua inter[47] tres luditur. Arenaria, qua[48] in grege, dum ex circulo astantium spectantiumque[49] emissa, ultra iustum spacium pilam excipere lususque[50] inire consueverunt[51]. Cubitalem lusum appellant, cum duo cominus ex proximo ac pene coniunctis cubitis palam feriunt. Suram dicuntur[52] dare, qui pilam crure prolato feriendam collusoribus praebent.

---

et haec omnia digna sunt memoriae commendari. — *vocant* al. va. — 29) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *iactu* Ar. — *actu* vulg. — *in actu* Z. — 30) *afferat* Gu. 2. — *boni* pro *bonum* Gu. 1. 2. al. — 31) *qui* Ar. — 32) *partem* Z. — 33) *quibus ultra procedendi nulla restat facultas* Z. — 34) *et* pro *atque* Gu. 1. — 35) *et arbitrio iudicum* Z. add. — 36) *antea* addidi e Gu. 1. — *autem* pro hoc exhibet Gu. 2. — 37) *a fer. dicta vel fer.* va. — 38) *vel* va. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. ed. Goth. — *tradidit* vulg. — 40) *Heu* va. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *vivaci* va. — *vivaces* vulg. — 42) *erigit* va. — 43) *gemina* va. — 44) *librae* va. Ar. — 45) *arenata* Gu. 2. Ar. pr. h. l. et infra. — 46) *sunt* om. va. — 47) *quae in* Z. va. — *quia in* Gu. 2. — 48) *quae* va. — *quum* Z. — 49) *exsp.* Z. va. — *asp.* Gu. 1. — *ad spectaculumque* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. — *lusosque* Gu. 2. — *lusoque* Z. — *lusumque* vulg. — 51) *consuerunt* Gu. 2. va. — 52) *dicuntur . . praebent* Z. Gu. 1. 2. — *dicitur . . praebet* vulg.

LIBER XIX.

CAP. I. *De navibus.*

1. Artium quarundam vocabula, quibus aliquid fabricatur, vel instrumenta artificum [1], vel quae [2] ministerium [3] exhibent, atque aliquid huiuscemodi [4], deinceps ex parte notanda studui.

2. Artifex generale nomen vocatur [5], quod artem faciat, sicut aurifex, quia [6] aurum faciat [7]. Faxo enim pro facio antiqui [8] dicebant.

3. Nauclerus dans navis est ita appellatus [9], quod navis in sorte eius sit: κλῆρος enim Graece sors dicitur. Caeteri [10] autem in navi in contributione [11] sunt.

4. Gubernio [12], qui et gubernator, quasi cohibernator, quod cohibeat prudentia sua hiberna, id est tempestates maris.

5. Nauta a nave dictus per derivationem. Navita autem pro nauta poetice [13] dicitur, sicut Mavors pro Mars. Nam rectum est nauta [14].

6. Remex [15] vocatus [16], quod remum regit [17]; sic [18] autem remex, quomodo tubex [19] nominativo casu [20].

7. Epibata Graeco nomine [21] appellatur, qui Latine dicitur superveniens. Hic nihil habet negotii, sed naulo [22] dato in alias terras transire disponit [23].

8. Navem [24] quidam [25] perhibent dictam, eo quod gnavum [26] rectorem quaerat, id est peritum, sapientem [27], strenuum, qui continere et gubernare novit propter maritima pericula et casus, unde est illud Salomonis [28]: *Intelligens gubernacula possidebit.* Lydii autem primum navem fabricaverunt, pelagique incerta petentes pervium mare usibus humanis fecerunt.

9. Rates primum et antiquissimum navigii genus [29] e rudibus tignis asseribusque consertum. Ad cuius similitudinem fabricatae naves ratariae dictae [30]. Nunc iam rates abusive naves. Nam proprie rates sunt connexae invicem trabes.

10. Trieris navis magna, quam Graeci durconem [31] vocant, de qua in Esaia dicitur [32]: *Non transibit* [33] *per eam trieris magna.*

11. Carpasia navis a Carpatho insula nominata, sicut a Rhodo Rhodia, sicut ab Alexandria Alexandrina.

1) *artificium* Gu. 1. — 2) *quaeque* Gu. 2. — *qui* va. — 3) *misterium* va. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *huiusmodi* vulg. — *huiuscemodi aliquid* Z. — 5) *generaliter vocatus* Ar. — *vocatus* va. — 6) Sic Gu. 1. — *qui* vulg. — 7) *faciat* addidi e Gu. 1. — *facit* Gu. 2. va. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. — *ant. pro facio* vulg. — 9) Sic Gu. 1. — *est app. ita* vulg. — 10) *Ceterae* Z. — 11) *in contribunatione* va. — 12) *Guberno* Z. — 13) *per diaeresim* add. va. — 14) *Nam nauta rect. est* Z. — 15) *Remes* Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. 2. al. — *vocatur* vulg. — 17) Sic Gu. 1. — *gerit* vulg. — 18) *sicut* va. — 19) *dicitur* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 20) *pro nom. casu* Gu. 1. 2. — 21) Sic Gu. 1. 2. al. — *sermone* vulg. — 22) *nabulo* Gu. 1. 2. — *anulo* pr. — 23) *disponunt* Z. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. al. h. l. et postea semper accusativo casu. — Vulg. *Navim.* — 25) *quidem* Gu. 1. 2. — 26) *novum* Gu. 1. — *novium* Gu. 2. — *navium* Z. pr. — *navem* va. — 27) *et sap.* Gu. 2. — 28) Proverb. 1, 5. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *navis genus* Z. — *gen. navigii* vulg. — 30) *dicuntur* Z. — 31) Sic Ar. — *durionem* Z. — *dulconem* vulg. — Vulcan. coniecit ὁλκάδα. — 32) *dicitur* om. Z. Locus est c. 33, 21. — 33) *pertransibit* Z. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *sunt neg.* vulg. — 35) *de qualibet* Z. — *de qualibus* Gu. 2. — 36) Epod. 1, 1. — 37) Sic Gu. 1. 2. al. — *dictae* vulg. — 38) *habent* Z. — 39) δρομάδας coniecit Vulcan. — 40) *sunt* Gu. 2. — 41) Sic Gu. 1. — *cuius* vulg. — *quibus* Ar. — 42) *est* addidi e Gu. 1. — 43) *certum* Z. — 44) Sic Ar.

12. Liburnae dictae a Libyis, naves enim negotiatorum sunt[34]. De quibus[35] Horatius[36]: *Ibis Liburnis inter alta navium.*

13. Rostratae naves vocatae[37] ab eo, quod in fronte rostra aerea habeant[38] propter scopulos, ne feriantur et collidantur.

14. Longae naves sunt, quas dromones[39] vocamus, dictae eo, quod longiores sint[40] caeteris, cui[41] contrarius est[42] musculus, curtum[43] navigium. Dromo[44] autem a decurrendo dicitur[45]. Cursum enim vocant Graeci *δρόμον*[46].

15. Classis[47] dicta[48] a Graeco vocabulo, *ἀπὸ τῶν κάλων*[49], id est a[50] lignis, unde et calones[51] naviculae[52], quae[53] ligna militibus portant.

16. Ancyromagus[54] dictus pro eo, quod celeritate sui ancoris et instrumentis reliquis[55] navium vehendis sit aptus.

17. Phaselus est navigium, quem[56] nos corrupte baselum dicimus. De quo Virgilius[57]: *Pictisque phaselis.*

18. Scapha est[58], quae et[59] *κατάσκοπος* navigium, quod Latine speculatorium dicitur, *σκοπεῖν* enim Graece, Latine intendere dicitur[60].

19. Barca est, quae cuncta navis commercia ad litus portat. Hanc[61] navis[62] in pelago propter nimias undas suo suscipit[63] gremio. Ubi autem appropinquaverit ad portum[64], reddit vicem barca navi, quam accepit[65] in pelago.

20. Paro navigium piratarum usui aptum[66], et ex iis ita vocatum. Cicero[67]: *Tunc se fluctigero*[68] *tradit mandatque paroni.* Et alibi: *Paruncutis ad litus ludit celeribus.*

21. Mioparo quasi minimus paro[69]. Est enim scapha[70] ex vimine facta, quae contecta[71] crudo corio genus navigii praebet, quales[72] utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus, vel paludibus ob agilitatem. De qualibus[73] Historia[74] *Gens*, inquit, *Saxonum mioparonibus, non viribus nituntur*[75], *fugae potius, quam bello parati.*

22. Celoces[76], quas Graeci *κέλητας* vocant, id est veloces biremes, vel triremes agiles, et ad ministerium classis aptae. Ennius:

Labitur uncta[77] *carina per aequora cana celocis.*

23. Biremes autem naves sunt habentes remorum ordinem geminum.

— *Droma* vulg. — *Dromon* Z. — 45) *dictus* Z. Gu. 2. al. — 46) Sic Gu. 1. 2. — *Graeci* (*Graeci* om. va.) *δρόμ. voc.* vulg. — 47) *Classis . . lignis* om. Z. — 48) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 49) Graeca om. pr. va. — 50) *a* addidi e Gu. 1. 2. — 51) *celoces* va. — 52) *naviculae* om. Ar. — 53) *qui* Ar. — 54) Sic Ar. — *Anciromacus* vulg. — *Antiqui romacum dicebant* Z. — *Anciromancus* Gu. 1. — *anciromanchus* Gu. 2. — *anchoromacus* pr. — 55) *reliquis* om. Z. — 56) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *quod* vulg. — 57) Virg. Ge. IV, 289. — 58) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 59) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 60) Vv. *σκοπεῖν . . dicitur* addidi e Z. Gu. 1. 2. (*Graece* om. cum Ar. va.) va. — 61) *Hanc* Z. Gu. 1. Ar. — vulg. *haec* — 62) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *naves* vulg. — 63) *suscepit* Gu. 2. pr. — 64) Sic Gu. 1. 2. — *portui* vulg. — *portum* Z. — 65) *accepit* Gu. 2. — 66) *apertum* propter *fluctigeri* vult Grial. — *usui* addidi ex Orellii coniectura loco mox proferendo. — 67) *unde Cicero* Z. — 68) *fluctiseco* coniecit Hermann. ab Orellio ad Cic. Fragm. Vol. IV. P. II. p. 572. ed. Cicer. laudatus. At vide Nobbium apud eundem Orell. — — 69) *idem et carabus* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 70) Vulg. *parva scapha*, sed *parva* om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 71) Sic Z. Ar. — *contexta* vulg. — 72) *qualibus* Z. Ar. — 73) *De qualibet* Gu. 1. — *De quibus* Ar. — 74) *in historia* Gu. 1. 2. — 75) *utuntur vel nituntur* va. — 76) Sic Ar. va. h. l. et infra. — *Celones* vulg. — 77) *cuncta* Z. Gu. 1.

Triremes et quatriremes trium et quatuor ordinum, sic et penteremes[1] et hexeremes[2] quinos, vel[3] senos ordines habentes.

24. Actuariae naves sunt, quae velis simul et remis[4] aguntur.

Hippagogus[5], in quo equos transvehere solitum est.

Pontonium navigium fluminale tardum et grave, quod nonnisi remigio progredi potest.

Hinc et traiectus[6], id est extentus. Est enim[7] funis[8] latus[9], unde et transenna dicitur extentus funis.

25. Lembus[10] navicula brevis, quae[11] alia appellatione dicitur et cymba et caupilus[12], sicut et lintris[13], id est[14] carabus, quem[15] in Pado paludibusque[16] utuntur.

26. Carabus parva scapha ex vimine facta, quae contecta[17] crudo corio genus navigii praebet.

Portemia navicula Syriaci generis lata et sine carina a portando vocata[18]. Utuntur iis in Pannonia.

27. Trabariae amnicae naves, quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur. Hae et ex uno ligno cavato factae[19], et inde caudicae, quia a quatuor usque ad decem homines capiunt[20].

CAP. II. *De partibus navium et armamentis.*

1. Puppis posterior pars navis est, quasi post. Prora anterior quasi priora.

Cymba[21] locus imus[22] navis, quod aquis incumbat.

Carina a currendo dicta, quasi currina.

2. Fori navium latera concava, a ferendo onere[23] dicta, sive tabulata[24] navium, quae sternuntur, dicta ab eo, quod incessus ferant[25] vel foris emineant[26]. De quibus Virgilius:

Laxatque[27] *foros.*

3. Columbaria in summis lateribus navium loca concava, per quae eminent remi, dicta, ut[28] credo, quod sint similia latibulis columbarum, in quibus nidificant.

4. Agea viae sunt vel loca[29] in navi, per quae ad remiges hortator accedit. De qua Ennius: *Multa foro ponet, et agea*[30] *longa repletur.*

5. Transtra sunt tabulae, ubi sedent remiges, quod in transverso sunt[31], dicta[32], quae Virgilius[33] iuga appellat.

1) *pentremes* Gu. 1. — *penteres* Z. va. Ar. — 2) *exaremes* Gu. 1. — *hexeres* Z. va. Ar. — 3) *et* va. — 4) *remigis* Gu. 1. — 5) Sic Ar. — *Hippagogae* vulg. — *Yppogaubus* Z. — *Ypogavus* Gu. 1. 2. pr. va. — 6) *transiectus* Gu. 1. — *traiectum* va. — 7) *Est enim* Gu. 1. — 8) *funis* om. Z. va. Ar. — 9) *latum* va. — 10) Sic Ar. — *Limbus* vulg. — *Lenibus* va. — 11) *qui* Z. — 12) Sic Ar. — *caupolus* vulg. — *cauputus* Z. — *caupillus* al. — 13) *linter* Ar. — *leniter* va. Est forma a genitivo ducta. — 14) *idem et* Z. — 15) Sic Gu. 1. 2. — *quo* vulg. — 16) *in Pudi paludibus* va. — *Pado* om. Z. ut *que*. — 17) Sic Z. Ar. — *contexta* vulg. — 18) *vocata* Z. — 19) Sic Z. Gu. 1. (*et ex uno*) 2. pr. va. (*haec et caudices*) *Hae ex caudice factae ex uno ligno cavato* vulg. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. — *capiant* vulg. — 21) *Cumba* Ar. pr. — 22) Sic Z. Gu. 2. Ar. — *unus* vulg. — 23) *onera* va. pr. — 24) *tabula* va. — 25) *ferunt* Gu. 2. — *feruntur* Gu. 1. — 26) *emicant* Z. — 27) Sic Z. Gu. 1. Ar. — Om. versum, qui est Aen. VI, 412., Gu. 2. — 28) *ut* addidi e Gu. 1. — 29) Sic Ar. — *Agiavia sunt loca* vulg. — *Ageaviae sunt l.* Z. — *Ageavia sunt l.* Gu. 1. 2. Scheller. de re milit. lib. I. c. 6. legi vult *Agearia sunt loca* e glossar. latino Germ. ms. *Agiaria loca quaedam in navibus, quae per remos hortator accedit.* — 30) Sic

6. Tonsae[31] remi a removendis et decutiendis[35] fluctibus dicti, sicut tonsores a tondendis[36] ac[37] decutiendis capillis.

7. Palmula est extrema latitudo[38] remi, a palma dicta, qua mare[39] impellitur.
Antemnae[40] autem dictae, quod ante amnem sint positae. Praeterfluit enim eas amnis. Cornua extremae partes antemnarum sunt, dictae[41] per tropum[42].

8. Malus est arbor navis, qua vela sustinentur. Malus autem dictus, quod[43] habet instar mali in summitate, vel quia quasi[44] quibusdam malleolis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur.

9. Modius est, cui arbor insistit, ob similitudinem mensuralis vasis dictus.
Carchesia[45] sunt in cacumine[46] arboris.

10. Trochleae, quasi φ[47] litera, per quas funes trahuntur. Cinna:
Lucida confulgent[48] *alti carchesia*[49] *mali.*
Trochleae autem vocatae, quod rotulas habeant, τρόχος enim Graece rota dicitur.

11. Parastatae stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato:
Malum deligatum[50], *parastatae vinctae*[51].

12. Clavus est, quo regitur gubernaculum. De quo Ennius:
Ut clavum rectum teneam[52] *navimque*[53] *gubernem.*

13. Porticulus[54] malleus in manu portatus[55], quo modus signumque datur remigantibus. De quo Plautus[56]:
Ad loquendum atqué tacendum túte habes[57] *portículum*[58].

14. Tonsilla uncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in litore defixum funes navium illigantur. De quo Ennius:
Tonsillas rapiunt[59], *configunt litus aduncas.*

15. Ancora dens ferreus ex[60] Graeca etymologia nomen ducit, quod quasi hominis manus comprehendat, vel scopulos, vel arenas. Nam manus Graece χείρ[61] dicitur. Apud Graecos[62] autem aspirationem non habet. Nam ἄγκυρα dicitur, unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur.

16. Pulvini sunt machinae, quibus naves[63] deducuntur et subducuntur in portum.
Pons[64] scala[65] navium.

Z. Gu. 1. 2. Ar. — *agia* va. — *agiavia* vulg. — Scalig. ad Fest. (p. 313. ed. Lindem.) *Malta forom, pontes et ageaque longa repletur.* — 31) Sic Gu. 1. — *sint* vulg. — 32) *ducta* Z. — 33) Virg. Aen. VI, 411.: *Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,* ubi Servius: *Iuga Graece dixit, ζυγὰ enim dicunt, quae transtra nominamus.* — 34) *Tonsae* addidi ex Arev. — 35) *discut.* Gu. 1. — 36) *tondendo* Z. — 37) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. — 38) *altitudo* Z. — 39) *mari* Gu. 1. — 40) *Antennae* Ar. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dicta* vulg. — 42) *ab animali ad inanimale* add. vulg. (*ab inanimali ad animale* va.) quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 43) *quod* pro *quia* Gu. 1. — 44) *quasi* om. Z. — 45) *Carceria* Z. Gu. 1. 2. va. — 46) *acumine* Ar. — 47) Sic Gu. 1. Ar. — *F.* vulg. — 48) *conflaent* Z. — 49) *carceria* va. — 50) *dislig.* al. — 51) Sic Ar. — *iunctae* vulg. — 52) *teneam* om. Gu. 1. — 53) *navemque* Z. Gu. 1. 2. — 54) *Porticus* Gu. 1. — *Portisculus* Ar. — 55) *portatur* Z. Gu. 1. 2. va. — 56) Plaut. Asin. III, 1, 15. — 57) *habeas* Ar. e Plaut. — 58) *a portando igitur porticulus* add. Z. Ar. — 59) *capiunt* Gu. 1. 2. pr. — *sapiunt* va. — 60) *e* Z. — 61) *κιφα* Z. — *cira* pr. — *kyro* Gu. 1. 2. — 62) *ap. Hebraeos* al. va. — 63) *naves* om. Gu. 1. — 64) *Ponsis* Gu. 1. — 65) *scalae* Gu. 2.

CAP. III. *De velis.*

1. Vela Graeci *ἄρμενα* dicunt, proinde quod aere moventur. Apud Latinos autem vela a volatu dicta. Unde est illud[1]:

Velorum pandimus alas.

2. Genera velorum acatium, epidromos, dolon, artemon, supparum, mendicum[2]. Ex quibus acatium velum maximum[3], et in media nave[4] constitutum.

3. Epidromos[5] secundae amplitudinis, sed ad puppim[6].

Dolon[7] minimum velum, et ad proram defixum[8].

Artemon[9] dirigendae[10] potius navis causa commendatum[11], quam celeritatis.

4. Supparum[12] genus veli unum pedem habens, quo invari navigia solent in navigatione, quotiens vis venti languescit. De quo Lucanus[13]:

Summaque tendens
Suppara velorum perituras colligit auras.

quod ex separatione existimant[14] nominatum. Pes extremus angulus veli, quem sic nautae loquuntur[15].

CAP. IV. *De funibus.*

1. Funes dicti, quod antea in usum luminis fuerint[16] circumdati cera, unde et funalia.

Restes[17], sive[18] quod rates contineant, seu quod in his retes tendantur[19].

Rudentes sunt funes navium ex nimio stridore ita[20] dicti.

2. Spirae funes, quas[21] in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more cucurbas[22] vocant. Spirae autem ab sparto[23] vocatae.

3. Propes funis, quo pes veli alligatur, quasi prope pedes[24]. De quo Turpilius.

Quasi cum ventus[25] fert[26] navim[27] in mare[28]
Secundus[29], si quis propedem[30] misit, si bolis
Sinistra[31].

1) Virgil. Aen. III, 520. — 2) Sic Ar. — *ἀκάτιος* (*acateon* Z. Gu. 2. pr. va. — *acrateon* Gu. 1.) *ἐπίδρομος* (*ἐπιδρ. . . acat.* om. Z. — *et epidromos* Gu. 1.), *δόλιον* (*datum* Gu. 1. 2. — *dalum* pr. va.) *ἄρτεμων* (*artemo* pr. va.) *siparum* (*sipharum* pr. va.), *mendicium*. — 3) *est* add. vulg. — om. Gu. 1. 2. — *maxime iunctae* Z. — 4) Sic Z Gu. 1. 2. — *navi* vulg. — 5) *Epidromon* Gu. 1. 2. — 6) *puppem* Gu. 2. va. — 7) *Dalum* Z. Gu. 1. 2. va. — *Palum* pr. — 8) *deflexum* va. — 9) Om. hunc articulum Z. — *Artemon* pro vulg. *Artemo* Arev. — 10) *dirigendi* va. — 11) *commentatum* Ar. — 12) Sic Ar. — *Siparum* vulg. — 13) Lib. V, 428. — 14) *aestimant* Gu. 1. — 15) Sic Z. (*quoniam* cum Gu. 1. va.) Gu. 1. 2. Ar. — Vulg. *in quae nauto locantur*. — 16) *fuerunt* Z. Gu. 2. — 17) *sunt* add. va. — 18) *seu* Z. — 19) Sic Ar. — *quod his retes tendantur* Gu. 2. — *quod his rates tendantur* Z. — *quod his rete tendebatur* Gu. 1. — Vulg. *quod in iis retia tendantur*. — 20) *ita* om. Z. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *quibus* vulg. — 22) *cocurbas* Gu. 1. 2. — 23) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *propedes* vulg. — 25) *ventis* Z. — 26) *est* va. — 27) *navem* Gu. 1. va. — 28) *mari* Z. va. — 29) *secundis* Gu. 1. — *sedens* Z. — 30) *propedem* pro *propedon* vulg., scripsi cum Arev. — 31) *si veli ministrum* Z. — *si* om. Gu. 1. — *veli* pro *velis* Arev. Ego scripsi *bolis*. Est enim *bolis sinistra*, quae iacta omnia fausta nunciat. *Bolis* autem facile in *velis* abire potuit, si *volis*, unde est *velis*, scriptum erat. *Propedem mittere* est laxare. — 32) *longa* Z. — 33) *quia* Gu. 1. — *qua* va. — 34) *puppem* Gu. 2. — 35) *torto* Gu. 1. 2. — 36) *sunt* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 37) Vide Spengel. Fragm. Caecil p. 60. Pro *sapho* scribendum videtur *scapho*. — 38) Sic Arev. — *Opisfera* Gu. 2. va. — *Opifora* Z. — *Opifera* vulg. — 39) *funis* Gu. 2. va. — 40) *qui* Ar. — 41) *dextera* Gu. 2. — 42) *et* addidi ex Arev. — 43) Sic Gu. 1. 2. — *qua* vulg. — 44) *funis* addidi e Gu. 1. 2. — 45) Sic Ar. — *qua* vulg. — 46) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *regit* vulg. — 47) Sic Ar. — *quod* Gu. 1. 2. — 48) *eligata* Gu. 1. 2. — 49) *Virgilius*

4. Tormentum funis in navibus longus[32], quo[33] prora ad puppim[34] extenditur, quo magis constringantur. Tormenta autem a tortu[35] dicta[36], restes funesque.

5. Scaphon funis in prora positus. De quo Caecilius[37]:

Venerio cursu veni, prolato pede
Usque ad saphonem.

6. Opisphora[38] funes[39], quae[40] cornibus antemnae dextra[41] sinistraque tenduntur et[42] retroverso.

Prosnesium funis, quo navis in litore religatur ad palum.

Mitra funis, quo[43] navis media vincitur.

7. Anquina funis[44], quo[45] ad malum antenna constringitur. De qua Cinna:

Atque anquina regat[46] stabilem fortissima cursum.

8. Remulcum funis, quo[47] deligata[48] navis trahitur vice remi. De quo Valgius[49]:

Hic mea me longo succedens prora remulco
Laetantem gratis sistit in hospitiis.

9. Struppi vincula loro, vel lino facta, quibus remi ad scalmos religantur[50]. De quibus Livius:

Tuncque[51] remos iussit religare[52] struppis.

10. Cataprorates[53] linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius[54]:

Huc Cataproratem puer eodem deferat unctum
Plumbi pauxillum raudus, linique mataxam.

CAP. V. *De retibus.*

1. Retes vocatae[55] sive a retinendis[56] piscibus, sive a restibus, quibus tenduntur.

Minus autem rete[57] symplagium[58] dicitur a plagis. Nam proprie plagas[59] dicimus[60] funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.

2. Funda genus est piscatoriae[61] retis, dicta ab eo, quod in fundum mittatur. Idem[62] etiam a iactando iaculum dicitur. Plautus[63]:

Gu. 1. al. — *Vilgius* Gu. 2. — 50) Sic Gu. 1. — *allig.* vulg. — 51) *Tumque* Z. Gu. 2. — 52) *delig.* Ar. — *releg.* va. — 53) *Cataporates* vulg. — *Cataparates* Z. — *Catapioratem* Gu. 1. — *Catapiorates* Gu. 2. — *Cataforates* va. — 54) *ait* add. Gu. 1. 2. Versus Lucilii scripsi e vestigiis codd. et Festi; *eodem* est disyllabum. Cetera continent descriptionem bolidis. — Z. *Hanc cataparatem pro vero dedit, foret tunc plumbi paucillum rudis lineuque mataxa.* — Gu. 1. 2. *Hanc Catapioratem puer eodem de foro tunc eum plumbi pausillum rudis lineaeque mataxam.* — Gu. 3. *Hanc cataparaten puero dedit foret tunc tum plumbi paucillum raudis lineaque mataxat.* — Arev. *Hunc catapiratem puer eodem deferat unctum — Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam.* — Vulg. *Hanc cataporatem puer eodem defert unctum plumbi pauxillum rudis linique mataxam.* Vulcan. notat in vet. cod. esse: *Hanc cataparatem puero ded. deforet unctum Plumbi paucillam ludis, linique mataxam.* Alius cod. vet. *Hanc catafloratem puer eodem defore etc. eum plumbi paxillum r. l. m.* Aliud exemplar: *Hanc cataporatem puer eodem defert: unctum plumbi paxillum.* Alii legunt: *Hanc catapiratem puer eodem deferat uncum — Plumbi pauxillum rodus linique metaxam.* — *Rodus* idem est ac *raudus* vel *rudus.* Festus v. *Rodus* p. 223. edit. Lindem. *Rodus vel raudus significat rem rudem et imperfectam. Nam saxum quoque raudus appellant poetae . . . . . Vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius cum ait: plumbi paxillum* (leg. *pauxillum*) *rodus linique matexam* (l. *metaxam*) *sed etiam pro signato* etc. Cfr. Commentar. ad Fest. p. 631. — 55) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Rete vocatum* Z. va. — *Retia vocata* vulg. — 56) *reciendis* Gu. 1. — 57) *retes* Gu. 2. — 58) Sic Ar. va., idque voluisse videtur scriba cod. Gu. 2. — *implagium* vulg. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *plag. propr.* vulg. — 60) *dici* Z. al. — 61) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *piscatorii* vulg. — Vv. *Retia tenduntur . . Rob.* om. Z. — 62) Sic Gu. 1. 2. va. — *Eadem* vulg. — 63) Locus Plauti est e deper-

Probus quidem[1] *antea iaculator eras.*

3. Tragum genus retis ab eo, quod trahitur[2], nuncupatum. Nam ipsum est et verriculum[3]. Verrere enim trahere est.

Nassa *[4].

4. Cassis genus venatoriae[5] retis, quod capiat. Hinc est quod[6] incassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est.

5. Conopeum[7] retis genus[8], quo culices excluduntur in modum tentorii[9], quo magis Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices copiose[10] nascuntur, unde et Conopeum[11] dicitur. Nam Canopea[12] Aegyptus est[13].

CAP. VI.[14] *De fabricis sive fornacibus.*

1. Faber a faciendo ferrum[15] impositum nomen habet. Hinc derivatum nomen est[16] ad alias artium materias, fabros, vel fabricas[17] dicere, sed cum adiectione, ut faber lignarius, et reliqua propter operis scilicet firmitatem.

2. In fabrorum autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt, figuraliter per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi extendique potest. Nihil enim est[18] pene, quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argentum[19], alibi plumbum, alibi minium, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in aera solvuntur[20], igne ferrum gignitur ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide caementa et parietes ligantur. Lapides nigros ignis coquendo[21] candificat[22], ligna candida urendo obfuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit, de lignis duris fragiles, de putribilibus imputribiles reddit, stricta solvit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet autem et[23] medicaminis usum. Nam saepae uri prodest. Pestilentiae quoque, quae obscuratione solis contrahitur, auxiliari certum est. In opere quoque[24] aliud gignitur[25] primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis.

Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis. Nam alius est[26], qui usui humano, alius qui in iudicio[27] paret[28] divino, sive qui[29] de coelo fulmen astringit, sive qui de terra per vertices montium eructat.

3. Ignis autem dictus, quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inviolabile elementum absumens[30] cuncta, quae rapit.

dita fabula. — 1) *quibusdam* Gu. 1. 2. — *quidam* va. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *trahatur* vulg. — 3) Sic Gu. 1. — *Ipsum est et verr.* Ar. — *Ipsa est et verr.* Z. Gu. 2. — *Ipse et verr.* va. — *Ipsum et verr.* vulg. — 4) Vulg. add. *ex viminibus tanquam rete contextum*, quae om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *venatorii* vulg. — 6) *quod et* Z. Ar. — 7) *Conopium* Gu. 2. — 8) Sic Gu. 1. — *est rete* vulg. — *retis* Gu. 2. — *retes* Ar. — *est* om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — Vulg. *in similitudinem tentorii contextum propter muscas et culices excludendos, quo magis* etc. (*qua* pro *quo* Gu. 2. va. Ar.) — 10) *copiosi* Z. Gu. 2. va. Ar. — 11) Sic Z. va. Ar. — *Conopea* vulg. — *Canopea* Gu. 1. — 12) Sic Ar. — *Conopea* vulg. — 13) *sive Canopea a Canopo flumine Aegypti* add. Z. — 14) Cap. VI. . . XIX. om. cod. Zittav. — 15) *ferro* Gu. 2. va. Ar. — 16) Sic Gu. 1. 2. va. — *deriv. est* vulg. — 17) *fabricos* Gu. 2. — 18) Sic Gu. 1. 2. — *Nihil est enim* vulg. — 19) *alibi aurum, arg.* Gu. 1. — 20) *solvuntur* om. Gu. 2. — 21) *cocendo* Gu. 2. — 22) *candidificat* Gu. 2. — 23) *Habet enim et* Gu. 1. Pro *enim* scribendum est *autem.* — 24) *quoque* om. Gu. 1. 2. — 25) Sic Ar. — *gignit* vulg. — 26) *ignis* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. va. — 27) *in* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 28) *apparet* Gu. 2. va. al. — 29) *quod* Gu. 1. — 30) Sic Gu. 1. Ar. — *assumens* vulg. — 31) *flamma* Gu. 2. — 32)

4. Fabrica duabus rebus constat, ventis et flammis[31].

5. Flamma vero proprie fornacis est dicta, quod flatu follium excitetur.

Fornax vero ab igne vocata, φῶς enim ignis est.

6. Caminus fornax[32], nomen Graecum est, derivatum[33] a καῦμα[34].

Favilla est deserta igne scintilla.

7. Pruna est, quamdiu ardet, cum autem extincta fuerit, carbo nominatur. Pruna autem a perurendo[35] dicta[36], carbo vero, quod flamma caret. Qui dum interisse creditur, maioris fit virtutis. Nam iterum incensus fortiori[37] luce calescit[38]. Cuius tanta vis est[39] etiam, et sine igne firmitas, ut nullo humore corrumpatur, nulla vetustate vincatur. Extinctus enim tantum incorruptibiliter durat, ut ii, qui limites figunt[40], eos infossos terra substernant, et lapides desuper figant, ad convincendum litigatorem[41], ut post quantalibet secula fixum lapidem[42] limitem esse cognoscant[43].

CAP. VII. *De instrumentis fabrorum.*

1. Incus est, in quo ferrum[44] tunditur, a caedendo[45] dictus[46], eo quod illic aliquid cudamus, id est feriendo producamus. Cudere enim caedere et ferire est. Veteres autem non incudem vocabant, sed intudem, eo quod in ea[47] ferrum[48] tundatur, id est[49] tendatur, unde et tudis malleus, a tundendo[50], id est tendendo dictus.

2. Malleus vocatus[51], quod[52], dum quid calet et molle est, caedit et producit.

Marcus malleus maior, et dictus marcus, quod maior sit ad caedendum et fortior. Marcellus[53], mediocris. Marculus malleus pusillus. Lucilius:

Et velut in fabricam fervens cum marculus ferrum,
Multorum magnis ictibus tundit.

3. Forcipes quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant teneantque, sive quod ab his aliquid forvum[54] capimus et tenemus, quasi forvicapes[55]. Nam forvum[56] est calidum, unde et fervidum, et[57] formosos[58] dicimus, quibus calor[59] sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

4. Lima dicta, eo quod lene faciat. Nam limum[60] lene est.

Cilium[61] est, unde[62] operantur argentarii, a quo et caelata vasa dicuntur.

est fornax vulg., sed *est* om. Gu. 1. 2. va. — 33) Sic Gu. 1. 2. (*nomen* om. cum va.) — Vulg. *est Graec. nom. deriv.* — 34) Sic Gu. 1. 2. 3. va. Ar. (nisi quod latine scriptam vocem exhibent) — *a caumate* al. pr. — ἀπὸ τοῦ καύματος vulg., quae addit *id est a calore*, quae om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 35) *prurendo* Gu. 1. — 36) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. va. — 37) Sic Gu. 1. — *fortiore* vulg. — 38) *coalescit* Gu. 1. — 39) Sic Ar. va. — *Cuius t. est vis etiam et* va. — *cuius t. vis est etiam sine* Gu. 1. 2. pr. — Vulg. *Cuius t. vis est et sine.* — 40) *fingunt* Gu. 1. — 41) *ad convincendam ligationem* Gu. 1. 2. — 42) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ut fixum lap. post quantal. sec.* vulg. — 43) *agnoscant* al. va. — 44) *ferro* va. — 45) *a cudendo* Ar. — 46) *dictum* Gu. 2. — 47) *in eo* Gu. 1. — 48) Sic Gu. 1. — *metallum* vulg. — 49) *hoc est* Gu. 2. va. Ar. — 50) Vulg. *id est a tundendo*, sed *id est* om. Gu. 1. 2. pr. va. — 51) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *quia* vulg. — 53) *Martellus* Ar. — 54) *forbium* Gu. 1. — *forbum* Gu. 2. — 55) *forbicapes* Gu. 1. 2. — 56) *forbum* Gu. 1. 2. — 57) *unde et* vulg., sed *unde* om. Gu. 1. 2. — 58) *formosum* Gu. 1. — 59) *color* Gu. 2. — 60) *limus* Gu. 1. — 61) *Caelum* Arev. At cfr. Isidor. XX, 4. — 62) *unde et* Gu. 2.

CAP. VIII. *De fabricis parietum.*

1. In fabricis parietum atque tectorum Graeci inventorem Daedalum asserunt. Iste enim primus didicisse fabricam a Minerva dicitur. Fabros autem, sive artifices Graeci τέκτονας vocant, id est instructores[1]. Architecti autem caementarii sunt, qui disponunt in fundamentis. Unde et Apostolus de semetipso, *quasi*[2] *sapiens*[3] *architectus fundamentum posui.*

2. Machiones[4] dicti a machinis, quibus[5] insistunt propter altitudinem parietum.

CAP. IX. *De dispositione.*

Aedificiorum partes sunt tres[6], dispositio, constructio, venustas.

Dispositio[7] areae, vel solii et fundamentorum descriptio.

CAP. X. *De constructione.*

1. Constructio est laterum et altitudinis aedificatio. Constructio autem, vel instructio[8] vocata eo, quod instringat, et cohaerere[9] faciat, ut lapides luto, et ligna et lapides invicem sibi. Nam et intinctio ferri in aquam[10] instructura[11] est. Nisi enim candens tingatur, stringi et cohaerere[12] non potest ferrum. Item constructio a multitudine lapidum et lignorum dicta, unde et strues. Aliud est enim aedificatio, aliud instauratio. Nam aedificatio nova constructio est, instauratio vero, quod reparatur[13] ad instar prioris. Nam instar veteres[14] pro similitudine[15], unde[16] et instaurare dicebant.

2. Constat autem constructio[17] fundamento, lapidibus et calce, arena et lignis[18].

Fundamentum dictum, quod sit fundus[19] aedificii. Idem et caementum a caedendo dictum, quod caeso[20] crasso lapide surgat.

3. Lapides in structuris apti, albus, Tiburtinus[21], columbinus, fluvialis[22], spongia[23], rubrus et reliqui.

4. Albus lapis, alius durus, alius mollis. Mollis dentata serra secatur, tractabilis in opere est, ita ut in eo, quasi in lignis[24] literae scribantur[25].

5. Tiburtinus a loco Italiae dictus, qui dum sit ad fabricam fortis, vapore tamen dissilit.

6. Tophus inutilis est aedificiis[26], fundamentis aptus, mortalitate[27] et mollitia[28]. Ex aestu enim et halitu maris fricatur[29] et verberatur imbribus.

7. Arenatius[30] lapis concretus maris arenis, hic et bibulus dicitur. Servat enim humorem acceptum. Idem et in Baetica.

Gaditanus ab insula Oceani, ubi plurimus exciditur.

1) *structores* Ar. — 2) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ut* vulg. — 3) *inquit* add. vulg. — Om. Gu. 1. Locus est 1. Cor. 3, 10. — 4) *Maciones* Gu. 1. — *mationes* al. va. pr. — 5) *in quibus* vulg., sed *in* om. Gu. 1. — 6) *tres sunt* va. — 7) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 8) *structio* Ar. — 9) *coercere* Gu. 1. 2. — 10) Sic Gu. 1. 2. al. — *in aqua* vulg. — 11) *strictura* Ar. — 12) *coerceri* Gu. 1. 2. — 13) *reparetur* Gu. 2. — 14) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *veteres instar* vulg. — 15) *ponebant* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *Inde* vulg. — 17) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Constructio autem constat* vulg. — 18) Sic Gu. 1. 2. — *calce, arena et lignis* Ar. va. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *fundus sit* vulg. — 20) *caeso* addidi ex Arev. — *caeso* pro *crasso* va. — 21) *et Tiburt.* Gu. 1. — 22) *fluviatilis* va. Ar. — 23) Sic Ar. — *sfungia* vulg. Eadem est varietas infra. — 24) Sic Gu. 1. — *ligno* Ar. pr. va. — *tigno* vulg. — 25) *scribebantur* Gu. 1. — 26) Sic Gu. 1. — *aed. inut. est* vulg. — 27) *mordacitate* al. — 28) *mollitie* Ar. — 29) *feritur* va. Ar. — 30) *Arenaticius* Gu. 1. — 31) *Cocleaticus* Gu. 1. — *Concleaticus* Gu. 2. — *Con-*

8. Piperinus subalbidus cum punctis nigris, durus atque fortissimus.

Conchleatius[31] cocleis et lapillis[32] et arena[33] concretus, asperrimus et interdum fistulosus.

9. Columbinus a colore avis nuncupatus, natura vicinus gypso et mollitie[34] simillimus.

10. Molaris in parietibus utilis, quia est quaedam pinguior natura eius[35], duraque et aspera, ex quo etiam et molae fiunt, unde et nomen traxit. Huius quatuor genera, albus, niger, permixtus ac fistulosus.

11. Spongia lapis creatus[36] ex aqua, et[37] levis ac fistulosus et cameris aptus.

12. Silex durus lapis, ex cuius genere nigri silices optimi quibusdam in locis et rubentes.

Albi[38] silices contra vetustatem incorrupti permanent[39]. Iidem et in monumentis sculpti, et incorrupti permanent, quibus nec ignis quidem nocet. Nam ex iis formae etiam[40] fiunt, in quibus aera funduntur.

Viridis silex vehementer et ipse igni resistens, sed nusquam copiosus[41], et ubi invenitur, lapis, non saxum est.

Pallidus in caemento raro utilis est[42].

13. Globus[43] contra iniurias fortis, et in structuras[44] infidus, nisi fuerit multa suffrenatione devinctus.

14. Fluviatilis silex semper veluti[45] madens est[46]. Hic[47] aestate exhiberi oportet, nec ante biennium inseri[48] in structuris domorum, fictilium operum, ad parietes et fundamenta, coctis[49] laterculis ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.

15. Tegulae vocatae, quod tegant aedes, et imbrices, quod accipiant imbres. Tegulae autem primae positionis nomen, cuius diminutivum tigillum[50].

16. Laterculi vero vocati, quod lati formentur circumactis[51] undique quatuor tabulis.

Lateres autem crudi sunt, qui et ipsi inde nominati sunt[52], quod lati ligneis formis efficiuntur.

17. Quorum crates dicuntur, in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent. Sunt enim connexiones cannarum, dicti ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est, quod se invicem teneant.

18. Lutum autem vocatum quidam per antiphrasin putant, quod non sit mundum. Nam omne lotum mundum est.

19. Calcis[53] viva dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem, unde perfusa aqua statim ignis latens[54] erumpit. Natura eius mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extingui, oleo extinguitur, quo solet[55] accendi, usus eius in[56] structuris fabricae necessarius. Nam lapis lapidi non potest adhaerere fortius, nisi calce coniunctus.

20. Gypsum cognatum calci est, et est[57] Graecum nomen[58]. Plura eius genera. Omnium[59] autem optimum e lapide speculari[60], in signis[61] aedificiorum et coronis gratissimus.

cleatius vulg. — 32) Sic Gu. 1. — *lapillisque* vulg. — 33) *et arena* om. Gu. 1. — 34) *mollicia* va. — 35) Sic Gu. 1. 2. va. — *nat. eius p.* vulg. — 36) *concretus* Gu. 1. 2. — 37) *et* addidi e Gu. 1. — 38) Sic Gu. 2. Ar. — *Alibi* vulg. — *Aliqui* ed. Goth. — 39) *permanent* om. Gu. 2. — 40) Sic Gu. 1. — *etiam formae* vulg. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — *copiosius* vulg. — 42) *est* addidi e Gu. 1. — 43) *Gileus* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. 2. va. — *in structuris* vulg. — 45) *velut* va. — 46) *est* om. va. — 47) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *hunc* vulg. — 48) *inserere* Gu. 1. 2. — 49) Vulg. *quae coctis*, sed *quae* om. Gu. 1. Ar., qui exhibet *coctilibus*. — 50) *tegilla* Gu. 1. — 51) *que* add. Gu. 1. — 52) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 53) Sic Gu. 1. — *Calx* vulg. — 54) Sic Gu. 1. — *lat. ign.* vulg. — 55) Vulg. *ignis acc.*, sed *ignis* om. Gu. 1. — 56) *in* om. Gu. 1. — 57) *est* om. Gu. 1. — 58) *nom. Gr.* Gu. 2. — 59) *Omnia* Gu. 1. — 60) Sic Ar. — *lapidi speculari* Gu. 1. 2. — *optimum lapis est specularis* vulg. — 61) Vulg. *Est enim in signis*, sed *est enim* om. Gu. 1. — *in* om. Gu 1. 2.

21. Arena ab ariditate dicta, non ut alii, adhaerendo in fabricis [1]. Huius probatio, si manu impressa stridet, aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.

22. Columnae pro longitudine et rotunditate vocatae, in quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotundarum quatuor: Doricae, Ionicae, Tuscanicae [2], Corintheae [3], mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes [4]. Quintum genus est earum, quae vocantur Atticae, quaternis angulis, aut amplius, et [5] paribus laterum intervallis.

23. Bases fulturae sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt, et superpositae fabricae sustinent pondus. Basis [6] autem nomen petrae [7] fortissimae Syro sermone.

24. Capitella dicta, quod columnarum sint [8] capita, quasi super collum caput [9].

Epistylia sunt, quae super capitella columnarum ponuntur, et est Graecum [10].

25. Pavimenta originem operis a Graecis habent; vocata autem pavimenta eo, quod paviantur [11], id est caedantur, unde et pavor, quia caedit cor.

26. Ostracus est pavimentum testaceum [12], eo quod fractis testis calce admixta [13] feriatur. Testa enim Graece ὄστρακον dicitur [14].

27. Rudos artifices appellant lapides contusos et calce admixtos, quos in pavimentis faciendis superfundunt, unde et rudera dicuntur.

28. Canalis ab eo, quod cava sit in modum cannae. Sane canalem melius genere feminino, quam masculino proferimus.

29. Fistulae aquarum sunt dictae, quod aquas fundant et mittant. Nam στέλλειν Graece [15] mittere est. Formae earum pro magnitudine aquae et capacitate fiunt, per quas aquae per certos modulos [16] dividuntur. E quibus est uncia et quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus, et caeteri modi quique [17]. Hucusque partes constructionis. Sequitur de venustate aedificiorum [18].

CAP. XI. *De venustate.*

Venustas est, quicquid illud ornamenti et decoris causa aedificiis additur [19], ut tectorum [20] auro distincta laquearia, et pretiosissimi [21] marmoris crustae et colorum picturae [22].

CAP. XII. *De laquearis.*

Laquearia sunt, quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur, quod

1) Sic Gu. 1. 2., nisi quod διττογραφία inest in codd. lectione. Gu. 1. 2. enim exhibent: *non ut alii ab adhaerendo in fabricis, ut quidam volunt.* — Vulg. enim est: *non ab adh. in fabr. ut quid. vol.* — 2) *Tuscaniae* Gu. 1. va. — 3) *Corinthiae* Arev. — 4) *distante* va. — 5) *et* addidi e Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. — *Bases* vulg. — 7) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 8) Sic Gu. 1. 2. — *sint col.* vulg. — 9) *capitis* va. — 10) *id est supermissa* add. al. — 11) *paveantur* Gu. 1. 2. — 12) *testacium* Gu. 1. 2. va. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *admixto* vulg. — 14) Sic Gu. 1., nisi quod ὄστρακον pro *ostra*, quod est in cod. pro vulg. ὄστρακα, scripsi. — Vulg. *Testam enim Graeci ὄστρακα dicunt.* — *Testa enim Graeci dicunt* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. 2. va. — *Gr.* στέλλειν vulg. — 16) Sic Gu. 1. 2. va. — *mod. cert.* vulg. — 17) Sic Ar. — *cuique causae* vulg. — 18) Vv. *Sequitur . . aedif.* addidi e Gu. 1. 2. Ar., qui ab his verbis novum caput incipit. — 19) *addicitur* Gu. 2. — 20) *causa* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *pretiosi* pr. va. Ar. — *praetonsi* vulg. — 22) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *pictura* vulg. —

lacus quosdam quadratos, vel rotundos ligno, vel gypso, vel coloribus habeant[23] pictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius[24]:

Resultant aedesque lacusque.

Cuius diminutio lacunar facit[25], ut Horatius[26]:

Neque aureum
Mea renidet[27] in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio lacnnarium et per antistichon laquearium facit[28].

CAP. XIII. *De crustis.*

Crustae tabulae sunt[29] marmoris. Unde et marmorati parietes et crustati dicuntur. Qui autem marmora secandi in crustas rationem[30] excogitaverunt[31], non constat. Fiunt autem arena et ferro serraque in praetenui linea premente arenas, tractuque ipso secante, sed crassior arena plus erodit[32] marmoris. Nam tenuis fabricis et polituris accommodata est.

CAP. XIV. *De lithostrotis.*

Lithostrota[33] sunt elaborata arte picturae parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli autem sunt[34] a tesseris nominati, id est quadratis lapillis per diminutionem.

CAP. XV. *De plastis.*

Plastice[35] est parietum ex gypso effigies signaque exprimere pingique[36] coloribus. Plastice[37] autem dictum Graece, quod Latine est fingere[38] terra, vel gypso similitudines. Nam et[39] inpressa argilla formam aliquam facere plastis[40] est. Unde et protoplastus[41] dictus est[42] homo, qui ex limo primus est conditus.

CAP. XVI. *De pictura.*

1. Pictura autem est imago exprimens speciem rei alicuius[43], quae dum ulla fuerit ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta, quasi fictura. Est enim imago ficta, non veritas. Hinc[44] et fucata[45], id est ficto[46] colore quodam[47] illita nihil fidei et veritatis habentia[48]. Unde et sunt quaedam picturae, quae corpora veritatis studio coloris excedunt, et fidem, dum augere contendunt, ad mendacium provehunt[49], sicut qui Chimaeram tricipitem[50] pingunt, vel Scillam hominem sursum, caninis autem capitibus cinctam deorsum.

23) Sic Gu. 1. va. Ar. — *habeat* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Lucius* vulg. — 25) *facit . . . lacunar* om. Gu. 2. — 26) Horat. Od. II, 18. init. — 27) *renitet* Gu. 1. — *retinet* pr. va. — 28) *facit* om. Ar. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *sunt tab.* vulg. — *Cr. autem sunt tab.* pr. — 30) *rationem* om. pr. — 31) *excogitaverint* Gu. 2. va. — *excogitaverit* Arev. — 32) Sic Gu. 1. al. — *erodet* vulg. — 33) *Litostrotae* Gu. 2. — 34) *sunt* addidi e Gu. 1. — *Tessellae* coniecit Arev. — 35) *Plasticen* Gu. 2. pr. va. — 36) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *pingere* vulg. — 37) πλάττειν Ar. — 38) Sic Gu. 1. 2. va. — *pingere* vulg. — 39) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 40) *plastae* Ar., quod verum videtur. At quum omnes codd. et editt. vett. consentiant in forma *plastis*, nolim mutare. Fortasse enim ad tertiam declinationem formata est vox. — 41) *proplastos* Gu. 1. — 42) Sic Gu. 1. — *est dictus* vulg. — *est* om. Gu. 2. — 43) Sic Gu. 1. va. — *alicuius rei* vulg. — *rei aliquis* Gu. 2. — 44) *Haec* Gu. 1. 2. — 45) *fuscata* Gu. 1. 2. — 46) *ficta* Gu. 1. 2. — 47) Sic Gu. 1. — *quod. col.* vulg. — 48) *habens* Gu. 2. — 49) *proveniunt* Gu. 1. 2. — 50) Sic Gu. 1. va. Ar. — *tricap.* vulg.

2. Picturam autem Aegyptii excogitaverunt primum umbra hominis lineis circumducta[1]. Itaque[2] initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis, sicque paulatim sese ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras differentiasque colorum, unde et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus implent[3], tenentes ordinem inventae artis.

C A P. XVII. *De coloribus.*

1. Colores autem dictos[4], quod calore ignis vel solis[5] perficiuntur, sive quod initio[6] colabantur, ut summae subtilitatis existerent.

2. Colores autem[7] aut[8] nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, ut sinopis, rubrica, paraetonium[9], melinum, eretria[10], auripigmentum. Ceteri finguntur aut arte, aut mixtione[11].

3. Sinopis inventa primum[12] in Ponto est. Inde nomen a Sinope urbe accepit. Species eius tres, rubra et minus rubens, et inter has media.

4. Rubrica vocata, quod sit rubra et sanguineo proxima. Haec locis plurimis[13] gignitur, sed optima Ponto, unde et Pontica dicitur.

5. Syriacum[14] rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita scribuntur. Ipsum est[15] et Phoeniceum, appellatum ita[16], eo quod in Syria colligatur[17] in litoribus rubri maris, ubi Phoenices inhabitant.

6. Aliud est autem[18] sericum, aliud Syriacum. Nam sericum lana est, quam Seres mittunt, Syriacum vero pigmentum, quod Syri Phoenices in rubri maris litoribus colligunt. Est autem et[19] inter factitios. Nam sepae fit aut sinopide, aut sandice mixtus.

7. Minium Graeci primi[20] in Ephesiorum solo invenisse traduntur. Cuius pigmenti Hispania plus ceteris regionibus[21] abundat, unde etiam nomen proprio flumini dedit. Huius distillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidam dicunt esse cinnabarin.

8. Cinnabaris autem[22] a dracone et barro, id est elephanto cognominatum. Aiunt enim draconum esse sanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim belluae et dracones obruuntur, quorum fusus cruor terram inficit, fitque pigmentum, quicquid solo tinxerit. Est autem pulvis coloris rubri.

9. Prasina, creta viridis[23], etsi in aliquibus terris promiscue generetur[24], optima tamen in Libya[25] Cyrenensi.

10. Chrysocolla colore prasino est, dicta, quod eius vena[26] aurum habere[27] traditur. Haec et in Armenia nascitur, sed ex Macedonia probabilis venit. Foditur enim ex metallis aeris[28], cuius inventio argentum atque indicum prodit. Nam venae eius cum iis habent naturae societatem.

1) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *umbram . . circumductam* vulg. — 2) *atque* Gu. 1. 2. — 3) *complent* Gu. 2. pr. va. — 4) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *dicti sunt* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — *sole* vulg. — 6) Vulg. *in initio*, sed *in* om. Gu. 1. 2. al. va. — 7) *autem* om. Gu. 2. — 8) *aut* om. Gu. 1. — 9) *pariton.* Gu. 1. 2. pr. — 10) Sic Ar. e Plin. XXXV, 6. — *fretia* vulg. — 11) Sic Gu. 1. — *permixt.* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *prim. inv.* vulg. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *plur. loc.* vulg. — 14) Sic Gu. 1. — *Syricum* vulg. Sic postea. — 15) *est* om. va. — 16) *ita* om. va. — 17) *colligitur* va. — 18) *autem* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 19) *et* addidi e Gu. 1. 2. Ar. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *primi Gr.* vulg. — 21) Sic Gu. 1. — *cet. reg. plus* vulg. — 22) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 23) Vulg. *id est creta vir.*, sed *id est* om. Gu. 1. 2. — 24) *generatur* va. — 25) *Libya* om. Gu. 2. — 26) Sic Gu. 1. — *vena eius* vulg. — 27) Sic Gu. 1. va. Ar. — *hab. aur.* vulg. — *hab. trad. aur.* Gu. 2. — 28) *aereis* Gu. 1. 2. — 29) Sic Ar. — *Topazon* vulg. — *topazaton* Gu. 1. 2. — 30) Sic Ar. — *aureis* vulg. — 31) *in* addidi e

Cypria ab insula Cypro, ubi plurima reperitur.

11. Sandaracha in insula rubri maris Topazo[29] nascitur, colore cinnabari, odore sulphureo. Invenitur autem in aurariis[30] et in[31] argentariis metallis, melior, quo magis rufa, quoque magis redolet virus[32], quamquam et cerussa si torreatur in fornace, sandaracum[33] facit, unde et color est flammeus[34]. Quod si torreatur, aequa[35] parte rubrica admixta, sandicem reddit.

12. Arsenicum, quod Latini ob colorem auri auripigmentum vocant, colligitur in Ponto ex auraria materia, ubi etiam Sandaracha. Optimum est, quod in aureum[36] colorem transit, purum et fissile, gracili venarum discursu. Quod vero pallidius, aut Sandarachae simile[37] est, deterius iudicatur. Est[38] et tertium genus squamosum, quo miscetur aureus color. Vis eorum[39], ut Sandarachae, sed acrior.

13. Ochra et ipsa in insula maris rubri[40] Topazo gignitur, ubi et Sandaracha. Fit quoque et ochra exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis, quae quanto magis in camino arserit, tanto melior fit.

14. Venetum *. Caeruleum[41] temperare primum Alexandria reperit. In Italia ex arenae pulvere et nitri flore idem faciunt. Sed si[42] Cyprium in fornace adustum huic permixtioni addes, vestoriani similitudo erit.

15. Purpurissum ex creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Praecipuum est tamen aliud, quod adhuc in[43] vase rudibus medicamentis inebriatur[44]. Proximum est egesto eo addita creta in ius[45] idem, et quotiens id factum est, elevatur bonitas. Pretiosissimae purpurae causa est, quod hysgino[46] maxime inficitur rubeaque[47].

16. Indicum in Indicis invenitur calamis, spuma adhaerente limo. Est autem coloris cyanei[48], mixturam purpurae caeruleique[49] mirabilem reddens. Est alterum[50] genus in purpurariis[51] officinis, spuma in aereis[52] cortinis innatans, quam infectores detrahentes siccant.

17. Atramentum dictum, quod sit atrum, cuius species et picturae et quotidiano[53] usui necessaria est, iste[54] inter factitios est. Fit enim et fuligine plurimis[55] modis super ardentes taedas resina adiecta, lacusculo aedificata[56], quae[57] fumum retineat. Huic pictores cum aqua admiscent[58] glutem, ut illustrius resplendeat.

18. Ad festinationem autem operis etiam sarmentorum veterum carbones cum glutino triti inducendis parietibus atramenti speciem reddunt. Sunt et qui vini faecem siccatam excoquant, affirmentque[59], si ex bono vino faex fuerit Indici speciem idem atramentum[60] praebere.

Gu. 1. 2. — 32) Sic Gu. 1. 2. — *vir. red.* vulg. — 33) *sandaracham* Ar. — 34) *color eius flamm.* va. — 35) *et aequ. p.* pr. — 36) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *auri* vulg. — 37) *similis* Gu. 1. — 38) *autem* add. Gu. 2. — 39) Sic Ar. — *earum* vulg. — 40) *rubri mar.* Gu. 2. va. — 41) *Veneti* explicatio deest, quare defectus signum cum Arev. posui. — 42) *si* om. Gu. 1. 2. — 43) *in* addidi e Gu. 1. 2., qui exhibet *vaso.* — 44) *inebriatum* Gu. 1. 2. va. — 45) Sic va. Ar. — *vas* vulg. — 46) Sic Ar. — *iscino* vulg. — *quo scino* Gu. 1. — *quod scino* va. — 47) *rubiaque* Ar. — 48) *cunei* Gu. 1. — 49) *ceruleique* Gu. 1. al. pr. — 50) *autem* Gu. 1. — 51) *purpureis* Gu. 1. — 52) *aeriis* pr. — 53) *cotidiano* Gu. 1. 2. va. — 54) Sic Gu. 1. 2. — *istud* vulg. — 55) *pluribus* Gu. 2. al. — 56) Sic Ar. pr. — *aedificato* vulg. — 57) Sic Gu. 2. va. Ar. — *quod* vulg. — 58) Sic Gu. 1. 2. — *miscent* vulg. — 59) *affirmantque* Gu. 1. 2. va. — 60) *id est atr.* Gu. 1. — *idem atram.* Gu. 2., quod pro *id atr.* recepi. — *id atramento propere, sed et atramentum praebere* va.

Sed et sarmentum uvae nigrae vino optimo tinctum posteaquam[1] siccitate aruerit[2], si exuras et conteras, adiecto glutino, nitorem Indici reddet.

19. Usta, quae plurimum[3] est necessaria[4], nullo provenit negotio[5]. Nam si[6] glebam silis boni[7] igne excoquas, et aceto acerrimo superfusam[8] extinguas, madefacta spongia[9] colorem purpureum reddet[10]. Eam ubi contriveris[11], usta erit.

20. Omne autem atramentum sole perficitur.

Omnes colores calcis admixtione corrumpuntur.

21. Melinum dictum, quod eius metalli ferax sit una ex Cycladibus insula Melos nomine. Est enim candidum, nec utuntur eo[12] pictores propter nimiam pinguetudinem[13].

22. Anulare, quod vocant candidum, est, quo muliebres picturae luminantur[14]. Fit et ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis.

23. Cerussa fit hoc modo: In vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminia in eodem vasculo collocabis, ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones, deinde vas diligentissime claudes, illinisque, ne aliquid inde spiraminis exeat. Post dies autem XXX vas aperitur, et ex distillatione tabularum innata cerussa invenitur. Quod ablatum et arefactum teritur, atque iterum aceto admixto[15] in pastillis dividitur et in sole siccatur. Hac observantia si laminas aereas sarmentis superponas[16], aeruginem creant. Chalcanthum *[17].

CAP. XVIII. *De instrumentis aedificiorum.*

1. Instructura[18] autem parietum ad normam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet.

Norma dicta Graeco vocabulo, extra quam nihil rectum fieri potest. Componitur autem ex tribus regulis, ita ut duae sint binorum pedum, tertia habeat pedes duos, uncias decem, quas aequali crassitudine politas extremis cacuminibus[19] sibi iungit, ut schema[20] trigoni faciant. Id erit norma.

2. Regula dicta, quod sit recta, quasi rectula, et impedimentum non habeat.

Perpendiculum est, quod semper id[21] appenditur, denique in fabrica nisi omnia ad perpendiculum, et ad certam fiant regulam[22], necesse est, ut cuncta mendosa instruantur, ut aliqua prava sint, aliqua cubantia, prona nonnulla, alia supina, et propter hoc universa ruunt constructa[23].

3. Linea genere suo appellata, quia fit ex lino[24].

Trullae nomen factum, eo quod trudit et detrudit, id est includit calce, vel luto lapides.

Marcellus *[25]. Machina *.

4. Scalae ab scandendo[26] vocatae, haerent enim parietibus. Scalae autem dicuntur,

1) *postquam* va. — 2) *aruerint* Gu. 1. — *aruerunt* Gu. 2. — 3) *plurima* Gu. 1. 2. va. — 4) Sic Gu. 1. — *nec. est* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. — *nullo neg. prov.* vulg. — 6) *Nam si et* al. va. — *et* om. Ar. — Vulg. *nam et si*. — 7) Sic Arev. e Plin. XXXV, 6. — *silicis bene exc.* vulg. — 8) *superfuso* Gu. 1. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sfungia* vulg. — 10) Sic Gu. 1. — *reddit* vulg. — 11) *construeris* Gu. 1. — 12) *eum* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *pinguedinem* vulg. — 14) *illum*. Arev. — 15) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *admixtum* vulg. — 16) *superpositis mittas* Gu. 1. — *superpones* Gu. 2. — 17) Non cum superioribus haec vox est coniungenda, sed nova res est, cuius deest explicatio. Defectus signum posuit Arev. — 18) *Instructuram* Gu. 2. va. Ar. — 19) Sic Gu. 1. 2. — *acum.* vulg. — 20) *schemam* pr. — 21) *id* addidi e Gu. 1. 2. — 22) Sic Gu. 1. 2. (*ad* om.) — *et cert. reg.* (*reg. cert.* pr.) *fiant* vulg. —

quae aut unae sunt, aut plures, quia numeri tantum pluralis est nomen, ut literae, quae epistolam significat[27].

CAP. XIX. *De lignariis.*

1. Lignarius generaliter ligni opifex appellatur.

Carpentarius speciale nomen est. Carpentum enim solum facit, sicut navicularius, quia tantum navium est fabricator et artifex.

2. Sarcitector dictus, quod ex multis hinc et[28] inde coniunctis tabulis unum tecti sarciat corpus. Idem et tignarius, quia tectoria lignis inducit.

3. Lignum vocatum[29] Graeca etymologia, quia in lumen incensum[30] convertitur et in flammam. Unde et ellychnium[31] dicitur, quod lumen det.

4. Materia inde dicitur omne lignum, quod ex ea aliquid efficiatur, vel si ad ianuam referas, vel ad statuam, materia erit. Ad aliquid enim materia semper[32] accipienda est, sicut elementa materiam rerum esse dicimus, quia[33] inde ea, quae sunt, facta videmus et materia quasi mater dicta.

5. Trabes vocatae sunt[34], quia[35] in transverso positae utrosque parietes contineant.

Aliud autem sunt tigna, aliud trabes. Tigna enim iuncta trabem faciunt. Trabes autem sunt, cum sunt dolatae.

6. Tolus proprie est veluti scutum breve, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt.

Cuplae[36] vocatae, quod copulent in se luctantes.

Luctantes dicuntur[37], quod erecti invicem se teneant more luctantium.

Agrantes *[38].

7. Asseres ab asse dicti, quia soli ponuntur, neque coniuncti.

Scindulae, eo quod scindantur, id est dividantur.

Epigri et clavi sunt[39], quibus lignum ligno adhaeret.

Clavi autem dicti, quasi chalybi, quia ex chalybe fiunt, id est ferro. Chalybs enim ferrum est.

8. Tabulae a veteribus tagulae vocabantur, a tegendo scilicet, unde et tegulae.

Commissura dicitur tabularum coniunctio.

Sectio autem dicta a sequendo ea, quae ceperit. Nam secare sectari et sequi est.

9. Serrae autem nomen de sono factum[40], id est a stridore.

Serrae circinique usum Perdix[41] quidam adolescens invenit, quem puerum Daedalus frater matris suae studiis perdocendum acceperat. Cuius pueri tantum ingenium fertur, ut dum materiae dividendae compendium quaereret, spinam piscis imitatus e[42] ferro laminam exasperans dentium mordacitate armavit[43], quam serram artifices nuncupant. Pro cuius artis inventione Daedalus magister eius livore invidiae[44] permotus praecipitem puerum ex arce deiecit, dehinc exulatum[45]

23) Sic Gu. 3. Ar. — *sunt constr.* vulg. — 24) Sic Gu. 1. 2. — *ex lino fit* vulg. — 25) *Martellus* Gu. 2. Ar. — 26) *ab* pro *a* Gu. 1., qui addit *id est a scendendo*, cum Gu. 2. va. — 27) *significant* al. va. — *significantur* Gu. 1. — 28) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 30) Sic Gu. 1. — *incens. in lum.* vulg. — 31) Sic Ar. — *licinium* vulg. — *et* om. Gu. 1. va. — 32) Sic Gu. 1. — *semp. mat.* vulg. — 33) *quod* Gu. 2. — 34) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *quod* vulg. — 36) *Complae* Gu. 1. — *Coplae* Gu. 2. — 37) *dicuntur* om. Gu. 2. va. — 38) om. va. — 39) *sunt* om. Arev. — 40) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. va. — 41) Sic Arev. — Vulg. *Perdices.* — *Perdues* Gu. 1. — *Perdiceum* va. — 42) *e* pro *de* Gu. 1. 2. al. va. — 43) *armaverit* Ar. Est, ut credo, anacoluthon. — 44) Sic Gu. 1. — *inv. liv.* vulg. — 45) *exulatus* Gu. 2. Ar.

Cretam abiit ibique aliquamdiu fuit, ut fabulae ferunt. Ex[1] Creta pennis volavit et in[2] Ciliciam venit.

10. Circinus dictus, quod vergendo efficit[3] circulos[4]. Huius modus duplicata linea fit, quae simplex per latitudinem extensa fuerat[5]. Punctus autem in medio circini centrum a Graecis dicitur, in cuius medio[6] cuncta convergunt.

11. Securis vocatur, eo quod ea arbores succidantur, quasi succuris. Item securis, quasi semicuris. Ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Haec[7] apud veteres penna[8] vocabatur, utrimque[9] autem habens aciem, bipennis. Nam bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Unde et avium pennae[10], quia acutae. Et ecce nomen, quod reservavit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant[11] non pinnas. Haec et dolabra, quod[12] habeat duo labra, nam securis simplex est.

Dextralis dexterae[13] habilis.

12. Ascia ab astulis dicta, quas a ligno[14] eximit, cuius diminutivum asciola[15]. Est autem manubrio brevi ex adversa[16] parte referens vel simplicem malleum, aut cavatum, vel bicorne rastrum.

13. Scalprus[17] dicitur[18], quod scalpturis[19] et foraminibus sit aptus, quasi scalforus. Cuius diminutivum scalpellus.

14. Terebra vocata a verme ligni, qui vocatur[20] terebra, quem[21] Graeci τερεδόνα vocant. Hinc dicta terebra[22], quod ut vermis terendo forat, quasi terefora, vel quasi[23] transforans.

15. Taratrum, quasi teratrum. Scobina[24] dicta, quod haerendo scoben faciat. Cantherium *. Guvia *[25].

CAP. XX. *De inventione lanificii.*

1. Minervam quandam gentiles multis ingeniis praedicant. Hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc etiam[26] telam ordisse[27] et colorasse lanas perhibent.

2. Olivae quoque hanc dicunt inventricem et fabricae, multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo opifices supplicant. Sed[28] hoc poetice fingitur. Non enim Minerva istarum[29] artium princeps est, sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, et Minerva de capite Iovis nata fingitur, hoc est ingenium, ideoque sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. Ideo et dea artium Minerva[30] dicitur, quia nihil est excellentius[31] ingenio, quo reguntur universa[32].

1) *et ex Cr.* Gu. 1. 2. — 2) *in* pro *inde* Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 3) Sic Gu. 1. — *efficiat* vulg. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *circulum* vulg. — 5) *fuerit* Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. al. — *medium* vulg. — — 7) *et* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 8) *pinna* Gu. 2. — 9) Sic scripsi e coniectura, in Gu. 1. est *utrumque*, in Gu. 2. *utramque.* — *utraque* vulg. — 10) *unde pennae et av.* Gu. 2. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *dic. penn.* vulg. — 12) *eo quod* Gu. 2. — 13) *dextrae* va. — 14) *de ligno* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. — *dim. est asc.* Gu. 2. — *dim. nomen est asc.* vulg. — 16) *et aversa* Gu. 1. — *ex* om. va. — 17) *Scalprus* masculino genere pro vulg. *Scalprum* Gu. 1. 2. Ar. va. — 18) *dicitur* pro *dictum* vulg. Gu. 1. 2. — 19) *sculpturis* va. — 20) *nuncapatur* Gu. 2. va. Ar. — 21) *quam* Gu. 1. — 22) Sic Gu. 1. 2. — *terebra dicta* vulg. — 23) *quasi* om. va. — 24) Sic Ar. — *Scofina* vulg. et sic mox idem *scoben* pro vulg. *scophen*, vel, ut Gu. 1. 2. *scopham.* — 25) Vulg. *Cantherium*, *Gallia* (*Galla* Ar.), *Guvia.* — *Galla* om. Gu. 1. 2. — *Gubia* Gu. 1. — *Gulvia* al. — *Gulbia* al. — 26) *et* Z. — 27) *ordinasse* Gu. 1. 2. — 28) Vulg. *sed et*, sed *et* om. Gu. 1. 2. — *Sed hoc apud gentiles* Z. — 29) *instar* Z. — 30) *Ideoque Minerva dea art.* Z. — 31) Sic Gu. 1. — *excell. est* vulg. — 32) *omnia* Z. — 33) Sic Gu. 1. — *gen. sac.* vulg. — 34) *Podoris* Gu. 2. — 35) *tunica* add. vulg., quod om. Gu. 1. 2. Ar. va. (*est* etiam om.). — 36) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 37) Sic Gu. 1. — *unde et nuncupatur* vulg. — *unde et nuncupata* Z. — Vulg.

CAP. XXI. *De veste sacerdotali in lege.*

1. Octo sunt in lege sacerdotalium genera vestimentorum[33].

Poderis[34] est[35] sacerdotalis linea, corpori astricta et[36] usque ad pedes descendens, et inde nuncupata[37], quam vulgo camisiam vocant[38].

2. Abaneth[39] cingulum[40] sacerdotale rotundum, polymita arte[41] ex cocco, purpura, hyacinthoque contextum, ita ut flores atque gemmae in eo videantur distinctae[42].

3. Pilleum[43] est ex bisso rotundum, quasi sphaera media, caput tegens sacerdotale, et in[44] occipitio vitta constrictum. Hoc Graeci et nostri tiaram, vel galeriam[45] vocant.

4. Mahil[46], quod est tunica talaris, tota[47] hyacinthina[48], habens ad pedes[49] LXXII tintinnabula, totidemque intermixta ac dependentia punica mala[50].

5. Ephod, quod interpretatur Latine[51] superindumentum. Erat enim pallium superhumerale ex quatuor coloribus et auro contextum, habens in utroque humero lapides duos smaragdinos[52] auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina patriarcharum.

6. Logion[53], quod Latine dicitur[54] rationale, pannus duplex, ex[55] auro et quatuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant XII pretiosi[56] lapides. Hic pannus superhumerali[57] contra pectus pontificis annectebatur.

7. Petalum aurea lamina in fronte pontificis, quae nomen Dei[58] tetragrammaton Hebraicis literis habebat scriptum.

8. Badim[59], sive feminalia, id est braccae lineae usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur[60].

CAP. XXII.[61] *De nominibus vestium caeterarum.*

1. Diversitas vestimentorum, tegmen, tegumen, indumentum, vestimentum, et reliqua.

Tegmen dictum eo, quod tegat membra, sicut tegumenta tecta, quae[62] tegunt corpora.

Indumentum[63], quod intus ad corpus induitur, quasi intumentum.

2. Vestimentum vero est, quod usque ad vestigium pertingit[64], quasi vestigimentum[65], ut est tunica talaris. Sed et hoc[66] consuetudo sermonis auctorum confundit.

3. Discernitur autem vestitus a cultu, quoniam latius[67] intelligitur cultus. Item cultus ab habitu. Nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines.

add. πόδας *enim Graeci pedes dicunt*, quae om. Z. Gu. 1. 2. va. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Haec vulgo camisia vocatur* vulg. — 39) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *albaneth* Gu. 2. — *Albam* Z. — *Abanem* vulg. — *Albanem* ed. Goth. — *Albanest* al. ap. Goth. — 40) *et cing.* Z. — 41) *polita arte* va. — 42) Sic Gu. 1., nisi quod *viderentur* exhibet cum Z. Gu. 2., in quibus codd. est *esse viderentur dist.* — *vid. esse* vulg. — 43) *Pileum* ed. Goth. Arev. — 44) *in* om. Z. — 45) Sic Ar. — *galeariam* Gu. 1. 2. — *et galeriam* Z. — *galeam* vulg. — 46) Sic Ar. — *Machil* vulg. — 47) *toto* pr. — 48) Sic Ar. — *iacinta* Gu. 1. — *thicinyna* vulg. corrupte. — 49) *ad pedes* om. Z. — 50) *mala pun.* va. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Lat. interpr.* vulg. — 52) *smaragdos* Z. — 53) Sic Ar. — *Logium* Z. va. — *Logicon* vulg. — 54) *dicitur* om. Gu. 2. — 55) *ex* addidi e Gu. 1. va. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *pretiosissimi* vulg. — 57) Sic Z. Gu. 1. 2. — *superhumerale* vulg. — 58) *Domini* Gu. 2. — 59) Sic Ar. — *Batin* vulg. — *Bradin* Gu. 2. — *Barachin* Gu. 1. — 60) *badin enim hebraice linum dicitur* add. al. — 61) Om. hoc caput Z. — 62) *quod* Gu. 1. — 63) In Gu. 2. praecedit *Vestimentum*. Glossam *Indumentum* om. Gu. 1. — *Indumentum amictus* al. pr. va. — 64) Sic scripsi e Gu. 1., in quo est *pertingitur*. — *Pertenditur* Gu. 2. — *protenditur* Ar. — *praetenditur* vulg. — 65) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *vestimentum* vulg. — 66) *hoc* pro *haec* Gu. 1. 2. al. — 67) Sic Gu. 2. — *lautius* vulg. — *lautior* Arev.

4. Pleraeque[1] autem vestium aut a[2] tempore, quo maxime in usu sunt, appellantur, aut a locis, ubi vel primum confectae[3], vel maxime venditantur[4], aut a genere coloris, aut a nomine repertorum.

5. Vestis antiquissima hominum fuit perizomatum[5], id est succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum sibi fecerunt, quando post praevaricationem erubescentes pudenda velarunt[6]. Cuius usum quaedam barbarae gentes, dum sunt[7] nudae, usque hodie tenent. Haec et campestria nuncupantur, pro eo, quod eisdem iuvenes, qui nudi exercentur in campo, pudenda operiunt.

6. Tunica vestis antiquissima appellata, quia in[8] motu incedentis sonum facit. Tonus enim sonus est. Primum autem fuere tunicae pelliceae[9], quibus post offensam et eiectionem de paradiso Adam et Eva induti sunt.

7. Talaris tunica dicta, eo quod ad[10] talos usque descendat, et ad pedes defluat, sicut pectoralis, quia apud antiquos brevis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profusior est[11].

8. Manicleata[12] tunica, id est manicata, eo quod habeat manicas, quam *χειροδύτην*[13] Graeci vocant.

9. Dalmatica vestis primum in Dalmatia provincia Graeciae[14] texta[15] est, tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura.

10. Russata[16], quam Graeci phoeniceam[17] vocant, nos coccineam[18], reperta[19] a Lacedaemoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti adversario animus augesceret. Hac[20] sub consulibus Romani usi sunt milites, unde etiam russati vocabantur[21]. Solebat[22] etiam[23] pridie, quam dimicandum esset, ante principia poni[24], quasi admonitio et indicium futurae pugnae.

11. Laculata est, quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.

Hyacinthina vestis est aereo[25] colore resplendens.

12. Molochinia[26], quae malvarum[27] stamine conficitur, quam alii molocinam vocant, alii malvellam[28].

13. Bombicina est[29] a bombice vermiculo, qui longissima fila ex se[30] generat, quorum textura bombicinum dicitur, conficiturque in insula Choo.

Apocalama *.

14. Serica a serico dicta, vel quod eam Seres primi miserunt.

1) *Pleraque* Gu. 1. — 2) *a* om. Gu. 1. — 3) *confectae* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 4) Sic Gu. 1. 2. Ar. ed. Goth. — *vendicantur* vulg. — 5) *perizoma* Ar. — 6) Sic Gu. 1. Ar. — *velaverunt* Gu. 2. al. — *velabant* vulg. — 7) *sunt* pro *sint* Gu. 1. — 8) *in* om. Gu. 1. — 9) Sic Gu. 1. 2. — *pell. tun.* vulg. — 10) *ad* om. va. — 11) Sic Gu. 1. 2. al. — *sit* vulg. — De indicativo post *licet* vide Ruddimann. Instt. L. Lat. T. II. p. 346. not. 9. — 12) *Manicleta* Gu. 1. e ras. — *Manuleata* Ar., quod in Gloss. est *Manulea χειρίς*. — 13) *χειριδώτον* Ar. — 14) *Graeciae* om. va. — 15) *contexta* Gu. 2. — 16) *Rosata* Gu. 1. va. — 17) *feniciam* Gu. 1. 2. — 18) *coccinam* Gu. 1. 2. — 19) Vulg. *rep. est*, sed *est* om. Gu. 1. Ar. — 20) *Hanc* Gu. 2. — 21) *rosa vocabatur* Gu. 1. — *rosati* va. — 22) *Solebant* Gu. 1. 2. pr. va. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *enim* vulg. — 24) *proponi* Gu. 2. va. Ar. — 25) Sic Gu. 1. 2. va. al. — *aerio* vulg. — 26) Sic Arev. — *Molocima* vulg. — *Malocinia* Gu. 1. 2. — 27) *e malv.* va. al. — 28) Sic Gu. 1. — *alii melocin. alii malvell. voc.* vulg. — *maloelam* al. — *avellam* va. — *moloc.* pro *meloc.* scripsi cum Arev. — 29) *est* om. Gu. 2. va. — 30) Sic Gu. 1. — *ex se fila* vulg. — *ex se* om. Gu. 2. — 31) *stamen ex lino* Gu. 1. — *stamine lino* Gu. 2. — 32) *Olopurpura* Gu. 1. 2. — *Olofora* pr. va. — 33) *ex tota purp.* Gu. 1. — 34) *Sunt qui et* va. — 35) *bissinum* Gu. 1. — 36) *esse* om. va. — 37) Sic Gu. 1. 2.

Holoserica tota serica, ὅλον enim totum.

Tramoserica stamine lineo [31], trama ex serico.

Holoporphyra [32] tota ex purpura [33].

15. Byssina candida confecta ex quodam genere lini grossioris. Sunt et qui [34] genus quoddam lini byssum [35] esse [36] existimant [37].

16. Fibrina [38], tramam de fibri lana habens. Aprina * [39].

Mena, quod sit colore nigro. Graeci enim μέλαν nigrum vocant. Masticina, quod colorem masticis habeat [40].

Linea [41], quae ex solo lino fit.

17. Linostema [42] vestis est ex lana linoque contexta [43]. Et linostema dicta [44], quia in stamine linum, in trama lanam habet.

18. Recta dicitur vestis, quam sursum versum stantesque texunt [45].

Segmentata [46] zonis quibusdam, et quasi praecisamentis ornata. Nam et particulas cuicunque [47] materiae abscissas [48] praesegminas vocant.

19. Levidensis [49], quod raro filo sit, leviterque densata.

Pavitensis contraria Levidensi dicta, quod graviter pressa atque calcata sit.

20. Citrosa, quasi concrispa ad similitudinem citri [50]. Naevius:

Pulchramque [51] *ex auro vestemque citrosam.*

21. Velenensis [52] tunica est, quae affertur [53] ex insulis [54].

Exotica vestis [55] peregrina de foris veniens, ut in Hispaniam [56] a Graecis.

Polymita multicoloris. Polymitus enim textus multorum colorum [57].

22. Acupicta vestis acu textilis, vel [58] acu ornata. Eadem et Phrygia. Huius enim artis periti Phrygii omnes dicuntur, sive quia inventa est in Phrygia [59]. Unde et artifices, qui id faciunt, Phrygiones dicuntur. Virgilius [60]:

Phrygiam [61] *chlamydem.*

23. Trilicis a tribus liciis, quia est [62] simplex et biplex.

Ralla. quae vulgo rasilis dicitur.

Interpola [63] vestis illa dicitur [64], quae dum sit vetus ad novam speciem recurratur.

24. Pannucia nuncupata, quod sit diversis pannis obsita.

Colobium dictum, quia [65] longum est, et sine manicis. Antiqui enim magis hoc utebantur. Lebitonarium [66] est colobium lineum [67] sine manicis, quali [68] Aegyptii monachi [69] utuntur.

al. — *existiment* vulg. — 38) Gu. 2. titulum tantum exhibet. — 39) Sic Ar. — Vulg. *caprina* cum praecedentibus coniunctum. — 40) Sic Gu. 1. 3. al. — Vulg. *Masticina et mena.* — *Masticina . . . Mena . . .* Arev. — *Masticia et comena* va. — 41) *Linica* Gu. 1. — 42) *Linostena* Gu. 1. — 43) *confecta* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. 2. — *dicta linost.* vulg. — 45) *texerint* Gu. 1. — *texerunt* va. — 46) Sic Gu. 1. Ar. — *Segmentana* Gu. 2. — *Segmenta* vulg. — 47) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *cuiusque* vulg. — 48) Sic Gu. 1. Ar. — *abscisae* vulg. — *abscisas* Gu. 2. — 49) Praeponitur huic glossae *Velenensis.* — 50) *citrinae* Gu. 1. 2. — 51) Sic Ar. — *pulchram* vulg. — *pulchroque* Gu. 1. 2. — *pulchraeque* va. — *pulchraque* pr. — 52) *Verenensis* Gu. 2. — 53) *afferunt* Gu. 2. — 54) *quae citro sunt* add. va. — 55) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 56) Sic Ar. — *in Hispania* vulg. — 57) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 58) *vel* pro *aut* Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 59) Sic Gu. 1. — *in Phr. inv. est* vulg. — 60) Virg. Aen. III, 484. — 61) *que* add. Gu. 2. pr. va. — *Phrygiam Ascanio chlam.* Arev. — 62) *quia et est simpl.* va. *quia est et simpl.* Gu. 2. — 63) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Intripola* vulg. — 64) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 65) *quod* Gu. 2. — 66) Sic Ar. — *Leviton.* Gu. 1. 2. va. — *Libiton.* vulg. — 67) *lineum* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 68) *quale* Gu. 2. va. — 69) Sic Gu. 1. 2. — *monachi Aeg.* vulg. — *Aeg. ut. mon.* va.

25. Lumbare vocatur, quod lumbis religetur, vel quod lumbis haereat. Hoc in Aegypto et Syria[1] non tantum feminae, sed et[2] viri utuntur. Unde et Ieremias trans Euphratem tulit lumbare suum, ibique illud in foramine petrae abscondit, et postea scissum reperit. Hoc a quibusdam et renale dicitur, quia renibus[3] alligatur.

26. Limus[4] est vestis, quae ab umbilico usque ad pedes producitur. Haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam[5], unde[6] et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus.

27. Licinum[7] vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret liginum, c pro g litera commutata[8].

28. Armilausa[9] vulgo vocata, quod ante et retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi armiclausa, c litera ablata.

29. Camisias[10] vocari[11], quod in his dormimus in camis, id est stratis[12] nostris.

Femoralia appellata, eo quod femora tegant. Ipsa et braccae, quod sint breves et verecunda corporis iis velentur.

30. Tubrucos vocatos[13], quod tibias braccasque tegant.

Tubraci, quod a braccis ad tibias usque perveniant.

CAP. XXIII. *De vestibus quarundam gentium.*

1. Quibusdam[14] autem nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sarabarae[15], Gallis lenae[16], Germanis rhenones[17], Hispanis stringes[18], Sardis mastrucae[19].

2. Sarabarae[20] sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele[21]: *Et sarabarae eorum non sunt immutatae.* Et Publius: *Ut quid ergo Parthi in ventre tuo*[22] *sarabaras suas*[23] *suspenderunt?* Apud quosdam autem sarabarae quaedam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus[24] in capitibus[25] Magorum picta.

3. Lenae saga quadra et mollia sunt. De quibus Plautus:

Lena[26] *cooperta est textrina*[27] *Gallia.*

4. Rhenones sunt velamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum[28], atque intortis villis adeo hispida[29], ut imbrem[30] respuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat, de quibus[31] Salustius[32]: *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt.* Dicti autem rhenones a Rheno Germaniae flumine[33], ubi iis frequenter utuntur.

1) *in Syr.* vulg., sed *in* om. Gu. 1. 2. va. — 2) *et* om. Gu. 1. — 3) *in ren.* Gu. 2. al. — 4) *Limerus* Gu. 1. — 5) Sic Ar. — *flexuonium* Gu. 1. — *fluxuosam* vulg. — 6) Sic Gu. 1. Ar. — *inde* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. pr. Ar. — *Licinium* vulg. — 8) *mutata* Gu. 1. — 9) Sic Ar. — *Armelausa* vulg. — *Armelus* Gu. 2. — 10) *Camisas* Arev. — 11) Sic Gu. 1. al. — *vocamus* vulg. — 12) Vulg. *in stratis*, sed *in* om. Gu. 1. — 13) *dicunt* add. vulg., quod om. Gu. 1. Inclusit Arev. — 14) *quibus* Gu. 2. — 15) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *sarabara* pr. Ar. — *saraballae* Z. — *sarabra* vulg. — 16) Sic h. l. et infra Ar. — *linnae* vulg. — 17) *redones* Ar. h. l., sed infra *Rhenones.* — 18) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. Ar. — *striges* vulg. — 19) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *manstrugae* vulg. — *mastrugae* Z. al. va. — 20) Sic Gu. 1. 2. al. va. h. l. et infra. — *saraballae* Z. h. l. et postea. — *sarabara* vulg. — 21) cap. 3, 94. — 22) Sic Gu. 1. — *in ventre tuo Parthi* vulg. — 23) Sic Gu. 1. 2. 3. — *sarabaras* va., omisso *suas*, quod e codd. Gu. 1. 2. 3. addidi. — *saraballa* Z. — *sarabara* vulg. — 24) *vidimus* Gu. 2. — 25) Sic Z. Gu. 1. al. — vulg. *in capite* — 26) Sic Ar. — *Linna* Z. Gu. 1. 2. va. — *Linnae* vulg. — 27) Sic Ar. — *textrino* vulg. Locus Plauti est ex amissis fabulis. — 28) *usque umbilico* Z. — *usque umbilicum* pr. — *usque in umb.* va. — 29) *hispidi* va. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *imbres* vulg. — 31) *de quo* Z. — 32) Sallust. fragm. incert. 13. ed. Gerlach. — 33) *fluvio* Z. — 34) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Mastruga* vulg. — 35) Sic Gu. 1. — Vulg. *vestis Germanica* (*germ. est* va.) — Gu. 2. *vestis Germanica vel Sardonica.* — 36) *de quo* pr. — 37) Fragmentum

5. Mastruca[34] vestis Sardonica[35] ex pelliculis ferarum, de qua[36] Cicero pro Scauro[37]: *Quem purpura regalis non commovit, cum Sardorum mastruca mutavit?* Mastruca autem[38] quasi monstruosa[39], eo quod qui ea induuntur[40], quasi in ferarum habitum transformantur[41].

6. Dignoscuntur et gentes ita[42] habitu, sicut et lingua discordes. Persae brachia et crura linamentis[43], caput tiara tegunt. Eminent apicibus fastigiatis Alani, horrent et male tecti cum latratoriis[44] linguis Scotti, sagati sunt Alemanni[45], linteati[46] Indi, gemmati Persae, sericati Seres, pharetrati Armenii.

7. Nonnullae etiam gentes non solum in vestibus, sed etiam[47] in corpore aliqua sibi propria, quasi insignia vindicant[48], ut videmus[49] cirros[50] Germanorum, granos et cinnabar Gothorum stigmata Britonum. Circumcidunt quoque[51] Iudaei praeputia, pertundunt[52] Arabes aures, flavent capitibus intectis[53] Getae, nitent Albani albentibus[54] crinibus. Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis, sine equis inertes existunt[55] Alani, nec abest genti[56] Pictorum nomen a corpore, quod minutissimis[57] opifex acus punctis[58] et expressus[59] nativi graminis[60] succus illudit[61], ut has ad sui specimen cicatrices ferat, pictis artubus maculosa nobilitas.

8. Habet et sexus institutam speciem habitus, ut in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium, quod maxime virginibus est insigne[62]: quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu[63] crinium contegat.

CAP. XXIV. *De palliis virorum.*

1. Pallium est, quo[64] ministrantium[65] scapulae conteguntur, ut, dum ministrant, expeditius[66] discurrant. Plautus[67]:

Si quid[68] facturus es, appende in humeris pallium,

et

Pergat quantum valet tuorum pedum pernicitas.

Dictum autem pallium a pellibus, quia prius super indumenta pellicia[69] veteres utebantur[70], quasi pellea, sive a palla per derivationem.

2. Chlamys est, quae ex una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur. Hinc et Graece nomen accepit.

3. Toga dicta, quod velamento sui corpus[71] tegat atque operiat. Est autem pallium[72] purum forma rotunda effusiore[73], et[74] quasi inundante sinu, et sub dextro veniens supra[75] hume-

ex orat. Cic. pr. Scaur. est ap. Beier. §. 45. d. p. 209. edit. Fragm. oratt. pr. Scaur. et in Clod. — 38) *dicta* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. — 39) *monstrufa* Gu. 1. — 40) *induant eam* Z. — *eam induitur* Gu. 1. — *ea induantur* Gu. 2. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *transformentur* vulg. — 42) *ita* om. Gu. 1. — 43) Sic Ar. — *liniamentis* vulg. — *lineamentis* Gu. 1. — 44) Sic Gu. 1. — *latratoribus* vulg. — *latrantibus* al. — *latraticibus* al. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *sacrati vel sagati Alem.* vulg. — *Alamanni* Gu. 2. pr. — 46) *lineati* al. va. — *limati* Z. — 47) *etiam* pro *et* Gu. 1. 2. — 48) *vendicant* Z. Gu. 1. — 49) *vidimus* Gu. 2. — 50) *circi* Gu. 1. — 51) *quoque* om. Arev. — 52) *pertondent* Gu. 1. 2. — 53) Sic Ar. — *intextis* vulg. — 54) *nitentibus* Gu. 1. 2. — 55) Sic Gu. 1. 2. — *extant* vulg. — 56) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *gens* vulg. — 57) Sic Gu. 1. 2. — *minutis* vulg. — 58) *acu pictis* Gu. 1. 2. — 59) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *expressos . . succos* vulg. — 60) *seminis* Gu. 1. — 61) *illudit* pro *includit* Arev. — 62) Sic Gu. 1. — *ins. est* vulg. — 63) *ambitus* Gu. 2. Ar. — 64) *in quo* al. pr. — *est* om. va. — 65) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *admin.* vulg. — 66) *expediti* Gu 2. va. — 67) Locus est ex amissis Plauti comoediis. — 68) *si quod* Gu. 2. — 69) *pellicea* Gu. 1. al. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *induebantur* vulg. — 71) *velamento corpus sui* Gu. 1. — *velamentum* pr. — 72) *palleum* va. — 73) Sic Ar. — *et fusiore* vulg. — *effusione* va. — 74) *et* om. pr. — 75) Sic Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — *super* vulg.

rum sinistrum ponitur, cuius similitudinem in operimentis simulacrorum, vel picturarum aspicimus easque statuas togatas vocamus [1].

4. Toga autem Romani in pace utebantur, belli autem tempore paludamentis. Mensura togae iustae [2], si sex ulnas habeat.

5. Toga palmata [3] dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hostibus palmas. Ipsa vocabatur et [4] toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.

6. Toga candida eademque cretata, in qua canditati, id est magistratum petentes ambiebant [5], addita creta, quo candidior insigniorque esset. Cicero orationem, quam habuit contra competitores, *in toga candida* scripsit.

7. Cinctus Gabinus est, cum ita imponitur toga, ut togae lacinia, quae post secus reiicitur, attrahitur ad pectus, ita ut ex utroque latere ex humeris picturae pendeant [6], ut sacerdotes gentilium faciebant, aut cingebantur [7] praetores.

8. Trabea erat togae species ex purpura et cocco, qua operti Romanorum reges initio [8] procedebant [9]. Hanc primum [10] Romulus adinvenisse perhibetur, ad discretionem regum [11] habitus. Trabea autem dicta, quod in maiorem gloriam [12] hominem transbearet [13], hoc est ultra [14], et in posterum ampliori [15] dignitate honoris beatum faceret.

9. Paludamentum erat insigne pallium [16] Imperatorum cocco purpuraque et auro distinctum. De quo Salustius [17]: *Togam*, inquit, *paludamento* [18] *mutavit* [19]. Erat enim [20] pallium bellicum, dictum [21], ut quibusdam videtur [22], quod eo indutus palam faceret Imperator bellum futurum.

10. Circumtextum [23], quod Graece κύκλας dicitur, de quo Virgilius [24]:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtextum autem [25] dictum, quia est rotundum pallium.

11. Diplois Graecum nomen, ab eo, quod sit duplex amictus. Horatius [26]:

Contra, quem duplici panno patientia velat.

12. Est autem vestis militaris, cuius usus Gallicis primum expeditionibus coepit e praeda hostili. De qua vox est [27] illa senatus: *Togis depositis Quirites ad saga conversi fuerunt* [28].

13. Sagum autem Gallicum nomen est, dictum autem sagum quadrum [29], eo [30] quod apud eos primum quadratus, vel quadruplex esset [31].

14. Paenula est pallium cum fimbriis longis.

Lacerna pallium fimbriatum, quo [32] olim soli milites utebantur. Unde et in distinguenda castrensi [33] urbanaque turba [34] hos togatos, illos lacernatos vocabant. Inde autem lacernae quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, ut sunt paenularum.

1) *nominamus* Z. — 2) *iusta* va. — 3) Vulg. *Toga autem palm.*, sed *autem* om. Z. Gu. 1. 2. Arev. — 4) *ipsa et voc.* Z. — 5) *ambibant* Gu. 1. — 6) *appendeant* Gu. 1. — 7) *accingebant* Z. — 8) *in initio* Z. — 9) *praeced.* Gu. 1. 2. va. — 10) *primo* Z. — 11) Sic Gu. 1. 2. — *regii* vulg. — 12) Sic Gu. 1. — *in maiori gloria* vulg. — 13) *transveheret* Z. — *transmearet* Gu. 2. — 14) *haec est ultima* Z. — *hoc et ultra* Gu. 1. — 15) *ampliore* Gu. 2. va. — 16) *palleum* va. — 17) Locus Salust. est ap. Gerlach. Fragm. Inc. nr. 15. — 18) *paludamenta* Gu. 1. 2. — 19) *mutavi* Z. — 20) *autem* Z. Gu. 1. 2. va. — 21) *dict. bell.* Z. — 22) *ut a quib. videretur* Z. — *ut in quib. vid.* Gu. 1. — 23) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 24) Aen. 1, 653. — 25) *autem* om. Z. — 26) Horat. Epist. I, 17, 25. — 27) Sic Gu. 1. — *est vox* vulg. — 28) Sic Gu. 1. 2. al. — *fuerant* vulg. Ar. — *ite ad saga* — *conversi* om. Z. va. — 29) *quadratum* Gu. 1. — 30) *eo quod . . . quadratus* om. Gu. 1. — 31) *est* Gu. 1. — 32) *quod* Gu. 2. — 33) *castricia* Gu. 2. — 34) *turba* om. Z. — 35) Sic Gu. 1. 2. — *pall. est* vulg. — *est puerile pall.* va. — 36) Sic Gu. 1. — *sub disc. cult. uteb.* vulg. — 37) Sic va. Ar. — *pertex.* vulg. — 38) Hunc articulum om. Z. — 39) *Inde* Gu. 2. — 40) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *dictos* vulg., quae add. *volunt*, quod om. Gu. 1. 2. — 41) Sic Gu. 1. Ar. — Vulg. *id est vagae*. — Editt. pr. va. *id est vagae*, *eo quod vagae*

15. Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum.

16. Praetexta puerile est pallium[35], quo usque ad XVI annos pueri nobiles utebantur sub disciplinae cultu[36]. Unde et praetextati pueri appellati sunt. Dicta autem praetexta, quia praetexebatur[37] ei latior purpura.

17. Casula[38] est vestis cucullata, dicta per diminutionem a casa, quod totum hominem tegat, quasi minor casa. Unde[39] et cuculla, quasi minor cella. Sic et Graeci Planetas dictas[40], quia horis errantibus evagantur. Unde et stellae planetae, eo quod[41] vagae suo errore motuque discurrunt.

18. Birrhus a Graeco vocabulum[42] trahit[43], illi enim[44] birrhum bibrum dicunt.

19. Melotes, quae etiam pera vocatur, pellis est[45] caprina a collo pendens praecincta usque ad lumbos. Est enim habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat[46] autem prius, ut quidam existimant[47] de pelliculis melonum. Unde et melotae[48] vocatae sunt.

20. Fimbriae vocatae sunt[49] orae[50] vestimentorum, hoc est fines[51]; ex Graeco vocabulum trahunt[52]. Graeci enim terminum ὅρον vocant.

CAP. XXV. *De palliis feminarum.*

1. Regillum est praelatum[53] reginarum amiculum, unde et appellatum. Peplum matronale pallium ex purpura signatum, cuius fimbriae aureis[54] staminis summitate resplendent.

2. Palla est quadrum pallium muliebris vestis, deductum usque ad vestigia, quod affixis in ordinem gemmis micat[55]. Et palla dicta ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est a nobilitate, quae est circa finem huius[56] indumenti, sive quod rugis vibrantibus sinuata crispetur.

3. Stola matronale operimentum[57], quod cooperto capite et scapula[58] a dextro latere in laevum humerum mittitur. Stola autem Graece vocatur, quod superemittatur[59].

4. Idem[60] et ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro reiicitur[61], quod vulgo Mavortem dicunt. Vocatum[62] autem[63] Mavortem, quasi Martem. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est, inde et super caput mulieris est[64].

5. Amiculum est meretricum pallium lineum. Hoc[65] apud veteres mulieres[66] in adulterio deprehensae induebantur, ut in tali amiculo potius, quam in stola polluerent[67] pudicitiam. Erat enim hoc apud veteres signum[68] meretriciae vestis, nunc in Hispania honestatis.

6. Theristrum pallium est[69], quo[70] usque hodie Arabiae et Mesopotamiae mulieres velantur[71], quibus in aestu[72] tutissimo[73] teguntur umbraculo. De quo in Isaia[74].

etc. — 42) *vocabulo* Z. — 43) *traxit* Gu. 2. — 44) *enim* om. Gu. 1. — 45) *est* om. Z. — 46) *Fiebant* Gu. 1. — 47) Sic Z. Gu. 1. ed. Goth. — *aestim.* vulg. — 48) Sic Ar. — *melotes* vulg. — 49) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 50) Sic Ar. — *ora* vulg. — 51) Quae sequuntur om. Z. — 52) Sic Gu. 1. 2. al. — *trahentes* vulg. — 53) *plantum* Z. — *praelautum* Arev. — — 54) *aurei* Z. Gu. 1. — 55) *quod est* addit. pr. va. — *quod* Z. Gu. 2. — *quod* et infra *micat* Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. 2. — *huiusmodi* vulg. — 57) *indumentum* Z. — 58) *ad scapulas* Gu. 1. 2. — 59) *supermittatur* Arev. — 60) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Eadem* vulg. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *eiicitur* vulg. — 62) Sic Gu. 1. 2. — *Vocatam* vulg. — 63) *dicunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 64) *caput super mulierem est* Z. — 65) *Hinc* Gu. 2. — 66) Sic Gu. 1. — *matronae* vulg. — 67) *polluerint* Z. — *polluissent* Gu. 2. — 68) *apud vet. hoc sign.* Gu. 2. — *hoc* om. Z. — 69) *est* addidi e Gu. 1. 2. — *est palliolum* Z. — *palliolum est* va. — Vulg. add. haec: *muliebre dictum, quod ἐν θέρει, id est in aestu et caumate corpora mulierum protegat*, quae om. Z. Gu. 1. 2. — *Terestrum* Gu. 2. — 70) *quod* Z. — 71) *utuntur* va. — 72) *in aestate* Z. — *in aestate vel aestu* va. — 73) *tutissimo* om. Z. — 74) Vulg. add. *legitur*, quod om. Z. Gu. 2. va. Ar.

7. Anaboladium amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et[1] Latini sindonem vocant.

CAP. XXVI. *De stratu et reliquis, quae in usu habentur.*

1. Stragulum est vestis[2] discolor, quod manu artificis diversa varietate distinguitur. Dictum autem, quod et[3] in stratu et amictu[4] aptum[5] sit. De quo Salomon[6]: *Stragulam*[7] *vestem sibi fecit*[8].

2. Ludices[9] a ludis, id est theatris vocatos[10] quidam existimant. Cum enim egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes, horum velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere, qui lupanar intraverit[11].

Galnapes *[12].

3. Fulcra sunt ornamenta lectorum, dicta, quod fulcimur in his[13], id est[14] sustinemur, vel quod toros fulciant, sive caput, quae reclinatoria vulgus appellat.

4. Cervicalia autem eo, quod ponantur sub cervice, vel cubito[15].

Pulvillus dictus a pulvinari, qui est divitum lectus.

Culcitae[16] vocatae, quod calcentur, id est farciantur[17] pluma, sive tomento, quo[18] molliores calidioresque sint.

5. Tapeta dicta, quod pedibus primum[19] strarentur[20], quasi tapedia.

Sipla[21] tapeta[22] ex una parte villosa, quasi simpla.

Amphitapa[23] ex utraque parte villosa tapeta[24]. Lucilius:

Siplae atque amphitapae[25] *villis ingentibus molles.*

6. Mantelia[26] nunc pro operiendis mensis sunt, quae, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus praebebantur[27].

Mappae convivii et epularum appositarum sunt, quasi manupae[28], atque ob id nominatae, cuius diminutivum mappella est.

Toralia longae perpetuaeque mappae, a toro dictae.

7. Sabanum Graecum[29] est.

Facitergium[30] et manutergium[31] a tergendo faciem, vel manus vocatum est[32].

Vela dicta, quod obiectu suo interiora domorum velent.

8. Aulaea vela picta et grandia, quae ideo aulaea dicta[33], quod primum in aula Attali regis Asiae, cui successit populus Romanus, inventa sunt.

9. Cortinae sunt aulaea, id est vela de pellibus, qualia in Exodo[34] leguntur, quibus[35]

1) *vel* Gu. 1. 2. — 2) Sic Gu. 1. 2. — *vestis est* vulg. — 3) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. — 4) Vulg. *in amictu*, sed *in* om. Gu. 1. 2. — 5) *aptus* Gu. 2. — 6) Proverb. 31, 22. — 7) Sic Gu. 1. 2. al. — *Stragulatam* vulg. — 8) Sic Gu. 1. 2. al. — *fecit sibi* vulg. — *sibi* om. va. — 9) *Lodices* Ar. — 10) Sic Gu. 1. — *vocatas* vulg. — 11) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *solebant . . introissent* vulg. — 12) *Galnepes* Gu. 1. — *Galnapis* Ar. — Om. va. — 13) Sic Gu. 1. — *in his fulcimur* vulg. — *fulciuntur* Z. — 14) *et* Z. — 15) *cubitu* Gu. 2. — 16) Sic Ar. pr. — *Culcites* Gu. 1. 2. — *Culcitrae* vulg. — *Culturue* Z. — 17) *fraciantur* Gu. 1. — *fulciantur sive farciantur* va. — 18) *quod* Z. va. — 19) *prim. ped.* Z. — 20) Sic Gu. 1. 2. pr. — *sternerentur* vulg. — 21) *Psila* Arev. et sic mox *Psilae*, quod tamen non probaverim, quamquam est verum, propter *simpla.* Error est enim ipsius Isidori, non scribarum. — Om. autem et *Sipla* et *Amph.* Z. — 22) *tapetia* Gu. 1. — 23) *Antifapa* Gu. 1. — 24) *quasi tap.* Gu. 1. — 25) Sic Ar. — *siple atque amphitapa* vulg. — 26) *Mantilia* va. — 27) Vulg. add. *sive mandelia a mandendo*, quae om. Gu. 1. 2. Arev. — 28) *manupiae* Z. — 29) *nomen* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. Ar. —

tabernaculum extrinsecus[36] tegebatur. Dictae autem cortinae a coriis, eo quod prius ex pellibus fuissent factae. Unde et in eodem tabernaculo legis iubetur, cortinas fieri[37] ex pellibus[38].

10. Cilicia Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus[39] tentoria faciunt.

C A P. XXVII. *De lanis.*

1. Lana a laniando[40], id est vellendo[41] vocata[42]. Hinc et vellus dictum, quod prius lanae vellerentur, non tonderentur.

Linum ex terra oritur, deflexumque nomen eius a[43] Graeco. Nam linum Graeci *λινάριον* dicunt, sive quod sit molle et lene[44].

2. Stuppa[45] vero cannabi est, sive lini. Haec secundum orthographiam antiquam[46] stuppa dicta[47], quod ex ea rimae navium stipentur[48]. Unde et stipatores[49] dicuntur, qui in navibus[50] eam componunt.

3. Tomentum appellatum, quod aut in filo, aut in tela[51] tumeat[52], nec subtilitatem habeat.

Cannabum a similitudine cannae vocatum, sive a Graeca etymologia. Nam illi cannabum *κάνναβιν* vocant.

4. Byssum genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, quod Graeci papatem vocant.

Fibrinum lana est animalium, quae[53] fibros vocant, ipsos et castores[54] existimant, quos dum venatores sequuntur, ipsi sibi testiculos adimunt.

Aranea vocata[55], eo quod aeris infusione in frondibus nutriatur.

5. Sericum dictum, quia primi id Seres[56] miserunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Graece *βόμβυκες* nominantur.

Placium est stuppa et quasi crassedo[57] serici, et est Graecum nomen.

C A P. XXVIII. *De coloribus vestium.*

1. Tinctura vocata, quia tingitur, et in aliam fucatam speciem nitoris gratia coloratur. *Κόκκον* Graeci, nos rubrum, seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus.

2. Conchylium dictum, eo quod ex conchulis marinis color eius colligitur. Idem et ostrum vocatur[58].

3. Ostrum, quod pro colore purpurae temperatur, plurimis quidem in[59] locis, sed optimum in insula Cypro gignitur, sive in iis, quos propius[60] solis cursus illuminat.

30) *Faciterg. Vela* et *Aulaea* om. Z. — 31) *maniterg.* Ar. — 32) Sic Gu. 1. 2. — *vocatur* vulg. — 33) *sunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 34) Exod. 26, 1. — 35) *a quibus* vulg., sed *a* om. Gu. 1. 2. — 36) *extrinsecc* Z. — 37) *iubentur fieri* va., omisso *cortinae.* — 38) Vulg. add. *arietum rubris et ex pellibus hyacinthinis*, quae om. Gu. 1. — 39) *sibi* add. vulg. — — Om. Gu. 1. — 40) Sic Gu. 1. Ar. — *laniendo* vulg. — 41) *a vellendo* Z. Gu. 2. al. pr. va. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *dicta* vulg. — 43) *a* pro *ex* Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 44) Sic Ar. — *leve* vulg. — 45) *Stupa* Z. Gu. 2. ed. Goth. Ar. — 46) Sic Gu. 1. 2. — *ant. orthogr.* vulg. — 47) *dicta* pro vulg. *dicitur* Z. Gu. 1. 2. al. — 48) *stippentur* Z. — 49) *stippatores* Z. — 50) Sic Ar. — *vallibus* vulg. — 51) *telo* Gu. 1. — 52) *tumet* Z. — 53) *quos* Z. — 54) *castoreos* Z. — 55) *vocatur* Z. — 56) Sic Gu. 1., nisi quod pro *id* exhibet *hi.* — Vulg. *quia id Seres primi.* — *quod id* Gu. 2. — 57) *crassitudo* Z. — 58) *vocatum* Gu. 2. — 59) *in* om. Gu. 1. — 60) Sic Gu. 2. Ar. — *proprius* Gu. 1. — *proprie* Z. al. — *propior* vulg.

4. Cocleae autem maris sunt[1], quae circumcisae ferro lacrimas purpurei coloris emittunt[2]. His collectis color purpureus[3] temperatur. Et ostrum exinde appellatum dicunt, quod ex testae humore elicitur.

5. Purpurae apud Latinos a puritate lucis vocatae sunt[4]; apud[5] Graecos autem πόρφυρα dicitur cum aspiratione, apud nos purpura sine aspiratione.

6. Ferrugo color est[6] purpurae[7] subnigrae, quae fit in Hispania, ut[8]:

Ferrugine clarus Ibera.

Dicta autem ferrugo, quod omnis purpura[9] prima tinctura eiusmodi[10] coloris existat.

7. Glaucus color est ferrugineus subniger.

Elbidum ab elbo colore vocatum. Elbum est enim[11] medius color inter nigrum et album[12], et elbum ab albo derivatum.

8. Luteus color rubicundus, quod est croceus[13]. Nam crocus lutei coloris est, ut[14]:

Croceo mutavit[15] vellera[16] luto.

Meuum[17], quod sit colore nigro[18]. Graeci enim μέλαν nigrum[19] dicunt.

Masticinum[20], quod colorem masticis[21] habeat.

Blatteum *[22]. Blavum *.

9. Mesticium *[23]. Osticium, quia ex usto est. Fit enim[24] ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis ignibus. Unde et color eiusdem tincturae flammeus est.

CAP. XXIX. *De instrumentis vestium.*

1. Tela pro longitudine staminum dicta, cuius derivativum[25] est telaria[26].

Insubuli, quia infra et supra sunt, vel quia insubulantur.

Radii dicti, quia radendo fiunt.

Pectines, quia[27] pexa fila reddant et imprimant.

2. Colum[28], quod in longitudine et rotunditate sit[29], quasi columna.

Fusum[30], quod per ipsum[31] fundatur, quod netum est.

Alibrum, quod in eo librantur fila, id est volvuntur[32].

3. Calathum[33] leve gestamen ex ligno, vel canna, aut ex iunco factum, in quo[34] vel pensa ponuntur, vel leguntur flores, κᾶλον enim Graece lignum est, a quo derivatum[35] calathum.

1) Sic Gu. 1. 2. (*Conchea*) *Conchylia autem sunt maris* vulg. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. (*immittunt*) Ar. pr. (*immitt.*) — Vulg. *lacr. purp. immittunt coloris.* — 3) *purp. col.* va. — 4) Sic Gu. 1. 2. — *Purpura . . vocatur* (*vocata* Z. Ar. va.) vulg. — 5) *apud . . . cum asp.* om. Gu. 1. — 6) Sic Gu. 1. 2. — *est color* vulg. — 7) *purpurae* om. Gu. 1. — 8) Virgil. Aen. IX, 582. — 9) *omnis purp.* om. Gu. 2. — 10) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *huiusmodi* vulg. — 11) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *enim est* vulg. — 12) Sic Gu. 1. 2. — *alb. et nigr.* vulg. — 13) *croceum* Z. — *crocum* Gu. 1. 2. — 14) Virgil. Ecl. IV, 44. — 15) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *mutataque* vulg. — *mutata* Z. — 16) *vellere* Z. — 17) *Melum* Z. — *Mellinum* va. — Om. explicationem Gu. 2. pr. — 18) *nigrum* Gu. 1. — 19) *nigrum μέλαν* Z. — 20) Deest in Gu. 2. explicatio. — 21) *mastici* Gu. 2. — 22) *Blatteum* om. Gu. 2. — 23) *Mesticium* om. Gu. 2. — 24) *enim* om. Gu. 1. — 25) Sic Gu. 1. va. — *derivatum* vulg. — *diminutivum* Gu. 2. — 26) *telearia* va. — 27) *quod* Z. pr. va. Ar. — 28) *Colus* Ar. — 29) Sic Gu. 1. — *quod sit* vulg. — 30) Sic Z. Gu. 1. al. — *Fusus* vulg. — 31) *cum* Z. — 32) Sic Ar. — *solvuntur* vulg. — 33) *Calathus* h. l. et postea Arev. — 34) Sic Gu. 1. Ar. — *in qua* vulg. — 35) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 36) Cic. Philipp. III, 4. — 37) *At vero huius domi inter quasilla pendebatur aurum* Arev. — 38) *et* addidi e

Nam Latine quasillum dicitur. Cicero in Philippicis[36]: *At vero inter quasilla pendatur aurum*[37].

4. Pensum mulierum a pendendo dictum. Unde et[38] pensa et impensa netum.

5. Fila dicta, vel[39] quia[40] ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est quasi filorum.

6. Mataxa quasi metaxa[41] a circuitu scilicet filorum. Nam meta circuitus[42], vel quod transferatur.

Gubellum[43] corrupte a globo dictum per diminutionem, quasi globellum[44].

7. Panuliae[45], quod ex eis panni texantur. Ipsae[46] enim discurrunt per telam.

Stamen dictum, quod[47] rectum stat.

Trama dicta[48], quod via recta transmittatur per telam. Est enim filum intra[49] stamen currens.

Licia sunt, quibus stamina ligantur, quasi ligia.

Ordiri[50] est texere[51].

CAP. XXX[52]. *De ornamentis.*

1. Hactenus de veste, dehinc ad ceterum cultum veniamus[53].

Ornamenta dicta, quod[54] eorum cultu ora vultusque[55] decorentur. Prima ornamenta[56] corona insigne victoriae, sive regii honoris signum, quae[57] in capite regum ponitur, ad significandos[58] circumfusos in orbe populos, quibus accinctus quasi caput suum coronatur. Haec a Lucilio corolla, ab Homero στεφάνη dicta est. Huius principium a Libero quodam gentiles existimant, quod is in potando mota[59] vino capita vincire fasciolis instituerit, idcirco olim linei ac[60] lanei generis coronas fuisse[61], sicut erat in sacerdotibus gentilium.

2. Nomen coronae hac ex causa vocatum, eo[62] quod initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus vel chori et formatam et nominatam coronam[63].

3. Imperatores Romani et reges quidam gentilium[64] aureis coronis[65] utuntur. Persae tiaras gerunt, sed reges rectas, satrapae incurvas. Reperta autem tiara[66] a Semiramide Assyriorum regina. Quod genus ornamenti exinde usque hodie gens ipsa retinet. Athenienses enim cicadas[67] aureas gerebant partim in vertice, nonnulli in fronte. Non enim eadem sunt omnia insignia regnorum[68]. Gentilium vates infulas, apices, pileos, sive galearia[69] utebantur.

Gu. 1. — 39) *vel* om. Z. — 40) *quod* Z. — 41) Vv. *quasi metaxa* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. Ar. pr. — 42) *dicitur* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 43) *Lobellum* Z. — *Glomellum* Gu. 1. — *Globellum* va. — 44) *quasi parvum globum* va. — 45) *Panuli* Gu. 1. 2. — *Pannulae* va. — Vulg. add. *vel panuclae*, quod om. Z. Gu. 1. 2. va. Inclusit Arev. — 46) *Ipsi* Gu. 1. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *quia* vulg. — 48) *dicta* addidi e Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. Ar. — *inter* vulg. — 50) Sic Gu. 1. Ar. — *Ordire* vulg. — 51) *texere est* Z. — *est* om. Ar. — 52) Cap. XXX et XXXI. om. cod. Zitt. — 53) *veniemus* Gu. 2. — 54) *eo quod* Gu. 2. — 55) *oraque vultus* Gu. 1. — 56) Sic Gu. 1. — *Primum ornamentum* vulg. — *Prima ornamenti* Gu. 2. — 57) *ideo* add. vulg. — Om. Gu. 1. Ar. — 58) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *significandum* vulg. — 59) *mutata* Gu. 2. — Om. va. — 60) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. pr. va. — 61) Sic Gu. 1. 2. al. — *corona fuit* vulg. — 62) *eo* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 63) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *est formata et nominata corona* vulg. — 64) Sic Gu. 1. 2. — *gentium* vulg. — 65) *aureas coronas* Gu. 2. — 66) *tiara* om. Gu. 2. — 67) Sic Ar. — *cicladas* Gu. 1. va. — *cyclades* vulg. — 68) Sic Gu. 1. — *eadem sunt insignia omnium regn.* vulg. — 69) Sic Gu. 1. (*pillea*; al. *pileos*, quod recepi) 2. (*galeria* — *galera* va. — *galero* Ar.) — Vulg. *infula*, *apice*, *pilleo sive galerio uteb.*

4. Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent, quae infulam vinciunt. Unde et vittae dictae sunt, quod vinciant. Infula autem plerumque tortilis, plerumque lata erat [1], de albo et cocco.

5. Apex est pileum [2] sutile [3], quo [4] sacerdotes gentiles utebantur, appellatus [5] ab apiendo, id est a ligando. Nam virgula, quae in pileo erat, connectebatur [6] filo, quod fiebat ex lana hostiae. Galearium [7] pileum ex pelle caesae hostiae factum.

Pilleum autem dictum a pelle hostiae, unde fiebat [8].

6. Cidaris [9] et ipsa [10] sacerdotum erat, quae a plerisque mitra vocatur.

C A P. XXXI. *De ornamentis capitis feminarum.*

1. Ornamenta capitis feminarum: diadema, nimbus [11], capitulum et mitra.

Diadema est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum [12], quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, et exinde Graece dictum [13], quod praeligetur.

2. Nimbus est fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus [14]:

Quo magis eam aspicio, tam [15] *magis nimbata est.*

Nam [16] et lumen, quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur, licet et nimbus sit densitas nubis.

3. Capitulum est, quod vulgo capitulare dicunt. Idem et cappa, vel quod duos apices ut cappa litera habeat, vel quia capitis ornamentum est.

4. Mitra est pileum Phrygium, caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. Sed pileum virorum [17], mitrae autem feminarum.

5. Redimicula autem sunt, quibus mitra alligatur [18]. Pileum autem [19], ut praediximus, a pelle erat. Nam mitra ex lana est.

Ricula [20] mitra virginalis capitis est [21].

6. Vittae sunt, quae crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, et vittae dictae, quod vinciunt [22].

Taenia autem est vittarum extremitas dependens diversorum colorum.

Item vitta est, qua corona vincitur, taenia vero extrema pars vittae, quae dependet coronae [23].

7. Reticulum [24] est, quod colligit comas, dictum ab eo, quod retinet crines, ne effundantur.

1) Sic Ar. — Vulg. *plerumque tortilis, plerumque lata erat.* — Gu. 1. 2. *plerumque lata erat, plerumque tortilis.* — 2) *pilleus* va. — 3) *subtilis* va. — 4) *quod* Gu. 2. — 5) *appellatur* Gu. 2. al. — 6) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *contexebatur* vulg. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *Galerium* vulg. — *Galerum* Ar. va. — 8) Sic Gu. 1. al. va. — *fiebant* vulg. — 9) *Cidarum* Gu. 1. — *Cidarim* Gu. 2. al. pr. — 10) Sic Ar. va. — *et ipsum* vulg. et sic Ar. *quae* pro *quod.* — 11) *nimbum* Gu. 1. al. — 12) *connectum* Gu. 2. — 13) Sic Gu. 1. 2. — *dictum Graece* vulg. — 14) Plaut. Poen. I, 2, 135. — 15) Sic Gu. 1. 2. — *tanto* vulg. — 16) *Nam* om. Gu. 1. 2. — 17) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 18) *mitrae* al. pr. va. — 19) *autem* om. Gu. 1. 2. — 20) Sic Ar. — *Rigula* vulg. — *Resicula* va. — 21) Sic Gu. 1. 2. — *est mitra* vulg. — 22) *vinciant* Arev. — 23) *dependit a corona* Gu. 2. — *qua dependent coronae* al. va. — 24) *Retiolum* Ar. — *Recinaculum* va. — 25) *Discrinalia* va. — 26) *dictae* om. Gu. 2. Ar. — 27) *crinum* Gu. 1. — 28) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *sparsus dissipetur capillus* va. — *sparsos dissipent capillos* vulg. — 29) *grana* Ar. va. — 30) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *dependuntur* vulg. — 31) *ad* om. Gu. 2. — 32) *Dicti*

8. Discriminalia [25] capitis mulierum sunt vocata ex eo, quod caput auro discernant. Nam discriminare dividere dicitur.

Anciae sunt cincinni dependentes prope auriculas, Graeco vocabulo ab auribus dictae [26].

9. Acus sunt, quibus in feminis ornandorum crinium [27] compago retinetur, ne laxius fluant et sparsi dissipentur capilli [28].

10. Inaures ab aurium foraminibus nuncupatae, quibus pretiosa genera [29] lapidum dependent [30]. Harum usus in Graecia, puellae utraque aure, pueri tantum dextra gerebant.

11. Torques sunt circuli aurei a collo ad [31] pectus usque dependentes. Torques autem et bullae a viris geruntur, a feminis vero monilia et catella. Dictae [32] autem torques, quod sint tortae [33], et bullae, quod similes sint [34] rotunditate bullis, quae in aqua vento inflantur.

12. Monile ornamentum ex gemmis est, quod solet ex feminarum pendere collo; dictum autem [35] a munere. Hoc etiam et serpentum [36] dicitur, quia constat ex amphorulis quibusdam aureis, gemmisque [37] in modum facturae serpentis. Nonnulli hoc et segmentum dicunt, ut Iuvenalis [38]:

Segmenta et longos habitus,

licet et segmentatas vestes dicamus, ut ipsa [39]:

Et segmentatis dormisset parvula cunis.

13. Plerumque autem et per monile omnia ornamenta matronarum significantur, quicquid illis munere datur.

14. Murena [40] vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulis lentescente quaedam ordinis flexuosi catena contexitur in similitudinem [41] murenae serpentis, quae ad collum ornandum aptatur. Haec interdum auri atque argenti texitur virgulis [42]. Unde et in Canticis canticorum dicitur [43]: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

15. Catellae sunt catenulae colli invicem se comprehendentes in modum catenae, unde et appellatae.

16. Dextras [44] communes esse virorum ac mulierum [45], quia utriusque sexus [46] dextrae sunt [47].

Armillae autem proprie sunt virorum [48] collatae victoriae causa militibus ob armorum virtutem. Unde et quondam vulgo viriolae [49] dicebantur. Ab intellectu autem circuli non discrepat armilla [50], quia ipsa quoque hoc, ubi ponitur, ambiendo [51] constringit, sed [52] armilla latius extenditur, circulus rotundus fit [53].

17. Fibulae sunt, quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur, a [54] viris in humeris, seu cingulum in lumbis.

Gu. 1. — 33) *torti* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *sint sim.* vulg. — 35) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 36) *serpentium* Gu. 1. — *serpentinum* Gu. 2. — 37) *variis* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 38) Sic Arev. e Serv. ad Aen. 1, 654. — Vulg. *Nonnulli hoc et segmenta et longos habitus* (*dicunt* add. Gu. 1.). Locus Iuvenal. est Sat. II, 124. — 39) *ut ipse* Ar. Locus est e Iuven. Sat. VI, 88. — 40) *Murenula* va. — 41) *in similitudine* Gu. 1. 2. — 42) *virgula* va. — 43) Sic Gu. 1. — *dic. in Cant. cant.* vulg. — *in cant. dic. cant.* Gu. 2. pr. va. — Locus est 1, 10. — 44) *Dextrae communes sunt* al. pr. — *Dextralia communia sunt* va. — 45) Sic Gu. 1. — *feminarum* vulg. — Ar. add. per parenthesin *constat.* — 46) *uterque sexui* va. — 47) Vulg. add. *ampla et ante manicam portantur, et possunt ibi iungi clavo uno.* — 48) Sic Gu. 1. — *viror. sunt* vulg. — 49) Sic Ar. — *viriliae* vulg. — *virile* va. — 50) Sic Gu. 1. — *armilla non discr.* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *ambigendo* vulg. — 52) *quando* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 53) *circ. et rot. fit* va. — 54) *a* addidi e Gu. 1. 2.

Lunulae sunt ornamenta mulierum in similitudinem lunae[1] bullulae aureae[2] dependentes.

18. Specula dicuntur[3], in quibus feminae vultus suos intuentur. Dictum autem speculum, vel quod ex splendore reddatur, vel quod ibi feminae contuentes[4] considerent speciem sui vultus, et quicquid ornamenti deesse viderint, adiiciant.

19. Periscelides sunt crurum ornamenta[5] mulierum[6], quibus gressus earum ornantur. Olfactoriola sunt vascula[7] muliebria, in[8] quibus odoramenta gestantur.

CAP. XXXII. *De anulis.*

1. Primus Prometheus fertur circulum ferreum incluso[9] lapide digito circumdasse[10]. Qua consuetudine homines usi, anulos habere coeperunt. Anuli autem sunt[11] per diminutionem dicti a circulis et anis, qui sunt circum[12] brachia et circum crura. Unde et signa eorum per diminutionem sigilla. Nam signa maiora sunt, sigilla vero quasi[13] minora signa.

2. Anulos homines primum[14] gestare coeperunt quarto a pollice digito, quod eo vena quaedam ad cor usque[15] pertingat, quam notandam ornandamque aliquo insigni[16] veteres putaverunt.

3. Apud Romanos anuli de publico dabantur, et non sine discrimine. Nam dignitate praecipuis viris gemmati dabantur, ceteris solidi. Anulum aureum neque servus, neque libertinus gestabat, aut in publico, sed anulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi ferreo, licet et multi honestissimi anulo ferreo utebantur[17].

4. Apud veteres ultra unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in Maenium[18]: *Considerate, Quirites, sinistram eius, en[19] cuius auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem ut mulier est ornatus.* Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam praeferens[20], quod[21] pecunia ei immensa crevisset. Multi etiam[22] Romanorum pro gravitate anulum[23] gestare in digito abstinuerunt. Feminae non usae[24] anulis, nisi quos virgini[25] sponsus miserat, neque amplius, quam binos anulos aureos in digitis habere solebant. At nunc prae[26] auro nullum feminis leve est atque immune membrum.

5. Inter genera anulorum sunt[27] ungulus, samothracius, thynnius.

1) *in lunae sim.* va. — 2) *aure* Gu. 1. e ras. — 3) *sunt* va. — 4) Sic Gu. 1. — *intuentes* vulg. — 5) Sic Gu. 1. 2. (*crurium*) va. — *orn. crur.* vulg. — 6) *sive armillae pedum, a quibus* vulg., sed haec om. Gu. 1. 2. va. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *vasc. sunt* vulg. — 8) *in* om. Gu. 2. Ar. — 9) *inclusum* Z. — 10) Sic Gu. 1. 2. va. — *circumdedisse* vulg. Quum tales formae apud postremos Romanos scriptores haud raro reperiantur, non dubitavi eam recipere. — 11) *sunt* addidi e Gu. 1. 2. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. — *circa* vulg. — 13) *quasi* om. Z. — 14) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *prim. hom.* vulg. — 15) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *usque ad cor* vulg. — 16) *aliquid insigne* Z. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *servi ferreo utebantur* vulg., reliquis omissis. — 18) Sic Ar. pr. — *Maevium* vulg. — 19) *en* om. Ar. — 20) *proferens* Z. — 21) *quo* Z. Gu. 1. — *qua* va. — 22) *et* va. — 23) *anulos* Z. — 24) *sunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. — 25) *virginis* Z. — 26) *pro* Gu. 1. — 27) *Item genera anulorum sunt tria* va. — 28) *tali* Z. — 29) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. — 30) *vocatur* Gu. 2. — 31) Sic Gu. 1. — *primum* vulg. — 32) Versus scripsi, ut eos exhibet Arev. — Vulg. *Lugente mea vita, nec smaragdos berillosque mi Flacce, nec nitentes per candida margaritas quaero, nec cortinalis me perpolibit anulus, nec Iaspius lapillus.* — Cod. Zittav. *Lugentem ea nec vitta nec smaragdus berillusque mi Flacce, nec nitentes per candidam margaritam quaero, nec quos timia lima perpolibit anellos, nec Iaspitis lapillos.* — Gu. 1. *Lugente mea vita, nec smaragdos berillosque mi Flacce, nec nitentes per candida mar-*

Ungulus est gemmatus vocatusque hoc[28] nomine, quia sicut ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur.

Samothracius aureus[29] quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita vocatus[30].

6. Thynnius purus est, primus[31] in Bithynia fabricatus, quam olim Thynnam vocabant. Flaccus[32]:

Lucentes, mea vita, nec smaragdos,
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes,
Nec percandida margarita quaero,
Nec quos thynnica lima perpolivit
Anellos, neque iaspios lapillos.

CAP. XXXIII. *De cingulis.*

1. Cinctus est lata zona, et minus lata semicinctium[33], et utrisque minimum[34] cingulum[35]. Cinctu[36] autem iuvenes in exercitatione campestri verecunda velabant, unde et campestris[37] dicebatur[38].

2. Balteum[39] cingulum militare est dictum, propter quod[40] ex eo signa dependent, ad demonstrandam legionis militaris summam, id est sex milium sexcentorum, ex quo numero et ipsi consistunt. Unde et balteus dicitur non tantum, quod[41] cingitur, sed etiam, a quo arma dependent.

3. Zona Graecum est[42], quam illi *ζωνάριον,* nos cingulum nominamus[43].

Strophium[44] est cingulum aureum cum gemmis, de quo ait Cinna:

Strophio lactanteis[45] cincta papillas[46].

Et Prudentius[47]:

Nomen hoc gemmae strophio illigatum est[48].

4. Limus[49] est cinctus, quem publici[50] habebant[51] servi. Et dictus limus, quia transversas habebat[52] purpuras, id est limas.

Caltulum[53] cinguli genus[54], a coacto loro dictum.

Fibula Graecum est, quam illi *φίβλην* dicunt, quod ligat.

Subfibulum, subligaculum.

garitas quaero, nec quos tunica luna perpolivit anulos, nec iaspios lapillos. — Gu. 2. *Lugentem ea vitta nec smaragdus berillusque mi Flacce nec nitentes per candida margarita quaero nec quos tinica lima perpolivit anulus, nec Iaspios lapillos.* Edit. pr. va. consentiunt cum vulg., nisi quod va. exhibet: *aut ellonecias pios lapillos nec cortinalis me perpolibit anulus nec iaspis lapillus.* Ceterum varias horum versuum emendationes videre potes ap. Ludovic. Dorleans in novis cogitat. ad Tacit. annal. p. 534. Ian. Guilielm. lib. I. Verisim. c. 5. et Andr. Schott. lib. II. Observatt. Human. c. 6. Plurimi interpretes Maecenati hos versus tribuunt. Cfr. etiam Scalig. l. I. Catalect. et Salmas. ad Aurelian. Vopisc. — 33) *semicinctum* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. 2. — *minima* vulg. — 35) Vulg. sequitur: *nam a cincto (cinctu* Ar.) *per diminutionem cingulum nominatur*, quod om. Gu. 1. — 36) Sic Ar. — *cinctum* Gu. 1. — *cincto* vulg. — 37) *campestres* Z. Gu. 1. 2. — *campestre* Ar. — *campester* va. — 38) *dicebantur* Gu. 1. 2. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Balteus . . dictus* vulg. — 40) *pro eo quod* Z. — 41) *quod* pro *quo* Z. Gu. 2. Ar. — 42) *est* om. Z. — 43) Sic Gu. 1. — *nuncupamus* vulg. — *vocamus* Z. — 44) *Stropheum* Gu. 2. — 45) Sic Gu. 1. 2. — *lactantes* vulg. — 46) *papilla* Gu. 1. 2. — 47) Peristeph. 25, 4. — 48) Sic Arev. — *illigatae* vulg. — *illigata est* Z. Gu. 1. 2. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *Lunus* vulg. — 50) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *publice* vulg. — 51) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *habent* vulg. — 52) Sic Gu. 1. — *habet* vulg. — 53) Sic Z. Gu. 2. Ar. — *Calculum* vulg. — 54) *genus cing.* Z.

5. Redimiculum est, quod succinctorium, sive bracile nominamus[1], quod descendens[2] per cervicem et a lateribus colli divisum, utrarumque[3] alarum sinus[4] ambit atque hinc inde succingit, ut constringens latitudinem vestium[5] corpus contrahat[6], atque coniungendo componat. Hunc[7] vulgo brachilem, quasi brachialem, dicunt[8], quamvis nunc non brachiorum, sed renum[9] sit cingulum. Succinctorium autem vocatum, quod, ut dictum est, sub brachiis ductum alarum sinum ambit atque hinc inde succingit.

6. Fascia[10], qua tegitur pectus, et papillae[11] comprimuntur, atque crispanti[12] cingulo angustius pectus arctatur. Et dicta fascia, quod in modum fasciculi corpus alligat. Hinc et fasciolae[13], quibus vulnera colligantur.

7. Vitta dicta, quod ea pectus vincitur instar vitis ligantis

Limbus est[14], quem[15] nos ornaturam dicimus.

8. Fasciola est, quae ambit extremitatem[16] vestium, aut ex[17] filis, aut ex auro contexta assutaque[18] extrinsecus in extrema parte vestimenti, vel chlamydis. De qua Virgilius[19]:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

CAP. XXXIV. *De calciamentis.*

1. Sutores nuncupatos[20], quod insertis filo porcorum setis suant, id est consuant, quasi setores.

2. Caligarios[21] vero non a callo pedum, sed a calo, id est ligno vocatos, sine quo consui calciamenta non possunt, quas[22] Graeci *καλοπόδας*[23] dicunt[24]. Fiebant autem prius ex salice tantum, hinc et calciamenta dicta, quod in calo, id est ligno[25] fiant, vel quod[26] calcentur.

3. Crepidas Graeci ante repertas usi sunt. Est autem genus singulari forma, et idem utrique aptum pedi, vel[27] dextro, vel sinistro. Crepidas autem dictas[28], quod cum sono stringantur, sive a pedum crepitu in ambulando.

4. Calceos[29] reges utebantur et Caesares. Forma eorum *[30].

Patricios calceos Romulus reperit IV corrigiarum, assutaque luna. Hos[31] soli patricii utebantur. Luna autem in eis non sideris[32] formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio patricii senatores centum fuerint[33].

5. Ocreae tibialia calciamenta sunt, dicta quod crura tegant.

1) Sic Gu. 1. — *nuncupamus* vulg. — 2) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *dividens* vulg. — 3) *utrumque* Gu. 1. — 4) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *sinum* vulg. — 5) *vestium* Gu. 1. 2. al. — *vestiat* vulg. — 6) *contrahat* addidi e Z. Gu. 1. 2. al. va. — *vestes ad corpus contrahat* Arev. — 7) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Hoc vulgo bracile quasi brachiale* vulg. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *vocant* vulg. — 9) *renium* Gu. 2. — 10) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 11) *mamillae* Z. — 12) Sic Z. Gu. 1. — *crispante* vulg. — 13) *fasciola* Z. Gu. 2. — 14) *est* om. Gu. 1. — 15) *quam* Z. Gu. 2. — 16) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *extremitates* vulg. — 17) *ex* om. va. — 18) *assumptaque* Z. Gu. 1. 2. — 19) *dicit* add. pr. va. — Locus est Aen. IV, 137. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *nuncupati sunt* vulg. — *nuncupati*, omisso *sunt* va. — 21) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *Caligarius . . vocatus* vulg. — 22) Sic Z. Ar. — *quae* Gu. 1. — *quem* Gu. 2. — *quod* vulg. — 23) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. va. — *καλοπόδιον* vulg. — 24) *dicitur* va. — *vocant* Z. — 25) Vulg. *in ligno*, sed *in* om. Z. Gu. 1. 2. — 26) *quod* om. va. — 27) *vel* om. va. — 28) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Crepidae . . dictae* vulg. — 29) Sic Gu. 1. 2. — *Calceis* vulg. — 30) Deest explicatio. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *Iis* vulg. — 32) *non ut sid. form.* Gu. 2. — 33) *fuerunt* Z. — 34) *erant* add. Z. — 35) *dextro et laevo conv. pedi* Arev. — *in* alterum addidi e Gu. 1. 2. va. — 36) *conveniret* va. — 37) Sic Ar. — *Baxae*

Cothurni sunt, quibus calciabantur tragoedi, qui in theatro dicturi erant, et alta intonantique voce carmina cantaturi[34]. Est enim calciamentum in modum crepidarum, quo heroes utebantur, sed tale est, ut in[35] dextro et in laevo conveniat[36] pede.

6. Baxeae[37] calciamentum comoedorum erat, sicut tragoedorum cothurni. Quos quidam etiam[38] calones appellant, eo quod ex salice fierent. Nam Graeci, ut diximus, ligna *κᾶλα*[39] vocabant.

7. Talares calcei socci sunt, qui inde nominati videntur, quod ea figura sint, ut contingant talum, sicut subtolares[40], quod sub talo sunt[41], quasi subtalares.

8. Obstrigilli sunt, qui per plantas consuti sunt, et ex superiori[42] parte corrigia[43] trahitur[44], ut constringantur[45], unde et nominantur.

9. Ossas[46] puto ab Osse[47] primum factas, et quamvis nunc ex alio genere, nomen tamen[48] pristinum retinent.

10. Mullei[49] similes sunt[50] cothurnorum solo alto, superiori[51] autem parte cum osseis, vel aereis[52] malleolis, ad quos lora deligantur[53]. Dicti autem sunt[54] a colore rubro, qualis est mulli piscis.

11. Soleae sunt, quibus tantum plantae[55] teguntur, dictae a solo pedum. Item soleae materiales ex materia corio intecta[56].

12. Socci, cuius diminutivum socelli, appellati inde, quod saccum[57] habeant, in quo pars plantae iniicitur.

Caliculae*[58]. Caligae[59] vel a callo pedum dictae, vel quia ligantur. Nam socci non ligantur, sed tantum[60] intromittuntur.

13. Cernui socci sunt sine solo.

Lingulati, quos nos folleatos[61] vocamus.

Clavati[62], quasi claviati[63], eo quod minutis clavis, id est acutis sola[64] caligis vinciantur.

Perones et sculponeae[65] rustica sunt calciamenta[66].

Baxeae[67] calciamenta mulierum sunt.

Corrigiae a coriis vocantur, vel a colligatione, quasi colligiae.

Z. Gu. 1. 2. — *Braxea* vulg. — *Braxa* va. — 38) *et* Z. — *et etiam* va. — 39) Sic Z. Gu. 1. 2. — *lignum κάλον* vulg. — 40) *subtolares* Ar. — *subtalares* vulg. — 41) *sint* Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. va. — *superiore* vulg. — 43) *corrigium* Gu. 1. 2. — 44) *trahit* Z. — 45) *ut non constr.* Gu. 2. — 46) *Osas* Z. va. — 47) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Oso* vulg. — *Os* pr. va. — 48) Sic Z. Gu. 1. 2. — *tamen nomen* vulg. — 49) *Mullae* Gu. 1. 2. — 50) *sunt sim.* Z. — 51) Sic Gu. 1. — *superiore* vulg. — 52) *aeneis* Z. Gu. 2. — 53) Sic Z. Gu. 1. 2. — *deligabantur* vulg. — *delig. vel dirigebantur* va. — 54) *Dicti sunt autem* Gu. 2. — 55) *pedum plantae* vulg., sed *pedum* om. Gu. 1. — 56) Sic Ar. — *intexta* vulg. — 57) Sic Ar. — *soccum* vulg. — 58) Om. Gu. 2. va. — 59) *vel cal.* Gu. 1. — 60) *tantum* om. Z. — 61) Sic Ar. — *foliatos* vulg. — 62) *Calvati* Gu. 2., qui cum ed. pr. om. explicationem. — 63) Sic scripsi de coniectura. Illud *quasi* enim significat, verbum esse fictum ab Isidoro, ut originem clariorem redderet. *Claviati* enim quasi a verbo aliquo *claviare* h. e. *clavis instruere.* — *calivati* Z. Gu. 1. al. — *chalybati* Ar. — *calviati* vulg. — 64) Sic Gu. 1. va. Ar. — *soleae* vulg. — 65) Sic Ar. — *culponeae* vulg. — *culponei* Z. Gu. 1. 2. va. — 66) Sic Gu. 1. — *calc. sunt* vulg. — 67) Sic pr. va. Ar. — *Braxeae* vulg. — *Baxea* Z. — *Baxae* Gu. 1. 2.

LIBER XX.

CAP. I. *De mensis.*

1. Primus Daedalus mensam et sellam[1] fecit. Coquinae apparatum Apicius quidam primus composuit[2], qui in eo absumptis[3] bonis morte voluntaria[4] periit, et merito, quia is, qui gulae et[5] edacitati servit[6], et animam et corpus interficit[7]. Ab esu et comesu mensae factum[8] vocabulum. Nullum enim alium habet usum.

2. Torus dicitur a tortis herbis, quae accumbentium humeris supponuntur.

Stibadium[9] a[10] stipitibus dictum, quasi stipadium, sic enim prius coeptum est. Accubitum a cibo vocatum, quasi ad cibatum[11] epularum.

3. Convivium apud Graecos a compotatione[12], ἀπὸ τοῦ ποτοῦ. Apud nos vero a convictu rectius appellatur, vel quia vitae collocutionem[13] habet. Item convivium[14] a multitudine convescentium, nam privata mensa victus est, convivium non est[15]. Convivii triplex modus est[16], discumbendi, edendi, bibendi[17]. Discumbendi, ut[18]:

Toris iussi discumbere pictis.

Edendi et bibendi, ut[19]:

Postquam prima quies epulis mensaeque remotae,
Crateras magnos[20] *statuunt et vina coronant.*

CAP. II. *De escis.*

1. Cibus dictus, quia capitur ore, sicuti[21] esca, quia eam os capit.

Victus proprie vocatus[22], quia vitam retinet, unde et ad cibum vocare invitare dicitur.

2. Alimonia dicitur, eo quod eius sumptu corpus alitur[23]. Hanc iuvenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseverantiam. Neque enim[24] subsistere poterit caro, nisi confortetur[25] alimentis. Alimentum enim est, quo alimur, alimonium alendi cura.

3. Affluentia nuncupata est[26], quasi rei nimium exuberantis effusio ultra, quam satis est, modusque non est[27].

4. Opulentia ab ope dicta est, quam si discutias, invenies, eam tenere modum. Nam quomodo opitulatur, quod nimium est, cum incommodius sit saepe, quam parum[28]?

5. Epulae ab opulentia rerum dictae[29]. Epulae autem simplices in duo necessaria dividuntur, panem et vinum, et duo[30] superflua, quae terra et mari[31] vescendi causa exquiruntur.

1) *mensas et sellas* al. pr. va. — 2) *comp. prim.* Z. — 3) *consumptis* Z. — 4) *voluptaria* Gu. 1. — 5) *et* pro *atque* Gu. 1. — 6) *deservit* Z. — 7) *interfecit* Z. — 8) *dicitur* add. vulg. — Om. Gu. 1. Ar. — 9) Sic Ar. — *Stifadium* Gu. 1. 2. — *Stephadium* Z. — *Stefadium* vulg. — 10) *ab* Gu. 2. va. — 11) Sic Ar. — *ad cibitum* Gu. 1. 2. va. — *ad cibum* Z. — 12) *compositione* Z. Graeca ἀπὸ τοῦ ποτοῦ addidi e Gu. 1. 2. 3. 4. pro vulg. συμπόσιον, quod om. Z. Gu. 1. 2. 3. pr. va. — 13) *collationem* Gu. 1. — *colluctionem* pr. va. — 14) *dicitur* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 15) Vv. *convivium non est* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 16) Sic Gu. 1. 2. — *est modus* vulg. — 17) Vulg. *et bib.*, sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 18) Virgil. Aen. I, 712. — 19) Virgil. Aen. I, 727. — 20) *magnas* va. — 21) *sicut* Gu. 2. va. — 22) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *vocatur* vulg. — 23) Sic Gu. 1. — *alatur* vulg. — 24) *enim* om. Gu. 1. — 25) *confortetur* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 26) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 27) *modusque non est* om. Z. — 28) Sic Z. Gu. 1. — *parvum* vulg. — 29) *sunt* add. Z. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *et in duo sup.* vulg. — *sic et duo* Z. — 31) *mare* Z. — 32) *reg. tantum sunt* Z. — 33) *quod in*

6. Dapes autem regum sunt[32], epulae privatorum.

Deliciae nuncupatae, quod iis delectentur homines[33], atque[34] suaviter appetant.

7. Pulmentum vocatur a pulte, sive enim sola pultis, sive quid[35] aliud permixtione eius[36] sumatur, pulmentum proprie dicitur.

8. Satietas autem et saturitas sibi differunt[37]. Nam satietas ex uno cibo dici potest, pro eo, quod satis sit, saturitas autem a satura[38] nomen accepit, quod est vario alimentorum apparatu compositum.

9. Crapula[39] immoderata[40] voracitas, quasi cruda epula, cuius cruditate gravatur cor, et stomachus indigestus efficitur[41]. Immoderata enim voracitas est vitium[42], sed tantum id[43] salutis est[44], quantum sustentationi[45] naturaeque[46] sufficiat.

10. Iantaculum[47] est primus cibus, quo ieiunium solvitur, unde et[48] nuncupatum. Nigidius: *Nos ipsi ieiunia iantaculis levibus solvimus*[49].

11. Prandium ab apparatu edendi dictum, proprie autem veteres prandium vocabant omnium militum cibum ante pugnam, unde est illud ducis alloquium: *Prandeamus, tanquam ad*[50] *inferos coenaturi.*

12. Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda et proxima coenae. Unde et antecoenia a quibusdam vocantur[51]. Item merendare, quasi[52] meridie edere.

13. Annona tractum est a tempore, quo Romani veteres ad cibos advocabantur[53]: sic Martialis[54]:

Imperat excelsos frangere nona toros.

quod et usque[55] hodie Persae faciunt.

14. Coena vocatur[56] a communione vescentium, κοινὸν quippe Graeci commune dicunt. Unde et communicantes, quod communiter[57], id est pariter conveniant. Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci[58], et communiter epulari, ne singularitas luxuriam[59] gigneret. Est autem coena vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant. In usu enim non erant prandia.

15. Panis dictus, quod cum omni[60] cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat, πᾶν enim Graece omne dicitur. Cibarius est, qui ad cibum servis datur, nec delicatus. Fermentatius[61] fermentis confectus. Azymus[62] dicitur[63] non fermentatus. Nam ἄζυμος est sine fermento, sincerus. Acrozymus[64] leviter fermentatus, quasi acroazymus. Siligineus[65] panis a frumenti genere nuncupatur. Siligo enim genus est tritici. Rubidus, recoctus et rubefactus. Subcinericius, cinere coctus et reversatus. Ipse est et focatius. Clibanitius in testa coctus.

his hom. del. Z. — 34) Sic Gu. 1. — *easque* vulg. — 35) *quod* Z. — 36) Sic Gu. 1. 2. — *eius perm.* vulg. — 37) *sic* add. Z. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *saturo* vulg. — 39) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. — 40) *nimis* add. Z. — 41) *afficitur* va. — 42) Sic Gu. 1. — *vitium est* vulg. — 43) *idem* Z. — 44) *est* om. Z. Gu. 1. 2. — 45) *suae* add. Z. — 46) *que* om. Gu. 1. 2. — 47) *Iactaculum* Gu. 1. 2. pr. — *Ientaculum* Ar. ed. Goth. Eadem varietas statim sequitur. — 48) *et* om. Gu. 1. — 49) Sic Gu. 1. 2. — *polluimus* vulg. — 50) *apud* Gu. 2. va. De re vide Cic. Tusc. Disp. I, 42. — 51) Sic Ar. Gu. 2. pr. va. — *vocatur* Gu. 1. — *vocabantur* vulg. — *vocabatur* Z. — 52) *id est quasi* va. — 53) *advocantur* Z. — *evocabantur* va. — 54) Martial. Ep. IV, 8. — *sic* pro *sicut* Z. Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — 55) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *quod adusque* vulg. — *ad* om. Z. — 56) *Coenam vocari* Z. — 57) *epulari* add. va. — 58) *vescere* va. — 59) *luxuriem* Gu. 2. — 60) *quod communi cibo* Gu. 2. — *omni* om. Ar. — 61) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *fermentarius* vulg. — 62) *Azymus* usque ad *Crudum . . sanguine coctum* om. Z. — 63) *dicitur* addidi e Gu. 1. 2. — 64) Sic Ar. — *Acrizymus* vulg. — 65) *Siligneus* Gu. 1.

16. Spongia [1] panis aqua diu malaxatus [2], similam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis [3] plus quam omnis panis. Unde et spongiae nomen accepit.

17. Placenta [4] sunt, quae fiunt de [5] farre, quas alii liba dicunt, eo quod libeant et placeant [6].

18. Dulcia sunt genera pistorii operis, a sapore dicta. Melle enim asperso sumuntur [7]. Crusta est [8] superficies panis. Ipsa et [9] fragmenta, quia dividitur [10], ut fracta [11].
Fermentum a fervore nuncupatum, quia [12] plus una [13] hora non potest contineri. Crescendo enim excedit.
Farina et furfures a farre dictae, cuius sunt purgamenta.

19. Amolum flos farinae tenuissimum prae levitate de mola eiectum, unde et appellatum, quasi amola [14]. Simila *. Pollines *.

20. Carnes dictae, quia carae sunt, sive a creando, unde et a Graecis κρέας vocatur.
Crudum, quod sit cruentum, est enim cum sanguine [15].

21. Coctum quasi coactum dicitur [16], id est ab aqua, vel igne [17] violento [18] modo actum usuique comestionis [19] aptum. Sed et multi temporis aliquid vocatur coctum [20].

22. Assum, quod ardeat, quasi arsum.
Elixum, eo quod in aqua sola decoquitur. Lixa enim aqua dicitur, ab eo quod sit soluta, unde et solutio libidinis [21] luxus, et membra loco mota [22] luxa dicuntur.

23. Frixum a sono dictum, quando ardet in oleo [23].
Salsum, quasi [24] sale aspersum, demptis e medio syllabis tribus.
Rancidum [25] ex vitio [26] nuncupatum, quod raucos efficiat.

24. Succidia carnes in usum repositae, a succidendo [27] dictae.
Lardum [28], eo quod in domo repositum conservatur. Nam antiqui domos [29] lares dicebant.
Taxea lardum est Gallice dictum. Unde et [30] Afranius in Rosa [31]:

Gallum sagatum [32] pingui pastum taxea.

25. Axungia ab unctione vocata.
Sebum a sue dictum, quasi suebum, quod plus pinguedinis hoc animal habeat.

26. Offa est proprie frustum dentium, cuius diminutivum offellam [33] facit. Unde et offarii

1) Sic Ar. — *Sfungia* vulg. — 2) Sic Ar. — *diutissime laxatus* vulg. — *diutissime laxatur* Gu. 1. — *diutius malaxatur* Gu. 2. — 3) *humectationem* Gu. 2. — *humectationes* al. pr. va. — 4) Sic Z. Gu. 1. ed. Goth. — *Placentae* Gu. 2. va. Ar. et vulg. — 5) *de* pro *ex* Gu. 1. 2. pr. va. Arev. — 6) Sequitur vulg. *Laganum est latus et tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur.* Hanc glossam om. Gu. 1. 2. et cod. Vulcan. — 7) Sequitur vulg. haec glossa: *Crustula diminutivum est a crusta: panis oleo conspersus, in medio concavus et tortus. Haec et torta panis.* Om. Gu. 1. 2. Ar. cod. Vulcan. — 8) *est* om. Gu. 1. 2. — *Crusta autem est* pr. va. — 9) *et ipsa* Gu. 1. — 10) *dividuntur* Gu. 2. — 11) Sequitur vulg. haec glossa: *Simila* (* nihil praeterea Ar.) *subtilissima est farina*, quam om. Z. Gu. 1. 2. 3. 4., in quibus sequentes glossae ita se excipiunt, ut posuimus eas, quum vulgo hoc ordine reperiantur: *Amolum*, *Farina*, *Polles* (cui adiecta est haec explicatio: *genus est farinae candidissimae.* Om. glossam omnes nostri codd. et editt. vett. pr. va. *Polles* cum defectus signo posuit Arev.), *Fermentum.* — 12) *quia* pro *quod* Gu. 1. 2. 3. 4. — 13) Sic Gu. 3. 4. Ar. — *prima* vulg. — 14) *Simila. Pollines* add. Gu. 1. 2. — 15) *coctum* add. vulg. — om. va. Ar. — Gu. 1. om. *Coctum quasi coactum dicitur.* — Gu. 2. pr. usque ad *aptum* om. — 16) *dicitur* om. Z. va. Ar. — 17) Sic Gu. 1. — *ab igne et* (*vel* Z. va.) *aqua* vulg. — 18) *violenti* Gu. 1. — 19) Sic Ar. — Vulg. *actuque comestioni* — Z. *actu usuque comestionis.* — Gu. 1. *actum usque ad comestiones comestioni aptum.* om. va., quae ed. cum vulg. in reliquis consentit. — 20) Sic Gu. 1. 2. — *coctum voc.* vulg. — 21) *nostrae lib.* Z. — 22) *a loco mota* va. — *commota* Z. — 23) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. (*ardeat*) — *in ol. ard.* vulg. — 24) *quia* Z. — 25) *Rancidum . . . Sebum . . animal habeat* om. cod. Zittav. — 26) *ex initio* Gu. 1. — 27) *succed.* Gu. 2. — 28) *Lardus . . repositus* pr. al. — *dicitur* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Arev. — 29) *domus*

coci[34], quia particulatim, id est offatim excoquunt. Nunc offa[35] latrantium, quia[36] si in os canis iacitur, saciatus illico compescitur et silescit.

27. Frustum vocatur[37], quod capiatur[38] a frumine. Est enim frumen summa pars gulae.

Pulpa dicta, quod[39] cum pulte[40] olim mixta[41] vescebatur. Unde et pulmentarium et pulmentum dictum[42].

28. Lucanicae[43] dictae, quod prius[44] in Lucania factae sunt.

Farcimen caro concisa et minuta, quod[45] eo[46] intestinum farciatur, hoc est impleatur, cum aliarum rerum commixtione.

29. Minutal vocatum, quod fiat de piscibus et isiciis oleribusque minutatim concisis.

Afratum[47], quod Latine spumeum vocatur[48], *ἀφρὸς* enim Graece spuma dicitur.

Martisia in mortario ex pisce fiunt, unde[49] et nominata.

30. Isoce[50] piscem quendam[51] dictum[52], ex quo primum isicia facta sunt, et quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis vocabulum dedit.

31. Galaticae a colore lacteo nominatae. Graeci enim *γάλα* lac dicunt.

Sphaeras[53] a rotunditate Graeco vocabulo appellatas. Quicquid enim in rotundum formatur, *σφαῖρα* a Graecis dicitur.

32. Ius coquinae[54] magistri a iure nuncupaverunt, quia lex ea est condimenti eius[55]. Hanc Graeci zemam[56] vocant.

33. Caseum vocatum[57], quod careat[58] sero[59], quasi careum. Nam serum[60] ei omne deducitur, ut ponderibus arguatur.

Colostrum[61] lac novum, quod neutri generis est.

34. Lac a Graeco sermone derivatum est pro candore. Graeci enim album *λευκὸν* dicunt, lac vero et sanguis, quod nutrit et[62] quod nutritur. Nam[63] lacte nutrimur, vivimus sanguine[64].

35. Quactum, quasi coactum et[65] quasi coagulatum. Accepta enim secum alia specie coagulat.

36. Mel Graecae appellationis est, quod ab apibus nomen habere probatur. Nam apis Graece *μέλισσα* dicitur. Antea[66] autem mella[67] de rore erant[68], inveniebanturque[69] in arundinum foliis, unde et[70] Virgilius[71]:

Protinus[72] *aerii mellis coelestia dona.*

Ar. Gu. 2. — 30) *et* addidi e Gu. 1. 2. — *dicit* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. Ar. — 31) Sic recte distinxit Arev. — *in rosa*, quasi ad versum pertineant haec verba, vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *saginatum* vulg. — 33) *offella* Z. — 34) *coqui* Z. — 35) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — 36) *quae* va. — 37) Sic Z. Gu. 1. — *vocatum* vulg. — 38) *capitur* Gu. 2. — 39) *quod* pro *quia* Gu. 1. 2. va. — 40) *pulti* va. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *commixta* vulg. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *et pulmentum et pulmentarium dicitur* vulg., in qua sequuntur haec: *Pulpa autem est caro sine pinguedine, dicta, quia palpitet, resilit enim saepe. Hanc plerique viscum vocant, eo quod glutinosa sit.* Om. Gu. 1. va. et cod. Vulcan. Cod. Zittav. om. usque ad *Ius coq . . zemam vocant.* — 43) Sic Ar. — *Lucaniciae* Gu. 1. 2. — *Lucaniae* vulg. — 44) *plus* Gu. 1. — 45) Vulg. *dictum quod*, sed *dictum* om. Gu. 1. 2. — 46) *ea* Gu. 1. 2. — 47) *Afructum* Gu. 1. — *Afrutum* Gu. 2. — *Afratrum* va. — *Afrotum* al. — 48) *vocatum* Gu. 1. — 49) *inde* Gu. 1. 2. — 50) Sic Gu. 1. 2. va. — *Isocen* vulg. — 51) *quandam* Gu. 1. — 52) Sic Gu. 1. — *dicunt* Gu. 2. al. pr. — *vocant* vulg. — 53) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Sphaera . . appellatur* vulg. — 54) *quoque* Gu. 2. — 55) Sic Gu. 1. — *quia ea est lex* pr. va. — *quia ex ea lex est* Gu. 2. — *quia lex ea cond. eius* vulg. — 56) *Hoc . . ζωμόν* Ar. — *zean* Gu. 1. 2. — 57) Sic Gu. 1. — *Caseum vocari* Z. — *Caseus vocatur* vulg. — 58) *caret* Gu. 1. — 59) *seru* Gu. 1. pr. va. — *serum* Gu. 2. — 60) *seru* Gu. 1. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Colustrum* vulg. — 62) *quod nutrit et* om. Z. — 63) *Nam* om. Z. — 64) *sangu. viv.* Z. — 65) *et* om. Z. va. — 66) *ante* Z. — *Antea mella autem* va. — 67) *mella* om. Z. — 68) *erat* Z. — 69) *inueniebaturque* Z. — 70) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 71) Virg. Georg. IV, 1. — 72) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *Hactenus* vulg.

Siquidem hucusque in India et Arabia colligatum reperitur[1], ramis inhaerens in similitudinem salis. Omne autem mel dulce[2], sed sardum[3] amarum est absinthii causa, cuius copia eius[4] regionis apes nutriuntur.

37. Favum vocari[5], quia[6] comeditur magis, quam bibitur, *φαγεῖν* enim Graeci[7] comedere appellant. Aiunt autem[8] medici, et qui de humanorum corporum scripsere naturis[9], praecipueque Galenus in libris, quorum titulus est *περὶ τῆς σωτηρίας*[10], puerorum et iuvenum ac perfectae aetatis virorum mulierumque corpora insito calore fervere, et noxios esse iis aetatibus cibos, qui calorem augeant, sanitatique[11] conducere frigida quaeque in esum[12] sumere, sicut e[13] contrario senibus, qui pituita laborant et frigore[14], calidos[15] cibos et vina vetera[16] prodesse.

CAP. III *De potu.*

1. Potio a Graeca derivatione vocata[17]. Illi enim hanc[18] *πότον*[19] dicunt.

Aqua generaliter vocata, quod superficies eius aequalis sit, hinc et aequora. Quam et inde recentem dicimus[20], quia non est utilis vetusta, ut vinum, sed statim sublata de flumine[21], et fonte[22], vel puteo, foetescit enim vetusta[23].

2. Vinum inde dictum, quod eius potus venas sanguine[24] cito repleat. Hoc alii[25], quod nos cura solvat, Lyaeum appellant. Veteres vinum venenum vocabant. Sed postquam inventum[26] est virus laetiferi[27] succi[28], hoc vinum vocatum[29], illud venenum. Unde et Hieronymus in libro, quem de Virginitate conservanda scripsit[30]: Adolescentulas dixit[31] ita vinum debere fugere[32] ut venenum, ne pro aetatis calore ferventi[33] bibant et pereant. Inde est, quod apud veteres Romanos feminae non utebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus.

3. Merum dicimus, cum purum vinum[34] significamus. Nam merum dicimus, quicquid purum atque[35] sincerum est, sicut et aquam meram, nulli utique rei admixtam[36]. Hinc et merenda, quod antiquitus id temporis pueris[37] operariis[38], quibus panis merus[39] dabatur, aut quod[40] meridient[41] eo[42] tempore, id est soli ac separatim non, ut[43] in prandio, aut in coena, ad unam mensam. Inde credimus etiam[44] illud tempus, quod post medium diem est, meridiem appellari, quod purum sit[45].

4. Mustum est vinum[46] e lacu statim sublatum. Dictum autem credimus[47] mustum,

1) *reperiatur* Gu. 2. — 2) *dicitur* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. al. — 3) *sed* addidi e Z. Gu. 1. — 4) *illius* Gu. 2. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Favus vocatur* vulg. — 6) *qui* Gu. 1. 2. — 7) *Graece* Gu. 1. — 8) Sic Gu. 1. 2. Ar. pr. va. — *enim* vulg. — 9) *naturis* om. Z. — 10) Sic Gu. 1. 2. — *περὶ ὑγίας* Arev. — *πεqιcιc* Gu. 3. — *nepιcιe* Gu. 4. — *ut Gallienus* (sic etiam Gu. 1. 2.) *in libris, quorum titulus est in quo pueror.* etc. Z. pr. va. — 11) *sanitatemque* Z. pr. — 12) *in esu* Z. — *in usum* Gu. 1. va. — 13) *e* addidi e Z. Gu. 1. va. Ar. — 14) *perpetuo laborant frigore* Gu. 1. — *perpetuito laborent et frigore* Gu. 2. — 15) *et calidos* Gu. 1. — 16) *neccaria* Z. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *vocatur* vulg. — 18) Sic Gu. 1. — *Hanc enim illi* vulg. — 19) *potos* Z. Gu. 1. 2. va. — 20) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *Hanc quidam recentem vocant* vulg., quae addit: *quia reiicitur nova a fonte vel a flumine. Nam vetus putrescit*, quae om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 21) *et de flum.* Gu. 2. va. — 22) *et de fonte* Gu. 1. — *et fonte* Gu. 2. — *vel fonte* Z. *et* addidi e codd. — 23) *foetescit enim vet.* om. Z. — *enim* om. Gu. 1. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *sangu. ven.* vulg. — *venas* om. Z. — 25) *dicunt* add. Gu. 1. 2. — 26) *inventus* Gu. 2. — 27) *laetifer* Z. — 28) *succus* Z. Gu. 1. 2. — 29) *est* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 30) *conscripsit* Gu. 2. — 31) *inquit* Z. Gu. 2. al. va. — 32) *fug. deb.* va. — 33) *fervente* Z. — *ferventis* Gu. 1. — 34) Sic Gu. 1. — *vinum purum* vulg. — 35) *ac* Z. — 36) Sic Z. Gu. 1. — *mixtam* vulg. — 37) *pueris* om. Z. — 38) *operariis* om. Gu. 1. — 39) *merusque* pr. — 40) *quid* Z. — 41) *meridie* Z. Gu. 1. 2. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *eodem* vulg. — 43) Sic Gu. 2. Ar. — *uti* Z. — *non utique ut in pr.* al. — Vulg. *utique* — 44)

quod in se limum et terram habeat[48] mixtam. Nam mus terra est, unde et humus. Cuius tanta vis fervoris est, ut vasa quamvis grandia ex eo plena absque spiramine relicta[49] illico disrumpat.

5. Roseum vinum, id[50] est cum rubore. Rosa enim rubet.

Amineum[51], quasi sine minio, id est sine rubore, nam album est.

Succinatium succinae gemmae simile[52] est, id est fulvi coloris.

6. Limpidum vinum, id est perspicuum, ab aquae specie dictum, quasi lymphidum. Lympha enim aqua est.

Turbidum, quasi terbidum, id est terra commixtum, quod est faece.

Falernum vinum vocatum a Falerna regione Campaniae, ubi optima vina nascuntur.

7. Colatum vas proprium nuncupatur[53], in quo deportatur.

Gazeum[54] vero a regione[55], unde deferunt[56]. Gaza enim oppidum Palaestinae est[57].

Infertum vinum dicitur, quod altario[58] libatur atque offertur[59].

Spureum[60], quod offerri[61] non licet, aut cui aqua admixta[62] est, quasi spurium, hoc est immundum.

8. Honorarium vinum, quod regibus et potentibus honoris gratia defertur[63]. Cato de innocentia sua: *Cum essem in provincia legatus, quamplures*[64] *ad praetores et consules*[65] *vinum honorarium dabant: nunquam accepi, nec privatus quidem*[66].

9. Crucium[67] vinum est[68] insuave, quod servi potant.

Acetum, vel quia acutum, vel quia aquatum[69]. Vinum enim aqua mixtum cito in hunc saporem redigitur. Unde et[70] acidum[71], quasi aquidum[72].

Conditum vocatum, quod non[73] sit[74] simplex, sed[75] commixtione pigmentorum compositum.

10. Lactatum est potio e[76] lacte.

Mulsum ex melle mixtum. Est enim potio ex aqua et melle, quod Graeci μελίκρατον vocant.

11. Oenomelum[77] mustum melle admixtum, vehementer[78] agitatum atque commotum[79].

Hydromelum[80], quod fiat ex aqua et malis matianis.

Saccatum liquor est aquae faeci vini[81] admixtus et[82] sacco expressus.

12. Lorea[83] *. Oximeli[84] appellatum, quod aceti et mellis permixta conficiatur[85] materia, unde et dulcedinem retinet et acorem[86].

Rhodomelum[87] dicitur, eo[88] quod in succo rosae mel admisceatur[89].

Melicratum vinum melle mixtum.

et Z. — 45) *est* Gu. 2. — 46) *Mustum enim* (*autem* leg.) *vinum est* Z. — 47) Sic Gu. 1. 2. — *creditur* vulg. — 48) *habet* Z. — 49) *repleta* Z. Gu. 1. 2. pr. — 50) *id* om. Z. — 51) *Amineum . . . Turbidum . . faece* om. Z. — *Aminium* va. — Vulg. add. *vero*, quod om. Gu. 1. — 52) *similis* pr. — 53) Sic Gu. 1. — *nuncupatum* Z. — *nuncupant* Ar. — *nuncupavit* vulg. — 54) Om. glossam Z. Scripsi autem *Gazeum* cum Gu. 1. pro vulg. *Gazetum* — 55) *regio* Gu. 1. 2. va. — 56) Sic Gu. 1. — *defertur* vulg. — 57) Sic Gu. 1. — *opp. est Pal.* vulg. — 58) *ab alt.* Z. — *altari* va. — 59) *affertur* Gu. 1. — 60) Om. articulum Z. — 61) *offerre* va. — 62) *mixta* va. — 63) Sic Gu. 1. — *offertur* vulg. — 64) *complures* Ar. — 65) *et ad cons.* Gu. 1. — 66) *nunquam accipere priv. quid.* Z. — 67) Sic Ar. — *Crudum* vulg. — 68) *est* om. va. — 69) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *aquae mixtum* vulg. — 70) *et* om. va. — 71) *acetum* Z. al. va. — 72) Vulg. add. *quia aqua lavantur uvae in torculari post expressum vinam. Est* (*enim* add. va.) *vilis potus servis aptus.* Haec om. Z. Gu. 1. 2. Ar. — 73) *non* om. Gu. 2. — 74) *fit* Gu. 2. — 75) *et* Gu. 2. — 76) *a* Gu. 1. 2. — 77) *Oenomeli* Ar. — 78) *que* add. Z. Gu. 2. Ar. — 79) *commixtum* Z. — 80) *Hydromeli* Ar. — *Hydr. Sacc.* et *Lorea* om. Z. — 81) *faeci enim vini* Gu. 1. 2. — *faece vin.* va. — 82) *et* addidi e Gu. 1. 2. va. Ar. — 83) Sic Ar. — *Luria* vulg. — 84) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *oximelum* vulg. — 85) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *conficitur* vulg. — 86) *aquorem* Gu. 2. pr. va. — 87) *Rodomellum* Gu. 2. pr. va. — *Rodomellus* Z. — *Rhodomeli* Ar. — 88) *eo* om. Z. — 89) *admiscetur* Gu. 2. va.

13. Medus, quasi melus, quia ex melle fit, sicut calamitas pro cadamitas.

Faecula[1] uva pinguis, decocta usque ad crassitudinem mellis, ac refrigerata utilis stomacho.

14. Passum, quicquid ex uva passa compressum effluxerit. Dicitur autem passum a patiendo. Nam percutitur uva siccior, et decoquitur, et inde fit passum.

Defrutum dictum est, quod defraudatur[2], et quasi fraudem patiatur[3].

15. Carenum, eo quod fervendo parte[4] careat. Tertia enim parte musti amissa, quod remanserit, carenum est. Cui contraria

Sapa est, quae fervendo ad tertiam redacta descenderit[5].

16. Sicera est omnis potio, quae extra vinum inebriare[6] potest. Cuius licet nomen Hebraeum[7] sit, tamen Latinum sonat pro eo, quod ex succo frumenti, vel pomorum efficiatur[8], aut palmarum fructus in liquorem exprimantur[9], decoctisque[10] frugibus aqua pinguior, quasi succus colatur, et ipsa potio sicera nuncupatur.

17. Cervisia a Cerere, id est fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.

18. Celia[11] a calefaciendo appellata. Est enim potio ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim ignea[12] illa vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur[13], quo fermentato[14] sapor austeritatis et calor ebrietatis adiicitur, quae fit in iis partibus Hispaniae, cuius ferax vini locus non est.

Faex dicta, quod sese vasis emergendo affigat[15].

19. Garum est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce, quem Graeci *γάρον* vocabant, et quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumpsit.

20. Liquamen dictum, eo quod[16] soluti in salsamento[17] pisciculi eundem humorem liquant[18]. Cuius liquor appellatur salsugo vel muria. Proprie autem muria dicitur aqua sale commixta, effectaque gustu in modum maris.

21. Succus dictus, quod sacco exprimatur[19], ut ptisanae[20].

Zema[21], opozema[22] Graeca vocabula sunt[23].

CAP. IV. *De vasis escarum.*

1. Vasa dicta[24] a vescendo, quod in iis[25] escae apponantur[26]. Cuius diminutivum vascula, quasi vescula[27].

1) *Faecula . . Sapa . . descendit* om. Z. — 2) Sic Gu. 1. 2. — *defraudetur* Ar. — *defrudatur* va. — *defrudetur* vulg. — 3) *patitur* Gu. 2. — 4) *partem* Gu. 2. — 5) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *descendit* vulg. — 6) *inebriari* Z. — 7) *Hebr. nom.* Z. — 8) Sic Gu. 1. — *confic.* vulg. — 9) *exprimatur* pr. — *ex palmarum fructibus* Z. — 10) Sic Gu. 2. — *decoctis* Gu. 1. — *coctisque* vulg. — 11) *Celia . . confecta* om. Z. — 12) Sic Ar. — *igne* vulg. — *igni* Gu. 1. 2. — 13) *adiicitur* Z. — 14) *quod fermentatum* Z. — *fermentata* Gu. 1. — 15) Sic Gu. 1. va. Ar. — *affigatur* Gu. 2. — *afficiat* vulg. — 16) *eo dictum quod* va. — 17) *salsamentum* Gu. 1. — 18) *linquant* Z. Gu. 2. va. — 19) Sic Z. Gu. 1. pr. va. — *succus dicti q. s. exprimantur* Gu. 2. — *dicitur* pr. va. — *Succi dicti q. s. exprimuntur* vulg. — *exprimitur* pr. — 20) Sic Ar. — *tissanae* vulg. — 21) Praecedit *Tissanae* vulg. — *Ptisanae* Ar. — Om. Z. Gu. 1. 2. — 22) Sic Ar. — *apozema* vulg. — 23) *physicis omnino cognita* add. Z. — 24) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *Vas dictum* vulg. — 25) Sic Z. Gu. 1. — *eis* Gu. 2. — *ea* va. — *eo* vulg. — 26) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *pon.* vulg. — 27) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. — *vasculum* — *vesculum* vulg. — 28) *eo quod* Z. — 29) *fiant et* om. Z. — 30) *extra terram* Z. — 31) *et* om. Z. Gu. 1. 2. va. — 32) *dicit* Z. Gu. 2. Locus est in Epist. ad Roman. 9, 20. — 33) *fingit* va. Ar. — 34) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *me sic* vulg. — 35) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *igne* vulg. — 36) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. pr. va. — 37) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 38) Sic Gu. 1. — *fingere* vulg. — 39) *dicunt* add. vulg. — Om.

2. Fictilia dicta, quod[28] fiant et[29] fingantur ex terra[30]. Fingere enim est facere et[31] formare et plasmare, unde et figuli dicuntur. Et vas fictile dicitur, non fictum in illud, quod mendacium est, sed quod formatur, ut sit, et habeat aliquam formam, unde et Apostolus ait[32]: *Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit*[33], *quare sic me*[34] *fecisti?*

3. Fictilia vasa in Samo insula prius inventa traduntur, facta ex creta et indurata igni[35], unde et Samia vasa. Postea inventum[36] et[37] rubricam addere, et ex rubra creta facere[38]. Antiquiorem autem fuisse[39] usum fictilium vasorum, quam fundendi aeris, vel[40] argenti. Apud veteres enim nec aurea, nec argentea, sed fictilia vasa habebantur, sicut ad[41] vina doliis excogitatis[42], ad aquas amphoris, hydriis ad balneas[43], ac reliquis, quae in usibus hominum[44], aut rota fiunt, aut manu aptantur.

4. Argilla autem excocta[45] testae vocabulum suscipit[46], quia, dum mollis esset, efficitur testa, nec communicat cum vocabulo pristini generis, quia, quod fuit, non est.

5. Aretina[47] vasa ex Aretio municipio Italiae dicuntur, ubi fiunt, sunt enim rubra. De quibus Sedulius[48]: *Rubra quod appositum testa ministrat olus.*

6. Samia vasa quidam putant ab oppido Samo Graeciae habere nomen. Alii dicunt cretam esse Italiae, quae non longe a Roma nascitur, quae Samia appellatur.

7. Caelata vasa argentea, vel aurea sunt, signis[49] eminentioribus intus extrave expressa, a caelo[50] vocata, quod est genus ferramenti, quem[51] vulgo cilionem[52] vocant.

8. Chrysendeta vasa deaurata, Graecum est.

Anaglypha[53], quod superius sint sculpta. Graeci enim *ἄνω* sursum, *γλυφὴν* autem[54] sculpturam dicunt, id est sursum sculpta.

9. Discus antea iscus vocabatur[55] ab specie[56] scuti, unde et scutella[57]. Postea discus vocatus[58], quod det escas, id est apponat. A quo et discumbentes vocati sunt[59], sive *ἀπὸ τοῦ δισκεῖν*[60], id est, quod iaceant.

10. Messorium vocatum a mensa per derivationem, quasi mensorium.

Parapsis quadrangulum[61] et quadrilaterum vas, id est paribus absidis.

Patina[62], quod dispansis patentibusque sit oris[63].

11. Lancis[64] gavata, quasi cavata[65], g pro c litera posita. Hinc et concha, sed illa cavata, ista concava: sic et Graeci haec nuncupant.

Scutella ab scuto per diminutionem est, quia est eidem similis[66].

12. Apophoreta a Graecis a ferendo poma, vel aliud aliquid[67] nominata, est enim plana.

Gu. 1. 2. Inclusit Arev. — 40) *vel* pro *aut* Gu. 1. — *et* Z. — 41) *et* Gu. 1. 2. — 42) *cogitatis* pr. — 43) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *balnea* vulg. — 44) *hom. usib.* Z. — 45) *ex terra exc.* vulg., sed *ex terra* om. Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *a terra* pr. — 46) Sic Gu. 1. e ras. Gu. 2. Ar. al. — *suscepit* vulg. — *accepit* va. — 47) *Aretina* et *Samia* om. Z. — *Arietina* Gu. 2. pr. va. — 48) In prologo. — 49) Vulg. *quae signis*, sed *quae* om. Z. Gu. 1. pr. va. Ar. — 50) *cilio* Gu. 2. — 51) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *quod* vulg. — 52) *celionem* va. — 53) *Anaglypha* et *Discus* om. Z. — 54) *autem* addidi e Gu. 1. — 55) *vocabatur* om. Gu. 2. — 56) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 57) *scultella* Gu. 1. — Vulg. add. *per diminutionem. Est enim eiusdem similis*, quae om. Gu. 1. 2. Ar. — 58) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 59) Sic Gu. 1. — *dicti sunt* Gu. 2. — *dicti* vulg. — 60) Sic Gu. 1. 2. 3. 4. Ar. — vulg. *ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι.* — 61) *quadriang.* Z. Gu. 2. — 62) *Patena* Gu. 2. pr. — *est* add. Gu. 2. — 63) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *oris sit* vulg. — 64) Hunc articulum om. Z. — *Lancis* om. Gu. 2. — *gavata* pro *gravata* scripsi cum Gu. 1. va. Ar. — 65) *quasi cavata* om. Gu. 1. — *quia cav.* Gu. 2. va. — 66) Sic Gu. 1. — *Scutella a scuto per dim. est enim eiusdem similitudinis a ferendo* Z. — *Scutella ab sc. per dim. lancis. Est enim eiusdem similis* Gu. 2. — *Scutella a sc. per dim. Est enim eiusdem sim.* Ar. Om. hanc glossam vulg., in qua §. 9. annexa est. — 67) Sic Gu. 1. — *vel aliquid* vulg.

Salinum vas aptum salibus. Idem [1] et sulzica [2], quasi salzica.

Acitabulum [3], quasi acetaferum, quod acetum ferat.

13. Cochlear ab usu prius cochlearum [4] dictum. Hinc est illud veterum distichon [5]:

Sum cochleis habilis, et [6] nec minus utilis ovis,
Numquid scis, potius cur cochleare vocer [7]?

14. Trisceles [8] Graeco nomine [9], Latine [10] tripedes. Qui [11] autem quatuor pedibus insistunt, abusive [12] dicuntur.

15. In vasculis autem tria quaeruntur, quae placeant, manus artificis, pondus argenti [13], splendor metalli.

CAP. V. *De vasis potatoriis.*

1. Poculum a potando nominatum. Est enim omne vas, in quo bibendi est consuetudo. Phialae dictae, quod ex vitro fiant. Vitrum enim Graece ὕαλος dicitur.

2. Paterae phialae sunt dictae [14], vel quod in ipsis potare solemus, vel quod patentes sunt dispansisque labris.

3. Cratera calix est duas habens ansas [15], et [16] est Graecum nomen [17]: declinatur autem apud eos hic crater. Nam Latine haec cratera dicitur. Unde Persius [18]:

Si tibi crateras argenti

Virgilius [19]:

Crateras magnos statuunt et vina coronant.

Fiebant autem primum [20] a connexibus [21] virgularum [22], unde et dictae craterae ἀπὸ [23] τοῦ κρατεῖν, id est, quod se invicem [24] teneant.

4. Cyathi quoque et scyphi, cymbia, et ipsa poculorum sunt genera. Ex quibus cymbia pocula dicta sunt [25] ex similitudine cymbae navis.

Amystis [26] species poculi, qua [27] ductim, id est uno spiritu bibitur.

Bachia [28] primum a Baccho, quod est vinum, nominata, postea in usus aquarios [29] transiit [30].

5. Calices et calathi et scalae poculorum genera, antea ex ligno facta, inde [31] et vocata. Graeci enim omne lignum κᾶλον dicebant.

Ampulla, quasi ampla bulla: similis est enim rotunditate bullis, quae ex spumis aquarum fiunt, atque ita inflantur vento.

1) *Idem . . quasi salz.* om. Z. — 2) *sultica . . saltica* Gu. 1. — 3) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Acet.* vulg. — 4) *cochlearum* addidi e Z. Gu. 1. 2. (*coclearium*) va. Ar. — 5) Martial. XIV, 121. — 6) *sed* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. — *vocor* vulg. — *dicor* Gu. 2. — 8) Sic Ar. — *Trissiles* vulg. — *Trissilis* Z. — Τριχελεῖς vult Vulcan. — 9) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Graece* vulg. — 10) *Latine* om. va. — 11) *quia* va. — 12) *tripedes* add. va. — 13) *argenti* om. Z. — 14) *dictae sunt* Z. — 15) *ans. hab.* Z. — 16) *et* om. Gu. 2. — 17) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *nom. Gr.* vulg. — 18) Sat. II, 51. — 19) Virg. Aen. I, 728. — 20) *Primum autem fiebant* Gu. 2. — 21) Sic Gu. 1. — *connexionibus* vulg. — 22) *virgultorum* Z. Ar. va. — 23) *ἀπὸ . . teneant* om. Z. — 24) Sic Gu. 1. 2. va. — *invicem se* vulg. — 25) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *sunt pocula* vulg. — *poc. sunt* pr. va. — 26) *Emistis* et *Bachia* om. Z. — *Amystis* scripsi cum Arev. pro vulg. *Emistis.* — 27) *quae* Gu. 1. — 28) *Baccea* Ar. va. — 29) Sic Gu. 1. — *usibus aquariis* Gu. 2. pr. va. Ar. — *in usus aquarum* vulg. — 30) *transit* Gu. 2. pr. — 31) *unde* Z. — 32) *Oenophorus* Arev. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *illud est* vulg. — 34) Sic Arev. et idem reposuimus lib. 1. cap. XXXV, 3. ubi vid. not. 35. — 35) *ex* Z. Gu. 2. — 36) *a proveh.* Z. — 37) *condendis* Z. — 38) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *inde* vulg. — 39) Sic Gu. 1. — *nuncupatae sunt* vulg. — *sunt* om. Z. Gu. 2 va. — 40) *unde et* vulg., sed *et* om. Z. Gu. 1. 2. pr. va. — 41) *Laguena* Gu. 2. — 42) Sic Ar. pr. va. — *situla* vulg.

CAP. VI. *De vasis vinariis et aquariis.*

1. Oenophorum[32] vas ferens vinum, *οἶνος* enim vinum est, de quo est illud[33]:

Vertitur oenophoris[34] fundus, sententia nobis.

2. Phlascae a[35] Graeco vocabulo dictae. Hae pro vehendis[36] ac recondendis[37] phialis primum factae sunt, unde[38] et nuncupantur[39]. Postea in usum vini transierunt manente Graeco vocabulo, unde[40] sumpserunt initium.

3. Lagena[41] et sicula[42] Graeca nomina sunt, inflexa ex[43] parte, ut fierent Latina. Illi enim *λάγηνος*, nos lagenam[44], illi sicile[45], nos siculam[46] dicimus.

Cantharus *[47].

4. Hydria vasis genus aquatilis[48] per derivationem vocata, *ὕδωρ* enim Graeci aquam dicunt[49].

Situla, quod sitientibus sit apta[50] ad bibendum, quod vas Graeci *κάδον*[51] vocant.

5. Catinum vas fictile, quod melius neutro, quam masculino dicitur genere[52], sicut et salinum dicitur vas aptum salibus.

Orca est amphorae species, cuius minore vocabulo urceus diminutivo[53] urceolus est.

Scyphus, in quo manus lavamus.

6. Seriola est orcarum ordo directus, vel vas fictile vini, apud Syriam primum excogitatum, sicut Cilicises[54] a Cilicia nuncupatae, unde et[55] primum advectae sunt.

7. Dolium *[56]. Cupos et cupas a capiendo, id est accipiendo aquas[57], vel vinum vocatas[58], unde et caupones.

Utres[59] ab utero.

Mulgarium vas, in quod[60] mulgentur[61] pecora. Idem et mulctrum, ab eo[62] quod in eo mulgetur[63] lac.

8. Labrum vocatum, eo quod ad lavationem[64] fieri solitum est[65] infantium[66], cuius diminutivum[67] labellum. Idem est[68] et alveum, quod in eo ablutionem fieri solitum est[69].

Pelves vocatae, quod ibi pedes[70] laventur.

9. Siphon vas appellatum, quod aquas sufflando fundat, utuntur enim hoc[71] orientales[72]. Nam ubi senserint domum ardere, currunt cum siphonibus plenis aqua[73], et extinguunt incendia, sed et[74] camaras[75] expressis ad superiora aquis[76] emundant.

— 43) *a parte* Gu. 1. 2. — 44) *lagena* Z. — *laguena* Gu. 2. — 45) *sicilie* Z. — *sitile* Gu. 1. — 46) Sic Gu. 2. pr. va. Ar. — *situla* Z. — *situlam* vulg. — 47) *Cantharus vas . . . Virgilius* (Ecl. VI, 27.) *Et gravis appendebat cantharus ansa.* Goth. 1. Tolet. — Om. titulum va. — 48) *hydriae genus aquatile vas* Z. — *genus vas.* Gu. 2. pr. va. — 49) *Graece aqua dicitur* Z. — 50) Sic Gu. 1. — *apta sit* vulg. — 51) *cadum* pr. Ar. — 52) Sic Gu. 1. — *quod melius neutro gen. dicitur, quam masc.* vulg. — *genere* om. Z. Gu. 2. — 53) *diminutivum* pr. va. — 54) Sic Ar. — *Cilicienses* vulg. — *Ciliceses* Gu. 2. pr. — *Cilices* al. — *Cilicisa et acilia* va. — *Cilicies* Gu. 1. — 55) *et* addidi e Gu. 1. — Vv. *unde . . . a cap. id est* om. Gu. 2. — 56) *Dolium* om. va. — 57) *aquam* Z. — 58) *volunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. al. va. — *voc. vol.* om. Z. — 59) Om. glossam Z. — 60) *in quo* Z. Gu. 2. al. va. — 61) *mulguntur* Z. va. — 62) *ab eo* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 63) Sic Gu. 1. 2. — *mulgeatur* vulg. — *mulgitur* Z. — *mulgatur* va. — 64) Sic Gu. 1. 2. — Vulg. *in eo lavationem* etc. — 65) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *sol. est fieri* vulg. — 66) Sic Z. Gu. 1. 2. — *infantum* vulg. — 67) Sic Ar. Gu. 2. — *diminutum* vulg. — 68) *est* addidi e Gu. 1. 2. — 69) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *solitum sit* vulg. — *quod in eo lavatio frequens est* Z. — 70) Sic Gu. 1. 2. — *pedes ibi* vulg. — 71) *his* Z. — 72) *in oriente* va. — 73) Sic Gu. 1. — *aquis* vulg. — 74) *et* om. Z. va. — 75) Sic Ar. — *cameras* Gu. 1. — *cum eis aras* al va. — *cum aras* vulg. — 76) Sic va. Ar. — *aquas*

CAP. VII. *De vasis oleariis.*

1. Hemicadium, vas olearium.

Scortia [1] est [2] vas olearium, eo quod sit ex corio, dictum [3].

2. Alabastrum vas unguentarium e [4] lapide sui generis cognominatum, quem alabastriten [5] vocant, qui incorrupta [6] unguenta servat [7].

3. Pyxides vascula unguentaria ex buxo facta. Nam quod nos buxum, Graeci πύξον vocant.

4. Lenticula vasculum olearium, ex aere vel argento factum, ab liniendo dictum. His enim reges et sacerdotes liniebantur [8].

CAP. VIII. [9] *De vasis coquinariis.*

1. Omnia [10] vasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Plautus [11]:

Aeneis [12] coculis mihi excocta est omnis misericordia.

2. Olla dicta pro [13] eo, quod ebulliat in ea aqua igni [14] subiecto, ut altius vapor emittatur. Unde et bulla dicitur, quae in aqua venti intus spiritu sustentatur.

Patella quasi patula. Olla est enim [15] oris [16] patentioribus.

3. Cacabus et cucuma [17] a sono ferroris cognominantur. Haec in Graecis et Latinis communia nomina habent, sed utrum Latini a Graecis, an Graeci a Latinis haec vocabula mutuati sint [18], incertum est.

4. Lebetes aeneae [19] sunt a Graeco sermone [20] vocatae, sunt enim ollae minores in usum coquendi paratae.

5. Sartago ab strepitu [21] soni vocata, quando ardeat in ea [22] oleum.

Tripedes appellatae, quod tribus pedibus constent: has Graeci tripodas vocant.

6. Mola a sui rotunditate [23] vocata, ut mala pomorum: sic et Graeci μᾶλον [24].

Cribrum, quod ibi currat frumentum, quasi currifrum [25].

Rotabulum dictum a proruendo stercora, sive ignem [26] panis coquendi gratia.

CAP. IX. *De vasis repositoriis.*

1. Gazophylacium arca est, ubi colliguntur in templo ea, quae ad indigentium curam [27] mittuntur. Compositum est [28] autem nomen de lingua Persarum [29] et Graeca. Gaza enim lingua Persarum thesaurus [30], φυλακὴ [31] Graece custodia interpretatur.

vulg. — 1) *Scortea* Ar. — 2) *est* addidi e Gu. 1. — 3) *factum* Z. — 4) *e* pro *a* Gu. 1. 2. — 5) *alabastrin* Z. — *alabastren* Gu. 1. — *Alabastritem* Ar. — 6) *incorrupte* va. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *servant* Z. — *conservat* vulg. — 8) Sic Z. Gu. 1. 2. (*Lenticulum* et *ab linendo*) Ar. — Vulg. *Lenticula modicum vas aeneum vel argenteum quadrangulum in latere apertum, quod et lichitum. Est enim vas olei, quo reges et sacerdotes ungebantur, a liniendo dictum.* — In nostra lectione *vel* pro *aut* exhibet Gu. 1. et *ab* pro *a*. — 9) Cap. VIII et IX. om. Z. — 10) *Omnium* Gu. 1. — 11) *Flacitus* Gu. 1. Locus est in fragmentis Plauti. — 12) Vulg. *Ex aeneis*, sed *ex* om. Gu. 1. 2. pr. Ar. — 13) *pro* om. Gu. 2. — 14) *igne* va. — 15) Sic Gu. 1. va. — *est enim olla* vulg. — *quasi patula olla* Gu. 2. — 16) *oribus* va. — 17) *cacuma* Gu. 1. — 18) Sic scripsi e coniectura, quum in Gu. 1. sit *mutuati essent*, in Gu. 2. al. pr. va. *mutuassent*. — Ar. *mutuarint*. — Vulg. *sumpserint*. — 19) *aenei* et *vocati* Ar. — 20) Sic Gu. 1. 2. Ar. (*a* om. cum va) — *Graeco vocabulo* sine praepositione vulg. — 21) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 22) Sic Gu. 1. 2. (*ardet* cum va.) — *in ea ardet* vulg. — 23) Sic Gu. 1. 2. va. — *a rot. sui* vulg. — 24) Hoc addidi e Gu. 1. 2. pr. — 25) *currifrugum* al. — 26) *igni* Gu. 1. 2. — *ignes* va. — 27) Sic Gu. 1. 2. — *ad indigentiam pauperum* vulg. — 28) *est* om. Gu. 2. — 29) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *ex lingua Persica* vulg. — 30) *thesaurum* Gu. 2. va. — 31) *philacion* Gu. 1. 2 pr. va. — 32) *arcivum* Ar. — Vv. *hinc et archivum* om. va. — 33) *unde et* Gu. 2. Ar. — 34) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *Mozica . . modica* vulg. — 35)

2. Arca dicta, quod arceat visum atque prohibeat. Hinc et archivum[32], hinc et arcanum, id est secretum, unde[33] ceteri arcentur.

3. Cibutum Graecum nomen est, quod nos arcam dicimus.

Loculus ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, unde et per diminutionem dicitur.

4. Mozicia, quasi modicia[34], unde et modicum, z pro d, sicut solent Itali dicere hozie[35] pro hodie.

Scrinia *[36].

5. Saccus a sago dictus, quod eo consuto efficiatur quasi sagus.

Marsupium sacculus nummorum, quem Graeci *μάρσυπον* appellant. Quaedam enim Graeca[37] nomina in Latinum paulo inflectuntur propter Romanum eloquium.

6. Sitarciae nautarum sunt, ab eo quod sutae sunt.

Involucrum dictum, quod aliquid teneat[38] in se involutum.

7. Fiscus sacculus[39] est publicus, unde et fiscellae et fiscinae dicuntur: hunc habent exactores, et in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. Fiscus autem primae positionis est, derivativum fiscina[40], diminutivum fiscella.

8. Canistrum scissis[41] cannis texitur[42], unde et nuncupatur[43]: alii Graecum asserunt.

Cistella a costis ex canna, vel ligno, quibus contexitur, nominatur[44].

9. Cophinus est[45] vas ex virgultis, aptum mundare stercora et terram portare. De quo dicit Psalmista[46] pro Israel: *Manus eius in cophino servierunt.* Dictus autem cophinus quasi covus[47], quasi cavus.

10. Corbes dicti[48], quod[49] curvatis virgis contexuntur.

Sporta vel quod ex sparto fieri solet, vel quod exportat aliquid[50].

CAP. X. *De vasis luminariorum.*

1. Ab igne colendo culinam antiqui appellaverunt focum[51]: *φῶς*[52] enim Graece, Latine ignis est, unde et[53] iuxta philosophos quosdam cuncta procreantur[54]. Et revera sine calore nihil nascitur[55]:

Sterili non[56] quicquam frigore gignit.

Sic Gu. 1. 2. va. — *ozie* vulg. — 36) In Gu. 2. praecedit *Saccus*. Omittitur autem explicatio vocabuli *Scrinia*, quae est in vulg. haec: *sunt vasa, in quibus servabantur libri vel thesauri. Unde apud Romanos illi, qui libros sacros servant, scriniarii nuncupantur*, in Gu. 1. 2. pr. — 37) *Graeca* om. Gu. 1. — 38) Sic Gu. 1. — *in se teneat* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *saccus* vulg. — 40) *est* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. va. Ar. — 41) Sic Gu. 1. 2. — *fissis* vulg. — 42) Sic Gu. 1. 2. — *contexitur* vulg. — 43) *nuncupatum* Gu. 2. va. — 44) Sic Gu. 1. — *nominata* vulg. — 45) *est* om. Ar. — 46) Psalm. 81, 7. — 47) *quasi covus* om. va. — 48) *dictae* Ar. — 49) *quod* pro *quia* Gu. 1. 2. va. — 50) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. (*exportet*), qui addit inclusa haec: *Sporta ab sparto dicta, non ab exportando, sicut quidam volunt. Prius enim de sparto fiebant.* — Vulg. *Sportula diminutivum a sporta: sporta autem dicta, quia exportet aliquid, vel quia ex sparto fit. Spartus vero est frutex virgosus sine foliis, ab asperitate vocatus, similis carici herbae, et funes de eo conficiuntur.* Quae de frutice dicuntur, translata sunt e lib. XVII. c. 9. — 51) Sic Arev. (*igni*) — *Ab igne colendo et ligna antiqui appellaverunt focum* Z. Gu. 1. 2. va. — *A colendo ignem et ligna ant. app. foc.* vulg. — 52) *Focus, quia φῶς* Ar. — 53) *et* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 54) *ex eo procr.* Z. — 55) *dicunt* Gu. 1. — *dicat* Gu. 2. — *poeta dicat* Ar. — Locus est e Lucan. IV, 108., ubi est: *sterili non quidquam a frigore gignit.* — 56) *nec* Z. — *nonnunquam* Gu. 1. — *gignit* pro *gigni* Z. Gu. 1. 2.

Varro autem focos[1] ait dictos, quod foveant ignes, nam ignis ipsa flamma est: quicquid autem ignem fovet, focus vocatur, seu ara sit, seu[2] quid[3] aliud, in quo ignis fovetur.

2. Lucerna a lychno[4] dicta est, unde et brevis est lu[5], ut Persius[6]:

Dispositae pinguem[7] nebulam vomuere[8] lucernae.

Si enim a luce diceretur, non staret versus. Lychnus autem quasi lucinius. Est enim cicindela[9] lucernae.

3. Candelabrum a candelis[10] dictum est[11], quasi candelaferum[12], quod candelam ferat.

Cereus per derivationem a cera nomen habet[13], ex qua[14] formatur, de quo quidam[15]:

Hic tibi nocturnos praestabo cereus ignes[16].
Subducta luce altera lux tibi sum[17].

4. Lacunaria[18] pendentia[19] lumina, quasi lucanaria[20], id est in aere lucentia.

5. Funalia[21] dicuntur[22], quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores, unde et funera dicuntur. Funalia autem Graeci scolaces[23] dicunt, quod sint scoliae[24], id[25] est intorti. Hos Romani funes et funalia nominabant. Funalia candelabra apud veteres extantes stimulos habuerunt aduncos[26], quibus funiculi[27] cera, vel huiuscemodi[28] alimento luminis obliti figebantur. Iidem[29] itaque et stimuli praeacuti funalia dicebantur.

6. Lampas flamma est in vertice lucens, dicta, quod lambentis[30] motum[31] ostendere videatur.

Fax[32] inde vocata[33], quod focos faciat, cuius diminutivum facula.

7. Laterna dicta, quod lucem interius habeat clausam. Fit enim ex vitro, clauso intus[34] lumine, ut venti flatus adire non possit, et ad praebendum lumen facile ubique circumferatur.

8. Lucubrum vocatum, quod luceat in umbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stuppa ceraque formari.

9. Pira est, quae in modum arae ex lignis[35] construi solet, ut ardeat, πῦρ enim ignis dicitur[36], sed pira est ipsa lignorum congeries, cum nondum ardet, rogus est, cum ardere coepit[37], bustum vero iam ustum[38] vocatur[39].

10. Pharum[40] turris est[41] maxima, quam Graeci ac[42] Latini in commune ex ipsius rei usu pharum appellarunt[43], eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus, sicut supra diximus, qualem Ptolemaeus iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus

1) *focos* om. Z. — 2) Sic Gu. 1. — *sive* vulg. — 3) *quid* om. Z. — 4) Sic Ar. h. l. et postea. — *licinio* vulg. — *lucinio* Z. — 5) Sic Z. Gu. 1. va. Ar. — *lux* vulg. — 6) Sat. V, 181. — 7) *et ping.* va. — 8) *movere* Gu. 1. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *cincendala* Z. — *candela* vulg. — 10) *candela* Z. — 11) *est* addidi e Gu. 1. — 12) *candelaforum* Gu. 1. 2. va. — 13) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *nomen a cera hab.* vulg. — 14) *a qua* Z. — *ex quo* va. — 15) Martial. XIV, 42. — 16) *ignis* Gu. 2. — 17) Sequitur vulg. *Candela a candendo dicitur, eo quod candendo deleatur,* quod om. Gu. 1. 2. — 18) *Lucun.* Z. va. — 19) *sunt* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 20) *lucaria* Gu. 1. e ras. Gu. 2. — 21) Gu. 1. h. l. addit: *Sparta vel quod ab sparto fieri solet, vel ex parte aliquid. Sporta, quod ab isparto dicta non in spartando, sicut quidam volunt. Primus enim ab isparto fieri solebat.* Cfr. cap. 9, 10. — 22) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *sunt* vulg. — 23) *scholastici* Z. — *scolacis* Gu. 3. — 24) Sic Ar. Gu. 3. — *scholiae* Z. — *scolicae* Gu. 1. 2. — *scoliciae* vulg. — 25) *id* pro *hoc* Gu. 1. — *quod* Z. — 26) *autuncos* Ar. — 27) *funiculos* Gu. 2. — 28) Sic Z. al. pr. — *cuiuscemodi* Gu. 1. 2. al. — *huiusmodi* vulg. — 29) *Iidem . . diceb.* om. Z. — 30) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *labentis* vulg. — 31) *motu* Gu. 1. — *modum* Z. — 32) *Fax* et *Laterna* om. Z. — 33) Sic Gu. 1. 2. al. va. Ar. — *dicta* vulg. — 34) Sic Gu. 1. — *recluso intus* Gu. 2. pr. va. — 35) *ligno* Z. — 36) Sic Z. Gu. 1. va. — *est* vulg. — 37) *coeperit* Z. Gu. 2. va. Ar. — 38) Sic Gu. 1. — *exustum* vulg. — 39) Sic Gu. 1. 2. va. — *vocant* vulg. — 40) Sic Z. Gu. 1. 2. al. — *Pharus* vulg. — 41) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *est turris* vulg. — 42) *ac* pro *et* Gu. 1. 2. va. pr. — 43) Sic Gu. 1. — *appellare-*

est eius[44], nocturno navium cursu[45] ignes ostendere ad pronuncianda[46] vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos[47] incidant, nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus[48] machinas ad praelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt[49]. Nam φῶς lux est, ὅρος visio dicitur[50], unde et lucifer Graece φωσφόρος appellatur.

CAP. XI. *De lecticis et stelis.*

1. Lecticae a lectis herbis vocatae.

Stratus a sternendo[51] dictus, quasi storiatus[52]. In iis solis antiqui ad dormiendum accubabant[53], nondum laneis stramentis repertis.

Storia[54], quod sit terra[55] strata.

2. Cama[56] est brevis et circa terram. Graeci enim χαμαὶ breve dicunt.

Cubile est cubandi locus.

Grabatum[57] Graecum est[58].

Baionola[59] est lectus, qui in itinere baiulatur, a baiulando, id est deportando.

3. Pulvinar lectus divitum est, inde et pulvillus.

Spingae sunt, in quibus sunt spingatae effigies, quos[60] nos gryphos dicimus.

Punicani[61] lecti parvi et humiles primum a Carthagine advecti, et inde nominati.

4. Lecticae, sive lecti plutei[62], de quibus[63] Rutilius Rufus de vita Scipionis[64]. *Primum*[65], inquit, *contra consuetudinem imperatorum ipse pro lectis lecticis utebatur.*

5. Sponda autem exterior pars lecti, pluteus interior[66].

Geniales[67] lecti proprie sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti autem[68] a generandis liberis.

6. Cunabula sunt lectuli[69], in quibus infantes iacere consueverunt[70], dicta autem[71], quod partui adhibebantur[72], quasi cynabula, nam κύειν est Graece eniti[73].

7. Feretrum[74] dicitur, eo[75] quod in eo mortui deferantur, et est Graecum nomen. Nam φέρετρον dicitur ἀπὸ τοῦ φέρειν[76], id est a ferendo, nam Latine capulus dicitur, quod supra[77] capita hominum feratur, sic[78] Plautus ait[79]: *Capularis senex*, id est vicinus capulo.

8. Scamna sunt, quae lectis altioribus[80] apponuntur, dicta autem[81] ab[82] scandendo[83]. Hinc[84] et scabelli, qui lectis parvis, vel sellis ob ascensum[85] apponuntur. Scabellum autem et suppedaneum dicitur. Nam quod Graeci dicunt[86] ὑποπόδιον, dixerunt Latini[87] scabellum, et alii dixerunt suppedaneum, quod sub pedibus sit.

runt vulg. — 44) Sic Gu. 1. — *usus eius est* vulg. — 45) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *cursui* vulg. — 46) *praenuntianda* ed. Goth. Gu. 2. Ar. — 47) *in scop.* om. Z. — 48) Sic Ar. — *porticibus* Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *portubus* vulg. — 49) Sic Gu. 1. pr. va. Ar. — *vocant* Z. — *dictas* vulg. — 50) Vv. ὅρος (*foros* codd. et editt. vett.) *vis. dic.* addidi e Z. Gu. 1. 2. 3. pr. va. Ar. — 51) *ab stern.* va. — 52) *storeatus* et *storea* Ar. — 53) *accubant* Gu. 1. — 54) *Stora* Gu. 1. — 55) *super terram* Z. — 56) Om. hoc Z. — 57) *Grabatum . . . Spingae . . dicimus* om. Z. — 58) *est* om. va. — 59) *Baionola* Gu. 2. va. Ar. — *Baninola* Gu. 1. — *Baionula* vulg. — 60) *quas* Gu. 2. — 61) *Punicati* Z. — 62) Sic Gu. 1. — *plutei lecti* vulg. — 63) *de quo* Z. — 64) Sic Ar. *Satilius* (*Satirius* Z. — *Salustius* Gu. 2. al. va.) *Rufus de vita sua.* Meminit *Rutilii Rufi* Appian. de bell. Hispan. ὃ καὶ Ῥουτίλιον Ῥοῦφον συγγραφέα τῶν καὶ τῶν ἔργων τότε χιλιαρχοῦντα. — 65) *Prima* Gu. 1. 2. va. — 66) *pars* add. Gu. 1. 2. — 67) Om. articulum Z. — 68) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 69) *lecti* Z. — 70) Sic Z. Gu. 2. pr. va. Ar. — *consueverant* Gu. 1. — *solebant* vulg. — 71) *autem* addidi e Gu. 1. 2. — 72) Sic Gu. 1. 2. ed. Goth. — *adhibeantur* vulg. — 73) *geniti vel enixi* Gu. 1. 2. — 74) Om. glossam Z. — 75) *eo* addidi e Gu. 1. va. — 76) *pherecin* Gu. 1. 2. 3. 4. — Om. pr. va. — 77) Sic Gu. 1. 2. — *super* vulg. — 78) *sicut* Gu. 2. — 79) *ait* addidi e Gu. 1 al. va. Locus est e Mil. Glor. III, 1, 33. — 80) Sic Z. Gu. 1. 2. — *alt. lect.* vulg. — 81) *autem* addidi e Z. Gu. 1. 2. va. — 82) *ab* pro *a* Gu. 1. — 83) *id est ascendendo* add. Z. — 84) *inde* Z. — 85) Sic Z. Gu. 1. Ar. — *ad ascensum* vulg. — *ab ascensu* Gu. 2. va. — 86) *dic. Graeci* Gu. 2. va. — 87) *Lat. dicunt* Z.

Scansilia[1] gradus sunt, ubi honorati in sedibus sedent[2].

9. Sedes dictae, quod[3] apud veteres Romanos non erat usus accumbendi, unde et considere[4] dicebantur. Postea, ut ait Varro[5] de vita populi Romani, viri discumbere coeperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus. Sedes singulari numero proprie regni est, quod[6] Graece *θρόνος* dicitur. Item[7] thronum Graeci dicunt; nos solium.

Subsellia[8] vero ceterorum, cathedrae doctorum.

10. Solium, in quo reges sedent[9] propter tutelam corporis sui[10], secundum quosdam a soliditate dictum, quasi solidum: secundum alios per antistichon, quasi sodium, a sedendo. Unde et sella quasi sedda[11] dicta est[12], et subsellia quasi subseddia.

11. Sellae[13] curules[14] erant[15], in quibus magistratus[16] sedentes iura reddebant. Dictae autem curules, quia apud veteres praetores et consules propter itineris longinquitatem[17] curru ad[18] forum provehebantur, sellae autem, quae post eos vehebantur, quibus sedentes dicere iura solebant, a curru curules sellae sunt nominatae.

12. Tripodes scamnelli[19] sunt, habentes tres pedes, sed[20] et candelabra tripoda sunt, quia similiter tres pedes habent[21].

CAP. XII. *De vehiculis.*

1. Carrum a cardine rotarum dictum, unde et currus dicti, quod rotas habere[22] videntur[23].

Rota autem[24], quod ruat, et rotundum a rota vocatum[25].

2. Rheda genus[26] vehiculi quatuor rotarum. Has antiqui retas dicebant, propter[27] quod haberent[28] rotas.

3. Carpentum pompaticum genus vehiculi est[29], quasi carrum pompaticum.

Plaustrum vehiculum duarum rotarum, quo[30] onera deferuntur. Et dictum plaustrum, quod[31] volvitur, quasi diceret[32] pilastrum[33].

Carracutium vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum.

Capsus carruca undique contecta[34], quasi capsa.

4. Pilentum, vel petoritum[35] contexta quatuor rotarum vehicula[36], quibus matronae olim utebantur. Virgilius[37]:

Pilentis matres[38] *in*[39] *mollibus.*

1) *Scansilia* et *Sedes* om. Z. — 2) Sic Gu. 1. al. va. — *sedeant* Gu. 2. — *haerent* vulg. — 3) *quoniam* Gu. 2. pr. va. — 4) *considere* Ar. — 5) Sic Gu. 1. 2. va. — *Varro ait* vulg. — 6) *qui* Ar. — 7) *Item* om. va. — Ar. autem om. *Item . . solium.* — 8) *Subsolia* Gu. 1. 2. pr. — 9) Sic Gu. 1. 2. al. pr. — *sedent reges* Z. — *rex sedet* vulg. — 10) *sui* om. Z. — 11) *seda* Ar. — 12) *est* om. Z. — 13) *Sella* Gu. 2. — 14) *curulis* Gu. 2. — *curulus* Gu. 1. — 15) *erat* Gu. 1. 2. — 16) *magistri* Gu. 1. 2. — 17) *longitudinem* Gu. 1. — 18) *ad* addidi ex Arev. — 19) Sic Ar. va. — *scabelli* vulg. — 20) *sed* om. Z. — 21) Sic Gu. 1 — *habent tres ped.* vulg. — *tres hab. ped.* Gu. 2. pr. va. — 22) *rotas quod hab.* va. — 23) *viderentur* Z. — 24) Vulg. add. *dicta*, quod om. Gu. 1. — 25) *vocatur* Z. — 26) *est* add. va. — 27) *propterea* Ar. — 28) *habent* va. — 29) Sic Gu. 1. — *veh. gen. est* vulg. — *est* om. Z. va. Ar. — 30) Sic Gu. 1. 2. — *quibus* vulg. — 31) Sic Gu. 1. 2. — *quia* vulg. — 32) Sic Gu. 1. 2. al. pr. va. — *diceres* Ar. — *dicat* vulg. — Om. verbum Z. — 33) Sic Z. Gu. 1. 2. Ar. — *pilaustrum* vulg. — 34) Sic Ar. — *contexta* vulg. — 35) *petorita* Z. — *praetorium* utroque loco Gu. 1. 2. — 36) Sic Z. Gu. 1. 2. al. va. Ar. — *contextum . . vehiculum* vulg. — 37) Aen. VIII, 666. — 38) *matris* Gu. 1. — 39) *in* addidi ex Ar. — 40) Sat. I, 6, 104. — 41) *deduc.* Z. Gu. 1. va. — 42) *autem* pro vulg. *enim* Z. Gu. 1. va. Ar. — 43) *rosati* Z. va. — 44) Vulg. add. *itineris*, *quasi viae sterna* (*sternax* Ar.), *mollibus stramentis est posita*, *a duobus animalibus deportatur.* Haec om. Gu. 1. 2. — *compos.* omisso *est* Z., quod etiam va. om. — *a duob. vel pluribus*

Horatius [40]:

Plures calones atque caballi
Pascendi, ducenda [41] petorita.

Erant autem [42] antea pilenta veneti coloris, non, ut nunc sunt, russati [43], quibus nisi castae matronae uti non poterant, sicut nec vittis.

5. Basterna vehiculum [44].

CAP. XIII. *De reliquis, quae in usu habentur.*

1. Baculus a Baccho repertore vitis [45] fertur inventus, in [46] quo [47] homines moti vino inniterentur. Sicut autem a Baccho baculus, ita a baculo bacillus [48] per diminutionem.

2. Fustes [49], quod praefixi in terram [50] stent, quos palos rustici [51] vocant, quibus iuvenes pro criminibus feriuntur.

Vectes dicti, quod manibus vectentur, unde hostia saxaque evelluntur [52].

3. Forfices [53] secundum etymologiam si a filo feruntur [54], f ponitur, ut forfices, quae sunt sartorum, si a pilo, per [55] p, ut forpiceps [56], quae sunt tonsorum, si ab accipiendo, per c, ut forpcipes [57], eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum, unde et formosus [58].

4. Novacula * [59].

Pectinem dici [60] eo, quod pexos capillos faciat atque compositos.

Calamistrum acus est [61], quae calefacta et adhibita calefacit [62] et torquet [63] capillos. Unde et [64] calamistrati appellantur, qui comam torquent.

5. Clavis [65] dicta, quod claudat et aperiat. Catenatum [66], quod capiendo teneat.

Horologium [67], quod ibi horas legamus [68], id est [69] colligamus. Est enim in solariis positum, ubi a clavo per lineas [70] currit umbra, ut quamcunque diei horam ostendat.

CAP. XIV. [71] *De instrumentis rusticis.*

1. Vomer dictus [72], quod vi humum eruat, seu ab evomendo terram. De quo Lucretius [73]:

Uncus aratri
Ferreus, occulto decrescit vomer in arvis.

Sumitque [74] per detrimenta [75] fulgorem [76].

Z. — *deportata* Ar. — 45) *a repertore vitis Baccho* Z. — 46) *in* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 47) *quibus* Z. — 48) *bacillum* Z. va. — 49) *dicti* add. vulg. — Om. Z. Gu. 1. 2. va. — 50) *in terra* Z. al. — 51) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *rust. pal.* vulg. — 52) *vellantur* Ar. — 53) *dicti* add. Gu. 1. 2. — 54) Sic Gu. 1. 2. — *dicuntur* vulg. — 55) *per* om. Z. — 56) *forcipes* Z. — *forpices* Gu. 1. va. — 57) *forcipes* va. — 58) *fornax* Z. — Edit. va. add. *de quibus omnibus scribitur hic versus: Forfice pila filos cape forpices forricipe ferrum.* — 59) *Novacula . . Pecten . . compos.* om. Z. — Vulg. sequitur: *ferrum subtile, satisque acutum. Dicta autem novacula eo quod innovat* (*innovet* pr. va.) *faciem.* Vulcan. notat in quodam cod. ita legi: *Novacula est in quadam subtilitate tensum latius ferrum, radendis pilis acutissimum praeparatum, quod licet barbae segetem metat impressum corpori, tamen substantiam relinquit illaesam.* Utrumque om. Z. Gu. 1. 2. Ar., qui hoc tantum exhibet: *Novacula eo quod innovat faciem.* — 60) Sic Gu. 1. 2. al. va. — *Pecten dictus* vulg. — 61) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *est acus* vulg. — 62) *calefaciat* Gu. 1. — 63) *torquet* Gu. 1. — *intorquet* vulg. — 64) *et* om. Z. — 65) *Clavis . . aperiat* om. Z. — 66) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. — *Catena* vulg. — 67) *Horologia* Z. — 68) *ligamus* Gu. 2. — 69) *et* pro *id est* Z. — 70) Sic Z. Gu. 1. 2. va. Ar. — *per lineam* vulg. — 71) Om. hoc caput Z. — 72) Vulg. *est dictus*, sed *est* om. Gu. 1. 2. Ar. — *dict. est* va. — 73) Lucret. I, 214. seq. — 74) *sumpsitque* Gu. 1. — 75) *detrimentum* pr. — 76) Sic Gu. 1. 2. pr. va. Ar. — *nitorem* vulg.

2. Aratrum ab arando terram vocatum dicimus[1], quasi araterrium[2].

Buris est curvamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρά[3], quod fit in similitudinem caudae bovis.

Dentale[4] est aratri pars prima, in qua[5] vomer inducitur[6] quasi dens.

3. Cultelli a cultura dicti, eo quod ex ipsis putationes[7] veteres in arbore utebantur et in[8] vite, priusquam falces essent repertae.

4. Falcis[9] est, qua arbores putantur et vites. Dictae autem[10] falces, quod his[11] primum milites herbam filicem solebant abscidere[12], unde est illud[13]:

Pax[14] me certa ducis placidos curvavit in usus.
Agricolae nunc sum, militis ante fui.

5. Falcastrum a similitudine falcis vocatum. Est autem ferramentum curvum cum manubrio longo, ad densitatem veprium succidendam. Hi et runcones dicti[15], quibus vepres secantur, a runcando dicti.

6. Serrula est praetenuis lamina ferri, dentium mordacitate resecans arbores seu ramos.

Rastra quoque aut a radendo terram, aut a raritate dentium dicta.

Ligones, quod[16] terram levent, quasi levones.

7. Scudicia dicta eo, quod circa codicem[17] terram aperiat, et quamvis eius usus in reliquis operibus habeatur[18], nomen tamen ex codice retinet. Hanc alii generaliter fossorium[19] vocant, quod foveam faciat, quasi fovessorium.

8. Sarculi autem sunt vel simplices vel bicornes[20].

Pastinatum[21] vocant agricolae ferramentum bifurcum, quo semina panguntur[22]. Unde etiam repastinari dictae sunt vineae veteres, quae refodiuntur.

9. Cylindrus lapis est teres in modum columnae, qui a volubilitate nomen accepit, de quo Virgilius[23]:

Area cum primis[24] ingenti aequanda cylindro,
Et vertenda manu.

10. Tribula genus vehiculi, unde teruntur frumenta, et ob hoc ita vocatum[25].

Pala, quae ventilabrum vulgo dicitur, a ventilandis paleis nominata.

11. Furcillae dictae, eo quod iis frumenta cilluntur[26], id est moventur. Unde et oscilla dicta ab eo, quod cillantur[27], hoc est moveantur ora. Nam cillere est movere.

12. Tesserae sunt, quibus frumentorum numerus designatur.

1) *dicimus* om. pr. va. — 2) *araterium* pr. va. — 3) Sic Ar. — *bosoira* vulg. — 4) *Dentile* Gu. 1. 2. — 5) *in quo* Ar. — 6) *induitur* Gu. 1. — 7) Sic Gu. 1. 2. — *putatione* vulg. — 8) *in* addidi e Gu. 1. 2. — 9) Sic Gu. 1. 2. — *Falx* vulg. — 10) *sunt* add. vulg. — Om. Gu. 1. 2. pr. — *Dicta autem falx* al. pr. va. — 11) *hac* al. pr. va. — 12) Sic Gu. 1. 2. al. va. pr. — *abscindere* vulg. — 13) Martial. XIV, 34. — 14) *falx* Gu. 1. — 15) *sunt* add. Gu. 2. — 16) *quae* Gu. 2. — 17) Sic Gu. 1. 2. va. Ar. — *caudicem* vulg. Sic mox. — 18) Sic Gu. 1. 2. pr. va. — *operiatur* vulg. — 19) *fossorium* Gu. 2. va. — 20) Sic Ar. Consentit Gu. 1. 2, sed Gu. 1. add. *quo semina panguntur.* — Vulg. *Sarculum ferreum fossorium est, habens duos dentes a sarriendo, id est fodiendo dictum.* Ed. va. *Sarculus autem simplices, vel bicornes.* — 21) *Pastinum* Ar. — 22) Sic Gu 1. 2. va. Ar. — *purgantur* vulg. — 23) Georg. I, 178. — 24) *cum primum* Gu. 2. — 25) Sic Gu. 1. — *vocatur* vulg. — 26) Sic Gu. 1. pr. Ar. — *cillentur* vulg. — *celluntur* al. va. — *scelluntur* Gu. 2. — 27) Sic Gu. 1. pr Ar. — *cilleantur* vulg. — *scillantur* Gu. 2. va. — 28) Sic Gu. 2. Ar. — *Trapedum* vulg. — *Tarpedum* Gu. 1. — 29) Sic Ar. — Vulg. *Lacus* (*Lactis* Gu. 1. Om. pr.) *prelum, quo premitur oleum, qua* (*quo* va) *liquatus profluat.* — 30) *Quales* Gu. 1. — *Qualos* Gu. 2. al. — 31) *corbes colaque prelorum* add. vulg. — Om. Ar. — 32) Sic Ar. pr. va. — *quae* vulg. — *quos* Gu. 1. 2. — 33) *dictos* Gu. 2. — 34) *fiscilla* Gu. 1. 2. — 35) *quod* om. Z. — 36) *e* pro

Trapetum[28] mola olivaria.

Prelum trabes, quo uva calcata premitur, a premendo vocatum, quasi pressorium.

Prelum, quo premitur oleum. Lacus, quo liquatum profluat[29], et quo ab uvis, vel olivis torquendo oleum vinumque exigitur.

13. Veremnes a vehere, id est exportare nominatae.

Qualus[30] corbes colaque prelorum[31], per quem[32] mustum fluit, a colando dictus[33].

Fisclum quasi fisculum, a colando oleum dictum, vel quasi fiscella[34] olei.

CAP. XV. *De instrumentis hortorum.*

1. Rota dicta, quod[35] quasi ruat. Est enim machina, de qua e[36] flumine aqua extrahitur. Lucretius[37]:

In fluvio[38] versare rotas atque austra videmus.

Austra autem, id est[39] rota, ab hauriendo aquas[40] dicta.

2. Gyrgillus[41], quod in gyro[42] vertatur. Est enim lignum in[43] transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla, vel utre in puteum dimittitur[44] hauriendae aquae causa.

3. Telonem hortulani vocant lignum longum, quo hauriunt aquas. Et dictum telonem[45] a longitudine, *τέλος*[46] enim iuxta Graecos[47] quicquid longum est[48]. Hoc instrumentum Hispani ciconiam dicunt[49], propter[50] quod imitetur eiusdem nominis avem, levantem ac deponentem[51] rostrum, dum clangit.

4. Hama *. Lupus[52], qui et canicula, ferreus harpax, quod[53] si quid in puteum decidit, rapit et extrahit, unde et nomen accepit. Harpax autem[54] dictus, quia arripit, *ἁρπάζειν* est enim Graece rapere[55].

CAP. XVI. *De instrumentis equorum.*

1. Phalerae[56] ornamenta equorum sunt, et est sermo Graecus[57].

Frena dicta, quod equos fremere cogant, vel quod haec[58] equi frendant, id est imprimant dentibus et obmordeant[59]. Unde et nefrendes[60] dicti[61] adhuc lactantes porculi[62], quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus. Hinc et faba fressa[63], quae molita est.

2. Lupati[64] sunt freni asperrimi. Dicti autem lupati a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, unde etiam[65] eorum morsus vehementer obest.

Camus *[66].

a Gu. 1. 2. — *unde de flum.* Z. — *per quem* pro *de qua* va. — 37) Lucret. V, 517. — 38) *ut fluvios* Ar. e Lucret. — 39) *eadem* Gu. 1. 2. — *id est* om. Z. — 40) *aquam* Z. — *aqua* Gu. 1. — 41) *Cirillus* Z. — 42) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. — *in gyrum* vulg. — 43) *per* Gu. 1. — 44) *dimittuntur* Gu. 2. — 45) Sic Z. Gu. 1. 2. — *dictus telon* vulg. — 46) Sic Ar. — *thelon* Z. Gu. 1. — *telum* Gu. 2. — *τηλὺ* vulg.— 47) Sic Z. Gu. 1. 2. al. pr. va. — *Graece* vulg., quae add. *dicitur*, quod om. Gu. 1. — *dicitur iuxta Graecos* Gu. 2. — 48) Vulg. add. *Unde et mustela dicitur, quasi mus longus*, quae om. Gu. 1. — 49) Sic Z. Gu. 1. 2. — *vocant* vulg. — 50) *propter* addidi e Gu. 1. 2. al. va. — 51) *levantis ac deponentis* Z. al. va. — *levantis aque ac deponentis* Gu. 1. 2. pr. — 52) Sic Ar. — *Ama* (om. va.) *lupus* vulg. — 53) Sic Z. Gu. 1. pr. — *quia* vulg. — 54) Sic Z. Gu. 1. 2. pr. va. — *enim* vulg. — 55) Sic Gu. 1. — *est Gr. rap.* Gu. 2. va. — *arpe* Z. Gu. 1. 2. 3. 4. pr. va. Cod. Zitt. add. *unde et arpiae quasi raprites.* — 56) Om. glossam Z. — 57) *Graec. sermo* pr. — 58) Sic Gu. 1. Ar. — *vel quod* Z. — *vel quod hoc* pr. va. — *vel hoc* vulg. — 59) *et ob hoc mordeant dentibus* Gu. 1. 2. — 60) *nefrees* Gu. 1. — 61) *dicti* om. Z. — 62) *porcelli* Z. — 63) Sic Ar. — *fresa* vulg. — 64) *Lupata* h. l. et postea Ar. — 65) *et* Z. — 66) *Chamus* Ar. va. — *Camur* pr. — Vulg. add. *genus asperi freni est* (*est* om. pr. va.), *quo caballi superbi coerceri solent, dictus a curvitate, χαμὸν enim Graeci curvum dicunt.* Haec om. Z Gu. 1. 2. Ar.

3. Habenas ab habendo dictas[1], quod iis equos habeamus, id est[2] teneamus, unde et equi habiles dicti. Haec et[3] retinacula a retinendo. Lora *[4].

4. Capistri a capite iumentorum dicti[5].

Sella[6] a sedendo, quasi sedda[7].

Antella quasi antesella[8], sicut et postella quasi postsella[9].

Cingula[10] hominum generis neutri est[11], nam animalium genere feminino dicimus has cingulas.

5. Sagma[12], quae corrupte vulgo salma dicitur[13], ab[14] stratu sagorum vocatur. Unde et caballus sagmarius, mula sagmaria.

Capulum funis a capiendo, quod eo indomita iumenta comprehendantur.

6. Calcaria dicta, quia in calce hominis ligantur, id est[15] in pedis posteriori[16] parte, ad stimulandos equos, quibus aut pugnandum est[17], aut currendum, propter pigritiam animalium, aut timorem. Nam ex timore stimuli nuncupati sunt[18], licet sint et[19] libidinis stimuli.

7. Strigiles[20] nuncupati a tergendo, quia[21] his[22] equi tergantur.

Character est ferrum coloratum, quo notae pecudibus inuruntur, χαρακτὴρ autem Graece, Latine forma dicitur.

8. Cauterium dicitur[23] quasi cauturium, quod urat et provida sit in eum severaque cautio, ut, dum videtur, cuius sit, avaritia refrenetur. Quod interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, ut vis morbi ignis ardore siccetur.

1) Sic Z. Gu. 1. 2. — *Habenae . . dictae* vulg. — 2) *id* pro *hoc* Z. Gu. 1. — 3) *et* om. Z. Gu. 1. 2. — 4) Sic Ar. — *lora* Z. Gu. 1. 2. — Om. pr. — *a ret. ora* vulg. — 5) Sic Z. Gu. 1. 2. va. — *Capistrum . . dictum* vulg. — 6) *Sella* et *Antella* om. Z. — 7) *seda* va. — 8) *ante sellam* Ar. va. — 9) Sic Gu. 1. 2. Ar. — *postellam quasi post sellam* vulg. — 10) *Cingulum* Ar. — 11) *sunt* va. — 12) *Sagma* et *Capulum* om. Z. — 13) Sic Gu. 1. (*sauma*) 2. va. — *dic. salma* vulg. — 14) *ab* pro *a* Gu. 1. 2. va. — 15) *quod in ped.* Z. — 16) Sic Z. Gu. 1. — *posteriore* vulg. — 17) *est* om. Z. — 18) *sunt* addidi e Gu. 1. — 19) *et* om. Z. — 20) *Stragiles* Gu. 1. — 21) Sic Gu. 1. — *quod* vulg. — *quos* pr. — 22) *his* pro *iis* Gu. 1. pr. — 23) Sic Gu. 1. — *dictum* vulg.

ANALECTA AD ISIDORI ETYMOLOGIAS.

I. VARR. LECTT. AD L. VI. C. XVII. §. 5 — 9.

Edit. Arev.

§. 5. *Primus cyclus Decem novenalis.*

Lunae.

B. Com. an. II. Idus April. XX. (XXI. pr. va.)
C. VI. (V. Gu. 2.) kal. Apr. XVI.
Em. XVI. (XV. Gu. 1.) kal. Maii XVII.
C. VI. Idus Apr. XX. (XXI. Gu. 1. 2. XVI. va.)
B. C. IX. (X. Gu. 2.) kal. Apr. XV. (XVI. Gu. 1.)
E. II. Id. Apr. XVI.
C. II. Non. Apr. XIX.
E. VIII. (IX. va.) kal. M. XX. (XV. pr.)
B. C. V. (VI. Gu. 1. 2.) Id. Apr. XV. (XVI. Gu. 1.)
C. II. kal. Apr. XVIII.
E. XII. kal. M. XIX.
C. (Emb. Gu. 1.) Non. Apr. XV. (XVI. Gu. 1.)
B. C. V. (VI. Gu. 2.) kal. Apr. XVII. (XVIII. Gu. 1. va.)
E. XVI. kal. M. XVIII. (VIII. Gu. 2.)
C. VI. Id. Apr. XXI.
C. IX. kal. Apr. XVII.
B. E. XI. Id. Apr. (II. Id. Apr. Gu. 2.) XVII. (XVIII. Gu. 1.)
C. II. Non. Apr. XX. (XIX. Gu. 1. 2. XVIII. va.)
E. VIII. kal. M. (Apr. Gu. 2.) XXI.

§. 6. *Secundus cyclus lunae.*

Lunae.

C. V. Id. Apr. XVIII.
B. II. (*B. II. Om.* Gu. 1. *B. C.* pr. *Com. II. kal.* va.)
E. XII. kal. M. XXI.
C. Non. Apr. (*Non. kal. Apr.* Gu. 1.) XVII.
C. V. kal. Apr. XX.
B. E. XVI. (XV. Gu. 1. va.) kal. M. XXI.
C. kal. Apr. XVI. (XVII. Gu. 1.)
E. XI. kal. M. XVII. (XVIII. Gu. 2. va.)
C. Id. Apr. XX. (XXI. Gu. 1. 2. va.)
B. C. V. (IIII. Gu. 1. va. VIII. Gu. 2.) kal. Apr. XV. (XVI. Gu. 1.)
E. XV. kal. Mai. XVI.
C. V. Id. Apr. XIX. (XX. Goth.)
C. VIII. kal. Apr. XV.
B. E. Id. Apr. XV. (E. B. E. Id. pr. XVIII. kal. M. XVI. Gu. 1. VIII. kal. M. XVI. va. B. E. Id. Apr. XV. Gu. 2.)
C. Non. Apr. XVIII.
C. V. kal. Apr. XXI.
E. IIII. Id. (*kal.* Gu. 2. va.) Apr. XV.
B. C. kal. Apr. (*Com. IIII. Non. Apr.* Gu. 1. va.) XVII.
E. XI. kal. M. XVIII.

§. 7. *Tertius cyclus lunae.*

Lunae.

C. VIII. Id. Apr. XV.
C. IIII. kal. Apr. XVIII. (XVI. Goth. va.)
B. XV. kal. M. (*E. IX. kal. M.* Gu. 1. *B. E.* XV. *k.* ed. pr. *E. IV. kal. M.* va.) XVIII. (XIX. Gu. 1. XX. va.)
C. V. Id. Apr. (*B. C. V. kal. Apr.* va.) XXI.
C. VIII. kal. Apr. (*C. IIII. kal.* Gu. 2.) XVII. (XVI. va.)
E. XVIII. (*C. VIII. id. kal.* va.) kal. Mai. XVIII. (XXI. va.)
B. C. Non. Apr. XX.
E. VII. kal. Mai. XXI.
C. IIII. Id. Apr. (*C. VIII. id. Apr.* Goth.) XVII.
C. IIII. (III. Gu. 2.) Non. Apr. XX.
B. E. XI. (X. Gu. 1. va.) kal. M. XX. (XXI. Gu. 1. va.)
C. VIII. (VII. Gu. 2.) Id. Apr. XVI.
C. IIII. kal. Apr. XIX.
E. XIIII. (IIII. Gu. 2.) k. M. XX.
B. C. IIII. (III. Gu. 1. va.) Non. Apr. XV. (XVI. Gu. 1. va.)
C. VIII. kal. Apr. XVIII.
E. XVIII. kal. Apr. XVIII. (XIX. Gu. 1. *E. XVIII. kal. M.* Gu. 2. pr.)
C. III. kal. M. XIX. (XV. Gu. 1. XVI. va.)
B. E. XIIII. (XIII. Gu. 1. IIII. va.) kal. Apr. (M. pr.) XV. (XVI. Gu. 1. VII. va.)

§. 8. *Quartus cyclus lunae.*

Lunae.

C. III. Id. Apr. (IV. Gu. 1. 2. va.) XIX.
C. VII. (VI. Gu. 1.) kal. Apr. XV.
E. XVII. kal. M. XVI. (XVIII. ed. Goth.)
B. C. VIII. (VII. Gu. 1. VI. Gu. 2. va.) Id. Apr. XVIII. (XIX. va.)
C. IIII. (II. Gu. 1.) kal. Apr. XXI. (C. XIII. kal. M. XVIII. Gu. 2.)
E. III. Id. Apr. XV. (XXI. Gu. 1.)
C. III. (IV. Gu. 2.) Non. Apr. XVIII. (C. III. Id. Apr. XXI. Gu. 1., quae sequuntur idem cod. ita exhibet:
B. E. X. (VIII. Gu. 2. va.) kal. M. XVIII. (XIX. Gu. 1. 2. XX. va.)
C. XVIII. kal. M. XVI. — Com. VII. kal. Apr. l. XVI.
C. III. (IV. Gu. 2. XIII. va.) kal. Apr. XVII. (XVIII. va.) — Em. XVII. kal. M. I. XX.
E. XIII. kal. M. XVIII. — Em. VII. Id. Apr. I. XV.
B. C. IIII. (III. Gu. 2.) Id. Apr. XX. — Com. III. Non. Apr. I. XVIII.
C. VII. kal. Apr. XVI. — Em. IX. kal. M. I. XIX.
E. XVII. kal. M. XVII. (XVI. Goth.) — Com. XVIII. kal. M. I. XXI. (consentit va.)
C. VII. Id. Apr. XX. — Com. III. kal. Apr. I. XVII. (consentit va.)
B. C. XI. kal. Apr. XV. (Emb. X. kal. XI. va.) — Com. (Em. va.) X. kal. Apr. I. XVI. (XIII. kal. Apr. XVIII. va.)
E. III. Id. Apr. XVI. (C. III. Id. Apr. XVII. Gu. 2.) — Em. (Com. va.) III. Id. Apr. I. XVI. (Em. XVII. kal. M. XVII. pr. XXI. pro XVI. va.)
C. III. Non. Apr. XIX. (XVIII. Goth. — Com. (B. C. va.) III. Non. Apr. I. XIX.
E. IX. (VIII. Gu. 2.) kal. M. XX. — Em. IX. kal. M. I. XX. (XVII. kal. M. XVI. va.)
Cum Gu. 1. consentiunt va. et pr.

---

§. 9. *Quintus cyclus lunae.*

Lunae.

B. C. VII. (VI. Gu. 1. 2. va.) Id. Apr. XVI. (XVII. Gu. 1. 2. va.)
C. III. kal. Apr. XIX.
E. XIII. kal. M. XX.
C. II. Non. Apr. XVI. (XXI. Goth.)
B. C. VII. (VI. Gu. 1. 2. va.) kal. Apr. XVII. (XIX. Gu. 1. 2. va.)
Em. XVII. kal. M. XIX.
C. II. kal. Apr. XV.
E. XII. kal. M. (Apr. va.) XVI.
B. C. III. (II. Gu. 1. 2. va.) Id. Apr. XVIII. (XIX. Gu. 1. 2. va.)
C. III. Non. Apr. XXI.
E. XVI. kal. M. XV.
C. VI. Id. Apr. XVIII.
B. C. III. (II. Gu. 1. 2. va.) kal. Apr. XX. (XXI. Gu. 1. 2. va.)
E. XIII. (III. va.) kal. M. XXI.
C. II. Non. Apr. XVII.
C. VI. kal. Apr. XX.
B. E. XVII. (XVI. Gu. 1. 2.) kal. M. XXI. (XX. Goth.)
C. II. kal. Apr. XVI. (XXI. Gu. 1.)
E. XII. kal. M. XVII.

Arevalus in variis lectionibus haec notavit: In primo cyclo decem novenali haec est varietas inter nostram editionem et vetustissimum cod. Toletanum. Editio: B. com. an. II. Id. apr. XX. (lunae). Cod. Com. III. id. apr. L. XX. Ita inseritur L. pro *luna.* Ed. C. VI. Cal. apr. XVI. Cod. B. com. VI. kal. apr. XVI. — Ed. B. C. IX. kal. apr. XV. Cod. B. com. X. kal. apr. XVI. — Ed. B. C. V. id. apr. XV. Cod. B. com. VI. id etc. — Ed. B. C. V. kal. apr. XVII. Cod. B. com. VI. — Ed. E. XVI. kal. Maii XVIII. Cod. E. XIIII. kal. M. XIII. — Ed. C. IX. kal. apr. XVII. Cod. E. IX. kal. apr. XVIII. — Ed. B. E. XI. id. apr. XVII. Cod. B. com. II. id. apr. XII. — Ed. C. Non. Apr. XX. Cod. com. II. Non. apr. XX. — Ed. E. VIII. kal. Maii XXI. Cod. E. VIII. Cal. apr. XXI.

Secundus cyclus lunae. Omnia consentiunt, excepto quod in editione est, E. IIII. id. apr. XV. et in cod. C. IIII. etc.

Tert. cycl. lun. Edit. C. IIII. Non. apr. XX. Cod. C. III. Non. etc Reliqua consentiunt.

Quartus cycl. Edit. C. III id. apr. XIX. Cod. C. IIII. id. apr. etc. Nulla alia varietas neque in hoc, neque in sequenti cyclo. Similes alias discrepantias inter editionem nostram et alia exemplaria mss. aut edita annotare nihil iuverit. Sed notandum, quod in Ottob. 345. primus cyclus incipit Communis an. II. id. apr. lun. XXI., quem annum XXI. praeferendum aliqui putant et consentiunt alii codd., Palat. 283. Regio-Vat. 112. Urb. 479.

II. AD LIBRI V. CAP. XXXIX.

Addita sunt huic capiti tria alia capita in cod. Zittav.

CAP. I. *De tempore seculi.*

Seculi tempus humanae investigationi incertum est. Omnem enim de hac re quaestionem Dominus Iesus abstulit, dicens: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Et alibi: De die illa et hora nemo scit, neque angeli coelorum, nisi solus pater. Unusquisque ergo de suo cogitet transitu, sicut sacra scriptura ait: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis. Quando enim unusquisque de seculo migrat, tunc illi consummatio seculi est.

CAP. II. *De quadrifera ratione operationis divinae.*

Operatio divina, quae secula creavit et gubernat, quadriformi ratione distinguitur. Primo, quod haec in verbi Dei dispensatione non facta, si aeterna sunt, qui nos apostolo teste ante tempora secularia praedestinavit in regnum. Secundo, quod in materia difformi pariter elementa mundi facta sunt, ut qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. Tertio, quia eadem materies secundum creaturas simul creatas non iam simul, sed distinctione sex primorum dierum in coelestem terrestreñque creaturam formatur. Quarto, quod ex eiusdem creaturae seminibus et primordialibus causis totius seculi tempus naturali peragitur, ubi pater usque nunc operatur et filius.

CAP. III. *De creatione mundi per septem dies.*

Ipso quidem principio conditionis facta sunt coelum et terra, angeli, aer, aqua de nihilo. Die vero primo lux facta est, et ipsa de nihilo. Secundo firmamentum in medio aquarum. Tertio species maris et terrae et cum eis, quae radicitus terrae inhaerent. Quarto luminaria coeli de lumine, primo die facto. Quinto natilia et volatilia de aquis. Sexto reliqua animalia de terra, et homo carne quidem de terra, anima vero de nihilo creata, qui in paradiso, quem Dominus a principio plantaverat, constituitur. Septimo dominus requievit non a creaturae gubernatione, cum in ipso vivamus et moveamur et simus, sed a novae substantiae creatione.

III. AD LIBR. VIII, 9, 32.

In edit. va. haec adduntur: Tribus autem modis omne augurium constat, videlicet volatu, gestu, cantu. Cum enim ante hominem avis recta semita sine sonitu volare videtur, prosperitatis pro certo iter erit. Si autem bis vel ter in obliquo ante hominis conspectum volatum fecerit, inde prosperitas praedicatur, si sine garrulitate hoc factum fuerit. Cum autem hominis latus dextrum transierit, si sine sonitu fuerit, prosperum habetur. Si sinistrum ac non cum sonitu vel cum sono, improsperum iudicabitur. Retro, si non cum sono vel cum sono volatum fecerit, malum profecto opinabitur. Cum enim volaverit ante domum vel hominem ingenti cum strepitu, sinistrum iudicabitur. Si vero ante hominem in via plane steterit ac hilarem eunti per viam se exhibuerit, prosperitatis signum erit. Verum si cum rostro pennas evellerit, quod sanguis a carne exierit, sinistrum omnibus modis iudicabitur. Cum enim avis in obliquo domus tecto steterit, vel in arbore, si rostro lignum, in quo sederit, percusserit et contra orientem inclinaverit, mali eventus signum erit. Si vero itidem in occidente fecerit, perniciei iudicabitur. Si in domum sine sonitu intraverit ac exierit, dextri eventus signum erit. Verum si in domus summitate sederit ac multum clamaverit, istic hospites advenire significat. Mane si multum secus domum vociferaverit, novi aliquid venire iudicabitur. In sero si itidem fecerit, in modico tempore atteretur. In meridie si multum clamaverit, dominus domus dicitur advenire. Sursum si volaverit ac clamando fortiter ad terram cum impetu venerit, perniciei dicitur adesse. Quum circa quatuor partes domus clamando ierit, inimicos domui paratos nocere omnino designat. Quae si altitudinem petierit et supra domus tectum morata paulatim fuerit, dextri signum annunciabitur. Si

in porta steterit et contra illos, qui in domo sunt, frequenter clamaverit, aliquorum perniciem demonstrat. Si ante ortum frequenter venerit multumque vociferaverit, quorundam mortem indicat. Si in curia steterit, nihilque clamaverit, ad nihilum spectat. Si in exitu domus aliquis obviaverit, sinistrum pro certo iter erit et ab itinere divertendum. Si in coetu volaverit, sonitumque magnum fecerit, futurum proelium fore annunciabitur. Si ab altitudine aeris cum impetu ad terram venerit et diu morata fuerit, sinistrum eventus erit. Si paleam a domo traxerit et huc illucque disparserit, bona domus destruere indicat. Tantum vero si paleam detraxerit, sinistri signum annotabitur. In ostio domus si sederit et frequenter vociferaverit, hospitum signum erit. Si intra ostium domus venerit, amici adventus opinabitur. Si saepe ad domum venerit, amicorum frequentia erit. Tarde si venerit, amicorum cessabit frequentia. Si pedes laceraverit, sinistri signum manifestabitur. Si pennas sibi extraxerit, sinistrum omnino designabitur. Si inter se bellum ingerunt ac multum vociferando dilaceraverint, bellum venturum denunciant. Cum autem avis in cantu se delèctata fuerit, dextri signum manifestabitur.

IV. AD LIBR. IX. CAP. I.

Huic capiti in cod. Zittav. adduntur duo alia capita.

CAP. I. *De linguis septuaginta duabus.*

Hebraea, Assyria, Chaldaea, Persica, MariZ (sic), EllemaZic (sic), Arabica, Scitica, Perefica, Chaldic, Kevia, Gersestavia, Samaria, Aethiopia, Alan., Amazonia, Thelec, Mascuth. Oshc. Threc. Lepegia. Apahamuth. Epeperich. Graecia. Viric. Armenia. Allevanc. Francia. Britannia. Aquitania. Hispania. Scotia. Becmac. Ruscia. Bulgaria. Hungaria. Ciporia. India. Numedia. Sclavia. Saxonia. Artunoni. Pacrationi. Carterioni. Ysmahelitae. Parthia. Sevorchia. Galathia. Wasconia. Briechia. Pamphilia. Philippia. Hurbachia. Chananaea. Sydonia. Sadahia. Macedonia. Acritonia. Chretia. Epiphania. Tharsia. Ponpopolia. Abasia. Samsuthia. Artanuncia. Partavia. Mesopotomia. Tharonia. Disponia. Pacrevantia. Vaspurgantia. Nesepia.

CAP. II. *De aetate mundi.*

Sex mundi aetatibus tempora distinguuntur. Prima aetas ab Adam usque ad Noe, continens generationes decem, annos vero IIDCLVI, quae tota periit diluvio, sicut infantiam mergere solet oblivio. Secunda a Noe usque ad Abraham, generationes similiter complexa decem, annos autem ducentos viginti duos, quae in lingua est inventa, id est hebraea. A pueritia namque incipit homo loqui nosse, post infantiam, quae fari non potest. Tertia ab Abraham usque ad Dt (David?) continens generationes quatuordecim, annos vero DCCCCXL. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matthaeus generationum ab Abraham sumpsit exordium, qui et pater gentium constitutus est. Quarta a diluvio usque ad transmigrationem Babylonis generationes aeque iuxta Matthaeum quatuordecim, annis autem LXXV. porrecta a qua Regum tempora coeperunt. Iuvenilis enim dignitas regno est habilis. Quinta deinde usque ad Adventum Salvatoris in carnem generationibus et ipsa quatuordecim porro annis DLXXXVII. extenta. In qua ut gravi senectute fessa malis crebrioribus plebs hebraea quassatur. Sexta, quae nunc nulla generationum vel temporum serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa totius seculi morte finienda.

EMENDANDA ET ERRATA IN ISIDORI CONTEXTA ORATIONE ADMISSA.

P. 11. Epist. VI. not. 54. adde: Praeterea haec verba apud Arevalum extant.
I, 16, 2. pro *Pyrrich.* lege *Pyrrhichius.*
8. - *dactili* l. *dactyli.*
23. - *Salominus* l. *Saloninus.*
35, 10. - *Epizeusis* l. *Epizeuxis.*
36, 8. - *Metonomia* l. *Metonymia.*
35. not. 64. ponenda est ad vv. *Si potuit.* Priorem versum non inveni.
38, 17. pro *Phemopoe* l. *Phemonoe.*
21. - *Idilicon* l. *Idylicon.*
39, 1. - *Alcmon* l. *Alcmaeon.*
43, 1. - LXIII. l. XLIII.
II, 13, 1. - *Prosopocia* l. *Prosopopocia.*
II, 21, 8. pro *duxi* l. *dixi.*
24, 2. - *Emphasicum* l. *cum emphasi.*
29, 9. - *Boetius* l. *Boethius.*
III, 1, 2. - *Boetius* l. *Boethius.*
8, 3. - *ἐννέα* l. *ἐννεα.*
15, 1. - *Zetus* l. *Zethus.*
70, 20. - *Pyreis* l. *Pyroeis.*
IV, 7, 11. - *Reuma* l. *Rheuma.*
V, 26, 20. - *Inficiatio* l. *Infitiatio.*
34, 3. - *Ἰσημερΐας* l. *Ἰσημερίας.*
39, 30. - *Elius* l. *Aelius.*
VI, 1, 9. - *Thobias* l. *Tobias.*
7, 1. - *Chalceniterus* l. *Chalcenterus.*
18, 11. - *Canit* l. *Canite.*

VIII, 2, 7. lege *his omnibus*. Vide indicem errorum ad p. 254. not. 32.
4, 7 et 8. dele asteriscos.
5, 61. pro *Tessaresdecaecatitae* l. *Tessarescaedecatitae*.
67. pro *Eutichis* l. *Eutychis*.
6, 12. – *Cyrinaicus* l. *Cyrenaicus*.
9, 13. – *a Persis fertur allatum Varro dicit* l. *a Persis allatum Varro dicit*. Cfr. indicem errorum in notas ad p. 268. not. 22. 23.

IX, 2, 97. pro *Angriari* l. *Angrivari*.
XII, 1, 53. – *Mirteus* l. *Myrteus*.
55. – *redas* l. *rhedas*. Idem vitium paulo post recurrit.
XIII, 22, 3. pro *Amphityonis* l. *Amphictyonis*.
XVI, 7, 2. – *disco operta* l. *discooperta*. Vide Forcellini Thesaur. s. h. v.
XVII, 9, 47. pro *Chamadrys* l. *Chamaedrys*.
52. – *dactylintem* l. *dactylitem*.
XX, 11. in itulo pro *stelis* l. *sellis*.

E R R A T A.

P. 18. not. 30. pro *av.* lege *va.* et sic semper. Vide Praefationem in recensu editionum.
– 19. – 36. pro *Iesa* l. *Iesu*.
Nau l. *Naue*.
48. Hanc notam ita corrige: *propter nomina scilicet Graeca* exhibent Gu. 1. 2. pr. va. 1. 2. Ar. — Vulg. om. *scilicet*. In seqq. *duas ss* exhibent Gu. 1. Sed scribendum est *duas s*. — Vulg. *Sed pro z ss ponebant* — Arev. va. 2. *duo ss.* — *duo s* pr. va. 1.
– 25. – 60. adde: vulg. *iste ipse*.
– 28. – 17. pro *ictu* Gu. 1. l. *ictu vulg.*
– 38. – 36. adde: *χρίσιμον vulgo*.
– 39. – 46. adde: *vulg. fuerunt*.
48. Scribe: *Sic scripsi e coniectura. Fortasse tamen defendi potest vulgata in liminari.*
55. pro *Persunnius* l. *Persannius*.
– 40. – 7. post *inveniuntur* adde: *vulg.*
33. dele numerum notae una cum linea.
– 41. – 59. dele verba: *et metrum id reiicit. Hoc verum est.*
– 43. – 68. pro *huiusnudi* l. *huiusmodi*.
– 49. – 43. adde post *idemloquium alii: Vulg. id est eloquium.*
– 51. – 32. post *Arev.* adde: *et vulg.*
– 53. – 56. dele verba: *unde locus sumptus est.*
– 55. – 49. pro *sint* l. *sit*.
– 61. – 65. dele verba: *sic va.*
– 62. – 7. pro *al.* lege: *vulg.*
11. – Particulas. Sic Gu. 1. l. *particulas* Gu. 1. — *quae* Gu. 1. 2.
40. pro *Saf'a* l. *Safa*.
– 63. – 58. pro *temperantius pr.* l. *temperantius vulg.*
– 64. – 24. adde post *in:* Vulg. *propheta*.
26. ita emenda: *Sic de coniectura Arevali scripsi. Timothee vulg. — Thymothees Gu. 1. — Cymothoe al. ap. Grial. De Phemonoe vide Fortunatian. in arte de dactyl.*

P. 65. not. 68. pro *Hinc om. Gu.* 1. scribe: *Hinc inde* vulg., sed *hinc* om. Gu. 1.
– 72. – 2. pro *fidem assertionibus facit Gu.* 1. l. *fidem assertionis facit* vulg.
– 74. – 2. adde: *vulg. exitus*.
– 77. – 54. adde: *dicit vulg.*
– 79. – 37. post *recepi* adde: *ex cod. cod.*
– 81. – 46. adde: *Locus est e Cic. pr. Milon.* 22, 89
– 86. – 14. adde: *vulg. quiet. et immob. sit.*
– 87. – 68. adde: *monstratur* vulg.
– 92. – 7. adde: *notata* vulg.
– 93. – 39. adde: *ergo* vulgata ubique exhibet.
50. adde: *directim* vulg.
– 94. – 11. post *Sic Gu.* 1. adde: vulg. *et* om.
– 96. – 4. adde: *vulg. rei profertur.*
30. adde: *vulg. honoris.*
– 98. – 13. post *vulg.* perge ita: *verba Latine generaliter om. Gu.* 1.
– 100. – 14. pro *collucationem* lege *collucutionem*.
18. adde post *Virg. v.* 84: vulg. *iuvasse*.
– 101. – 33. pro *faciem* l. *faciendam*.
– 103. – 26. adde post *disciplinis* ad extremum: *Gu.* 2.
29. adde: Vulg. *huiusmodi*.
– 104. – 32. pro *sequetur* l. *sequitur*.
– 105. – 45. post *al.* adde: vulg. *nescit*.
62. adde: vulg. *sic de aliis*.
– 111. – 48. adde: vulg. *secundum vero geom.*
– 115. – 32. adde: vulg. *dipondo*.
– 118. – 3. adde: Vulg. *vinnolata vox est levis et mollis.*
– 119. – 51. adde: vulg. *et argentea*.
65. adde: vulg. *barbita*.
– 124. – 13. adde: vulg. *parte*.
– 125. – 54. post *nox* adde *vulg.*
– 133. – 70. pro *Hesperus pro Hesperus* lege: *Hesperus pro Vesperus.*
74. Corrige ita: Locus Statii est Theb. VI, 289., ibique *deprenditur* legitur, quod recipiendum est.
76. adde: vulg. *dicti*.
– 134. – 8. adde: vulg. *quia in eius capite*.
– 135. – 57. adde post: *et cygnum:* vulg.

P. 135. not. 59. Praepone: *Sic Gu.* 1.
- 141. - 47. adde: *Eadem* vulg.
- 142. - 16. adde: *Vulg. apostemas.*
23. adde: vulg. *ἡπατικὴ.*
- 145. - 51. adde: vulg. *ad similitudinem.*
- 149. - 40. post *princ.* lege: *id est optimum.*
- 154. - 24. adde: vulg. *humana coerceatur audacia.*
- 159. - 44. adde: vulg. *in obligatione.*
50. post *apud Goth.* adde: *commodum* vulg.
- 162. - 20. dele *vulg.*
- 165. - 30. adde: vulg. *extendatur.*
- 170. - 26. pone: vulg. *vocatur*, sed *vocatum* exhibent Gu. 1.
- 182. - 49. adde: addit cod. Zitt.
- 192. - 2. adde: vulg. *eo quod ibi.*
3. pro *βιβλίου* l. *βιβλίον* et pro *θήμη* l. *θήκη.*
23. adde: vulg. *singulis.*
- 205. - 57. dele *at.*
- 230. - 35. adde: vulg. *per quae.*
- 232. - 17. adde: vulg. *quondam.*
- 242. - 17. adde: vulg. *signa.*
- 254. - 32. adde: vulg. *haec omnibus.*
- 258. - 20. adde: vulg. *id est Anom.*
- 264. - 13. post *ad eumque* adde *confer.*
- 268. - 22. et 23 ita coniunge et emenda: *Sic distinxit locum Arev. ex Aug. VII. de Civ. cap. ult. unde idem per parenthesin addit constat post genera.* Vulg. *a Persis dicitur* (*fertur* Z. Gu. 1.2. goth.) *allatum. Varro dicit, divinat. quat. esse gen., terram* etc.
- 271. - 26. adde: vulg. *inventiones*
- 286. - 4. adde: vulg. *Cithei.*
5. adde: vulg. *Scythia.*
- 287. - 60. post *tribus Iud.* adde *vulg.*
- 319. - 59. adde: vulg. *utrum istud aut illud.*
- 320. - 15. adde: vulg. *ad aerarium expensum.*
- 350. - 35. adde: vulg. *et duo semper.*
- 352. - 1. adde: *Vulg. om.*
- 355. - 42. adde: Locus Ciceronis est in Verr. V, 42, 110.
- 361. - 59. adde: vulg. *πνεύμονα.*
- 364. - 14. adde post *egreditur:* Gu. 2.
- 368. - 2. lege: *apud Daehnium.*
8. adde: vulg. *unde et hon. funct.*
- 369. - 27. dele: *etc., ut vulg.*
- 370. - 17. adde: vulg. *unum oculum in media fronte habere perhibentur.*
- 387. - 44. adde: vulg. *pro geniis lucorum erant.*
- 389. - 67. adde: vulg. *Amphisibaena.*
72. adde: vulg. *excrescant.*
- 391. - 34. adde: vulg. *admodytes.*

P. 395. not. 53. pro *Gu.* 1. 2. scribe: *vulgo.*
- 398. - 24. pro *et* l. *cum.*
- 400. - 32. adde: vulg. *fungiis.*
- 401. - 48. pro *al.* scribe *vulg.*
61. adde: vulg. *incolae.*
- 416. - 1. adde: vulg. *arcticus.*
8. adde: vulg. *τροπικὸς θερινός.*
- 437. - 47. adde: vulg. *a filio Cham dicta est.*
- 439. - 73. post: *versus Homeri est* dele literam *δ* et scribe Il. XX, 215.
- 443. - 52. adde: vulg. *argentoque.*
- 455. - 51. dele lineam post *vv.*
- 462. - 7. pro *Chasluim* l. *Chasloim.*
- 464. - 13. dele verba: *altera forma pro cassis, is.*
- 469. adde post *habitatoribus: vulg.*
- 484. not. 15. adde: vulg. *et intus.*
20. lege: Arev. *quia septentrio. — Z. Gu. 2. va. Cardo est, qui est a sept.*
- 486. - 9. adde: vulg. *quod aratores candet. voc.*
- 488. - 28. adde: vulg. *et in aquis.*
37. adde: vulg. *quia.*
- 489. - 47. adde: vulg. *in Iudaea de lacu Asphalt.*
77. adde: vulg. *cum lunae noctibus.*
- 490. - 39. adde: vulg. *vim habeat ad stringendum.*
- 491. - 54. adde: vulg. *cavatae.*
- 492. - 9. pro *nat. refrig. Gu.* 1. lege *nat. refrig.* vulg.
21. pro: vulg. *tactu frig.* Z — *frigida actus* lege: Vulg. *tacta frigid.* — Z. *frigida actu.*
- 493. - 59. pro *non del. scripta* vulg. lege: *non del. scripta* Gu. 2.
- 499. - 37. altero loco scribe pro *Gu.* 1. 2.: *vulg.*
- 501. - 74. adde: vulg. *perspicuus est atque gratus.*
- 512. - 31. adde: vulg. *exscindat.*
- 531. - 55. adde: *a fungis nomine accepto* vulg.
- 542. - 42. adde: vulg. *foliis.*
- 545. - 71. adde: vulg. *σχινάνθος.*
- 551. - 59. adde: vulg *quercubus.*
77. adde: vulg. *Capillus Veneris vocatus.*
- 553. - 49. adde: vulg. *Pilogonos.*
63. adde: vulg. *nepeta.*
- 565. - 62. post Gu. 1. dele lineam.
- 583. - 67. pro *ab* lege *apud.*
- 584. - 27. adde post *Arev.: laxantque* vulg.
- 586. - 2. post *mendicium* adde: *vulg.*
- 611. - 47. adde: *Om. Gu.* 1. 2.
- 616. - 12. emenda hoc modo: *compositione Z.* — Graeca *ἀπὸ τοῦ ποτοῦ* scripsi e Gu. 1. 2. 3. 4. pro vulg. *συμπόσιον.* Cetera dele.
- 618. - 11. dele verba: *ut posuimus etiam*, et pro *quam* l. *quum.*
- 629. - 64. adde post *de vita sua: vulg.*

INDEX I.
SCRIPTORUM AB ISIDORO CITATORUM.

Crucis signum (†) significat locum nondum esse editum. — v. l. (varia lect.) et signum (?) significat dubium esse an locus idem intelligatur, qui significatus est.

A.

Aelius Stilo X, 159.
Afranius XII, 6, 60. 8, 16.
in *Rosa* XX, 2, 24.
Ambrosius de fide I, 4. XI, 3, 35.
Apuleius de Deo Socrat. p. 50. ed. Elmenh. VIII, 11, 100.
Aristoteles I, 1, 3. 6, 1. 27, 1. VIII, 9, 1. XI, 3, 9.
Atta in Satyra VI, 9, 2.
Augustinus de Civ. D. XXI, 4. XVI, 4, 2.
Augustus in epistola ad filium I, 24, 2.

C.

†. *Caecilius* X, 40. XIX, 4, 5.
†. *Caesar* (de Analogia?) XI, 2, 33.
Calvus in Vatinium II, 21, 30.
Cato XV, 2, 3.
de *innocentia sua* XX, 3, 8.
Catullus I, 1. VI, 12, 3.
Cicero de *Orat.* I, 43, 194 (?). V, 27, 4.
de *Invent.* I, 8. II, 5, 11.
9, 12. II, 9, 18.
28, 42 (var. l.). II, 29, 15.
Topica 7, 32. II, 29, 8. XIV, 8, 41.
8, 35 (v. l.). I, 28, 1.
in *Verrem* I, 19. XIV, 6, 23.
IV, 24. in. II, 30, 5.
V, 42, 110. XI, 1, 61 (v. l.).
Divin. in Caecil. 1. init. II, 21, 27.
Cicero in Catilin. I, 3, 8. II, 21, 6.
4, 9. II, 21, 19.
5, 10. II, 21, 6.
11, 27. II, 13, 1. 21, 45.
II, 1, 1 (v. l.). I, 35, 16.
2. II, 9, 11.
11, 25. II, 21. 5.
III. init. II, 21, 40.
4. XI, 1, 67.
pr. *Milon.* init. II, 18, 2.
16. in. (v. l.) II, 9, 13.
44. (v. l.) II, 30, 9.
22, 59. II, 21, 12.
89. II, 21, 12.
27, 72. II, 21, 31.
29, 79. II, 9, 10.
pr. *Ligar.* 6, 19. II, 21, 7.
7, 22. V, 24, 32.
pr. *Flacc.* init. (?) II, 21, 29.
31, 76 (v. l.). XII, 7, 35.
in *Pison.* 9, 19 (v. l.). II, 30, 14.
pr. *Sext.* 35, 77. XII, 6, 60.
Philipp. II, 1, 1. II, 9, 12.
44, 113 (v. l.). II, 29, 13.
IV, 3. II, 21, 11.
VIII, 1, 3. XVIII, 1, 7.
pr. *Cluent.* 53, 146 (v. l.). II, 29, 13.
pr. *Deiot.* 5, 15 (v. l.). II, 30, 10.
pr. *Marcell.* (?) V, 27, 26.
8 (v. l.). II, 30, 2.
pr. *Scaur.* §. 7. p. 139. ed. Beier. XII, 2, 21.
45. p. 209. XIX, 23, 5.
in toga candid. XIX, 24, 6.
Cicero Tuscul. I, 5. X, 172.
de *Republ.* II, 9. X, 155. 209.
III, 23, 35. 18. XVIII, 1, 2. 3.
de *Nat. Deor.* II, 28, 72. X, 234. 244.
Oecon. fragm. (ed. Orell. Vol. IV. P. II. p. 472.) X, 4, 33.
Prognost. (I. de Divin. 8, 14 v. l.). XII, 7, 37.
Fragm. Varr. ap. Orell. Vol. IV. P. II. p. 581. IV, 1. X, 223.
Poeticum Vol. IV. P. II. p. 572. XIX, 1, 20.
(?) de Invent. II, 31, 1. 6.
Cinna VI, 12, 12. XIX, 2, 9. 4, 7. 33, 3.
Claudianus (?) I, 36, 4.
Clemens VIII. Recognit. III, 50, 2.

D.

Donatus I, 6, 1. 32, 4. 36, 1. II, 21, 1.
Dorcatius XVIII, 69.
Dracontius XII, 2, 22.
I, 515. XII, 2, 37.

E.

Ennius I, 25, 2. 33, 13. 35, 14. X, 270. XI, 1, 109. XVII, 9, 97. XVIII, 36. XIX, 1, 22. 2, 4. 12. 14.
Eratosthenes IX, 2, 75.
Eusebius Caesariensis VI, 6, 1.

F.

Flaccus XIX, 32, 6.

G.

Galenus περὶ τῆς σωτηρίας XX, 2, 37.
Gracchus II, 21, 4.
in *Maenium* XIX, 32, 4.

H.

Hieronymus VI, 2, 21.
in vita Pauli Eremitae XI, 3, 21.
Onomast. sacror. locor. XIII, 21, 10.
de virginit. consen. XX, 3, 2.
Epist. ad Rustic. 4. II, 21, 24.
Historicus incertus I, 33, 8. XIX, 1, 21.
Homerus Il. 5, 401. XVII, 9, 48.
20, 215. XIV, 3, 41.
Horatius Od. I, 16, 19. XV, 2, 4.
II, 18. in. XV, 8, 6. XIX, 12.
III, 18, 1. VIII, 11, 104.
IV, 5, 23 (v. l.). XI, 2, 14.
Epod. I, 1. XIX, 1, 12.
II. in. I, 38, 24.
XII. in. XVI, 5, 19.
Sat. I, 6, 104. XX, 12, 4.
Epist. I, 1, 60. IX, 3, 4.
2, 56. X, 9.
26. XII, 1, 25.
17, 25. XIX, 24, 11.
Art. Poet. 220. VIII, 7, 5.
Hortensius XI, 1, 61.
Hyperides (?) II, 21, 9.

I.

Interpretes LXX. XV, 1, 33.
Iosephus III, 24, 1. VI, 2, 21. IX, 2, 35.
Iuvenalis Sat. II, 124. XIX, 31, 12.
VI, 88. XIX, 31, 12.
589. XVIII, 7, 8.
X, 153. XIV, 8, 13.
XII, 34. XII, 2, 21.
XIII, 83. XV, 5, 4.
93. III, 21, 12.
XIV, 139 (v. l.). I, 35, 11.

L.

Livius Poeta XIX, 4, 9.
Histor. IX, 2, 63.
XXXII, 32. VIII, 11, 48.
Lucanus I, 7. XVIII, 3, 2. 7, 9.
62. XV, 7, 4.
177. XVII, 7, 36.
198. XVIII, 7, 8.
205 (v. l.). I, 36, 33.
296. IX, 3, 50.
382. X, 179.
396. IX, 2, 94.
555 (v. l.). XIV, 8, 17.
563. XI, 3, 6.
II, 51 (v. l.). IX, 2, 98.
54. IX, 2, 89.
150. 151. III, 1, 4.
271. XIV, 8, 9.
III, 220. I, 3, 5.
236. XIII, 21, 12.
IV, 58. III, 70, 29.
106. III, 40.
108. XX, 10, 1.
V, 428. XIX, 3, 4.
490. XII, 4, 10.
554. XII, 7, 21.
716. XII, 7, 14.
VI, 427. VIII, 9, 2.
457. VIII, 9, 10.
689. XII, 7, 42.
VII, 819. XVI, 26, 14.
VIII, 227 (v. l.). XIII, 21, 12.
IX, 614. XII, 4, 42.
711. XII, 4, 24.
712. XII, 4, 26.
714. XII, 4, 30.
717. XII, 4, 19.
719. XII, 4, 20.
720. XII, 4, 25. 29.
721. XII, 4, 27.
722. XII, 4, 16.
723. XII, 4, 31.
737. XII, 4, 32.
X, 201. III, 65, 3.
Lucilius I, 32, 5. 35, 3. XV, 8, 6. XIX, 4, 10. 7, 2. 12. 30, 1. XX, 6, 1. XVIII, 7, 7 (ubi vide not. 20. p. 566.).
Lucretius I, 56. VIII, 3, 7.
214. XX, 14, 1.
715. XIII, 10, 4.
Lucretius II, 151. XIII, 20, 3.
IV, 133 (v. l.). XIII, 4, 3.
416. XV, 16, 6.
1123 (v. l.). IX, 5, 3.
incerto loco XIV, 1, 3.
V, 503. XIII, 11, 17.
517. XX, 15, 1.
745. XIII, 11, 5.
903. I, 39, 4.
1035. XII, 2, 6.
1278. XVI, 20, 1.

M.

Macer XII, 4, 24. 7, 19.
Martialis Epigr. XII, 100. XIII, 21, 54.
XIII, 24. XVII, 7, 5.
49. XII, 7, 73.
70. XII, 7, 48.
72. XII, 7, 49.
94. XII, 1, 22.
XIV, 42. XX, 10, 3.
54. XX, 14, 4.
58. XVI, 2, 8.
73. XII, 7, 24.
76. XII, 7, 46.
121. XX, 4, 13.
Martius vates VI, 8, 12.
Monatius X, 186.

N.

Naevius V, 26, 17. XII, 1, 30. XIV, 8, 37. XIX, 22, 20.
Nigidius XI, 1, 72. XX, 2, 10.

O.

Orator incertus I, 35, 12. II, 21, 28. 34. 36. 43.
Ovidius Heroid. V, 149 (v. l.). II, 21, 25.
Art. Am. II, 24. XI, 3, 38.
Metam. I, 19. I, 35, 21.
84. XI, 1, 5.
II, 53. II, 21, 26.
246. XIII, 21, 23.
III, 79. I, 34, 6.
V, 341. XVII, 3, 1.
461. XII, 4, 38.
849. XII, 7, 39.
X, 93. XVII, 7, 39.

Ovidius Metam. XII, 464 (v. l.). XI, 2, 25.
XV, 369. XI, 4, 3.
398. XII, 4, 48.
Fastor. III, 377. XVIII, 12, 3.
IV, 291. VIII, 11, 68.

P.

Pacuvius XIII, 21, 2.
Palladius VIII, 2. XVII, 10, 8.
Paulinus ad Nicetam 17, 243. IX, 2, 90. 91.
Paulus Sentent. V, 8. V, 24, 30.
Persius I, 42. XVII, 7, 33.
113. XII, 4, 1.
II, 51. XX, 5, 3.
III, 11. I, 36, 7.
10. VI, 11, 4.
56. I, 3, 7.
84 (v. l.). I, 35, 17.
IV, 2. XVII, 9, 71.
13. I, 23, 1.
V, 181. XX, 10, 2.
Petronius Satyr. c. 68. II, 21, 19.
Petronius Iurisconsultus (?) V, 26, 7.
Plato I, 1, 3.
Plautus incertis locis I, 36, 9. V, 26, 17. IX, 3, 64. XV, 3, 2. XIX, 5, 2. 24, 1. XX, 8, 1.
Asin. III, 1, 15. XIX, 2, 13.
Mil. Glor. III, 1, 33. XX, 11, 7.
Epid. II, 3, 35. X, 277.
Poenul. I, 2, 135. XIX, 31, 2.
Cistell. IV, 6, 62 (v. l.). XII, 5, 9.
Mostell. III, 1, 114. XVI, 25, 22.
Plinius Hist. Nat. VIII, 4. XII, 2, 28. 16, 17. XII, 2, 9. 11.
XXXII, 1. XII, 6, 45.
incertis locis XII, 2, 20. 4, 43. 6, 63.
Poetarum incertorum versus I, 3, 8. 17, 3. 33, 4. 35, 13. 36, 3. 4. II, 21, 16. III, 38. V, 26, 10. IX, 2, 40. X, 264. XI, 2, 11. 29. XVII, 7. 26. — Poetae versus ex parodia Virg. Ge. I, 299. II, 21, 22.
Propertius IV, 1, 13. XVIII, 4, 1.
Prudentius I. contra Symmach. 90. VIII, 9, 8. — 363. VIII, 11, 58.
περὶ στεφαν. IV, 25. XIX, 33, 3.
Publius XIX, 23, 2.

R.

Rutilius Rufus de vita Scipionis XX, 11, 4.

S.

Salustius Catil. 6. IX, 4, 10. XV, 1, 1. — 11, 3 (v. l.). X, 9.
Iug. 8. XIII, 8, 6.
Histor. II, 1. XIV, 7, 1.
III, 41. XVIII, 12, 6.
IV, 35. XIII, 18, 5.
Fragmm. Inc. 7. ed. Gerl. XI, 1, 133.
13. XVIII, 2, 7.
15. XIX, 24, 9.
18. XIII, 18, 3. XIX, 23, 4.
25. IX, 3, 22.
26. XIV, 1, 2.
194. XIII, 21, 10.
198. XVIII, 2, 1.
220. XIV, 6, 34.
221. XIII, 18, 3.
Fragm. ap. Gerl. non inventum XIV, 7, 4.
P. Scipio Africanus II, 21, 4 (bis.).
Sedulius prolog. XX, 4, 5.
I, 115. XII, 1, 11.
Septuaginta interpretes XV, 1, 33.
Statius Theb. I, 363. XIV, 8, 37.
VI, 239. III, 70, 19.
289. III, 70, 19.
Stesichorus XVIII, 27, 2.
Suetonius VIII, 7, 1. 2. XII, 1, 14. XVIII, 2, 3. 6, 8.

T.

Terentianus Maurus IV, 1592. I, 38. 13. 14.
Terentius X, 244.
Andr. I, 1, 40. I, 35, 3.
41. II, 9, 12. 11, 1. 21, 14.
3, 13. II, 30, 5.
III, 4, 2 (v. l.). II, 30, 12.
IV, 1, 24. X, 199.
Eun. II, 3, 66. XI, 2, 28.
III, 2, 24. X, 243.
IV, 5, 6. I, 36, 9.
Hecyr. prol. II, 3 (v. l.). XI, 2, 25.
Adelph. III, 3, 43. XI, 1, 47.
Titianus IX, 2, 64.
Turpilius XIX, 4, 3.

V.

Valgius XIX, 4, 8.
Varro I, 3, 1. 26, 15. 37, 1. IV, 8, 13. 11, 5. VIII, 6, 21. 7, 3. IX, 2, 74. X, 185. XI, 1, 51. 97. XIII, 1, 2. 18, 2. XIV, 6, 18. 33. 36. 9, 2. XV, 1, 63. 13, 6. XVII, 7, 57. 58. 9, 95. XVIII, 16, 2. 50. XX, 10, 1.
in novem disciplinarum libris II, 22, 2.
de vita populi Romani XX, 11, 9.
Verrius Flaccus XIV, 8, 33.
Victorinus II, 9, 14. *de syllogismis hypotheticis* II, 28, 25.
Virgilius Eclog. I, 67. IX, 2, 102.
81. I, 35, 5.
II, 32. III, 20, 8.
63. X, 269.
III, 64. XVII, 7, 3.
71. I, 36, 22.
90. I, 36, 30.
92. X, 154.
IV, 4. VIII, 8, 5.
10. III, 70, 2.
42. XVII, 9, 98.
44. XIX, 28, 8.
VIII, 13. XVII, 9, 22.
44. IX, 2, 125.
55. I, 35, 7.
IX, 30 (v. l.). XIV, 6, 42.
42. XVII, 7, 51.
45. I, 38, 3.
Georg. I, 7. I, 36, 12.
47. XV, 13, 8.
75. XVII, 4, 7.
78. XVII, 9, 31.
93. XIII, 10, 8.
153. XVII, 9, 106.
178. XX, 14, 9.
187. XVII, 7, 23.
267 (v. l.). XV, 6, 4.
299. VI, 8, 11. XVII, 2, 6.
309. XIV, 6, 44.
388. XII, 7, 44.
470. I, 36, 12.
II, 1. I, 33, 6.
12. XVII, 7, 74.
68. XVII, 7, 32.

Virgilius Georg. II, 112. XVII, 7, 50.
117. IX, 2, 14.
126. XVII, 7, 8.
131. I, 36, 6.
299. II, 21, 23. VI, 8, 11.
325. VIII, 11, 70.
402. V, 36, 1.
430. XIV, 8, 32.
448. XVII, 7, 16. 40.
III, 1. XVII, 3, 19.
103. XVIII, 34, 1.
231. XVII, 9, 102.
344. I, 35, 19.
474. XIV, 8, 18.
IV, 1. XX, 2, 36.
124. XVII, 7, 50.
168. XII, 8, 3.
169. XVII, 9, 12.
255. XI, 2, 35.
289. XIX, 1, 17.
Aen. I, 3. I, 34, 6.
11. II, 21, 15.
62. XIV, 9, 4.
73. 74. XVIII, 2, 7.
107. I, 36, 21.
110. XIII, 18, 6.
113. I, 33, 11.
129. II, 30, 9.
135. II, 21, 35.
140. I, 36, 23.
148. I, 36, 35.
159. I, 35, 18.
165. I, 35, 18.
180. XVII, 6, 26.
184 (v. l.). I, 36, 22.
252. X, 12, 21.
254. I, 34, 6.
257. X, 242. II, 21, 18.
263. I, 33, 14.
288. IX, 3, 13.
301. I, 36, 5.
374. V, 31, 5.
383. X, 62.
387 (v. l.). I, 36, 15.
407. XVII, 9, 80.
412. I, 36, 19.
425. XV, 2, 3.
453. XVI, 20, 11.
475. I, 36, 11.
489. V, 31, 14.
499. I, 34, 4.
546. I, 33, 9.

Virgilius Aen. I, 553. I, 35, 5.
579. I, 33, 5.
597. II, 4, 6.
605. II, 4, 6.
607. II, 4, 6.
643. I, 36, 18.
653. XIX, 24, 10.
697. XVII, 9, 14.
712. XX, 1, 3.
727. XX, 1, 3.
728. XX, 5, 3.
744. III, 70, 12.
II, 16. I, 17, 4.
20. I, 35, 6.
27. I, 35, 5.
30. IX, 3, 59.
234. XV, 2, 18.
250. V, 31, 3. XIII, 1, 5.
256. I, 36, 13.
262. II, 20, 4.
311. I, 36, 8.
348. I, 36, 20.
417. V, 31, 4.
502. X, 100.
547. I, 36, 29.
719. XIII, 21, 1.
III, 30. X, 102.
57. II, 21, 16.
61. I, 35, 22.
75. I, 36, 16.
109. XV, 2, 3. IX, 3, 41.
127. X, 154.
144. IX, 2, 82.
157. I, 35, 8.
183. I, 35, 14.
243. X, 211.
389. XIV, 6, 35.
409. I, 34, 2.
423. I, 36, 21.
484. XIX, 22, 22.
520. XIX, 3, 1.
556. III, 19, 2.
619. I, 36, 11.
662. I, 36, 17.
669. X, 216.
677. X, 269.
IV, 11. 12. 13. IX, 7, 28.
13. II, 30, 12.
41. X, 136.
42. IX, 2, 107.
68. XIII, 10, 8.
73. XVII, 9, 29.

Virgilius Aen. IV, 136. I, 33, 10.
137. XIX, 33, 8.
174. V, 27, 26.
223. X, 158.
367. XIV, 3, 33.
373. II, 21, 15.
381. II, 21, 18.
453. XI, 1, 46.
483. IX, 2, 123.
487. VIII, 9, 6.
511. VIII, 11, 57.
558. II, 21, 40.
568. I, 36, 2.
569. II, 30, 6. XVIII, 15, 9.
584. I, 36, 15.
660. I, 35, 10.
687. XII, 6, 54.
V, 20. XIII, 7, 2.
157. I, 36, 6.
199. XIV, 8, 21.
208. VIII, 7, 2. XVIII, 7, 3.
273. XV, 16, 7.
287. I, 33, 4.
407. I, 36, 11.
588. II, 21, 25.
683. IV, 6, 18.
817. I, 36, 10.
VI, 19. I, 36, 5.
86. XVIII, 1, 9.
119. I, 36, 35.
160. VI, 8, 3.
204. XVI, 18, 1.
365. II, 21, 18.
411. XIX, 2, 5.
412. XV, 6, 8. XIX, 2, 2.
526. I, 35, 14.
631. X, 110.
646. III, 21, 4.
773. I, 34, 4.
781. XV, 1, 1.
VII, 83. I, 17, 6.
133. VI, 19, 32.
162. IX, 3, 37.
188. XVIII, 12, 3.
266. IX, 3, 19.
354. XIII, 7, 1.
363. II, 30, 7.
519. XVIII, 4, 4.
637. XVIII, 4, 5.
732. XVIII, 12, 5.
741. XVIII, 7, 7.
759. I, 35, 9.

Virgilius Aen. VII, 817. XVIII, 7, 11.
VIII, 113. II, 21, 16.
147. II, 30, 11.
232. X, 101.
313. XV, 1, 1. 55.
364. II, 21, 20.
405. I, 36, 15.
430 (v. l.). XIII, 11, 22.
446. XVI, 21, 1.
526. XVIII, 4, 2. III, 20, 3.
560. II, 21, 18.
641. XVIII, 1, 11.
660. IX, 2, 104.
666. XX, 12, 4.
IX, 1. I, 34, 5.
26. I, 34, 4.
76. I, 36, 9.
95. II, 30, 8.
223. II, 21, 15.
231. I, 34, 3.
503. III, 19, 2. XVIII, 4, 4.
535. IX, 3, 21.
549. I, 36, 15.
582. XIX, 28, 6.
609. I, 33, 12.
747. XVIII, 7, 10.
X, 13. XIV, 8, 13.
81 (v. l.). II, 30, 13.
88. I, 19, 18.
142. XIII, 21, 21.
149. I, 35, 4.
289. XIII, 18, 6.
314. XVIII, 33, 1. I, 29, 2.
333. II, 30, 7.
370. IX, 3, 22.
394. I, 34, 6.
581. II, 30, 8.
XI, 218. X, 211.
588. X, 158.
644. XVIII, 5, 2.
XII, 161 et 169. I, 35, 2.
898. XVIII, 15, 4.
903. I, 35, 15.

SCRIPTURAE SACRAE LOCI.

A. *Testamentum Vetus.*

Amos 2, 13. VII, 1, 40.
Aggai. 2, 8. VII, 6, 64.
Cantic. Canticor. I, 10. XIX, 31, 14.
VI, 19, 44.
Daniel. 3, 94. XIX, 23, 2.
7, 10. VII, 5, 20.
10, 13. VII, 5, 28.
Deuteron. 6, 14. VIII, 5, 68.
15, 12. IX, 6, 18.
33, 6. I, 33, 7.
Ecclesiast. 24, 19. XVII, 7, 37.
33, 15. II, 21, 5.
50, 17. VI, 19, 32.
Exod. 3, 14. VII, 1, 11.
8, 19. VII, 6, 44.
26, 1. XIX, 26, 9.
31, 18. VII, 3, 21.
incert. loc. XV, 1, 33.
Ezech. 1, 1. VII, 8, 2.
3, 17. VII, 8, 16.
9, 4. I, 3, 9.
40, 5. XV, 15, 3.
Genes. 1, 3. IX, 1, 11.
5. V, 30, 3.
6. 8. VII, 5, 30.
10. XIV, 1, 2.
28. IX, 7, 27.
31. VIII, 5, 50.
2, 7. XI, 1, 4.
18. IX, 7, 27.
23. XI, 2, 20.
28. IX, 7, 27.
3, 1. XII, 4, 43.
4, 24. VII, 6, 10.
5, 29. VII, 6, 15.
13, 8. IX, 6, 8.
16, 11. VII, 6, 32.
17, 5. VII, 7, 2.
16. VII, 6, 29.
22, 12. VII, 8, 35.
27, 36. VII, 7, 5.
29, 32. VII, 7, 7.
33. VII, 7, 8.
34. VII, 7, 9.
35. VII, 7, 10.
30, 8. VII, 7, 13.
11. VII, 7, 14.
18. VII, 7, 11.
20. VII, 7, 12.
32, 30. VII, 7, 6.
Ierem. 1, 5. VI, 2, 36. VII, 8, 32.
7. XI, 2, 5.
51, 14. VII, 1, 36.
Iesai. 6, 1. VII, 8, 34.
Iesai. 9, 6. VII, 2, 34. XI, 2, 11.
45, 7. VIII, 5, 49.
52, 7. VII, 8, 13.
63, 4. VIII, 5, 68.
66, 5. IX, 6, 10. — incert. loc.
XIX, 25, 6.
Iob 1, 1. IX, 2, 4.
3, 3. VI, 2, 14.
21, 33 (?). XIV, 9, 7.
38, 2. VII, 8, 15.
3. XI, 1, 98.
42, 6. VI, 2, 14.
Ion. 2, 3. XII, 6, 8.
Iud. 14, 14. I, 36, 26.
Malach. 1, 1. VII, 8, 22.
Psalm. 1, 4. XVI, 1, 1.
30, 8. XVII, 7, 53.
33, 21. XIX, 1, 10.
68, 12. VIII, 11, 91.
80, 2. VII, 5, 26.
4. VII, 1, 37.
81, 4. III, 20, 3. VI, 18, 11.
7. XX, 9, 9.
82, 6 (?). V, 24, 3. VII, 4, 10.
102, 28. VII, 7, 39.
104, 6. VII, 1, 39.
25. XIII, 6, 2.
113, 4. VII, 1, 9.
114, 16. VII, 1, 22.
133, 1. IX, 6, 10.
139, 8. VII, 1, 39.
incert. loc. XIII, 4, 3.
Proverb. 1, 5. XIX, 1, 8.
6, 13. I, 25, 2.
8, 15. IX, 3, 19.
9, 1. VIII, 1, 3.
14, 17. X, 157.
31, 22. XIX, 26, 1.
Regg. I, 6, 1. VII, 8, 12.
9, 9. VII, 7, 16.
17, 24. VII, 8, 19.
18, 39. VII, 8, 4.
II, 9, 36. VII, 6, 78.
III, 10, 16. 17. XVIII, 12, 4.
Ruth. 1, 16. VII, 6, 58.
Samuel incert. loc. XVI, 6, 2.
Sophon. 3, 4. X, 191.
Zachar. 2, 3. VII, 5, 7.
9, 9. VI, 18, 13.
incert. loc. VI, 2, 31.

B. *Testamentum Novum.*

Acta Apostol. 2, 2. VII, 3, 22.
4, 27. VII, 2, 3.
9, 4. VII, 8, 35.
13, 2. VII, 9, 9.
22, 3. XVI, 1, 38.
Apocalyps. 2, 6. VIII, 5, 5.
10. VIII, 11, 18.
19, 6. VI, 19, 21.
Corinth. I, 1, 23. VII, 2, 40.
2, 8. VII, 2, 49.
3, 10. XIX, 8, 1.
7, 9. IX, 2, 27.
8, 6. VII, 4, 10.
12, 2. VIII, 10, 4.
21. Epistol. Isidor. IV. p. 9.
15, 9. VII, 9, 10.
II, 11, 20. XII, 7, 55.
5, 17. VI, 1, 1.
Ephes. 6, 15. VII, 6, 60.
Hebr. 9, 17. V, 24, 2.
Evang. Iohann. 1, 10. XIII, 1, 1.
18. VII, 1, 23.
4, 24. VIII, 15, 32.
7, 38. 39. VII, 3, 27.
10, 18. XI, 1, 9.
30. VII, 2, 46, XI, 1, 9.
13, 1. VII, 17, 11.
5. X, 218.
16, 12. 13. VII, 3, 7.
27. VII, 2, 35.
19, 30. XI, 1, 9.
21, 6. VII, 9, 5.
1. *Epist. Ioh.* 2, 27. VII, 3, 30.
Luc. 1, 5. VI, 2, 17.
72. VII, 8, 30.
3, 8. IX, 5, 15.
11, 20. VII, 3, 21.
23. VIII, 1, 2.
18, 12. VI, 19, 68.
Marc. 1, 11. IX, 1, 11.
12, 29. VII, 4, 10.
Matth. 1, 1. VI, 2, 35.
21. VII, 2, 8.
5, 4. VII, 3, 11.
38. V, 27, 24.
7, 7. Praef. Epist. Isidor. IV. p. 7.
9, 15. VII, 3, 11.
10, 16. VII, 3, 22.
16, 18. VII, 9, 2.
27, 9. VII, 9, 20.
24. VIII, 10, 8.
44. I, 35, 6.
28, 19. VI, 19, 45.
Roman. 1, 8. VIII, 1, 2.
3, 9. IX, 6, 8.
8, 9. VII, 3, 9.
15. VII, 13, 5.
9, 20. XX, 4, 2.
13, 10. VIII, 2, 6.
1. *Thessal.* 5, 17. VI, 19, 60.
1. *Timoth.* 3, 15. VII, 1, 3.
6, 16. VII, 1, 19.
Incerti bibliorum loci III, 4, 1. VII, 12, 30.

INDEX II.

RERUM ET VERBORUM AB ISIDORO EXPLICATORUM.

A.

A I, 3, 4. 10. 4, 16.
Aaron VII, 6, 47.
Abactor X, 14.
Abactus X, 20.
Abacuc VII, 8, 14.
Abamita IX, 6, 25.
Abanith XIX, 21, 2.
Abavunculus IX, 6, 26.
Abavus IX, 6, 23. — *abavi pater* quomodo dicatur IX, 5, 9. 6, 23.
Abba VII, 13, 5.
Abdenago VII, 8, 25.
Abdias V, 39, 15. VII, 8, 17.
Abdo VII, 6, 55.
Abdon V, 39, 12.
Abel VII, 6, 8.
Abesan V, 39, 11.
Abia VII, 6, 69.
Abies XVII, 7, 32.
Abiuratio V, 26, 20.
Abimelech V, 39, 11. 14. VII, 6, 55.
Ablactatus X, 11.
Ablativus I, 6, 42.
Abmatertera IX, 6, 27.
Abnepos IX, 6, 23. — *abnepotis filius* quomodo dicatur IX, 5, 29.
Abneptis IX, 6, 23.
Abortivus X, 20.
Abraham V, 39, 8. VII, 7, 2.
Abram VII, 7, 2.
Abrotanum XVII, 11, 7.
Absalon VII, 6, 67.
Absida XV, 8, 7.
Absides XV, 8, 7.
Absinthium XVII, 9, 60.
Abstemius X, 11.
Abstracta quantitas II, 24, 14. III. praef.
Absyctos XVI, 11, 2.
Abydos XIII, 16, 3. XIV, 6, 17.
Abyssus XIII, 19. 20, 1.
Acacia XVII, 7, 29.
Academici VII, 6, 11.
Acanthis XVII, 9, 21.
Acanthus XVII, 9, 20. — *acanthina vestis* §. 21.
Acarnanii IX, 2, 4.
Acatium XIX, 3, 2.
Accentus I, 18, 1—10. 17, 1—5.

Accidentia II, 26, 13.
Accipiter XII, 7, 55. 56.
Accola X, 16.
Accubitus XX, 1, 2.
Accusativus I, 6, 40.
Accusator XVIII, 15, 7.
Acephali V, 39, 39. 40. VIII, 5, 66.
Acer adiect. X, 6. subst. XVII, 7, 41.
Acetum XX, 3, 9. *aceto montes rumpuntur* XIV, 8, 13.
Achab VII, 6, 77.
Achaei IX, 2, 73.
Achaia XIV, 4, 14. XV, 1, 48.
Achaicum mare XIII, 16, 7.
Achates XIV, 6, 34. XVI, 11, 1.
Achaz V, 39, 17. VII, 6, 73.
Achazeas VII, 6, 69.
Acherontea XIV, 9, 2.
Achias V, 39, 14.
Achivi IX, 2, 73.
Acidum XX, 3, 9.
Acies gladii XVII, 6, 2. pugnae IX, 3, 36. 37.
Acinus XVII, 5, 14.
Acitabulum III, 21, 11. XVI, 26, 5. XX, 4, 12.
Acolythi VII, 2, 29.
Acone XVII, 9, 25.
Aconita XVII, 9, 25.
Acorum XVII, 9, 10.
Acroceraunii montes XIV, 8, 6.
Acrozymus XX, 2, 15.
Actio finium regundorum V, 25, 11.
Actii Apollinis templum XV, 1, 61.
Activum I, 8, 8.
Actor IX, 4, 24. X, 2.
Actualia nomina I, 6, 25.
Actualis philosophia II, 24, 10. 16.
Actuariae naves XIX, 1, 24.
Actus in mensura XV, 15, 4. 5. 16, 13. — *apostolorum* VI, 1, 10. 2, 48.
Acus XIX, 31, 9. — *acu picta vestis* XIX, 22, 22.
Acutus morbus IV, 6, 1. — *accentus* I, 17, 2. — *acutae passiones* IV, 5, 7.
Acyrologia I, 33, 4. II, 20, 1.
Ad pro *apud* I, 26, 3. — *ad aliquid numerus* III, 6, 2. — *nomina ad aliquid aliter se habentia* I, 6, 19.
Adam V, 39, 2. VII, 6, 3.
Adamas XII, 1, 14. XVI, 13, 2. 3.
Adamiani VIII, 5, 14.
Adiectiones annuae lunares VI, 17, 29. 31.
Adiectiva nomina I, 6, 24.
Aditus XV, 7, 1.
Admirabile causae genus II, 8, 1.
Adnepos IX, 5, 69. 6, 23. — *adnepotis filius* quomodo dicatur IX, 5, 30.
Adneptis IX, 6, 23.
Adolescens XI, 2, 15. — *de Siculo litore ingredientes Africam classes videt* II, 12, 4.
Adolescentia XI, 2, 4.
Adolescentior XI, 2, 26.
Adonai VII, 1, 14.
Adoptivus filius X, 20. IX, 5, 20.
Ador XVII, 3, 6.
Adorea sacrificia XVII, 3, 6.
Adoreum XVII, 3, 6.
Adpatruus IX, 6, 21.
Adria XIII, 16, 6.
Adrianus V, 39, 29.
Adriaticum mare XIII, 16, 6. 7.
Adrumetus XIV, 5, 7.
Adulter X, 10.
Adulterium V, 26, 13.
Advena X, 15. IX, 4, 38.
Adverbium I, 6, 2. 9.
Aedes XV, 3, 2.
Aedificium XV, 3, 2. — *aedificiorum partes* XV, 8. XIX, 9, 10. — *instrumenta* XIX, 18. — *aedificia Moeniana* XV, 3, 11. — *publica* XV, 2. *sacra* 3. 4. *rustica* 12.
Aeger X, 12.
Aegeum mare XIII, 16, 5.
Aegophthalmos XVI, 15, 19.
Aegrotus X, 12.
Aegyptilla XVI, 11, 3.
Aegyptus rex IX, 2, 61. — *regio* XIV, 3, 27. — *Kam* dicta VII, 6, 17. — *Canopus* XII, 7, 26. — *Romanis subiecta* V, 39, 25.
Aegyptii IX, 2, 10. 60. *qua lingua usi sint* IX, 1, 5. — *picturam invenerunt* XIX, 16, 2. — *charta primi usi* VI, 10, 1. — *geometriam invenerunt* III, 10, 1. — *astronomiam invenerunt* III, 24, 1. — *mensis initium apud Aegyptios* V, 33, 2. — *Aegyptiorum regnum quando ortum* V, 39, 7. — *quomodo annum notaverint* V, 36, 2.
Aelatas X, 8.
Aemathites XVI, 4, 16.
Aemilius Paulus primus bibliothecam Romae instituit XI, 5, 1.
Aemulus X, 7.
Aenigma I, 36, 26.
Aenormis X, 14.
Aeoliae insulae XIV, 6, 36. 37.
Aeolica dialectus IX, 1, 5.
Aeolides IX, 2, 34.
Aeolistae IX, 1, 5.
Aequaevus X, 7.
Aequalis numerus III, 6, 3.
Aequimanus X, 21.
Aequinoctium III, 43, 3. V, 34, 1. 3.
Aequitas X, 7.
Aequor I, 26, 6. XIII, 12, 1. 14, 2. XX, 3, 1.
Aequus X, 7.
Aer XIII, 7, 1. — *non est anima* XI, 1, 8. — *in homine quid sit* XI, I, 16.
Aera V, 36, 4.
Aeranes XIII, 1, 53.
Aerarium XV, 5, 3. XVI, 18, 5. *Saturni* ibid. §. 4.
Aeria i. e. *Aegyptus* XIV, 3, 27.
Aerii qui IX, 2, 60.
Aeromantia VIII, 9, 13.
Aeros X, 2.
Aerugo XVI, 20, 14. 21, 5.
Aerumnosus X, 12.
Aes XVI, 18. 20. — *aeris flos* XVI, 2, 9. 20, 13. — *signatum, factum, infectum, grave.* XVI, 18, 3. 13.
Aesculapius medicinam invenit IV, 3, 1. VIII, 11, 3.
Aesculus XVII, 7, 28.
Aesopicae fabulae I, 39, 1. 2.
Aestas V, 35, 4. *nova, adulta, praeceps* ib. §. 3. unde fiat V, 49.
Aestiva loca XIV, 8, 37. — *aestivum solstitium* V, 34, 2.
Aestuaria XIII, 18, 1.
Aestus XIII, 17. 18, 1.
Aetas V, 38, 3. 5. *mundi* V, 38. 39. — *aetates hominis* XI, 2. — *aetas gravis* XI, 2, 6. — *seniorum* ib. — *aetatis gradus* ib. §. 1.
Aether XIII, 5, 1.

Aethiopes IX, 2, 10. 39. 127. VII, 6, 21.
Aethiopia XIV, 5, 14—17. *Aethiopiae gens in occidentali plaga* IX, 2, 19.
Aetiani VIII, 5, 38.
Aetiologia II, 21, 39.
Aetna XIV, 3, 46. 6, 32. 8, 14.
Aetites XVI, 4, 22. 15, 19.
Aetius haereticus VIII, 5, 38. 39.
Aevum V, 38, 4. IX, 5, 9.
Afer IX, 2, 115. XIV, 5, 2.
Affinitates IX, 5.
Affirmatio II, 27, 6.
Affluentia XX, 2, 3.
Afratum XX, 2, 29.
Afri IX, 2, 2. 115. — *eorum natura* §. 105. — *pro uno l duo enunciabant* I, 31, 8.
Africa IX, 2, 115. XIV, 2, 2 et cap. 5. *Africa a Scipione victa* V, 39, 23. — *Africa vera* XIV, 5, 8. — *Africae fontis ad Ammonis templum vis* XIII, 13, 8.
Africus ventus XIII, 11, 9.
Agar VII, 6, 30.
Agareni IX, 2, 6. 57.
Agaricum XVII, 9, 4.
Agea XIX, 2, 4.
Agenor XIV, 4, 1.
Ager XV, 13. *eius genera* §. 6—15. *fines* c. 14. — *mensurae* 15. — *divisio* 13, 6. — *cultura* XVII, 2. — *ager stadialis* XV, 15, 6.
Agger XV, 9, 3. 16, 7.
Aggeus VII, 8, 21.
Agialei IX, 2, 71.
Agialius IX, 2, 71.
Agilis X, 6.
Agiographorum ordo VI, 1, 7.
Agitator XVIII, 33, 3.
Agmen IX, 3, 64.
Agna in mensura XV, 15, 5.
Agnati IX, 6, 1.
Agnoitae VIII, 5, 68.
Agnomen I, 6, 4.
Agnus XII, 1, 12.
Agon XVIII, 25. 26.
Agrantes XIX, 19, 6.
Agredulae XII, 6, 59.
Agrestis ventus XIII, 11, 10. — *agreste* IV, 7, 30. XII, 1, 27.
Agrigentinus sal XIV, 6, 34.
Ahia VII, 8, 27.
Ala IX, 3, 62. XI, 1, 65. XII, 7, 6. XVII, 11, 9.
Alabandicus marmor XVI, 5, 9.
Alabandina XVI, 14, 6.
Alabastrites XVI, 5, 7. XX, 7, 2.
Alabastrum XX, 7, 2.
Alacer X, 6.
Alacris X, 6.
Alani IX, 2, 94. XIX, 23, 6. 7.
Alania XIV, 4, 3.
Alatores X, 232.
Alba Longa V, 39, 12. XV, 1, 53.
Albani IX, 2, 65. XIX, 23, 7.
Albania XIV, 3, 34.
Albatus X, 15.
Albucus XVII, 9, 85.
Albula XIII, 13, 1. 21, 27.
Albunea Sibylla VIII, 8, 6.
Albus XII, 1, 51.
Alcmaeon Crotoniensis fabulas invenit I, 39, 1.
Alea XVIII, 60. 64. 68.
Alectria XVI, 13, 8.
Alemanni IX, 2, 94. XIX, 23, 6.
Alexander V, 39, 22. 24. — *Alexandri portentum* XI, 3, 5. — *Alexander Magnus bibliothecam collegit* VI, 3, 5. — *Alexander Caesar* V, 39, 21. 32. — *Alexander Helenam quando rapuerit* V, 39, 11.
Alexandria XV, 1, 34.
Alga XVII, 9, 99.
Alibrum XIX, 29, 2.
Alicastrum XVII, 3, 9.
Alienigena X, 15.
Alimentum XX, 2, 2.
Alimonia XX, 2, 2.
Alimus herba XIV, 6, 16.
Alites XII, 7, 3. augurium facientes §. 77.
Alius X, 21.
Allectus X, 20.
Allegoria I, 36, 22. 26.
Alleluia VI, 19, 19. 20. 21. VII, 1, 15.
Alligati V, 23.
Allium XVII, 10, 14.
Allophyli IX, 2, 58.
Alluvium XIV, 8, 42.
Alluvius ager XV, 3, 10.
Alnus XVII, 7, 42.
Aloe XVII, 8, 9. 9, 28.
Alogii VIII, 5, 26.
Alogus I, 20, 27.
Alopecia IV, 8, 1.
Alpes XIV, 8, 18. *Poeninae* §. 13.
Alpha I, 3, 4. III, 6, 3.
Alphaeus fluvius XIV, 6, 33. *frater Iacobi* VII, 9, 15.
Altanus XIII, 11, 18.
Altare XV, 3, 14.
Alter X, 21.
Althaea XVII, 9, 75.
Alumen XVI, 2, 2.
Alumnus X, 3.
Alveum XX, 6, 8.
Alvus XI, 1, 132. 133.
Amabilis X, 5.
Amalthea Sibylla VIII, 8, 5.
Amaracinum IV, 12, 8.
Amaracinus IV, 12, 8.
Amaracus XVII, 9, 14. *Amaraci pueri fabula* IV, 12, 8.
Amareus IX, 2, 25.
Amarus X, 10. XVI, 7, 1.
Amasias V, 39, 16. VII, 6, 70.
Amasius X, 5.
Amatheus IX, 2, 25.
Amathi VII, 8, 19.
Amator X, 5. 197.
Amazones IX, 2, 64. *Amazonum signa in convocando exercitu* XVIII, 4, 5.
Ambiguitas II, 20, 2. *scripti* II, 5, 10.
Ambitiosus X, 8.
Ambitus honorum V, 26, 21. — *in viis* XV, 16, 12.
Ambo X, 21.
Amen VI, 19, 20. 21.
Amentes XI, 1, 11. 12.
Amentum XVI, 25, 5. XVIII, 7, 6.
Amethystizon XVI, 9, 5.
Amethyston XVII, 5, 24.
Amethystus XVI, 9, 1.
Amiantos XVI, 4, 19.
Amictus XIX, 24, 2.
Amiculum XIX, 25, 5.
Amicus X, 4.
Aminea uva XVII, 5, 18. — *amineum vinum* XX, 3, 5.
Amita IX, 6, 2. 18. 25. *amitae mater, avia, proavia* ibid.

Amma avis XII, 7, 42.
Ammi VII, 6, 28.
Ammochrysus XVI, 15, 5.
Ammodytae XII, 4, 39.
Ammon VII, 6, 28. IX, 2, 8.
Ammonitae VII, 6, 28. IX, 2, 8.
Ammonius canones evangeliorum invenit VI, 15, 1.
Amnis XIII, 21, 3.
Amnites XVI, 4, 29.
Amoenus XIV, 8, 33.
Amolum XX, 2, 19.
Amomum XVII, 8, 11.
Amon V, 39, 17. VII, 6, 74.
Amor VIII, 2, 7. XI, 1, 127. *amor femineus* XI, 2, 24.
Amorge XVII, 7, 69.
Amorrei IX, 2, 23. 59.
Amorreus IX, 2, 23.
Amos V, 39, 14. VII, 8, 12.
Ampelos leuce XVII, 9, 90. *melaena* 91.
Amphibologia I, 33, 13.
Amphibia XII, 6, 3.
Amphibrachus I, 16, 9.
Amphimacrus I, 16, 10.
Amphion primus in musica excelluit III, 15, 1.
Amphisbaena XII, 4, 20.
Amphitapa XIX, 26, 5.
Amphitheatrum XV, 1, 40. 2, 35. XVIII, 52, 1. 2.
Amphitus XV, 1, 40.
Amphora XVI, 26, 13.
Ampulla XX, 5, 5.
Amri VII, 6, 77.
Amurca XVII, 7, 69.
Amygdala XVII, 7, 23.
Amystis XX, 5, 4.
Anaboladium XIX, 25, 7.
Anacreonticum metrum I, 38, 7.
Anachoritae VII, 13, 3.
Anadiplosis I, 35, 7. II, 21, 3.
Anaglypha vasa XX, 4, 8.
Analogia I, 27, 1.
Analogium XV, 3, 17.
Anamnesis II, 21, 37.
Ananchitidae XVI, 15, 22.
Ananias VII, 8, 24.
Anapaestus I, 16, 7.
Anaphora I, 35, 8.
Anasceua II, 12, 1. 2.

Anastasius V, 39, 40.
Anastrophe I, 36, 16.
Anathema VIII, 3, 3.
Anceps X, 11. *anceps causarum genus* II, 8, 2.
Anchusa XVII, 9, 69.
Ancile XVIII, 12, 3.
Ancillae IX, 4, 44.
Ancon IX, 4, 44.
Ancora XIX, 2, 15. notae signum I, 20, 24. 25.
Ancyromacus XIX, 1, 16.
Andreas VII, 9, 11.
Androdamantus XVI, 4, 17.
Androdamas XVI, 15, 8.
Andromeda signum coeleste III, 70, 33.
Aneson XVII, 11, 6.
Anethum XVII, 11, 6.
Angelici VIII, 5, 18.
Angelus VI, 2, 43. VII, 5, 1. 2. 5. 6. *forma* 3. *ordines* 4. *virtutes* 17. *potestates* 18. *principatus* 19. *dominationes* 20. *throni* 21.
Angistrum IV, 11, 3.
Angrivari IX, 2, 97.
Anguilla XII, 3, 41. vinculi genus V, 27, 15.
Anguis XII, 4, 1. 44.
Angulus XV, 8, 4.
Anilitas XI, 2, 28.
Anima XI, 1, 7. 10. 11. 13.
Animadversio V, 27, 37.
Animal XII, 1, 3. — *animalia adulterina* XII, 1, 57. 59. *minuta* XII, 3.
Animantes minutae XII, 3. *animantia* XII, 1, 3. *animantibus quis nomina dedit* XII, 1, 1.
Animatus X, 7.
Animosus X, 7.
Animus XI, 1, 11. et *anima* differ. 12. et *mens* ibid. — *animi Romanorum*, *Gallorum*, *Afrorum*, *Graecorum quales fuerint* IX, 2, 105.
Anisum XVII, 11, 6.
Anna VI, 19, 22. VII, 6, 59.
Annales et *historiae* differ. I, 43, 3. 4.
Annotatio i. e. *etymologia* I, 28, 1.
Annus V, 36, 1. *apud Aegyptios quomodo notatus sit* ib. §. 2. — *anni tempora* V, 35, 1. — *bisextus* VI, 17, 25. *communis* VI, 17, 21. *embolismus* 22. *quomodo inveniatur* 23. — *iubilaeus* 18, 5. *lunaris* V, 36, 3. *solstitialis* ibid.
Anomalia I, 27, 2.
Anomiani VIII, 5, 31.
Anquina XIX, 4, 7.
Anser XII, 7, 52.
Antaeus XV, 1, 74.
Antanaclasis II, 21, 10.
Antapodosis II, 21, 8.
Antecoenia XX, 2, 12.
Antegradatio stellarum III, 67.
Antella XX, 16, 4.
Antennae XIX, 2, 7.
Antes XV, 7, 8.
Anteversum V, 30, 22.
Anthracites XVI, 14, 2.
Anthropomorphitae VIII, 5, 32. V, 39, 36.
Anthropophagi IX, 2, 132.
Antiae XIX, 31, 8.
Antibacchius I, 26, 12.
Antica XV, 4, 7.
Antichristus VIII, 11, 20—22.
Antidicomaritae VIII, 5, 46.
Antidotum IV, 9, 7.
Antigraphus I, 20, 6.
Antilibanus IX, 2, 49. XIV, 8, 4.
Antimetabole II, 21, 11.
Antiochia XV, 1, 14. 38.
Antiphona VI, 19, 7.
Antiphrasis I, 36, 24.
Antipodae IX, 2, 133. XI, 3, 24.
Antiquarii VI, 14, 1.
Antisigma I, 12, 11. 12.
Antispastus I, 16, 15.
Antistes VII, 12, 16.
Antithesis I, 34, 6.
Antitheta II, 21, 5.
Antoninus Caracalla V, 39, 31. *Pius* 29. *Verus* 29.
Antonius monachus V, 39, 33. XI, 3, 21.
Antonomasia I, 36, 11.
Anulare XIX, 17, 22.
Anularis digitus XI, 1, 71.
Anulus V, 36, 1. XVI, 6, 1. XIX, 31 et 32, 1.
Anus XI, 2, 28. XII, 7, 51.
Aonia XIV, 4, 11.

Aoth V, 39, 10. VII, 6, 52.
Apaetesis II, 21, 38.
Apamia XV, 1, 14.
Apelles haeretic. VIII, 5, 12.
Apellitae VIII, 5, 12.
Apenninae Alpes XIV, 8, 13. *mons* ib.
Aper XII, 1, 27.
Apes XII, 8, 1. 2. *apium reges* XII, 8, 3. *e vitulorum cornibus nascuntur* XI, 4, 3.
Apex XIX, 30, 5. XVIII, 14, 2. *apices fastigiati* XIX, 23, 6. *figura accentus* I, 4, 18. 26, 29.
Aphaeresis I, 34, 3.
Aphorismus IV, 10, 1.
Aphoras XII, 6, 40.
Aphronitrum XVI, 2, 8.
Aphrosiade insula XIV, 6, 44.
Apiacon XVII, 9, 80.
Apianae uvae XVII, 5, 20.
Apicus coquus XX, 1, 1.
Apis VII, 6, 53. VIII, 11, 85. 86.
Apium XVII, 11, 1. *silvaticum* 9, 80.
Aplustria XVII, 7, 3.
Apocalama XIX, 22, 13.
Apocalypsis VI, 11, 10.
Apocope I, 34, 3.
Apocrypha VI, 2, 51—53.
Apodyterium XV, 2, 41.
Apollinaris haeretic. VIII, 5, 45.
Apollinaristae VIII, 5, 45.
Apollo VIII, 11, 53. *ubi natus* XIV, 4, 11. — *Delius* VIII, 11, 2. *Pythius* ib. §. 54. *medicinae inventor* V, 39, 10. IV, 3, 1. — *citharae inventor* III, 21, 2. V, 39, 10. — *Apollo Actius* XV, 1, 61. — *Apollinis filia Lapitha* IX, 2, 70.
Apollonia XIV, 5, 5.
Apologeticum VI, 8, 6.
Apophasis II, 27, 3.
Apophoreta XX, 4, 12.
Apoplexia IV, 6, 10.
Apopores XVII, 10, 17.
Aporiae II, 21, 27.
Aposiopesis II, 21, 35.
Apostatae VIII, 10, 5.
Apostema IV, 7, 19.
Apostoli VII, 9, 1.
Apostolici VIII, 5, 19.
Apostrophus I, 18, 8.
Apotheca XV, 5, 8.
Apparitor X, 18.
Appellativa nomina I, 6, 5.
Appias Graecus primus oratione prosa apud Romanos est usus I, 37, 2.
Apricus XIV, 8, 34.
Aprilis V, 33, 7.
Aprina vestis XIX, 22, 16.
Apuleius primus Romae numerorum disciplinam docuit III, 1, 3.
Apulia XIV, 4, 23.
Aqua XX, 3, 1. XIII, 12, 1. 20, 2. — *aquae Campaniae* XIII, 13, 4. *aqua et igni interdicere* V, 27, 38.
Aqualiculus XI, 1, 136.
Aquaria vasa XX, 6.
Aquarius III, 70, 32.
Aquarii haeretici VIII, 15, 23.
Aquila XII, 7, 10. 11. *signum militare* III, 70, 32. XVIII, 3, 2. *interpres bibliorum* V, 39, 29. VI, 4, 3. *libertus Maecenatis* I, 21, 2.
Aquilia lex V, 15, 2.
Aquilo XIII, 11, 3.
Aquitania XIV, 1, 27.
Ara XI, 1, 73. XV, 3, 13. 13, 16.
Arabes IX, 2, 14. 18. 49. XIX, 23, 7.
Arabia XIV, 3, 13. 14.
Arabicus lapis XVI, 4, 11. *Arabica lapis* XVI, 15, 14. — *Arabicus sinus* XIII, 17, 4. — *Arabici* haeretici VIII, 5, 59.
Arachaeus IX, 2, 24.
Aracusia XIV, 3, 8. 9.
Aradii IX, 2, 24.
Aradius IX, 2, 24.
Aradus insula IX, 2, 24.
Aram IX, 2, 3. 4.
Aranea XII, 3, 4. 5, 2. XIX, 27, 4. *piscis* XII, 6, 18.
Arapennis XV, 15, 4.
Ararath XIV, 8, 5.
Araris XIII, 21, 13.
Aratio XVI, 2, 2.
Aratrum XVI, 1, 2. XX, 14, 2.
Araxes XIV, 3, 32.
Araxis XIII, 21, 16.
Arbe fluvius XIV, 3, 8.
Arbee XV, 1, 24.
Arbor et *arbos* differ. XVII, 6, 3. *arborum genera* §. 7. *arbores aromaticae* XVII, 8. — *medica* XVII, 7, 8. — *arbores vitam habent* XI, 1, 3. — *iuris* IX, 2, 28. p. 312. 6, 28.
Arbos antique pro *arbor* I, 26, 23.
Arbustum XVII, 6, 2.
Arca XI, 1, 73. XV, 1, 32. 14, 5. XX, 9, 3. *arca Noe* XIV, 3, 35. 8, 5. — *arca testamenti* V, 39, 12.
Arcades IX, 2, 71. *in lupos conversi* XI, 4, 1. — *Arcadum sacrificium* VIII, 9, 5.
Arcadia XIV, 4, 15.
Arcadici asini XII, 1, 40.
Arcadius V, 39, 38.
Arcanum XX, 9, 2.
Arces XV, 2, 32.
Arcesilaus VIII, 6, 12.
Archangeli VII, 5, 6.
Archas oppidum IX, 2, 24.
Archiepiscopus VII, 12, 6. 7. 10.
Archilochium metrum I, 38, 7.
Archilochus auctor elegorum I, 38, 15.
Architecti XIX, 8, 1.
Architectonica res XIX, 6—19.
Archontiaci VIII, 5, 13.
Arcifinius ager XV, 13, 11.
Arcivum XX, 9, 2.
Arctophylax III, 70, 8. 35.
Arctos III, 70, 6. 35.
Arcturus III, 70, 9.
Arcuatus morbus IV, 8, 13.
Arcumen XVII, 9, 9.
Arcus XIII, 10. XV, 8, 9. XVIII, 9, 5. *coelestis* XII, 10, 1.
Ardea avis XII, 7, 21.
Area XIV, 13, 6.
Arelatum XV, 1, 64.
Arena XVI, 3, 11. XIX, 10, 21.
Arenata pila XVIII, 69, 2.
Arenatius lapis XIX, 10, 7.
Arenosus X, 254.
Arethusa fons XIV, 6, 33.
Aretina vasa XX, 4, 5.
Arfaxat V, 39, 5. VII, 6, 20. IX, 2, 3.
Argentaria creta XVI, 1, 6.
Argentum XVI, 17. 19. *vivum* §. 2. *liquidum* ibid. — *argenti spuma* XVI, 19, 4.
Argestes XIII, 11, 10.

Argilla XVI, 1, 6. XX, 4, 4.
Argitis uva XVII, 5, 23.
Argivi IX, 2, 72. V, 39, 8.
Argolicum mare XIII, 16, 6.
Argumentatio II, 7, 1. 2. 9, 1.
Argumentum VI, 8, 16. XVIII, 15, 5. *in historia* I, 43, 4. — *argumentorum genera* II, 30, 1. seqq.
Argus IX, 2, 72.
Argutus X, 6.
Argyre insula XIV, 3, 5. 6, 11.
Argyrites XVI, 15, 7.
Ariani VIII, 5, 43.
Aries XII, 1, 11. *signum coeleste* III, 70, 23. 24. *signum militare* XVIII, 11.
Arioli VIII, 9, 16.
Arista XVII, 3, 16.
Aristolochia XVII, 9, 52.
Aristoteles quando vixerit V, 39, 21. *invenit rhetoricam* II, 2, 1. — *Aristotelis categoriae* II, 26. *peri hermeniae* 27. *auctor Peripateticorum* VIII, 6, 13.
Arithmeticae res III, 1—9. — *quid sit* I, 2, 2. III. praef. II, 24, 15. III, 1. — *arithmeticae, geometriae et musicae differentia* III, 7.
Arius VIII, 5, 43. 6, 22. VI, 16, 6.
Arma XVIII, 5, 1. 2. pro *viribus* X, 141.
Armamentarium XV, 5, 4.
Armarium XV, 5, 4. XVIII, 5, 1.
Armenia IX, 2, 61. XIV, 3, 35.
Armeniacum malum XVII, 7, 7.
Armenii IX, 2, 4. 61. XIX, 23, 6. *Christiani fiunt* V, 39, 40.
Armenius IX, 2, 61.
Armenta XII, 1, 8.
Armenus XIV, 3, 35. XI, 1, 62. XV, 5, 4. XVIII, 5, 2.
Armiger X, 6.
Armilausa XIX, 22, 28.
Armillae XIX, 31, 16.
Armoracia XVII, 10, 20.
Aromata XVII, 8, 1.
Aromatites lapis XVI, 7, 14.
Arnoglossos XVII, 9, 50.
Arra IX, 7, 6. V, 25, 20. 21.
Arrabo IX, 7, 5.
Arrogans X, 7.
Ars I, 1, 1. 2. 3. 5, 2. *magica* V, 39, 7. XIV, 3, 12. *rhetorica quando Romae coeperit* V, 39, 25. — *scenica quando Romae coeperit* V, 39, 25. *artis scenicae patroni* XVIII, 51.
Arsacidae IX, 3, 15.
Arsenicum XIX, 17, 12.
Arsis I, 16, 21. III, 19, 9.
Artaba XVI, 26, 16.
Artabatytae XI, 3, 20.
Artaxerxes V, 39, 20. *Ochus* V, 39, 21.
Artemisia XVII, 9, 45.
Artemon XIX, 3, 3.
Arteriae XI, 1, 56.
Arteriaca IV, 9, 8.
Arteriasis IV, 7, 14.
Arthriticus morbus IV, 7, 31.
Articulata vox I, 14.
Articuli I, 7, 5.
Artifex XIX, 1, 2.
Artotyritae VIII, 5, 22.
Artus XI, 1, 82. 84.
Arundo XVII, 7, 57.
Aruspices VIII, 9, 17.
Aruspicina VIII, 9, 34. XIV, 4, 22.
Arva XIV, 1, 1.
Arvina XI, 1, 81.
Arvus ager XV, 3, 6.
Asa V, 39, 14. VII, 6, 69.
Asaph VII, 8, 27.
Asarum XVII, 9, 7.
Asbestos XVI, 4, 4.
Ascalon XIV, 3, 19. XV, 1, 17. XVII, 10, 13.
Ascalonia XVII, 10, 13.
Ascanaz IX, 2, 32.
Ascanius V, 39, 12.
Ascaridae XII, 5, 13.
Ascia XIX, 19, 12.
Ascilla XI, 1, 65.
Asciola XIX, 19, 12.
Asclepidium metrum I, 38, 8.
Asellus XII, 1, 38.
Aser VII, 7, 16.
Asia XIV, 3. — *fines* 2, 2. — *minor* XIV, 3, 38.
Asiani IX, 2, 8.
Asiaticum mare XIII, 6, 5.
Asilus XII, 8, 15.
Asinus XII, 1, 38. *Arcadicus* 40.
Asparagus XVII, 10, 19.
Asphalti lacus XIII, 19, 3.
Asphaltides lacus XIII, 13, 6.
Asphodelus XVII, 9, 85.
Aspiratio I, 4, 11.
Aspis XII, 4, 12.
Asplenos XVII, 9, 87.
Assecla X, 16. 255.
Asseres XIX, 19, 7.
Assiduus X, 17.
Assum adiect. XX, 2, 22.
Assumptiva causa II, 5, 5.
Assumptio II, 9, 2.
Assur IX, 2, 3. XIV, 3, 10.
Assurim IX, 2, 50.
Assyria XIV, 3, 8. 10.
Assyrii IX, 2, 3. 45. 50. *Assyrii magica arte excellunt* VIII, 9, 2. — *Assyriorum regnum quando ad Medos transierit* V, 39, 16. — *Assyriorum regnum quando ortum* V, 39, 7.
Astabari IX, 2, 16.
Astacon XII, 8, 9.
Asteriscus I, 20, 2. 7.
Asterites XVI, 10, 3.
Astra, stella et *sidera* differ. III, 59.
Astrion XVI, 13, 7.
Astrosus X, 13.
Astu X, 6.
Astutus X, 6.
Astrologi VIII, 9, 22.
Astrologia III, 24, 1. 26. V, 39, 9.
Astronomia I, 2, 2. II, 24, 15. III. praef. et c. 23—70. *nomen* III, 23. *inventores* 24. *institutores* 25. *differt ab astrologia* 26. *ratio* 27.
Astura IX, 2, 112.
Astures IX, 2, 112.
Astysmus I, 36, 30.
Asyndeton I, 35, 20.
Atratus X, 15.
Atriplex XVII, 10, 17.
Atrium XV, 3, 4.
Atavus IX, 5, 9. 10. 6, 23. 25.
Athalia V, 39, 15. VII, 6, 70.
Athenae XIV, 4, 10. XV, 1, 44.
Athenienses IX, 2, 76. *qua lingua usi* IX, 1, 5. — *capitis ornamentum* XIX, 30, 3. *quando diem incipiant* V, 30, 4.
Athos XIV, 8, 10.
Atlas III, 24, 1. V, 39, 9. XIV, 8, 17.

Atomi VIII, 6, 16. XIII, 2.
Atramentum XIX, 17, 17.
Atrophia IV, 7, 27.
Atrox X, 11.
Atthis IX, 2, 76.
Auceps X, 13.
Auctor X, 2.
Audax X, 7.
Audiculae XVII, 7, 2.
Auditus XI, 1, 22.
Augures VIII, 9, 18.
Auguria VIII, 9, 19. 32. *avium* XII, 7, 75. 76.
Augusta urbs XV, 1, 25.
Augustea carta VI, 10, 2.
Augusteum marmor XVI, 5, 4.
Augustinus episcopus V, 39, 38. *plurimos scripsit libros* VI, 7, 3.
Augustus Caesar V, 33, 10. *mensis* IX, 3, 16. *reges unde dicantur* VII, 6, 43. *aeram singulorum annorum instituit* V, 36, 4.
Aula XV, 3, 3.
Aulaea XIX, 26, 8.
Aura XIII, 11, 17.
Auraria XVI, 18, 6.
Aurata piscis XII, 6, 6.
Aurelianus V, 39, 34.
Aurelius Antoninus V, 39, 31.
Aures Arabum XIX, 23, 7.
Aurichalcum XVI, 20, 3.
Auricularis digitus XI, 1, 71.
Aurifex XIX, 1, 2.
Aurigae XVIII, 33. *signum coeleste* III, 70, 34.
Aurigo IV, 8, 3.
Auripigmentum XIX, 17, 2.
Auris XI, 1, 46.
Aurora V, 31, 13. 14.
Aurum XVI, 16. 18, 1.
Ausonium mare XIII, 16, 6.
Auspex X, 13.
Auspices VIII, 9, 18.
Auspicia VIII, 9, 18—20.
Auster XIII, 11, 6.
Australis XII, 6, 32.
Austroafricus XIII, 11, 7.
Austronothus XIII, 5, 5.
Austronotius III, 31, 1. 36.
Autumnale aequinoctium V, 34, 3.
Autumnus V, 35, 5. 8. *cur morbis abundet* ibid.
Avari gens IX, 2, 66.
Avarus X, 9.
Avellanae nuces XVII, 7, 24.
Avena XVII, 9, 105.
Avere quid X, 9.
Avernus lacus XIII, 19, 8.
Aves XII, 7. *inhibae* XII, 7, 77. *praepetes* ib. *Stymphalidae* XII, 7, 27. *Diomedeae* 28. 29. *Memnonides* 30. *Hercyniae* 31. *Veneriae* 1.
Aviaria XIV, 8, 32. XVII, 6, 9.
Aviae soror IX, 6, 27. *amita* IX, 6, 25.
Avidus X, 9.
Avunculus IX, 6, 17. *avunculi pater* IX, 6, 26. *avus, proavus* ib. *magnus* ib.
Avus IX, 5, 9. 6, 23. *patrui* ib. 26. *avunculi* ib. — *avi pater* IX, 5, 6. 6, 23.
Axis III, 35. XIII, 5, 3. *coeli* III, 32, 1. etc. 35.
Axungia XX, 2, 25.
Azarias VII, 6, 71. 8, 25. V, 39, 14.
Azymus XX, 2, 15.

B.

B litera in numeris I, 3, 10. — *b* et *p* cognatae I, 26, 4. BF. nota quid significet I, 22, 1.
Baal VIII, 11, 24.
Baburrus X, 31.
Babylon XIV, 3, 14. XV, 1, 4.
Babylonia XIV, 3, 13.
Babylonica turris V, 39, 6.
Baccea XX, 5, 4.
Bacchia I, 16, 11.
Bacchius versus I, 16, 11.
Bacillus XX, 13, 1.
Bactria regio XIV, 3, 30.
Bactriani IX, 2, 5. 43. XIII, 21, 14.
Bactron fluvius IX, 2, 43.
Bactrum XV, 1, 11.
Bactrus XIII, 21, 14. XIV, 3, 30.
Baculus XX, 13, 1.
Badim XIX, 21, 8.
Badius color XII, 1, 49.
Baetica XIV, 4, 29.
Baetis XIII, 21, 34. XIV, 4, 29.
Baiae XIV, 4, 19. 8, 40.
Baionola XX, 11, 2.
Baiulare XX, 11, 2.
Bal VIII, 11, 23.
Bala VII, 6, 38.
Balaam VII, 6, 48.
Balac VII, 6, 48.
Balaena XII, 6, 7.
Balanitae XVII, 5, 21.
Balanites XVI, 15, 10.
Balbus X, 29.
Baleares insulae XIV, 6, 44.
Balearicum mare XIII, 16, 5.
Balearicus sinus XIII, 16, 25.
Ballemalica III, 21, 11.
Ballista XIV, 6, 44. XVIII, 10, 2.
Balneae XV, 2, 40.
Balsamum XVII, 8, 14.
Balteus XIX, 33, 2.
Baptismum VI, 19, 43. 47. 48. 49.
Bar VII, 9, 4.
Barach VII, 6, 52.
Barachia VII, 8, 29.
Barathrum XIV, 9, 5.
Barba XI, 1, 45.
Barbarismus I, 31. 33, 2.
Barbarolexis I, 31, 2.
Barca XIX, 1, 19.
Barnabas VII, 9, 24.
Barones IX, 4, 31.
Baroptis XVI, 11, 5.
Barrabas VII, 10, 10.
Barritus XII, 2, 14.
Barro XII, 2, 14.
Barrus XVI, 5, 19.
Bartholomaeus VII, 9, 16.
Basaltes XVI, 5, 6.
Basanites XVI, 4, 36.
Baselus XIX, 1, 17.
Bases XV, 8, 13. XIX, 10, 23. *cur coronas habeant* IX, 3, 18.
Basilica XV, 3, 11. — *uva* XVII, 5, 22.
Basilides haereticus VIII, 15, 4.
Basilidiani VIII, 5, 4.
Basiliscus XII, 4, 6. 7.
Basterna XX, 12, 5.
Batha XVI, 26, 12.
Batrachites XVI, 4, 20.
Batus XVI, 26, 12.
Baxeae XIX, 34, 6. 13.
Bdellium XVII, 8, 6.
Beatus X, 22.

Bebrycia XIV, 3, 39.
Beelfagor VIII, 11, 24.
Beelzebub VIII, 11, 26.
Behemoth VIII, 11, 27.
Bel VIII, 11, 23.
Belgica provincia XIV, 4, 26.
Belgis XIV, 4, 26.
Belial VIII, 11, 26.
Bellerophon XI, 3, 36.
Bella XVIII, 1. eorum genera ibid. *signa* c. 3.
Beloculus XVI, 10, 9.
Belus VIII, 11, 23. — *amnis* XVI, 16, 1.
Benacus lacus XIV, 4, 19. XIII, 19, 7.
Beneficentia X, 25.
Beneficus X, 25.
Beneola XVII, 9, 84.
Benevolus an recte dicatur pro *benivolus* X, 26.
Beniamin VII, 7, 19.
Benignus X, 24. et *bonus* differ. ibid.
Benivolentia X, 26.
Benivolus X, 26.
Benoni VII, 7, 19.
Berenice XIV, 5, 5.
Berillus XVI, 7, 5.
Beroniae urbs XV, 1, 36.
Bessi IX, 2, 91.
Bestiae XII, 2. *bestia triformis* I, 39, 4.
Beta XVII, 10, 15.
Bethaven XV, 1, 22.
Bethel XV, 1, 22.
Bethleem XV, 1, 23.
Bibiones XII, 8, 16.
Bibliopola VI, 14, 1.
Bibliorum interpretatio Vta. V, 39, 31.
Bibliotheca XV, 5, 5. XVIII, 9, 3. VI, 3. 11, 2. *variarum gentium* quis fecerit. ibid.
Bibrum XIX, 24, 18.
Bibula carta VI, 10, 1.
Bicinium VI, 19, 6.
Bidentes oves XII, 1, 9.
Bigae XVIII, 36, 1. 2.
Bigamus IX, 7, 15.
Biliosus X, 30.
Bilis X, 71.
Binio XVIII, 65.
Biothanatus X, 31.
Bipennis XI, 1, 46. XIX, 1, 23.
Birrhus pro *Pyrrho* I, 26, 4.
Birrus XIX, 24, 18.
Birsa XV, 1, 30.
Bisextus annus VI, 17, 25.
Bithynia XIV, 3, 39. XIX, 32, 6. *urbs* XV, 1, 41.
Bitumen XVI, 2, 1.
Biturica uva XVII, 5, 22.
Bivium XV, 16, 12.
Blandus X, 27.
Blatta XII, 8, 7.
Blavus XIX, 28, 8.
Blemmyae XI, 3, 17.
Blesus X, 29.
Blitum XVII, 10, 15.
Boa morbus XII, 4, 22.
Boanerges VII, 9, 13.
Boas XII, 4, 28.
Boca XII, 6, 19.
Boeotia XIV, 4, 11. *Boeotiae lacus* XIII, 13, 4. *fons* §. 3.
Boethius isagogas ex Graeco transtulit II, 25, 9. *post Apuleium arithmeticam docuit* III, 1, 3.
Boia V, 27, 12.
Bombices XII, 5, 8.
Bombycinia XIX, 22, 13.
Bona V, 25, 4. *bonorum possessio* V, 25, 6.
Bonosiani VIII, 5, 52.
Bonosus haeret. VIII, 5, 52.
Bonus X, 23. et *benignus* differ. 24.
Bootes III, 70, 8.
Booz VII, 6, 56.
Boreas XIII, 11, 13.
Boreus III, 32, 1. 36. XIII, 5, 5.
Borion promontorium XIV, 7, 7.
Bos XII, 1, 29. 30. *boves Lucae* XII, 2, 15.
Bosphorus Thracius XIII, 16, 3.
Botanicum IV, 10, 4.
Botrio XVII, 5, 14.
Botrax XII, 4, 35.
Botrus XVII, 5, 14.
Bracae XIX, 22, 29.
Brachia XI, 1, 63.
Brachiale XIX, 33, 5.
Brachile XIX, 33, 5.
Bractea XVI, 18, 2.
Branchos IV, 7, 13.
Brancia IV, 7, 13.
Brassica XVII, 10, 17.
Bresith VI, 1, 4.
Breviculorum usus I, 23.
Brionia XVII, 9, 90.
Britannia XIV, 6, 2.
Britones IX, 2, 102. XIX, 23, 7.
Brontia XVI, 15, 24.
Bructeri IX, 2, 97.
Bruma V, 35, 6.
Brumatici V, 35, 6.
Brunda XV, 1, 49.
Brundisium XIV, 4, 23. XV, 1, 49.
Brutus X, 28. *Iunius Brutus* ibid. *notis usus est pro integris verbis* I, 24, 1. *quando Hispaniam subegerit* V, 39, 24.
Bubali XII, 1, 33.
Bubo XII, 7, 39.
Bubulcus X, 263.
Buccina XVIII, 4.
Buccinum XVIII, 4, 1.
Bucco X, 30.
Bucolicum carmen I, 38, 16.
Buglossos XVII, 9, 49.
Bulbi XVII, 10, 19.
Bulbus XVII, 9, 88.
Bulla XIX, 31, 11. XX, 8, 2.
Buphthalmos XVII, 9, 93.
Buprestis XII, 8, 5.
Burdegalis XV, 1, 64.
Burdo XII, 1, 61.
Burgarii IX, 4, 48.
Burgi IX, 2, 99. 4, 28. XV, 1, 64.
Burgundiones IX, 2, 99. 4, 28.
Buricus XII, 1, 55.
Buris XX, 14, 2.
Bustum XX, 10, 9.
Buxam XVII, 7, 74. XX, 7, 3.
Buxus XVII, 7, 53. 74.
Byssina vestis XIX, 22, 15.
Byssum XIX, 27, 4.
Byzacena regio XIV, 5, 7.
Byzantium XV, 1, 42.

C.

C et *q* et *g* cognatae I, 26, 4.
Caballus XII, 1, 42. *sagmarius* XX, 16, 5.
Cabus XII, 8, 4.

Cacabus XX, 8, 3.
Cacemphaton I, 33, 5.
Cachexia IV, 7, 26.
Cacosyntheton I, 33, 12.
Cadaver XI, 2, 35.
Cadere XIX, 7, 1.
Cadmia XVI, 20, 2. 11. 12.
Cadmus literas e Phoenicia in Graeciam intulit I, 3, 6. V, 39, 10.
Caduceator VIII, 11, 48.
Caducus X, 61. *caduca* in iure V, 25, 8. *caducus in malo* XVII, 7, 6. *caduca passio* IV, 7, 5.
Cadus XVI, 26, 13. XX, 6, 4.
Caecula XII, 4, 33.
Caecus X, 61. *caecae gemmae* XVI, 15, 28. *caecum intestinum* XI, 1, 131.
Caelata vasa XIII, 4, 1. XIX, 7, 4. XX, 4, 7.
Caementum XV, 8, 1.
Caepa XVII, 10, 12.
Caerefolium XVII, 11, 7.
Caeruleum XIX, 17, 14.
Caesar IX, 3, 12. superlativos per *imus* scripsit I, 26, 15. *bibliothecam Romae instituit* VI, 5, 1. *coepit leges in libros redigere* V, 1, 5.
Caesar Augusta XV, 1, 67.
Caesarea XIV, 5, 11. XV, 1, 18. *Cappadociae* XV, 1, 37. *Mauritaniae*, *Palaestinae* XV, 1, 75.
Caesaries XI, 1, 29.
Caesones IX, 3, 12.
Caesura pedum I, 26, 22.
Caia XVIII, 7, 7.
Cain VII, 6, 7.
Cainan V, 39, 3. VII, 6, 12.
Cainani VIII, 5, 15.
Caiphas VII, 10, 7.
Calabria XV, 1, 58.
Calamistratus X, 57. XX, 13, 4.
Calamistrum X, 57. XX, 13, 4.
Calamitas I, 26, 14. VII, 6, 5.
Calamites XII, 6, 58. XVII, 9, 84.
Calamus III, 20, 5. VI, 14, 3. 4. *aromaticus* XVII, 8, 13.
Calare VI, 14, 4.
Calathus XIX, 29, 3. XX, 5, 5.
Calaticum hordeum XVII, 3, 10.
Calcaneus XI, 1, 114.
Calcaria XX, 16, 6.
Calcatorium XV, 6, 8.
Calcei XIX, 34, 3. *talares* §. 7. *subtolares* ib.
Calciamenta XIX, 33. 34.
Calcis XI, 1, 114. *viva* XVI, 3, 10. XIX, 10, 19.
Calcularis herba XVII, 9, 41.
Calculator X, 43.
Calculus IV, 7, 32. XVI, 25, 8. XVIII, 62. 67. *ordinarii*, *vagi*, *inciti* in ludo. ibid.
Calcus XVI, 25, 8.
Caleph VII, 6, 52.
Calere i. e. *fundere*. III, 20, 5.
Caliculae XIX, 34, 12.
Caligae XIX, 34, 12.
Caligarius XIX, 34, 12.
Caligo XIII, 10, 11.
Caligula V, 39, 26.
Calisto III, 70, 35.
Calix XX, 5, 5.
Callaica XVI, 7, 10.
Callidus X, 41. *callidi equi* XII, 1, 52.
Callitriches XII, 2, 33.
Callis XV, 16, 9. 10.
Calones XIX, 1, 15. 34, 6.
Calpe XIV, 7, 8. 8, 17.
Caltulum XIX, 33, 4.
Calumnia V, 26, 8.
Calumniator X, 42.
Calvaria XI, 1, 27.
Calvere X, 42.
Camelopardus XII, 2, 19.
Camelus XII, 1, 35. *camelionus* XVI, 26, 17.
Camerae XV, 8, 5.
Cami XIX, 22, 29.
Caminus XIX, 6, 6.
Camisa XIX, 22, 29.
Camisia XIX, 21, 1.
Campania XIV, 4, 24. XV, 1, 54.
Campaniae aquae XIII, 13, 4.
Campana XVI, 25, 6.
Campanum vas XVI, 20, 9.
Campestre XIX, 33, 1. — *campestria vestimenta* XIX, 22, 5.
Camur XV, 8, 5. XII, 1, 35.
Campus XIV, 8, 23. — *Marathonius* XIV, 4, 10. — *campi Themiscirii* XIV, 3, 37.
Cana VII, 9, 18.
Canaan VII, 6, 19.
Canalis XV, 8, 16. XIX, 10, 28.
Cancer IV, 8, 14. III, 70, 26. XII, 6, 51.
Candela XX, 10, 4.
Candelabrum XX, 10, 3.
Candetum XV, 15, 6.
Candidus X, 59. XII, 1, 51. — *candida toga* XIX, 24, 5.
Canere XII, 2, 25. — *receptui* XVIII, 4, 4.
Canicula III, 70, 14. XX, 15, 4.
Caniculares dies III, 70, 14.
Canini dentes XI, 1, 52.
Canis III, 70, 15. XII, 2, 25. 26. *canes Pontici* XII, 2, 21. — *piscis* XII, 6, 5. — *in ludo* XVIII, 65.
Canna XVII, 7, 57.
Cannabus XIX, 27, 3.
Canon VI, 16, 1. *canones evangeliorum* VI, 14. 15. *conciliorum* VI, 15.
Canopea regio XIX, 5, 4.
Canopia XIV, 3, 28.
Canops XIV, 3, 28.
Canopus i. e. *Aegyptus* XII, 7, 26.
Cantabri IX, 2, 113.
Cantharida XII, 5, 5.
Cantharus XX, 6, 3.
Cantherium XIX, 19, 15.
Canthus III, 3, 5.
Canticum VI, 19, 10. — *cantica canticorum* VI, 1, 7. 2, 20. XV, 4, 2. *psalmi* VI, 19, 12.
Cantor VII, 12, 26.
Cantus III, 19, 8. — *cantus responsorii* VI, 19, 8. — *cantandi genera* VI, 19, 13.
Canus XII, 1, 51.
Capanna XV, 12, 2.
Capilli XI, 1, 28. — *Capillus Veneris* XVII, 9, 67.
Capistrum XX, 16, 4.
Capitella XV, 8, 15. XIX, 10, 24.
Capitilavium VI, 18, 14.
Capitolium XV, 2, 31.
Capitulare XIX, 31, 3.
Capitulum XIX, 31, 3.
Cappa XIX, 31, 13.
Cappadocia XIV, 3, 37.
Capparis XVII, 10, 20.
Capreae XII, 1, 16.

Capreoli XVII, 5, 11.
Capri XII, 1, 15.
Capricornus III, 70, 31.
Capsus XX, 12, 3.
Captus X, 54.
Capua XV, 1, 54.
Capularis senex XX, 11, 7.
Capulam XX, 16, 5.
Capulus XVIII, 6, 2. XX, 11, 7.
Capus XII, 7, 57.
Caput XI, 1, 25. *capite deminutus* X, 54. *capita librorum Phoeniceo colore scribuntur* I, 3, 6.
Carabus XIX, 1, 25. 26.
Caracutium XX, 12, 3.
Carbo XIX, 6, 7.
Carbunculus IV, 6, 16. XVI, 14, 1.
Carcer XV, 2, 46. XVIII, 32. V, 27, 13. *carceres* V, 27, 13. XVIII, 32.
Carchedonia XVI, 14, 5.
Carchesia XIX, 2, 9.
Carcinias XVI, 15, 18.
Cardamomum XVII, 9, 10.
Cardiace IV, 6, 4.
Cardo XV, 7, 6. 14, 4. *cardines coeli* III, 37. XIII, 5, 4. *mundi* XIII, 1, 8. *in cardine res est* proverb. XV, 7, 6.
Carduelis XII, 7, 74.
Carduus XVII, 10, 20.
Carenum XX, 3, 15.
Carex XVII, 9, 102.
Caria XIV, 3, 42.
Caricae XVII, 7, 17.
Carina XIX, 2, 1.
Caritas VIII, 2, 6.
Carmania XIV, 3, 12.
Carmen I, 38, 4. *carminum genera* ibid. §. 5. seqq. — *carmina Saliaria* IX, 1, 6.
Carmentis I, 4, 1. V, 39, 11.
Carnifex X, 49.
Caro XI, 1, 14. et *corpus* differ. 17. *unde constet* 16. — *carnes* XX, 2, 20.
Carpasia navis XIX, 1, 11.
Carpasinae naves XIV, 6, 24.
Carpathos insula XIV, 6, 24.
Carpatium mare XIII, 16, 5. XIV, 6, 24.
Carpentarius X, 64. XIX, 19, 1.
Carpentum XX, 12, 3.
Carpobalsamum XVII, 8, 14.
Carpocrates VIII, 5, 7.
Carpocratiani VIII, 5, 7.
Carrum XX, 12, 1.
Carta VI, 10, 1. *cartae genera* §. 2. seqq.
Carthada urbs XV, 1, 30.
Carthaginiensis provincia XIV, 4, 29.
Carthago XV, 1, 30. *magna* XIV, 5, 8. *Spartaria* XV, 1, 66. 71.
Cartilagines XI, 1, 88.
Carus Imperator V, 39, 35.
Carysteum marmor VI, 11, 2.
Casa XV, 12, 1.
Casdei IX, 2, 48.
Caseth IX, 2, 48.
Caseus XX, 2, 33.
Cassia XVII, 8, 12.
Cassis XVIII, 14, 1. XIX, 5, 3.
Castanea XVII, 7, 25.
Castellum XV, 2, 13.
Castor et *Pollux* III, 70, 25. — *Castores* XII, 2, 21. XIX, 27, 4.
Castra IX, 3, 44. XV, 2, 13.
Castri XII, 8, 3.
Castrum XV, 2, 3.
Castus X, 33.
Casula XIX, 24, 17.
Casus I, 6, 36.
Catachresis I, 36, 6.
Catachoras III, 41, 4.
Cataphasis II, 27, 3.
Cataphrygae V, 39, 29. VIII, 5, 27.
Catapirates XIX, 4, 10.
Cataplasma IV, 9, 11.
Catapotia IV, 9, 9.
Catare XII, 2, 38.
Catarrhus IV, 11, 11.
Catasceua II, 12, 1. 2.
Catechumenus VII, 14, 7.
Categoria II, 26, 14. etc. 20. — *Aristotelis categoriae* II, 26.
Cateia XVIII, 7, 7.
Catellae XIX, 31, 11. 15.
Catenae V, 27, 9. *figura rhetor.* II, 21, 4.
Catenatum XX, 13, 5.
Caterva Gallorum IX, 3, 46.
Cathari VIII, 5, 28.
Cathartica IV, 9, 8.
Cathedrae XX, 11, 9.
Catholicus VII, 14, 4. *catholica ecclesia* VIII, 1, 1.
Catinum XX, 6, 5.
Cato rerum rusticarum scriptor XVII, 1, 11.
Catali XII, 2, 27.
Catus XII, 2, 38.
Caucasus XIV, 8, 2.
Caudicae XIX, 1, 27.
Caulae XV, 9, 6.
Caulis XVII, 10, 3.
Caupilus XIX, 1, 25.
Caupo X, 58. XX, 6, 7.
Causae V, 22. XVIII, 15, 2. 5. *causarum genera* II, 4. *status* 5. *modi* 8. *species* ibid. — *causae redintegratio* V, 25, 37.
Cauterium XX, 16, 8.
Cautes XVI, 3, 3.
Cautio V, 24, 22.
Cautus X, 41.
Cecropidae IX, 3, 15.
Cecrops apud Graecos primus simulacra fecit VIII, 11, 9.
Cedar gens IX, 2, 57.
Cedere V, 25, 32.
Cedrina XVII, 7, 33.
Cedrus XVII, 7, 33.
Celebritas VI, 18, 2.
Celeritas X, 211.
Celia XX, 3, 18.
Cella XV, 3, 9.
Celoces XIX, 1, 22.
Celoe conchae XII, 6, 49.
Celsus X, 32. *rerum rusticarum scriptor* XVII, 1, 1. — *celsa arbor* nom. propr. XVII, 7, 20.
Celtiberi IX, 2, 114.
Celtiberia IX, 2, 114.
Cenchris XII, 4, 26.
Censere IX, 4, 13.
Censores IX, 4, 13.
Census quando primum actus V, 39, 17.
Centaurea XVII, 9, 33.
Centaurus Chiron III, 70, 36. *Centauri* XI, 3, 37.
Centenarium XVI, 25, 23.
Centenum XVII, 3, 12.
Centones I, 38, 25.
Centrum XIX, 19, 10.
Centum III, 3, 5.

Centupeda XII, 4, 33.
Centuria IX, 3, 48. *in agro* XV, 15, 7.
Centurio IX, 3, 31. 48.
Cephalea IV, 7, 2.
Cephas VII, 9, 3.
Cerae VI, 9.
Cerastes XII, 4, 18.
Cerasum XVII, 7, 16.
Cerasus XVII, 7, 16.
Ceratum XVI, 25, 10.
Ceraunii XVI, 13, 5. *montes* XIV, 8, 12. *Cerauniae uvae* XVII, 5, 17.
Ceraunium I, 20, 21.
Cerberus XI, 3, 33.
Cerdo haereticus VIII, 5, 20.
Cerdoniani VIII, 5, 20.
Ceres VIII, 11, 59—68. XVII, 1, 2.
Cereus XX, 10, 3.
Cerimoniae VI, 19, 36. 37.
Cerinthiani VIII, 5, 8.
Cerinthus VIII, 5, 8.
Cernui XIX, 34, 13.
Cerotum IV, 12, 10.
Certamina XVIII, 25. *certamen ferale* XVIII, 58.
Cerussa XX, 17, 23.
Cervi XII, 1, 18. 19.
Cervicalia XIX, 26, 4.
Cervinus color XII, 1, 53.
Cervisia XX, 3, 17.
Cervix XI, 1, 60. *cervices* 61.
Cesloim IX, 2, 20.
Cespes XVII, 7, 11. 6, 13.
Cessio V, 25, 32.
Cete XII, 6, 8.
Cethim IX, 2, 36.
Cethura VII, 6, 31.
Cetra XVIII, 12, 5.
Chalanne urbs XV, 1, 13.
Chalasticum IV, 12, 10.
Chalazias XVI, 10, 5. 13, 4.
Chalazius XVI, 4, 36.
Chalcantum XVI, 2, 9. 10.
Chalcedonensis synodus VI, 16, 9. V, 39, 39.
Chalcenteros VI, 7, 1.
Chalcitis XVI, 15, 9. 20, 11.
Chalcophonos XVI, 15, 9.
Chalcosmaragdus XVI, 7, 3.
Chaldaea XIV, 3, 13. *Chaldaea lingua* IX, 1, 9.
Chaldaei a quo orti V, 39, 5. IX, 2, 3. 48. *astrologiam invenerunt et nativitatem* III, 24, 1.
Chalybs XVI, 21, 1. XIX, 19, 7.
Cham IX, 2, 2. 10. VII, 6, 17.
Chamaedracontes XII, 4, 39.
Chamaedrys XVII, 9, 47.
Chamaeleon XII, 2, 18. XVII, 9, 70.
Chamaemelos XVII, 9, 46.
Chamaepitys XVII, 9, 86.
Chamavi IX, 2, 97.
Chamus XX, 16, 2.
Chanaan IX, 2, 12. 22. XIV, 3, 20.
Chananaei IX, 2, 12. 59.
Chaonia XIV, 4, 9.
Character XX, 16, 7.
Characterismus II, 21, 40.
Charientismos I, 36, 27.
Charon VIII, 11, 42.
Charybdis XIII, 18, 5. XIV, 6, 32.
Chebron XV, 1, 24.
Chelidonia XVI, 9, 6. XVII, 9, 36.
Chelidoniacus gladius XVIII, 6, 7.
Chelonites XVI, 15, 23.
Chelydros XII, 4, 24.
Chersydros XII, 4, 24.
Cherubin VII, 5, 22. 23. XIV, 3, 4.
Cheth IX, 2, 23.
Chethei IX, 2, 23.
Chiliarchae IX, 3, 30.
Chiliastae VIII, 5, 8.
Chimaera XI, 3, 36. *mons* XIV, 3, 46.
Chio XIV, 6, 30.
Chirographum V, 24, 22.
Chiron III, 70, 36. IV, 9, 12.
Chirurgia IV, 9, 2. 3.
Choaspis XIII, 21, 15.
Choaspites XVI, 7, 16.
Cholera IV, 5, 4.
Choreae VI, 19, 6.
Choriambus I, 16, 16.
Chorus VI, 19, 5. *quando in Graecia inventus* V, 39, 11.
Chresimon I, 20, 22.
Chria II, 11, 1. 2. 21, 14.
Chrisma VI, 19, 50. VII, 2, 3.
Christianus VII, 14, 1. *imperator quis primus* V, 39, 33. *quando libere congregari poterant* VI, 16, 3. *Christianae haereses* VI, 16, 3. *ab Aureliano urgentur* V, 39, 34.
Christus VI, 19, 50. *quando natus et crucifixus* V, 39, 26. — *Christi nomina* VII, 2. — *Christus ex cuius stirpe* VII, 6, 16.
Chromaticus X, 45.
Chronica IV, 7, 1. V, 28.
Chronicon liber VI, 1, 7.
Chryse XIV, 3, 5. 6, 11.
Chryselectrus XVI, 15, 3.
Chrysendeta vasa XX, 4, 8.
Chrysites XVI, 4, 28.
Chrysoberillus XVI, 7, 6.
Chrysocolla XVI, 15, 7. XIX, 17, 10.
Chrysolampis XVI, 15, 14.
Chrysolithus XVI, 15, 2.
Chrysopis XVI, 15, 2.
Chrysoprassus XVI, 7, 7. 14, 8.
Chrysorrhoa XIII, 21, 21.
Chrysostomus V, 39, 38.
Chus IX, 2, 10. 13. 127.
Cibarius XX, 2, 15.
Cibus XX, 2, 1.
Cibutum XX, 9, 3.
Cicada XII, 8, 10. *aureae cicadae Atheniensium ornamenta* XIX, 30, 1.
Cicatrix IV, 8, 23.
Cicendula XII, 8, 6.
Cicer XVII, 4, 6.
Cicero rhetoricam Romam transtulit e Graecia II, 2, 1. *Ciceronis fons saluber* XIII, 13, 2.
Ciconia XII, 7, 16. 17. *instrumentum* XX, 15, 3.
Cicuta XVII, 7, 57. 71.
Cidaris XIX, 30, 6.
Cilia XI, 1, 42. VI, 16, 12.
Cilices IX, 2, 35.
Cilicia XIV, 3, 45. XIX, 26, 10.
Cilicises XX, 6, 6.
Cilio XX, 4, 7.
Cilix XIV, 3, 45.
Cillere XI, 65. XX, 14, 11.
Cimaea insula XVI, 1, 6.
Cimicia XVII, 9, 57.
Cimex XII, 5, 17.
Cimolia creta XVI, 1, 6.
Cinaedia XVI, 10, 8.
Cinctus XIX, 33, 1. *Gabinus* XIX, 24, 7.
Cinereus color XII, 1, 54.
Cingula, ae XX, 16, 4.

Cinguli XIX, 32.
Cingulum XIX, 33, 1. 3. XX, 16, 4.
Cinnabar XIX, 23, 7.
Cinnabaris XIX, 17, 8.
Cinis XVI, 1, 2. *in agricultura* XVII, 2, 2.
Cinnamolgus XII, 7, 23.
Cinnamomum XVII, 8, 10.
Cinoth VI, 1, 8.
Cinyphe mons XII, 1, 14.
Cinyphii XII, 1, 14.
Circe VIII, 9, 5. XI, 4, 1. XVIII, 28, 2.
Circenses ludi XVIII, 27.
Circinus XIX, 19, 10.
Circius VIII, 11, 2.
Circularis numerus III, 6, 5. 65.
Circuli coeli III, 43. XIII, 6. *lacteus* III, 45. XIII, 5, 7. *decemnovenalis* VI, 17, 32. *Zodiacus* III, 44. *candidus* 45. *ἀρκτικός* III, 43, 2. *ἀνταρκτικός* §. 3. *θερινὸς τροπικός* §. 2. *χειμερινὸς τροπικός* §. 4. *ἡμερινός* §. 3. — Iidem circuli recurrunt XIII, 6. — circulus *ornatus genus* XIX, 31, 16.
Circumcelliones VIII, 5, 53.
Circumflexus accentus I, 17, 3.
Circumforanus X, 64.
Circumluvium XIV, 8, 42.
Circumtextum XIX, 24, 10.
Circus XV, 2, 33. XVIII, 28. 29.
Cirri XI, 1, 30. XIX, 23, 7.
Cisalpina Gallia XIV, 4, 26.
Cistella XX, 9, 8.
Cithara quando et a quo inventa III, 21, 2—7. V, 39, 10.
Cithium IX, 2, 36.
Citii IX, 2, 36.
Citocatia vel *citocotia* XVII, 9, 65.
Citra XIV, 4, 30.
Citrosa vestis XIX, 22, 20.
Civilis actualis philosophia II, 24, 16.
Civis IX, 4. *cives Romani* ib. §. 51. 52.
Civitas XV, 1. 2, 18.
Cizici fons XIII, 13, 3.
Clamosus X, 42.
Clarus X, 32. *clara dies* ibid.
Classica XVIII, 4, 5.
Classis IX, 3, 59. XIX, 1, 15.

Claudius Imperator V, 39, 26. 27. 34.
Claustra XV, 7, 5.
Clausula in metro I, 38, 24.
Clava XVIII, 7, 7.
Clavati XIX, 34, 13.
Clavis XX, 13, 5.
Clavus XIX, 2, 12.
Clemens X, 36.
Cleopatra V, 39, 25. *mors* XII, 4, 14.
Clipare XVIII, 12, 1.
Cleri VII, 12, 1.
Clerici VII, 12, 1. 2. 3.
Clibanitius panis XX, 2, 15.
Clibanus XV, 6, 5.
Clientes X, 53. 36.
Climata coeli III, 41, 1. 4. XIII, 1, 3. *in mensura* XV, 15, 4.
Climax II, 21, 4.
Clitorius lacus XIII, 13, 2.
Clitumnus lacus XIII, 13, 6.
Clivosum XV, 16, 13.
Clivus XV, 6, 5.
Cloaca XV, 2, 25.
Clodus XII, 3, 2. X, 60. XVII, 5, 4.
Clonia XVII, 7, 72.
Clunabulum XVIII, 6, 6.
Clunes XI, 1, 101.
Clura XII, 2, 31.
Clypei XVIII, 12.
Clyster IV, 11, 3.
Clysthenes Sicyonius XVIII, 35, 2.
Coaetaneus X, 49.
Coccimela XVII, 7, 10.
Cochleae XII, 6, 48.
Cochlear XX, 4, 13. *mensurae genus* XVI, 26, 3.
Cocleae XV, 2, 38.
Coclites X, 163.
Coctum XX, 2, 21.
Cocytus XIV, 9, 7.
Codex VI, 13, 1. XVII, 5, 4. *Theodosianus* V, 1, 7.
Codia IV, 9, 9.
Codicellus V, 24, 14.
Codrans XVI, 25, 17.
Coelebs X, 34.
Coeles X, 34.
Coelicola X, 34.
Coelis civitas IX, 2, 25.
Coelum III, 30. *figura* ib. quot 31, 2. *ianua* 39. XIII, 1, 7. *convexa* III, 37. 38. XIII, 6. *facies* 40. *climata* 41. *celeritas* 34. *axis* 35. *poli* 36. *partes* 41. XIII, 5. *cardines* III, 37. *circuli* 43. XIII, 6. *sphaera* XIII, 5, 2. — *de coelo* XIII, 4.
Coena XX, 2, 14. *dominica* VI, 18, 16.
Coenaculum XV, 3, 7.
Coenobitae VII, 13, 2.
Coenobium XII, 13, 2. XV, 3, 7. 4, 6.
Coenum XVI, 1, 2.
Coerulei pisces XII, 6, 10.
Coetus VI, 16, 13.
Cognati IX, 6.
Cognitor X, 53.
Cognomen I, 6, 4.
Cognomentum I, 6, 4.
Coheleth VI, 1, 7. VII, 2, 19. 6, 65.
Cohors IX, 3, 51. XV, 9, 1.
Coire VI, 16, 13.
Colatum XX, 3, 7.
Colena XVII, 9, 76.
Colere X, 36.
Colchi IX, 2, 83.
Colica passio IV, 7, 38.
Collectio scripti in rhetorica II, 5, 10.
Collectivum II, 9, 13.
Collega X, 49.
Collegiati IX, 4, 29.
Collegiatus X, 64.
Colles XIV, 8, 19.
Collisio I, 31, 9.
Collum XI, 1, 60.
Collyria IV, 9, 10.
Colobium XIX, 22, 24.
Colocasia XVII, 9, 81.
Colocynthis XVII, 9, 32.
Colomelli dentes XI, 1, 52.
Colomis X, 55.
Colon I, 19, 4. 6. II, 18, 1. 2.
Colonia XV, 2, 9.
Colonus X, 52. IX, 4, 36.
Colophonium metrum I, 38, 7.
Colophonius invenit elegos I, 38, 15.
Colophonia resina XVII, 7, 71.
Colores XIX, 17. XII, 1. XVIII, 33. 41. XIX, 28, 1.
Colostrum XX, 2, 33.
Coluber XII, 4, 2.
Colubraria insula XIV, 6, 43.
Columba XII, 7, 61.

Columbaria XIX, 2, 3.
Columbinus lapis XIX, 10, 9.
Columella rusticarum rerum scriptor XVII, 1, 1.
Columna in naribus XI, 1, 48. *columnae* XV, 8, 14. XIX, 10, 22.
Colus XIX, 29, 2.
Coluthiani VIII, 5, 49.
Coluthus haereticus VIII, 5, 49.
Colymbades XVII, 7, 67.
Comae XI, 1, 30.
Comesores X, 58.
Cometes III, 70, 16.
Comici VIII, 7, 7.
Comitialis morbus IV, 7, 7.
Comitiorum dies IV, 7, 7.
Comma I, 19, 3. 6. II, 18, 1. 2.
Commagae urbs XIV, 3, 7.
Commagena XIV, 3, 17.
Commentaria VI, 8, 5.
Commercium V, 25, 35.
Commissura XIX, 19, 8.
Commodum V, 25, 16.
Commodus imperator V, 39, 30.
Commune genus I, 6, 33. *verbum* 8, 8.
Communi dividendo formula iuris V, 25, 10.
Communicantes XX, 2, 14.
Communis annus V, 17, 21. — *communes literae* I, 3. 4, 2. *communis dialectus* IX, 4, 1. — *locus* II, 4, 7. 8.
Comoedi VIII, 7, 6. XVIII, 46.
Comoedia XIV, 6, 38.
Compagia XI, 1, 85.
Comparatio I, 6, 32. — *criminis* II, 5, 7.
Comparativus I, 6, 32.
Compedes V, 27, 7.
Competens VII, 14, 8.
Compilator X, 44.
Compita XV, 16, 12. 2, 15.
Complex X, 50.
Compluvium XV, 8, 12.
Compositus numerus III, 5, 7.
Comptus X, 56.
Concentor VII, 12, 28.
Concessio criminis II, 5, 6.
Conchae XII, 6, 48. 49.
Conchleatius lapis XIX, 10, 8.
Conchylia XII, 6, 50. XIX, 28, 2. 4.
Conciliabulum XV, 2, 14.
Conciliatrix X, 63.
Concilium VI, 16, 12. *conciliorum canones* VI, 16, 2.
Concionator liber biblicus VI, 2, 19. X, 38.
Conclusio II, 7, 1. 2. 9, 2. 6.
Concors X, 37.
Concula X, 229. XVI, 26, 3.
Conditiones in iure V, 24, 29.
Conditum vinum XX, 3, 9.
Conductio V, 25, 13.
Confessio erroris VI, 19, 78.
Confidens X, 40.
Confinalis X, 52.
Confrages XIV, 8, 27.
Confusio X, 61.
Confusus X, 61. *confusa vox* I, 14.
Congiarium XVI, 26, 7. 8.
Congius XVI, 26, 6. 7.
Congrus XII, 6, 44.
Coniecturalis status II, 5, 3.
Coniugatio I, 8, 7.
Coniuges IX, 7, 9.
Coniugium IX, 7, 20. 21.
Coniunctio I, 11.
Coniunctivus modus I, 8, 4.
Coniuratio IX, 3, 55.
Conon III, 12, 5.
Conopeum XIX, 5, 4.
Consanguinei IX, 6, 4.
Consanguinitas humana IX, 5, 6. 7. *consanguinitatis arbor* IX, 6, 28. *tabula* IX, 2, 28. p. 314.
Conscripti milites IX, 3, 40.
Considere XX, 11, 9.
Consilium VI, 16, 12.
Consitus ager XV, 13, 6.
Consobrinorum filii IX, 6, 15.
Consolator X, 38.
Consonantes literae I, 4, 3.
Consors X, 37. 52.
Constans X, 40.
Constantinopolis XV, 1, 42.
Constantinopolitana synodus VI, 16, 7.
Constantinus Imperator novas leges induxit V, 1, 7. *Christianis liberam sacrorum exercitationem concessit* VI, 16, 3. *sub eo synodus Nicaena* §. 4. *quando vixerit* V, 39, 36.
Constantius V, 39, 36.
Constellationes VIII, 9, 24.
Constitutio V, 13. II, 5, 3. 4.
Constructio in fabricis XIX, 10.
Consuetudo II, 10, 2. V, 3, 3. 4.
Consul suffectus X, 256. — *consulum conditio* IX, 3, 6. 7.
Consultus X, 39.
Consumptus X, 63.
Contemptibilis X, 47.
Contagium IV, 6, 18.
Contentiosus X, 46.
Conticescere I, 29, 1. II, 29, 6. V, 31, 8.
Conticinium V, 31, 8.
Continens X, 35. XIV, 8, 43. *numerus* III, 7, 2.
Contra stimulum calces proverb. I, 36, 28.
Contradictio II, 27, 6.
Contraria II, 31.
Controversia II. 6.
Contubernium IX, 7, 23.
Contumax X, 45.
Contumeliosus X, 46.
Contus XVIII, 7, 2.
Conus XVII, 7, 34. XVIII, 7, 7. 14, 2.
Convalles XIV, 5, 22.
Convenae urbs IX, 2, 108.
Conventus VI, 16, 13. *in geographicis* XIV, 5, 21.
Convexa coeli III, 38. XIII, 5, 6.
Convincibile II, 9, 10.
Convivium XX, 1, 3.
Convulsus X, 62. *convulsa navis* ibid.
Coos XIV, 6, 18.
Cophinus XX, 9, 9.
Coquinae apparatum quis invenerit XX, 1, 1.
Coquinaria vasa XX, 8.
Cor XI, 1, 118.
Cora i. e. *colles*, lingua Hebraica XVI, 26, 17.
Coralliticus, marmor XVI, 5, 9.
Corallius XVI, 8, 1.
Coranus XVI, 4, 31.
Corax XII, 7, 43.
Corbes XX, 9, 10.
Corda III, 21, 6.
Coriandrum XVII, 11, 7.
Corinthea XV, 1, 45.

Corintheus marmor XVI, 5, 14.
Corinthium mare XIII, 16, 6. *aes* XVI, 20, 4.
Corinthus XV, 1, 45. XIV, 4, 14.
Coriti XVIII, 9, 2.
Corium XI, 1, 79.
Cornelia familia IX, 5, 11.
Corneliana carta VI, 10, 5.
Cornix XII, 7, 44.
Cornua IX, 3, 63. *in navibus* XIX, 2, 7.
Cornum XVII, 7, 16.
Cornuum XVI, 25, 10.
Corolla XIX, 30, 1.
Corona XIX, 30, 1. 2. *in oculis* XI, 1, 38.
Coronarium aes XVI, 20, 5.
Coronis I, 20, 26.
Corpulentus X, 58.
Corpus XI, 1, 14. 17. et *caro* differ. XI, 1, 17. *corpora diversarum gentium* XIX, 23, 7. *partes cui usui* XI, 1, 146. *sensus* XI, 1, 17.
Corsica XIV, 6, 41.
Corus XIII, 11, 10.
Corycus urbs XIV, 3, 45.
Corymbi XVII, 5, 12.
Coryza IV, 7, 12.
Cos XVI, 3, 6.
Costae XI, 1, 89.
Costi XII, 5, 13.
Costum XVII, 9, 4.
Cote XVI, 26, 5.
Cothurni XIX, 34, 5.
Coticula IV, 4, 7.
Cotis XVI, 3, 6.
Cotopitae VIII, 5, 53.
Coturnix XII, 7, 64.
Cotyla XVI, 26, 5.
Cous urbs XV, 1, 48.
Coxae XI, 1, 107.
Crabrones XII, 8, 2. 4.
Crapula XX, 2, 9.
Cras V, 30, 19.
Crassus X, 58.
Crater hic XX, 5, 3.
Cratera XX, 5, 3.
Crates XIX, 10, 17.
Creatio mundi V, 39.
Creator IX, 5, 5. XI, 1, 15.
Credita res V, 25, 14.
Crementum IX. 5, 5. XI, 1, 15.
Crepa XII, 1, 15.
Crepare X, 74.
Creperum V, 31, 7.
Crepidae XIX, 34, 2.
Crepido XVI, 3, 3.
Crepusculum X, 74. V, 31, 7.
Creta XIV, 6, 15. 16. XVI, 1, 6. *Cimolia* ibid. *argentaria*, *candida* ibid.
Cretata toga XIX, 24, 6.
Creticus sinus XIII, 16, 2. *Creticum mare* XIII, 16, 5.
Cretio V, 24, 15. 16.
Cribrum XX, 8, 6.
Crimen V, 26, 1. *crimina in legibus constituta* ibid. *criminis remotio* II, 5, 6. *relatio* 7. *comparatio* ib. *purgatio*, *deprecatio* 8.
Crines XI, 1, 31. *albi*, *cirri* XIX, 23, 7. *Crinis Veneris* gemma XVI, 11, 6.
Crinita stella III, 70, 17.
Crispus X, 60.
Cristalli XVI, 12. 13.
Critici dies aegrotorum IV, 9, 13.
Croacasis XIV, 8, 2.
Crocodilus XII, 6, 19. 20.
Crocomagma XVII, 9, 6.
Crocum XVII, 9, 5.
Cruciarius X, 49.
Crucium vinum XX, 3, 9.
Crudelis X. 48.
Crudum XX, 2, 20.
Cruor XI, 1, 122.
Crura XI, 1, 110.
Crusta XIX, 13. XX, 2, 18.
Crustati parietes XIX, 13.
Crustumia pirus XVII, 7, 15. *Crustumia* arboris genus. XVII, 7, 67.
Crux V, 27, 34.
Cryphia I, 20, 10.
Crystalli XVI, 13.
Ctesiphon urbs XV, 1, 9.
Cubiculum XV, 3, 9.
Cubile XV, 3, 9. XX, 11, 2.
Cubitalis lusus XVIII, 69. 2.
Cubitum XI, 1, 64.
Cubus III, 6, 6. 12, 3.
Cuculla XIX, 24, 17.
Cucuma XX, 8, 3.
Cucumeres XVII, 10, 16.
Cucurbita IV, 11, 3. XVII, 10, 17.
Cucurbitularis herba XVII, 9, 86.
Culex XII, 8, 13.
Culina XX, 10, 1.
Culleum V, 27, 36.
Culmina XV, 8, 4.
Culmus XVII, 3, 16.
Cultura XVII, 2, 1.
Cultelli XX, 14, 3.
Cultus, *vestitus*, *habitus* differ. XIX, 22, 3.
Cum et *quum* non idem sunt I, 26, 4.
Cumaea Sibylla VIII, 8, 5.
Cumana Sibylla VIII, 8, 5.
Cumba XIX, 2, 1.
Cuminum XVII, 11, 6.
Cunabula XX, 11, 6.
Cuneus IX, 3, 61.
Cuniculi XII, 1, 24.
Cupae XX, 6, 7.
Cupere quid X, 42.
Cupi XX, 6, 7.
Cupido deus VIII, 11, 80.
Cupidus X, 42.
Cuplae XIX, 19, 6.
Curatio medicinae IV, 9.
Curator X, 53. IX, 4, 34.
Curia XV, 2, 8. *Curiae* IX, 2, 4.
Curiales IX, 4, 24.
Curricula V, 35, 1.
Currus XVIII, 35. XX, 12, 1.
Cursus XVIII, 20.
Curvus X, 60.
Cuspis XVIII, 7, 11.
Cutis XI, 1, 78.
Cyanea XVI, 9, 7.
Cyathus XVI, 26, 4. XX, 5, 4.
Cyclades XIV, 6, 19. 20.
Cyclaminus XVII, 9, 89.
Cyclicum VI, 17, 4.
Cyclopes XI, 3, 16.
Cyclopae coclites X, 163.
Cyclus VI, 17, 3. *paschalis* VI, 17.
Cydnus XIII, 21, 15. 20.
Cydonia urbs XVII, 7, 4.
Cygnus XII, 7, 18. 19.
Cylindrus III, 12, 4. XX, 14, 9.
Cymba XIX, 1, 25.
Cymbala III, 21, 11.
Cymbia XX, 5, 4.
Cyma XVII, 10, 4. *Cymae* XVII, 6, 20.

Cynici VIII, 6, 14.
Cyniphes XII, 8, 14.
Cynocephali XI, 3, 15. XII, 2, 32.
Cynodontes XI, 3, 7.
Cyparissus XVII, 7, 34.
Cyperus XVII, 9, 8.
Cypria color XIX, 17, 10.
Cyprianus V, 39, 33.
Cyprii IX, 2, 36.
Cyprinum IV, 12, 9.
Cyprium mare XIII, 16, 5. *aes* XVI, 20, 2. *color* XIX, 17, 4.
Cyprus XIV, 6, 14.
Cyrene XIV, 5, 4. 5. XV, 1, 77.
Cyrillus episcopus VI, 17, 2.
Cyrrha XIV, 8, 11.
Cythaeron XIV, 8, 11.
Cytherea insula XIV, 6, 25.

D.

DM. nota in iure I, 22, 1.
DT. nota iuris I, 22, 1.
Daci IX, 2, 90.
Dacia XIV, 4, 3.
Dactylicum metrum I, 38, 6.
Dactylosa herba XVII, 9, 48.
Dactylus I, 16, 8. *dactyli fructus palmarum* XVII, 7, 1. *uvae* XVII, 5, 17.
Dadan IX, 2, 19.
Daedali fabula XIX, 19, 9. *primus fabricator* XIX, 5, 1. *primus mensam et sellam fecit* XX, 1, 1.
Daemon VIII, 11, 15.
Dalila VII, 6, 56.
Dalmatia XIV, 4, 8.
Dalmatica vestis XIX, 22, 9.
Damascus IX, 2, 3. XV, 1, 15.
Damnabilis X, 80.
Damnatus X, 80.
Damnum V, 27, 5.
Damula XII, 1, 22.
Dan VII, 7, 14.
Danai IX, 2, 72.
Daniel VI, 1, 7. 2, 25. VII, 8, 9.
Danubius XIV, 4, 17. XIII, 21, 28.
Dapes XX, 2, 6.
Dardani IX, 2, 67.
Dardania XV, 1, 48. XIV, 3, 41.
Dardanus IX, 2, 67. XIV, 3, 41.
Dares Phrygius I, 41, 1.
Darius V, 39, 19. 21. *Nothus* V, 39, 20.
Dativus I, 6, 39.
Daucus XVII, 9, 65.
David V, 39, 19. VIII, 6, 64. *primus hymnos fecit* I, 38, 17.
De augendi particula X, 76. 77.
Deamare X, 76.
Debbora V, 39, 10. VII, 6, 53.
Decani IX, 3, 31.
Decem III, 3, 3. 4.
December V, 33, 11.
Decemviri V, 1, 3. 4.
Decens X, 68.
Decibilis X, 68.
Decius Imperator V, 39, 33.
Decolor X, 71.
Decorus X, 68.
Decrepitus X, 74.
Decumanus limes XV, 14, 4.
Decuriones IX, 4, 23.
Decursus XIII, 21, 4.
Dedicare VI, 19, 30.
Dedicatio VI, 19, 30.
Deditio IX, 4, 49.
Dediti IX, 4, 49.
Deductiva pronomina I, 7, 6.
Defensores IX, 4, 15.
Defessus X, 71.
Definitio vid. *Diffin.*
Defrutum XX, 3, 14.
Defunctus IX, 4, 20. 5, 22. XI, 2, 36. XVII, 10, 18.
Degener X, 73.
Degulator X, 80.
Dehiscens X, 76.
Deiero X, 222.
Delapidata XV, 16, 6.
Delator X, 77.
Delicatus X, 70.
Delibutus X, 70. *gaudio* ibid.
Delirus X, 78.
Delmi oppidum XIV, 4, 8.
Delos XIV, 6, 21.
Delphica Sibylla VIII, 8, 3.
Delphinus XII, 6, 11.
Delubra XV, 3, 9.
Demens X, 79.
Deminutiva I, 6, 11.
Deminutus capite X, 54.
Democritus rusticarum rerum scriptor XVII, 1, 1. *magicam artem exercuit* VIII, 9, 2.
Demonstrativa pronomina I, 7, 4.
Demonstratorius digitus XI, 1, 70.
Demosthenis fabula ex orat. Olynth. I. I, 39, 7. *quando vixerit* V, 39, 21.
Demattire X, 76.
Denarium XVI, 25, 13.
Dens XI, 1, 52. *quae gentes dentibus maxime in loquendo utantur* IX, 1, 8.
Dentale XX, 14, 2.
Dentrix XII, 6, 23.
Deponens verbum I, 5, 8.
Deponere in iure V, 25, 19.
Deportatus V, 27, 29.
Depositum V, 25, 19.
Deprecatio criminis II, 5, 8.
Depretiatus X, 75.
Derivativa I, 6, 10.
Descriptio II, 26, 5.
Deserta XIV, 8, 31.
Desertores IX, 3, 39.
Desiderare X, 76.
Desidere X, 77.
Desidiosus X, 77.
Desipiens X, 79.
Desperatio VIII, 2, 5.
Desperatus X, 72. *ante ianuam collocabantur* X, 76.
Despiciens X, 76.
Desultores XVIII, 39.
Deucalion XIII, 22, 4.
Deuteronomium VI, 1, 4. 2, 7.
Deus VII, 1, 14. *nomina eius* ibid. et 1, 2. seqq. *qua lingua usus sit* IX, 1, 11. 12. *quando primum adoraverint* V, 39, 6. *dii gentium* VII, 4. *manes* X, 139.
Devia XIV, 8, 32.
Dextera XI, 1, 67.
Dextrae XIX, 31, 16.
Dextralia XIX, 19, 11.
Diabolus VIII, 11, 18.
Diacodion IV, 9, 9.
Diacones VII, 12, 22.
Diadema XIX, 31, 1.
Diaeresis I, 34, 4.
Diaeta IV, 9, 2.
Dialectica I, 2, 1. II, 22—29. et *rhetorica* differ. c. 23.

Dialectici syllogismi II, 28.
Dialectus Aeolica IX, 2, 34. 1, 4. *Attica* IX, 1, 4. *Dorica* IX, 1, 4. 2, 80. *Ionica* IX, 1, 4. κοινή IX, 1, 4.
Dialogus VI, 8, 2.
Dialyton I, 35, 20.
Diamoron IV, 9, 9.
Diana VIII, 11, 56. seqq.
Dianatheton grammon III, 12, 2.
Diaphonia III, 19, 3.
Diapsalma VI, 19, 14—16.
Diarium I, 43, 1.
Diarrhoea IV, 7, 35.
Diaspermaton IV, 9, 9.
Diastema III, 19, 5.
Diastole I, 18, 7.
Diasyrmos II, 21, 42.
Dibre haiamim VI, 1, 7.
Dicendi genera II, 17. *peritia* II, 3, 2.
Dicta mons XVII, 9, 29.
Dictamnum XVII, 9, 29.
Dictatores IX, 3, 10. 11.
Dido quando Carthaginem condiderit V, 39, 13.
Didyme insula XIV, 6, 37.
Didymus VII, 9, 16.
Dies V, 30. III, 50. *dies X., quibus Moyses et Helias et Iesus ieiunaverint, quid significent* III, 4, 2. — *caniculares* III, 70, 14. — *clara* X, 32. — *comitiorum* IV, 7, 7. — *critici* medicorum IV, 9, 13. — *dominicus* V, 30, 9. VI, 18, 19. seqq. — *fasti* VI, 18, 1. — *feriati* V, 30, 12. — *festi* V, 30, 12. — *intercalares* VI, 17, 27. — *kalendarum* festi apud Hebraeos VI, 18, 11. — *lunares* VI, 17, 30. — *palmarum* VI, 18, 13. *dictus Capitilavium* 14. — *paschalis* VI, 17, 17. — *dierum nomina* V, 30, 5. seqq.
Diesis III, 19, 6.
Diespiter VIII, 11, 42.
Differentiae grammaticae I, 30.
Diffinitio II, 29, 1. *genera* ibid. et 26, 8. seqq. et c. 5, 10. — *diffinitionum ratio* II, 25, 2—8.
Diffinitivus status II, 5, 3.
Digammon I, 4, 8.
Digiti XI, 1, 70. *digitus* in mensura XV, 15, 2. *digitorum notae* I, 25.
Diiambus I, 16, 4.
Dilator X, 77.
Dilectio VIII, 2, 6.
Dilectus X, 69.
Diligentes X, 234.
Diluculum V, 31, 13.
Diluvium XIII, 21. 22, 1. *diluvium terrae quando factum sit* V, 39, 4.
Diminutivus numerus III, 5, 10.
Dina VII, 6, 38.
Diocletianus V, 39, 5.
Diomediae aves XII, 7, 28. 29. *equi* XI, 4, 2.
Dionysias lapis XVI, 11, 3.
Dionysius Lindius I, 15, 3. — *Dionysius* V, 39, 25. — *Stoicus* VIII, 6, 18. — *lapis* XVI, 4, 7.
Dioscoria XV, 1, 40.
Dioscorus haereticus V, 39, 39.
Diphthongus I, 15, 2.
Diple figura I, 20, 13. *eius genera* 14—20.
Diplois XIX, 24, 11. 12.
Dipondius XVI, 25, 3.
Dipsas XII, 4, 13. 32.
Diptota I, 6, 43.
Directus X, 69.
Dirus X, 75.
Disciplina I, 1. X, 66. et *ars* differ. I, 1, 3. *liberales* I, 2, 1. 2.
Discipulus X, 66.
Discretus numerus III, 7, 1.
Discrimina vocis III, 21, 5.
Discriminalia XI, 1, 31. XIX, 31, 8.
Discriminare XIX, 31, 8.
Discus XX, 4, 9.
Disertus X, 65.
Dispensativa actualis philosophia II, 24, 16.
Dispensator X, 67.
Dispondeus I, 16, 14.
Dispositio aedificiorum XIX, 9.
Disputare in iure IX, 4, 14.
Disseptum intestinum XI, 1, 130.
Dissors X, 52.
Distichon I, 38, 1. *hordeum* XVII, 3, 10.
Distinctio in grammatica I, 19, 2. 5.
Ditispater VIII, 11, 42.
Ditrocheus I, 16, 14.
Diversorium XV, 3, 10.
Diverticula in viis XV, 16, 11.
Dives X, 68.
Divinationis genera VIII, 9, 13. 14.
Divini VIII, 7, 3. 9, 14.
Divisio in metrica I, 16, 21. seqq.
Divortium IX, 7, 25. *divortia* in viis XV, 16, 11.
Docilis X, 16. 66. 274.
Doctus X, 66.
Dodanim IX, 2, 36.
Dogma VIII, 2, 1.
Dolabra XIX, 19, 11.
Dolium XX, 6, 6.
Dolon XIX, 3, 3. *Dolones* XVIII, 9, 4.
Dolosus X, 76.
Dolus V, 26, 7.
Domestica res XIX, 26, 3.
Dominicus dies V, 30, 9. 19. *dominica coena* VI, 18, 16.
Dominus X, 65. *Iesus* VII, 1, 14. *resurrectio* VI, 17, 16. *titulus Imperatorum* IX, 3, 17.
Domitianus V, 39, 28.
Domus I, 28, 4. IX, 4, 3. XV, 3, 1.
Donarium XV, 5, 1. 2. VI, 19, 27.
Donatio V, 24, 25. — *usufructuaria* V, 24, 27. *directa* 28.
Donatistae VIII, 5, 51.
Donatus haereticus VIII, 5, 51.
Donum VII, 3, 15. VI, 19, 26—29.
Dor XV, 1, 18.
Dorcas XII, 1, 15.
Dori IX, 2, 80.
Dorica dialectus IX, 1, 5. 2, 80. *Doricae columnae* XIX, 10, 22.
Dorsum XI, 1, 91.
Dorus IX, 2, 80.
Dos V, 24, 25.
Dosinus color XII, 1, 54.
Drachma XVI, 25, 13.
Draco XII, 4, 4. 5. *marinus* 6, 42. *dracones* signum militare XVIII, 3, 3.
Dracontea XVII, 9, 35.
Dracontites XVI, 14, 7.
Dravus XIV, 4, 16.
Dromeda XII, 1, 36.
Dromones XIX, 1, 14.

Droselytus XVI, 12, 2.
Dryades nymphae VIII, 11, 97.
Dubius X, 77.
Ductile aes XVI, 20, 8.
Duella XVI, 25, 15.
Dulcia substant. XX, 2, 18.
Dulcis X, 68.
Duo III, 3, 1.
Duracinum malum XVII, 7, 7.
Durco XIX, 1, 10.
Durius XIII, 21, 33.
Dusii VIII, 11, 103.
Duumvirales IX, 4, 26.
Dux IX, 3, 22.
Dynamidia IV, 10, 3.
Dysenteria IV, 7, 36.

E.

Ebenus XVII, 7, 36.
Ebionitae VIII, 5, 36.
Ebosus insula XIV, 6, 43.
Ebrus fluv. XIV, 4, 6.
Ebur XVI, 5, 19.
Echeneis XII, 6, 34.
Echinus piscis XII, 6, 57.
Echites XVI, 15, 18.
Ecclesiastes VI, 1, 7. 2, 19.
Ecclesiastica res VIII, 1—6. *catholica* VIII, 1, 8. — *ad ecclesias septem cur scripserit Iohannes* VI, 17, 17.
Ecclesiasticus VI, 1, 9. 2, 31. 32.
Ecclipsis I, 33, 10. 34, 6. *solis* III, 57. *lunae* 58.
Ecstasis VII, 8, 33.
Ectasis I, 34, 4.
Eculeus V, 27, 21.
Eden XIV, 3, 2—4.
Edere XII, 1, 3.
Edessa XV, 1, 13.
Edictum V, 13. II, 10, 1. IX, 3, 11.
Edissa XVI, 1, 14.
Edom VII, 6, 33. 34. IX, 2, 9.
Edulium XII, 1, 13.
Efferatus X, 92.
Efficax X, 83.
Efficiens X, 83.
Effractor X, 92.
Effrata urbs XV, 1, 23.
Effrenatus X, 92.
Egens X, 88.
Egenus X, 88.
Eieie VII, 1, 10.
El VII, 1, 3. XIV, 3, 12.
Elaeomeli XVII, 7, 11.
Elam IX, 2, 3.
Elamitae IX, 2, 3.
Elbidas XIX, 28, 7.
Elbus XIX, 28, 7.
Eleazar VII, 6, 48.
Elector XVI, 24, 1.
Electrum XVI, 8, 6. 22. 24.
Electuarium IV, 9, 10.
Elegi I, 38, 14.
Elegiacum metrum 1, 38, 14. 15.
Elementa XIII, 3. 1, 2.
Elephantiacus morbus IV, 8, 12.
Elephantiae XII, 4, 39.
Elephas XII, 2, 4.
Eli VII, 6, 59.
Elion VII, 1, 9.
Elisa IX, 2, 34.
Elisabeth VII, 10, 2.
Elixum XX, 2, 22.
Elleadebarim VI, 1, 4.
Elleborus XVII, 9, 24.
Ellychnium XIX, 19, 3. XVII, 6, 25.
Elocutio II, 16. 27, 2.
Eloe VII, 1, 5.
Eloi VII, 1, 4.
Eloquens X, 81.
Elvidiani VIII, 5, 57.
Elvidius VIII, 5, 57.
Eman VII, 8, 29.
Emancipatio IX, 5, 17.
Emanuel VII, 2, 10.
Emathia XIV, 4, 13.
Emathii IX, 2, 78.
Embolismus annus VI, 17, 22. 23.
Emerita XV, 1, 69.
Emeriti IX, 3, 34. XV, 1, 69.
Emor IX, 2, 59.
Emplastrum IV, 9, 11.
Emporetica carta VI, 10, 5.
Emptio V, 24, 24. *emptio venditio* V, 24, 23.
Empye IV, 7, 20.
Encaenia VI, 18, 12.
Enchiridion IV, 11, 1.
Encratitae VIII, 5, 25.
Enema IV, 9, 11.
Enhydris XII, 4, 21.
Enhydros XII, 2, 36. XVI, 13, 9.
Ennius notas vulgares invenit I, 21, 1. *elego apud Romanos primus usus est* I, 38, 6. 15.
Enoch V, 39, 3. 18. VII, 6, 11. *urbs* XV, 1, 3.
Enos V, 39, 2. VII, 6, 10.
Ensis XVIII, 6, 1. et *gladius* differ. ibid.
Entheca XV, 5, 8.
Enthymema II, 9, 8—15.
Enunciativa oratio II, 27, 5.
Epactae VI, 17, 29. 31.
Epanalepsis I, 35, 11. II, 21, 36.
Epanaphora I, 35, 9.
Epangelia II, 21, 44.
Epanodos II, 21, 7.
Epaphus XIV, 5, 1.
Epenthesis I, 34, 2.
Ephebus VIII, 11, 54. XI, 2, 10.
Ephemeris I, 43, 1.
Ephesina synodas VI, 16, 8.
Ephesius lapis XVI, 4, 36.
Ephesus XV, 1, 39.
Ephod XIX, 21, 5.
Ephraim VII, 7, 21.
Epibata XIX, 1, 7.
Epichirema II, 9, 16—18.
Epicoenum I, 6, 34.
Epicurei VIII, 6, 15. 20.
Epicurus VIII, 6, 15. 23.
Epidromos XIX, 3, 3.
Epigramma I, 38, 22.
Epigri XIX, 19, 7.
Epilepsia IV, 7, 5. 9.
Epimelas XVI, 10, 10.
Epimelis XVII, 7, 12.
Epiphanes V, 39, 23.
Epiphania VI, 18, 6.
Epirotae IX, 2, 79.
Epiroticum mare XIII, 16, 7.
Epirus XIV, 4, 4. XV, 1, 43. *Epiri fontis vis salutaris* XIII, 13, 10.
Episcopatus VII, 12, 11.
Episcopi VII, 12, 8. 12. 21.
Epistola VI, 8, 17. 18. *Epistolae Novi Testamenti* VI, 2, 45—47.
Epistylia XV, 8, 15. XIX, 10, 24.
Episynaloephe I, 34, 5.
Epitaphium I, 38, 20.
Epithalamia I, 38, 18.
Epithema IV, 9, 10.
Epitheton I, 6, 24. 36, 12.

Epithymum XVII, 9, 13.
Epitriti I, 16, 19.
Epitritum I, 16, 22.
Epitrope II, 21, 30.
Epizeuxis I, 35, 10.
Epodon I, 38, 23.
Epulae XX, 2, 5.
Equestris ludus XVIII, 53. *equestres milites* IX, 3, 35.
Equi XII, 1, 43—48. *genera* 56. *colores* XVIII, 41. *in cursu* XVIII, 36. — *equi marini* XII, 6, 9.
Equiferi XII, 1, 54.
Equites in ludis XVIII, 38. *Romani quot in una tribu* IX, 3, 51.
Eraclitae VIII, 15, 33.
Eracliti sententia VIII, 6, 20. 23.
Eraclius V, 39, 42. haereticus VIII, 5, 33.
Erebus XIV, 9, 6.
Ergasterium XV, 6, 1.
Ergastula XV, 6, 2.
Erichthonius IX, 2, 67. V, 39, 10. XVIII, 34. III, 70, 34.
Ericius XII, 3, 7.
Ericodes insula XIV, 6, 37.
Ericusa insula XIV, 6, 37.
Eridanus XIII, 21, 26. XIV, 4, 19.
Erigeron XVII, 9, 53.
Erimanthus XIV, 4, 15.
Erophyla Sibylla VIII, 8, 4.
Eruca XII, 5, 9. 18. XVII, 10, 21.
Eruditus X, 81.
Ervum XVII, 4, 11.
Erymanthus fluvius XIII, 21, 25.
Erysipelas IV, 8, 4.
Erythraea Sibylla VIII, 8, 4.
Esau VII, 6, 33. 34.
Esca holus XVII, 10, 18. *Escae* XX, 2.
Escaria vasa XX, 4.
Esculus XVII, 7, 28.
Esdras VII, 8, 23. VI, 1, 3. 3, 2. V, 39, 20. *Esdrae liber* VI, 1, 7. 2, 28.
Esebon VII, 6, 55.
Essei VIII, 4, 5.
Etesiae XIII, 11, 15.
Ethan VII, 8, 29.
Ethica II, 24, 3. 5.
Ethici VIII, 6, 5.
Ethnici VIII, 10, 3.
Ethopoeia II, 14. 21, 32.
Etymologia I, 28.
Eucharistia VI, 19, 38. X, 153.
Euergetes V, 39, 23. 24.
Eumenides I, 36, 24.
Eunomiani VIII, 5, 39.
Eunomius haeret. VIII, 5, 39.
Eunuchus X, 93.
Euonymos insula XIV, 6, 37.
Euphonia III, 19, 4.
Euphorbium XVII, 9, 26.
Euphrates XIII, 21, 10. XIV, 3, 13.
Euripides quando vixerit V, 39, 19.
Euroauster XIII, 11, 6.
Europa XIV, 4. 2, 2.
Eurus XIII, 11, 4.
Eusebius Caesariensis VI, 15, 1. V, 28. I, 43, 4. VI, 7, 1.
Eutyches Constantinopolitanus abbas VI, 16, 9. VIII, 5, 65.
Eutychiani VIII, 5, 65.
Euxinus pontus XIII, 16, 7.
Eva VII, 6, 5. 6.
Evaei IX, 2, 23.
Evaeus IX, 2, 23.
Evangelistae quatuor animalia in Ezechiele VI, 2, 40—42. *loci paralleli quomodo inveniantur* VI, 15, 6.
Evangelium VI, 2, 43. *canones* VI, 14. 15, 1. *nomina* VI, 2, 34—39.
Evila IX, 2, 15.
Evocatio IX, 3, 54.
Ex pro *valde* VII, 1, 9. X, 82. 88. 91.
Exactor X, 91.
Examen XVI, 25, 5.
Exanimis X, 90.
Exanimus X, 90.
Excelsus X, 82.
Excerpta VI, 8, 1.
Excetra XII, 4, 23.
Excodicare XVII, 5, 31.
Exconsul XV, 13, 13. IX, 3, 9.
Excubiae IX, 3, 43.
Excubitores IX, 3, 42.
Exebenus XVI, 10, 11.
Executor X, 91.
Exemplabile II, 9, 12.
Exercitus IX, 3, 57. *quomodo deleatur* XVIII, 2, 7.
Exerere X, 81.
Exertus X, 81.
Exesus X, 89.
Exhaustus X, 89.
Exiguus X, 88.
Exilis X, 88.
Exilium V, 27, 28.
Eximius X, 83. VII, 1, 9.
Exitiosus X, 91.
Exoche II, 21, 12.
Exodus VI, 1, 4. 2, 4.
Exomologesis VI, 19, 75—79.
Exorare VI, 19, 59.
Exorcismus VI, 19, 55.
Exorcistae VII, 12, 31.
Exordium II, 7, 1.
Exornatus X, 82.
Exosus X, 91.
Exotica vestis XIX, 22, 21.
Expers X, 82. 83.
Expertus X, 82.
Exsanguis X, 89.
Exsequiae XI, 2, 35.
Exsors X, 83.
Exspes X, 83.
Exsul V, 27, 28. I, 26, 5.
Exsulare X, 84.
Exterminator X, 87.
Exterminatus X, 87.
Externus X, 87.
Exterris X, 86.
Extorris X, 85.
Extraordinarius miles IX, 3, 33.
Exulto melius quam *exsulto* I, 26. 5.
Exustus X, 91.
Exuviae XII, 4, 47. XVIII, 2, 8.
Ezechias V, 39, 17. VII, 6, 73.
Ezechiel VI, 1, 6. 2, 25. VII, 8, 9.

F.

Faba XVII, 4, 3. *fresa* vel *fressa* 4. XX, 16, 1. *Syriaca* XVII, 7, 9.
Faber XIX, 6, 1. *fornaces* XIX, 6. *instrumenta* XIX, 7.
Fabrica XIX, 6. *instrumenta* 7. *parietum* 8. *quis invenerit* VIII, 11, 3.
Fabula I, 39, 1. 43, 4. *genera* I, 39, 1. seqq. *quando primum fictae* V, 39, 10.
Facetus X, 95.
Facies XI, 1, 33. et *vultus* differ. §. 34. *monstruosae* XI, 3, 18. — *coeli* III, 40.

Facilis X, 98.
Facinorosus X, 117.
Facinus V, 26, 2.
Facitergium XIX, 26, 7.
Factiosus X, 106.
Facundus X, 95.
Faecinia uva XVII, 5, 19.
Faecula XX, 3, 13.
Faex XX, 3, 18.
Fagus XVII, 7, 28.
Falcidia lex V, 15, 2.
Falco XII, 7, 57.
Faleg V, 39, 6.
Falernum vinum XX, 3, 6.
Faliastrum XX, 14, 5.
Fallax X, 104.
Falsitas V, 26, 9.
Falx XX, 14, 4.
Fama V, 27, 26. 27.
Familia IX, 4, 3. 5, 8. 10. 12. *herciscunda* V, 25, 9. *Cornelia* IX, 5, 11.
Famuli IX, 4, 43.
Fana XV, 4, 8.
Far XVII, 3. 5.
Farcimen XX, 2, 28.
Farina XX, 2, 19.
Farrago XVII, 3, 14.
Fas V, 2, 2.
Fascia XIX, 33, 6.
Fasciola XIX, 33, 6. 8.
Faselum XVII, 4, 6.
Fasti dies VI, 18, 1. *Fastorum libri* VI, 8, 8.
Fatigatus X, 101.
Fatum VIII, 11, 90. 92. 94.
Fatuus X, 103. *Fatua* mulier X, 103.
Fax XX, 10, 6.
Fauces XI, 1, 56. XIV, 8, 26.
Fauni VIII, 11, 87. *Faunus* VIII, 11, 1. *Fauni ficarii* VIII, 11, 104. XI, 3, 22.
Fautor X, 104.
Favilla XVI, 1, 2. XIX, 6, 6.
Favonius XIII, 11, 8. *Favonii* homines IX, 5, 25.
Favus XX, 2, 37.
Faxo pro *facio* XIX, 1, 2.
Febris IV, 6, 2.
Februarius V, 33, 4.
Februus i. e. *Pluto* V, 33, 4.
Fel XI, 1, 127. 128. *fel terrae* herba XVII, 9, 33.
Felix X, 97.
Femellarius X, 107.
Femina XI, 2, 24. *cur viris subiectae* IX, 7, 30. *similitudo liberorum* XII, 1, 60. *mature parturientes* XI, 3, 27. — *feminarum pallia* XIX, 25.
Femineus amor XI, 1, 106.
Femora XI, 1, 106.
Femoralia XIX, 22, 29.
Fenestrae XV, 7, 5.
Ferae XII, 2, 2. *ferarum pugna* XVIII, 58.
Feretrum XVIII, 9, 1. XX, 11, 7.
Feriae V, 30, 12. *indictivae, legitimae* VI, 19, 82.
Feriati dies V, 30, 12.
Ferox X, 105.
Ferrugo XIX, 28, 6.
Ferrum XVI, 19, 21. *vivum* XVI, 4, 1.
Fertum VI, 19, 24.
Ferula XVII, 9, 95.
Fervidus X, 105. XIX, 7, 3.
Fessus X, 101.
Festi dies V, 30, 12.
Festivitas VI, 18.
Fetiales VIII, 11, 48. XVIII, 1, 11.
Fibrae XI, 1, 126.
Fibri XII, 2, 21. XIX, 27, 4.
Fibrina vestis XIX, 22, 16.
Fibrinum XIX, 27, 4.
Fibula XIX, 31, 17. 33, 4.
Ficarii fauni XI, 3, 22.
Ficedula XII, 7, 73.
Fictilia vasa XX, 4, 2. 3.
Fictor X, 104.
Ficus XVII, 7, 17. *Aegyptia* ibid.
Fideicommissum V, 24, 17.
Fidelis X, 98.
Fides V, 24, 17. VIII, 2, 3—7.
Fidicis III, 21, 4.
Fidiculae V, 27, 20. III, 21, 4.
Fiducia in iure V, 25, 23.
Figuli XX, 4, 2.
Figurae accentus I, 18. *plana* III, 11, 2. *solida* III, 12, 1. *quadrilatera* ib. *nominis* I, 6, 35. *grammatica* I, 34, 7. — *figurae verborum et sententiarum* II, 21.
Fila XIX, 29, 5.
Filia IX, 5, 11. 6, 23. *filium qui dedit in matrimonium quomodo vocetur* IX, 6, 18. *qui duxit* 19.
Filius IX, 5, 11. 6, 23. *filii fratrum* quomodo vocentur IX, 6, 13. *filiorum genera* IX, 5, 14. *filius nepotis, abnepotis, adnepotis* quomodo dicatur IX, 5, 27. *naturalis, adoptivus* IX, 5, 19. 20.
Filix XVII, 9, 105. XX, 14, 4.
Fimbriae XIX, 24, 20.
Fimus XVII, 2, 3.
Fingere XX, 4, 2.
Fines XV, 14, 1. *finium regundorum actio* V, 25, 11.
Finitum in rhetorica quid sit II, 15, 1. *finita pronomina* I, 7, 2. 6.
Firmus X, 98.
Fiscella XX, 14, 13. 9, 7.
Fiscinae XX, 9, 7.
Fisclum XX, 14, 3.
Fiscus XX, 9, 7.
Fistulae III, 20, 6. XIX, 10, 29. XV, 8, 17.
Flagella V, 27, 14. XVII, 5, 8. 6, 19.
Flagitiosus X, 107.
Flagitium V, 26, 3.
Flamen X, 96. VII, 12, 18. 19.
Flamma XIX, 6, 6.
Flens X, 111.
Florens ager XV, 13, 6.
Floriani VIII, 5, 50.
Florinus haeret. VIII, 5, 50.
Flos aeris XVI, 2, 9. *flores* XVII, 6, 21.
Fluctus XIII, 20, 1.
Flumen I, 28, 1. XIII, 20. 21, 1.
Fluvius XIII, 21, 1.
Focaris petra XVI, 4, 5.
Focatius XX, 2, 15.
Focus XX, 10, 1.
Fodere XVII, 5, 33.
Foecunda X, 111.
Foedus X, 100. XVIII, 1, 11. VIII, 2, 4. I, 26, 7.
Foenerator X, 96.
Foeniculum XVII, 11, 4.
Foenum XVII, 9, 106.
Foenus X, 96.
Foeta X, 111.
Foetus XI, 1, 144.

Folia VI, 14, 6. XVII, 6, 20.
Folium herba XVII, 9, 1.
Folleati XIX, 34, 13.
Folles VI, 14, 6. XVI, 18, 11.
Folliculus XVII, 3, 17.
Fomes XVII, 6, 26.
Fons XV, 3, 10. XIII, 21, 5. *fontium variorum virtutes* XIII, 13.
Forcipes XIX, 7, 3. XX, 13, 3.
Fores XV, 7, 4.
Forfices XX, 13, 3.
Fori XIX, 2, 2.
Formatium XV, 9, 5.
Formatum XV, 9, 5.
Formica XII, 3, 9.
Formicoleon XII, 3, 10.
Formido X, 102.
Formidolosus X, 102.
Formosus X, 98. 99. I, 26, 8. X, 243. XIX, 7, 3. XX, 13, 3.
Formula VII, 11, 13. *formulae tetraidos* IV, 12, 4.
Formum X, 99. 102. XX, 13, 3.
Fornax XIX, 6, 6.
Fornicarius X, 110. *fornicariae* ibid.
Fornicatrix X, 110.
Fornices XV, 8, 9. X, 110.
Forpices XX, 13, 3.
Forsitan I, 26, 6.
Fortes X, 98.
Fortitudo II, 24, 6.
Fortuna VIII, 11, 94. *secunda* X, 257.
Fortunatae insulae XIV, 6, 8.
Forum XVIII, 15.
Forus XV, 2, 27. 6, 8. XVIII, 15, 1.
Forvum XIX, 7, 3.
Fossorium XX, 14, 7.
Fragilis X, 100.
Fragmenta XX, 2, 18.
Fragor XIII, 11, 21.
Framea XVIII, 6, 3.
Franci IX, 2, 101.
Franciscae XVIII, 6, 9.
Fratres IX, 6, 5. *genera* ibid. 8, 9. 10. *matris* IX, 6, 17. 26. *patris* 16. — *mariti* IX, 7, 17. *fratrum uxores* IX, 7, 17. *filii* IX, 6, 15. — *fratris uxor* IX, 7, 17.
Fratrissa IX, 7, 17.
Fraxinus XVII, 7, 39.
Fremens X, 105.
Frena XX, 16, 1.
Frendens X, 105.
Frendere IV, 6, 3. X, 137. XVII, 4, 4. XX, 16, 1.
Frequentativa verba I, 8, 3.
Fresa vel *fressa faba* XVII, 4, 11. XX, 16, 1.
Freta XIII, 17. *fretum Gaditanum* XIII, 15, 2. *Siciliae* XIII, 18, 2. *Rhegium* §. 3.
Frivolum IX, 7, 26.
Frixum XX, 2, 23.
Frondes XVII, 6, 13.
Frons XI, 1, 35.
Fructus XVII, 6, 23.
Frugalis X, 95.
Fruges XVII, 6, 23. 3, 2.
Frumen XVII, 3, 2. 6, 23. XX, 2, 27.
Frumenta XVII, 3.
Frumere verbum antiquum XVII, 3, 2.
Frustum XX, 2, 27.
Frutela XVII, 6, 4.
Frutex XVII, 6, 4.
Fucata XIX, 16, 1.
Fucus XII, 8, 2. 3. XVII, 9, 98.
Fugitivus X, 111.
Fulcra XIX, 26, 3.
Fulgentius episcopus V, 39, 40.
Fulgere XIII, 9, 1.
Fulgor XIII, 8, 2. 9, 2.
Fulgur XIII, 9, 1. 2.
Fulica XII, 7, 53.
Fulmen XIII, 9, 1. 2.
Funalia XIX, 4, 1. XX, 10, 5.
Funarii XVIII, 35, 2.
Functi IX, 4, 20.
Funda XVIII, 10. XIX, 5, 2.
Fundamentum XV, 8, 1. XIX, 10, 2.
Fundibalus XVIII, 10, 2.
Fundus XV, 3, 4.
Funera XX, 10, 5. XI, 2, 34.
Fungi XVII, 10, 18.
Funis cur masculinum sit I, 27, 3. *funes* XIX, 4. 10, 5.
Fur X, 106. XII, 2, 39.
Furcifer X, 108.
Furcillae XX, 14, 11.
Furfures XX, 2, 19.
Furfurio XII, 7, 72.
Furiae VIII, 11, 95.
Furnum XV, 6, 6.
Furo XII, 2, 39.
Furtum V, 26, 18.
Furunculus IV, 8, 15.
Furvus X, 106. V, 26, 18. 19.
Fustes V, 27, 16. XX, 13, 2.
Fusus XIX, 29, 2.
Futilis X, 109.

G.

G et *c* cognatae I, 24, 6.
Gabaon IX, 2, 23.
Gabaonitae IX, 2, 23.
Gabinus cinctus XIX, 24, 7.
Gabriel VII, 5, 10. 11.
Gad VII, 7, 15.
Gades XIV, 6, 7. XV, 1, 29. 71.
Gadir XIV, 6, 7.
Gaditanus lapis XIX, 10, 7. *Gaditanum fretum* XIII, 15, 2.
Gagates XVI, 4, 3.
Gaianitae VIII, 5, 67.
Gaianus haeret. VIII, 5, 67.
Galactites XVI, 4, 20. 10, 4.
Galatae IX, 2, 28. 68. XIV, 3, 40.
Galatia XIV, 3, 40.
Galaticae XX, 2, 31.
Galbanum XVII, 9, 28. 95.
Galeae XVIII, 14.
Galeria XIX, 21, 3.
Galerius V, 39, 35.
Galerum XIX, 30, 5.
Galla XVII, 7, 38. XIX, 19, 5.
Gallaeci IX, 2, 110.
Gallaecia XIV, 4, 29.
Gallia XIV, 4, 25. 5, 10.
Gallica i. e. *abies* XVII, 7, 32.
Gallicus sinus XIII, 16, 2. *Gallicus ventus* XIII, 11, 12. *Gallicum mare* XIII, 16, 16. *Gallica Cisalpina et Transpadana* XIV, 4, 26.
Gallicinium V, 30, 4. 31, 11.
Gallilaea XIV, 3, 23.
Gallina XII, 7, 50.
Gallograeci IX, 2, 68. XIV, 3, 40.
Gallus Imperator V, 39, 33. *nomen appellativum* XII, 7, 50.
Galli IX, 2, 26. 68. 104. 110. 111. *Celtici* IX, 2, 114. *Senones* 106. *Gallorum caterva* quid IX, 3, 46.

natura IX, 2, 105. *color* XIX, 23, 1. *vestis* XIX, 23, 1.
Galnapis XIX, 26, 2.
Ganeo X, 114.
Ganeum X, 114.
Gangaridae IX, 2, 41.
Ganges XIV, 3, 6. XIII, 21, 8.
Garama urbs XIV, 5, 13.
Garamantes IX, 2, 125.
Garamantis regio XIV, 5, 13.
Garamantium fontis natura XIII, 13, 10.
Garra urbs XV, 1, 12.
Garrulus I, 28, 4. X, 114.
Garrire XI, 1, 58.
Garum XX, 3, 10.
Gaulaei IX, 2, 124.
Gaulea insula IX, 2, 124.
Gauli aves XII, 7, 4.
Gauranes XII, 1, 53.
Gavata lancis XX, 4, 11.
Gaza XV, 1, 16. XX, 9, 1.
Gazetum XX, 3, 7.
Gazophylacium XX, 9, 1.
Gedeon V, 39, 11. VII, 6, 54.
Gehenna XIV, 8, 14. 9, 9.
Gehennon XIV, 9, 9.
Gelonium stagnum XIII, 13, 8.
Gelu XII, 10, 7.
Gemini III, 70, 25. IX, 5, 21.
Gemmae XVI, 6. *gemmarum genera* 7—11. *caecae* 15, 28. *gemma solis* XVI, 10, 6.
Gemmatae gentes XIX, 23, 6.
Genae XI, 1, 43. *genas lacerare* in luctu XI, 1, 123.
Gener IX, 6, 19. *qui sibi associat generum quomodo vocetur* IX,6,19.
Generalia nomina I, 6, 7.
Genesar lacus XIII, 19, 6.
Genesis liber VI, 1, 4. 2, 3.
Genethliaci VIII, 9, 23.
Genialis lectus VIII, 11, 88. XX, 11, 5.
Genicularis herba XVII, 9, 83.
Genistae VIII, 4, 7.
Genitalia XI, 1, 102.
Genitivus I, 6, 38.
Genitores IX, 5, 4.
Genium VIII, 11, 88.
Gennadius bibliothecam ecclesiasticorum scriptorum instituit. VI, 6, 2.
Gens IX, 2, 1. *gentium morum diversitates* IX, 2, 105. *gentis nomina* I, 6, 26.
Gentiana herba XVII, 9, 42.
Gentiles VIII, 10, 2. 3.
Gentium vestes XIX, 23, 1. *gentes orientis ubi linguam comprimant* IX, 1, 8. *mediterraneae, occidentis* ubi id faciant ibid. *corporum diversitates* XIX, 23, 7. *linguae* IX, 1. *vocabula* §.2. *habitus* XIX, 23, 6.
Genua XI, 1, 108.
Genus IX, 4, 4. XI, 1, 2. *genera verborum* I, 8, 8. 6, 33.
Geon fluv. XIII, 21, 7.
Geographica res XIV. *gentium nomina* IX, 2. *linguae gentium* IX, 1.
Geomantia VIII, 9, 13.
Geometria III. Praef. 10—13. II, 24, 15. I, 2, 2. *geometriae, arithmeticae et musicae differentia* III,7.8. *inventores et vocabulum* §.10. *divisio* §. 11. *figurae* §. 12. *numeri* §. 13.
Geometrici numeri III, 13.
Gergesei IX, 2, 23.
Gergeseus IX, 2, 23.
Gerionis historia XI, 3, 28.
Germana IX, 6, 11.
Germani appellat. IX, 6, 6. nom. propr. IX, 2, 97.
Germanorum crinis XIX, 23, 7. *vestis* XIX. 23, 1. *a Maximo Imperatore victi* V, 39, 32.
Germania XIV, 4, 3. 4.
Germen XVII, 6, 22.
Germinatio XVII, 6, 22.
Getae IX, 2, 89. *Getarum capitis ornamentum* XIX, 23, 7.
Gether IX, 2, 4.
Getuli IX, 2, 15.
Getulia XIV, 5, 8. 17.
Gigantes XI, 3, 13. 14.
Gilvus XII, 1, 50.
Gingivae XI, 1, 54
Gipedes IX, 2, 92.
Gipsum XVI, 3, 9.
Glacies XII, 10. 6.
Gladiatorius ludus XVIII, 52, 1.
Gladiolus XVII, 9, 83.
Gladius chelidoniacus XVIII, 6, 7. *gladii* XVIII, 6. *piscis* XII, 6, 5.
Glaucus XIX, 10, 13. *piscis* XII, 1, 50. 6, 28.
Gleba XVI, 1, 3. *ex aqua* XVI, 2.
Glis XII, 3, 6.
Gliscere XII, 3, 6.
Globus XIX, 10, 13.
Gloriosus X, 112.
Glos IX, 7, 17.
Glossae I, 29.
Glossarium Isidori X.
Glossopetra XVI, 15, 17.
Glutto X, 114.
Glycirrhiza XVII, 9, 34.
Glycisides XVII, 9, 48.
Gnarus X, 112.
Gnatus I, 26, 9. IX, 5, 13.
Gnavus XIX, 1, 8.
Gnostici VIII, 5, 6.
Gomer IX, 2, 26. 32.
Gomor XVI, 26, 17.
Gordianus V, 39, 32.
Gorgades insulae XIV, 6, 9.
Gorgias III, 2, 1.
Gorgones XI, 3, 29. XIV, 6, 9.
Gothi IX, 2, 27. 89. *haeretici fiunt* V, 39, 37. *catholici fiunt* V, 39, 41. *a Claudio victi* V, 39, 34. *Gothorum crinis* XIX, 23, 7.
Gothia XIV, 4, 3.
Gothoniel V, 39, 10.
Gotorna IX, 2, 33.
Grabatum XX, 11, 2.
Gracilis X, 113.
Graculus XII, 7, 45. X, 114.
Gradivus Mars VIII, 11, 52.
Gradus consanguinitatis IX, 5. *Gradus Grammatici* I, 6, 32.
Graecae linguae dialecti IX, 1, 4. 5. *Graeca nomina in Latinam linguam tota transeunt* I, 6, 13.
Graeci IX, 2, 69. 28. *ubi linguam comprimant* IX, 1, 8. — *Graecorum natura* IX, 2, 105.
Graecia XIV, 4, 7. *Magna* XIV, 4, 18. *Graeciam* quando Romani habuerint V, 39, 23. quando segetes habere coeperit V, 39, 9.
Gramen XVII, 9, 104.
Gramineus pro *graminosus* I, 33, 4.
Gramma XVI, 25, 12.

Grammaticae res I, 1—36. II, 18, 1. 2. *Grammatica* I, 2, 1. II, 1, 2. I, 5, 1. 4. 6, 3.
Grandaevus X, 113.
Grandipes XII, 7, 13.
Grandis X, 113.
Grando XII, 10, 5.
Grani cuius gentis XIX, 23, 7.
Granomastix XVII, 8, 7.
Graphium VI, 9, 1. 2.
Gratianus V, 39, 37.
Gratificus X, 113.
Gratiosus X, 113.
Gratissimus X, 113.
Gratus X, 113.
Gravis X, 112. IX, 4, 31. *aetas* XI, 2, 6. *accentus* I, 17, 3. *grave aes* XVI, 18, 13.
Gregarius miles IX, 3, 33.
Grex VIII, 1, 8. *greges* et *armenta* differ. XII, 1, 8.
Grillus XII, 3, 8.
Grues XII, 7, 14. 15.
Gryphes XII, 2, 7.
Gryphi XX, 11, 3.
Gubellum XIX, 29, 6.
Gubernio XIX, 1, 4.
Gula XI, 1, 60.
Gumen XVII, 7, 70.
Gurges XIII, 21, 4.
Gurgulio XII, 8, 17. XI, 1, 50.
Gustus X, 240. XI, 1, 22.
Gutta XIII, 20, 5.
Guttatus XII, 1, 50.
Gutture quae gentes loquantur IX, 1, 8.
Guva IV, 11, 3.
Guvia XIX, 19, 15.
Gymnasie insula XIV, 6, 44.
Gymnasium VIII, 6, 17. XV, 2, 30. XVIII, 7, 1. 2.
Gymnici ludi XVIII, 17. *genera* §. 18.
Gymnosophistae VIII, 6, 17.
Gynaeceum XV, 6, 3.
Gypsum XIX, 10, 20.
Gyrgillus XX, 15, 2.

H.

H litera quid sit I, 4, 11. 26, 10.
Habenae XX, 16, 3.
Habilis X, 117.
Habitacula XV, 3.
Habitatio XV, 3, 1.
Habitus, *vestitus*, *cultus* XIX, 22, 3. II, 26, 9. XIX, 23, 6.
Haemathites XVI, 8, 5.
Haemoptois IV, 7, 16.
Haemorrhoidae IV, 7, 39.
Haemorrhois serpens XII, 4, 15.
Haereditas V, 25, 1. *intestata* §. 7. *haereditatis adeundae dies* V, 24, 16.
Haeres V, 25, 1. IX, 5, 1.
Haeresis VIII, 3, 1. 2. *Haereses Christianorum* VI, 16, 3. VIII, 5. *Iudaeorum* VIII, 4.
Haeretici VIII, 5.
Halcyon XII, 7, 25.
Halec XII, 6, 39.
Halis fluv. XIV, 3, 37.
Hama XX, 15, 3.
Hamadryades nymphae VIII, 11, 97.
Hamio XII, 6, 33.
Hamus X, 4.
Hannibal quomodo montes disciderit XIV, 8, 13. ubi mortuus XIV, 3, 39.
Harmonica III, 17, 1. 18, 1. 19, 1. 2.
Harpax gemma XVI, 8, 7. *instrumentum* XX, 15, 4.
Hastae XVIII, 7.
Hastula XVII, 6, 26.
Haurire I, 29, 2. XVIII, 33, 1.
Haustra XX, 15, 1.
Hebdomas V, 32.
Heber V, 39, 6. VII, 6, 23. IX, 2, 5. 51.
Hebraei V, 39, 5. VII, 6, 23. VIII, 4, 2. IX, 2, 5. 51. *captivitas* V, 39, 9. 19. *nomina quis Latine primum verterit* VII, 1, 1. *quando literas habere coeperint* V, 39, 9. *ubi linguam comprimant* IX, 7, 8. *Hebraea lingua an Chaldaea sit* IX, 1, 9.
Hecataeus Milesius I, 38, 12.
Hecatompolis XIV, 6, 15.
Hedera XVII, 9, 22.
Helena V, 39, 11.
Heli sacerdos V, 39, 12.
Helias V, 39, 15. VII, 8, 4. 5.
Helicon XIV, 8, 11.
Heliopolis XV, 1, 33.
Heliotropium XVI, 7, 12. XVII, 9, 37.
Helisaei IX, 2, 34.
Helisaeus VII, 8, 6. V, 39, 15. 16.
Hellas XIV, 4, 10.
Hellenes XIV, 4, 10.
Helles fabula XIII, 16, 8.
Hellespontia Sibylla VIII, 8, 6.
Hellesponticum mare XIII, 16, 8.
Hellespontus linea coeli III, 41, 4. XIII, 16, 3.
Helvolae uvae XVII, 5, 26.
Helvus XVII, 5, 26.
Hemerobaptistae VIII, 4, 10.
Hemicadium XX, 7, 1.
Hemicranius XII, 5, 13.
Hemina XVI, 26, 5.
Hemisphaeria III, 42.
Hepaticus morbus IV, 7, 21.
Herbae aromaticae XVII, 9. *calcularis* 9, 41. *cucurbitularis* 86. *genicularis* 83. *lanaria* 56. *leporina* 43. *pulicaris* 54. *salutaris* 81. *sanguinaria* 80. *vicia* X, 210.
Herbitum XVII, 7, 55.
Hephaestias insula XIV, 6, 37.
Hephaestitis XVI, 15, 15.
Herciscunda V, 25, 9.
Hercules quando se flammis iniecerit V, 39, 11. *Thebanus* XIV, 4, 11.
Hercyniae aves XII, 7, 31.
Heremitae VII, 13, 4.
Heremum VII, 13, 4.
Hericius XVIII, 12, 6.
Hermagoras invenit artem rhetoricam II, 2, 1.
Hermaphroditae XI, 3, 11.
Hermes VIII, 11, 49. *Trimegistus* ibid.
Hermogenes VIII, 5, 30.
Hermogeniani VIII, 5, 30.
Hermus XIII, 21, 22. XIV, 3, 43.
Herodes VII, 10, 6.
Herodotus I, 41, 2.
Heroes I, 38, 9. VIII, 11, 98.
Heroicum metrum I, 38, 9—12.
Heros filius Iunonis VIII, 11, 98.
Herpillus XVII, 9, 51.
Hesiodus rerum rusticarum scriptor XVII, 1, 1.
Hesperii IX, 2, 126. 128.
Hesperia IX, 2, 126. XIV, 4, 28. 19.

Hesperidum insulae XIV, 6, 10.
Hesperis civitas XIV, 6, 10.
Hesperus III, 70, 20.
Hester V, 2, 29. 39, 20. VII, 8, 29. *liber* VI, 1, 7.
Hesternum V, 30, 20.
Hetruria XIV, 4, 22.
Hexaticum hordeum XVII, 3, 10.
Hexametros quis primus fecerit I, 38, 6.
Hexametrum metrum I, 38, 6.
Hexaptota I, 6, 43.
Hexecontalithos XVI, 12, 5.
Hexeres XIX, 1, 23.
Hiatus grammaticus I, 31, 5. *terrae* XIV, 9, 3.
Hiberia XIV, 3, 36.
Hiberna XIX, 1, 4.
Hibernia XIV, 6, 6.
Hibernus V, 35, 7.
Hibridae XII, 1, 61.
Hiemale solstitium V, 34, 2.
Hiems V, 35, 3. 6. etc. 49. *septentrioni datur* V, 35, 8.
Hiera insula XIV, 6, 7. *in medicina* IV, 9, 8.
Hierabotane XVII, 9, 55.
Hieracites XVI, 15, 19.
Hieratica carta VI, 10, 3.
Hieremias VI, 2, 23. 24.
Hieronymus I, 43, 4. VI, 6, 2. 7, 2. 4, 4. V, 28. 39, 37. VII, 1, 1.
Hierosolyma XIV, 3, 21. XV, 1, 5. *ab Alexandro capta* V, 39, 21.
Hierosolymitanum templum quando conditum V, 39, 13. *incensum* 18.
Hierusalem VIII, 1, 6. XV, 1, 5.
Hilaris X, 125.
Hilum X, 185.
Hinnuli XII, 1, 21.
Hippagogus XIX, 1, 24.
Hippo XV, 1, 28. *Rhegium* XIV, 5, 9. 7, 7.
Hippocentaurus I, 39, 5.
Hippocrates IV, 3, 2. XIV, 6, 18.
Hippolytus episcopus VI, 17, 1.
Hippopodes XI, 3, 25.
Hippopotamus XII, 6, 21.
Hipposelinon XVII, 11, 3.
Hircani IX, 2, 42.
Hircania IX, 2, 42.
Hirci in oculis XII, 1, 14.
Hircus XII, 1, 14.
Hirmos I, 35, 8.
Hirsutus X, 117.
Hirundo XII, 7, 70.
Hispalis XV, 1, 71.
Hispani IX, 2, 29. 109. *ubi linguam comprimant* IX, 1, 8. *Hispanorum vestis* XIX, 23, 1.
Hispania XIV, 4, 28. *citerior* et *ulterior* §. 30. *Brutus subegit* V, 39, 24.
Historia I, 40. *auctores* 41. *utilitas* 42. *genera* 43. et *annales* differ. I, 43, 4. — *Historia naturalis* vid. *Naturalis hist.*
Histriones XVIII, 48.
Histrix XII, 2, 35.
Hodie V, 30, 18.
Holocaustomata VI, 19, 35.
Holocaustum VI, 19, 35.
Holographum V, 24, 7.
Holoporphyra vestis XIX, 22, 14.
Holoserica vestis XIX, 22, 14.
Homerus Sibyllinos versus carminibus suis intexuit VIII, 8, 3. quando vixerit V, 39, 12.
Homicida V, 26, 15.
Homicidium V, 26, 15.
Homiliae VI, 8, 2.
Homo et *partes* eius I, 28, 3. XI, 1. *aetates* 2. primus *protoplastos* XIX, 15, 1.
Homoeoptoton I, 35, 15.
Homoeosis I, 36, 31.
Homogirus XVI, 1, 2.
Homonymum I, 6, 17. 33, 16.
Homoteleuton I, 35, 16.
Honestas X, 116.
Honestus X, 116. *honestum genus causarum* II, 8, 1.
Honorabilis X, 115.
Honorarium vinum XX, 3, 8.
Honorius Imperator V, 39, 38.
Honorosus X, 117.
Honos I, 26, 23.
Hora V, 29, 2.
Hordeum XVII, 3, 10.
Hormesion XVI, 14, 1.
Horologium XX, 13, 5.
Horoscopi VIII, 9, 27.
Hortus XVII, 10, 1. *hortorum instrumenta* XX, 14.
Hospitium XV, 3, 10.
Hostiae VI, 19, 32.
Humilis X, 115. *humile causarum genus* II, 8, 1.
Humanitas X, 116.
Humanus X, 116.
Humores quot IV, 5, 3. in homine XI, 1, 16.
Humare et *sepelire* differ. XI, 2, 36.
Humatus X, 121.
Humeri XI, 1, 62.
Humidum XVII, 5, 13.
Humus XII, 3, 1. XIV, 1, 1. XX, 3, 4.
Hunni IX, 2, 66.
Hus IX, 2, 4.
Hyacinthina vestis XIX, 22, 11.
Hyacinthizon XVI, 9, 4.
Hyacinthus XVI, 9, 3. XVII, 9, 15.
Hyades III, 70, 12.
Hyaenia lapis XVI, 15, 25.
Hydaspes XIII, 21, 12. XIV, 3, 8.
Hydra XI, 3, 34. 35. XII, 4, 23.
Hydria XX, 6, 4.
Hydromantia VIII, 9, 12. 13.
Hydromantii VIII, 9, 12.
Hydromeli XX, 3, 11.
Hydrops IV, 7, 23.
Hydros XII, 4, 22.
Hylas XIII, 21, 20.
Hymenaeus IX, 7, 22.
Hymnus I, 38, 17. VI, 19, 17.
Hyoscyamos XVII, 9, 41.
Hypallage I, 35, 22.
Hypasis fluv. XIV, 3, 6.
Hyperbaton I, 36, 16. II, 20, 2.
Hyperbole I, 36, 21.
Hyperborei montes XIV, 8, 7.
Hyphe II, 21, 43.
Hypnalis XII, 4, 14.
Hypocentauri XI, 3, 39.
Hypocrita X, 118. 119. 120.
Hypodiacones VII, 12, 23.
Hypogeum XV, 3, 12.
Hypostases in trinitate VII, 4, 11.
Hypotheca V, 25, 24.
Hypothetici syllogismi II, 28, 25.
Hypozeuxis I, 35, 4.
Hyrcania XIV, 3, 33. *silva* ibid.
Hyssopus XVII, 9, 39.

I.

I literae potestas I, 4, 5—7. 26, 11. *Ie.* lit. in iure I, 22, 1.
Iberi IX, 2, 29. 109.
Iberia XIV, 4, 28.
Ibericus sinus XIII, 16, 2. 5.
Iberus fluv. XIV, 4, 28. XIII, 21, 31.
Ibices XII, 1, 16. 17.
Ibis XII, 7, 33.
Icarium mare XIII, 16, 8. XIV, 6, 26.
Icari fabula XIII, 16, 8.
Icaria insula XIV, 6, 26.
Ichneumon XII, 2, 37.
Ichthyophagi IX, 2, 13.
Icon I, 36, 32. XVI, 3, 4.
Icosium XV, 1, 76.
Icteris IV, 8, 13.
Ictus V, 27, 19.
Id cur per *d* scribatur I, 26, 12.
Idaeus dactylus XVI, 15, 12.
Idida VII, 6, 65.
Idiota X, 143.
Idithum VII, 8, 28.
Idololatria VIII, 11, 11.
Idolum VIII, 11, 13. 14.
Idumaei IX, 2, 9.
Idus V, 33, 13.
Idylicon I, 38, 21.
Ignarus X, 112. 142. XI, 1, 47. V, 27, 25.
Ignavus X, 142.
Ignis VIII, 11, 39. XIX, 6, 2—4. *gentes ignem colentes* XIV, 3, 12. *in homine* XI, 1, 16. *ignis sacer* morbus IV, 8, 4.
Ignobilis V, 27, 25. X, 146.
Ignominia V, 27, 25.
Ignotus X, 146.
Ileos IV, 6, 14.
Ilex XVII, 7, 26.
Ilia IV, 6, 14. XI, 1, 100.
Ilium nom. propr. XIV, 3, 41. XV, 1, 38.
Illatio inductionis II, 9, 6.
Illustris X, 126.
Illyricum XIV, 4, 7.
Imago vocis XVI, 3, 4.
Imbecillis X, 128.
Imbres XII, 10, 4.
Imbrices XIX, 10, 15.
Imbuli XV, 2, 26.
Immanis X, 139.
Immarcessibilis X, 127.
Immaturus XVII, 6, 24.
Immemores XI, 1, 13. X, 143.
Immolatio VI, 19, 31.
Immunis XIV, 8, 33. IX, 4, 21. X, 140.
Impar numerus III, 5, 2.
Impariter par numerus III, 5, 5. *impariter impar numerus* III, 5, 5.
Impensa XIX, 29, 4.
Imperativus modus I, 8, 4.
Imperator IX, 3, 14. *Christianus primus* V, 39, 33. imperatorum statuae Gorgonis caput repraesentant VIII, 10, 73.
Imperitus X, 143.
Impersonale verbum I, 8, 6.
Impetigo IV, 8, 6.
Impius et *iniquus* differ. X, 132.
Importunus X, 136. XIV, 8, 39.
Impositio manus in sacris VI, 19, 54.
Impossibile II, 12, 5.
Impostor X, 150.
Improbus X, 135.
Improvisus X, 147.
Impudens X, 148.
Impudicus X, 148. *digitus* XI, 1, 71.
In cardine res est proverb. XV, 7, 6.
In procinctu X, 218.
Inachus fluv. XIII, 21, 25. XIV, 4, 14.
Inaequalis numerus III, 6, 3.
Inanis X, 128.
Inaures XIX, 31, 10.
Incantatores VIII, 9, 15.
Incassum XIX, 5, 3.
Incensum IV, 12, 3.
Incentor X, 130.
Incertus X, 148.
Incestum V, 26, 24.
Incestus V, 26, 24.
Inchoativa verba I, 8, 3.
Incincta X, 151.
Inciti homines XVIII, 67.
Inclitus X, 126.
Incolae IX, 4, 38. 40.
Incolumis X, 127.
Inconstans X, 128.
Inconsultus X, 144. 39.
Inconoeniens in rhetorica quid sit II, 12, 3.
Incorporalia nomina I, 6, 6.
Incredibile in rhetorica quid sit II, 12, 4.
Incubi VIII, 11, 103.
Incubo, onis VIII, 11, 104.
Incus XIX, 7, 1.
Indagatores X, 282.
Indemnis X, 141.
Index X, 147. *digitus* XI, 1, 70.
Indi IX, 2, 5. 39. 128. *Indorum habitus* XIX, 23, 6.
India XIV, 3, 5—7.
Indicativus modus I, 8, 4,
Indictae feriae VI, 19, 82.
Indicum XIX, 17, 16.
Indigena X, 147. IX, 4, 39.
Induciae XVIII, 1, 11.
Inductio II, 9, 5.
Indumentum XIX, 22, 1.
Indus fluv. XIII, 21, 11. XIV, 3, 6.
Induviae XII, 4, 47.
Ineptus X, 144.
Inermis X, 141. 90.
Inermus X, 90.
Iners X, 141.
Inerticula XVII, 5, 24.
Inexpiabilis X, 131.
Infamia V, 27, 26.
Infamis X, 135.
Infans XI, 2, 9.
Infantia XI, 2, 2.
Inferiora terrae XIV, 9.
Infernus locus XIV, 9, 11.
Infertum vinum XX, 3, 7.
Inferus locus XIV, 9, 10. *sinus* XIII, 26, 2. *inferum mare* XIII, 16, 7.
Inficiatio V, 26, 20.
Inficiator X, 149.
Infinitivus I, 8, 5.
Infinitum in rhetorica II, 15, 2. *infinitum pronomen* I, 7, 26.
Infirmus X, 128.
Informis X, 138.
Infrendens X, 137.
Infrenis X, 136.
Infula XIX, 30, 4.
Inhibae aves XII, 7, 77.
Inhonesta XI, 1, 102. in homine — in rhetorica II, 2, 3.
Ingeniosus X, 122.
Ingenui IX, 4, 46.
Ingloriosus X, 138.

Inglorius X, 138.
Ingluviosus X, 137.
Inguinia IV, 6, 19.
Inimicus X, 133.
Iniquus et *impius* differ. X, 132.
Iniuria V, 26, 10.
Inlaudabilis X, 131.
Innocuus X, 125.
Innox X, 125.
Innuba IX, 7, 11.
Inops X, 145.
Inquilini IX, 4, 37. 38.
Insana herba XVII, 9, 41.
Inscius X, 143.
Insidere X, 151.
Insidiae X, 151.
Insidiosus X, 151.
Insincerus X, 242.
Insipiens X, 240.
Insitio XVII, 6, 11.
Insonantes I, 4, 4.
Inspectativa philosophia II, 24, 10. 11.
Instar XIX, 10, 1.
Instaurare XIX, 10, 1.
Instauratio XIX, 10, 1.
Instructum V, 25, 27.
Instrumentum V, 25, 26. *legalia* V, 24. *scribendi* VI, 14, 3.
Insubuli XIX, 29, 1.
Insulae XIV, 6. 3, 5. *fortunatae* XIV, 6, 8.
Integri restitutio V, 25, 36.
Intelligentes X, 234.
Intemeratus X, 127.
Intempestive V, 31, 10.
Intempestum V, 31, 10.
Inter pro *e* V, 26, 17.
Intercalare VI, 17, 28.
Intercalares dies VI, 17, 28.
Interceptus X, 150.
Intercilium XI, 1, 42.
Interdicere aqua et igni V, 27, 38.
Interdictum V, 25, 33.
Interiectio I, 13.
Interlunium III, 54.
Intermissio in re rustica XVII, 2, 2.
Internecida X, 149.
Internecium V, 26, 27.
Interpola vestis XIX, 22, 23.
Interpres X, 123. VI, 4. *interpretes veteris testamenti* VI, 4, 3.
Interpretatio in logicis II, 27, 3. *vulgaris interpretatio veteris testamenti* VI, 4, 3.
Interscapilium XI, 1, 93.
Intervalla XV, 9, 2.
Intestabilis X, 135.
Intestata haereditas V, 25, 7.
Intestina XI, 1, 129. *disseptum* 130. *caeca* 131. *ieiunum* 131.
Interfinium in naribus XI, 1, 48.
Intubus XVII, 9, 37. 10, 12.
Intus, udis XIX, 7, 1.
Inui VIII, 11, 103.
Inula XVII, 11, 9.
Invenire X, 122.
Inventio X, 122.
Inventor X, 122.
Investis X, 152.
Inveterator X, 139.
Invidiosus X, 134.
Invidus X, 134.
Invisus X, 134.
Invitare XX, 2, 1.
Involare XVII, 7, 67.
Involucrum XX, 9, 6.
Ira XI, 1, 127.
Iracundus X, 12. 125. 129.
Iratus X, 12. 131.
Ircosus X, 146.
Iris Illyrica planta XVII, 9, 9. lapis XVI, 13, 6. animal XII, 10, 1.
Ironia I, 36, 23. II, 21, 14.
Irrationalis magnitudo III, 11, 3.
Irrigare XIII, 21, 4.
Isaac V, 39, 8. VII, 7, 4.
Isachar VII, 7, 11. 9, 20.
Isagoga II, 25, 1. *Isagogae Porphyrii* ibid.
Isaias VII, 8, 7. *liber* VI, 1, 6. 2, 22.
Isauria XIV, 3, 44.
Ischias IV, 7, 29.
Iscurra X, 152.
Iscus XX, 4, 9.
Isicia XX, 2, 30.
Isis dea VIII, 11, 1. 84. *invenit sistrum* III, 21. 112.
Ismahel VII, 6, 32. VIII, 11, 7. IX, 2, 6.
Ismahelitae V, 39, 8. IX, 2, 6. 57.
Isoce XX, 2, 30.
Isopleuros III, 12, 2.
Israel quis IX, 2, 52.
Ister XIII, 21, 28.
Istri IX, 2, 83.
Istria XIV, 4, 17.
It verbum cur per *t* scribatur I, 26, 12.
Itali IX, 2, 29. 85. *vetustissimi qua lingua usi sint* IX, 1, 6. *ubi linguam comprimant* IX, 1, 98.
Italia XIV, 4, 18. 5, 18.
Italus XIV, 5, 18.
Iter et *itiner* differ. XV, 16, 8.
Itiner et *iter* differ. XV, 16, 8.
Itinera XV, 16.
Itus XV, 16, 5.
Ityrei XVII, 7, 40.

J.

Ja VII, 1, 15. VI, 19, 19.
Jacobus V, 39, 8. VII, 7, 5. 9, 13. *Jacobus minor* VII, 9, 15. *Jacobus Alphaei* VII, 9, 14. — *Jacobi epistola* VI, 1, 10. 2, 47.
Jactans X, 149.
Jactus in ludis XVIII, 21. 65.
Jacula i. e. *tessera* XVIII, 63.
Jaculum XIX, 5, 2. XVIII, 21.
Jaculus serpens XII, 4, 29.
Jahel VII, 6, 53.
Jair V, 39, 11. VII, 6, 55.
Jambicum metrum I, 38, 6.
Jambus I, 16, 4.
Jamnes VII, 6, 44.
Janiculum XV, 1, 50.
Janitrices IX, 7, 17.
Janua XV, 7, 4. *ianuae coeli* III, 39. XIII, 1, 7.
Januarius V, 33, 3.
Janus VIII, 11, 37. V, 33, 3. 4.
Japhet VII, 6, 18. IX, 2, 2. 26.
Jared V, 39, 3.
Jas II, 10. XVI, 7, 8.
Jasius IX, 2, 67.
Jasonis historia IX, 2, 46.
Jaspis XVI, 7, 8.
Je VII, 7, 11.
Jebus urbs XV, 1, 5. homo IX, 2, 23.
Jebusaei IX, 2, 23.
Jeconias VII, 6, 75.
Jecur XI, 1, 125.
Jehova VII, 1, 16.
Jehu V, 39, 14.
Jeiunium VI, 19, 65—69.

Jeiunum VI, 19, 65. XI, 1, 131.
Jentaculum XX, 2, 10.
Jephte V, 39, 11. VII, 6, 55.
Jeremias I, 38, 19. VI, 1, 6. VII, 8, 8. *liber* VI, 1, 8.
Jericho XV, 1, 20.
Jeroboam VII, 6, 76.
Jessai VII, 6, 62.
Jesu Naue VI, 1, 6.
Jesus VII, 2, 7. 8.
Jesus Sapientiae librum quando scripserit V, 39, 22.
Jezabel VII, 6, 78.
Joachaz VII, 6, 75.
Joachim V, 39, 18. VII, 6, 75.
Joannes VI, 2, 39. VII, 9, 5. VI, 1, 10. VII, 8, 1. 9, 12. *requiescit* V, 39, 48. *in Pathmos relegatur* V, 39, 28. *Ephesum redit* V, 39, 28. *ad septem ecclesias scribit* VI, 17, 17. *epistolae* VI, 1, 10. 2, 47. *anachoreta* V, 39, 37.
Joas V, 39, 16. VII, 6, 70.
Joatha VII, 6, 79.
Joatham V, 39, 16. VII, 6, 79.
Job VII, 6, 42. IX, 2, 4. *liber* VI, 1, 7. 2, 13. 14. *hexametros scripsit* I, 38. 11. *fons* XIII, 13, 8.
Jocosus X, 125.
Jocundus X, 125.
Johel V, 39, 14. VII, 8, 11.
Jon IX, 2, 77.
Jonadab V, 39, 15.
Jonas VII, 8, 18.
Jonathas VII, 6, 66.
Jones IX, 2, 28. 77.
Jonici I, 16, 17. *Jonica dialectus* IX, 1, 5. *Jonicae columnae* XIX, 10, 22. *Jonicus sinus* XIII, 16, 7.
Jonium mare IX, 2, 28. XIII, 16, 7. *Jonius sinus* XIII, 16, 2.
Joppe XV, 1, 19.
Joram V, 39, 15. VII, 6, 69.
Jordanis XIII, 21, 18.
Josaphat V, 39, 15. VII, 6, 69.
Joseph V, 39, 9. VII, 7, 17.
Josias V, 39, 18. VII, 6, 74.
Josua V, 39, 10. VI, 1, 6. *liber* VI, 2, 8.
Jotacismus I, 31, 7.
Jovinianus V, 39, 36. *haereticus* VIII, 5, 56.
Jovinianistae VIII, 5, 56.
Jovis nominat. pro *Jupiter*. VIII, 11, 34.
Juba deus Maurorum VIII, 11, 1.
Jubar III, 70, 18.
Jubileus V, 37, 3. *annus* VI, 18, 5. *Jubilei* V, 37, 3.
Judae et *Israelis* regnum divisum V, 39, 14.
Judaea XIV, 3, 17. 20. *a Pompeio capta* V, 39, 25. *a Nabuchodonosor capta* V, 39, 18. *Judaeae rivus* XIII, 13, 9.
Judaei VIII, 4, 1. IX, 2, 52. 53. *Judaei in Hispania Christiani fiunt* V, 39, 42. *Judaei praeputia circumcidunt* XIX, 23, 7.
Judaicus lapis XVI, 4, 12.
Judas VII, 7, 10. *Jacobi* VIII, 9, 19. *Iscariotis* 20. *epistola* VI, 1, 10. 2, 47.
Judex IX, 4, 14. XVIII, 15, 6. *Judicum liber* VI, 1, 6. 2, 9.
Judicialis causa II, 5, 5. *status* §. 2.
Judicium XVIII, 15, 2.
Judith V, 39, 19. VII, 8, 29. *liber* VI, 1, 9. 2, 33.
Juga XIV, 8, 20. *in navibus* XIX, 2, 5.
Jugerum XV, 15, 3.
Juglans XVII, 7, 21.
Jugula III, 70, 11.
Julia Romula urbs XV, 1, 71.
Juliades vicus XIV, 3, 20.
Julianus Imperator V, 39, 36.
Julius mensis V, 33, 10. *Caesar* IX, 3, 13. V, 39, 25.
Jumenta XII, 1. et ib. §. 7. XVI, 18, 4.
Juncus XVIII, 9, 96.
Junior XI, 2, 26.
Juniperus XVII, 7, 35.
Junius mensis V, 33, 9. *Brutus* X, 28.
Juno VIII, 11, 69. seq. Junonis filius *heros* dictus VIII, 11, 98.
Jupiter VIII, 11, 34. seqq. *Ammo* III, 70, 23. *Jovi iuvencus immolatur* XII, 1, 28. *Jovis dies* V, 30, 6.
Jurgium XVIII, 15, 4.
Juridicus X, 124. *Juridicae notae* I, 22.
Jus V, 1—28. 4—9. 24. 25, 2. 3. II, 10, 1. 2. IX, 2, 28. p. 312. 6, 28. XVIII, 15. 51. *iure disputare* IX, 4, 14. *ius, leges, mores* differ. V, 3.
Jus in re coquinaria XX, 2, 32.
Justinianus V, 39, 40.
Justinus Imperator V, 39, 40.
Justitia II, 24, 6. XVIII, 15, 2.
Justus X, 124.
Juvan IX, 2, 28. 34.
Juvare XI, 2, 16.
Juvenca XII, 1, 32.
Juvenci XI, 2, 16. XII, 1, 25.
Juvenis XI, 2, 16.
Juventus XI, 2, 5.

K.

K I, 4, 12. 26, 13. *Kk* in notis iuris quid I, 22, 1.
Kalare VI, 17, 28.
Kalendae V, 33, 13. sacrae apud Hebraeos VI, 18, 11.
Kalendaria I, 43, 4.
Kam i. e. *Aegyptus* VII, 6, 17.
Karthago quando et a quo condita V, 39, 13. 16.
Karus X, 153.
Katholicus X, 153.
Koenosis III, 21, 28.

L.

L pro *d* positum I, 26, 14.
Labdacismus I, 31, 8.
Labellum XX, 6, 8.
Labens X, 158.
Labia XI, 1, 50.
Labin quis IX, 2, 19.
Labina XVI, 1, 4.
Labos I, 26, 23.
Labium XI, 1, 50.
Labrum XI, 1, 50. XX, 6, 8.
Labrusca XVII, 5, 3. 9, 91.
Labyrinthus XV, 2, 36.
Lac XI, 1, 77. XX, 2, 34.
Lacedaemones IX, 2, 18.
Lacedaemonia XIV, 4, 16. *urbs* XV, 1, 47.
Lacedaemonii cur *Spartani* XV, 1, 47.
Lacedaemonium marmor XVI, 5, 2,

Lacerna XIX, 24, 14.
Lacernati XIX, 24, 14.
Lacertus XII, 4, 34. *lacerti* XI, 1, 117.
Lacessitor X, 160.
Lacrimae XI, 1, 41.
Lacteus circulus III, 45. XIII, 5, 7.
Lactuca XVII, 10, 11.
Laculata XIX, 22, 11.
Lacunar XV, 8, 6.
Lacunaria XV, 8, 6. XIX, 12. XX, 10, 4.
Lacunarium XV, 8, 6.
Lacus XIII, 18. XV, 6, 8. 8, 6. XX, 14, 12. XIII, 19, 2—8. 13, 2. *Lacuum virtutes* 13.
Laetamen XVII, 2, 3.
Laetitia I, 26, 14.
Laetus I, 26, 14. X, 155.
Laeva XI, 1, 68. 90.
Lagei XVII, 5, 16.
Lagena XX, 6, 3.
Laicus VII, 14, 9.
Lamech V, 39, 4. VII, 6, 14.
Lamenta VI, 2, 23. *liber Jeremiae* ib.
Lamiae VIII, 11, 102.
Lampas XX, 10, 6.
Lana XIX, 27.
Lanaria herba XVII, 9, 56.
Lancea XVIII, 7, 5.
Lancis gavata XX, 4, 11.
Languidus X, 162.
Lanificium XIX, 20.
Lanista X, 159.
Lanus fluv. IX, 2, 94.
Lanx XVIII, 7, 5.
Laodicia urbs XV, 1, 14.
Lapathum XVII, 10, 20.
Lapella XVII, 9, 84.
Lapidosus X, 254.
Lapis XVI, 3, 1. *pretiosi* 6, 2. *vulgares* c. 3. *insigniores* c. 4. *lunaris* 4, 6. *Tiburtinus* XIX, 10, 5. *arenatius* 7. *piperinus* 8. *conchleatius* ib. *columbinusq. molaris* 10. *Caditanus* 10, 7. *specularis* XVI, 4, 37. *lyncurius* XII, 2, 20.
Lapistus XVII, 10, 20.
Lapitha IX, 2, 70. *Lapithae* IX, 2, 70. XIV, 4, 12.
Lappa XVII, 9, 66. 84.
Lappago XVII, 9, 84.
Laquearia XIX, 12.
Laquearii XVIII, 56.
Laquearium XV, 8, 6.
Laqueatores XVIII, 56.
Lardum XX, 2, 24.
Lares XX, 2, 24.
Larex XVII, 7, 44.
Largus X, 156.
Laterculus VI, 17, 4. XV, 8, 6. XIX, 10, 16
Lateres XV, 8, 6. XIX, 10, 16.
Laterna XX, 10, 7.
Latex XIII, 20, 4.
Latina lingua IX, 1, 6. *genera* ib. *Latinae literae* I, 4. *quando et a quo inventae* V, 39, 11.
Larvae VIII, 11, 10.
Larvatio IV, 7, 6.
Lascivus X, 160.
Laser XVII, 9, 27.
Latine loqui quid sit II, 16, 2.
Latini IX, 2, 84. 4, 51.
Latitudo III, 12, 6.
Latium XIV, 4, 18. XV, 1, 50.
Latomia VIII, 11, 57.
Latro X, 159.
Latum XIX, 10, 18.
Latus subst. XI, 1, 90.
Laurus XVII, 7, 2.
Lautumna V, 27, 23.
Lavinium XV, 1, 52.
Laxus X, 160.
Lazarus VII, 10, 6.
Lea XII, 2, 3.
Leaena XII, 2, 3.
Lebbeus VII, 9, 19.
Lebetes XX, 8, 4.
Lebitonarium XIX, 22, 24.
Lechnus fons XIII, 13, 15.
Lecticae XX, 11.
Lectio VI, 19, 9.
Lectores VII, 12, 24. X, 154.
Lectus genialis VIII, 11, 88. XX, 11, 5.
Legalis diffinitio II, 5, 10. *status* §. 2. *legalia instrumenta* V, 24.
Legere de navibus X, 154.
Legio IX, 3, 46. 47. *militaris* XIX, 33, 2.
Legitimae feriae VI, 19, 82. *literae* I, 4, 10.
Legumina XVII, 4.
Lembus XIX, 1, 25.
Lemniscus I, 20, 5.
Lenae cuius gentis propriae XIX, 23, 1.
Lendes XII, 5, 15.
Leno X, 63. 160.
Lenticula XX, 7, 4.
Lentigo IV, 8, 3.
Lentis XVII, 4, 5.
Lentiscus XVII, 7, 51.
Lentum XVII, 7, 51.
Leo XII, 2, 3—6. *piscis* XII, 6, 5. *signum coeli* III, 70, 27. — *Leo* Imperator V, 39, 39.
Leogoras Syracusanus I, 20, 14.
Leontophonos XII, 2, 34.
Leopardus XII, 2, 11.
Leporina herba XVII, 9, 43.
Lepra IX, 8, 11.
Leprosus X, 162.
Leptis urbs XV, 1, 28. *magna* XIV, 5, 6.
Lepus XII, 1, 23. *piscis* 6, 23.
Lesbius marmor XVI, 5, 13.
Lethargia IV, 6, 5.
Leuca XV, 16, 1. 3.
Leucochrysus XVI, 15, 6.
Lex V, 10. 3, 2. 4. II, 10. IX, 3, 6. *quid possit* V, 19. *quare facta* 20. *qualis debeat fieri* ibid. *nomina* V, 15. *auctores* c. 1. *divina et humana* 2, 1. *novae* a quo latae V, 1, 7. *lex* et *mos* differ. II, 10, 1. *leges*, *ius*, *mores* differ. V, 3. *in libros quis redegerit* V, 1, 5. *Papia Poppaea* V, 15, 1. *Falcidia* 2. *Aquilia* ibid. *Rhodiae* 17. — *lex incensa quando ab Esdra renovata* V, 39, 20. *apud Hebraeos quae proprie* VI, 1, 5. — *sanctae* XV, 4, 2. — *legis ordo in libris veteris testamenti* VI, 1, 4.
Levi VII, 7, 9.
Leviathan VIII, 11, 27. 28.
Levidensis vestis XIX, 22, 19.
Levir IX, 7, 17.
Levis X, 112. 158. IX, 4, 31.
Levitae VII, 12, 22.
Leviticus liber VI, 1, 4. 2, 5.
Lia VII, 6, 36.

Libanum arbor XVII, 8, 3.
Libanus mons IX, 2, 49. XIV, 8, 4.
Libare V, 19, 32.
Libatio V, 19, 31.
Liber VI, 8, 2. 13, 1. 3. *librorum forma* VI, 12. *librorum confectio* et *genera* ib. c. 12. *librorum capita Phoeniceo colore scribuntur* I, 3, 6. *quis multos scripserit* VI, 7. *libri medicinales* IV, 10. *libri Moysis quomodo Graece dicantur* VI, 2, 1. *apocryphi* VI, 2, 51. 52. 53. *veteris testamenti* VI, 1, 4.
Liber cortex XVII, 6, 16.
Liber deus VIII, 11, 43—45. *deus Naxi* VIII, 11, 2. unde dictus §. 3. *vitis repertor* XVII, 5, 1. militiae ordinem fecit IX, 3, 32.
Liberales disciplinae I, 2, 1. 2. *literae* I, 4, 2.
Liberalia ludi XVIII, 16, 3.
Liberalis X, 156.
Liberi IX, 5, 18. *liberorum similitudo externa cum patribus vel matribus* unde XI, 1, 145.
Libertini IX, 4, 47.
Libertus IX, 4, 47.
Libidinosus X, 160.
Libonotus XIII, 11, 7.
Libra III, 70, 29. XVI, 25, 20.
Librarii VI, 13, 3. 14, 1. *instrumenta* eorum VI, 13.
Libs XIV, 5, 1.
Liburna navis XIX, 1, 12.
Libya XIV, 2, 1. 4, 1. et c. 5. *Cyrenensis* XIV, 1, 77. et c. 5, 4.
Libyana carta VI, 10, 3.
Libyca Sibylla VIII, 8, 3. *Libycae uvae* XVII, 5, 17.
Libyi IX, 2, 11. 19.
Libysticae fabulae I, 39, 2.
Licia XIX, 29, 7.
Licinum XIX, 22, 27.
Lienosis IV, 7, 22.
Lienteria IV, 7, 37.
Ligaturae execrabilium remediorum VIII, 9, 30.
Ligdinus XVI, 5, 8.
Ligeris fluv. XIV, 4, 27.
Ligna XVII, 6, 35.
Lignarii XIX, 19.
Lignum XIX, 19, 2.
Ligones XX, 14, 6.
Ligur et *Ligures* XIV, 6, 41.
Ligusticum mare XIII, 16, 6. *planta* XVII, 11, 5.
Ligusticus sinus XIII, 16, 2.
Lilia XVII, 9, 18.
Lilybaeum promontorium XIV, 7, 6.
Lima XIX, 7, 4.
Limax XII, 7, 5.
Limbus XIX, 33, 7.
Limen XV, 7, 7. 14, 2.
Limes Persicus IX, 2, 62.
Limites XV, 14, 2. *maximi* §. 4.
Limpidum vinum XX, 3, 6.
Limum XIX, 7, 4.
Limus XV, 14, 2. XVI, 1, 2. XIX, 33, 4. adiect. XIX, 22, 26.
Linamentum quarum gentium proprium XIX, 23, 6.
Linea III, 12, 6. substant. plurale ab adiectivo factum XIX, 18, 3. *linea vestis* XIX, 22, 16.
Linealis numerus III, 7, 3.
Lingua XI, 1, 51. *Aeolica* IX, 2, 34. *Dorica* IX, 2, 80. *Hebraea an Chaldaea sit* IX, 1, 9. *Latina* IX, 1, 6. *prisca* 6. *Romana* 7. *mixta* ib. *Syrica cui cognata* IX, 1, 9. *diversae* unde IX, 1, 1. *linguae Latinae dialecti* IX, 1, 1. *gentium* IX, 1. *sacrae* IX, 1, 3. *Graecae linguae praestantia et dialecti* ib. §. 4. pro *verbis* IX, 1, 2.
Lingulati XIX, 34, 13.
Linostema vestis XIX, 22, 17.
Linteatae gentes XIX, 23, 6.
Linter XIX, 1, 25.
Linum XIX, 27, 1.
Linus Thebanus musicam invenit III, 15, 1.
Lipara XVI, 15, 22.
Liparus insula XIV, 6, 37.
Liquamen XX, 3, 20.
Liquidae literae I, 4, 9.
Lira X, 78. XV, 15, 6.
Lis XVIII, 15, 4.
Litania VI, 19, 80.
Literae quot accidant I, 4, 16. *literarum quot genera* I, 4, 3. *literarum nomina* unde I, 4, 16. *quid sint* I, 3, 1. XIX, 18, 4. *cur repertae* 2. *unde dictae* 3. *a quo ortae* 4. *numerus earum apud Latinos, Graecos et Hebraeos* ib. *Latinae quando et a quo repertae* V, 39, 11. *Hebraeorum, Syrorum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Graecorum a quo repertae* I, 3, 5. 6. *Literae* ἱεραὶ *et* πανδῆμοι ib. — *communes* I, 3, 1. 4, 2. *Latinae* I, 4. *liberales* I, 4, 2. *legitimae* I, 4, 10. *liquidae* I, 4, 9. *vocales, consonantes, semivocales, mutae* I, 4, 3. 4. *sonae, semisonantes* et *insonantes* ibid. *mysticae* I, 3, 8. — *literae apud Romanos quot fuerint* I, 4, 9. 10. *literas Latinas quis Italos docuerit* I, 4, 1. — *litera Y quid sit* I, 3, 7. *literae in numeris* I, 3, 10. — *H quid sit* I, 4, 11. K. 12. Q. 13. X. 14. Y et Z. 15. Θ I, 3, 8. T. 9. — *literarum notae* I, 24. — *literarum vitia* II, 19.
Literaria res VI, 3.
Literatio I, 3, 1.
Lithostrata vel *lithostrota* XV, 18, 10. XIX, 14.
Litus II, 29, 8. XIV, 8, 41.
Lixa XX, 2, 22.
Lixis XV, 1, 74.
Locatio V, 25, 12.
Loculus XX, 9, 3.
Locuples X, 155.
Locus in categoriis II, 26, 8. *loci nomina* I, 6, 28. *locus communis* II, 4, 7. 8. *loca sacra* et *sancta* XV, 4, 1.
Locusta XII, 8, 9.
Lodices XIX, 26, 2.
Logica I, 2, 1. II, 22, 1. 24, 4. 7.
Logici haeretici VIII, 6, 6.
Logion XIX, 21, 6.
Lolium XVII, 9, 105.
Longaevus X, 156.
Longanimis X, 157.
Longitudo III, 12, 6.
Longobardi IX, 2, 95. *Italiam capiunt* V, 39, 41.
Longus X, 156. *longa navis* XIX, 1, 14.
Loquax X, 155.
Loquelares praepositiones I, 12.
Lora XX, 16, 3.

Lorandeum XVII, 7, 54.
Loricae XVIII, 13.
Loth VII, 6, 26. IX, 6, 9.
Lotium XI, 1, 138.
Lotos XVII, 7, 9.
Lotum I, 28, 3. XIX, 10, 18.
Lotus X, 163.
Lubricum X, 158. XII, 4, 2. XIV, 8, 36.
Lucanicae XX, 2, 28.
Lucanus cur non poeta haberi possit VIII, 7, 10.
Lucas VII, 9, 23. *evangelium* VI, 1, 10. 2, 37. 38.
Lucae boves XII, 2, 15. 16.
Lucerna XX, 10, 2.
Lucifer III, 70, 18. V, 30, 7. VI, 19, 3. III, 65, 2.
Lucifer episcopus VIII, 5, 55.
Luciferiani VIII, 5, 55.
Lucina VIII, 11, 57.
Lucrinus lacus XIII, 19, 8. XIV, 4, 9.
Luctantes substant. XIX, 19, 6.
Luctatio XVIII, 23.
Luctatum XX, 3, 10.
Luctu cur genas lacerent mulieres XI, 1, 123.
Lucubros herba XVII, 9, 73.
Lucubrum XX, 10, 8.
Luculentus X, 154.
Lucullenm marmor XVI, 5, 17.
Lucullus bibliothecam Romae instituit VI, 5, 1.
Lucus I, 36, 24. XIV, 8, 30. XVII, 6, 7.
Ludi filius Sem IX, 2, 3.
Ludus XVIII, 16, 2. *ludi Liberalia* §. 3. *gymnici* ib. et c. 17. *gladiatorii* XVIII, 52, 1. *equestris* c. 53. *Circenses* XVIII, 27. *genera* XVIII, 18. *virtus* 22. *Christiano indigni* XVIII, 59.
Ludicra XVIII, 16, 1.
Lues IV, 6, 19.
Luganum XX, 2, 17.
Lugubres vestes XI, 1, 123. et *flores* ib.
Lulligo XII, 6, 47.
Lumbare XIX, 22, 25.
Lumbi XI, 1, 98.
Lumbricus XII, 5, 13.
Lumen XIII, 10, 14.
Lumina i. e. *oculi* XI, 1, 36.
Luminariorum vasa XX, 10.
Luna III, 70, 2. *magnitudo* 47. *lumen* 52. *cursus* 55. *vicinitas eius ad terram* 56. *interlunium* 54. *formae* 53. *quando cursum suum expleat* 65, 2. — *calcei ornamentum* XIX, 34, 3. — *lunae dies* V, 30, 6.
Lunaris annus V, 36, 3. *lunares dies* VI, 17, 30. *lapis* XVI, 4, 6.
Lunaticus X, 61. IV, 7, 6.
Lunensis marmor XVI, 5, 18.
Lunulae XIX, 31, 7.
Lupae meretrices XVIII, 42, 2. *Lupa* X, 163.
Lupanar XVIII, 42, 2.
Lupata XX, 16, 2.
Lupinum XVIII, 4, 7.
Lupus XII, 2, 23. 24. *lupus in fabula* prov. I, 36, 27. XII, 2, 24. *piscis* XII, 6, 5. 24. *instrumentum* XX, 15, 4.
Luridus X, 162.
Luscinia XII, 7, 37.
Luscitiosus X, 163.
Luscus X, 163.
Lusitania XIV, 4, 29.
Lustrum V, 37, 2. *Lustra* V, 37, 2. XIV, 8, 29.
Lusus cubitalis XVIII, 61, 2.
Luteus XIX, 28, 7.
Lutum XVI, 1, 4.
Lux XIII, 8, 2. 10, 14.
Luxa membra X, 160. XX, 2, 22.
Luxus XX, 2, 22.
Luza XV, 1, 22.
Lyaeus VIII, 11, 44.
Lycaonia XIV, 3, 41.
Lychnites XVI, 14, 4.
Lychnum XVII, 7, 65.
Lychnus XX, 10, 2.
Lycia XIV, 3, 46.
Lycisci XII, 2, 28.
Lyciniae XVII, 7, 65.
Lycophthalmos XVI, 15, 20.
Lydia XIV, 3, 43.
Lydii IX, 2, 3.
Lymphaticus X, 161. *morbus* IV, 6, 15.
Lyncis XVII, 2, 20.
Lyncurius lapis XII, 2, 20. XVI, 8, 8.
Lyra VIII, 7, 4. III, 21, 8. V, 39, 11. *signum coeleste* III, 70, 36.

M.

M litera supina quid significet in iure I, 22, 1.
Macaronesum insula XIV, 6, 15.
Macedones IX, 2, 78. *phalanx* eorum IX, 3, 46.
Macedonia XIV, 4, 13.
Macedoniani VIII, 5, 44.
Macedonius haereticus VIII, 5, 44. VI, 16, 7.
Macellum XV, 2, 44.
Macer X, 180.
Maceriae XV, 9, 4.
Machabaeorum libri VI, 1, 9. 2, 33. V, 39, 22. 23.
Machaera XVIII, 6, 2.
Machina XIX, 18, 3.
Machio XIX, 8, 2.
Macies X, 180.
Macrinus Imperator V, 39, 31.
Macrologia I, 33, 8.
Mactus X, 165.
Madai IX, 2, 28.
Maeander XIII, 21, 23.
Maeonia XIV, 3, 43.
Magalia XV, 12, 4.
Magar XV, 12, 4.
Magdalena VII, 10, 3.
Magi VIII, 9, 1. 9. 25.
Magica ars quando et a quo inventa V, 39, 7. XIV, 3, 12.
Magister X, 170. *magistri populi* IX, 3, 11.
Magistratus IX, 4, 6.
Magnanimus X, 157. 167.
Magnificus X, 167.
Magnes XVI, 4, 1.
Magnus X, 167. *Magna Mater* VIII, 11, 61.
Mago Carthaginensis scriptor rerum rusticarum XVII, 1, 1.
Magog IX, 2, 27.
Mahil XIX, 21, 4.
Maiestatis reatus V, 26, 25. *reus* X, 238.

Maior X, 171. *numerus* III, 6, 4. *maiores* in iure IX, 5, 31.
Maiorica insula XIV, 6, 44.
Maius mensis V, 33, 8.
Malachias VII, 8, 22.
Malachoth VII, 15, 1.
Malae XI, 1, 44.
Malagma IV, 9, 11.
Maleum promontorium XIV, 7, 3.
Malevolus an *malivolus* X, 26.
Malignus X, 176.
Malitiosus X, 176.
Malleolus XVII, 5, 5.
Malleus XIX, 7, 2.
Malo I, 26, 16.
Malogranatum XVII, 7, 6. *malogranata* ibid.
Malum τὸ κακόν V, 27, 1.
Malum i. e. arbor XVII, 7, 3. *genera* 4. seqq.
Malus in navibus XIX, 2, 8. *terrae* XVII, 9, 30.
Malus X, 176. *malum avem sibi cacare* proverb. XII, 7, 71.
Malva XVII, 10, 5.
Malvella vestis XIX, 22, 12.
Mambre urbs XV, 1, 24.
Mambres VII, 6, 45.
Mamillae XI, 1, 73—75.
Manaem VII, 6, 79.
Manasses V, 39, 17. VII, 6, 73. 7, 20.
Mancipium IX, 4, 45.
Mancus X, 180.
Mandatum V, 24, 20.
Mandragora XVII, 9, 30.
Mane V, 30, 14. 32. VIII, 11, 100.
Manes plur. V, 30, 14. X, 139. VIII, 11, 100. haereticus VIII, 5, 31.
Mania IV, 7, 8.
Manicae V, 27, 10.
Manichaei V, 39, 35. VIII, 5, 31.
Manifestus X, 183.
Manipulares milites IX, 3, 50.
Manipulus IX, 3, 50. XVII, 9, 106. XVIII, 3, 5.
Manitergium XIX, 26, 7.
Mannus XII, 1, 55.
Mansuetus X, 168.
Mantelia XIX, 26, 6.
Mantua XV, 1, 59.
Mantum XIX, 24, 15.
Manubiae XVIII, 2, 8.
Manuleata tunica XIX, 22, 8.
Manum V, 30, 14. X, 139.
Manumissio X, 5, 17.
Manumissus IX, 4, 48.
Manumittere IX, 4, 48.
Manus XI, 1, 66. *impositio in sacris Christianis* VI, 19, 54.
Manuspretium XI, 1, 66.
apella XIX, 26, 6.
Mappae XIX, 26, 6.
Marathonius campus XIV, 4, 10.
Marciatum IV, 12, 10.
Marcion V, 39, 29. VIII, 5, 21. 6, 23.
Marcionistae VIII, 5, 21.
Marcomanni IX, 2, 97.
Marculus XIX, 7, 2.
Marcus appellativ. XIX, 7, 2.
Marcus evangelista V, 39, 27. VII, 9, 22. liber VI, 1, 10. 2, 36.
Mare XIII, 14. *mediterraneum* 16. *Adriaticum*, *Achaicum*, *Epiroticum* ib. §. 7. reliqua maria §. 5. etc. 17, 2. 19, 4. XIV, 6, 24. 26.
Mareoticae uvae XVII, 5, 25.
Mares XII, 1, 11.
Maria VII, 10, 1.
Margarita V, 10, 1.
Margariti ferae conchae XII, 6, 49.
Margo XIV, 8, 42.
Mariandyna urbs XV, 1, 41.
Maritima XIV, 8, 42.
Maritus IX, 7, 2. *mariti frater* IX, 7, 17.
Marmor unde neutrum I, 27, 3. *marmora* XVI, 5. *marmoris Carystei* usus VI, 11, 2.
Marrubium XVII, 9, 58.
Mars VIII, 11, 50—52. *Martis dies* V, 30, 6. *stella* ibid.
Marsi IX, 2, 88.
Marsiae fontis vis XIII, 13, 7.
Marsupium XX, 9, 5.
Martellus XIX, 7, 2. etc. 18.
Martha VII, 10, 3.
Martianus V, 39, 39.
Martisia XX, 2, 29.
Martius, mensis novorum dictus V, 35, 5. *November* dictus V, 33, 6.
Martius vates VI, 8, 12.
Martyres VII, 11, 1. seqq.
Martyria VII, 11, 1. seqq. XV, 3, 12.
Mas IX, 7, 2.
Masculus IX, 7, 2.
Masbothei VIII, 4, 6.
Masloth VI, 1, 7. 2, 18.
Massa IX, 2, 63. XVI, 18, 13.
Massagetae IX, 2, 63.
Massali IX, 2, 123.
Massylia IX, 2, 123. XV, 1, 63.
Massylienses trilingues XV, 1, 63.
Massylii IX, 2, 123.
Masticina XIX, 22, 16. 28, 8.
Mastix XIV, 6, 30. XVII, 8, 7.
Mastruca XIX, 23, 1. 5.
Mataxa XIX, 29, 6.
Mater IX, 5, 6. 7, 13. *amitae* 6, 25. *frater* VI, 26. *soror* 27. *matris animula* XVII, 9, 51. *Mater Magna* VIII, 11, 1.
Materfamilias IX, 5, 8. 7, 13.
Materia XIII, 3, 1. XIX, 19, 4.
Materiales soleae XIX, 34, 11.
Matertera IX, 6, 18. 27. *magna* 27. *materterae soror* ibid.
Mathematica III. Praef.
Mathematici VIII, 9, 24. 25.
Mathesis III, 70, 39.
Matianum malum XVII, 7, 3.
Matrimoniales tabulae IX, 5, 8.
Matrimonium IX, 7, 13. 19.
Matrix XI, 1, 136.
Matrona IX, 5, 8. 7, 13.
Mathusalem V, 39, 4. VII, 6, 13.
Matthaeus VII, 9, 17. *liber* VI, 1, 10. 2, 35. V, 39, 26.
Matthias VII, 9, 21.
Maturus XVII, 6, 24.
Matutinum V, 31, 12. *officium* VI, 19, 3.
Mauri IX, 2, 118. 120. *color* XIX, 23, 7.
Mauritania XIV, 5, 10. 17. *Sitifensis* 10. *Caesariensis* 11. *Tingitana* 12.
Mauritius Imperator V, 39, 41.
Maurus color XII, 1, 54.
Mausolea XV, 11, 3.
Mavors XIX, 1, 5. *vestis genus* 25, 4.
Maxillae XI, 1, 45.
Maximilla haereticus VIII, 5, 27.
Maximus X, 171. an etiam *maxumus* I, 26, 15. *Imperator* V, 39, 32.

Mazacha IX, 2, 30.
Meatas XI, 1, 105.
Meconites XVI, 15, 20.
Medea gemma XVI, 11, 4.
Medi IX, 2, 28. 46.
Media urbs et regio XIV, 1, 7. 3, 8. 11.
Medica arbor XIV, 3, 11. XVII, 7, 8.
Medica XVII, 4, 8.
Medicamentorum genera IV, 9, 8.
Medicamina IV, 9.
Medicina IV. *nomen* c. 2. *inventores* 3. *haereses* 4. *curatio* 9. *cur non inter liberales artes numeretur* 13, 1. *cur secunda philosophia dicatur* 5. *iumentorum* 9, 12. *initium* c. 13. *a quo orta* VIII, 11, 3. *quando inventa* V, 39, 10. *genera* IV, 9, 8.
Medicinalis digitus XI, 1, 71. *medicinales libri* IV, 10.
Medicus quid scire debeat IV, 13, 1. *medicoram* haereses 4, 1. seqq. *instrumenta* 11.
Medimna XVI, 26, 15.
Mediocris X, 172. *numerus* III, 5, 8.
Mediolanum XV, 1, 57.
Meditativa verba I, 8, 3.
Mediterraneae gentes ubi linguam comprimant IX, 1, 5. *mediterraneum mare* XIII, 16.
Media distinctio I, 19, 1. *nomina* 6, 15. *medius filius* IX, 5, 14.
Medullae XI, 1, 87.
Medus vinum XX, 3, 13.
Mel XX, 2, 36.
Melachim VI, 1, 6. 2, 11.
Melancholia IV, 5, 5. 7, 9.
Melancholici X, 176.
Melanurus XII, 6, 27.
Melchisedech VII, 6, 25.
Melchisedechiani VIII, 5, 17.
Melichloros XVI, 7, 15.
Melichrysus XVI, 15, 6.
Melicratum vinum XX, 3, 12.
Melimelum XVII, 7, 5.
Melinum XIX, 17, 21.
Melior X, 177. *Melius* ib.
Melipepo XVII, 10, 17.
Melitites XVI, 4, 26.
Mella XVII, 7, 9.
Melo fluv. XIII, 21, 7. XIV, 2, 40.
Melopos XVII, 7, 13.
Melos cantus III, 19, 4. *insula* XIV, 6, 28.
Melotes XIX, 24, 19.
Membra XI, 1, 82. *luxa* X, 160. XX, 2, 22.
Membrana VI, 11, 1. 2.
Memmia Phemonoe I, 38, 17.
Memnonides aves XII, 7, 30.
Memor X, 169.
Memoria XI, 1, 13. *memoriae* plur. XV, 11, 1.
Memphis VI, 10, 1. XV, 1, 31.
Memphiticus sal XVI, 2, 5.
Memphitis lapis XVI, 4, 14.
Mena vestis XIX, 22, 16.
Menander magus VIII, 5, 3.
Menandriani VIII, 5, 3.
Mendacium II, 12, 4.
Mendax X, 175.
Mendicus X, 175.
Mens XI, 1, 11. 13. et *animus* differ. 11. 12.
Mensae XX, 1.
Menses V, 33. *initia apud varias gentes* ibid. *mensis novorum* quis V, 33, 5.
Menstrua XI, 1, 140.
Mensura XV, 15, 1. *mensurae* XVI, 24. 26. *agrorum* XV, 15.
Menta XVII, 11, 9. *agrestis* 82.
Mentum XI, 1, 57.
Menum XIX, 28, 8.
Mercatus V, 25, 35. XV, 2, 45.
Mercenarii IX, 4, 31.
Mercurius VIII, 11, 3. 45—47. *cordas invenit* III, 21, 6. *lyram* 8. V, 39, 11. *praestigium invenit* VIII, 9, 33. — *stella quando cursum suum expleat* III, 65, 2. — *Mercurii dies* V, 30, 6. *Trimegistus Aegyptiis leges dedit* V, 1, 2.
Merenda XX, 2, 12. 3, 3.
Merendare XX, 2, 12.
Mereri IX, 3, 34. X, 182.
Meretrix X, 182.
Mergus XII, 7, 54.
Meridies III, 41, 3. V, 30, 15. XIII, 1, 6. XVII, 7, 2. XX, 3, 3.
Meristae VIII, 4, 8.
Meritoriae tabernae X, 182.
Merois linea coeli III, 41, 4.
Meropes aves XII, 7, 34.
Merula XII, 7, 69.
Meruli nigri XII, 6, 5.
Merum III, 41, 3. V, 30, 15. XIII, 1, 6. XX, 3, 3.
Mesomela XVI, 11, 6.
Mesopotamia XIII, 21, 10. XIV, 3, 13. *linea coeli* III, 41, 4.
Mesphres XVIII, 31.
Mespilus XVII, 7, 14.
Mesraim IX, 2, 10. 19.
Messapia XV, 1, 58.
Messias VII, 2, 6.
Messis XVII, 2, 6.
Messorium XX, 4, 10.
Mesticius XIX, 28, 8.
Meta XVIII, 30. XIX, 29, 6.
Metalepsis I, 36, 7.
Metallum V, 27, 31. XVI, 17, 1. *metalla* XVI, 15.
Metangismonitae VIII, 5, 47.
Metaphora I, 36, 2—5.
Metaplasmus I, 31, 2. 34, 1. 7.
Metari castra XV, 3, 10.
Metathesis I, 34, 6. *rhetorica* II, 1. 2. 21, 34.
Metatores X, 179.
Metatum XV, 3, 10.
Metere XVII, 2, 6.
Metonymia I, 36, 8—10.
Metreta XVI, 26, 9.
Metrica III, 17, 2.
Metropolitani VII, 12, 10.
Metrum XVI, 26, 9. *metra* I, 38.
Meu XVII, 9, 10.
Michael VII, 5, 12.
Micheas VII, 8, 15. V, 39, 15.
Milago XII, 6, 36.
Miles IX, 3, 32. *quis primus milites fecerit* ib. *militam genera* 32—40. *manipulares* IX, 3, 50. *emeriti* XV, 1, 69. *russati* XIX, 22, 10. *quomodo consensum significent* I, 25, 1. *quomodo salutent* ibid.
Milia III, 3, 5.
Miliarium XV, 15, 6. *variarum gentium nomina miliarii* XV, 16, 1. 2.
Milimindrus XVII, 9, 41.
Militaris res IX, 3. XV, 9, 10. XVIII, 1—14.
Militia IX, 3, 45. *vocabula* §. 3. *genera* 3, 52. *ordinem quis primus*

instituerit IX, 3, 32. *militiae Romanae mores* IX, 3, 37.
Milium XVII, 3, 12.
Mille III, 3, 5.
Millenarii IX, 3, 30.
Milliastae VIII, 5, 8.
Mimi XVIII, 49.
Mina XVI, 25, 21.
Minator X, 177.
Minax X, 178.
Minerva VIII, 11, 2. 71—73. XV, 1, 44. *lanificii et olivae inventrix* XIX, 20.
Mineus fluv. XIII, 21, 32. XIV, 4, 29.
Minii XVIII, 49.
Minimus X, 171. *filius* IX, 5, 14.
Minium XIX, 17, 7.
Minoia insula XIV, 6, 29.
Minor X, 171. *numerus* III, 6, 5. *minores* in iure IX, 5, 31.
Minorica insula XIV, 6, 44.
Minotauri fabula XI, 3, 9.
Minus quam finita pronomina I, 7, 2. 6.
Minutal XX, 2, 29.
Misac VII, 8, 26.
Misahel VII, 8, 26.
Miser X, 173.
Miserabilis X, 173.
Misericordia X, 164.
Misericors X, 164.
Missa in sacris VI, 19, 4.
Mithridax XVI, 4, 21. 12, 2.
Mitis X, 168.
Mitra XIX, 31, 4. 5. in navi XIX, 4, 6.
Mixta lingua quae IX, 1, 7.
Moab VII, 6, 27. VIII, 11, 24. IX, 2, 8.
Moabitae IX, 2, 8.
Moderatus X, 172.
Modestus X, 168.
Modicum XX, 9, 4. *Modicus* X, 172. *Modica* XVI, 26, 10.
Modius XVI, 26, 10. XIX, 2, 9.
Modus verborum I, 8, 4. 5.
Moenia XV, 2, 17. 18.
Moeniana aedificia XV, 3, 11.
Moesia XIV, 4, 5.
Moestus X, 174.
Mola XX, 8, 6.
Molaris lapis XIX, 10, 10. *molares dentes* XI, 1, 52.
Molitio XVII, 3, 5.
Mollis X, 179.
Molochinia vestis XIX, 22, 12.
Molochites XVI, 7, 11.
Molocina vestis XIX, 22, 12.
Molossia XIV, 4, 9.
Molossus I, 16, 6.
Molotius XVI, 4, 32.
Momentana XVI, 25, 4.
Momentum V, 29, 1. *in iure* 25, 25.
Monachus VII, 13, 1.
Monaptota I, 6, 43.
Monarcha IX, 3, 23.
Monarchia IX, 3, 23. *a quo et quando facta* V, 39, 25.
Monasterium XV, 4, 5.
Monedula XII, 7, 35.
Moneta XVI, 8, 8. 25, 4.
Monilia XIX, 31, 11—13.
Monocentaurus XI, 3, 38.
Monoceros XII, 2, 12. 13.
Monodia VI, 19, 6.
Monogamus IX, 7, 14.
Monostichon I, 38, 21.
Mons XIV, 8, 1. *montium nomina* XIV, 8. *montes aceto quis ruperit* XIV, 8, 13.
Monstra XI, 3.
Monstruosae facies XI, 3, 18.
Montani haeretici VIII, 5, 35.
Montanus XVII, 7, 39. haereticus VIII, 5, 27.
Monumenta I, 40, 2. XV, 11, 1.
Mora piscis XII, 6, 34.
Moralis II, 24, 4. 16.
Morbi IV, 5, 2. 3. *acuti* 6. *chronici* 7. *superficiei corporis* 8. *arcuatus* IV, 8, 13. *arthriticus* 7, 31. *comitialis* 7, 7. *elephantiacus* 8, 12. *hepaticus* 7, 21. *lymphaticus* 6, 15. *regius* 8, 13.
Moribundus X, 181.
Morio X, 183.
Moriturus X, 181.
Mors VIII, 11, 51. XI, 2, 31. *genera* 32.
Mortarium IV, 11, 6.
Mortuus XI, 2, 33. *mortuis cur vestes purpureae dentur* XI, 1, 123.
Morus XVII, 7, 19.
Mos II, 10, 2. V, 3, 2. 3. et *consuetudo* differ. II, 10, 2. et *lex* et *ius* differ. II, 10, 1. V, 3.
Moschorus fluvius XIV, 3, 32.
Mosoch IX, 2, 30.
Motacismus I, 31, 6.
Moyses VII, 6, 46. *primus hexametros apud Hebraeos scripsit* I, 38, 11. *primus Hebraeis praecepta dedit* V, 8, 12. *primus historiam scripsit* I, 41, 1. *auctor Pentateuchi* VI, 2, 1. 1, 4. 5. *ubi signa fecerit* XV, 1, 32. *quamdiu Iudaeos rexerit* V, 39, 9. *Hebraeis primus leges dedit* V, 1, 1.
Mozicia XX, 9, 4.
Mucro XVIII, 6, 2.
Mugilis XII, 6, 26.
Mula sagmaria XX, 16, 5.
Mulcator X, 178.
Mulctrum XX, 6, 7.
Mulgarium XX, 6, 7.
Mulier XI, 2, 18. 20. antique *vira* 23. *in luctu cur genas lacerent* XI, 1, 123.
Muliebria XI, 1, 140—142.
Mulierarius X, 107.
Mulio X, 183.
Mullei XIX, 34, 10.
Mullus XII, 6, 25.
Mulsum X, 178. XX, 3, 10.
Multipes XII, 5, 6.
Multiplex numerus III, 6, 5. *superparticularis* III, 6, 11. *superpartiens* 12.
Mulus XII, 1, 57. 61.
Mundus XIII, 1. III, 28. 29. *creatio* V, 39. XVI, 26, 10. *elementa* VIII, 6, 20. *plagae* XIII, 1, 3. *cardines* 8. *aetates* V, 39. a conditione mundi usque ad Isidorum quot anni VI, 17, 10.
Munera VI, 19, 26. 27.
Munia IX, 4, 21. XV, 2, 10.
Municeps IX, 3, 21. 4, 21.
Municipales IX, 4, 22.
Municipium XV, 2, 10.
Munifex X, 166.
Munificus X, 166.
Munimentum XV, 9, 1.
Munitiones XV, 9.
Munitum XV, 8, 1.

Munium XV, 2, 18.
Muraena XII, 6, 43. *ornatus* XIX, 31, 14.
Muralis XVIII, 7, 8.
Mures XI, 1, 107.
Murex XII, 6, 50.
Muria XX, 3, 20.
Murices saxa XVI, 3, 3.
Murrhina XVI, 12, 6.
Murus XV, 2, 19. *muri sancti* XV, 4, 2.
Mus XII, 3, 1. i. e. *terra* XX, 3, 4. *mus araneus* XII, 3, 4.
Musae III, 14, 2. i. e. *nymphae* VIII, 11, 96.
Musca XII, 8, 11.
Musculus piscis XII, 6, 6. 53. *musculi* XI, 1, 117. *musculus* in re militari XVIII, 11, 4.
Musica I, 2, 2. II, 24, 15. Praef. III, 14—22. *nomen* III, 14. *inventores* 15. *usus* 15, 2. 3. 16. *partes* 17. *divisio* 18. *musicae*, *geometriae et arithmeticae differentia* III, 7. 8.
Musici numeri III, 22.
Musio XII, 2, 38.
Musmo XII, 1, 61.
Mustela XII, 3, 3. XVIII, 7, 10. XX, 15, 3.
Mustiones XII, 8, 16.
Mustum XX, 3, 4.
Mutus X, 169. *mutae literae* I, 4, 4.
Mutuum in iure V, 25, 18.
Mycenae XV, 1, 47.
Mygdonia XIV, 3, 39.
Myoparo XIX, 1, 21.
Myricae XVII, 7, 49.
Myrmicites XVI, 15, 19.
Myrmidon IX, 2, 75.
Myrmidones IX, 2, 75.
Myrobalanum IV, 12, 6. XVII, 9, 84.
Myrrha XVII, 8, 4.
Myrrhites XVI, 7, 14.
Myrteus color XII, 1, 53.
Myrteum mare XIII, 16, 8.
Myrtili fabula XIII, 16, 8.
Myrtus XVII, 7, 50.
Mysterium VI, 19, 42.
Mysticae literae I, 3, 8.

N.

Nabaioth IX, 2, 7.
Nabathaea regio XIV, 3, 26.
Nabathei IX, 2, 7.
Nabuchodonosor V, 39, 18. VII, 6, 80.
Nachor V, 39, 7.
Nahum VII, 8, 13.
Naiades VIII, 11, 97.
Nani XI, 3, 7.
Napocaulis XVII, 10, 9.
Napus XVII, 10, 8.
Narbona XV, 1, 64.
Narcissus XVII, 9, 16.
Nardus XVII, 9, 3.
Nares XI, 1, 47.
Narrandi genera I, 39.
Narratio II, 7, 1. 2.
Nassa XIX, 5, 3.
Nasturcium XVII, 10, 17.
Nates XI, 1, 101.
Nathan VII, 8, 7.
Nathanael VII, 10, 4.
Nathanei VII, 12, 23.
Nathinnei VII, 12, 23.
Natio IX, 2, 1. 4, 4.
Nativitatem quis primus docuerit III, 24, 1.
Natrix XII, 4, 25.
Natura XI, 1, 1.
Naturalis historia: Animalium XII. *Lapidum* XVI, 1—22. *Plantarum* XVII. *Hominis* XI, 1. — *Naturales filii* IX, 5, 19.
Nauclerus XIX, 1, 3.
Nauta XIX, 1, 5.
Navalia XIV, 8, 38.
Navalis res XIX, 1—5.
Navicularius XIX, 19, 1.
Navigium speculatorium XIX, 1, 18.
Navis XIX, 1. *unde* 8. *partes* c. 2. *armamenta eius* ib. *biremes*, *triremes*, *quadriremes*, *penteres*, *hexeres* XIX, 1, 23. *carpasina* XIV, 6, 24. XIX, 1, 11. *Liburnae*, *rostratae*, *longae* XIX, 1, 12—14. *trabaria* §. 27. *rataria* §. 9. *actuariae* §. 24.
Navita XIX, 1, 5.
Naxos insula XIV, 6. 27.
Nazareus X, 190. *Nazarei* VII, 14, 2. VIII, 5, 9.
Neapolis urbs Samariae XV, 1, 21. in Italia XV, 1, 60.
Nebula XIII, 10, 10.
Necromantii VIII, 9, 11.
Neemias VII, 8, 23.
Nefandus X, 188.
Nefarius X, 188.
Nefrendes XX, 16, 1.
Negatio II, 27, 6.
Negligens X, 192.
Negotialis causa II, 5, 5. *status* II, 5, 2.
Negotium XVIII, 15, 3.
Nembroth VII, 6, 22.
Nemroth XIV, 3, 12.
Nemo X, 184.
Nemus XVII, 6, 6.
Neomenia VI, 18, 10.
Neophytus VII, 14, 6.
Nepeta XVII, 9, 82.
Nephresis IV, 7, 24.
Nephtalim VII, 7, 13.
Nepos IX, 5, 26. 6, 23. X, 193. *Nepotis filius aut filia* IX, 5, 27. *Nepotes* X, 193.
Nepotatio X, 193.
Neptis IX, 5, 26. 6, 23.
Neptunus XIII, 7, 2. VIII, 11, 38. *Equestris*, *Hippius* XVIII, 27, 2.
Nequam X, 186.
Nequaquam X, 187.
Nereides VIII, 11, 97.
Nero V, 39, 27.
Nerva V, 39, 28.
Nervi XI, 1, 83. *vinculi genus* V, 27, 11.
Nestoriani VIII, 5, 64.
Nestorius V, 39, 38. VI, 16, 8. VIII, 5, 64.
Netum XIX, 29, 4.
Neuter X, 187.
Neutrum genus I, 6, 33.
Nicaena synodus V, 39, 36. VI, 16, 4. 6.
Nicolai palmarum genus XVII, 7, 1.
Nicolaitae VIII, 5, 5.
Nicolaus haeret. VIII, 5, 5.
Nicomedia XIV, 3, 39. XV, 1, 41.
Nicopolis XV, 1, 61.
Nicostrata i. e. *Carmentis* I, 4, 1.
Niger X, 194. *Nigri meruli* XII, 6, 5.

Nihili X, 185.
Nihilum X, 185.
Nilus XIII, 21, 7.
Nimbus XII, 10, 3. XIX, 31, 2.
Ninus primus bella gessit XVIII, 1, 1.
Nisa urbs XIV, 8, 11. XV, 1, 6.
Nisaeus i. e. *Liber* VIII, 11, 44.
Nitrum XVI, 2, 7.
Nix XII, 10, 6.
Nixa arbor XVII, 7, 10.
Nobilis X, 184.
Noctua XII, 7, 40.
Nodus in re militari IX, 3, 60.
Noe VII, 6, 15. *quando arcam aedificaverit* V, 39, 4. *auctor vitis* XVII, 5, 1.
Noemi VII, 6, 57.
Noetani VIII, 5, 41.
Noetus VIII, 5, 41.
Nolo I, 26, 16.
Nomen I, 6, 3. 4. II, 27, 5. *nomina principalia, derivativa* etc. I, 6, 9. seqq. 43. seqq. *Christi* VII, 2. *Hebraea quis in Latinum transtulerit* VII, 1, 1.
Nominativus I, 6, 37.
Nomisma XVI, 18, 9. 25, 14.
Noricus ager XIV, 4, 5.
Norma XIX, 18, 1.
Notae militares I, 23. *literarum* 24. *digitorum* 25. *iuridicae* 22. BF. SC. PR. DT. W. P. KK. IE. D. M. *quid* ibid. — *vulgares* I, 21. *scripturarum* I, 20.
Notha nomina I, 6, 15.
Nothus IX, 5, 23.
Notio II, 29, 3.
Novacula XX, 13, 4.
Novalis ager XV, 13, 12.
Novatiani VIII, 5, 34.
Novatus V, 39, 33. VIII, 5, 34.
Novem III, 3, 3.
November i. e. *Martius* V, 33, 6. 11.
Novissimus filius IX, 5, 14.
Novum testamentum VI, 1, 2. *novi testamenti summa quomodo dividatur* VI, 1, 11. *ordines* VI, 1, 10.
Nox V, 31, 1—4. III, 50. V, 30, 1.
Nubentium mores IX, 7, 12.
Nubes XIII, 7, 1. 2. *effectus* 10. *in prophetia* VII, 8, 34.
Nubila XIII, 9, 1.
Nubilis X, 184.
Nubilus dies X, 194.
Nuclei XVII, 7, 22.
Nugas X, 191.
Nugigerulus X, 192.
Nullus X, 184.
Numa Pompilius primus Romanis leges dedit V, 1, 3.
Numerabilis magnitudo III, 11, 2.
Numerarii IX, 4, 19.
Numerus quid sit III, 2. *unde dicti* 3. *usus* 4. *divisio* 5—7. *secundum geometriam* III, 13. *secundum musicam* III, 22. *numeri infiniti* III, 9. *numeri disciplinam quis primus apud Graecos scripserit* III, 1, 8. — *circularis stellarum* III, 65. *septenarius* quid significet VI, 17, 17.— *Numeri* liber Moysis VI, 1, 4. — *Numerus* grammaticus I, 6, 35.
Numidae IX, 2, 120—122. XIV, 5, 9.
Numidia XIV, 5, 9.
Numidicum marmor XVI, 5, 16.
Numisianae uvae XVII, 5, 15.
Nummi XVI, 18, 10.
Nuncius X, 189.
Nuncii i. e. *angeli* VII, 5, 1.
Nuncium, *nuncia* X, 189.
Nuncupare V, 24, 12.
Nuncupatio V, 24, 12.
Nuptae IX, 7, 10. XIII, 7, 2.
Nuptiae IX, 7, 10.
Nurum qui sibi associat quomodo dicatur IX, 6, 19.
Nutritor X, 188.
Nux XVII, 7, 21. *genera* ibid.
Nyctages VIII, 5, 62.
Nyctalmus IV, 8, 8.
Nycticorax XII, 7, 41.
Nympha IX, 7, 8. *Nymphae* VIII, 11, 96. *genera* ibid.

O.

Obaudiens X, 196.
Obeliscus in ludis XVIII, 31.
Obelus notae genus I, 20, 3. 4.
Oblaqueare XVII, 5, 31.
Oblatio VI, 19, 25.
Oblectare X, 199.
Oblectator X, 199.
Obnixus X, 198.
Obnoxius X, 198.
Obnubere IX, 7, 10.
Obolus XVI, 25, 11.
Obryzum XVI, 18, 2.
Obscenus X, 198.
Obscurum causarum genus II, 8, 2.
Obsidianus lapis XVI, 16, 5.
Obsidius lapis XVI, 4, 21.
Obsitus X, 197.
Obstrigilli XIX, 34, 8.
Obtrectator X, 199.
Obtunsus X, 198.
Occare XVII, 2, 4.
Occatio XVII, 2, 4.
Occidens III, 41, 2. XIII, 1, 4. *occidentis gentes ubi linguam comprimant* IX, 1, 8.
Occipitium XI, 1, 27.
Ochozias V, 39, 15. VII, 6, 79.
Ochra XIX, 17, 13.
Oceanus XIII, 15.
Ocreae XIX, 34, 5.
Octavianus Caesar V, 39, 26. *primus Augustus appellatus* IX, 3, 16. *dominum se vocari non passus est* 17. *quis fuerit* ibid.
Octo III, 3, 3.
October V, 33, 11.
Oculi XI, 1, 36. *corona* 38. in arboribus XVII, 6, 13.
Ocymum XVII, 10, 17.
Odi X, 91.
Odibilis X, 197.
Odor XVII, 8, 1. IV, 12, 1. *odores* IV, 12. XIV, 3, 10.
Oeca urbs XIV, 5, 6.
Oenomeli XX, 3, 11.
Oenophorus XX, 6, 1.
Oestrum XII, 8, 15.
Oestrus XII, 8, 15.
Offa XX, 2, 26.
Offarii coci XX, 2, 26.
Offatim XX, 2, 26.
Offella XX, 2, 26.
Offertorium VI, 19, 24.
Officium VI, 19, 1. *vespertinum* 2. *matutinum* 3. *officia sacra divinaque* VI, 19, 1.
Ogyges XIII, 22, 1.
Ola XI, 1, 62.
Olea XVI, 12, 1.

Olda VII, 8, 29.
Olea XVII, 7, 62.
Olearia vasa XX, 7.
Oleaster XVII, 7, 61. masc. 74.
Oleoselinon XVII, 11, 3.
Oleum XVII, 7, 62. 68.
Olfactoriola XIX, 31, 19.
Olfactus XI, 1, 22.
Olfecisse X, 142. XI, 1, 47.
Olisatrum XVII, 10, 17.
Olisipona XV, 1, 70.
Olla XX, 8, 2.
Olor XII, 7, 18. 19.
Olus XVII, 10, 2. *molle* §. 17. *olera* XVII, 10. *odorata* c. 11.
Olympias V, 37, 1. 39, 16.
Olympus XIV, 4, 13. 8, 9.
Omentum XI, 1, 130.
Omne genus in re grammatica I, 6, 34.
Omnimorbia XVII, 9, 63.
Onager XII, 1, 39.
Onocentaurus XI, 3, 39.
Onocrotalon XII, 7, 32.
Onomatopoeia I, 36, 14.
Onyx XVI, 8, 3.
Opacus XIV, 8, 35.
Opalus XVI, 12, 3.
Operaria XV, 6.
Operarii XV, 6.
Ophaz XVI, 18, 2.
Ophitae VIII, 5, 10.
Ophites XII, 4, 30. XVI, 5, 3.
Ophni VII, 6, 60. 61.
Opifex X, 200
Opilio X, 200.
Opinatio II, 24, 2.
Opisphora XIX, 4, 6.
Opium Cyrenaicum XVII, 9, 27.
Opobalsamum XVII, 8, 11.
Opozema XX, 3, 21.
Oppidani IX, 4, 42.
Oppidum XV, 2, 5. 6. *oppida* IX, 4, 42.
Opposita II, 31.
Ops VIII, 11, 59. XIV, 1, 1.
Optare i. e. *eligere* IX, 3, 41.
Optativus I, 8, 4.
Optimus X, 23.
Optiones IX, 3, 41.
Opulentia XX, 2, 4.
Opusculorum genera VI, 8.
Ora V, 29, 2. *orae vestimentorum* XIX, 24, 20.
Oracula XV, 4, 3.
Orare I, 5, 3. VI, 19, 59. *cur et quomodo fiebat* 60. X, 195.
Oratio I, 5, 3. II, 27, 5. VI, 19, 59. *partes* in grammatica I, 6. in rhetorica II, 7. *compositio* II, 18, 1. *oratio soluta a quo Graecorum primum sit adhibita* I, 37, 2. *idem quis apud Romanos fecerit* ibid.
Orator II, 3. X, 195. *quid vitare, quid sequi debeat* II, 19.
Oratorium XV, 4, 4.
Orbi XI, 2, 12.
Orbiculus XIV, 2, 1.
Orbis IX, 4, 3. *terrae* XIV, 2. *piscis* XII, 6, 6.
Orbita XV, 16, 13.
Orbus X, 200.
Orca VIII, 11, 42. XX, 6, 5.
Orchades olivae XVII, 7, 63. *insulae* XIV, 6, 5.
Orchestra XVIII, 44.
Orchis XVII, 9, 43.
Orcibeta XVII, 9, 84.
Orcus VIII, 11, 42.
Ordeolus IV, 8, 16.
Ordinarius miles IX, 3, 33.
Ordiri XIX, 29, 7.
Ordo agiographorum VI, 1, 7. *prophetarum* 8. *legis apud Hebraeos in veteri testamento* VI, 1, 7. *ordines senatorum* IX, 4, 12.
Oreades nymphae VIII, 11, 97.
Organica III, 18, 1. 20.
Organon i. e. *Psalmi* VI, 2, 15.
Organum III, 20, 2.
Orgia VI, 19, 36.
Oriens III, 41, 2. XIII, 1, 4. *orientis gentes ubi in loquendo linguam comprimant* IX, 1, 8.
Origanum XVII, 9, 76.
Origenes V, 39, 32. VIII, 5, 40. *interpres veteris testamenti* VI, 4, 4. *plurimos libros scripsit* VI, 7, 2.
Origeniani VIII, 5, 40.
Orion III, 70, 10.
Ornamenta XIX, 30. 31. 32.
Ornatura XIX, 33, 7.
Orontes XIII, 21, 17.
Orphani XI, 2, 12.
Orpheus cur saxa movisse dicatur III, 21, 9.
Orthodoxus VII, 14, 5. X, 195.
Orthogonium III, 12, 2.
Orthographia I, 26.
Ortygia insula XIV, 6, 21.
Ortygometra XII, 7, 65.
Os XI, 1, 49.
Osanna VI, 19, 22. 23.
Oscedo IV, 8, 17.
Oscilla XX, 14, 11.
Oscines XII, 7, 76.
Osi Hebraicum quid VI, 19, 22.
Osiris XVI, 1, 2.
Osor X, 197.
Ospes X, 196.
Ospitalis X, 196.
Ossa XI, 1, 86.
Ossae XIX, 34, 9.
Ossifragus XII, 7, 59.
Ostenta XI, 3.
Ostentabile genus dicendi II, 9, 11.
Ostia XIV, 8, 43. XV, 1, 56. *Tiberina* XV, 7, 4.
Ostiarii VII, 12, 32. 33.
Osticius XIX, 28, 9.
Ostium XV, 7, 4.
Ostracites XVI, 4, 25. 15, 16.
Ostracus XV, 8, 11. XIX, 10, 26.
Ostrea XII, 6, 52.
Ostrum XIX, 28, 2—4.
Osus sum X, 91.
Othoniel VII, 6, 52.
Ova XII, 7, 80. 81. *in Circo* XVIII, 29, 1.
Ovidii libri Fastorum quid sint VI, 8, 8.
Ovis XII, 1, 9. *bidens* ibid.
Oxi XVIII, 9, 4.
Oxibaphus XVI, 26, 4.
Ozee VII, 8, 10.
Ozias V, 39, 16. VII, 6, 71.
Ozie pro *hodie* XX, 9, 4.

P.

P nota quid in iure I, 22, 1. *PR.* nota quid I, 22, 1. — *p* et *b* cognatae I, 26, 4.
Paceas VII, 7, 79.
Pachinum promontorium XIV, 7, 5.

Pactolus XIII, 21, 21. XIV, 3, 43.
Pactum V, 24, 13. 19.
Padus XIII, 21, 26.
Paedagogus X, 206.
Paederos XVI, 10, 2.
Paene I, 26, 19.
Paenula XIX, 24, 14.
Paeones I, 16, 18.
Paeonia herba XVII, 9, 48.
Pagani VIII, 10, 1.
Pagi XV, 2, 14.
Paginae VI, 14, 6.
Pala XX, 14, 10.
Palae XI, 1, 94.
Palaestina XIV, 3, 17. 19.
Palaestini IX, 2, 20. 58.
Palaestra XVIII, 23. 24.
Palamedes quas literas adiecerit Graecis I, 3, 6.
Palanteum urbs XV, 3, 5.
Palatium XV, 3, 5.
Palatum XI, 1, 55. *quae gentes in loquendo palato maxime utantur* IX, 1, 8.
Palea XV, 13, 18. XVII, 3, 19.
Pales dea XV, 13, 18. XVII, 13, 19.
Pali V, 27, 16. XX, 13, 2.
Palimbacchius I, 16, 12.
Paliurus XVII, 9, 56.
Palla XIX, 25, 2.
Pallas VIII, 11, 75.
Pallium XIX, 24, 1. *pallia virorum* XIX, 24. *feminarum* 25.
Palma I, 16, 8. XI, 1, 69. XVII, 5, 9. 7, 1. *palmarum dies* VI, 18, 13.
Palmata toga XIX, 24, 5.
Palmes XVII, 5, 9.
Palmula XIX, 2, 7. *palmulae* XVII, 7, 1.
Palmus XV, 15, 2.
Palpebrae XI, 1, 39.
Paludamentum XIX, 24, 9.
Paludes XV, 13, 18.
Palumbes XII, 7, 62.
Pamphagi IX, 2, 130.
Pamphilus martyr bibliothecam Hispali instituit VI, 6, 1.
Pamphylia XIV, 3, 44.
Pampinus XVII, 5, 10.
Pan III, 20, 8. VIII, 11, 81—83.
Panace XVII, 9, 28.
Panchrus XVI, 12, 1.
Pandorius III, 20, 8.
Panegyricum VI, 8, 7.
Pangere foedus quid V, 24, 18.
Panicium XVII, 3, 13.
Panis XX, 2, 15. *genera* ibid.
Panitae VIII, 11, 103.
Pannonia XIV, 4, 5. 16.
Pannucia vestis XIX, 22, 24.
Panotii XI, 3, 19.
Panther XII, 2, 8. 9.
Panuclae XIX, 29, 7.
Panuliae XIX, 29, 7.
Papia Poppaea lex V, 15, 1.
Papilio XII, 8, 8. *papiliones* XV, 10, 3.
Papates XIX, 27, 4.
Papaver XVII, 9, 31.
Paphiae arbor XVII, 7, 64.
Paphlagones IX, 2, 33.
Paphos insula XIV, 6, 14.
Paphus urbs XV, 1, 48.
Papillae XI, 1, 75.
Papula IV, 8, 21.
Papyrus XVII, 9, 96. *bibula* VI, 10, 1.
Par numerus III, 5, 2.
Parabola I, 36, 33. *in prophetia* VII, 8, 36. *Parabolae liber* VI, 2, 18. 8, 13.
Paracletus VII, 3, 10. 12.
Paradiastole II, 21, 9.
Paradigma I, 36, 34.
Paradisus XIV, 3, 2.
Paradoxon II, 21, 29.
Paragoge I, 34, 3.
Paragraphus I, 20, 8.
Paralipomenon liber VI, 1, 7. 2, 12.
Paralysis IV, 7, 25.
Paranympha IX, 7, 8.
Parapsis XX, 4, 10.
Parasangae XV, 16, 1.
Parastatae XIX, 2, 11.
Parathesis II, 21, 46.
Parca I, 36, 24. VIII, 11, 93.
Pardus XII, 2, 10.
Parens V, 26, 16.
Parentes IX, 5, 4.
Parenthesis I, 36, 18.
Parenticida X, 225.
Parias XII, 4, 27.
Paries XV, 8, 2. *parietes crustati* XIX, 13.
Parietinae XV, 8, 3.
Pariter par numerus III, 5, 3. *impar numerus* 4.
Parius marmor XVI, 5, 8.
Parma XVIII, 12, 6.
Parnassus XIV, 4, 12. 8, 11.
Paro XIX, 1, 20.
Paroemia I, 36, 28.
Paromoeon I, 35, 14.
Paronomasia I, 35, 2.
Paros insula XIV, 6, 29.
Parotidae IV, 8, 2.
Parrhesia II, 21, 31.
Parricidium V, 26, 16.
Partes orationis I, 6. II, 7, 1. *partes* i. e. *exuviae* XVIII, 2, 8.
Parthenii urbs XV, 1, 62.
Parthenopia XV, 1, 60.
Parthi a Gordiano victi V, 39, 82. IX, 2, 44. *vestes Parthorum* XIX, 23, 1.
Parthia XIV, 3, 8. 9.
Participialia nomina I, 6, 30.
Participium I, 6, 2. et c. 10.
Pascha VI, 18, 3. *a Romanis quando celebretur* VI, 17, 19. *a Graecis* 20. De *Pascha* quae notanda sunt vide VI, 17, 10—15.
Paschalis dies VI, 17, 17. *cyclus* VI, 7.
Pascuus ager XV, 13, 6.
Passer XII, 7, 68.
Passio caduca IV, 7, 5. *colica* 38. *pleuritica* 6, 8. *passiones acutae* IV, 5, 7.
Passivum I, 8, 8.
Passum XX, 3, 14.
Passus XV, 15, 2.
Pastinaca XVII, 10, 6.
Pastinum XX, 14, 8.
Patella XX, 8, 2.
Pater IX, 6, 23. 5, 3. — *patres* IX, 4, 10. *conscripti* 11. *pater patris* IX, 5, 9. 6, 23. *pater patrui* IX, 6, 24. *avi* IX, 5, 9. 6, 23. *abavi* IX, 5, 9. 6, 23. *atavi* IX, 5, 10. *proavi* IX, 5, 9. 6, 23. *pater magnus* IX, 6, 24. *patris soror* IX, 6, 18. 25. *frater* IX, 6, 16. 24. *pater* IX, 5, 9. 6, 23. *patre alio natus* quomodo vocetur IX, 6, 21.
Paterae XX, 5, 2.

Paterfamilias IX, 5, 3. 7.
Paterniani VIII, 5, 58.
Paternus haeret. VIII, 5, 58.
Pati XVIII, 6, 4.
Patibulum V, 27, 34.
Patiens X, 201.
Patina XX, 4, 10.
Patratio IX, 5, 3.
Patria XIV, 5, 19. *patriae nomina* I, 6, 27.
Patriarcha VII, 7, 1. 12, 5. 9.
Patriciani VIII, 5, 48.
Patricii IX, 3, 25.
Patricida X, 225.
Patricius VIII, 5, 48.
Patroni X, 205.
Patronymica nomina I, 6, 22.
Patrueles IX, 6, 13.
Patruus IX, 6, 16. 24. *patrui avus* IX, 6, 24. *proavus* IX, 6. 24. *pater* ib.
Pauliani VIII, 15, 29.
Paulus iurisconsultus V, 14. *Samosatenus* VIII, 5, 29. *apostolus* VII, 9, 8—10. *ubi natus* XV, 1, 38. *quando necatus* V, 39, 27. *epistolae* VI, 1, 10. 2, 44.
Pauperior XI, 2, 26.
Pausia XVII, 7, 66.
Pavere X, 201. 230.
Pavi XII, 6, 5.
Pavidus X, 230.
Pavimentum X, 230. XV, 8, 10. XVII, 7, 60. XIX, 10. 25.
Pavire XV, 10, 8. XVII, 7, 60. XIX, 10, 25.
Pavitensis vestis XIX, 22, 19.
Pavo XII, 7, 48.
Pavor XV, 8, 10. XIX, 10, 25.
Pax XVIII, 1, 11.
Paxillus XI, 1, 45.
Peccator X, 228.
Peccatum V, 27, 1.
Pecten XI, 1, 74. XX, 13, 4. *pectines* XIX, 29, 1.
Pectoralis tunica XIX, 22, 7.
Pecuarius XVI, 18, 4.
Peculator X, 221.
Peculatus V, 26, 22.
Peculium XVI, 18, 4. V, 25, 5.
Pecunia XVI, 18, 3.
Pecuniosus X, 209. XVI, 18, 4.
Pecus XII, 6, 1. *Pecora* XII, 1. *pecudes* et *pecora* differ. XII, 1, 6.
Pedicae V, 27, 8.
Pediculi XII, 5, 14.
Pediculosi XII, 5, 14.
Pedites in cursu XVIII, 40.
Peiero X, 222.
Pelagiani VIII, 5, 63.
Pelagius VIII, 5, 63.
Pelasgi IX, 2, 74.
Pelicanus XII, 7, 26.
Pellax X, 204. 224.
Pellicanus X, 231.
Pellex X, 228. 229.
Pellis XI, 1, 79.
Peloponnensis urbs XV, 1, 43.
Peloponnesus XIV, 4, 11.
Pelorides XII, 6, 54.
Peloris XII, 6, 57.
Pelorum XIV, 7, 4.
Pelta XVIII, 12, 4.
Pelves XX, 6, 8.
Penates VIII, 11, 99.
Pendere XII, 7, 7.
Penetralia VIII, 11, 94. XV, 4, 4.
Penicilli XII, 6, 62.
Penitus XV, 4, 4.
Penna XIX, 19, 11. VI, 14, 3. XII, 7, 7.
Pennum XIX, 19, 11.
Pensum XIX, 29, 4.
Pentametrum metrum I, 38, 6.
Pentaphyllon XVII, 9, 38.
Pentapolis XIV, 3, 24. 25. 5, 5.
Pentaptota I, 6, 43.
Pentateuchus VI, 2, 2.
Pentecoste VI, 18, 4.
Penteres XIX, 1, 23.
Pentorobon XVII, 9, 48.
Peplum XIX, 25, 1.
Pepo XVII, 10, 17.
Per se numerus III, 6, 1.
Pera XIX, 24, 19.
Perdix XII, 7, 63. *fabula* XIX, 19, 9.
Peregrinus X, 215. *peregrini* IX, 4, 41.
Perendie V, 30, 22.
Perennis X, 204.
Perfectus an comparativum habeat X, 202. *perfectus numerus* III, 5, 1.
Perfidus X, 222.
Pergamenae VI, 11, 1.
Pergameni reges membrana invenerunt VI, 11, 1.
Perihermeniae Aristotelis II, 27.
Periodus I, 19, 5. 6. II, 18.
Peripatetici VIII, 6, 13.
Periphrasis I, 36, 15.
Peripleumonia IV, 6, 9. 7, 15.
Periscelides XIX, 31, 9.
Perissologia I, 33, 7. II, 20, 2.
Periurus X, 222.
Perizoma XIX, 22, 5.
Pernicitas X, 211.
Pernix X, 211.
Pernox X, 212.
Perones XIX, 34, 13.
Perorare X, 195.
Perpendiculum XIX, 18, 8.
Perpetuus X, 204.
Persae IX, 2, 47. *Persarum habitus* XIX, 23, 6. *quando diem incipiant* V, 30, 4. *a Gordiano victi* V, 39, 32. *a Caro victi* 33. *hydromantiam invenerunt* VIII, 9, 13.
Persecutor X, 226.
Persecutus X, 226.
Persepolis XV, 1, 8.
Perseus signum coeleste III, 70, 33.
Perseverans X, 212.
Persicus limes IX, 2, 62. *Persica Sibylla* VIII, 8, 3. *Persicum malum* XVII, 7, 7. *Persicus sinus* XIII, 17, 4.
Persida XIV, 3, 8. 11. 12. XV, 1, 8.
Perspicax X, 201. 204.
Pertica XV, 15, 2. 3.
Pertinax Imperator V, 39, 30. adiectiv. X, 212. 268. XII, 5, 11.
Pervicax X, 2, 10.
Pes in mensura XV, 15, 2. *in metrica re* I, 16. *nomina* ibid. — *in navi* XIX, 3, 4.
Pessaria IV, 9, 11.
Pestilentia IV, 6, 17. 18.
Petalum XIX, 21, 7.
Petili equi XII, 1, 52.
Petoritum XX, 12, 4.
Petra X, 231. XVI, 3, 1. *focaris* XVI, 4, 5.
Petrapium XVII, 11, 2.
Petroselinon XVII, 11, 2.

Petrus VII, 9, 2. quando necatus sit V, 39, 27. *epistolae* VI, 1, 10.
Petulans X, 213.
Petulcus X, 231.
Peucetia XV, 1, 58.
Peusis II, 21, 47.
Phaenicusa insula XIV, 6, 37.
Phaenicodes insula XIV, 6, 37.
Phaenon III, 70, 20.
Phaethon V, 30, 7. III, 70, 20. 65, 2. XVI, 8, 6.
Phagrus XII, 6, 22.
Phalae XVIII, 7, 8.
Phalanx IX, 3, 46.
Phalarica XVIII, 7, 8.
Phaleg VII, 6, 24.
Phalerae XX, 16, 1.
Pharao VII, 6, 43. XV, 1, 32.
Phares VII, 6, 40.
Pharetrae XVIII, 9.
Pharetratae gentes XIX, 23, 6.
Pharisaei VII, 6, 40. VIII, 4, 3.
Pharmacia IV, 9, 2. 3.
Pharus XV, 2, 37. XX, 10, 10.
Phaselus XVII, 10, 14. XIX, 1, 17.
Phasianus XII, 7, 49.
Phasis XIII, 21, 19. XIV, 3, 32.
Phemonoe Sibylla VIII, 8, 4.
Phengites XVI, 4, 23.
Pherecydes Syrus I, 37, 2. 38, 12. 41, 2.
Phi et *rho* notae scripturarum I, 20, 23.
Phidon Argivus pondera invenit XVI, 25, 2.
Philadelphia XV, 1, 13.
Philadelphus V, 39, 22.
Philargyrius notas scribendi invenit I, 21, 2.
Philippus tetrarcha IX, 3, 24. V, 39, 33. VII, 9, 16.
Philistei IX, 2, 58.
Philistiim urbs XIV, 3, 19. XV, 1, 7.
Philistim IX, 2, 20.
Philometor V, 39, 23.
Philopator V, 39, 22.
Philosophi VIII, 6, 1—3.
Philosophia II, 24. *genera*, *divisio* ibid.
Phinees VIII, 6, 62.
Phineus VIII, 6, 49.
Phlascae XX, 6, 2.
Phlebotomum IV, 11, 2.
Phlegma IV, 5, 7.
Phlegmone IV, 6, 7.
Phlogites XVI, 14, 9.
Phlomos XVII, 9, 73. 94.
Phocas Imperator V, 39, 41.
Phoebus VIII, 11, 54.
Phoenicatus XII, 1, 49.
Phoenices IX, 2, 12. 55.
Phoenicea vestis XIX, 22, 10. *Phoeniceum* color XIX, 17, 5. *Phoeniceo colore capita librorum scribuntur* I, 3, 6.
Phoenicia IX, 2, 55. XIV, 3, 17. 18.
Phoenix IX, 2, 55. XIV, 3, 18.
Phoroneus V, 1, 1. 39, 8.
Photiniani VIII, 5, 37.
Photinus VIII, 5, 37.
Phrenesis IV, 6, 3.
Phryges IX, 2, 33. *auguria invenerunt* VIII, 9, 32. *tibiam invenerunt* III, 20, 4.
Phrygia maior et minor XIV, 3, 39.
Phrygius lapis XVI, 4, 9. *Phrygia vestis* XIX, 22, 22. *Sibylla* VIII, 8, 6.
Phrygiones XIX, 22, 22.
Phryxi fabula XIII, 16, 8.
Phthisis IV, 7, 17.
Phu XVII, 9, 7.
Phut nom. propr. homo IX, 2, 11. fluv. IX, 2, 11.
Phutei IX, 2, 19.
Phutenses IX, 2, 11.
Physica II, 24, 3. 4.
Physici VIII, 6, 4.
Physon XIII, 21, 8.
Piaculum V, 26, 26.
Pica XII, 7, 46.
Picea XIII, 7, 31.
Picta toga XIX, 24, 5.
Pictaviam XV, 1, 64.
Pictorum gens XIX, 23, 7. color ib.
Pictura XIX, 16, 1.
Picus XII, 7, 47. *Martius* ibid.
Piger X, 212.
Pigmenta IV, 11, 4.
Pignus V, 25, 20. 22.
Pila, ae IV, 11, 4. XVIII, 69. *trigonaria*, *arenata* 2. *signum militare* XVIII, 3, 4.
Pilatae X, 220.
Pilatus VII, 10, 9.
Pilentum XX, 12, 4.
Pileum XIX, 21, 3. 30, 5. 31, 4. 5.
Pili XI, 1, 28.
Pilosi VIII, 11, 103.
Pilum IV, 11, 5. XI, 1, 28. XVIII, 7, 9.
Pilumni IV, 11, 5.
Pina XVI, 7, 8.
Pinna XI, 1, 46. XIX, 19, 11.
Pinnula XI, 1, 46. *pinnulae* 48.
Pinnum XI, 1, 46.
Pinus XVII, 7, 31.
Piper XVII, 8, 8.
Piperinus lapis XIX, 10, 8.
Pirenaeus mons XIV, 8, 15.
Pirula XI, 1, 48.
Pirum XVII, 7, 15.
Pirus XVII, 7, 15.
Pis XVII, 4, 10.
Pisces XII, 6. signum coeleste III, 70, 32.
Pisere IV, 11, 4.
Pisinnus X, 231.
Pisistratus primus apud Graecos bibliothecam fecit VI, 3, 3.
Pistacia XVII, 7, 30.
Pistores IV, 11, 5. XV, 6, 4.
Pistrinum XV, 6, 4.
Pistum XVII, 3, 13.
Pisum XVII, 4, 10.
Pitis XVII, 7, 31.
Pix XVII, 7, 72.
Placentae XX, 2, 17.
Placitum V, 24, 19.
Plaga XIX, 5, 1. *plagae* i. e. *verbera* V, 27, 14. *mundi* XIII, 1, 3.
Plagiator X, 220.
Plana figura III, 11, 2. *Planum* in ludo XVIII, 65.
Planetae III, 66. 70, 20. XIX, 24, 17.
Plantae XI, 1, 113. XVII, 6, 12.
Plantaria XVII, 6, 12.
Plastice XIX, 15, 1.
Platanus XVII, 7, 37.
Plato quando vixerit V, 39, 20. *physicam quatriplicem fecit* II, 24, 4.
Platonici VIII, 6, 7. *sententia de deo* VIII, 6, 20. *de mundo* ibid.
Plaustrum XX, 12, 3.

Plebiscitum V, 11.
Plebs IX, 4, 5. 6.
Pleonasmos I, 33, 6.
Pleurisis IV, 6, 8.
Pleuritica passio IV, 6, 8.
Pliades III, 70, 13.
Plumbum XVI, 20. 22.
Pluteus XVIII, 11, 3. XX, 11, 5.
Pluviae XII, 10, 2. 3.
Poculum XX, 5, 1.
Podagra IV, 7, 30.
Poderis XIX, 21, 1.
Poema I, 38, 21.
Poena V, 27, 1. 2. *genera* 4. *poenae in legibus* ibid.
Poeni IX, 2, 116.
Poenitentia VI, 19, 71. 72.
Poesis I, 38, 21.
Poetae VIII, 7. *officia* 7, 10. 11. *characteres* 11.
Poli III, 36. XIII, 55.
Polion XVII, 9, 63.
Pollex XI, 1, 70.
Pollio Romae bibliothecam publicavit VI, 5, 2.
Pollis XX, 2, 19.
Pollux et *Castor* III, 70, 25.
Polygonus XVII, 9, 79.
Polymitus XIX, 22, 21. *polymita vestis* ibid.
Polypodion XVII, 9, 62.
Polyptoton I, 35, 17.
Polysyntheton I, 35, 19.
Poma XVII, 6, 24.
Pompa XVIII, 2, 2.
Pompeia urbs XV, 1, 51.
Pompeiopolis I, 32, 2.
Pompeius primus leges in libros redegit V, 1, 5. *quando Iudaeam ceperit* V, 39, 25.
Pomponii Tityrus carmen I, 38, 25.
Pondera XVI, 23. 25. 27.
Pons XIX, 2, 16.
Ponticus sinus XIII, 16, 4. *Ponticum mare* XIII, 16, 4. *pontica gemma* XVI, 12, 4. 15, 26. *ponticae nuces* XVII, 7, 24. *pontici canes* XII, 2, 21.
Pontifex XII, 12, 13. *Maximus* ibid.
Pontius VII, 10, 8.
Pontonium XIX, 1, 24.
Popina XV, 2, 42.
Pŏpulus IX, 4, 5. 6. *pōpulus* XVII, 7, 45.
Porca in mensura XV, 15, 6.
Porcus XII, 1, 25. *porci marini* XII, 6, 12.
Pori XI, 1, 80.
Porphyrii Isagogae II, 25.
Porphyris insula XIV, 6, 25.
Porrum XVII, 10, 25.
Porta XV, 2, 22.
Portemia XIX, 1, 26.
Portenta XI, 3. *prodigia*, *monstra* et *ostenta* differ. §. 6. 7. *genera* 7—11.
Porticus XV, 7, 3.
Portisculus XIX, 2, 13.
Portulaca XVII, 9, 80.
Portus XIV, 8, 39. 40.
Porus XVI, 4, 24.
Positivus I, 6, 32.
Positurae I, 19. 20, 9.
Possessio bonorum V, 25, 6. — *possessiones* XV, 3, 3.
Possessiva pronomina I, 7, 3. 6. *nomina* I, 6, 23.
Possidere iure V, 25, 3. *male* ib.
Postella XX, 16, 4.
Posteriora XI, 1, 105.
Posteritas IX, 5, 26.
Postes XV, 7, 8.
Posthumus IX, 5, 22.
Postica XV, 4, 7.
Postliminium redeuntes V, 27, 28.
Postremus X, 207.
Potens X, 208.
Potestas X, 208.
Potestates angelorum VII, 5, 18.
Potio XX, 3, 1.
Potoria vasa XX, 5.
Potus XX, 3.
Praecedentia stellarum III, 67.
Praecentor VII, 12, 27.
Praecepta VI, 8, 10—12.
Praecinctus X, 218.
Praecisores dentes XI, 1, 52.
Praecoquae uvae XVII, 5, 16.
Praecordia XI, 1, 119.
Praeda XVIII, 2, 8.
Praedator X, 219.
Praedicamenta II, 26, 1.
Praedium XV, 3, 5.
Praedo X, 219.
Praefatio VI, 8, 9.
Praefecti IX, 3, 26.
Praenomen I, 6, 3.
Praeopinus X, 208.
Praepetes aves XII, 7, 77.
Praepositio I, 12.
Praepositus X, 205.
Praeputia Iudaeorum XIX, 23, 7.
Praescriptiones X, 217.
Praescriptus X, 217.
Praesegmina XIX, 22, 18.
Praesens X, 207.
Praesentia XI, 1, 19.
Praeses IX, 3, 28. 4, 15.
Praestigium VIII, 9, 33.
Praesul X, 205.
Praetendere XV, 10, 2.
Praetexta XIX, 24, 16.
Praetextati pueri XIX, 24, 16.
Praetor IX, 3, 27. 4, 16.
Praetorium XV, 2, 29.
Praevaricator X, 223.
Praevarum X, 223.
Pragma V, 22.
Pragmatica V, 22.
Pragmaticus V, 22.
Prandium XX, 2, 11.
Prasina XIX, 17, 9.
Prasinus color XVIII, 33, 2.
Pratum XV, 13, 17.
Prelum XX, 14, 12. *prela* XVIII, 1, 10.
Presbyter VII, 12, 20.
Pressores X, 282.
Pressorium XX, 14, 12.
Prester XII, 4, 16.
Pretiosi lapides XVI, 6, 2.
Pretium V, 25, 34.
Priamus quando Troiae regnaverit V, 39, 11.
Priapus VIII, 11, 24. 25.
Pridie V, 30, 21.
Primitiae XVII, 3, 3.
Primogenia pronomina I, 7, 6.
Primogenitus filius IX, 5, 14.
Primus X, 207.
Princeps IX, 3, 21.
Principales IX, 4, 25.
Principalia nomina I, 6, 9.
Principatus angelorum VII, 5, 19.
Prior X, 207.
Prisca lingua Latina IX, 1, 6.

Prisca haeret. VIII, 5, 27.
Priscillianistae VIII, 5, 54.
Priscillianus V, 39, 37. VIII, 5, 54.
Privati IX, 4, 30.
Privignus IX, 6, 21.
Privilegium V, 18.
Privimeria XI, 3, 8.
Proamita IX, 6, 25.
Proavia amitae IX, 6, 25. *proaviae soror* IX, 6, 27.
Proavunculus IX, 6, 26.
Proavus IX, 5, 9. 6, 23. *avunculi* IX, 6, 26. *patrui* IX, 6, 24. *proavi pater* IX, 5, 9. 6, 23.
Proba auctor carminis *de Fabrica mundi* I, 38, 25.
Probatio XVIII, 15, 5.
Probus imperator V, 39, 35.
Procare IX, 7, 7. X, 214.
Procatalepsis II, 21, 27.
Proceleusmaticus I, 16, 13.
Procella XIII, 11, 22.
Proceres principes et capita trabium IX, 4, 17.
Proci IX, 7, 7. X, 214.
Procinctus X, 218. *in procinctu* ib.
Proconsul IX, 3, 8. 4, 35.
Procurator IX, 3, 8. 4, 35.
Procurvus X, 229.
Prodigia XI, 3.
Prodigus X, 215.
Proditor X, 221.
Producere X, 216.
Productus X, 231.
Proelium XVIII, 1, 10. *pugna* et *bellum* differ. §. 8.
Profanus X, 224.
Profugus X, 215.
Profundum XIV, 9, 4.
Progenies IX, 5, 27. 28.
Progenitores IX, 5, 28.
Prognostica in medicis IV, 10, 2.
Prohaeres IX, 5, 2.
Proiectus X, 216.
Prolepsis I, 35, 2.
Promatertera IX, 6, 27.
Prometheus primus simulacra fecit VIII, 11, 8. primus anulum reperit XIX, 32, 1.
Promontoria XIV, 7.
Promoscida XII, 2, 14.
Promurale XV, 2, 21.
Promptuarium XV, 5, 67.
Pronepos IX, 5, 27. 28. 6, 23.
Proneptis IX, 5, 27. 28. 6, 23.
Pronomen I, 7. 6, 2.
Pronuba IX, 7, 8.
Pronunciatores VII, 12, 25.
Propaginare XVII, 5, 33.
Propagines XVII, 5, 33.
Propatruus IX, 6, 24.
Propes XIX, 4, 3.
Propheta VII, 8, 1. *prophetarum ordo* VI, 1, 5. *prophetae duodecim* VI, 1, 6. *maiores* VI, 2, 26. *minores* ib. *nomina eorum* 27.
Prophetiae genera VII, 8, 33.
Propina XV, 2, 42.
Propinare XV, 2, 42.
Propitiatio XV, 4, 3.
Propitiatorium XV, 4, 3.
Propontis XIII, 16, 3.
Propositio II, 9, 2. *inductionis* 5.
Propugnacula XV, 2, 20.
Prora XIX, 2, 1.
Prorostra XV, 2, 27. XVIII, 15, 1.
Prosa I, 37.
Proscissio XVII, 2, 5.
Proscriptio V, 27, 30.
Proscriptus V, 27, 30. X, 217.
Proselytus VII, 14, 10.
Proserpina VIII, 11, 60.
Prosopopoeia II, 13. 21, 45.
Prosper Aquitanus cyclum paschalem scripsit VI, 17, 1.
Prostibulum XVIII, 42, 2.
Prostitutae X, 229.
Prosum I, 37, 1.
Prothesis I, 34, 2.
Protoplastus XIX, 15, 1.
Proverbia liber biblicus VI, 1, 7. 2, 18. *Proverbia:*
Ne contra stimulum calces I, 36, 28.
Lupus in fabula I, 36, 28. XII, 2, 24.
Malum sibi avem cacare XII, 7, 71.
Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quaerit XVII, 9, 97.
In cardine res est XV, 7, 6.
Provincia XIV, 5, 19.
Provocare X, 216.
Proximus in iure IX, 6, 2.
Prudens I, 28, 4. X, 201. — *prudentum responsa* in iure V, 14.
Prudentia II, 24, 6.
Pruina XII, 10, 8.
Pruna XIX, 6, 7.
Prunus XVII, 7, 10.
Prurigo IV, 8, 7.
Prusius XVI, 7, 4.
Prymnesium XIX, 4, 6.
Psalmistae VII, 12, 24.
Psalmus VI, 19, 11. 12. 2, 15. 16. 17.
Psalterium III, 21, 7. VI, 1, 7. 19, 11.
Psila tapeta XIX, 26, 5.
Psittacus XII, 7, 24.
Psyllion XVII, 9, 54.
Ptisanae XX, 3, 21.
Ptolemaei IX, 3, 15.
Ptolemaeus rex Aegypti de astronomia scripsit III, 25. *canones astronomicos instituit* ibid. V, 39, 22. 25. *Philadelphus bibliothecam collegit* VI, 3, 5.
Ptolemais XV, 5, 5. 1, 36.
Puberes XI, 2, 13.
Publicanus IX, 4, 32. X, 227.
Pudenda XI, 1, 102.
Puella XI, 2, 12.
Puer IX, 5, 19. XI, 2, 10. 11. *pueri praetextati* XIX, 24, 16. *pueri cur minus sapiant* XI, 2, 27.
Pueritia XI, 2, 3.
Puerperae XI, 2, 14.
Pugillator X, 221.
Pugio XVIII, 6, 6.
Pugna XVIII, 1, 10. *bellum* et *proelium* differ. §. 8. *ferarum* XVIII, 58. *Christianis indigna* 59.
Pugnus XI, 1, 69.
Pulcher X, 202.
Pulegium XVII, 9, 59. *Martis* §. 29.
Pulicaris herba XVII, 9, 54.
Pulices XII, 5, 15.
Pulla vestis XII, 7, 5.
Pulli XII, 7, 5.
Pulmentarium XX, 2, 7.
Pulmentum XX, 2, 7. 27.
Pulmo XI, 1, 124.
Pulpa XX, 2, 27. XI, 1, 81.
Pulpitum XV, 3, 15.
Pulsus XI, 1, 120.
Pulvillus XIX, 26, 4. XX, 11, 3.

Pulvinar XX, 11, 3.
Pulvini XIX, 2, 16.
Pulvis XVI, 1, 1. *pulveres* ibid. — *pulvis Puteolanus* XVI, 1, 8.
Pumex XVI, 3, 7.
Punicani XX, 11, 3.
Punctum I, 19, 5.
Punctus III, 12, 6.
Punicum malum XVII, 7, 6.
Pupilla XI, 1, 37.
Pupilli XI, 2, 12. 1, 37.
Puppis XIX, 2, 1.
Pupula XI, 1, 37.
Purgatio criminis II, 5, 8.
Purgatoria IV, 9, 8.
Purpura XIX, 28, 5. *ubi inventa* XIV, 3, 10. *Tyria* XV, 1, 27.
Purpureae vestes cur mortuis dentur XI, 1, 123. *purpureae uvae* XVII, 5, 17. *purpurei colores* XVIII, 41, 2.
Purpurissum XIX, 17, 15.
Purpuritis XVI, 5, 5.
Pusia XVII, 7, 66.
Pusillanimis X, 157. 167. 231.
Pusilli XII, 7, 68.
Pustula IV, 8, 20.
Putare vitem XVII, 5, 32.
Puteolanus pulvis XVI, 1, 8.
Puteus XIII, 21, 5.
Putor X, 148.
Pygmaei XI, 3, 7. 26.
Pyra XX, 10, 9.
Pyramis III, 12, 6. XV, 11, 4. *figura* III, 6, 5.
Pyrethron XVII, 9, 74.
Pyrgus XVIII, 61.
Pyrites XVI, 4, 5.
Pyritis XVI, 11, 8.
Pyroeis III, 70, 20.
Pyrrhichius I, 16, 2.
Pyrrhus IX, 2, 79. I, 26, 4.
Pyromantia VIII, 9, 10.
Pyropum XVI, 20, 6.
Pythagoras ubi natus XIV, 6, 31. *primus numerorum disciplinam constituit* III, 1, 3. *auctor philosophorum* VIII, 6, 2. *musicam invenit* III, 15, 1. *Pythagorae sententia de mundo* VIII, 6, 20. *Υ* invenit I, 3, 7.
Pythia sacra VIII, 11, 55. *Pythium metrum* I, 38, 12. 13.
Pytho VIII, 11, 54.
Pythonissa VIII, 9, 7. 21.
Pyxides XX, 7, 3.

Q.

Q. litera I, 4, 13. — *q* et *c* cognatae I, 26, 4.
Quactum XX, 2, 35.
Quadi IX, 2, 97.
Quadrans XVI, 25, 17.
Quadrati numeri figura III, 6, 4.
Quadrifinium XV, 14, 5.
Quadrigae XVIII, 34. 36. quando et a quo coeperit V, 39, 10. *spatia septem* XVIII, 37.
Quadrilatera figura III, 3, 12.
Quadrupedia XII, 1, 4.
Quaesitores XVIII, 15, 2.
Quaestio VI, 8, 15. *genera* II, 15.
Quaestor IX, 4, 16. X, 232. XVIII, 15, 1.
Quaestuosus X, 232.
Qualitas II, 26, 4. 7. 5, 3. *qualitatis nomina* I, 6, 20.
Qualus XX, 14, 13.
Quantitas II, 26, 7. *abstracta* II, 24, 14. III. Praef. — *quantitatis nomina* I, 6, 21.
Quantus I, 26, 23.
Quartarium XVI, 26, 14.
Quatrio XVIII, 65.
Quatriremis XIX, 1, 23.
Quatuor III, 3, 2.
Quercus XVII, 7, 38.
Querimoniosus X, 232.
Quernus XVII, 7, 38.
Querulus X, 233.
Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quaerit proverb. XVII, 9, 97.
Quietus V, 233.
Quinio XVIII, 65.
Quinquagenarii IX, 3, 31.
Quinque III, 3, 2.
Quinqueanguli figura III, 6, 4.
Quinquefolium XVII, 9, 38.
Quintana XV, 2, 24.
Quintilis V, 33, 10.
Quirinus IX, 2, 84. *deus Romanorum* VIII, 11, 1.
Quiris i. e. *hasta* IX, 2, 84. *Quirites* IX, 2, 84. *Quiritium ius* V, 9, 1. 2.
Quisquiliae XVII, 6, 28.
Quotidie V, 30, 18. I, 26, 22.
Quum et *cum* differ. I, 26, 4.

R.

R et *s* ab antiquis commutabantur I, 26, 23.
Raab VII, 6, 51.
Racemus XVII, 5, 14.
Rachel VII, 6, 37.
Radii XIX, 29, 1.
Radiolae XVII, 7, 64.
Radix XVII, 6, 14. *olus* XVII, 10, 10.
Ragau V, 39, 6.
Ralla vestis XIX, 22, 23.
Rami XVII, 6, 17. 18.
Rana XII, 6, 58. *piscis* ib. §. 5.
Rancidum XX, 2, 23.
Rapa XVII, 10, 7.
Raphael VII, 5, 13.
Raphanus XVII, 10, 10.
Rapidus X, 237.
Rapta X, 237.
Raptor X, 237.
Raptus subst. V, 26, 14.
Rasilis vestis XIX, 22, 23.
Rastra XX, 14, 6.
Rataria navis XIX, 1, 9.
Rates XIX, 1, 9.
Ratio XI, 1, 13.
Ratiocinatio II, 9, 6. 7. *scripti* II, 5, 10.
Ratiocinator X, 235.
Rationalis magnitudo III, 11, 3. *status* II, 5, 2.
Ratum V, 24, 21.
Raucedo IV, 7, 14.
Reatina palus XIII, 13, 6.
Reatus X, 238.
Rebecca VII, 6, 15.
Receptus in re militari XVIII, 4, 4. *receptui canere* XVIII, 4, 4.
Recesvintus princeps V, 39, 42.
Recidiva arborum XVIII, 6, 10.
Reclinatoria XIX, 26, 3.
Reconciliatio VI, 19, 74.

Recta vestis XIX, 22, 18.
Redimicula XIX, 31, 5. 33, 5.
Redintegrare rem V, 25, 37.
Redintegratio causae V, 25, 37.
Regillum XIX, 25, 1.
Regio XIV, 5, 21.
Regius morbus IV, 8, 13. *regiae virtutes* IX, 3, 5.
Regma IX, 2, 17. 18.
Regnum IX, 3, 1. *regni vocabula* IX, 3. *regna maxima* IX, 3, 2.
Regula XIX, 18, 2. VI, 16, 1. *generalis conciliorum* §. 2. *in medicis* IV, 9, 2.
Regulare aes XVI, 20, 7.
Reguli XII, 11, 8.
Relatio criminis II, 5, 7. simpliciter II, 26, 7.
Relativa nomina I, 6, 18. pronomina I, 7, 3.
Relaxatio in medicis IV, 9, 11.
Relegatus V, 27, 29.
Religere VIII, 2, 2.
Religio VIII, 2, 1—3.
Religiosus X, 234. *religiosi* ibid.
Remedia IV, 9.
Remex XIX, 1, 6.
Remotio criminis II, 5, 6. *stellarum* III, 6, 8.
Remulcum XIX, 4, 8.
Renare XIX, 22, 25.
Renes XI, 1, 97.
Repastinari XX, 14, 8.
Repente X, 237.
Repentinus X, 237.
Repetundarum accusatio V, 26, 23.
Repositoria XV, 5. *vasa* XX, 9.
Reptilia XII, 4, 3. 6, 2.
Repudium IX, 7, 24.
Res arithmetica, astronomica, civilis, dialectica, domestica, iuris, geographica, geometrica, grammatica, literaria, medica, musica, naturalis, ornatoria, narratoria, philosophica, rhetorica, theologica, rustica, temporis, textoria, vestiaria. Vide haec omnia suo loco posita, ut *Arithmetica, Astronomica* etc. — *credita* V, 25, 4. *res* in iure quid sint V, 25, 2. 3. *res* quibus rebus significetur II, 27, 2. *res secundae* X, 257. *rerum viridium usus* VI, 11, 3.
Residens X, 77.
Resina XVII, 7, 1.
Resipiscens X, 236.
Resolutio pedum in metrica I, 26, 28.
Responsa V, 14. *Pauli* ibid. *prudentum* ibid.
Responsorii cantus VI, 19, 8.
Responsorium VI, 19, 8. et *antiphonum* differ. ib.
Restes XIX, 4, 1.
Restitutio integri V, 25, 36.
Resurrectio domini VI, 17, 6.
Retae XX, 12, 2.
Rete iaculum XVIII, 54.
Retes XIX, 5.
Retiarius XVIII, 54.
Retinacula XX, 16, 3.
Retiolum XIX, 31, 7.
Retractare X, 235.
Retractator X, 235.
Retrogradatio stellarum III, 68.
Reubarbarum XVII, 9, 40.
Reuponticum XVII, 9, 40.
Reus XVIII, 15, 7. *maiestatis* X, 238.
Revelatio VI, 2, 49.
Rex I, 28, 3. IX, 3, 1. 4. 6. VII, 12, 17. et *tyrannus* differ. I, 30. II, 29, 7. unde *Augusti* VII, 6, 43. antiquitus *sacerdotes* dicti VII, 12, 14. — *apium* XII, 8, 3. — *Regum liber* biblicus VI, 1, 6. 2, 11.
Rhaetia XIV, 4, 26.
Rhagadia IV, 7, 39.
Rhamnus XVII, 7, 59.
Rheda XX, 12, 2.
Rhegini IX, 2, 32.
Rhegium fretum XIII, 18, 3.
Rhenones XIX, 23, 1. 4.
Rhenus XIII, 21, 30. XIV, 4, 25.
Rheticus ager XIV, 4, 5.
Rhetorica I, 35. 36. II. *quid sit* I, 2, 1. II, 1, 1. 23, 1. 2. *a quo inventa* II, 2, 1. *partes orationis* II, 7, 1. *quando Romae coeperit* V, 39, 25.
Rheuma IV, 7, 11.
Rhinoceros XII, 2, 12.
Rhodanus XIII, 21, 29. XIV, 4, 25.
Rhodiae leges V, 17. *uvae* XVII, 5, 17.
Rhodii IX, 2, 37.
Rhoditis XVI, 9, 8.
Rhododendron XVII, 7, 54.
Rhodomeli XX, 3, 12.
Rhodos XIV, 6, 22. *linea coeli* III, 41, 4. *urbs* XV, 1, 48.
Rhomphaea flamma XIV, 3, 3.
Ricinium XIX, 25, 4.
Ricinus XII, 5, 15.
Ricula XIX, 31, 5.
Riphaei montes XIV, 8, 5.
Riphan IX, 2, 33.
Risus XI, 1, 127.
Rite V, 24, 21.
Rivus XIII, 21, 4.
Rixosus X, 239.
Roboam V, 39, 14. VII, 6, 68.
Robur XVII, 7, 41. 9, 104.
Robustus X, 237.
Rogus XX, 10, 9.
Roma XV, 1, 1. 55. *quando condita* V, 39, 16.
Romana lingua IX, 1, 7.
Romani IX, 2, 84. *natura* IX, 2, 105. *a Persis caeduntur* V, 39, 41. *quando diem incipiant* V, 30, 4. *quando Graeciam obtinuerint* V, 39, 23. *quando Thracas vicerint, Syriam* et *Aegyptum* V, 39, 24. 25. *iusserunt, ne quis graphium ferreum haberet* VI, 9, 1.
Romani cives IX, 4, 51. *equites quot in una tribu* IX, 3, 51.
Romphaea XVIII, 6, 3.
Romulus quando natus V, 39, 17. *semper hasta utebatur* IX, 2, 84. *primus milites fecit* IX, 2, 32.
Ros XIII, 10, 9.
Rosa XVII, 9, 17.
Rosaceum IV, 12, 9.
Roseum vinum XX, 3, 5.
Rosmarinus XVII, 9, 81.
Rostrata navis XIX, 1, 13.
Rota XX, 12, 1. 15, 1.
Rotundum XX, 12, 1.
Rubelliana Aminaea uva XVII, 5, 18.
Ruben VII, 7, 7.
Rubia XVII, 9, 68.
Rubidus panis XX, 2, 15.
Rubigo XVI, 21, 5.
Rubrica XIX, 17, 4.
Rubrum mare XIII, 17, 2.

Rudentes XIX, 4, 1.
Rudera XIV, 3, 8. XIX, 10, 27.
Rudi XVI, 3, 8. XIX, 10, 27.
Rumen XI, 1, 59. XII, 1, 37.
Ruminare XI, 1, 59.
Ruminatio XII, 1, 37.
Runcatio XVII, 2, 5.
Runcones XX, 14, 5.
Rupes X, 231.
Rus XV, 13, 7. XVII, 2, 5.
Rusicada XIV, 5, 9.
Russata vestis XIX, 22, 10.
Russati milites XIX, 22, 10.
Rusticae res XVII, 1. 2. *rusticarum rerum scriptores* XVII, 1. — *rustica instrumenta* XX, 13. 14.
Rusticus X, 239. XV, 13, 7.
Ruta XVII, 11, 8.
Rutabulum XX, 8, 6.
Ruth VI, 1, 8. VII, 6, 58.
Rythmica III, 17, 1. 18, 1. 21, 1.
Rythmus I, 38, 3.

S.

SC. nota quid I, 22, 1.
Saba homo IX, 2, 14. 18. urbs XIV, 3, 15. terra IX, 2, 18.
Sabaei IX, 2, 14. 18. 49.
Sabanum XIX, 26, 7.
Sabaoth VII, 1, 7.
Sabata IX, 2, 16.
Sabateni IX, 2, 16.
Sabathaca IX, 2, 17.
Sabbatum V, 30, 9. 10. VI, 18, 17.
Sabelliani VIII, 5, 42.
Sabellii V, 39, 31.
Sabellius VIII, 5, 42.
Sabini IX, 2, 85.
Sabinus IX, 2, 85.
Sabinus lapis XVI, 4, 34.
Sabratae XIV, 5, 6.
Sabulum XVI, 1, 5.
Saccatum XX, 3, 11.
Sacer ignis morbus IV, 8, 4. — *sacra aedificia* XV, 4. — *sacra spina* XI, 1, 96. *sacra loca* XV, 4, 1.
Sacerdos VII, 12, 17. IX, 3, 4. *sacerdotum vestis* XIX, 23, 1.
Sacerdotales vestes Hebraeorum XIX, 21.
Sachar VII, 7.
Sacra Pythia VIII, 11, 55. *sacrorum officia* VI, 19.
Sacramentum V, 24, 30. VI, 19, 39. 40. *militare* IX, 3, 53.
Sacrarium XV, 1.
Sacrificium VI, 19, 30. 38. *sacrificia adorea* XVII, 3, 6.
Sacrilegium V, 26, 12.
Sacrilegus X, 252.
Saddai VII, 1, 17.
Saducaei VIII, 4, 4.
Saevi IX, 2, 98.
Sagatae gentes XIX, 23, 6.
Sagda XVI, 7, 13.
Sagio X, 263.
Sagitta XVIII, 8. *in re rustica* XVII, 5, 7.
Sagittarius signum coeleste III, 70, 30.
Sagma XX, 16, 5.
Sagmarius et *sagmaria* XX, 16, 5.
Sagmen XVII, 9, 55.
Saguntus XV, 1, 68.
Sagus XIX, 24, 12. 13.
Saitica carta VI, 10, 4.
Sal XVI, 2, 3—6. *Agrigentinus* ib. et XIV, 6, 34.
Sala V, 39, 5. XV, 1, 74.
Salamandra XII, 4, 36.
Salamina IX, 2, 111.
Sale IX, 2, 5.
Salem XV, 1, 5.
Salictum XVII, 6, 2.
Salinarum mare XIII, 19, 4.
Salinum XX, 4, 22. 6, 5.
Salisatores VIII, 9, 29.
Salius Arcas XVIII, 50. *Saliorum carmina* IX, 16.
Salix XVII, 7, 47.
Salma XX, 16, 5.
Salomon VII, 6, 5. V, 39, 13. *primus epithalamium composuit* I, 38, 18. *proverbia* VI, 1, 7. 2, 18—21.
Salpuga XII, 4, 33.
Salsugo XX, 3, 20.
Salsum XX, 2, 23.
Saltatores XVIII, 50.
Saltus XVIII, 19. *silvae genus* XVII, 6, 8. XIV, 8, 25.
Salus X, 259.
Salustius historicus I, 43, 4. grammaticus I, 4, 12.
Salutaris herba XVII, 9, 81. *digitus* XI, 1, 70.
Salvator VII, 2, 9.
Salvia XVII, 11, 9.
Samaria XIV, 3, 22. XV, 1, 25.
Samaritae VIII, 4, 9.
Samaritani IX, 2, 54.
Sambuca III, 20, 7.
Sambucus XVII, 7, 54.
Samia terra XVI, 1, 7. *Sibylla* V, 39, 17. VIII, 8, 4. XIV, 6, 31. *Samias lapis* XVI, 4, 13. — *Samia vasa* XX, 4, 3. 6.
Samos insula XIV, 6, 31.
Samothracius anulus XIX, 32, 5.
Sampsuchus XVII, 9, 14.
Samson V, 39, 12. VII, 6, 56.
Samuel V, 39, 12. VII, 6, 62. *anima quando evocata* VIII, 9, 7. *liber* VI, 1, 6. 2, 9. 10.
Samus urbs XV, 1, 48.
Sancire XV, 4, 2.
Sancta sanctorum XV, 4, 2. *sancta loca* XV, 4, 1. *sanctae leges* XV, 4, 2. *sancti muri* XV, 4, 2.
Sanctum XV, 4, 2.
Sanctus X, 241.
Sandaracha XIX, 17, 11.
Sandasirus XVI, 14, 3.
Sanguinaria herba XVII, 9, 80.
Sanguis IV, 5, 4. 6. XI, 1, 122. 123.
Sanguisuga XII, 5, 3.
Sanies IV, 8, 22.
Sanitas IV, 5, 1.
Sanus X, 59.
Sapa XX, 3, 15.
Saphon XIX, 4, 5.
Sapiens X, 240.
Sapientia XI, 1, 127.
Sapientiae liber biblicus VI, 1, 9. 2, 30.
Sapphicum metrum I, 38, 7.
Sapphirus XVI, 9, 2.
Sara VII, 6, 29.
Sarabara XIX, 23, 1. 2.
Saraceni IX, 2, 6. 57.
Sarai VII, 6, 29.
Sarcasmos I, 36, 29.
Sarcia IV, 7, 28.
Sarcitector XIX, 19, 2.
Sarcophagus VIII, 11, 85. XV, 11, 2. *lapis* XVI, 4, 15.

Sarculi XX, 14, 8.
Sarda piscis XII, 6, 38.
Sardina piscis XII, 6, 38.
Sardinia XIV, 6, 39. 40. *Sardiniae fontes* XIII, 13, 10.
Sardius XVI, 8, 2.
Sardonyx XVI, 8, 4. *Sardonygum imitatio* XVI, 15, 27.
Sardum XX, 2, 36.
Sardus X, 261. XIV, 6, 29.
Sarmatae IX, 2, 32. 93.
Sarmentum XVII, 5, 5.
Sarna IV, 8, 6.
Sarralia XVII, 10, 11.
Sarro civitas XII, 6, 38.
Sartago XX, 8, 5.
Sat I, 26, 23.
Satanas VIII, 11, 19.
Satelles X, 255.
Satietas XX, 2, 8.
Satio XVII, 2, 6.
Satisfactio VI, 19, 73.
Sator X, 255.
Satum subst. XVI, 26, 11.
Satureia XVII, 9, 42.
Saturitas XX, 2, 8.
Saturnia XIV, 4, 18. XV, 1, 50.
Saturniani IX, 2, 84.
Saturnus VIII, 11, 30. 77. 79. XVII, 1, 3. *stella* V, 30, 7. III, 65, 2. *Saturni aerarium* XVI, 18, 4.
Satyra lex V, 16. *satyram scribere* V, 16.
Satyri XI, 3, 21. XII, 2, 33.
Satyriasis IV, 7, 34. 8, 9.
Satyrici VIII, 7, 7. 8.
Satyrion XVII, 9, 43.
Saul V, 39, 12. VII, 6, 64. 9, 7.
Saura XII, 4, 37.
Saurex XII, 3, 2.
Savus fluv. XIV, 4, 16.
Saxa XVI, 3, 1.
Saxifraga XVII, 9, 42.
Saxones IX, 2, 100.
Scabeli XX, 11, 8.
Scabellum XX, 11, 8.
Scabies IV, 8, 10. XIV, 8, 28.
Scabra XIV, 8, 28.
Scaevus X, 253.
Scala XIX, 18, 4. XX, 5, 5.
Scalpellum XIX, 19, 13.
Scalprus XIX, 19, 13.
Scamma XX, 11, 8.
Scammonia XVII, 9, 64.
Scandula XVII, 3, 11.
Scansilia XX, 11, 8.
Scapha XIX, 1, 18.
Scapti XVIII, 8, 2.
Scapula XI, 1, 93.
Scarabaei XI, 4, 3. XII, 8, 4.
Scarus XII, 6, 30.
Scelerosus X, 117. 254.
Scena XVIII, 43.
Scenica officia XVIII, 44. *Scenicae artis patroni* XVIII, 51.
Scenicus X, 253.
Scenopegia XVIII, 43. VI, 18, 9.
Scheda VI, 14, 8.
Schema I, 32, 3. 34, 7. 35, 1.
Schesis onomaton I, 35, 13.
Schisma VIII, 3, 5.
Schistos XVI, 4, 18.
Schoeni XV, 16, 1.
Scholia VI, 8, 1.
Scientia II, 24, 2.
Scilla XVII, 9, 85.
Scindulae XIX, 19, 7.
Sciopodes XI, 3, 23.
Scipio XVIII, 2, 5. *quando Africam vicerit* V, 39, 23.
Scire I, 1, 1.
Scirpus XVII, 9, 97.
Scita V, 11. *plebium* ibid.
Scobina XIX, 19, 15.
Scolaces XX, 10, 5.
Scolius, a, um XX, 10, 5.
Scolopendrios XVII, 9, 87.
Scopulus XVI, 3, 2.
Scoria XVI, 21, 6.
Scorpio XII, 5, 4. *piscis* 6, 17. *sagitta* XVIII, 8, 3. *vinculi genus* V, 27, 18.
Scorpitis XVI, 15, 19.
Scorpius III, 70, 30.
Scorta X, 253.
Scortea XX, 7, 1.
Scoti IX, 2, 103. *habitus* XX, 23, 6.
Scotia XIV, 6, 6.
Scotoma IV, 7, 3.
Scriba VI, 14, 2. *publicus* IX, 4, 27.
Scribendi instrumenta VI, 13. 14, 3.
Scrinia XX, 9, 11.
Scriptores uberrimi qui fuerint VI, 7. *rei rusticae* XVII, 1, 1.
Scriptum in rhetorica quid II, 5, 9.
Scripturarum notae I, 20.
Scrupea saxa XVI, 3, 5.
Scrupi X, 252. XVI, 3, 5. 25, 12.
Scrupulosus X, 252.
Scrupulus XVI, 3, 5. 25, 12.
Scudicia XX, 14, 7.
Scalponeae XIX, 34, 13.
Scurra X, 255.
Scutella XX, 4, 9. 11.
Scutica V, 27, 15.
Scutulatus XII, 1, 51.
Scutum XVIII, 12, 2.
Scylla XI, 3, 32. XIV, 6, 32. XIII, 18, 4. II, 12, 6.
Scyphus XX, 6, 5.
Scytale XII, 4, 19.
Scytha IX, 2, 27. 62. *Scytharum regnum quando ortum* V, 39, 6.
Scythia XIV, 3, 31. *inferior* XIV, 4, 3.
Se particula X, 247.
Sebastia XIV, 3, 22. XV, 1, 25.
Sebum XX, 2, 25.
Secare XIX, 19, 8.
Secessus XV, 3, 9.
Secretus XV, 3, 9.
Secta VIII, 3, 4.
Sectio XIX, 19, 8.
Seculum V, 38, 1.
Secundae X, 257.
Secundum adverb. X, 257.
Secundus X, 257.
Securis XVIII, 6, 9. XIX, 19, 11.
Securus X, 247.
Secutores in ludis XVIII, 55.
Sedechias V, 39, 18. VII, 6, 75.
Sedes XX, 11, 9.
Seditio V, 26, 11. XVIII, 1, 6.
Seditiosus X, 250.
Sedulus X, 244. 247.
Seges XV, 13, 8. XVII, 2, 7.
Segmentata vestis XIX, 22, 18. 31, 12.
Segmentum XIX, 31, 12.
Segnis X, 247.
Seir VII, 6, 33. 34.
Seiugae XVIII, 36, 1. 2.
Selenites XVI, 4, 6. 10, 7.
Seleucia XIV, 3, 44. XV, 1, 13. 14. *Isauriae* §. 33.
Sella nom. propr. Hebraic. VII, 6, 79. appell. XX, 11, 10. 16, 4. *curulis* XX, 11, 11. *sellam quis primus fecerit* XX, 1, 1.

Sem V, 39, 5. VII, 6, 16. IX, 2, 2. 3.
Semeia VII, 8, 27.
Semen IX, 6, 4. XI, 1, 139. 142.
Semicinctium XIX, 33, 1.
Semipes I, 15, 3.
Semisonantes literae I, 4, 4.
Semispathium XVIII, 6, 5.
Semissis XVI, 25, 16.
Semita XV, 16, 9.
Semiuncia XVI, 25, 16.
Semivocales literae I, 4, 4.
Senarius I, 38, 6. *numerus* quid significet apud theologos III, 4, 2.
Senator IX, 4, 12. *ordo* ibid.
Senatus IX, 4, 8. *quando Romae factus* V, 39, 17.
Senatusconsultum V, 12. IX, 4, 9.
Seneca notas scribendi invenit I, 21, 2.
Senecio XVII, 9, 53.
Senectus XI, 2, 17. 28. *bona eius et mala* 30.
Senex XI, 2, 27. 28. *cur minus sapiant* 27.
Senio XVIII, 65.
Senior XI, 2, 6. 25. 26.
Senium XI, 2, 8.
Senones IX, 2, 106.
Sensus XI, 1, 13. 18.
Sententia II, 11. 21, 13. 14. XI, 1, 13. *sententia* et *chria* differ. II, 11, 2. *Sententiarum figurae* II, 21. *vitia* 19.
Sentix ursina XVII, 7, 59. 60.
Sepelire XI, 2, 36. et *humare* differ. ibid.
Sepes XV, 9, 6.
Sepher Thehilim VI, 2, 15.
Sepia XII, 6, 46.
Seps XII, 4, 17. 31.
Septa XV, 1, 73.
Septem III, 3, 2. 3.
September V, 33, 11.
Septenarius numerus quid significet VI, 17, 17.
Septentrio III, 41, 2. XIII, 1, 5. 11, 11.
Septentrionalis stella III, 70, 6.
Septimana V, 32.
Septuaginta interpretes V, 39, 22. VI, 4, 1.
Sepulchra V, 11.
Sepultus X, 262. XI, 2, 35.
Sequester X, 260.
Seraphim VII, 5, 24—33.
Serapis VIII, 11, 85.
Serere XVII, 2, 6.
Seres gens IX, 2, 40. oppidum XIV, 3, 29.
Serum habitus XIX, 23, 6.
Serica vestis XIX, 22, 14.
Sericatae gentes XIX, 23, 6.
Sericum XIX, 17, 6. 27, 5.
Series I, 40, 2. *in re militari* XVIII, 10, 2.
Seriola XX, 6, 6.
Sermo VI, 8, 2—4.
Serpedo IV, 8, 5.
Serpens XII, 4, 3. *natura* 39.
Serpentum XIX, 31, 12.
Serpillum III, 3, 3.
Serpillus XVII, 9, 51.
Serra XIX, 19, 9. *piscis* XII, 6, 6.
Serrula XX, 14, 6.
Seruch V, 39, 7.
Serum V, 30, 17.
Servitus V, 27, 32.
Servus V, 27, 32. *servi quo tempore militaverint* IX, 3, 38.
Sescuplum I, 16, 22.
Sessilis X, 261.
Seta XII, 1, 26.
Seth V, 39, 2. VII, 6, 9.
Sethiani VIII, 5, 16.
Severiani VIII, 5, 24.
Severus nom. pr. *Imperatoris* V, 39, 30. appellat. X, 250.
Sextarius XVI, 26, 6.
Sextilis V, 33, 10.
Sextula XVI, 25, 14.
Sibilus XII, 4, 9.
Sibyllae VII, 8. *Samia* XIV, 6, 31. V, 39, 17.
Sica X, 252. XVIII, 6, 8.
Sicani IX, 2, 85.
Sicania XIV, 6, 32.
Sicanus IX, 2, 85.
Sicarius X, 252. XVIII, 6, 8.
Siccus X, 262.
Sicel XVI, 25, 18.
Sicera XX, 3, 16.
Sichem XV, 1, 21.
Sicile XX, 6, 3.
Sicilia XIV, 6, 32—34. *fons* XIII, 13, 5. *fretum* XIII, 18, 3.
Sicilicus figura I, 26, 29. *sinus* XIII, 16, 2.
Siculum mare XIII, 16, 5.
Sicima XV, 1, 21.
Sicinium VI, 19, 6.
Siclus XVI, 25, 18.
Sicula XX, 6, 3.
Siculi IX, 2, 85.
Sicyones IX, 2, 71.
Sicyonia XIV, 4, 15.
Sicyoniorum regnum quando coeperit V, 39, 7.
Siden stagnum XIII, 13, 7.
Sidera III, 70, 4. *astra* et *stellae* differ. III, 59.
Sideritis XVI, 15, 11.
Sidon IX, 2, 22. 56. XV, 1, 28.
Sidones IX, 2, 56.
Sidrac VII, 8, 24.
Sienites lapis XVI, 5, 11.
Sigeum promontorium XIV, 7, 2.
Sigilla XIX, 32, 1.
Signa stellarum III, 70, 4. XVI, 25. XVIII, 3. XIX, 32, 1.
Signatores X, 265.
Signatum aes XV, 18, 3.
Siler neutr. XVII, 7, 74.
Silex XVI, 3, 1. XIX, 10, 12. *fluviatilis* 14.
Siligineus panis XX, 2, 15.
Siligo XVII, 3, 7. XX, 2, 15.
Siliqua XVII, 7, 29. XVI, 25, 9.
Siloa fons XIII, 13, 9.
Silva I, 28, 4. XIII, 3, 1. XVII, 6, 5.
Silvanus VIII, 11, 81.
Silvicola X, 16.
Silvii IX, 3, 15.
Simeon VII, 7, 8.
Simia XII, 2, 30. 31.
Simila XX, 2, 18.
Similitudo in rhetorica I, 36, 35.
Simon VII, 9, 6. *Cananeus* VII, 9, 18. *Bariona* VII, 9, 4. *Magicus* VIII, 5, 2.
Simones XII, 6, 11.
Simoniani VIII, 5, 2.
Simonides Melicus quas literas Graecis addiderit I, 3, 6. *threnos* composuit I, 38, 19.
Simonidium metrum I, 38, 7.
Simplex numerus III, 5, 7.

Simulacra VIII, 11, 5—9.
Simulator X, 251.
Sinapis XVII, 10, 9.
Sincerus X, 241.
Sinei IX, 2, 24.
Sineus IX, 2, 24.
Sinistra XI, 1, 68.
Sinopis IX, 17, 3.
Sinus XIII, 16, 2. *nomina* ibid. et c. 17.
Sion XV, 1, 5. i. e. *ecclesia* VIII, 1, 5.
Siphnius lapis XVI, 4, 35.
Siphon XX, 6, 9.
Sir hassirim VI, 1, 7. 2, 20.
Sirenae XI, 3, 30. 31. XII, 4, 29.
Sirius III, 70, 14. 15.
Sisamum XVII, 3, 13.
Sisebutus rex V, 39, 42.
Sistrum III, 21, 12. XVIII, 4, 5.
Sitarciae XX, 9, 6.
Sitifi XIV, 5, 10.
Situla XII, 4, 13. XX, 6, 4.
Situs in rhetorica II, 26, 8.
Smaragdus XVI, 7, 1.
Smilaria IV, 11, 3.
Smyris XVI, 4, 27.
Smyrna XIII, 21, 22. XIV, 3, 41. XV, 1, 39.
Soboles IX, 5, 13.
Sobrini IX, 6, 15.
Socci XIX, 34, 12.
Socelli XIX, 34, 12.
Socer IX, 6, 18. 19.
Socii X, 245.
Socrates primus ethicam docuit II, 24, 5.
Socrus IX, 6, 19.
Sodales X, 245.
Sol VIII, 11, 53. 54. III, 46—51. 70, 1. *solis eclipsis* III, 57. *cursus* 65, 2. *ubi colatur ut deus* XIV, 3, 12. *Solis dies* V, 30, 5. *elector* XVI, 24, 1, — *Solis gemma* XVI, 10, 6.
Solarium XV, 3, 11. 12.
Solatium X, 38.
Solea piscis XII, 6, 6.
Soleae XIX, 34, 11.
Solennitas VI, 18, 1.
Solers X, 243.
Solicitus X, 244.
Solidus numerus III, 6, 5. *nummus* XVI, 25, 14. *aureus* XIV, 4, 12. *solida figura* III, 12, 1.
Solifuga XII, 3, 4.
Solisequa XVII, 9, 37.
Solium XX, 11, 10.
Soloe urbs I, 32, 2.
Soloecismus I, 32.
Solon V, 1, 2.
Solstitialis annus V, 36, 3.
Solstitium V, 34, 1. 2.
Solum subst. XI, 1, 115. XIV, 8, 24.
Solurius mons XIV, 8, 16.
Soluta oratio a quo reperta I, 37, 2.
Somis linea coeli III, 41, 4.
Sonae literae I, 4, 4.
Sonipes XII, 1, 42.
Sonus III, 18, 2. *sono deminutiva nomina* I, 6, 12.
Sophistae VIII, 6, 2.
Sophocles tragoedus quando vixerit V, 39, 19.
Sophonias liber VII, 8, 16.
Sophtim liber VI, 1, 6.
Sorex XII, 3, 2.
Soror IX, 6, 12. *matris* IX, 6, 18. 27. *materterae*, *aviae*, *proaviae* ib. *patris* IX, 6, 18. 25.
Sors X, 52.
Sortilegi VIII, 9, 28.
Sospes X, 259.
Sotadicum metrum I, 38, 7.
Soter V, 39, 24.
Spacia septem cursus XVIII, 37.
Spadica XII, 1, 49.
Spadix XII, 1, 49.
Spadones XVII, 5, 6.
Sparta XV, 1, 47.
Spartani IX, 2, 81.
Spartus XVII, 9, 103.
Sparus XII, 6, 31.
Spasmus IV, 6, 11.
Spatha XVIII, 6, 4.
Spathomele IV, 11, 3.
Spathula XVIII, 6, 4.
Species causarum II, 8, 1.
Specialia nomina I, 6, 8.
Speciosus X, 243.
Spectacula XVIII, 16.
Specula XIX, 31, 18.
Specularis lapis XVI, 4, 37.
Speculator VII, 12, 12.
Speculatorium navigium XIX, 1, 18.
Specus XIV, 9, 1.
Spelea XVI, 3, 2.
Spelunca XIV, 9, 1. XVI, 3, 2.
Spes VIII, 2, 5.
Sphaera III, 12, 3. XVIII, 69, 1. *coeli* XIII, 5, 2. III, 31—33. *sphaerae figura* III, 6, 6. — *genus operis pistorii* XX, 2, 31.
Sphaericus numerus III, 6, 6.
Sphingae XII, 2, 32.
Spica XVII, 3, 15.
Spicula XVIII, 8, 2.
Spina XI, 1, 95. *sacra* 96.
Spingae XX, 11, 3.
Spingatae effigies XX, 11, 3.
Spionia vitis XVII, 5, 28.
Spiracula XIV, 9, 2.
Spirae XIX, 4, 2.
Spiramenta XI, 1, 80.
Spiritus XI, 1, 9. 10. *spiritum emittere* 10. *sanctus* VII, 3, 1. 2. 5. 6. 13.
Splen XI, 1, 127.
Splenos XVII, 9, 56.
Spolia XVIII, 2, 8.
Sponda XX, 11, 5.
Spondere IX, 7, 4.
Spondeus I, 16, 2.
Spondilia XI, 1, 95.
Spongia XII, 6, 60. XIX, 10, 11. XX, 2, 16.
Sponsa IX, 7, 4.
Sponsus IX, 7, 3. 4.
Sporta XX, 9, 10.
Spuma XIII, 20, 6. *argenti* XVI, 19, 4.
Spurcitia XII, 1, 25.
Spurcum vinum XX, 3, 7.
Spurcus X, 254.
Spurius IX, 5, 24. 25. XII, 1, 25.
Sputum XIII, 20, 6.
Squalidus ager XV, 13, 13.
Squama in re militari XVIII, 13, 2.
Squamatus piscis XII, 6, 37.
Squinum XVII, 9, 11.
Stacte IV, 12, 5.
Stadialis ager XV, 15, 6.
Stagnum XIII, 18. 19. et ib. §. 9.
Stamen XIX, 29, 7.
Stannum XVI, 21. 23.
Staphysagria XVII, 9, 87.

Stater XVI, 25, 15. 16.
Statera XVI, 25, 4.
Statio XIV, 8, 39. VI, 19, 66. 67.
Statuae antiquae imperatorum Gorgonis caput repraesentabant VIII, 11, 73.
Status causarum II, 5. *legis contrariae* §. 9. *stellarum* III, 69.
Stellae III, 60—70. *nomina* V, 30, 6. 7. *sidera* et *astra* differ. III, 59.
Stemmata IX, 6, 28.
Stephanitae uvae XVII, 5, 17.
Stephanus VII, 11, 4.
Stercoratii XVII, 1, 3.
Stercoratio XVII, 2, 3.
Stercus XVII, 2, 3.
Stercutus XVII, 1, 3.
Steresii XI, 3, 8.
Sterion XV, 6, 7.
Sterium XV, 4, 5.
Stigmata cuius gentis propria XIX, 23, 7.
Stilbon III, 70, 20. V, 30, 6.
Stilla XIII, 20, 5.
Stillicidium XIII, 20, 5.
Stimuli XX, 6, 6.
Stingus XVII, 9, 43.
Stipa XVII, 7, 56. XIX, 27, 2.
Stipadium XX, 1, 2.
Stipatores XIX, 27, 2.
Stipendium XVI, 18, 8.
Stipula V, 24, 29. XVII, 7, 56. 3, 18.
Stipulari X, 258.
Stipulatio V, 24, 29.
Stipulator X, 258.
Stipulum X, 258.
Stiria XIII, 20, 5. XVII, 8, 5.
Stirps IX, 5, 13.
Stoechades insulae XIV, 6, 38.
Stoechas XVII, 9, 88.
Stola X, 152. XIX, 25, 3.
Stomachus XI, 1, 128.
Storax XVII, 8, 5.
Storea XX, 11, 1.
Stragulum XIX, 26, 1.
Stranguria IV, 7, 33.
Strata XV, 16, 6.
Stratus XIX, 15. XX, 11, 1.
Stricturae XVI, 21, 3.
Strigae XI, 4, 2.
Strigiles XX, 16, 7.
Stringes XIX, 23, 1.
Strix XII, 7, 42.
Strongyle insula XIV, 6, 37.
Strophium XIX, 33, 3.
Structio XIX, 10, 1.
Strues XIX, 10, 1.
Struppi XIX, 4, 9.
Struthio XII, 7, 20.
Struthius XVII, 9, 56.
Strychnos XVII, 9, 78.
Studiosus X, 241.
Studium XV, 16, 1. 3.
Stultus X, 246.
Stupidus X, 247.
Stuprum V, 26, 14.
Stymphalidae aves XII, 7, 27.
Styx XIII, 13, 7. XIV, 9, 6.
Suasor X, 251.
Suasoria II, 4, 4.
Subcineritius panis XX, 2, 15.
Subdistinctio I, 19, 2.
Suberies XVII, 7, 27.
Subfibulum XIX, 33, 4.
Subhirci XI, 1, 65.
Sublimis X, 242.
Sublinguium XI, 1, 59.
Submultiplex numerus III, 6, 6. *submultiplex superpartionalis numerus* III, 6, 13.
Subseciva XV, 13, 15.
Subsecivi agri XV, 13, 15.
Subsellia XX, 11, 9. 10.
Subsolanus XIII, 11, 3.
Substantia II, 26, 6. 13.
Subsuperparticularis numerus III, 6, 10.
Subsuperpartiens numerus III, 6, 9.
Subtilis X, 259.
Subtolares calcei XIX, 34, 7.
Subulcus X, 263.
Suburbana XV, 2, 16. *Suburbanae uvae* XVII, 5, 15.
Succentor VII, 12, 27.
Succenturiati IX, 3, 49.
Succidia XX, 32, 24.
Succinatum XX, 3, 5.
Succinctorium XIX, 33, 5.
Succinus XVI, 8, 6.
Succus XX, 9, 5. 3, 21.
Sucula III, 70, 12.
Suere XIX, 34, 1.
Suevi XIV, 4, 3.
Suevus mons IX, 2, 98.
Suffectus X, 256.
Suffragines XI, 1, 107.
Suillus XII, 2, 37.
Sulcus XVII, 2, 5.
Sulfur XVI, 1, 9.
Sulzica XX, 4, 12.
Superbus X, 248.
Supercilia XI, 1, 42.
Superficialis numerus III, 6, 4.
Superficies III, 12, 6.
Superfluus numerus III, 5, 9.
Superlativus I, 6, 32. utrum in *imus* an *umus* terminetur I, 26, 15.
Superparticularis numerus III, 6, 7.
Superpartiens numerus III, 6, 8.
Superstites XVIII, 15, 8.
Superstitio VIII, 3, 6.
Superstitiosus X, 244.
Superum mare XIII, 16, 7.
Supparum XIX, 3, 4.
Suppedaneum XX, 11, 8.
Supplicare V, 27, 3.
Supplicatio VI, 19, 81.
Supplicium V, 27, 3. *supplicia* i. e. *supplicationes* VI, 19, 82.
Supposita nomina I, 6, 24.
Suppus XVIII, 64.
Supremus X, 242. *supremae partes* ib. *suprema* in tempore V, 30, 16.
Surculi XVII, 6, 17.
Surum dare in ludo XVIII, 69, 2.
Sus XII, 1, 25.
Susa XIV, 3, 12.
Susceptor IX, 4, 27.
Susis urbs XV, 1, 10.
Suspirium IV, 7, 14.
Susurro X, 249.
Sutor X, 263. XII, 1, 26. XIX, 34, 1.
Sycomorus XVII, 7, 20.
Syllaba I, 15. 16, 29.
Syllepsis I, 35, 5. 6.
Syllogismus II, 9, 1—8. c. 28.
Symbolum VI, 19, 57.
Symmachus interpres sacrorum librorum V, 39, 30. VI, 4, 3.
Symphonia III, 21, 14. 19, 3.
Symphyton XVII, 9, 61.
Symplagium XIX, 5, 1.
Synaeresis II, 21, 48.
Synagoga VIII, 1, 8.
Synaloephe I, 34, 5.

Synanche IV, 6, 6.
Syncope I, 34, 3.
Synecdoche I, 36, 13.
Synochitidae XVI, 15, 22.
Synodus VI, 16, 11. *Synodi* quatuor principales §. 5. *Nicaena* ib. et V, 39, 36. *Chalcedonensis* ib. et V, 39, 39.
Synonyma nomina I, 6, 16.
Synonymia II, 21, 6.
Synthesis I, 36, 20.
Synzugiae I, 16, 1. 20.
Syracusae XIV, 6, 33.
Syri IX, 2, 3. 50. *qua lingua usi* IX, 1, 5. *ubi linguam comprimant in loquendo* IX, 1, 8.
Syria XIV, 3, 16. 17. *quando Romanis subiecta* V, 39, 24. *arboris genus* XVII, 7, 67.
Syriaca vitis XVII, 5, 28.
Syricum color XIX, 17, 5.
Syrius lapis XVI, 4, 16.
Syrtes XIII, 18, 6.
Syrtites XVI, 14, 10.
Systole I, 34, 4.

T.

T in notis militaribus quid I, 23. T litera quid significet I, 3, 9.
Tabanus XII, 8, 15.
Tabellio IX, 4, 27.
Tabernaculum IX, 7, 23. XV, 10, 1.
Tabernae XV, 2, 43. *meritoriae* X, 182.
Tabernariae XV, 2, 43.
Tabulae XIX, 19, 8. *matrimoniales* IX, 5, 8. *testamenti* V, 24, 4. *duodecim* V, 1, 3. IX, 1, 6.
Tabularii V, 24, 4.
Tabulata XV, 3, 2.
Taciturnus X, 266.
Tacitus Imperator V, 39, 34.
Tactus XI, 1, 23.
Taenia XIX, 31, 6.
Tages aruspicinae inventor VIII, 9, 34. 35.
Tagus XIII, 21, 13. XIV, 4, 29.
Talaris tunica XIX, 22, 7. *talares calcei* XIX, 34, 7.
Talentum XVI, 25, 22.
Talio V, 27, 23.
Talpa XII, 3, 5.
Talus XI, 1, 111.
Tamarix XVII, 7, 49.
Tanais XIII, 21, 24.
Tanis urbs XV, 1, 32.
Tantalus avis XII, 7, 21.
Tantus I, 26, 23.
Taos XV, 15, 19.
Tapeta XIX, 26, 5.
Tapinosis I, 33, 11.
Taprobana insula XIV, 3, 5. 6, 12.
Tapsus insula XIV, 6, 35.
Taratrum XIX, 19, 15.
Tarda avis XII, 7, 13.
Tarentum XV, 1, 62.
Tarmus XII, 15, 15. 18.
Tarquinius Superbus lautumnas invenit V, 27, 23.
Tarracona XV, 1, 65.
Tarraconensis provincia XIV, 4, 29.
Tarsus XIV, 3, 45. *Ciliciae* XV, 1, 38. *Indiae* ib.
Tartarus XIV, 9, 8.
Tatiani haeretici VIII, 5, 25.
Tatianus haeret. VIII, 5, 25.
Taurus XII, 1, 29. *signum coeli* III, 70, 24. *mons* XIV, 8, 3. *volatile* XII, 8, 5.
Tautologia I, 33, 9.
Taxea XX, 2, 24.
Taxillus XI, 1, 45.
Taxus XVII, 7, 40.
Tegmen XIX, 22, 1.
Tegulae XV, 8, 15. XIX, 10, 15.
Tegumen XIX, 22, 1.
Telinum IV, 12, 7.
Tellus VIII, 11, 61. XIV, 1, 1.
Telon XX, 15, 3.
Teloneum XV, 2, 45.
Telum XVIII, 5, 1. 7, 10. XIX, 29, 1. *piscis* XII, 3, 3. *morbus* IV, 6, 13.
Temetum X, 271.
Temperantia II, 24, 6.
Tempestas XIII, 11, 20.
Templum XV, 4, 7. *Hierosolymitanum quando conditum et incensum* V, 39, 13. 18.
Tempora V, 35, 1. 23—39. *anni* V, 35. *quomodo dividantur* V, 29, 1. *temporum discretio* V, 39. *pedum* I, 16, 28. *in capite* XI, 1, 32.
Temulentus X, 271.
Tenax X, 268.
Tenebrae V, 31, 5. XIII, 10, 12.
Tenedos XIV, 6, 23.
Teneotica carta VI, 10, 4.
Tenes XIV, 6, 23.
Tentator quis sit VIII, 11, 19.
Tentoria XV, 10.
Terebinthina resina XVII, 7, 71.
Terebinthus XVII, 7, 52.
Terebra XIX, 19, 14.
Teredo XII, 5, 10. 18.
Teres XV, 2, 19.
Terga XI, 1, 92.
Tergiversator X, 271.
Terminus XV, 14, 3.
Termites XII, 5, 10.
Terra XIV, 1. et *terrae* differ. XIV, 5, 20. *in homine* quid XI, 1, 16. *terrae inferiora* XIV, 9. *diluvium* quando factum V, 39, 4. *Samia* XVI, 1, 7.
Terribilis X, 270.
Territorium XIV, 5, 22.
Tertullianistae VIII, 5, 60.
Tertullianus VIII, 5, 60.
Tescua loca XV, 12, 3.
Tessarescaedecatitae VIII, 5, 61.
Tessellae XV, 8, 2.
Tesselli XIX, 14.
Tesserae XVIII, 63—66. XV, 8, 12. XX, 14, 12.
Testa XX, 4, 4.
Testamentum V, 24. — *testamentum vetus et novum* VI, 1—4. — *testamenti arca quando capta* V, 39, 12.
Testiculi XI, 1, 104.
Testimonium II, 30, 14.
Testis V, 23. XVIII, 15, 8—10. X, 265. *martyres* VII, 11, 1.
Testudo XII, 6, 56. XV, 8, 8. XVIII, 12, 6.
Tetanus IV, 6, 12.
Teter X, 270.
Teterrimus X, 270.
Tetraidos formulae IV, 12, 4.
Tetraptota I, 6, 43.
Tetrarchae IX, 3, 24.
Tetricus X, 266.
Teuchira urbs XIV, 5, 5.
Teucri res gestae IX, 2, 111.
Teutoni XVIII, 7, 7.

Texere XIX, 29, 7.
Textoria res XIX, 20. 27.
Textrinum XIV, 8, 38.
Thaddaeus VII, 9, 19.
Thalamus XV, 3, 6.
Thales Milesius primus physica perscrutatus est II, 24, 4. sententia de deo VIII, 6, 18. quando vixerit V, 39, 38.
Thamar VII, 6, 39.
Thanatos insula XIV, 6, 3.
Thara VII, 6, 24. V, 39, 7.
Tharisra VI, 2, 6.
Tharsis IX, 2, 35.
Thasius marmor XVI, 5, 12.
Theatrum X, 253. XV, 2, 34. 35. XVIII, 42.
Thebae XIV, 4, 11. *Aegyptiae* XV, 1, 35. *Boeotiae* XV, 1, 29. 46.
Thebaici palmarum genus XVII, 7, 1.
Thebaicus lapis XVI, 4, 36. 5, 10.
Thebaida regio XV, 1, 35.
Theca XVIII, 9, 3.
Thema II, 18.
Themelici XVIII, 47.
Themiscirii campi XIV, 3, 37.
Theodosiani VIII, 5, 67.
Theodosianus codex V, 1, 7.
Theodosius haereticus VIII, 5, 67. Imperator V, 39, 37. 38. Minor V, 1, 7.
Theodotion interpres sacrorum librorum V, 39, 30. VI, 4, 13.
Theologi VIII, 6, 18. *poetae* VIII, 7, 9.
Theologica res VI. VII. VIII, 1. 11.
Theophilus Alexandrinus cyclum paschalem scripsit VI, 17, 1.
Theriaca IV, 9, 8.
Theristrum XIX, 25, 6.
Thermae XV, 2, 39.
Thesaurus XVI, 18, 6.
Thesis in re metrica I, 16, 21. in musica III, 19, 9. in rhetorica II, 12, 2.
Thessali IX, 2, 69.
Thessalia XIV, 4, 12. *Thessaliae duorum fluminum vis* XIII, 13, 5.
Thessalonica XIV, 4, 12.
Thetica nomina I, 6, 23.
Thiras IX, 2, 82.
Thius IX, 6, 15.
Tholus XIX, 19, 6.
Thomas VII, 9, 16.
Thora VI, 1, 5.
Thorax XI, 1, 73.
Thraces IX, 2, 31. 82. *quando Romanis subiecti* V, 39, 24.
Thracia XIV, 4, 6.
Thracius lapis XVI, 4, 8.
Threni I, 38, 19. VI, 2, 23.
Threnum VI, 19, 18.
Throni VII, 5, 16. *angelorum* 21. 26.
Thyctes XVI, 4, 30.
Thyle insula XIV, 6, 4.
Thymallus XII, 6, 29.
Thymele XVIII, 47.
Thymelici XVIII, 47.
Thymiama IV, 12, 2.
Thymum XVII, 9, 12. 13.
Thymus IV, 12, 2. XII, 6, 29.
Thynna i. e. *Bithynia* XIX, 32, 6.
Thynni XII, 6, 14.
Thynnius XIX, 32, 6.
Tiara XIX, 21, 3. 23, 6. 30, 3.
Tiberias urbs XIII, 19, 5. XV, 1, 26. *Tiberiadis lacus* XIII, 19, 5.
Tiberis XIII, 21, 27. XIV, 4, 19.
Tiberium marmor XVI, 5, 4.
Tiberius Imperator V, 39, 26. posterior 41.
Tibiae XI, 1, 110. III, 20, 4.
Tibicen III, 20, 4.
Tibris XIII, 21, 27.
Tiburtina Sibylla VIII, 8, 6.
Tiburtinus lapis XIX, 10, 5.
Tigillum XIX, 10, 15.
Tigna XIX, 19, 5.
Tignarius XIX, 19, 2.
Tigris fluv. XIII, 21, 9. XIV, 3, 13. 35. *animal* XII, 2, 7.
Tilchius XV, 1, 40.
Tilia XVII, 7, 46.
Timere pro *sperare* I, 33, 4.
Timidus X, 272.
Timor X, 272.
Tinctio VI, 19, 43.
Tinctura XIX, 28, 1.
Tinea XII, 5, 11. 18.
Tingis XIV, 5, 12.
Tingitania XIV, 4, 29.
Tintinabulum III, 21, 13.
Tiro IX, 3, 19. 36. 37. *Ciceronis libertus* I, 21, 5.
Titan VIII, 11, 53.
Titanes IX, 2, 134. 135.
Titani VIII, 11, 53.
Tithymallum XVII, 9, 77.
Titianus rhetor II, 2, 1.
Titio XVII, 6, 27.
Tition XI, 3, 7.
Titus V, 39, 27. 28.
Tityrus nom. appell. XII, 1, 61.
Tmesis I, 36, 19.
Tobias VI, 1, 9. 2, 33.
Tofus XVIII, 4, 3.
Toga XIX, 24, 3—6.
Togati XIX, 24, 14.
Tola V, 39, 11. VII, 6, 55.
Toles XI, 1, 57.
Tolosates IX, 2, 97.
Tolus XI, 1, 111.
Tomentum XIX, 27, 3.
Tomus VI, 8, 2. 14, 8.
Tonitrum XIII, 8.
Tonitruum XIII, 8, 1.
Tonsae XIX, 2, 6.
Tonsilla XIX, 2, 14.
Tonus III, 19, 7. XIII, 8, 1. XIX, 22, 6.
Topazion XVI, 7, 9.
Tophus XIX, 10, 6.
Topica II, 29, 16. et c. 30.
Toralia XIX, 26, 6.
Torcular XV, 6, 7.
Tormenta V, 27, 22.
Tormentum in navi XIX, 4, 4.
Torminosus IV, 6, 14.
Torpedo XII, 6, 45.
Torques XIX, 31, 11.
Torrens XIII, 21, 2.
Torris XVII, 6, 27.
Torus XX, 1, 2. *tori* 117. et XI, 1, 63.
Torvus X, 269.
Tota Latina nomina I, 6, 14. *Graeca* 13.
Toxica venena XVII, 9, 25.
Toxillae XI, 1, 57.
Trabaria navis XIX, 1, 27.
Trabea XIX, 28, 8.
Trabes XIX, 19, 5.
Traconititis urbs IX, 2, 4.
Traducere in vite XVII, 5, 33.
Tragasaeus sal XVI, 2, 4.
Tragelaphi XII, 1, 20.

Tragoedi VIII, 7, 5. XVIII, 45.
Tragum XIX, 5, 3.
Traianus V, 39, 28.
Traiectus XIX, 1, 24.
Trama XIX, 29, 7.
Trames XV, 16, 10. cur masculinum I, 27, 2.
Tramoserica vestis XIX, 22, 14.
Transalpina Gallia XIV, 4, 26.
Transformati XI, 4.
Transgressor quis sit VIII, 11, 19.
Translatio in rhetorica II, 5, 4.
Translativa constitutio II, 5, 4.
Transscripti milites IX, 3, 40.
Transtra XIX, 2, 5.
Trapetum XX, 14, 12.
Tremissis XVI, 25, 14.
Tria III, 3, 1.
Tribrachus I, 16, 5.
Tribula XX, 14, 10.
Tribunal XV, 3, 16.
Tribunus IX, 3, 29. 4, 18. XVI, 8, 7.
Tribus IX, 4, 7. *quot equites in una tribu* IX, 3, 51.
Tributa XVI, 18, 7.
Trichrus XVI, 11, 7.
Triclinium XV, 3, 8.
Trieris XIX, 1, 10.
Trifinium XV, 14, 5.
Trifolium XVII, 9, 72.
Trigae XVIII, 36, 1. 2.
Triginta III, 3, 4.
Trigonaria pila XVIII, 69, 2.
Trigoni figura III, 6, 1.
Trilicis vestis XIX, 22, 23.
Trimegistus VIII, 11, 49.
Trimense hordeum XVII, 3, 10. *triticum* XVII, 3, 8.
Trimetrum I, 38, 6.
Trinacria XIV, 6, 32.
Trinepos et *trineptis* IX, 5, 30. 6, 23.
Trinitas VI, 19, 45. 46. VII, 4.
Trio XVIII, 65.
Triones III, 70, 7.
Tripedes XX, 8, 5.
Triplum I, 16, 22.
Tripodes XX, 11, 12.
Tripolitana provincia XIV, 5, 6.
Triptolemus XVII, 1, 2.
Triptota I, 6, 43.
Triremis XIX, 1, 23.
Trisceles XX, 4, 14.
Tristis X, 268.
Tritavus IX, 5, 10. 6, 23.
Tritheitae VIII, 5, 68.
Triticum XVII, 3, 4. *trimense* §. 8.
Triton VIII, 11, 74.
Tritonia VIII, 11, 74.
Trivia VIII, 11, 57.
Triumphus XVIII, 2, 3—6.
Trochaicum metrum I, 38, 6.
Trochaeus I, 16, 3.
Trochiscos IV, 9, 10.
Trochleae XIX, 2, 10.
Troglodytae IX, 2, 129. *lacus* XIII, 13, 4.
Troia XIV, 3, 41. *quando capta* V, 39, 62.
Troiani IX, 2, 67.
Trophaeum XVIII, 2, 3.
Tropi I, 36.
Tropos I, 36, 1.
Tros IX, 2, 67. XIV, 3, 41.
Tructa piscis XII, 6, 6.
Trulla XIX, 18, 3.
Truculentus X, 269.
Trudes XVIII, 7, 3.
Truncus XI, 1, 72. XVII, 6, 15.
Trutina X, 267. XVI, 25, 4.
Tuba XVIII, 4, 2. 3. et *buccina* differ. 4. a quo inventa III, 20, 3.
Tubal VII, 15, 1. 21, 2. IX, 2, 29.
Tubantes IX, 2, 97.
Tubera XVII, 10, 19.
Tubex XIX, 1, 6.
Tubraci XIX, 22, 30.
Tubruci XIX, 22, 30.
Tucus XII, 7, 67.
Tudes XIX, 7, 1.
Tugurium XV, 12, 2.
Tumultuatio XVIII, 1, 6. 7.
Tumulus XIV, 8, 21. 11, 2.
Tungri IX, 2, 97.
Tunica XIX, 22, 6. 7.
Turbidus X, 270.
Turbiscus XVII, 7, 76.
Turbo XIII, 11, 19.
Turdela XII, 7, 71.
Turdus XII, 7, 71. *piscis* 6, 5.
Turma IX, 3, 51.
Turpidum vinum XX, 3, 6.
Turpis X, 273.
Turris XV, 2, 19. *Babylonica* V, 39, 6.
Turtur XII, 7, 60.
Tus XVII, 8, 2. 5.
Tuscanicae columnae XIX, 10, 22.
Tusci IX, 2, 86. *in cera scripserunt* VI, 9, 1.
Tascia XIV, 4, 20. 22.
Tusculanus lapis XVI, 4, 33.
Tussis IV, 7, 18.
Tutor X, 264.
Tylos insula XIV, 6, 15.
Tylus insula XIV, 3, 5.
Tympanum III, 21, 10.
Typhe XVII, 9, 101.
Typhus XVII, 9, 100. 101.
Typi morbus IV, 7, 10.
Tyrannus IX, 3, 19. 20. et *rex* differ. I, 30. II, 29, 7.
Tyras IX, 2, 31.
Tyria purpura XV, 1, 27.
Tyrii IX, 2, 117.
Tyrium mare XIII, 16, 6.
Tyrrhenia XIV, 3, 43. 4, 22.
Tyrrhenus XIV, 3, 43. *sinus* XIII, 16, 2. *Tyrrhenum mare* XIII, 16, 7.
Tyrrheni tubas invenerunt III, 20, 3.
Tyrus XII, 6, 38. XIV, 3, 18. 4, 6. XV, 1, 27. 30.

U.

U litera I, 4, 5—8.
Ubera XI, 1, 76.
Ugni IX, 2, 66.
Ul IX, 2, 4.
Ulcera IV, 8, 19.
Uliginosus ager XV, 13, 14.
Uligo XV, 13, 14. XVI, 1, 5.
Ulmus XVII, 7, 43.
Ulna XI, 1, 64.
Ulpicum XVII, 10, 14.
Ultima distinctio in grammatica quid sit I, 19, 2.
Ultra XIV, 4, 3.
Ulula XII, 7, 38.
Ulva XVII, 9, 100.
Umbilicus XI, 1, 99.
Umbo XVIII, 12, 2.
Umbra XIII, 10, 13. *umbrae* piscis XII, 6, 6.
Umbri IX, 2, 87.
Umbria XIV, 4, 20. 21.
Unanimus et *unanimis* X, 90.

Uncia XV, 15, 2. XVI, 25, 19.
Unciariae uvae XVII, 5, 17.
Unctio VI, 19, 50—53.
Unda XIII, 26, 3.
Unguentum IV, 12.
Ungues XII, 6, 55.
Ungula XI, 1, 72. *vinculi genus* V, 27, 20.
Ungulus i. e. *anulus* XIX, 32, 5.
Unigenitus filius IX, 5, 14.
Unimammae quae IX, 2, 64.
Unio XVI, 10, 1. XVIII, 65.
Unus III, 3, 1.
Upupa XII, 7, 66.
Uranoscopus XII, 6, 35.
Urbani IX, 2, 42.
Urbs IX, 4, 3. XV, 2, 3.
Urbum XV, 2, 3.
Urceolus XX, 6, 5.
Urceus XX, 6, 5.
Urere XIII, 10, 8.
Uri XII, 1, 34.
Uriel VII, 5, 15.
Urina III, 70, 10. XI, 1, 138.
Urna XVI, 26, 14.
Urs IX, 4, 42.
Ursus XII, 2, 22.
Urtica XVII, 9, 44.
Usci IX, 2, 88.
Usia II, 26, 11. XII, 5, 16.
Usta XIX, 17, 18.
Usucapio V, 25, 30.
Usura V, 25, 15.
Usus in iure V, 25, 28.
Ususfructus V, 25, 29.
Uter subst. XI, 1, 135.
Uterini IX, 6, 7.
Uterus IX, 6, 7. XI, 1, 132—135. *alvus* et *venter* differ. ib.
Utica XV, 1, 28.
Utilis X, 274.
Utres XX, 6, 7.
Uva XII, 7, 80. XVII, 5, 13. *praecoqua* 6, 16. *purpureae* 17. *suburbana* 5, 15. *lupina* 9, 78.
Uvidus ager XV, 13, 14.— *uvidum* XVII, 5, 13.
Uxores IX, 7, 12. *fratris* IX, 7, 16. *uxores fratrum* IX, 7, 17. *uxorem qui ab alio viro filium aut filiam habentem habet* quomodo appelletur IX, 6, 20. *cur uxor quaeratur* X, 7, 27. *quid in ea eligenda observandum* 28. *quid impellat ad uxorem ducendam* 29.

V.

Vacca oppidum IX, 2, 107. *animal* XII, 1, 31.
Vaccaei IX, 2, 107.
Vadius XII, 1, 49.
Vagina XVIII, 9, 2.
Vagus X, 279.
Vaiedabber VI, 1, 4.
Vaiicra VI, 1, 4.
Valentiniani VIII, 11, 5.
Valentinianus V, 39, 37.
Valentinus V, 39, 29. VIII, 5, 11. 6, 22.
Valerianus V, 39, 33.
Valles XIV, 8, 22.
Valli XV, 9, 2.
Vallum XV, 3, 2. 9, 2.
Valvae XV, 7, 4.
Vandali X, 2, 96. *in Africa extinguuntur* V, 39, 40.
Vandelicus amnis IX, 2, 96.
Vanus X, 279.
Varii piscis XII, 6, 6.
Varius X, 277. *color* XII, 1, 52.
Vates VIII, 7, 3. 12, 15. *vatum ornatus* XIX, 30, 3.
Vaticinia VIII, 7, 3.
Varro rerum rusticarum scriptor XVII, 1, 1. *multos libros scripsit* VI, 7, 1. *Varronis sententia de mundo* VIII, 6, 21.
Vas XX, 4, 1. *genera* c. 4—10. *vas caelatum* XIII, 4, 1. XIV, 7, 4. *vasa Corinthia* XVI, 20, 4. *Samia* XIV, 6, 31.
Vascones IX, 2, 107.
Vasculum XX, 4, 1.
Vecors X, 279.
Vectes V, 27, 17. XX, 13, 2.
Vectigalia XVI, 18, 8.
Vector X, 281.
Veelle Semoth VI, 1, 4.
Vehere XX, 14, 13.
Vehicula XX, 12.
Veientana gemma XVI, 11, 5.
Vela XIX, 3. 26, 7.
Velenensis vestis XIX, 22, 21.
Veles urbs XVIII, 57.
Velites IX, 3, 43. XVIII, 57.
Vellus XIX, 27, 1.
Venabula XVIII, 7, 4.
Venae XI, 1, 121.
Venator X, 282. *venatoris officia* ibid.
Venditio et *emptio* V, 24, 23.
Veneficus X, 281.
Venenum XII, 4, 41. 42. *toxicum* XVII, 9, 25. i. e. *vinum* XX, 3, 2.
Veneriae aves XII, 7, 61.
Venetia i. e. *Gallia Cisalpina* XV, 1, 59.
Venetum XIX, 17, 13.
Venetus color XVIII, 33, 2. et c. 41.
Venter et *alvus* et *uterus* differ. XI, 1, 132.
Venti XIII, 11.
Ventilabrum XX, 14, 10.
Venuculae XVII, 5, 15.
Venus VIII, 11, 2. 76. *Veneris crinis* XVI, 11, 6.
Venustas XIX, 11.
Venustus in fabricis XIX, 11. X, 276.
Vepris XVII, 7, 60.
Ver V, 35, 3. *novum, adultum, praeceps* V, 35, 2. *orienti datur* V, 35, 8.
Veratrum XVII, 9, 24.
Verax et *verus* differ. X, 275.
Verbalia nomina I, 6, 29.
Verbascum XVII, 9, 84. 94.
Verbera V, 27, 14.
Verbum I, 8, 1. *verborum genera* 2. *species* ib. *formae* 3. *modi* 4. II, 27, 5. VI, 8, 4. *figurae* II, 21. *iunctura* II, 20. *vitia* II, 19. *verbis similia nomina* I, 6, 31. *titulus librorum sacrorum* VI, 8, 2.
Verecundus X, 275.
Veredi XII, 1, 55.
Verennes XX, 14, 13.
Veretrum XI, 1, 103.
Vergiliae III, 70, 13.
Veridicus X, 275.
Vermiculus XIX, 28, 7.
Vermis XII, 5, 1. 18. 19.
Vernale aequinoctium V, 34, 3.
Verrere XIX, 5, 3.
Verres XII, 1, 25.
Verrucae IV, 8, 9.

Verrucaria XVII, 9, 37.
Versipellis X, 278.
Versus I, 38, 2. VI, 14, 7.
Versutia X, 277.
Versutus X, 41. 277.
Vertebra XI, 1, 107.
Vertex XI, 1, 26. XIII, 1, 5.
Vertibulae XI, 1, 87.
Vertigo IV, 7, 3. 4.
Verus et *verax* differ. X, 275.
Vervactum XVII, 2, 5.
Vervex XII, 1, 10.
Vesanus X, 280.
Vesica XI, 1, 137.
Vespae XII, 8, 2.
Vespasianus V, 39, 27.
Vesper III, 70, 19. VI, 19, 2. V, 30, 6.
Vesperna XX, 2, 14.
Vespertilio XII, 7, 36.
Vespertinum officium VI, 19, 2.
Vesperum V, 31, 4.
Vesta VIII, 11, 61. 67.
Vestiaria res XIX, 21—33.
Vestibulum XV, 7, 2.
Vestigatores X, 282.
Vestigia XV, 16, 13.
Vestimentorum genera XIX, 22. *orae* XIX, 24, 2.
Vestis acanthina XVII, 9, 21. *pulla* XII, 7, 5. *segmentata* XIX, 31, 12. *sacerdotalis* XIX, 21. *nomina* reliquorum 22. 26. *quarundam gentium* 23. *colores* 28. *instrumenta* 29. *vestes purpureae cur mortuis dentur* XI, 1, 123.
Vestitus et *cultus* et *habitus* differ. XIX, 22, 3.
Vestorianum XIX, 17, 14.
Vesuvius XIV, 3, 46.
Veterani IX, 3, 34.
Vetula XI, 2, 28.
Vetus testamentum VI, 1—3. *auctores* 2, 1. *bibliothecam eius quis collegerit* VI, 3, 2. *veteris et novi testamenti summa quomodo dividatur* VI, 1, 11.
Vexatus X, 280.
Vexillum XVIII, 3, 5.
Via XV, 2, 22. 16, 4. *publica*, *privata* 5. *delapidata* 6. *militaris* 7.
Vicia X, 210 XVII, 4, 9.
Vicini XV, 2, 22.
Vicius, a X, 210.
Victimae VI, 19, 34.
Victoria XVIII, 2, 1.
Victorinus isagogas e Graecis transtulit II, 25, 9. *diffinitionum divisio* II, 29.
Victorius cyclum paschalem scripsit VI, 17, 1.
Victus XX, 2, 1.
Vicus XV, 2, 12. 22.
Videns i. e. *propheta* VII, 8, 1. 2.
Videre ad alios sensus translatum XI, 1, 21.
Vidua IX, 7, 16.
Vigiles IX, 3, 42.
Vigiliae IX, 3, 43.
Viginti III, 3, 4.
Vilis X, 278.
Villa XV, 3, 2.
Villicus IX, 4, 33.
Vimen XVII, 7, 48.
Vinaria vasa XX, 6.
Vincula V, 27, 6.
Vinnolata vox III, 19, 13.
Vinnum III, 19, 13.
Vinolentus X, 280.
Vinum XX, 3, 2. *genera* ib et 4—12.
Viola XVII, 9, 19.
Violentus X, 278.
Vipera XII, 4, 10. 11.
Vipsanius notas scribendi invenit I, 21, 2.
Vir X, 274. IX, 7, 1. XI, 2, 17. *bonus* II, 3, 1. *dicendi peritus* II, 3, 1. *virorum pallia* XIX, 24. *viri soror* IX, 7, 17.
Vira XI, 2, 23.
Virago XI, 2, 22.
Virectum XVII, 6, 2.
Virgae V, 27, 18. XI, 2, 21. XVII, 6, 18.
Virgilius compilator X, 44. *rerum rusticarum scriptor* XVII, 1, 1. *sententia de deo* VIII, 6, 18.
Virgo XI, 2, 21. 23. XII, 1, 23. *signum coeli* III, 70, 28.
Virgultum XVII, 6, 18.
Viriolae XIX, 31, 16.
Viridis X, 276. *viridium rerum usus* VI, 11, 3.
Virtus XI, 2, 17. *in gymnicis* XVIII, 22. *virtutes cardinales* II, 24, 5. *angelorum* VII, 5, 17. *regiae* IX, 3, 5.
Virus XI, 1, 103.
Vis in iure V, 26, 4. *privata* 5. *publica* 6.
Viscarago XVII, 9, 70.
Viscera XI, 1, 116.
Viscus XI, 1, 81. 104. XX, 2, 27.
Visio VII, 8, 34. *genera* 37.
Visula uva XVII, 5, 23.
Visus XI, 1, 20. 21.
Vita XI, 1, 3.
Vitalia XI, 1, 116.
Vitia apud grammaticos I, 33, 1.
Viticella XVII, 9, 92.
Vitis XVII, 5. *alba* 9, 90. *spionia* 6, 28. *Syriaca* ibid. *genera* 5, 28.
Vitricus IX, 6, 20.
Vitrum XVI, 14. 16.
Vitta XIX, 30, 4. 31, 6. 33, 7.
Vitula XI, 2, 21. XII, 1, 32.
Vituli piscis XII, 6, 5.
Vitulus XII, 1, 32.
Vituperatio II, 4, 7.
Vivens X, 276.
Vocabularium Isidori X.
Vocales literae I, 4, 3—6.
Vocativus I, 6, 41.
Vola XVII, 7, 67.
Volare XII, 7, 4.
Volatilia minuta XII, 8.
Volemis XVII, 7, 67.
Volemus adiectiv. XVII, 7, 67.
Volucres XII, 7, 4.
Volumen V, 13, 2. 8, 2.
Voluntas in iure V, 24, 1.
Volutabra XVI, 1, 5.
Volvi XI, 1, 38.
Vomer XX, 14, 1.
Vopiscus IX, 5, 21.
Vox I, 14. *genera* III, 19, 10—13. *vox de coelo in prophetia* VII, 8, 35.
Vulcaniae insulae XIV, 6, 36. 37.
Vulcanus VIII, 11, 2. 39. *deus ignis* XIX, 6, 2. *fabricam invenit* VIII, 11, 8. *cur claudus* I, 39, 4.
Vulgaris interpretatio veteris testamenti VI, 4, 3. — *vulgares notae* I, 21.
Vulgus IX, 4, 6.
Vulnus IV, 8, 19.
Vulpes XII, 2, 29.
Vultur XII, 7, 12.
Vulturnus XIII, 11, 5.

Vultus et *facies* differ. XI, 1, 34.
Vulva XI, 1, 137.

W.

Wangiones IX, 2, 97.

X.

X. figura et numerus I, 3, 10. *unde ortum* I, 26, 8. 4, 14.
Xenocrates quando floruerit V, 39, 21.
Xenodochium XV, 3, 13.
Xerophagia VI, 19, 70.
Xerxes V, 39, 19. 21. *Xerxis portentum* XI, 3, 5.
Xyliglycon XVII, 7, 29.
Xylobalsamum XVII, 8, 14.

Y.

Y an sit Latinum I, 26, 28. I, 4, 15.

Z.

Z. litera I, 4, 15. 26, 28.
Zabulon VII, 8, 20. 30.
Zachaeus VII, 10, 5.
Zacharias VII, 8, 20. 30.
Zamae fontis vis XIII, 13, 2.
Zambri VII, 6, 50. 77.
Zaphanath VII, 7, 17. 18.
Zara VII, 6, 41.
Zebedaeus VII, 10, 5.
Zebub VIII, 11, 26.
Zelpha VII, 6, 38.
Zema XX, 3, 21.
Zeno auctor Stoicorum VIII, 6, 8. *sententia* 23.
Zenodotus Ephesius I, 20, 15.
Zenon Imperator V, 39, 39.
Zephyrus XIII, 11, 8.
Zethus III, 15, 1.
Zeugis XIV, 5, 8.
Zeugma I, 35, 3.
Zizania XVII, 9, 106.
Zmilampis XVI, 15, 14.
Zodiacus circulus III, 44. XIII, 6, 7.
Zona XIX, 33, 3. *coeli* III, 43. XIII, 6, 1.
Zoroastes IX, 2, 43. V, 39, 7. *magus* VIII, 9, 1.
Zorobabel VII, 6, 81.

INDEX III.

VOCUM GRAECARUM QUIBUS ISIDORUS UTITUR.

Α.

Ἄγγος VIII, 5, 47.
Ἀγκών IX, 4, 44.
Ἀγριοφαγῖται XI, 3, 16.
Ἀγρῶστις XVII, 9, 104.
Ἄδιψος herba XVII, 9, 34.
Ἀθήνη VIII, 11, 71.
Ἀθροισμός figura II, 21, 40.
Αηρῶος VIII, 11, 98.
Αἴθρα XIII, 5, 1.
Αἰών V, 38, 4.
Ἀκανθίς XII, 7, 74.
Ἄκανθος XVII, 8, 4.
Ἀνανεοῦσθαι V, 36, 2.
Ἀλλόφυλοι IX, 2, 20.
Ἀνάπαιστις I, 16, 7.
Ἄνεμος XI, 1, 7.
Ἄνθραξ IV, 8, 15.
Ἀνθρωπόμορφος herba XVII, 9, 30.
Ἄνθρωπος XI, 1, 5.
Ἀνταρκτικός circulus III, 43, 3. XIII, 6, 5.
Ἀντικείμενα Aristotelis II, 21.
Ἀπόδερον XVII, 9, 95.
Ἀρκτικός circulus III, 43, 2. XIII, 6, 2.
Ἀρχός VII, 5, 6. 7, 1. 12, 9.
Ἀσφάλαξ XII, 3, 5.
Ἄτομοι XIII, 2, 1.
Ἀτροφία IV, 7, 27.
Αὐλαί XV, 9, 6.
Ἀφροδίτη VIII, 11, 76. 77.
Ἄφρος VIII, 11, 76.

Β.

Βαλανεῖον XV, 2, 40.
Βάλανος XVII, 7, 38.
Βαρεῖα figura accentus I, 18, 2.
Βαρύς IX, 4, 31. *βαρύ* XI, 1, 63.
Βασιλεύς IX, 3, 18.
Βόμβυκες XIX, 27, 5.
Βότραξ XII, 4, 35.
Βράγχος IV, 7, 11.
Βραχύς I, 16, 9. accentus figura I, 18, 5.
Βρῶμα V, 35, 5.

Γ.

Γ in numeris I, 3, 10.
Γένειον XI, 1, 43.
Γέρων et *πρεσβύτης* differ. XI, 2, 6.
Γῆ XI, 1, 2.
Γηγενεῖς XI, 3, 13.
Γράμμα I, 38, 22.
Γραφή VI, 9, 2.
Γυμνάσιον XV, 2, 30. 40.

Δ.

Δ in numeris I, 3, 10.
Δαήμων VIII, 11, 15—17.
Δασεῖα figura accentus I, 18, 9.
Δάφνη XVII, 7, 2.
Δεσμός III, 3, 4.
Διάῤῥοια IV, 7, 36.
Διάστασις X, 250.
Δεός Deus VII, 1, 4.
Διόνυσος VIII, 11, 44.
Διόσκουροι XV, 1, 40.
Δόξα VII, 14, 5.
Δρόμος XII, 1, 36.

Δύναμις in medicis quid IV, 10, 3.
Δύς IV, 7, 36.
Δύσπνοια IV, 7, 14.
Δώματα IX, 4, 3. XV, 3, 1.

E.

Εἶδος VIII, 11, 13.
Εἰλύω IV, 6, 14. XI, 1, 101.
Ἤλεκτρον XVI, 8, 6.
Ἐννοηματική II, 29, 3.
Ἔντερα IV, 7, 36.
Ἐπί I, 38, 22.
Ἑρμηνεία VIII, 11, 45. 49.
Ἑρμῆς VIII, 11, 45.
Ἑτερομορφία XI, 3, 9.
Εὐγενεῖς IX, 4, 46.

Z.

Ζῶμον XX, 2, 32.
Ζωνάριον XIX, 33, 3.

H.

Ἡμερινός circulus III, 43, 3. XIII, 6, 4.
Ἡρώδιοι XII, 7, 29.

Θ.

Θ in notis militaribus quid I, 23. I, 3, 8.
Θάνατος X, 31.
Θερμόν XV, 2, 39.
Θερινὸς τροπικὸς circulus III, 43, 2. XIII, 6, 3.
Θές XVI, 18, 6.
Θέσις I, 19, 2.
Θήκη VI, 3, 1.
Θηριακοί XII, 4, 11.

I.

Ἰαμβίζω I, 16, 4.
Ἰάσκω XX, 4, 9.
Ἰκτίς XII, 3, 3.
Ἰός XII, 4, 12.
Ἰσημερία V, 34, 3.
Ἰσχία IV. 7, 29.
Ἰσχυρός VII, 1, 3.
Ἴχνος XIV, 6, 39.

K.

Καινόν VI, 18. 12.
Καλαμίνθη XVII, 9, 82.
Κᾶλον XIX, 34, 2. 6.
Καλόποδες XIX, 34, 2.
Κάμουρ XV, 8, 5.
Κάνναβις XIX, 27, 3.
Κάστανος XVII, 7, 25.
Κατὰ ἀντίλεξιν diffinitio II, 26, 6.
Κατάραι XV, 3, 13.
Κατηχούμενος VII, 14, 7.
Καῦσις VI, 18, 35.
Καχεξία IV, 7, 26.
Κέδρος XVII, 7, 33.
Κείρειν XI, 1, 30.
Κεραύνιον figura I, 20, 21.
Κιθάρα III, 21, 2.
Κιῤῥός XVI, 18, 2.
Κλῆρος VII, 12, 1.
Κλίνη XV, 3, 8.
Κλυτόν X, 126.
Κόκκον XIX, 28, 1.
Κόμμι XVII, 7, 70.
Κόριον XVII, 11, 7.
Κορίος herba XVII, 9, 57.
Κόσμος XIII, 1, 2.
Κρίσις X, 118.
Κρόνος VIII, 11, 31.
Κύκλας XIX, 24, 10.
Κύρνη insula XIV, 6, 42.
Κύτινοι XVII, 7, 6.
Κῶμαι XI, 1, 30. VIII, 7, 6.

Λ.

Λ in notis militaribus quid I, 23, 2.
Λάγως XII, 1, 23. 7, 53.
Λαός VII, 14, 9. IX, 4, 6.
Λατρεία VIII, 11, 11.
Λεκτόν II, 22, 1.
Λευκός XI, 1, 77.
Λιμνήσιος herba XVII, 9, 33.
Λινάριον XIX, 27, 1.
Λόγος II, 24, 7.
Λόφος XII, 2, 14.
Λυθάργυρος XVI, 19, 4.
Λύκος XII, 2, 20. 23.

M.

Μακρός I, 16, 10. accentus figura I, 18, 4.
Μακρόβιοι XI, 3, 26.
Μαλλόν XI, 1, 30.
Μανεῖν IV, 7, 8.
Μανία IV, 7, 8. 9.
Μάραθρον XVII, 11, 4.
Μαῦρος XII, 1, 51. XIV, 5, 10.
Μέρος VIII, 4, 8.
Μέσος X, 260.
Μήνη VI, 8, 10.
Μονάς VII, 13, 1.
Μόνος XV, 4, 5.

N.

Ναρδοστάχυς XVII, 9, 3.
Νοσοκομεῖον XV, 3, 13.
Νότος XIII, 11, 6.

Ξ.

Ξενοδοχεῖον XV, 3, 13.

O.

Ὅλον VI, 19, 35.
Ὀμφάκιον XVII, 7, 68.
Ὀμφακίτης XVII, 7, 38.
Ὅμως VII, 2, 14.
Ὀξέα in medicis IV, 5, 7. 6, 1. XVIII, 9, 4.
Ὀξεῖα figura accentus I, 18, 1.
Ὀρθῶς VII, 14, 5.
Ὄροβον XVII, 4, 11.
Ὄρτυγες XII, 7, 64.
Ὀρφανος XI, 2, 2.
Ὄστρακα XV, 8, 11. XIX, 10, 26.
Ὄστρεα XII, 6, 52.
Οὐδὲ γρῦ X, 185.
Οὐρανος III, 30, 2. XI, 1, 55. XIII, 4, 2. 3.
Οὐσία VII, 2, 14. 4, 11.
Οὐσιώδης II, 29, 2.
Ὄφις VIII, 5, 10.

Π.

Παράκλησις VII, 3, 10.
Παχύς XIV, 7, 5.
Πεδίον XIV, 8, 23.
Πεῖνα XV, 2, 42.
Περισπωμένη accentus I, 18, 3.
Πεύκη XVII, 7, 31.

Πικρά IV, 9, 7.
Πίσσα XVII, 7, 72.
Πλάνη III, 70, 20.
Πλάτος XV, 2, 23.
Πλάττειν XIX, 5, 1.
Πλεύμων XI, 1, 124.
Πνεῦμα XI, 1, 124.
Πόδες XI, 1. 112.
Ποικίλη στοά VIII, 6, 8.
Ποιότης II, 26, 4.
Πομπεύω XVIII, 2, 2.
Πρεσβύτης et *γέρων* differ. XI, 2, 6.
Πρός I, 17, 1.
Πτύσις IV, 7, 11.
Πύξον XX, 7, 3.
Πύξος XVII, 7, 53.
Πῦρ X, 129.

Ρ.

Ῥέον XVII, 7, 71.
Ῥήγιον XIII, 18, 3.
Ῥῆσις II, 1, 1.
Ῥητίνη XVII, 7, 71.
Ῥήτωρ XIV, 8, 8.
Ῥιφή XIV, 8, 8.

Σ.

Σέβεσθαι IX, 2, 49.
Σειραφόροι XVIII, 35, 2.
Σέλινον XVII, 11, 2.
Σιός VIII, 8, 1.
Σκήνη VI, 18, 9.
Σκοπεῖν VIII, 12, 11.
Σορός VIII, 11, 85.
Σοφία II. 24, 3.
Σπήλαια XIV, 9, 1.
Σπονδαῦλαι I, 16, 2.
Στέλλειν XV, 8, 17.
Στερόν X, 170.
Στεφάνη XIX, 30, 1.
Στοά VIII, 6, 8.
Στοιχεῖα XIII, 3, 2.
Στόλα III, 20, 6.
Στύραξ XVII, 8, 5.
Σύαγρος XII, 1, 27.
Σύμβολον I, 28, 1.
Συμπόσιον XX, 1, 3.
Συνάγχειν IV, 6, 6.
Συρίγγιον IV, 8, 21.
Σχοινάνθος XVII, 9, 11.

Τ.

Ταρταρίζειν XIV, 9, 8.
Τέκτων XIX, 8, 1.
Τέφρια XVI, 5, 18.
Τοπάζειν XVI, 7, 9.
Τρέσις XIV, 9, 8.
Τριάμβη XVIII, 2, 3.
Τροπή XVIII, 2, 3.
Τροχός I, 16, 3.

Υ.

Υ litera I, 3, 7.
Ὕαλος XX, 5, 1.
Ὑδροφοβία IV, 6, 15.
Ὕλη XIII, 3, 1.
Ὑμέν IX, 7, 22.
Ὑπό X, 118.
Ὑπογραφική II, 26, 5.
Ὑφέν figura I, 18, 6.

Φ.

Φθίσις IV, 7, 17.
Φιβλή XIX, 33, 4.
Φιλάνθρωπος herba XVII, 9, 66.
Φιλός II, 24, 3.
Φλεγμονή IV, 6, 7.
Φῶς III, 20, 6.
Φώσφορος XV. 2, 37. XX, 10, 10.

Χ.

Χαμαί XII, 1, 35. XIV, 8, 23.
Χαρωνεῖα XIV, 9, 2.
Χειμερινὸς τροπικὸς circulus III, 43, 4. XIII, 6, 6.
Χειρίδωτον XIX, 22, 8.
Χόραγρος XV, 13, 1.
Χρόνια in medicis IV, 5, 7. 6, 1.
Χρῶμα X, 45.

Ψ.

Ψιλή figura accentus I, 18, 10.

Ω.

Ὠδή I, 17, 1.
Ὤλενος XI, 1, 64.
Ὠμός X, 48.

INDEX NOTARUM CRITICARUM.

A.

Abena p. 555. not. 70.
Accus. c. Infin. sine regente verbo p. 14. not. 24.
Agiaria p. 584. not. 29.
Alexander historiographus p. 143. not. 64.
Angistrum p. 148. not. 3.
Ars p. 13. not. 8.
Attractio infinitivi p. 78. not. 55.
Avena p. 555. not. 70.

B.

Barrus p. 381. not. 59.
Belial p. 273. not. 55.
Boia p. 165. not. 13.
Bolis p. 586. not. 31.
Brassica p. 557. not. 44.
Βρεμετός p. 511. not. 34.
Brucus p. 391. not. 48.

C.

Callidus p. 379. not. 42.
Camur p. 376. not. 32.
Camus p. 633. not. 66.
Cardamomum p. 545. not. 66.
Carduus p. 558. not. 5.
Caulium genera p. 556. not. 6.
Certiloquium p. 165. not. 51.
Chalcenterus p. 193. not. 47.
Circumdasse pro *circumdedisse* p. 612. not. 10.
Clangere passive p. 175. not. 57.
Claviati p. 615. not. 63.
Clodus p. 324. not. 10.
Coelus p. 415. not. 44.
Collegiati p. 324. not. 25.
Colymbades p. 540. not. 28.

Contrarius c. genitiv. p. 18. not. 28.
Corybantes p. 276. not. 10.
Crispus p. 324. not. 10.
Crustula p. 618. not. 7.
Curetes p. 276. not. 10.
Curvus p. 324. not. 10.

D.

Dapsilis p. 325. not. 35.
Desuasor et *dissuasor* p. 69. not. 34.
Dracontii carmen ubi reperiatur manuscriptum p. 384. not. 32.
Duumvirales p. 304. not. 6.

E.

Exundare c. accus. p. 505. not. 67.

F.

Fabius in Sicilicis p. 143. not. 64.
Femellarius p. 328. not. 2. 329. not. 41.
Fenum p. 555. not. 74.
Feta p. 329. not. 53.
Fluere active p. 329. not. 56.
Foenum p. 555. not. 74.
Foglia Italicum unde p. 450. not. 11.
Folia, ae pro *folium, ii* p. 450. not. 11. 527. not. 62. 535. not. 57.
Fronto in differentiis citatur p. 473. not. 42.

G.

Galbanum p. 547. not. 58.
Genitivus post *Comparativum* p. 126. not. 14.
Genitivus Partic. Fut. Passiv. pendens ab adiectivi neutro cum verbo *esse* coniuncto p. 157. not. 40.
Gracilis p. 330. not. 4.
Gregorius pontifex p. 184. not. 100.

H.

Hoia Hispanicum unde p. 450. not. 11.

I.

Idoneus p. 331. not. 50.
Impostor p. 334. not. 6.

L.

Largus p. 334. not. 32.
Latro p. 335. not. 45.
Libidinosus p. 335. not. 50.
Licet c. Indicat. p. 327. not. 54. 600. not. 11.
Lolium p. 555. not. 70.
Luganum p. 618. not. 6.
Lymphaticus p. 335. not. 54.

M.

Melicus et *Miles* confus. p. 15. not. 42.
Meu p. 545. not. 66.
Miles et *Melicus* conf. p. 15. not. 42.
Mulier p. 477. not. 60.
Mustela p. 633. not. 48.

N.

Nervus instrumentum p. 165. not. 9.
Notus c. genitiv. p. 104. not. 33.
Nuncupatio p. 557. not. 44.

O.

Olisatrum p. 557. not. 44.
Opieteres p. 311. not. 36.

P.

Palamedes p. 15. not. 41.
Peccator p. 343. not. 35.
Pellicanus p. 343. not. 47.
Perfecta forma verbi p. 26. not. 2.
Phoenices unde dicti p. 15. not. 34.
Pisinnus p. 343. not. 47.
Poetae incerti versus p. 280. not. 6.
Polles p. 618. not. 11.
Productus p. 343. not. 47.
Pulpa p. 619. not. 42.
Pyrrhichius p. 29. not. 51.

Q.

Quercus, i p. 551. not. 59.
Quia pro *quod*, daß p. 229. not. 62.

R.

Rodus p. 587. not. 54.
Rutilius Rufus de vita Scipionis p. 629. not. 64.

S.

Salvius grammaticus p. 18. not. 30.
Saxones unde dicti p. 293. not. 29.
Scrinia p. 627. not. 36.
Sedere c. acc. obiecti p. 206. not. 39.
Sicambri p. 292. not. 29.
Sicilicus p. 45. not. 43.
Simila p. 618. not. 11.
Smilaria p. 148. not. 3.
Sparta p. 628. not. 21.
Spathomele p. 148. not. 3.
Sporta p. 627. not. 50.
Sportula p. 627. not. 50.
Stiga p. 549. not. 58.
Suasor p. 345. not. 74.
Succus, us p. 547. not. 53.
Synzugia pro *Syzygia* p. 29. not. 48. p. 31. not. 52.
Συρίγγιον p. 145. not. 78.

T.

Tanto pro *tam* p. 140. not. 18.
Telinum p. 149. not. 45.
Terrundius p. 389. not. 73.
Titi appellat. nom. p. 408. not. 37.
Titianus rhetor p. 68. not. 16.
Titimallus p. 552. not. 35.
Tractatus p. 194. not. 15.
Τρέσις p. 459. not. 41.
Truculentus p. 347. not. 55.

U.

Ut c. Indicat. p. 398. not. 24.
Uti c. accus. p. 14. not. 21.

V.

Vesper, a, e, us p. 170. not. 26.
Videri passive p. 126. not. 17.
Vitricus p. 310. not. 31.
Volsci unde dicti p. 143. not. 64.

APPENDIX VERBORUM II. INDICE OMISSORUM.

Alica XVII, 3, 9.
Antitheton I, 35, 21.
Astrorum, siderum, stellarum differ. III, 59.
Caelum XIX, 7, 4. XX, 4, 7.
Cama XX, 11, 2.
Cappadoces IX, 2, 30.
Caprificus XVII, 7, 18.
Caries XVII, 6, 8.
Celer X, 51.
Clavi XIX, 19, 7.
Comptus X, 56.
Congiarium XVI, 26, 7. 8.
Curulis sella XX, 11, 11.
Dactylites XVII, 9, 52.
Gothia XIV, 3, 31.
Hoedi XII, 1, 13.
Luna XIX, 27, 1.
Lyrici VIII, 7, 4.
Mancipatio V, 25, 31.
Matris soror quomodo appelletur IX, 6, 18.

SPECIMEN ELOCUTIONIS ISIDORIANAE.

Subiectum et Praedicatum.

Vel cum plurali verbi V, 7, 1.

Nominativus c. Infinitivo.

Noscuntur II, 5, 9. VI, 6, 4. 16. IX, 2. *cernitur* III, 71, 11. VI, 17, 23. *compertus est* V, 26, 16. *dignoscitur* VI, 17, 30. *cognoscitur* VII, 2, 44. *invenitur* VII, 2, 1. *certus* VI, 2, 45. *dubitatur* VII, 2, 15. *manifestatur* VII, 9, 13. *comprobantur* VIII, 8, 7. *permissus* VIII, 11, 17. *indulgendus* VI, 19, 75.

Nominativus absolutus.

VII, 2, 40. XVI, 13, 4.

Genitivus.

Genitiv. ab *adiectivis* pendens *proprius* II, 9, 3. *contrarius* I, 4, 11. 6, 29. III, 20, 3. IV, 7, 18. IX, 8, 11. XIV, 8, 31. XIX, 1, 14. *vicinus* XI, 1. *notus* III, 4, 3. *eruditus* VI, 2, 37. *scius* VIII, 11, 15.

Genitivus a *Comparativo* pendens XVII, 7, 52. 71.

Genitiv. c. *Verbis: castigare* X, 236.

Dativus.

Dativus pendens *a Verbis: proficere* II, 10, 3. V, 3, 4. *impedire* I, 42.

Accusativus.

Accusativus pendens *a Verbis: uti* I, 3, 4. 4, 2. 38, 15. II, 16, 1. III, 21. V, 25, 3. 4. VII, 11, 2. VIII, 5, 19. XI, 1, 21. *carere* VI, 19, 37. XIX, 1, 25. *incidere* X, 28. *fluere* VII, 6, 78. *differre* III, 5, 4. *blandiri* III, 20, 14. *resonare* I, 4, 13. *sedere* VI, 18, 13. — *Plus* c. *Accusativo* III, 71, 17. XI, 1, 118.

Accusativ. in formula *vocare nomen* VII, 6, 46. Cfr. Liv. XXXV, 47, 5. Hygin. fab. 99. Manil. Astron. 937. 968. Sic *nomen addere* Plin. H N. XXII, 6, 6. Plaut. Rud. prol. 33. Cornel. Nep. Dion. 1, 1. Virg. Aen. III, 694. Liv. I, 1. extr. Tacit. Ann. I, 23, 3. IV, 65, 1.

Ablativus.

Ablativ. c. verbo *dividere* I, 4, 4. init. II, 4, 4. c. 24. c. 25, 5. 31, 1. III, 5, 1. 2. V, 27, 28.

Comparatio.

Superlativus sequente *quam* VII, 6, 36. XIII, 7, 1. Cfr. Liv. XXXIV, 32, 3. — cum adv. *nimis* II, 27, 1.

Indicativus.

Indicativus in *orat. pendente* I, 34, 15. II, 24, 2. III, 47, 1. VI, 2, 3. XIX, 13. — *dummodo* c. *ind.* II, 31, 5. — *ut* c. *indicat.* I, 26, 29. cfr. not. 24. p. 398.

Infinitivus.

Infinitivus in orat. obliqua pendens a particulis: *nisi* II, 16, 2. *quia* VIII, 11, 64., quod ad Graecum exemplum factum est, cfr. Columell. I, 4. ubi *quoniam* cum infinitivo reperitur, quamvis id nunquam reperiri dicat Krueger. über die oratio obliqua p. 51.

Verba.

Verba Deponentia passive posita: *interpretari* II, 24, 3. IV, 10, 7. VI, 2, 49. 3, 1. 16, 11. 19, 17. *contemplatus* II, 24, 2.

Particulae.

Quousque pro *quoad* c. Coniunctiv. II, 9, 18. *quando* pro *quoniam* II, 10, 2.

Pleonasmus particularum: *ideo eo quod* III, 44, 3. *inde eo quod* III, 71, 26. V, 24, 10. *proinde eo quod* VI, 2, 11. *inde* pro *eo quod* I, 5. c. 16. c. 38. IX, 3, 25. *alibi* pro *alio* III, 71, 4. *tanto* pro *tam* IV, 6, 19. VI, 19, 21. XII, 2, 38. XIV, 8, 10. *quantum* pro *quo* X, 9. *tantundem* pro *tantum* V, 3, 3.

VIRO

ILLUSTRI AC MERITISSIMO

IOA. CHRIST. THEOPH. MÜLLERO

IURIS DOCTORI, SUPREMO REGIS SAXONIAE IN REBUS AD SACRA ET LITTERARUM CULTUM SPECTANTIBUS ADMINISTRO CETT.

S. P. D.

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

Ut hanc Tibi novam libri Isidoriani Editionem inscribi iuberem, quae tertium Grammaticorum Latinorum volumen conficit, tres me impulerunt caussae, quarum una fuit, quod cum Isidori Etymologiae ad iuris Romani fontes etiam pertineant, ad Te iureconsultum patriae nostrae inclutum spectare putabam emendationem huius libri; altera fuit caussa, quod patronum mihi Te meae Grammaticorum Editionis gravem ac potentem, si fieri posset, conciliare volebam; tertia, quod cupiebam homines intelligere, e terra Saxonica nondum exsulare Maecenates, qui antiquarum litterarum studia favore suo ac patrocinio complecterentur. Ad primam illam caussam quod attinet, nemo est civis patriae nostrae, qui, quod Tu potissimum ad gubernacula rerum sacrarum ac litterarum in patria sis admotus, Tuae eruditioni Tuaeque humanitati non tribuat. Altera caussa ita est comparata, ut nisi Tu opem feras, vix possit omne hoc meum negotium ad finem feliciter perduci. Quare Tuum nobis implorare patrocinium in tanto negotio, tam fortiter a me suscepto, sed ad quod exsequendum fortiori etiam animo opus est, tantum non unice salutare esse videbitur, si reputaveris mecum, quanta sit summa expensorum a me factorum faciendorumque, quae hoc loco recensere longum est, de quibusque iam alio modo Tibi exposui. Tertium autem illud neces-

sarium esse existimavi propterea, quod ubique terrarum percrebuisse iam videtur opinio, tanquam in Saxonia litterae Graecae et Latinae non amplius magni fiant ac patria nostra laudem illam veterem atque antiquam de veteris litteraturae nutrimento plane perdiderit. Cui opinioni ut minime calculum adiiciendum existimo, mihi enim ipse derogarem; ita omni ope enitendum censeo, ne latius illa serpat ac patriae nostrae rectores apud exteros diffamare pergat. Etenim ex quo Tu ad summum rerum sacrarum ac litterarum in regno nostro gubernaculum evectus es, licet breve sit illud temporis spacium, adiutore viro illarum rerum peritissimo ac summe merito, nihil abs Te est omissum, quod ad meliorem ducere posset statum ludos nostros litterarios, qui omnes Tua ope maxime indigere videntur. Ac licet plurima iam nonnisi praeparata sint; plura fient, cum plura poteris. Quae omnia grato animo accipiemus. Qua de re hanc etiam meam qualemcunque gratiarum actionem publice prolatam benivolo animo accipe; atque ut hoc quoque Grammaticorum edendorum negotium patrocinio Tuo digneris, ea, qua par est, observantia ac veneratione ex Te peto. Scripsi in Gymnasio Zittaviensi Nonis Octobr. cIↃIↃcccxxxii.


(Zu Pag. 16)

Notae scripturarum

1 *Asteriscus*
2 *Obelus*
3 *Obelus superne adpunctus*
4 *Limniscus*
5 *Antigraphus cum puncto*
6 *Asteriscus cum obelo*
7 *Paragraphus*
8 *Positura*
9 *Cryphia*
10 *Antisigma*
11 *Antisigma cum puncto*
12 *Diple*
13 *Diple περὶ στίχον*
14 *Diple περιεστιγμένη*
15 *Diple ὀβελισμένη*
16 *Diple aversa*
17 *Diple aversa cum obelo*
18 *Diple superne obelata*
19 *Diple recta et aversa superne obelata*
20 *Ceraunium*
21 *Chresimon*
22 *Phi et Rho*
23 *Anchora superior*
24 *Anchora inferior*
25 *Coronis*
26 *Alogus*
27 *Figura accentus Hyphen*

(Zu Lib. III Cap. de Geometria)


Ex codice Toletano apud Arevalum



F. L.

(Ad Lib. III. Cap. de Musica)

Ex codice Toletano apud Arevalum



F L

CORPUS
GRAMMATICORUM LATINORUM VETERUM

COLLEGIT AUXIT RECENSUIT
AC POTIOREM LECTIONIS VARIETATEM
ADIECIT

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

TOMUS IV.

FLAVIUM SOSIPATRUM CHARISIUM ET DIOMEDEM CONTINENS.

FASCICULUS I. CHARISIUS.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

CIƆIƆCCCXXXX.

PRAEFATIONES.

IO. PIERIUS CYMINIUS COSENTINUS AMPLISSIMO PRAESULI CORIOLANO MARTYRANO S. MARCI EPISCOPO UTRIUSQUE LINGUAE PERITISSIMO S. D.

Annus iam agitur, ni fallor, quartus et decimus, amplissime simul et eruditissime Praesul, ex quo A. Ianus Parrhasius, praeceptor olim meus, Flavii Sosipatri Charisii Romanae linguae accuratissimi observatoris describendi copiam mihi fecit. Parrhasius inquam noster, qui doctissimi atque optimi cuiusque iudicio fulgentissimus quidam candidarum literarum sol existimatur, nec ullus adeo invidiae facibus infestatur, adeo expers totius humanitatis est, quin asseveret, neminem usquam gentium eo tempore extitisse, qui absolutam Rhetoris personam actione eloquentissima, et multiplici rerum cognitione felicius nostro Iano sustinuerit, propriumque Latinae linguae candorem illum Romanum naturali quadam rerum verborumque copia retulerit. Audivi hoc a teneris annis, ubicunque fui, et nunc in dies magis magisque audio doctissimos quosque haec eadem uno ore ingenue fateri et praedicare. Quare summopere dolendum est, quod, nescio cuius iniquitate (pro dolor, vix suppetunt Cyminio tuo verba) eius opera fuerunt intercepta, maximo literarum incommodo. Imprimis autem deflenda est illius divini operis iactura, De rebus scilicet per epistolam quaesitis, quod ipse saepenumero vidi, erat enim ad editionem iam pridem paratum, librisque constabat circiter quinque et viginti, ubi diversorum auctorum loca pene infinita, Platonisque, ut aiunt, numeris obscuriora, animata divinaque illa dicendi ubertate explicabantur, O doctorum omnium consensu, Musis et Apollini damnosam, o semper dolendam, semperque lugendam Parrhasii mortem. Sed de eruditissimis illius vigiliis, et utriusque linguae irreparabili iactura, quam nobis immaturus Iani interitus attulit, commodius scribendi in eius vita, quam adhuc nos cudimus, dabitur facultas. Redeat igitur illuc oratio, unde paulo ante defluxit. Charisium postea improbissimorum hominum perfidia amisi, quae res quantum mihi doloris attulerit, testis est Io. Franciscus Decoratus Eques clarissimus, atque idem vir integerrimus, et quem nulla remotior disciplina latet, eiusque filius Io. Rutilius qui omni virtutum genere nomini gentilitio ita respondet, ut nihil eo decoratius possit inveniri. Nescio quod me illius temperet astrum, Utriusque enim amor tantum mihi crescit in horas, quantum vere novo viridis se subiicit alnus, hos, inquam, praeteriti mei doloris testes habeo, quo certe nunquam fuissem levatus, nisi Pyrrhus Antonius Parrhasius iuvenis eruditus, elegans, atque sanctissimis moribus ornatus, et Nicolaus Marius Parrhasius iuvenis ingenio, et memoria singulari, ad quae accedit etiam iuris civilis studium admirabile, mox defuncto Iano Patruo, eundem Charisii codicem mihi transcribendum exhibuissent, quo tempore ingenuos studiososque Cosentinos adulescentes annuis, ut scis, centum instituebam, qui omnes ad unum assiduis vocibus a me flagitabant, ut quae Sosipater lucubraverat in communem studiosorum hominum utilitatem, ego omnium primus in apertum proferrem, quorum precibus equidem diu multumque fui reluctatus.

victus tandem, recepi me daturum operam, ne Charisius paucorum ambitioni serviret. In praesentia autem illi crebris me literis obtundunt, ne a pollicitis recedam. Proinde ne vanus omnino videar, statui meis auditoribus (quibus nihil iure negare possum) morem gerere, tuoque nomine hoc opus publicare. Ad hoc etiam subdidit licet currenti calcaria, eruditissimus vir Antonius Thylesius noster, qui ante cineres aeternitatis nomen est assecutus, Necnon Bernardinus Thylesinus, ita pangendo carmini ac orationi solutae promptus, ut Thylesii patrui alumnus merito videatur. Ad illud etiam me saepius excitant Hieronymus Rufus Neapolitanus iuvenis acri ingenio et bonarum artium studiosissimus, atque tibi deditissimus, et Philocalus Troianus meus, publicus Latinitatis professor et diligentissimus, qui Neapoli Papinii sylvas frequenti auditorio, et magna cum laude sic exponit, ut iure quidem Parrhasii nostri auditor existimari possit, asserendo hunc librum sub umbra tui nominis oportere ab inferis in vitam revocari, patrocinio enim tuo, veluti Aiacis clypeo munitus, tum criticorum vulnera effugiet, tum plurimum auctoritatis sibi accessisse cognoscet. Es enim et latinis et graecis literis ornatissimus, nostrique quae tua est humanitas, amantissimus, necnon ingens non Martyranae familiae solum, verum patriae quoque ornamentum. Sed nihil mirum, oportet enim eos qui claris nati sunt parentibus, non degenerare, quod et Euripides sentit, quum dicit, *Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.* Nam ut caeteros omittam, pater tuus optimus, sapientissimusque vir Io. Baptista Martyranus, sola virtutis atque generis commendatione tertio abhinc anno, absens Praetor Neapolitanus sine ulla ambitione fuit declaratus, quum esset in Brutiis, quo quidem in magistratu adeo iuste, adeo fortiter, adeo temperanter et prudenter se gessit, ut eorum quibus successit, desiderium facile ferrent omnes, est enim humanarum divinarumque rerum peritissimus, atque idcirco aequi iustique servantissimus. Sed dissimulandum mihi non est, quibus honoribus et decretis amplissimis Bernardinus germanus ille tuus fuerit ornatus, qui propter eximias eius virtutes a Caesaris secretis est primarius, locumque tenet inter imperatorios Senatores eminentissimum. Unde virtute duce (nam fortuna non dicam, ne invidus aut malignus videar) id est assecutus, ut illum aequales ament omnes, inferiores tanquam augustum quoddam numen observent, et venerentur, Principes (quae deorum est benignitas) certatim ornent. Prudens omitto Io. Antonium sollertissimum Brutiae regionis quaestorem, Hieronymumque ingenio elegantissimo virum, et multarum rerum cognitione praeclarum, fratres tuos optimos, domi forisque praestantissimos, de quorum ornamentis, atque universa familia vestra copiosius dicemus in opusculo nostro, cui titulum fecimus *Κωσεντίας Ἐγκώμιον*, quod propediem una cum Flavio Aspro grammatico insigni, Ianique Parrhasii Rhetoricis quaestionibus sub tuis auspiciis exibit in publicum. Sed revocandus est orationis flexus ad Charisium, Is est multis ut vides in locis mutilatus, quod accidere necesse fuit vetustatis et temporis iniuria, verum hoc me minime ab editione deterruit, quum viderem me id non sine clarissimo exemplo fecisse. Nam et Attilium Fortunatianum, Donatianumque, *εἰ γνήσιόν ἐστι*, et Caesii Bassi opera cum Probi institutis (sic enim liber inscribitur) Parrhasius quum Mediolani bonas literas profiteretur, tinearum iniuria pene corrosa, velut e postliminio mortis in lucem reduxit. Quae igitur hoc signo ✻ notata videbis, non integra describi potuisse ex antiquissimo Iani codice certissime scias, multa enim erant iam obliterata, adeo ut ne vestigia quidem elementorum extarent. Quod vero Charisii auctoritas sit extra aleam communemque grammaticorum sortem habita, Priscianus est locupletissimus testis, qui, ut alii innumeri, Sosipatri testimonia, ut Apollinis oracula saepe citat. His adde quod Parrhasius in grammaticis rationibus, unius Charisianae auctoritatis maiestate tantum, vel maxime obtrectatorum impudentiam repressit. hoc satis ostendit in Claudianum Ianus, ac ipsius Apologia Furius. Sed vel eo puto Charisium tibi fore cariorem gratioremque, quod I. Lucretius Oesiander tuus, in omni disciplinarum atque linguarum genere diligentissime versatus, qui in hac urbe tanta cum admiratione publice Homeri Iliada interpretatur, ut inter Neapolitanae Academiae summos antistites ab

omnibus facile censeatur, pro sua singulari in me benevolentia una mecum ex fide vetustissimi exemplaris corrigendum suscepit, cuius causa (ut in praesentia praetermittam tot et tantos eruditissimos sane viros, quos in hac inclyta civitate mihi amicissimos paravi) nihil me poenitet huc venisse. Bene vale Musarum patrocinium, et Cyminium tuum ama. Neapoli Kalend. Ianuariis. Anno M. D. XXXII.

Ἄδηλον.

Ὀρφεῦ, οὐ μόνος ἐκ νεκρῶν παλίνορσον ἀφεῖλας
Τὰν ἀλόχου ψυχὰν πρὸς φάος ἠϋκόμου·
Ἀλλ' ἐμὲ δῆθ' ἀχέροντος ὑφ' ὑγροῖς κείμενον ἄντροις
Κυμίνιος ζώντων ἤγαγεν εἰς δάπεδον.

Ἀδέσποτον.

Οὐ μόνον ἡρακλῆς τε καὶ Ὀρφεὺς ζῶντες ἐς ᾅδου
Δῶ κατέβησαν, ἐπὶ κέρβερον ἠδ' ἄλοχον.
Καὶ γὰρ ὁ Κυμίνιος καταβὰς ἐπανήγαγε θεῖα
Σωσιπάτρου τεύχη, Αὐσονίης τ' ὄνειαρ.

Scipio Donatus Cosentinus.

Quod nitidus volitem, tenebris post terga relictis
Lotus ut undanti Lucifer Oceano,
Hoc ipsum effecit sollerti corde Cyminus,
Inferno qui me traxit ab usque Chao.

Io. Pierius Cyminius Suis Cosentinis Adulescentibus S.

Videte Adulescentes ingeniosissimi, quantum valuerit apud me hortatus vester. Nam etsi ego non eram vel in maximis occupationibus promissi oblitus, tamen ubi primum tot epistolas a vobis accepi, relictis rebus omnibus, Charisium grammaticorum omnium facile principem, quo in suo genere nihil literatius, nihil elegantius, nihil demum melius apparet, iam multis abhinc seculis in altissimo pulvere defossum vobis edidi. In eo autem quod mecum expostulatis parum clementer, ignoscendum mihi puto, quod ad constitutam diem, ut desideratis, non redierim, scitis enim literas in causa fuisse mihi redditas ab Innocentio Chiacio, iuvene corporis et animi dotibus ornatissimo, et nostri nominis (palam res est) defensore acerrimo. Quod vero rursus nunc rogando orandoque scribitis nihil aeque vos cupere, quam me istuc advolare, agnosco et laudo voluntatem vestram, hoc nanque est desiderium pro praeceptore pium, quippe qui vestrum nonnullos summo studio magnoque labore, rumpantur ilia Codris istis, ad optimam frugem brevi perduxit. Bene valete, et a me Messalae meo Bonio poetae suavissimo salutem quamplurimam. Neapoli Kalend. Ianuar. Anno M. D. XXXII.

Leonardi Schipani ad Cosentiam Carmen.

Aemula Romulidum niveo Cosentia curru
Excelsum, ut par est, effer ad astra caput.
Aeternum poteras proprio praecellere partu,
Quo Cybelen superas Argolicasque nurus.
Aut magis ascito censeris cive Cymino,
Qui sacer Aonias haurit et efflat aquas.

Hic nuper linguae flexit tua pectora nymbo,
   Centeno meritus posse placere choro.
Nunc vero Euboicas absens perductus ad oras
   Dum studet ingenio te resonare suo.
Exactae tantum subnixus remige mentis
   Adnavit Stygii regna superba Iovis.
Hinc tibi Sosipater remeat sibi redditus, acri
   Hortatu civis pollicitusque tui.
Vos Cosentini, quos fandi cana potestas
   Allicit, hunc tota mente tenere iuvet.
Perpetuasque aras vestro sacrate Cymino,
   Quo duce Castaliis Crathis inundat aquis.

Ex libro secundo Epigrammaton Ioannis Philocali Troiani de Pierio Cyminio.

Pierium humanis si quisquam laudibus ornet,
   Pierio multum detrahet ille meo.
Nanque Coronidae revocat, vel Apollinis artes,
   Magnaque cum saeva praelia morte gerit.
Ecce quibus tenebris, et quanta nocte sepultum
   Grammatici veteris vivere iussit opus.
Quod superi meruere, hominum dum corpora curant,
   Pierius meruit teste Helicone decus.
Plus quoque, nam plus est, fateor, dare lumina vitae
   Ingeniis hominum, quam dare corporibus.

ORNATO ET NOBILI VIRO, HENRICO VICELEBIO

THEODORICI EQUITIS ET DOCTORIS FILIO, GEORGIUS FABRICIUS CHEMNICENSIS S. D.

Molestum sane negotium est atque difficile, veterum scripta iniuria temporum aut hominum imperitia deformata, in aliquam dignitatem restituere, praesertim ei qui quum aliis adiumentis destitutus est, tum praecipue libris antiquioribus. His autem uti hoc tempore, et in hoc autore non potuimus, a caeteris non plane fuimus inopes et imparati. Nam quum grammaticorum olim mos fuerit, et nunc iisdem usitatus admodum sit, sicuti et reliquarum artium scriptoribus, ut sua de aliis transcribant et mutuentur, cumque crebris et poëtarum et oratorum uti exemplis necesse habeant, quod in uno amissum aut corruptum est, id ex alterius plerunque commentariis, vel ex ipsis, quorum testimoniis et inventis utuntur, autoribus, impleri potest atque corrigi. Omnino autem tria mendorum genera inveniuntur. Unum est difficillimum, et quasi inenodabile: in quo vel desunt aliqua, vel ita sunt contaminata et mutilata, ut genio quodam egeant in perpurgando aut restituendo. Alterum est obscurum illud quidem, sed quod explicari tamen potest: ex quo genere si qui nimio plus tribuunt indulgentque ingenio suo, non raro ineptae et ridiculae, saepe pugnantes cum aliis opiniones oriuntur. Quales apud Ciceronem videntur peperisse κωμικὸς μάρτυς, et illa furta muliebrium religionum. Veruntamen hoc genus eiusmodi est, in quo et hominis periti iudicium, et studiosi investigatoris industria valet, et nonnunquam divinationes ac coniecturae ex ingenio factae, ab eruditis viris libenter accipiuntur, aliquando cum rei veritate ipsae quoque consentiunt. Tertium adeo manifestum errorem habet, ut non magno acumine opus sit in deprehendendo, et in emendando mediocri diligentia. Verum ut hoc vel librarii non oscitantis studio observari tollique potest, ita medium plane requirit prudentiam, et in literis exercitationem: primum vero in fortuna positum est, inventis manuscriptis et emendatis exemplaribus. Quo sane in genere propter librorum, ut dixi, inopiam, parum efficere potui, in altero, ut confido, multum attuli lucis Charisio, perantiquo et nobili grammatico, scilicet Varronis, Festi, Marcelli, Palaemonis, Probi, Scauri, Porphyrionis, Diomedis, Phocae, Donati, Victorini, Servii, Gellii, Macrobii, Prisciani, usus et adiutus commentariis grammaticis. Postremum genus mihi in labore taedium attulit, quum in male collocatis distinguendo, tum in aperte depravatis corrigendo. Igitur et ex iis quos enumeravi grammaticis, et ex ipso Charisio, diligenti praeceptorum inter se collatione, prope infinitos locos feci integros, qui antea quasi cicatrices hiantes maleve obductae totum corpus ita deformabant, ut aspectum vix ferret, aut certe non ferret diutius. Equidem hoc mihi accidere sentio, qui Charisium prius in manus sumptum mendorum foeditate statim deponebam, cum nunc et legere nulla cum molestia, et in re grammatica consulere cum iucunditate possum, praeterquam in paucis, quae genium desiderant, et fortunam meliorem expectant. De nostro studio satis, reliquum est, ut de autore aliquid dicamus, et qualis ipse fuerit, et unde sua mutuatus sit, et cuius beneficio lucem rursus aspexerit.

Flavium Sosipatrem Charisium natione fuisse Campanum, religione Christianum, professione grammaticum, et Urbis magistrum, ex ipsius libris colligimus. Imitatum esse in scribendo cum Plinium Secundum, qui novissimis annis sub Nerone libros de re grammatica copiosos edidit: tum praeter caeteros Iulium Modestum et Comminianum, ipse satis indicat, et docent nomenclaturae autorum ad extremum huius epistolae adiectae, quorum non modo exemplis et autoritate, sed etiam testimoniis ac fide, sua de arte praecepta confirmaverit atque comprobarit. In multis sane locis eadem et apud Charisium et apud Diomedem leguntur, neque solum similitudine exemplorum conveniunt, ut in tractatione figurarum maxime: verum etiam in pluribus aliis de tota arte praeceptionibus similia tradiderunt. Etsi autem tempus aetatis, quo Charisius floruerit, nondum potuerit satis cognosci, coniectura

tamen haec mea est, ipsum esse Diomede priorem et antiquiorem, propterea quod Charisius Diomedis nullo in loco meminerit: ex quo si tam multa pene de verbo transcripsisset. non tacuisset illius nomen per tot libros, praesertim cum is candor in Charisio appareat, ut ne finitionem quidem, aut interpretationem voculae sumpserit de alio, quam non ad suum autorem ingenue atque aperte retulerit: quod equidem in Diomede observare non potuimus, qui ex eodem Comminiano, quem noster adducit, videtur non pauca transtulisse, Comminiani aeque, atque Charisii mentione penitus omissa. Quamobrem ut Macrobium furtorum Gellianorum certis clarisque indiciis esse convictum scimus: ita Diomedem suspicione culpae liberare non possumus, accusare tamen non audemus, quod fortasse alii facient. qui plus autoritatis et virium ad victoriam fuerint consequuti. Testimoniis Charisii ex veteribus nituntur Priscianus et Ruffinus (nisi fallit titulus libelli, qui de comicis metris scriptus circumfertur). Ex recentioribus ante editionem, usi eiusdem doctrina et praeceptis sunt. ambitiose propemodum. Ianus Parrhasius et Pierius Valerianus, literati et diligentes viri. Nemo certe ex vetustis est, Prisciano Caesariensi excepto. qui de arte scripsit, et ad nostram aetatem pervenit. grammaticus, qui plures atque antiquiores adducat ipso Charisio autores, idque illi facile factu extitit, in urbe Roma, in qua nobiles bibliothecae doctis omnibus patebant, et furore Gothico nondum erant laceratae et eversae. quales fuerunt in Palatino. Augusti: in Capitolino, Maiorum appellata: in Viminali, Ulpia: ad Vallem Quirinalis, Traiana. nam Octaviam incendium urbis consumpserat, altero post Vesuvii in Campania conflagrationem anno. Atqui progressu temporum et Barbaris omnia vastantibus, hoc quoque Charisii opus (ut alia multa) perierat, quod patrum memoria a Iano Parrhasio inventum. et iniquitate fortunae ac hominum invidia pene rursum oppressum, in lucem edidit ante sextum et decimum annum Ioannes Pierius Cyminius. de studiosis eo nomine non male meritus: qui cumulare potuisset illud beneficium, si in edendo maiorem adhibuisset curam et diligentiam. neque maluisset manuscripti codicis vitia etiam atque errata imitari. Liber autem, quia Langobardicis characteribus exaratus fuit. ut qui eum inspexere testantur, a non exercitato librario difficilius legi potuit. unde similitudine notarum deceptus, plurima menda invexit: quae non pauca nos deprehendimus et sustulimus. Debemus tamen Pierii studio ac benevolentiae, eiusque erga rempublicam litterariam amorem, et virtutem civis conservati merito praedicamus. Quod si querna olim aut iligne a corona militi cum plausu data fuit, qui civem pugnando servavit reipublicae ad tempus: quanto dignius hedera vel lauro coronatur ille, qui civem extinctum et quasi ab Orco revocatum, in Musarum chorum et rempublicam literariam restituit perpetuo? et eum civem, qui honestissimos ordines ducens viam indicat, et resistendi Barbaris cohortibus, et manum conserendi cum fiducia atque scienter. Talem quasi ducem, sed a vulneribus multis, et (ut Virgiliano verbo utar) immanibus sanatum, ad te Vicelebi mittimus, boni auspicii causa, propter novam scholam, quam tu nunc Rustelebii, prope Steinum arcem tuam paras instituere, in qua adolescentes quadraginta aut, si licuerit, plures, cum suis magistris alendos, et pietate Christiana, optimisque artibus, cum Graecae et Latinae linguae cognitione instruendos curaturus es, quod factum, quia maius ocium requirit. commemorare tantum in hac chartae angustia volui, quoniam quidem iis, quibus oportebat, laudibus extollere et ornare hoc tempore non possum. Tale certe est, quod tuum ordinem atque istum splendorem in primis decet, quodque omnes boni ac sapientes viri perpetuo celebrabunt: quorum imitatorem pro singulari tua virtute, atque eximio in rempublicam studio me quoque, dum vivam, habiturus es. Misenae, ex schola nova Principis. Cal. Martiis. Anno salutis M. D. XLVIII.

(Quae in Editione Fabricii iam sequuntur nomenclaturae auctorum, qui a Charisio citantur, propterea omisimus, quod eas in indicibus ad hoc volumen quartum Corporis Grammaticorum Latinorum sub calcem exhibituri sumus. L.)

FRIDERICI LINDEMANNI

EPISTOLA

AD MAURICIUM HAUPTIUM,

PROFESSOREM LIPSIENSEM.

MAURICIO HAUPTIO, VIRO CLARISSIMO,

S. P. D.

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

Noli aegre ferre, Vir Clarissime atque animo meo carissime, quod tibi, quae in limine huius editionis Charisii a me praefanda erant, transmisi tuoque nomine exornavi. Nam tu solus testis es iustissimus et locupletissimus, quantum laboris posuerim in emendando Charisio, cum et auxilia mea ipse aliquoties oculis perlustraveris iisque sis usus, et emendandis plagulis inter excudendum praeesse, rogatus a me non detrectaveris. Itaque optime tenes, Niebuhrio, viro immortalis memoriae, deberi, quicquid in emendando hoc Grammatico a me sit praestitum. Deinde scis, non esse dubitandum, quin post editionem principem nemo fuerit, qui Charisio opem tulerit ex libro scripto. Nam Fabricius Chemnicensis, cuius editionem Frobenius Basileae anno CIↃIↃLI. typis evulgavit quique haud pauca in oratione Charisii emendavit, multa tamen etiam interpolavit, nullum habuit codicis manuscripti auxilium, quod cum ipse diserte testatus est in praefatione sua, tum ipsa re evidenter manifestatur. Princeps autem editio, quae, ut scis, Pierii Cyminii opera lucem adspexit Neapoli anno CIↃIↃXXXII, hanc habet in fronte inscriptionem:

„Fl. Sosipatri Charisii, natione Campani, Grammatici vetustissimi, Institutionum Grammaticarum Libri Quinque, ab A Iano Parrhasio olim inventi, ac nunc primum a Io. Pierio Cyminio Iani auditore, in gratiam Adulescentium Cosentinorum editi. Io. Pierii Cyminii Epistola Nuncupatoria, ad Amplissimum Praesulem Coriolanum Martyranum, Sancti Marci Episcopum. Cautum est Caesaris et Clementis VII. Pont. Max. privilegiis, ne quisquam toto decennio hos Quinque Charisii libros, intra Regni Neapolitani, atque sacrosanctae Ecclesiae Romanae fines, imprimere aut impressos alibi vendere possit.

b

I. Lucretius Oesiander.

Καὶ σὺ μάλ' ἐξέφυγες τὸν Λήθης χάλκεον οὐδόν,
Σωσίπατρ', ἠελίου ἐς φάος ἐρχόμενος.
Θαρσήσας πρόμολ' οὖν, πάντων ἐπεὶ ἔξοχος ἐσσὶ
Γραμματικῶν, μέγα θαῦμ' ἐσσομένοισι λιπών."

Ad calcem libri legitur: „Neapoli ex officina Sulsbachii Hagenoensis Germani, Anno M. D. XXXII."

Huius editionis exemplum in bibliotheca Dresdensi regia asservatur, quod notas habet mss. Georgii Fabricii Chemnicensis, tales quidem, ex quibus appareat, hoc ipsum exemplum esse illud, ex quo Frobeniana editio typis sit exscripta. Nam exceptis paucis omnia, quae ad marginem illius exempli a Fabricii manu leguntur notata, in editionem illam transiisse inveniuntur. Haec ipsa autem Basileensis editio sic est inscripta:

"Fl. Sosipatri Charisii Artis Grammaticae Libri quinque."

Iam sequuntur Oesiandri versiculi Graeci, quos modo transscripsi. Tum signum Frobenianae officinae apparet, duae manus baculum tenentes, quem circumvolvuntur duo angues cristati, insidente columba. Adscriptum nomen *Froben*, subscriptum: *Basileae M. D. LI.*

Ad manum fuisse praeterea scis exemplaria duo libri Putschiani sic inscripti: *Grammaticae Latinae Auctores Antiqui*, quorum unum meum, quod huic editioni volui esse fundamentum, alterum Niebuhrii, cui adscriptae sunt variae lectiones, quas ille ex antiquo cod. Neapolitano, eodem quo usus est Pierius Cyminius in editione principe, qui fuit olim Iani Parrhasii, enotavit. Quas enotationes stilo cerussato in charta vetustate gilva satis quidem diligenter, vel potius diligentissime, nonnunquam tamen sic scriptas esse, ut dubites, quid in codice legatur, tibi non est obscurum, ut facile coniicias, quantae saepe operae fuerit, quantaeque cessationis, omnia ad liquidum perducere. Diuturno tamen usu factum est, ut exceptis paucis nihil dubium mihi sit relictum in recognoscendis Niebuhrii scripturis.

Helias Putschius, optime ille meritus de Grammaticis veteribus Latinis, in praefatione libri supra dicti se usum esse testatur in edendo Charisio codice Iani Douzae his verbis: "Flavii Sosipatri Charisii institutionum Grammaticarum Libri V. Ex codice nobiliss. Iani Dousae infinitis locis aucti, suppleti, emendati." Vereor tamen magnopere, ne hic quidem Codex fuerit nullus. Videtur mihi Douza descripsisse Charisii librum, ut editionem praepararet, atque in hoc apographo de suo emendasse, quicquid peccatum sibi videretur. Subnata tamen mihi nonnunquam est suspicio, Douzam Parrhasii codice illo usum esse; et habet quaedam Putschius, quae si non ex illo codice, ex alio tamen quodam fonte hauserit necesse est, ut pag. 123. (186. P.) lib. II, 14, 133. in voce **Nocte,** ubi P. exhibet lectionem prioribus Editt. ignoratam: *Rusci nomen*, quae in Cod. est *Rusci nonen* i. e. *Ruscinonem.* Multa tamen sunt alia exempla, quae mihi hanc rem valde dubiam reddunt, maxime cum integri versus, ab Editoribus prioribus omissi, quos suggerit Codex, in P. non sunt expleti, quod fieri necesse erat, si Douzae ille Codex ex Neapolitano esset emendatus.

Duplex mihi praesidium paravit Bondami diligentia. Asservatur in bibliotheca Academiae Lugdunensis Batavorum exemplum Putschianum, chartae scriptoriae plagulis adglutinatis, quibus Bondamus Fabricianae editionis varias lectiones adscribere coepit, rem tamen non ad finem perduxit. His immixtae sunt variae Bondami notae, emendandam Charisii orationem spectantes. Has cum

Lugduni Batavorum essem, mihi transscripsi. Idem Bondamus in *Variarum Lectionum* volumine loca multa Grammaticorum, inquo iis Charisii, emendavit aut pertractavit, quae diligenter respexi.

Ceterum multa inveniri in Charisii oratione, quae etiam in hac editione nondum sint persanata, licet haud pauca e codice sint emendata, te, vir clarissime, non fugit. Nam scriptor codicis ipse multa de suo turbasse videtur; etiam codicis plagulae nondum ubique recte ordinatae esse videntur. Panni aliquot extrinsecus assuti leguntur, veluti pag 112. (pag. 172. P.) De toto codicis habitu literas apponam Niebuhrii ad me datas, quas ut *κειμήλιον* servo sacratissimum. Atque eae sic habent.

Bonn den 24. Aug. 1827. Im Inhaltsverzeichniss des Charisius ist es ein Fehler, dass die ersten Capitel des V. Buches bis *de metris* incl. zu diesem Buche gezählt werden, welches im Texte selbst erst mit dem Abschnitte *de idiomatibus* anfängt. Der Schluss des vierten ist im Codex erst nach dem metrischen Capitel bezeichnet. Es sind vorhanden der erste bis dritte Quaternio, worauf die drei ersten Bücher und das vierte soweit es in den Ausgaben steht. Der Titel *de lectione* steht, als custos, unten auf der letzten Seite des dritten Quaternio. Vom vierten Quaternio sind zwei Doppelblätter erhalten, entweder das zweite und dritte, oder das dritte und vierte Paar eines Quaternio: nämlich das äusserste Paar (Blatt 1 und 8) fehlt gewiss: ob aber Blatt 2 und 7 fehlt, oder 4 und 5, wage ich nicht zu entscheiden Es fehlt also alles was Sie im Inhaltsverzeichniss des fünften Buches bei Putschius bis auf das Capitel *de versibus* finden, wovon der Schluss erhalten ist. Das folgende *de metris* würde vollständiger sein, wenn nicht die eine Hälfte des Blattes, i. e. eine Columne, abgerissen wäre. Das Capitel *de differentiis* sollte auf das *de idiomatibus* folgen, womit V. anfängt. Es ist die unter dem Namen Frontos herausgegebene Schrift, welche aber nach unserem Codex — *woraus allein sie genommen ist* — Plinius Secundus gehört. Diese ist wohl unvollständig. Sollten Sie irgendwo ein Doppelblatt finden, wo auf dem einen eine Abhandlung de lectione, i. e. de accentu, de pronunciatione, und so fort, stehen, auf dem anderen Blatte aber differentiae, wie die des sogen. Fronto, oder eines mit Idiomatibus, wie im V., oder zwei von jener Art; so haben Sie Stücke die zum Charisius gehören: wenn nur Schrift und Format übereinstimmen. Jene ist die sogen. angelsächsische, äusserst klein, flüchtig geschrieben, voll Abbreviaturen der ältesten Art, wie die im Gaius: es ist mir leid, auch nicht eine Zeile durchgezeichnet zu haben. Das Format ist Folio in zwei Columnen cett. Mit wahrer Hochachtung Ihr ergebenster NB.

Haec Niebuhrius. Habuit igitur Niebuhrius partem Charisii ex Codice transscriptam, quae capita de versibus et de metris, licet non integra, continebat. In qua ista scripta erant schedula, ea non ad me pervenit. Nam cum adhuc in vivis esset Niebuhrius, pollicitus mihi est, fore ut mihi collationem codicis Neapolitani concederet, si quando ad Charisium edendum devenissem. Cui promisso morte praeventus stare non potuit. Amicus tamen eius Classenius, Vir clarissimus, praeceptor filii, exemplum Putschianum, cuius margini Nieb. collationem codicis Neapolitani adscripserat, mihi ex bibliotheca illius transmisit. Deerat tamen schedula illa, in qua capita illa de versibus et metris, ut credibile est, a Niebuhrio perscripta erant, quae fortasse illo incendio, quo paullo ante Niebuhrii mortem domus eius conflagravit, periit. Quam iacturam ut resarcirem scripsi ad Ianellium, bibliothecarium regium Neapolitanum, petiique humaniter, ut mihi parvam illam codicis Charisiani particulam descriptam transmitteret, mercedem honorariam quamlibet pollicitus. Is neque fecit hoc, quamvis parvulae opellae esset, neque rescripsit, sed negotium respondendi mihi mandavit Otteni Iahnio, qui tum maxime Neapoli in Germaniam erat rediturus, qui me per amicum Casselianum, Schubartum, comitem quondam suum in itinere Siciliensi, certiorem fecit, Ianellium non posse propter aetatis im-

becillitatem hanc operam suscipere, et Neapoli nunc neminem versari, qui tale quid cum fructu susciperet. Hac igitur spe destitutus Charisium iam sine illis supplementis prodire iubeo, sperans, fore, ut proximo quoque tempore, fortasse antequam hoc quartum volumen absolvatur, hunc defectum resarcire possim.

In Codice hoc Charisii unico, qui exstat, cum Niebuhrio notante aliquoties scriptum esset *ūn* pro *ut*, quod initio putabam esse *unde*, cognovi postea, esse *ūu*, quae est sigla voculae *velut* seu *veluti;* quod h. l. notare debebam.

Multa excitat Charisius, ut scis, Grammaticorum scripta, quorum aliquot ex uno hoc scriptore, non aliunde, sunt cognita. In quo genere cum multa adhuc sint obscura, proposui mihi, omnia, quae de vetustis Grammaticis eorumque scriptis apud veteres leguntur, in unum colligere et historiam Grammaticorum Latinorum veterum, eorumque fragmenta edere. Quem libellum scito me aut huic volumini, quando absolutum erit, aut quinto, quod *Nonium Marcellum* continebit, praemissurum esse.

Quae tu, Vir Clarissime, ad emendandum Charisium contuleras in Editione tua Halieuticorum Ovidii Gratiique et Nemesiani Cynegeticorum, inde a pag. 74., ubi libellum de generibus nominum publici iuris fecisti, ea cum in notis ad Charisium nescio qua osci antia praetermisissem, in Addendis commemoravi, ne quid deesset, quod lectoribus posset gratum esse et ad orationem Charisii expurgandam facere, ex quo genere maxime ea commemoranda erant, quae tu pag. 57. (pag. 78. P.) et Hermannus, Vir Illustris, pag. 59. (pag. 81. P.) notastis, quae praeclaras continent emendationes.

Haec tibi, Vir Clarissime, exponenda duxi. Operam meam in edendo Charisio non levem, boni consulas, vehementer te rogo. Vale, mi Haupti, et vive in parentum tuorum, qui te unicum vitae suae solatium amant et suspiciunt, salutem, inque literarum, quae te lumen suum sperant, laetissimum incrementum. Nam utrum tu literas ornes magis, an te literae, vehementer dubitamus. Scripsi Zittaviae anno CIↃIↃCCCXXXIX. Kalendis Septembribus.

FLAVII CHARISII SOSIPATRI

INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM

LIBRI QUINQUE.

FL. SOSIPATER CHARISIUS,

UR. MAGISTER, AD FILIUM[1].

AMORE Latini sermonis obligare te cupiens, fili karissime[2] artem grammaticam solertia doctissimorum virorum politam, et a me digestam in libris quinque, dono tibi misi. Qua penitus inspecta, cognosces quatenus Latinae facundiae licentia regatur, aut natura, aut analogia, aut ratione curiosae observationis, aut consuetudine, quae multorum consensione convaluit, aut certe autoritate[3], quae prudentissimorum opinione recepta est. Erit iam tuae diligentiae frequenti lectione studium meum ex variis artibus inrigare memoriae, tuisque sensibus mandare, ut quod originalis patriae natura denegavit, virtute animi adfectasse[4] videaris. Valeas, floreas, vigeasque, aevo[5] longissimo, fili, patri tuo karissime[6].

Continet liber I.

De grammatica.
De voce.
De litteris.
De syllabis.
De communi syllaba[7].
De dictione.
De casibus.
De generibus nominum.
De numeris et pronominibus.
De ordinibus, seu declinationibus nominum.
De observationibus nominum quibus genera et numeri[8] discernuntur.
De monoptotis.
De nominibus quae hypocorismata non recipiunt.
De nominativis ad regulam redactis[9].
De extremitatibus nominum et diversis quaestionibus.
De gradibus comparationis seu conlationis.
De analogia.
De ablativo casu.
De formis casualibus.

Liber II.

De definitione[10].
Do genere.
De specie.
Do oratione.
De partibus orationis[11].
De nomine.
De pronomine.
De verbo.
De ordinibus verborum.
De declinationibus verborum.
De coniugationibus.
De participio.
De adverbio.
De coniunctione.
De praepositione.
De interiectione[12].

Liber III.

De perfectis ordinum IIII.
De defectivis.
De inchoativis.
De impersonalibus.
De frequentativis.
De paragogis.
De confusis.
De qualitatibus Latini sermonis et temporibus.

Liber IV.

De barbarismo.
De soloecismo.
De vitiis caeteris, id est[13]:
De Acyrologia.
De Cacenphato[14].
De Pleonasmo.
De Ellipsi[15].
De Perissologia[16].
De Macrologia.
De Tautologia.
De Tapinosi.
De Cacosyntheto.

1) Vv. *ad Filium* primus e Cod. add. Fabr. 2) *Charissime.* Nihil hic varietatis enotatum. Correximus ut infra *kar.* 3) *Autoritate.* Ita Cod. cum Edd. praeter princ. 4) *Adfectasse* in Cod. *affectasse* Edd. pr. Fabr. P. Paullo ante pro *inrigare memoriae* coniicit Bondamus: *illigare memoriae.* 5) *Vigeasque aevoque* Cod. *vigeas aevoque* Ed. pr. Recte Fabr. et P. ut editum est. 6) *Charissime,* ut supra, Edd. Sed Cod. h. l. *karissime,* ut supra etiam scripsimus. 7) *De communi syllaba* Cod. Ed. pr. *De communibus syllabis* emendavit Fabr. Non opus. Probat tamen Bondamus, addens: talis enim titulus sectioni, in qua de istis agitur, etiam praepositus est. 8) *Et numeri* deest in Ed. pr. 9) *Reductis* Ed. princ. 10) *De diffinitione* Cod. 11) Pro vv. *De partibus orationis* Niebuhrius e Cod. enotavit: *De partibus opum IIII.* Legendum fortasse: *De partibus orationis VIII.* 12) His subiunguntur in Cod. *Explicit lib. II. incipit lib. III.* 13) *Id est* Cod. et Ed. pr. *Quae sunt* correxit Fabr., retinuit P. — In seqq. Cod. et Ed. pr. addunt praep. *de*, ut *de acyrologia* cet. quod restitui. Fabr. et P. praep. omiserant. 14) *De cacenphato.* Ita Cod. *De caecphato* Ed. pr. *Cacephatum* Edd. Fabr. P. — Tum *De Pleonasmo* Cod. et Ed. pr. *Pleonasmus* Fabr. P. 15) *De Enlypsi* Cod. *De Ellipsi* Ed. pr. *Ellipsis* Edd. Fabr. P. 16) *De Perisologia* Cod. Tum *de Cacosyntheto* e Cod. Ed. pr. *Cacosyntheton* Fabr. P.

De Amphibolia [1].
De tropis XII. id est [2]:
Metaphora.
Catachresis.
Metalepsis.
Metonymia.
Antonomasia [3].
Synecdoche.
Onomatopoeia.
Periphrasis.
Hyperbaton [4].
Hyperbole.
Allegoria cum speciebus suis septem.
Homoeosis cum speciebus suis tribus.
De metaplasmo cum speciebus suis quatuordecim [5].
De schemate lexeos cum speciebus suis XVIII. quae sunt:
Prolepsis.
Zeugma.
Hypozeuxis [6].
Syllepsis [7].
Asyndeton.
Anadiplosis.
Anaphora.
Epanalepsis.
Epizeuxis.
Paronomasia.
Schesis onomaton.
Paromoeon [8].
Homoeoteleuton.
Homoeoptoton.
Polyptoton.
Hirmos [9].
Polysyntheton.
Dialyton.
De schemate dianoeas, et speciebus suis, quae sunt istae [10]:
Per dialogismon.
Per mycterismon [11].
Per paralepsin [12].
Per aetiologiam [13].
Per prosopopoeiam.
Per apologismon, sive ultro dando.
Per hyperbolen.
Per confessionem.
Per commutationem, negando [14].
De transitu, sive transmutatione personarum.
Per apocrisin [15].
Per aporian.
Per epitropen.
Per antimetabolen.

L i b e r V.

De lectione, et partibus eius contrariis quatuor, id est:
De accentu et positu.
De scriptione.
De pronunciatione.
De modulatione.
De continuatione.
De separatione.
De mora.
De distinctione.
De subdistinctione [16]
De rhythmo.
De metri versificatione [17].
De basi.
De pedibus.
De versibus.
De metris.
De idiomatibus. Synonyma Ciceronis [18]. Indifferenter glossemata per litteras Latinas ordine composita. Glossemata idem significantia.
De differentiis.

1) *De Amphibolia* Cod. *De Amphibologia* Ed. pr. *Amphibologia* sine praep. Ed. Fabr. P. 2) *Qui sunt* corr. Fabr. secutus est P. *Id est* Cod. Ed. pr. 3) Verbo *Antonomasia* adiecit Fabr. in notis mss. *et eius species.* Haec vv. ignorantur a pr. Fabr. P. 4) Voci *Hyperbaton* adiecta leguntur: *cum speciebus suis quatuor* in pr. not. mss. Fabr. P. quae ignorantur a Cod. 5) *Tredecim* Ed. pr. quod iam in not. mss. corr. Fabr. 6) *Ypozeuxis* Cod. *Hypozeusis* Ed. pr. 7) *Sunlepsis* Cod. Tum *Epizeusis* pr. 8) *Parhomoeon* Cod. Ed. pr. *Paromoeon* Fabr. P. 9) *Hirmos* Ed. pr. *Irmos* Fabr. P. *hyrmos* Cod. 10) *Quae sunt istae* Cod. Ed. pr. Pronomen omiserunt Fabr. P. Mallem *quae fiunt per dial.* ***Bondam.*** 11) *Per mysterismon* Cod. 12) *Per paralipsin* Cod. *Per paralypsin* Ed. pr. 13) *Per ethomologiam* Cod. *Per etymologiam* Ed. pr., quod Fabr. corr. *per etyologiam* sed edidit per *aetiologiam.* 14) *Sive negando* not. mss. Ed. Fabr. P. *Sive* abest a Cod. et Ed. pr. 15) *Per apodosin* Cod. *Per anapocrisin* Ed. pr. corr. Fabr. in not. mss. 16) *De subdistinctione* interposita in Cod. Desunt in Edd. Fabr. P. 17) Pro v. *versificatione* in Cod. est *RRū.* Fortasse legendum est: *De metri et rhythmi ratione.* 18) Vv. *Ciceronis — De differentiis* et intermedia omnia iam legi nequeunt in Cod. ***Nieb.***

Ex his capitibus, Lector, cognoscis, quaenam in Charisii de re grammatica libris sint amissa: ut primi libri capita tria statim in initio, postremi omnia, excepto uno, de idiomatibus. Sed nec in nobis facultas fuit, hanc iacturam sarciendi, neque reparandi in iis, qui hunc autorem primi in lucem protulerunt. Exemplaria per Italiam bina tantum fuisse, ex aliorum scriptis colligo. Unum Neapoli, quod ab Hieronymo Seripando eius urbis patricio asservari Ioannes Cyminius Cosentinus testatus est; alterum Romae, quod Curius Lancilotus Ferrariensis se cum Pomponio Fortunato legisse asseverat. De Neapolitano, quin Charisii verus codex fuerit, nequaquam est dubitandum; id enim Prisciani autoritate comprobatur. De Romano incertum est, quoniam nihil penitus eorum, quae Curius ponit, in hoc nunc invenitur, cum tamen ultra triginta ex illo grammatico testimonia, et locos quosdam integros aliquoties ex eodem adducat. Quamobrem ea res suspicionem mihi movet, quem Curius Romae legit, alium quendam fuisse grammaticum, cui falso fuerit ascriptum Charisii nomen. Idque videri mirum nulli debet, nam eodem modo depravatis codicibus decepti, quod Charisii est, id Donatiano attribuerunt Mediolanenses, qui veteres quosdam grammaticos ex Iani Parrhasii sententia ediderunt. Et hac quidem parte in multis aliis autoribus cum Graecis tum Latinis error saepe a viris doctis deprehensus est. Hoc te monere volui; tu nostrum studium, Lector, boni consule et vale.
Gro. Fabr.

FLAVII SOSIPATRI CHARISII,

INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM,

LIBER I.

DESUNT CAPITA

I. DE GRAMMATICA.

II. DE VOCE.

III. DE LITTERIS.

IV. *Incipit de Syllabis.*

SYLLABA est littera[1] vocalis, aut litterarum coitus, per aliquam vocalem comprehensus. Syllabae dicuntur a Graecis *παρὰ τὸ συλλαμβάνειν*[2] *τὰ γράμματα*, Latine connexiones, aut conceptiones, quod litteras concipiunt, atque connectunt; vel[3] comprehensio, hoc est litterarum iuncta enunciatio. Syllabae aut breves sunt, aut longae. Breves correpta vocalis efficit, aut cum antecedente consonante vocalis in fine syllabae corripitur; longas producta vocalis facit. In brevi syllaba tempus unum est, in longa duo. Syllabae aut natura[4] longae sunt, aut positione fiunt. Natura longae, cum singulae vocales litterae producuntur, ut *a*, aut *e*; aut cum duae, ut *ua*; aut cum tres, ut *uae*. Positione, cum correpta vocalis sequentes habeat duas consonantes[5]; hae aut in eadem syllaba solent esse, ut *ars;* aut in proxima, ut *amnis;* aut in duas syllabas divisae, ut *arma*. Sed et duplex littera *x*[6], duarum consonantium loco fungitur; haec quoque aut in eadem syllaba solet esse, ut *nox;* aut in proxima, ut *axis*. Praestant idem et vocales litterae loco consonantium positae *i*, et *v*, ut *servus*, *iniustus*. Item cum || desinit in consonantem *c*, qua [2]
pars orationis finitur, excipitur a vocali, ut:

Hoc erat alma parens[7].

Haec in metris facilius deprehenduntur. Aliis ita de syllaba placuit definire. Syllaba est conceptio et congregatio aut vocalium litterarum, aut consonantium, coniuncta tamen cum ratione vocalibus, ut *trans*, *prae*. Dicitur autem per catachresin syllaba et is sonus, qui de singulis vocalibus redditur, ut *a*, *e*. Syllabae aut longae sunt, aut breves; longas facit producta vocalis, breves correpta[8]. Omnes autem vocales, ut ratio postulabit, aut produci, aut

In ipso statim limine desiderantur capita aliquot, iniuria temporum intercepta, non omissa aut nostra aut librariorum negligentia. Dedimus certe operam, ut quam integerrimus ad nos perveniret Charisius, sed plura, aut correctiora, dari non potuerunt. Nam et archetypus vetustissimus sane codex, qui hodie Neapoli ab Hieronymo Seripando doctissimo patricio servatur, mutilatus fuit, unde omnes quotcunque in tota Italia reperiuntur, fuere descripti. Haec te monere voluimus, optime lector, ne suspicareris, nos fucum tibi facere velle; et sedulo, ubi res postulaverit, monebimus. Valete. ***Pierius Cyminius.***

1) *Littera.* Ita recte ubique in Cod. 2) Vulgo *συλλαβεῖν*, quod iam est in Ed. pr. Codex teste Niebuhrio *συλλαμβάνειν.* 3) *Vel* Cod. ***aut*** Edd. 4) ***Naturae longae*** P. ex errore typ. 5) ***Consonantes**, **quae*** corr. Fabr. in not. mss. 6) ***Haec quoque.*** In Cod. est $\bar{h}\,\bar{q}\,\bar{q}$. Editiones consentiunt omnes. 7) Virg. Aen. II, 664. Cf. Erythraei notata ad ind. Virg. voce *Hoc.* ***Bondam.*** 8) Vv. haec: *Syllabae aut langae sunt — aut corripi possunt*, et intermedia spuria existimat Niebuhrius, qui haec ad marginem notavit: *Haec omnia inserta sunt neque locum habere possunt.*

corripi possunt. In brevi syllaba tempus unum est, in longa duo. Natura longae syllabae aut ex una producta vocali sunt, ut *e*, ut *o*; aut ex duabus iunctis, ut *ae*, ut[1] *oe*, quas Graeci *διφθόγγους*[2] vocant. Syllabae positione fiunt longae his modis. Si correpta vocalis desinat in unam consonantem, et excipiatur ab altera consonante, ut:

Arma virumque cano[3].

Aut si desinat in duas consonantes, ut:

Est in secessu longo locus[4].

Aut si excipiatur a duabus consonantibus, ut:

Acrisioneis Danae[5].

Aut desinat in duplicem litteram *x*, ut:

Nox erat[6].

Aut si excipiatur a duplici littera, ut si facias:

[3] *Axe sub || aethereo*[7].

Idem hoc et in *z*, ut:

Mezenti ducis[8];

quae apud Graecos duplex est, ut supra, cum de litteris loqueremur, ostendimus. Item si desinat in consonantem, et excipiatur a vocali vice consonantis, ut:

Inveni germana viam[9].

Aut si desinat in consonantem, in qua pars orationis finitur, ut est:

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori[10].

Aut si correpta vocalis, ipsa per se partem orationis impleverit, ut:

Horresco referens;

et:

Liminaque laurusque dei[11];

quae syllaba et inter communes haberi potest. Aut si vocalem brevem sequatur *i* littera vice posita consonantis, ut:

Harpyiaeque colunt aliae[12].

Item si post brevem vocalem subiuncta sit consonanti vocalis, et correptam habeat vocalem consequentem, ut:

Parietibus textum caecis iter[13].

V. De communibus syllabis.

1. Communes syllabae fiunt modis quinque. Primo si correpta vocalis excipiatur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida. Brevis enim[14] est in hoc:

Tune Clytaemnestrae foedasti viscera ferro[15]*?*

Longa autem in hoc[16]:

Cyclops Aetnaeus cultor, Neptunia proles[17].

At si duae consonantes in duas syllabas fuerint divisae, non fiet communis, sed longa, ut supra retulimus:

Hoc erat alma parens[18]*;*

et:

Arma virumque cano[19]*;*

nec si semivocalis in unitatem cum liquida veniat, ut *sors*, *fors*. Nam supra venit cum *l* littera *c*[20]. Altero modo fiunt communes, cum vocalis producta excipitur a vocali. Est enim brevis sic:

Insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno[21]*;*

longa vero sic:

Ulla moram fecere neque Aoniae Aganippae[22].

Tertio modo, ubi brevis syllaba finiens partem orationis, a vocali excipitur. Est enim longa in hoc:

Hic ait, et nostris inluserit advena regnis[23]*;*

brevis in hoc:

Itur in antiquam sylvam, et stabula alta ferarum[24].

Quarto, si desinat in consonantem, et excipiatur a littera *h*. Est enim brevis sic:

Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius au||dis[25]*;* [4]

Duo obscura sunt in hac notatione, utrum haec non legantur in Codice, et quousque extendatur suspicio, nam non satis diligenter notatum est. — *Postulabit.* Ecquis non videt legendum esse *postularit?* ***Bondam.*** 1) *Ut o — ut oe.* In Cod. est: *ū o — ū oe*, quare legendum fortasse: *aut o — aut oe.* Paullo ante legebatur: *aut ex una syllaba prod. voc.*, ad quae haec notavit Bondamus: Expellendum quantocius est hic v. *syllaba*, repetitum quippe ex praecedente *syllabae.* Syllabam natura longam esse duobus modis ostendit, aut ex una producta vocali, ut *e* vel *o*, aut ex duabus vocalibus iunctis, ut *ae* vel *oe*. 2) *Dypthongos* Cod. *dipthongos* Ed. pr. *διφθόγγους* Fabr. P. quemadmodum Fabr. emendavit in notis mss. — Ex institutis Artium Probi Grammatici (I, 1, 1. 1, 3, 2.); et Diomedes lib. III (II, p. 423. P.) ***Fabr.*** 3) Virg. Aen. init. 4) Virg. Aen. I, 159. 5) In Cod. est: *Sacrioneis.* Locus est Virg. Aen. VII, 410. 6) Virg. Aen. III, 147. VIII, 26. 7) *Axe sub aethereo.* Respexit auctor ad Aen. II, 512. *Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe Ingens ara fuit;* vel ad Aeneid. VIII, 29: *Quum pater in ripa gelidique sub aetheris axe Aeneas tristi turbatus pectora bello Procubuit.* ***Bondam.*** 8) *Idem hoc fit — ducis exuvias* exhibent Fabr. et P. ita enim corr. Fabr. in not. mss. Desunt *fit* et *exuvias* in Cod. et Ed. pr. — Virg. Aen. IX, 7. 9) Virg. Aen. IV, 478. — Paullo ante vulgo: *vice posita consonantis*, sed v. *posita* a Fabr. introductum, quem secutus est P. 10) Virg. Eclog. X, 69. 11) Virg. Aen. II, 204. III, 91. 12) Virg. Aen. III, 212. 13) Virg. Aen. V, 589. 14) *Enim* exhibent Cod. Ed. pr. Primus omisit Fabr. 15) *Clytemestrae* Cod. Bondamus Grammaticum putat respexisse ad Virg. Aen. II, 539: *Qui nati coram me cernere letum Fecisti et patrios foedasti funere vultus.* 16) *Longa haec in hoc* Edd. pr. Fabr. P. *Longa est in hoc* coniiciebat Bondamus. Cod. teste Nieb. *autem;* error ex non intellecto compendio ortus. 17) *Cyclops* cet. Locus apud Virgilium non legitur. Vide Erythraei ind. in Virg. voce *Cyclops.* ***Bondam.*** 18) Virg. Aen. II, 664. 19) Virg. Aen. init. 20) *Cum l littera c.* Ita Cod. et Ed. pr. *Cum s littera r* Fabr. P. Aperte respicit Gramm. ad exemplum supra positum *Cyclops Aetnaeus* cet. 21) Virg. Aen. III, 211. 22) Virg. Ecl. X, 12. ad quem locum vide notas interpp. ***Bondam.*** 23) Virg. Aen. IV, 591. *Inluserit* Cod. 24) Virg. Aen. VI, 179. *Et stabula* Cod. *Et* om. Edd. pr. Fabr. P. Inserenda erat coniunctio, etiamsi non dubium sit, recte eam apud Virg. omitti. 25) Virg. Aen. VI, 792. — Statim post pro *quo* mallet Bondam. *quando;* ex abbreviato *quo* pro *quando* mendum fortasse ortum censens.

longa vero sic:

Terga fatigamus hasta nec tarda senectus[1].

Quinto, quo correpta vocalis desinit in consonantem, et excipitur principali littera *u*. Est enim in hoc longa:

Invalidique patrum referunt ieiunia nati[2];

et in illo brevis:

Ac prior, heus inquit, iuvenes, monstrate[3].

2. Aliis ita placuit de syllabis communibus definire[4]. Communes syllabae fiunt ex his[5] quae natura longae fuerint, et ex his[6] quae positione. Natura, si producta vocalis excipiatur a vocali[7]. Est enim longa[8] in hoc:

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae[9];

nam et pedis primi secunda syllaba longa perseverat, et tertii pedis secunda. Fit autem[10] in hoc brevis:

Te Corydon o Alexi, trahit sua quemque voluptas[11];

in hoc enim versu secundi pedis secunda syllaba pro brevi accipitur. Et in illo:

Ipse nemus linquens patrium, saltusque Lycaei[12];

pedis ultimi prima syllaba longa perseverat. Item natura, cum geminae vocales, quas Graeci diphthongos vocant, a vocali excipiantur. Est enim longa syllaba in hoc versu:

Ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippae[13].

Fit autem[14] in hoc versu brevis:

Insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno[15].

De iis vero quae positione longae fiunt, communis est, quae excipitur a duabus consonantibus, ita ut prior sit muta quam liquida. Est enim longa in hoc:

Immemores socii vasto Cyclopis in antro[16].

At in hoc brevis:

Lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas[17].

Ideo autem[18] excipi dictum est[19], quod si in mutam desinat, et excipiatur a liquida, communis est ex communium syllabarum ratione.

3. *F* quoque littera si praeposita fuerit liquidae, quamvis semivocalis sit, mutae tamen obtinet locum. Itaque si excipit vocalem correptam communem facit. Potest praeterea communis videri ea[20] syllaba, quae apud Vergilium et pro longa, et pro brevi posita est, ut *hic*, aut *hoc*[21], si a vocali excipiatur. Est enim pro longa:

Omnibus hic erit unus honos, tres praemia primi[22].

Pro brevi:

Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis[23].

Sed pro brevi his fefre tantum: nam ut longa sit, et ipsi [5]
et omnibus usitatum est[24].

4. Consideranda ergo est in his[25] duntaxat pronominibus natura *c* litterae, quod crassum quodammodo, et quasi geminum sonum reddat, ut *hic* et *hoc*. Si autem[26] *nec* coniunctionem inspiciamus, licet eadem littera finita sit, diversum tamen sonabit quod ita facilius diiudicabitur, si quoniam alterum habemus, etiam[27] alterum notemus in versu. Est enim:

Hoc erat alma parens[28];

et:

Pro Iuppiter, ibit[29]

Hic, ait, et nostris;

si autem facias:

nec erit alma parens,

aut:

nec ait et nostris;

iam speciem suam versus amittet, cum[30] aeque et hanc et illam syllabas constet esse correptas. Ergo illae non ideo longae fiunt, quod pars orationis finitur, ut putant plurimi; nam idem et in hac effici posset: sed ut dixi, in pronominibus *c* littera sonum efficit[31] crassiorem, et naturam[32] *i* litterae inter vocales positae, ac per hoc sonum geminantis imitatur. Praeter has species rara sunt, quae per synaloephen aut systolen, aut etiam ectasin sanari[33] necesse est,

1) Virg. Aen. IX, 610. 2) Virg. Georg. III, 128. Legendum ex Georg. *referant*. ***Bondam.*** 3) Virg. Aen. I, 321. Exemplum in Cod. omissum est, in Ed. princ. lacuna significata. Addidit Fabr. quem secutus est P. Loco non movi, quia credibile est, tale quid a Gramm. scriptum esse. 4) *Diffinire* Cod. Edd. pr. Fabr. P. 5) *Fiunt ex his*] *Sunt ex iis* Edd. pr. Fabr. P. *Fiunt* emendavit Bond. *Ex his* debetur Codici. 6) *Ex his.* Cod. *Ex iis* Edd. 7) *A vocali correpta* Fabr. P. *Correpta* om. Cod. Ed. pr. Primus addidit Fabr. ut ex eius not. mss. patet. 8) *In hoc longa* Edd. Melior ordo e Cod. 9) Virg. Georg. I, 437. 10) *Fit autem* Cod. *Fit haec* Edd. 11) Virg. Ecl. II, 65. 12) Virg. Georg. I, 16. Vid. Erythr. in ind. ***Bondam.*** 13) Virg. Ecl. X, 12. 14) *Fit autem in.* Om. *autem* Edd. insertum e Cod. 15) Virg. Aen. III, 211. 16) Virg. Aen. III, 617. 17) Virg. Aen. III, 647. *Domusque* Ed. pr. 18) *Ideo autem* Cod. *Ideo hoc* Edd. 19) *Excipi dictum est.* Ita Cod. nisi quod inter vv. *excipi* et *dictum* aliquot litterae excidisse videntur. Fortasse legendum *praedictum est*, vel *supra dictum est*, respexitque haud dubie Grammaticus ad ea, quae supra de communibus syllabis praecepit ab initio huius segmenti V. Edd. locum sic exhibent: *Excipitur. Dictum est.* Paullo post verba *communis est* desunt in Cod. pro quibus signa quaedam leguntur, sic fere comparata: ***eq.*** S ***t*** ℞ Ita enim ad marginem enotavit Nieb. Item om. Cod. voc. *ratione* in fine enunciati. 20) *Ea* deest in Edd. Fabr. P., exhibetur a Cod. et Ed. pr. 21) *Ut hic aut hoc.* Ita Cod. nisi quod ***ut*** om. *Ut hic, ut hoc* Ed. pr. Fabr. P. 22) Virg. Aen. V, 308. *Accipient* adiecit Fabr. ut ex notis mss. patet, cumque secutus est P. Abest hoc v. in Cod. et Ed. pr. 23) Virg. Aen. VI, 792., ad quem locum cf. Servius et Erythraeus in ind. v. *hic*. ***Bondam.*** 24) Probus idem annotavit. ***Fabr.*** Prob. I, 3, 3. 25) *In his* Cod. *in iis* Edd. ***Dumtaxat*** Ed. pr. 26) *Si hoc nec* Ed. pr. *Haec, hoc* semper confunduntur c. v. *autem*, cuius compendium simile esse videtur in Cod. 27) *Etiam* Cod. *Et* Edd. 28) Virg. Aen. II, 664. 29) Virg. Aen. IV, 591. 30) ***Cum*** e Cod. ut semper scriptum est. 31) ***Efficiet*** Ed. pr. 32) *Natura* Cod. et Ed. pr. Sed recte Fabr. emendavit *naturam*. Ad rem quod attinet, conferri iubet Bondamus Erythraei ind. in Virg. v. ***hic.*** 33) *Servari* Edd. pr. Fabr. P. *Sanari* Cod.

quae, cum ratione fiant, aurium iudicio comprobantur[1]. Ex his quoque illa est, cum correpta vocalis desinit in consonantem, qua pars orationis finitur, ut:

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori[2].

Quis enim non videat iambum spondei in loco positum *mor et?* Plerumque etiam structuram prosae habet, ut:

Non te nullius exercent numinis irae[3].

Item:

Et versa pulvis inscribitur hasta[4].

Quis enim non videat[5] structuram: *nullius exercent*, et: *pulvis inscribitur?* Etiam illud magna cura videndum est, quod veteres omnia et verba, et nomina, quae *o* littera finiuntur, item adverbia et coniunctiones producta extrema syllaba proferebant, adeo ut Vergilius quoque idem servaverit, in aliis autem refugerit incultae vetustatis horrorem, et carmen contra morem veterum levigaverit. Invenitur tamen apud Vergilium in verbo brevis posita, ut:

Nunc scio quid sit amor[6];

Hoc sat erit, scio me Danais e classibus unum[7];

[6] quod quia in uno verbo videtur, in synaloephen con||trahunt qui servandam vetustatis consuetudinem putant. Spondeum ergo pro dactylo faciunt, et cum sit, *Nunc*[8] *scio*, volunt fieri *Nunc sco.* Quod quam absurdum sit perspicuum omnibus puto. Illam autem[9] opinor fuisse rationem, quod veteres secuti Graecos, apud quos ω littera ubique quidem natura longa est, plerumque tamen in ultima verbi syllaba ponitur, etiam in communi sermone prosae similiter proferebant. Ita dum id[10] usurpavit prosa, et versus obtinuit; paulatim autem[11] usus invertit, ut in sermone non[12] *scribo, dico*, et item talibus, ubi non solum correpta ponitur, sed etiam ridiculus sit, qui eam produxerit. Mirum ergo non est consuetudinem sequi[13] et versus, nisi sicubi poeta maiorem sibi licentiam vindicabit. Sane monosyllaba fere, quaecunque in verba πρωτότυπα[14] *o* littera finita, tam versu, quam etiam prosa similiter productam habent, necesse non est corripi, ut *sto, do*: quibus si conferatur *dico, curro, disco* item producta *o* littera, diiudicari poterit, quam sit aliud absurdum, aliud per euphoniam gratum.

VI. De dictione.

Dictio est ex syllabis finita, cum significatione[15] finita, certa locutio ut est *dico, facio.* Quaedam dictiones sunt simplices, ut *facio;* quaedam compositae, ut *confido.*[16] Ex compositis dictionibus quaedam fiunt ex duobus imperfectis, ut *sinciput*, cum intelligatur[17] *sematum*[18] *caput;* quaedam ex imperfecto et integro, ut est *cismare*, quo significatur *citramare*[19]; quaedam ex integro et imperfecto, ut est *cornucen*[20], cum[21] intelligatur *cornu canens;* quaedam ex duobus integris, ut est *sacra via.*

VII. De casibus.

Casus sunt sex. Nominativus, Genitivus, Dativus, Incusativus[22], qui et Accusativus, Vocativus, Ablativus.

VIII. De generibus nominum.

Genera nominum sunt tria, vel ut quibusdam placet quinque: Masculinum, ut hic Cato, femininum, ut haec Musa, neu||trum, ut hoc templum. Est commune, aut duo- [7] bus generibus, ut hic et haec canis, aut tribus generibus, ut hic et haec et hoc felix. Adiicitur[23] quintum genus quod Graece ἐπίκοινον dicitur, Latine promiscuum, ut haec mustela, aquila. Nam etsi mas sit mustela, vel[24] aquila, feminino genere tantum dicitur. Item hic passer quamvis masculino genere proferatur, tamen etiam femininum genus significat.

IX. De numeris et pronominibus.

Numeri sunt duo, singularis et pluralis. Dualis enim apud Romanos non est. Pronomina masculini generis, numeri singularis hic, huius, huic et caetera usque[25] ab his. Pronomina feminini generis numeri singularis haec, et

1) *Comprobantur* ex Bondami emendatione scripsi, qui sententiam ipsam hoc flagitare dicit in Varr. lectt. pag. 119. Vulgo *non probantur.* 2) Virg. Ecl. X, 69. 3) Virg. Geo. IV, 453. 4) Virg. Aen. I, 478. 5) *Videat* Cod. *videt* Edd. pr. Fabr. P. Paullo post in vv. ***et** verba **et** nomina* — ***et** coniunctiones* in Cod. illud compendium est pro ***et.*** quod ***uel*** et ***aut*** significare potest. In Ed. pr. est ***ut** verba, **ut** nomina.* 6) Virg. Ecl. VIII, 43. *Nec scio* ex male intellecto scripturae compendio Edd O. *Nunc scio* recte Cod. solito compendio ***nc.*** 7) Virg. Aen. III, 602. Ceterum *clasibus* Cod. 8) ***Nunc** scio — nunc **sco.*** Ita dedi e Cod. quod ipsum vel sine cod. sententia flagitante scribendum erat. Vulgo et in omnibus Edd. *Nec scio — nunc scio.* 9) ***Autem*** deest in Fabr. P. *Illam hanc op.* Ed. pr. 10) *Ita dum id. Id* e Cod. interpositum. 11) *Paulatim hoc usus* Edd. O. *Paulatim **autem** usus* Cod. 12) Pro *non* exstat in Fabr. P. *hoc*, sed Cod. et Ed. pr. *non*, quod tamen ipsum non satis accommodatum. Puto sic totum locum legendum esse: *Ut in sermone **do. scribo. dico.** et item talibus verbis, non solum **correpta** ponatur, sed etiam ridiculus sit* cet. 13) Pro *sequi* in Cod. est *seq̃r;* et paullo post pro *nisi* ibidem *n̄si.* 14) *Πρωτότυπα* maiusculis litteris in Cod. scriptum; alias Graeca Latine scribuntur. 15) Plura eorum, quae proxime sequuntur in Cod. deerant; sed Nieb. serius in decerpto membranae frustulo invenit. 16) ***Confido*** Cod. *Conficio* Edd. pr. Fabr. P. 17) ***Intelligatur*** Cod. *Intelligitur* Edd. pr. Fabr. P. 18) ***Sematum*** Cod. *Semiatum* Edd. pr. Fabr. P. 19) Vv. ***quaedam** ex **imperfecto** et **integro**, **ut** est **cismare** quo significatur **citra mare*** e Cod. accesserunt. 20) *Cornucen* Cod. ***Cornicen*** Edd. 21) *Cum* addidi de coniectura. 22) ***Incusativus*** Cod. *Causativus* Edd. 23) ***Adiicitur*** e Cod. ubi *adicitur.* Edd. pr. Fabr. P. *Additur.* 24) ***Vel aquila***, ex coniectura Bondami, cui addicit Cod. qui consueto utitur compendio ***ū.*** Edd. *ut.* 25) Non dubito, quin Charisius noster integrum paradigma declinationis huius adscripserit, sed quod a librario, cui notum erat, ita decurtatum est. interponendis vocibus: *et cetera usque.* Sic certe saepe a librariis factitatum esse, ex Prisciani codd. mss. liquet. ***Bondam.***

caetera[1] usque ab his. Pronomina neutri generis, numeri singularis hoc, huius, huic, et reliqua. Et pluraliter haec, horum, his, haec, ô, ab his.

X. *De ordinibus seu declinationibus nominum*[2].

1. Ordines nominum ratione et observatione, numero sunt quatuor, vel ut quibusdam placet quinque, quorum declinationes sunt hae. Primae declinationis nominativi sunt *as, a, es*[3], quorum genitivus facit *ae*. Item dativus similiter *ae*, accusativus *an*, *am*, vel *en*, vocativus *an*, *a*, vel *e* .... poeta. Masculini generis, hic Aeneas[4], huius Aeneae; hic poeta, huius poetae[5]; hic Achates, huius Achatae, huic Achatae. Feminini generis, haec Minerva, huius vae, huic vae; haec Diana, huius Dianae, huic Dianae .....[6].

Dicunt quidam, veteres in prima declinatione solitos nomina genitivo casu per *as* proferre, item dativo per *i*[7], veluti haec aula, huius aulas, huic aulai; etiam inde[8] perseverasse paterfamilias; item adhuc morem esse poetis in dativo casu. Ut *Aulai in medio*[9], Virgilius. *Terrai frugiferai*, Ennius in Annalibus[10].

2. Multa sunt sane nomina similia primae et tertiae declinationis, ut Aeneas et Maecenas, de quibus quid dici potest, nisi quod genitivus sit arbiter utriusque declinationis discernens nomina? Quare ergo Aeneas, Aeneae; Maecenas vero Maecenatis faciat[11]? quod nomina Graeca
8] in ας || productum[12] terminata, vel dissyllaba flexa, cum apud eos per genitivum ου habent syllabam[13] in extremitate, apud nos primae sunt declinationis, *Λυσίας*, *Λυσίου*, *Ἀμύντας*, *Ἀμύντου*; et dissyllaba flexa *Ἀντᾶς*, *Ἀντᾶ*, *Μηνᾶς*, *Μηνᾶ*[14]; qui et apud Latinos Antas, Antae, Menas, nae. Nam Dryas, Dryantis, et Thoas, Thoantis, quia nec flectuntur, et omnia aut in τος aut in δος apud[15] Graecos genitivo exeuntia, eodem casu apud nos *o* Graeco in *i* mutato efferuntur, ut *Δρύας*, *Δρύαντος*, *Εὔπολις*, *Εὐπόλιδος*, nos Dryas, Dryantis, Eupolis, Eupolidis dicimus. Similiter et in femininis. Item Orontes, Orontae, Achates, Achatae facit, quoniam et apud Graecos per ου efferuntur. Quae autem composita sunt et genitivo apud Graecos per ους extremam syllabam habent, tertiae sunt apud nos declinationis, ut *Διογένης*, *Διογένους*, *Ἀριστοτέλης*, *Ἀριστοτέλους*[16], apud nos Diogenes, Diogenis, Aristoteles, Aristotelis. Accusativus autem primae declinationis, aut per *am* exit aut per *an*. Per *an* erit ex nominibus Graecis, ut hic Callias, hunc Callian. Per *am* ex Latinis, quae aut in *a* aut in *es* exeant, ut hic Seneca, hunc Senecam. Hic Oronta, cum Latine reformatur, et hunc Orontam dicimus; nam si non reformetur, Oronten poterimus dicere, ut Virgilius:

Fidumque vehebat Oronten.

Exempla[17] primae declinationis masculini generis in *as* singulariter: hic Aeneas, ae, ae, am, a, a. Pluraliter: ae, arum, is, as, ae, is. Similiter in *a* singulariter: hic poeta, tae, tae, tam, ta, ta. Pluraliter: tae, tarum, tis, tas, tae, tis ...... est nominativus, ut hic Anchisa, et hic Anchises, et siquidem erit nominativus, hic Anchisa, declinatur.

1) Hoc loco vv. *et caetera* absunt a Cod. Infra pro *pluraliter* in Cod. *plurā*. 2) In Codice inscriptio apparet *De or*; reliqua, si Nieb. recte intelligo, evanuerunt. In Ed. pr. *De ordine*. Quod nunc editur, correxit Fabr. 3) Ita dedi ex Cod. *Nominativus desinit as, a, es, quorum* Ed. pr. Fabr. *Nominativi sunt, quorum* P. 4) Pro his post vv. *genitivus facit ae* longe alia leguntur apud P. quae satis produnt originem: *Effertur autem prima declinatio masculine et feminine per a, per es. per es. ut hic Poeta, huius Poetae, huic Poetae, hic Aeneas* cet. In Ed. pr. sic legitur: *Item dativus similiter ae. Accusativus in am aut en, vocativus in a vel e. Masculini generis hic Aeneas* cet. Eadem exhibet Fabr. nisi quod posteriora ita correxit: *vocativus similis nominativo, ablativus in a vel e. Masculini* cet. Unde sua sumserit P., ignoro. 5) *Hic poeta, huius poetae.* Haec h. l. inserit Cod. At Ed. pr. et Fabr. locum sic exhibent: *hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae. hic poeta, huius poetae. huic poetae* omisso tertio exemplo. 6) Lacunam significavit Nieb., sed ita ut in ea v. *hanc* comparere coniecerit. In Ed. pr. *huic Dianae* pariter desunt, quae adiecit Fabr. in not. mss. et in ed. 7) *Dativo per ai* P. quod fortasse verum, comprobavitque Bondamus. 8) *Etiam nunc deinde* P. 9) Virg. Aen. III, 354. ubi videatur Servius. Cf. etiam Erythraeus in ind. Virg. voce *Pictai*. **Bondam.** 10) *Ennius.* Cf. Fragm. ed. Hessel. p. 122. ubi cf. not. **Bond.** 11) *Faciat* Cod. *Faciet* Edd. 12) *Productam* Edd. *productum* Cod. 13) *Syllabam* deest in P. 14) *Μηνᾶς*, *Μηνᾶ*. Ita scribendum esse, vel sine Cod. poterat intelligi; est enim ex *Μέvανδρος* corruptum. Nunc etiam Cod. assentitur. Edd. Fabr. P. *μηνᾶς μηνᾶ*. Ed. pr. cum codice facit. 15) *Apud* omissum in P. 16) Ut *Διογένης*. *Διογένεος καὶ νους*, *Ἀριστοτέλης*, *Ἀριστοτέλεος καὶ λους*. Sic Edd. Verum Cod. brevius id quod dedimus. 17) Locus est Virg. Aen. I, 113. Cui subiectus apud P. alius locus: *et Rapidum ad naves praemittit Achaten* (Aen. I, 644.), abest a Cod. Ed. pr. Fabr. — Proxime quae sequuntur a v. *Exempla* usque ad vv. *duo nomina suprascripta* plane aliter leguntur in Cod. et Edd. pr. Fabr. Nam in Cod. extrita est scriptura, sic notata a Nieb: .... *onem in as singulariter.* Fortasse legendum: *En igitur primam declinationem in as, singulariter:* Tum in margine scripta sunt haec: ...... *est nominativus un̄ hic Anchisa et hic Anchises. Et si quidem est nominativus, hic Anchisa, declinatur ut hic poeta. Si vero hic Anchises habuerit nominativum, aliter declinatur, quam duo nomina supra scripta.* Quae inter haec et superiora illa: *onem in as singulariter* exciderint, aut non amplius legi possint, non satis diligenter indicavit Nieb. nisi quod ad eadem illa: *onem in as s.* adiecit: (*v. Parrh.*) h. e. *vide Parrhasium*, qua ratione editionem principem significasse credibile est. Unde colligo, Nieb. voluisse notare, reliqua sic legi, ut in ed. pr. Ea vero locum sic exhibet: *Exempla primae declinationis masculini generis in as singulariter. hic Aeneas. ae.* (deest dativus) *am. a. a. Pluraliter ae. arum. is. as. ae. is. Similiter in a sunt* (deest v. *singulariter) hic poeta. tae. tae. tam. ta. ta. Pluraliter tae. tarum. tis. tas. tae. tis. habere nominativum ut hic* cet. Haec secutus est Fabr. nisi quod correxit: *In es duplicem solent*

ut hic poeta. Si vero[1] hic Anchises habuerit nominativum, aliter declinatur, quam duo nomina suprascripta. Illa enim aut in *as*, aut in *a* efferuntur; hoc autem[2] in *es*. Hoc si sic declinatur: hic Anchises, immutat quatuor casus
9 singulares, dativum, incusativum, vocativum, ablativum, || uti[3] huic Anchise, hunc Anchisen, o Anchise, ab hoc Anchise, ut tantummodo genitivum singularem suprascriptis nominibus similem habeat. Femininorum nominum nominativus, ut supra diximus, in *a* effertur, et declinatur eodem modo sicut poeta, ut haec fortuna, et caetera usque ab his fortunis.

Sunt quaedam nomina feminina primi ordinis, quae in dativo plurali in *bus* syllabam efferuntur, ut haec dea, pluraliter his deabus, et[4] haec liberta, pluraliter his libertabus; similiter filia, pluraliter his filiabus.

XI. Ordinis secundi.

1. Secundae declinationis nominativi sunt hi quorum genitivus *i* facit. Efferuntur[5] autem secunda declinatione et masculina per *us*, *er*, *ir*, *eus*; item feminina in *us*, et neutralia in *um*. Et *us* masculina[6] quidem, ut hic Augustus, huius Augusti. Item *er*[7], hic puer, huius pueri. Item *ir*[8], hic vir, huius viri. Item *eus*, ut hic Peleus, huius Pelei. Feminina[9] *us*, ut haec cypressus, huius cypressi[10]; haec laurus, huius lauri[11]. Neutralia in *um* et in *us*, ut hoc donum, huius doni, hoc vulgus, huius vulgi, hoc pelagus, huius pelagi, hoc virus, huius viri[12]; sed haec duo nomina, vulgus et pelagus, pluraliter non declinantur, quanquam multi vulgus masculine extulerint. Virgilius[13]

In vulgum ambiguas.

Longe solent errare qui secundae declinationis feminina negant esse, cum plura inveniantur, haec colus, li, haec alvus, vi, haec humus, mi. Item similiter errant, qui omnia genera arborum quartae declinationi solent assignare, inventis ipsis[14] apud Virgilium:

Et vos o lauri carpam, et te proxima myrte.

Item fagus, pirus, ulmus, cypressus, taxus, buxus, cerasus, platanus. Contendunt tamen nonnulli dicentes laurum et myrtum esse quartae declinationis, et tantum[15] auctoritate mutari in vocativo casu. Item Virgilius dixit:

Qui tripodas Clarii, laurus, qui sidera sentis[16].

Sane, ut breviter dicam[17], in *us* exeuntia nomina, ea demum secundae declinationis || sunt, quae propria videntur, ut 10
Marcus, Antonius. Item illa appellativa quae feminina in *a* faciunt, ut superbus, superba, celsus, celsa. Nam si non faciunt feminina, sine dubio quartae sunt declinationis, ut senatus, ascensus. Item illa, quae ex participiis veniunt, hic tractus, huius tracti, hic pressus, huius pressi. Item et quae nominativo corripiuntur, ut locus, mundus, κόσμος, somnus[18]. Item pleraque civitatium[19] nomina, ut Damascus, Berytus, Byblus[20], Tyrus. Si qua autem masculina nominativo producuntur, nec feminina faciunt, haec omnia

habere nominativum. Sed in ed. scripsit: *Alia duplicem solent habere nom.* Locum sic interpolavit P.: *Exempla primae declinationis masc. gen. in as singulariter. Hic Aeneas, ae, am, a, a. Pluraliter ae, arum, is, as, ae, is. Similiter in A sunt singulariter, hic Poeta, tae, tae, tam, ta, ta. Pluraliter, tae, tarum, tis, tas, tae, tis. hoc nomen pariter declinatur cum super declinato, praeter nominativum. Hic vero Archises et Orontes duplicem dicuntur habere nominativum, ut hic Anchisa* cet. Interpolatio sponte se prodit. Ad haec notavit Bondamus: Fortasse legendum: *Aeneas, ae, ae, an, a, a. Accusativum per an, et non per am efferendum esse, ipsum docuisse Charisium, ostendit Heinsius ad Aen. I, 644. Vide et notas ad Aen I, 113. Id si verum, exinde liquet, sequentem observationem:* ***hoc nomen pariter decl.*** *cet., quae in ed. Fabr. deest, glossam habendam esse.* Et paullo post ad ea ipsa ed. P. verba notat: *pro his omnibus Ed. Fabr. solam refert: Alia duplicem solent habere nominativum; recte: cetera enim insulsam glossatoris manum redolent.* Equidem totum locum sic scribendum puto: *En igitur primam declinationem in* ***as****; singulariter: Hic Aeneas, ae, ae, an, a, a: pluraliter: ae, arum, is, as, ae, is. Similiter in* ***a****, singulariter:* (*sunt* abest a Cod.) *hic poeta, tae, tae, tam, ta, ta: pluraliter: tae, tarum, tis, tas, tae, tis. Eorum quae sunt in* ***es****, duplex est nominativus, ut hic Anchisa* cet. In fine Cod. sic: *q. II. nou* ssa, h. e. *quam duo nomina supra scripta.* 1) *Sive* pro *Si vero* Ed. pr. 2) *Hoc autem* ita Cod. *haec* Edd. pr. Fabr. P. 3) *Uti* Cod. *ut* Edd. 4) *Et* Cod. *ut* Edd. 5) *Efferuntur.* Hunc locum sic exhibet Cod.: *Efferuntur autem secunda de et masculina per us, er, ir, eus. item feminina* cet. quae tamen posteriora duo verba in loco extrito leguntur, si Nieb. signa recte coniicio. Ex vv. *secunda de* feci *secunda declinatione*, quae facillima videtur esse emendatio. Ed. pr. Fabr.: *Efferuntur haec secundum declinationem masculinorum per ur* (*us* corr. Fabr.), *er, ir, eus, aliqua* (*foeminina* add. Fabr.) *in us* cet. Ed. P.: *Effertur autem secunda declinatio per us, er, ir, eus masculina; item feminina in us* cet. quae satis arbitraria est emendatio. Bondamus ita locum scribendum censet: *Efferuntur autem secundum hanc declinationem masculina per us, er, ir, eus, item aliqua fem.* cet. 6) *Masculina quidem* Cod. Edd. pr. Fabr. *quidem masculina* Ed. P. 7) *Item er, hic puer* Cod. *Item et hic puer* Ed. pr. *Item er, ut hic puer* Fabr. *Item in er, ut hic puer* P. Ita solent crescere interpolationes. 8) *Ut hic vir* Edd. pr. Fabr. P. *Ut* abest a Cod. 9) *In us* P. *Feminina us ut* ***hic*** *cupr.* Ed. pr. *Fem.* ***ut*** *haec c.* Fabr. *Feminina us ut haec c.* Cod. nisi quod, ut plurimum, *ut* sic scriptum habet: ***un***, quod fortasse legendum *veluti.* 10) *Ut haec laurus* Edd. *Ut* abest a Cod. 11) *Haec colus huius culi* interpolavit P. 12) Post v. *viri* addita apud P.: *quod quidam indeclinabile arbitrantur;* quae interpolata esse, etiam Nieb. annotavit. 13) *Voces* versiculo praepositum a Fabr. et P. Locus est Virg. Aen. II, 99. *Vid. Non. Marcellus* (pag. 230.) ***Bondam.*** In Ed. pr. *In vulgum ambiguum.* 14) *Praesertim* male interp. P. *Locus Virg. exstat Ecl. II, 54. ubi vid. Servius.* ***Bondam.*** 15) *Et tamen* Edd. pr. Fabr. 16) Virg. Aen. III, 360. ubi editur: *Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis.* Recte. ***Bondam.*** 17) His adduntur vv. in P. *secundum superiorum opinionem*, quae male abesse censet Bondamus. At desunt in Cod. et Edd. pr. Fabr. et recte abesse videntur. 18) *Locus τόπος, mundus κόσμος, somnus ὕπνος.* Ita P. *Locus mundus cosmos somnus* Ed. pr. 19) *Civitatium* Cod. *civitatum* Edd. 20) *Biblus* P. Ed. pr.

quartae sunt declinationis, ut hic senatus, huius senatus. Quanquam veteres omnia quartae declinationis ut secundae[1] extulerunt, sicut Salustius: *Nam duobus senati decretis*[2]; et Terentius: *Questi gratia*; et: *Nihil tumulti*[3]. Excipiuntur haec sola quae sunt declinationis tertiae, quoniam et crescunt genitivo. Masculina quidem, hic Ligus, Liguris, hic lepus, leporis, vetus, veteris, quod est commune trium generum. Feminina autem[4], haec iuventus, iuventutis, haec servitus, servitutis, senectus, etutis, salus, lutis, virtus, virtutis, Venus, Veneris, tellus, telluris, palus, paludis, fraus, fraudis, laus, laudis, sus, suis.

2. Item secundi sunt ordinis, quae in *eus* apud Graecos proferuntur, ut Tydeus; hic enim Tydeus, huius Tydei. Item ea nomina secundo ordini attribuuntur, quae apud Graecos genitivo casu πλεονοσύλλαβα[5] sunt, ut Ἀχιλλεύς, Ἀχιλλέως, Ὀδυσσεύς, Ὀδυσσέως[6]; ut Achilleus, Achilli, Ulixes, Ulixi[7]; sed quidam dicunt hic Achilles, huius Achillei, hic Ulixes, huius Ulixei; alii vero tertii ordinis dicunt esse, ut hic Achilles, huius Achillis, hic Ulixes, huius Ulixis. Nomen masculinum proprium singulare simplex[8] declinationis secundae, ita utroque numero declinatur: singulari hic Marcus, huius ci, co, cum, ce, co, et cetera[9] usque ab his Marcis. Item quae ante *us* syllabam *i* habent, sic declinantur geminata *i*[10] in genitivo, ut hic Concordius, Concordii. Item feminina, haec laurus, lauri. Neutrum nomen in *us* correptum, quod singulariter tantum
11 declinatur[11], hoc vi || rus, o virus, ab hoc viro. Neutrum in *um*, hoc bellum, huius belli, et reliqua. Item quae ante *um* habent *i*, similiter declinantur geminata *i* in genitivo, hoc studium, studii[12], et reliqua. Illud memineris quod omnia nomina masculina quae ante *us* syllabam *i* habent, genitivo[13] singulari eandem *i* litteram geminatam recipiunt. In vocativo vero, ne similis sit genitivo singulari, unam *i* recipiunt[14], ut hic Concordius, huius dii, o di. Item dativi et ablativi plurales eandem litteram geminatam recipiunt, ut his et ab his Concordiis. Nam de vocativo plurali nihil dicendum est, cum sciamus omnium nominum vocativum pluralem similem esse nominativo plurali, ut hi Concordii, o Concordii. Item neutra quae ante *um* syllabam *i* habent genitivo singulari[15] et dativo et ablativo plurali eandem *i* geminam[16] recipiunt, ut hoc studium, huius studii, his et ab his studiis. Nomen quod apud Graecos in *eus* profertur, sic declinatur. Singulariter, hic Tydeus, huius Tydei, huic Tydeo, hunc Tydeum, o Tydeu, a Tydeo. Pluraliter, hi Tydei, deorum, deis, deos et deas, dei, a deis. Item Graeca nomina in *us* terminata, quae apud Graecos aut crescunt, aut per *os* efferuntur, hanc[17] *o* litteram in *i* mutant, et declinabuntur, ut tertiae declinationis, ut Melampos[18], Melampodis, item Eunus, Eunois, Euplus, Euplois.

3. In *er* vero tantum masculina inveniuntur[19] in hac declinatione. Nanque feminina aut neutralia sine dubio tertiae declinationis sunt; et[20] feminina quidem, haec mater, huius matris. Neutralia vero hoc papaver, huius papaveris, cadaver, cadaveris. Masculina autem[21] haec, quae a Graecis proficiscuntur. Omnia enim nomina, quae apud Graecos aut per γρος[22] aut per τρος aut per δρος aut per κρος efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate, et per *er* elata, ut secundae declinationis declinantur, ut ἄγρος, ager, agri, Ἀντίπατρος, Antipater, Antipatri, Μένανδρος, Menander, Menandri, Τεῦκρος, Teucer, Teucri[23], quanquam Virgilius extulit[24] Teucrus et E || vandrus. Duo haec nomina suo statu permanent Codrus et Gongrus[25]. Non enim dicitur Coder 12
nec Gonger. Item ea nomina quae per *fer*, aut per *ger* componuntur, genitivum faciunt per *i* litteram, ut lucifer, armiger[26], feri, geri. Item ea nomina quae, ut supra dictum est, femininum in *a* faciunt, sine dubio secundae sunt declinationis, uti[27] piger, pigra, et niger[28], nigra. Reliqua vero masculina quae neque a Graecis proficiscuntur, neque ex compositione veniunt, neque femininum faciunt in *a*, haec omnia

Fabr. *byblus* Cod. Paullo post pro *Si qua autem* Edd. pr. Fabr. *Si qua horum*. 1) *Quanquam et veteres secundae declinationis ext.* P. 2) *Sallustius* Edd. pr. Fabr. Locus est bell. Cat. 37. ad quem locum vid. Broukhus. Et alibi saepe. Vid. indicem. **Bondam.** 3) Ter. Hecyr. V, 3, 38. Andr. II, 2, 28. 4) *Autem* ex coni. Niebuhrii, qui sic notavit in marg. *autem.*' 5) πλεονοσυλλαβει Cod. omisso *sunt*. Idem omiserunt Edd. pr. Fabr. 6) ἀχιλλέος — ὀδυσσέος Edd. Recte Cod. utrobique — έως. 7) *Achillei Ulysseus Ulyssei* Edd. In seqq. Cod. similiter *Ulixes — ixei — ixes ixis*, quod restitui. 8) *Nomen masculinum singulare similiter decl.* Edd. pr. Fabr. 9) *Et cetera* Cod. *etc.* Edd. Paullo ante *Singularis hic M.* Edd. pr. Fabr. 10) ***Ii** in gen.* P. 11) *Ut hoc pelagus et* male intruduntur in P. 12) *Huius studii* Edd. Fabr. P. 13) *In genitivo* Edd. pr. Fabr. P. *In* om. Cod. 14) *Unam ī corripiunt* Ed. pr. quod tacite correxit in Ed. Fabricius. Paullo post in vv. *nam de vocativo plurali* extremum hoc v. abest ab Edd. pr. Fabr. 15) Post v. *singulari* intruduntur ap. P. *non solum verum*, quae a reliquis libris ignorantur. 16) *Geminatam* P. *geminam* Cod. Edd. pr. Fabr. Paullo post pro v. *a Tydeo* in Cod. est: *ab Tydeo* et pro *a deis* ibidem *deis* om. praep. 17) *Hanc o litteram.* Cod. Ed. P. ***haec** o litt.* Edd. pr. Fabr. 18) *Melampus* Edd. pr. Fabr. P. *Melampos* Cod. 19) *Perveniunt hac d.* Edd. pr. Fabr. *Inveniuntur hac d.* sine praep. Cod. Recte praep. add. P. 20) *Ut feminina* Edd. Sed Cod. solito signo *ūn fem.* Scribendum erat ***et** f.* quod scripsi. 21) *Masculina autem haec, quae a Gr.* Ita recte Cod. *Masculina haec a Gr.* Edd. Paullo post in vv. *Omnia enim nomina* hoc postremum v. deest in Edd. pr. Fabr. 22) *Aut per* ρος. Ita Cod. et Ed. pr. Recte tamen Fabr. emendasse videtur ***aut per** γρος*, quod est apud Fabr. et P. — Tum in vv. *et per er elata* syllaba *er* deest in Ed. pr. 23) *Κάπρος aper apri* male inculcata apud P., quod etiam Bondamo visum. 24) *Virgilius extulit.* Aen. III, 108. *Teucrus Rhoeteas primum est advectus ad oras.* Vide Erythraei ind. in Virg. voce *Teucrus* Porro Aen. VIII, 100. *Tum res inopes Evandrus habebat.* Ubi vide Heinsium, qui alia loca affert. **Bondam.** 25) *Gongrus* et paullo post *Gonger* Cod. Ed. pr. *Congrus — Conger* Edd. Fabr. P. 26) *Armifer* Ed. Fabr. errore typ. 7) *Uti* Cod. *ut* Edd. 28) *Et niger* Edd. *Et* om. Cod.

tertiae sunt declinationis, ut pater, patris, frater, fratris; exceptis his solis, cancer, liber, gener, socer, auster, aper, puer, ager, caper[1], oleaster, quae utique genitivum in *i* litteram faciunt. Exempla secundae declinationis in *er*, hic piger, huius pigri, huic pigro, et reliqua.

4. In *ir* vero quae finiuntur, haec tantummodo inveniuntur, et ipsa masculina, vir, levir, et hir[2] quidem indeclinabile. Levir autem[3] leviri facit, et vir viri, et quae ab eo componuntur, ut duumvir, duumviri, triumvir[4] et similia. Graeca vero[5], quae genitivo Graeco aut crescunt, aut per *us* efferuntur, hanc[6] *o* litteram in *i* commutant, et declinantur ut tertiae declinationis, ut Melampos, Melampodis. Scio[7] autem, in hac declinatione vocativum singularem quadrifariam efferri, per *e*, per *er*, per *ir*, per *i*; et quidem per *e* eorum, quae in *us* terminantur, ut Marcus, o Marce. Per *er* eorum, quorum nominativus per easdem litteras profertur, ut hic niger, o niger. Similiter et per *ir*, ut hic vir, o vir. Item per *i* eorum, quorum similiter in nominativo ante *us* syllabam *i* littera interposita est, ut hic Caelius, o Caeli, hic Concordius, o Concordi. Exempla secundae declinationis in *ir*, hic vir, huius viri, huic viro, et cetera[8].

X. *Ordinis tertii.*

1. Tertiae declinationis nominativi sunt hi, quorum geni-
[13] tivus *is* facit. Efferuntur autem[9] ordine sic. Per *a*, *al*, || *an*[10], *ans*, *ar*, *as*, *ax*. Per *e*, *el*, *en*, *ens*, *er*, *es* correptam, *es* productam, item *ex*[11]. Per *il*, *in*, *is*, *ix*. Per *o*, *ol*, *on*, *or*, *os*[12], *ox*. Per *u*, *ul*, *ur*, *us*, *uis*, *ul*, *ux*. Item nominativi qui in duas consonantes terminantur[13], ut Mars, Martis[14], lanx, lancis[15], municeps, municipis, neglegens, neglegentis[16], hiems, hiemis. Et si qui alii nominativi sunt, qui in caeteris declinationibus locum non habent, tertii ordinis erunt. Agamus igitur per supra ascriptos[17] nominativos sic.

2. *A* littera terminata singularia neutra nulla inveniuntur nisi peregrina, ut poema, toreuma, emblema. De quibus dubitatur, quem casum genitivum et ablativum habeant pluralem[18]. Legimus enim toreumatum et toreumatorum, item toreumatis et toreumatibus, et sic similia, de quibus plenius sub titulo *De extremitatibus nominum* explanatum est. Exemplum tertiae declinationis in[19] *a* neutri generis, hoc poema, huius poematis, huic poemati, et caetera.

3. *Al* neutralia tantum inveniuntur, ut hoc animal, huius animalis, hoc tribunal, tribunalis, hoc bidental, bidentalis: horum ablativus per *i* effertur, ut ab hoc animali, tribunali, bidentali. Multi autem voluerunt[20] nominativum per *e* efferri, ut hoc animale, tribunale, bidentale. Si qua autem[21] masculina inveniuntur, haec barbara sunt, ut Hannibal, Adherbal, Mastanabal: et si qua alia Romana parum sint[22]. Unum autem nomen Latinum[23] invenitur, quod in *al* terminatur, quod quaeritur quomodo debeat declinari. Alii enim dixerunt nominativum hic sal, huius salis, et hi sales; sales autem iocum significat[24]. Sal autem non[25] est dicendum, quia nullum Latinum in hac finitur extremitate. Sale igitur ut mare et lacte; ut maris et lactis, ita et salis dici debet, et erit semper singulare.

|| 4. *An* nulla Latina, sed omnia Graeca et masculina[26] [14]

1) *Culter* his interposuit Fabr. quem secutus est P. 2) *Et ir quidem* Ed. pr. P. — τὸ θέναρ in notis mss. adiecit Fabr. *Et hir quidem* Cod. 3) *Huius leviri* Edd. *autem lev.* Cod. 4) *Triumviri* interponunt Edd. ignorat Cod. 5) Hic adiecit P. *ut supra diximus*, quae absunt a Cod. Edd. pr. Fabr. 6) *Haec litteram* Edd. Sed Cod. solitum compendium, quod etiam *hanc* legi potest, quod dedi. Similiter supra: *hanc o litteram in i mutant* in eadem re. 7) *Scio autem* Cod. Edd. pr. Fabr. Non male scripsit P. *Scito autem.* 8) *Et cetera.* Sic plene in Cod. — Haec omnia: *Exempla — huic viro cet.* loco suo fortasse mota, ponenda videntur supra post vv. *Melampos, Melampodis*, vel post vv. *triumviri et similia.* Sic pariter exemplum in *er* ponit post tractationem de nominibus in *er* exeuntibus. *Bondam.* 9) *Efferuntur autem hoc ordine sic.* P. Abest *autem* ap. Fabr. et in Ed. pr. Contra a Cod. abest *hoc*, quod delevi. 10) *An* male deest in Ed. Fabr. 11) *item ex per i.* Sic haec distincta in Ed. pr. Correxit Fabr. Paullo post *i*, *il* Ed.; *i* om. Cod. recte. 12) *Os*, *or* hoc ordine P. pr. Fabr. Meliori ordine Cod. Paullo post pro *uis* in Ed. pr. *ius*, quod corr. Fabr. 13) *Terminantur*, *rs veluti Mars* P. 14) *Martis*, *bs trabs trabis.* *nx lanx* P. 15) *Lancis. Item ps*, *municeps* P. 16) *Municipis*, *ns*, *negligens*, *negligentis. Item ms hiems* P. Paullo post: *qui in aliis declinationibus* Edd. pr. Fabr. 17) *Supra ascriptos* e Cod. ubi *supra āscriptos*, quod videtur esse *adscriptos.* 18) *Pluraliter* Cod. Edd. pr. Fabr. Mihi recte videtur emendasse P. *pluralem.* 19) *In* praep. deest in Cod. Edd. pr. Fabr. 20) *Multi autem voluerunt.* Deest *autem* in Edd. pr. Fabr. Tum *et nominativum* P. *et* abest a Cod. Fabr. P. 21) *Si qua horum* Fabr. pr. — Paullo post pro *Mastanabal* Ed. pr. *Martanabal.* 22) *Et si qua alia Romana parum sint.* Ita Cod. *Et sic alia Romana parum sint* Edd. pr. Fabr. *Et si qua Romana parum sunt* P. Bondamus haec notavit: *Lege: et sic alia, quae Romana parum sunt. Vel: et si alia Romana parum sunt.* Frustra. — Post haec in Ed. P. leguntur: *Exemplum 3 declinationis neutri generis in al, hoc animal, alis, ali, et pluraliter, haec animalia, ium, animalibus, animalia, animalibus. Item barbara masculina, Hannibal, Hannibalis etc. Et pluraliter, Hannibales, balium, balibus.* Quae omnia in Edd. pr. Fabr. absunt. Eorum loco in Cod. in margine legitur: *Hic declinatur animal Annibal.* 23) *Unum hic Latinum nomen* Edd. pr. Fabr. P. *Unum autem nomen Lat.* Cod. quod edidi. 24) *Et hi sales; hoc iocum significat* Edd. — Verba: *hoc iocum significat* insulse hic adduntur. Ineptus librarius voci sales superscripserat haec, quae postea textui inserta sunt. Si quis autem haec servare malit, legat, per me quidem licet, *quod iocum significat.* Sic certe aliquis inesset sensus, quanquam et seqq. mendis carere vix putem. *Bondam.* Codicis scriptura tollit vitii suspicionem hoc quidem loco. 25) *Sal non est dic.* P. *Sal hoc non est d.* Edd. pr. Fabr. Haec et quae proxime sequuntur usque ad vv. *et erit semper singulare* omnia pugnant cum supp. *Unum autem nomen Latinum invenitur, quod in al terminatur.* Aut igitur ista pro spuriis habenda, aut emendanda sunt. 26) *Masculina et Graeca.* Hoc ordine Edd. pr. Fabr. P.

inveniuntur, ut singulariter: hic Titan, huius Titanis, huic Titani, Titanem et Titana, Titan, Titane. Et pluraliter: hi Titanes, Titanum[1], Titanibus, Titanes et Titanas, Titanes, Titanibus. In *an* quae veniunt, ut supra[2] dictum est, fere sunt Graeca[3], ut Paean, Alcman. Haec nomina in uno casu habent quaestionem, id est in[4] accusativo plurali. Paeanas enim et Titanas et Alcmanas dixerunt plerique, qui errant. Nullum enim nomen[5] in *as* extremitate venire potest accusativo plurali, nisi prius nominativus singularis in *a* venerit, ut hic Pansa, hos Pansas, hic Catilina, hos Catilinas; et quaecunque nomina genitivis singularibus *is* litteras acceperint[6], ea nunquam accusativo plurali *as* litteras accipiunt. Et quaecunque ablativo casu in *e* venerint, necesse est *m* acquisita[7] accusativum faciant, ut ab lege, legem, ab rege, regem. Ergo[8] Paeanem et Titanem dicemus, cum non possint Paeanas et Titanas proferri. Nam quae ablativo *a* accipiunt, ea per *as* accusativum faciunt, ut a Caecilia, has Caecilias, a Sempronia, has Sempronias. Ergo hos Paeanes et[9] hos Titanes, ut hos reges et has leges.

5. *Ans* commune trium generum invenitur, ut hic et haec et hoc stans, stantis. *Ar* masculina tantum et neutralia inveniuntur. Masculina, ut hic Caesar, Caesaris, lar, laris. Neutra, ut hoc lucar, lucaris, τὸ λυκόφως[10]. Inveniuntur et communia trium generum, ut par, impar. Faciunt enim hic et haec et hoc par. Horum autem[11] duorum, paris et imparis, ablativus dupliciter effertur, ut ab hoc pare et pari. Praecipue autem[12] quaeritur, in neutralibus cur torcular, torcularis, pulvinar, pulvinaris producta *a* littera, at[13] lucar *a* littera correpta efferatur. Scilicet torcular ideo producitur, quod quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvinar. Exempla masculini[14] generis in *ar*, hic Caesar, Caesaris et caetera; et pluraliter hi Caesares, Caesarum, ibus. Communia trium generum || in *ar* sic [15]
declinantur, hic et haec et hoc par, huius paris, et reliqua usque ab hoc et ab hac pare et pari. Pluraliter hi et hae pares et haec paria, horum et harum parum et parium, et caetera. Item neutri generis singulare, hoc torcular, et reliqua usque ab his torcularibus.

6. *Ars* feminini generis invenitur, ut haec ars, huius artis, et caetera. *As* masculina tantum et feminina[15] invenies, ut hic Maecenas, Maecenatis[16], haec dignitas, dignitatis[17], et caetera. Item Graeca quae genitivum per *tos*, Latinum per *tis* faciunt, ut Thoas, Thoantis, gigas, gigantis. Cum ergo omnia genitivum faciant per tis[18], haec sola monosyllaba diverse efferuntur, vas, vadis, mas, maris, as, assis. Inveniuntur alia neutralia[19] quidem duo, sed indeclinabilia, ut hoc fas, huius fas[20], nefas. Nugas autem[21] licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum[22] hic et haec et hoc nugas. Exempla declinationis masculini generis, hic Maecenas[23], huius Maecenatis, et reliqua. Pluraliter hi[24] Maecenates, Maecenatum, et caetera. Item feminini generis singularis, haec dignitas et reliqua. Neutralia quae inveniuntur, sicut supra diximus, fas et nefas[25] indeclinabilia sunt, et[26] nugas, quod est commune trium generum.

7. *Ax* masculina tantum et feminina inveniuntur, neutralia propria nulla nisi ea quae ex communi veniunt, veluti masculina, hic Aiax[27], huius Aiacis: feminina haec fax, hu-

1) *Titanum* additum e Cod. 2) V. *supra* in Cod. duabus longis *s* scriptum est sic: ſſ, lineola supra priorem ducta. 3) *Fere Graeca sunt.* Hoc ordine Edd. pr. Fabr. P. 4) *In* praep. addunt Cod. Ed. pr. Fabr. om. P. 5) *Nomen in as extremitate ven.* Cod. *in as nomen extremitate ven.* P. Sed Edd. pr. et Fabr. *nomen in has extremitates ven.*, quod probat Bondamus. Serius addidit idem, forsitan legendum esse *finire pot.* Quod neutrum verum esse videtur. — Paullo post in vv. *in a venerit* Cod. *in sa ven.* Sed *s* puncto notatum. 6) *Acciperint* Cod. 7) *Acquisita m* Edd. Fabr. P. *m adquisita* Ed. pr. — Tum post v. *faciant* addit v. *singularem* P. 8) *Nam si Pae. — dicemus, non poterit Paeanas* cet. Ita P. haud dubie ex male sedula correctione. Nos lectionem Cod. Edd. pr. Fabr. restituimus. 9) *Et* addidi e Cod. 10) τὸ λύκαφος Edd. pr. Fabr. P. Atque ita etiam Cod. sed suprascriptum. Scripsi λυκόφως, ita enim constanter glossaria. — Statim addunt Edd. *torcular, torcularis*, quae absunt a Cod. 11) *Horum nominum duorum* Edd. *autem* Cod. 12) *Praecipue hic quaeritur* Edd. *autem* Cod. 13) *At vero lucar* P. 14) *Masculina generis* libri omnes; correxit Fabr. probante Bondamo. 15) *Et feminina tantum.* Hoc ordine Ed. pr. Fabr. P. 16) *Maecenas, Maecenatis.* Ita per *ae* Cod. semper, etiam in seqq. *Moecenas — tis* per *oe* semper Fabr. P. 17) *Huius dignitatis* Edd. pr. Fabr. P. Pronomen om. Cod. Paullo post *et caetera* plene scriptum in Cod. 18) In his et seqq. plura in Cod. non amplius legi possunt; comparent sola haec: *Cum ergo omnia g — — sola monos.* cet. Qua de caussa in Edd. pr. Fabr. sic expressa: *Cum ergo omnia genitivo diverse efferuntur*, ceteris omissis. Unde intelligitur, plura in Cod. fuisse, quam quae in Edd. pr. et Fabr. leguntur. 19) Vv. *Inveniuntur alia* om. Edd. pr. Fabr. Sed in Cod. extrita tantum, cum quatuor ultimis litteris vocabuli praecedentis *assis*. 20) *Fas* post v. *huias* in Cod. extritum, sed lacuna amplior. 21) *Nugas autem licet.* Ita Cod. et Ed. P. Aliter in Edd. pr. Fabr.: *Nefas, nugas. Hoc licet.* Errori originem dedit, quod, ut saepe iam fieri animadvertimus, particula *autem* compendio scripta, pro pronomine accepta est ab editoribus. 22) Voc. *generum* prima tantum littera in Cod. apparet, sed longiorem lacunam enotavit Nieb. 23) *Hic Maecenas.* Haec sic notavit Nieb. tanquam in Cod. non satis appareant. Ceterum, ut supra, *Maecenatis* per *ae* scriptum. Tum pro *et reliqua* in Cod. videtur esse: *et cetera.* 24) *Hi* additum e Cod. 25) Vv. *Quae inveniuntur sicut supra diximus fas et nefas* desiderantur in Edd. pr. Fabr. Ex iis in Codice clare restant haec: *quae inve —;* ut reliqua recte coniecisse videatur is, quem P. secutus est. 26) *Et* Cod. *Ut* Edd. 27) Haec ita exhibet Ed. pr. *Neutralia propria aut masculina hic Aiax.* Quae correxit in notis mss. Fabr. *Neutralia nulla. Propria ut masculina, hic Aiax.* Atque ita etiam in ed. exprimi curavit. At in Cod. haec tantum non amplius clare leguntur: *— pria nulla nisi ea quae ex communi veniunt;* reliqua satis comparent. Ceterum in seqq. plura alia hodie in Cod. non recte leguntur.

ius facis: communia vero hic et haec et hoc audax. Sed horum communium ablativus dupliciter effertur[1] per *e* et per *i*, ut ab hoc audace et audaci. Exempla declinationis masculini generis in *ax*[2], hic Aiax, Aiacis, et caetera. Item feminini generis, haec fax, facis, et reliqua. Item communia trium generum hic et haec et hoc audax, et reliqua, usque ab hoc et ab hac et ab hoc audace vel audaci.

8. In *e* neutralia tantum inveniuntur, hoc sedile, sedilis, hoc praesaepe, praesepis. *El* neutralia tantum inveniuntur pauca admodum, et sine ulla varietate, hoc fel, fellis, hoc mel, mellis, quae simili modo declinantur, ut caetera
16 neutra tertii ordi || nis. Est haec quaestio in illis, an possint transire in pluralem numerum, quod plerisque displicuit: eo quod quaedam nomina μονομερῆ[3] sint in numeris. Nisus autem[4] eleganter nominativum pluralem[5] tantum in mella et vina secundum consuetudinem dici posse ait, quom[6] in genera recipiuntur, ut Attica mella, Italica vina.

9. *En* masculina tantum et neutralia inveniuntur, et masculina quidem haec sola, hic rien, rienis, lien, lienis, flamen, flaminis, pecten, pectinis, fidicen, fidicinis, tibicen, tibicinis media longa, ex tibia[7], cornicen, cornicinis, liticen, liticinis, ex lituo, quod est genus tubae minoris, tubicen, tubicinis. Caetera vero neutralia sunt, ut hoc certamen, certaminis. Declinantur autem[8] suprascripta nomina ut tertii ordinis. *Ens* communia trium generum invenies, ut hic et haec et hoc[9] vehemens, hic et haec et hoc patiens, hic et haec et hoc cliens: et declinantur eodem modo ut suprascripta, vehemens, vehementis, patiens, tis, cliens, tis. *Er* omnium[10] generum nomina inveniuntur, masculini, ut hic pater; feminini, ut haec mater; neutri, ut hoc papaver. Unum autem[11] invenitur quod genitivo crescit duabus syllabis, iter, itineris; apud veteres autem[12] invenimus hoc itiner. Exempla declinationis in *er*, hic pater, patris, haec mater, matris, hoc papaver, papaveris, et caetera[13].

10. In *es* correptam[14] masculina et feminina; neutralia nulla, nisi quae per communionem inveniuntur[15], ut hic et haec et hoc teres. Et sunt masculina, hic miles, comes; feminina, haec seges. Quatuor inveniuntur quae genitivum diversum faciunt. Nam cum omnia efferantur per *tis*, ut miles, militis, comes, comitis; haec sola genitivum per *dis* faciunt et sunt: praeses, praesidis, reses, dis, deses, dis, ἀργός[16], obses, dis: ideo per *dis*, quod ex verbis trahuntur. Exempla declinationis in *es* correptam[17], hic miles, tis, haec seges, tis. Neutrum non invenitur nisi trium generum, hic et haec et hoc teres. *Es* producta masculina tantum et feminina inveniuntur. Masculina, hic Hercules, feminina, haec labes. Exempla decli || nationis in *es* productam, hic Hercules, huius 17
Herculis, haec labes, labis. *Ex* masculina et feminina inveniuntur[18]: hic senex, senis, seni; haec[19] lex, legis.

11. *Il* masculina inveniuntur, hic vigil, vigilis, mugil, mugilis, pugil, pugilis, et caetera[20]. Femininum unum Tanaquil, Tanaquilis. Neutrum nullum. *In* Latinum nullum, Graecum invenitur, ut Delphin, Telchin, Delphinis, Telchinis[21]: horum incusativi secundum Graecam declinationem terminantur, ut apud Virgilium:

Orpheus in sylvis, inter delphinas Arion[22].

Is masculina et feminina tantum inveniuntur, hic ignis, ignis, haec puppis, puppis. Communia utriusque generis, hic et haec canis, hic et haec civis. *Ix* masculina, feminina et communia invenies, hic calix, calicis, haec pix, cis, hic et haec et hoc felix et pernix.

12. *O* masculina, feminina et neutra inveniuntur. .... emptio[23], hoc tabo, pondo, quae inter monoptota sunt. *Ol* masculinum invenies tantum[24], hic sol. *On* masculina inve-

1) Vv. *dupliciter effertur* desiderantur in Edd. pr. Fabr. Sed in Codice etiam superioris vocabuli *ablativus* prima tantum syllaba *ab* clare legitur, ut quae desiderentur, et utrum recte sint suppleta a P. diiudicari non possit. 2) Vv. *Generis in ax* desunt in Edd. pr. et Fabr. Sed in Cod. haec non clare comparent: *masculini generis in ax.* Pariter in seqq. haec extrita: *hac et ab hoc audace vel audaci*, quae Edd. exhibent, quae igitur priori tempore lecta sunt. 3) *Μονομερῆ* Latinis litteris exaratum in Cod. et Ed. pr. 4) *Nisus hic* P. *Nisus haec* Edd. pr. Fabr. *Nisus autem* Cod. De Niso Grammatico cf. Prisc. p. 881. P. tom. 1, 10, 2, 11. Kr. Macrob. p. 212. ed. Pont. Velius Longus p. 2235. Idem ibidem. et pag. 2236. 2237. Cassiodor. 2287. P. Donat. in vita Virg. Arnob. 5) *Pluralem nominativum* Edd. pr. Fabr. P. Paullo post pro *ait* in Cod. Ed. pr. *ita* legitur, quod correxit Fabr. 6) *Quom* Cod. *quum* Edd. 7) Male in Cod. haec ita leguntur: *tibicinis ex tuba longa.* Et paullo post *tubicen*, *tubicinis*, sic, accentu notato. Correcta haec iam in Ed. pr. 8) *Declinantur haec* Edd. *decl. autem* Cod. 9) ***Vel** hac vehemens* Cod. 10) *Trium generum* Edd. pr. Fabr. P. 11) *Unum hoc inv.* Edd. pr. Fabr P. 12) *Autem* deest in Edd. 13) *Et caetera* sic plene scr. in Cod. 14) *In es correpta* Cod. Ed. pr. ***Es** correpta* sine praep. Fabr. P. Scripsi *in es correptam*, ut infra aliquoties. 15) *Per communionem veniunt* Edd. — Paullo post *feminini haec seges* Fabr. 16) Graecum voc. suprascriptum in Cod., non suo loco, post *reses*, interpositum in Edd. In Ed. pr. ἀρτος. 17) *In es correpta.* Cod. Edd. *Mallem in es correptam. Vid. pag.* 17, 1. *pag.* 13, 2 (P.) ***Bondam.*** 18) *Invenitur* Cod. Statim ante: *mas et foemina* pro *masc. et feminina* Edd. pr. Fabr. Quae statim post v. *inveniuntur* in P. exstant: *Neutrum nullum nisi ex communi. Veluti* absunt a Cod. Edd. pr. Fabr. 19) *Seni* interpositum e Cod. Post v. *legis* Fabr. in notis mss. addenda censuit haec: ***I** non inveniuntur nisi barbara, ut sesili, sinapi, quae sunt neutra.* Sed in Ed. non expressit. 20) *Pugilis et cetera* sic plene scr. in Cod. — Paullo ante *invenitur* in Cod. 21) *Delphin nis Telchin nis* Edd. nisi quod P. *Telchin Telchinis.* In Cod. *Delphin, Delphinis, Telchin, Telchinis.* 22) Virg. Ecl. VIII, 56. ubi vid. Servius. ***Bondam.*** — Paullo post vv. *hic et haec canis, hic et haec cinis* desiderantur in Ed. pr. 23) *Emptio.* Ante hoc v. lacunam notavi, auctore Nieb. Ed. pr. sic exhibet: *inveniuntur hic ordo, haec descriptio, hoc tabo, ponda.* Atque ita etiam Fabr. Sed P. sic interpolata habet: *inveniuntur, hic Cicero, Ciceronis, emtio emtionis oni, hic ordo, haec descriptio, hoc tabo cet.* *Hoc* ante v. *tabo* sic scr. in Cod. *h* . 24) *Ut* interponunt Edd.

niuntur, et ipsa Graeca hic Laocoon[1], tis, Hippocoon, tis. *Or* masculina et feminina et neutra inveniuntur, hic praetor, haec uxor, hoc marmor, robor, aequor. *Os* masculina et feminina et communia inveniuntur, hic flos, floris[2], haec arbos, arboris, hic et haec et hoc custos. Est neutrum hoc ôs, haec ora. *Ox*[3] masculina et feminina et communia inveniuntur, ut hic Cappadox gentile, haec vox, hic et haec et hoc velox.

13. *Ul* masculina invenies, hic exul, hic consul, hic praesul. Unum barbarum Suthul. *Ur* masculina invenies et neutra, communia quin etiam[4], ut hic fur, haec turtur, hoc femur, femoris et feminis[5]. Iecur, quod genitivum duplicem facit: nam et iecoris et iocinoris[6]. *Uis* masculina et[7] feminina invenies, hic sanguis, sanguinis, haec navis, navis. *Us* masculina, feminina et neutra inveniuntur, hic stercus,
18 stercoris, haec Ve || nus, Veneris, hoc nemus, ris. *Ut* neutra sunt, et pauca, ut caput, capitis[8], hoc sinciput, sincipitis. *Ux* masculina et feminina invenies et communia, hic Pollux, Pollucis, haec nux[9], dux, ducis, crux[10], coniux, coniugis. Item commune trux[11].

XII. Ordinis quarti.

1. Quarta declinatio nominativum et genitivum in *us* facit[12]: ut masculina hic senatus, huius senatus: feminina haec porticus, huius porticus, haec anus, huius anus, haec domus[13], domus. Habet et neutrale, quod in singulari quidem numero monoptoton est per *u*, in plurali vero recipit casus suos, ut hoc cornu[14], pluraliter haec cornua, et caetera. Item hoc genu, huius genu, similiter veru, gelu, tonitru[15].

2. Est et alius ordo declinationis, quem alii ad secundum ordinem pertinere dicunt, quod genitivum in *i* litteram facit. Alii tertii putaverunt, quoniam accusativum in *em*, item dativum et ablativum pluralem in *bus* facit; quem ideo nulli parti tribuentes quintae declinationis dicendum[16] esse putavere. Profertur autem per *es*, ut hic et haec dies, huius diei; dum tamen sciamus pluraliter feminine hae dies et has dies non oportere nos dicere, quamvis singularem femininum dicamus. Caetera tamen similia feminino modo proferentur tantum, ut haec species, ciei, haec materies, materiei, haec[17] luxuries, riei. Quare[18] specierum pluralem genitivum non similiter observabis, sicut in die et meridie per *rum*, sed per *um* syllabam, ut specieum, materieum, luxurieum. Sed veteres in hac specie declinationis genitivum singularem similem nominativo dicebant. Inde inveniemus[19] in quibusdam pernicies pro perniciei, ut sit haec pernicies, huius pernicies, haec luxuries, huius luxuries, et caetera eiusmodi[20] similiter declinabantur. Completis[21] quinque ordinum declinationibus, veniamus[22] ad ipsas nominum observationes, per quas et genera et numeri discernuntur.

|| XIII. De observationibus nominum quibus genera et numeri discernuntur. 19

1. Sunt quaedam nomina quae singulariter tantum proferuntur. Sunt et quae pluraliter tantum, haec paene maiore ex parte collecta suo quaeque ordine[23] subiiciemus.

Masculina semper singularia: hic clavus, id est, impurpurata vestis[24], ὁ ἐμπόρφυρος ἐσθὴς καὶ ὁ ἧλος, hic cruor, ὁ λύθρος[25], fumus, fimus, hic stercus, hic genius, ἡ τύχη ἑκάστου, hic limus, hic pulvis[26], hic muscus, herba quae in parietibus vel corticibus arborum nascitur vel haeret. Item feminina semper singularia, haec barba, ὁ πώγων, haec culpa, haec eloquentia, elegantia, fames, haec Graecia, ἡ Ἑλλάς, haec galla, ἡ κηκίς, haec hara, haec labes[27], haec lux, memoria, malitia, pax, prosapia, rabies, suppellex, sanies, socordia, vecordia, sitis, tabes, vis.

1) *Laucoon* Cod. 2) *Hic flos, floris.* Pro his in Edd. pr. Fabr. *hic os ossis.* 3) *Ox.* Hoc totum usque ad *velox* deest in Ed. pr.; correxit iam in notis mss. Fabr. 4) Vv. *communia quin etiam* desunt in P. 5) In Ed. pr. lacuna notata ante v. *et foeminis*, in qua om. *hoc femur, femoris*, quorum in Cod. ultima syllaba *ris* clare comparet. 6) *Iocinoris* Cod. *Iecinoris* Edd. 7) *Et* deest in Cod. Edd. pr. Fabr. 8) *Et hoc sinc.* Edd. Praepos. deest in Cod. 9) *Nux nucis* P. Fabr. *Nux cis* Ed. pr. 10) Cod. mire: *bux bucis crux.* Edd. *dux ducis, crux crucis.* 11) *Trux trucis* Edd Fabr. P. 12) *Aut masculina — aut feminina* Edd. Prius *aut* in Cod. scr. *un̄*, quod alibi *unde*, in hoc autem Cod. *ut* significat. Alterum *aut* abest in Cod. 13) *Huius domus* Edd. Pronomen abest a Cod. 14) *Hoc cornu huius cornu* Edd. 15) *Gelu, tonitru, veru.* Hoc ordine Edd. — Statim sequitur inscriptio in Fabr. et P. *Ordinis quinti*, quam interposuit Fabr., quae abest a Cod. et Ed. pr. 16) *Dicendum* interpositum e Cod. — Paullo post in vv. *feminine hae dies* om. v. *feminine* Edd. pr. Fabr. 17) *Haec* add. Cod. 18) Pro *quare* in Cod. scriptum *quaſ̄* h. e. *qua* cum *s* longa et lineola supraducta. Id comp. alibi *sunt* denotat. 19) *Invenies* Edd. 20) *Huiusmodi* Edd. 21) *Completis autem quinque* P. *Completis quinque* Cod. Edd. pr. Fabr. Falso notavit Bondamus ad hunc l., v. *quinque* deesse in Fabr., cum *autem* desit. 22) *Venimus* Edd. pr. Fabr. 23) *Sub quoque ordine* Ed. pr. Fabr. Sed Cod. *sub q̄q̄ ordine*, ut recte videatur P. emendasse: *suo quaeque ordine.* — Paullo ante *maiore* ex Cod. ubi *maiere*; Edd. *maiori.* 24) *Id est* hic male repetunt Edd. Tum pro καὶ ὁ ἧλος in Ed. Fabr. καὶ ἔνηλος, relatum ad ἐσθής. 25) *Hic cruor* ὁ λύθρος. Ita ex indubiis Cod. vestigiis scribendum erat, ubi sic: *hic c̈uoru* ολ.... ος. Pro his in Ed. pr. *ὁ λύθρον cruoris inquinatio*, ex quibus Fabr. fecit: *hic tabus τὸ λύθρον cruoris inquinatio*, quod recepit P. At *hic tabus* Latine non dicitur, et in seqq. *tabes* separatim commemoratur. Scripsi igitur, quod Grammaticum voluisse e Codice apparet. 26) In his et superioribus saepe intruduntur Graeca a P.; quae a Cod. et Edd. pr. Fabr. absunt. *Hic fumus* ὁ κάπνος, *hic fimus* ὁ ὄνθος, in quibus etiam Latina absunt ab Edd. pr. et Fabr.; in Cod. tantum pronomina non sunt. Tum *hic stercus* ὁ κόπρος omnia absunt ab Ed. pr.; a Cod. tantum pronomen et Graecum voc. Postea ab edit. interponitur ἡ ἰλὺς post *limus*, ὁ κονιορτὸς post *pulvis*, quae Graeca pariter non sunt in Ed. pr. et Cod. 27) *Haec labes* accessit e Cod. Edd. pr. Fabr. Ceterum etiam his male interponit Graeca P., ut *haec*

2. Item neutra semper singularia: hoc callum, baratrum[1], caenum, ὁ βόρβορος, crocum, foenum, fel, genum, allex, alicum et alice, ἅλιξ, ἰχθὺς ταριχευόμενος, ὁ ἅλληξ[2], institium quando ius stat, hoc ius in cellum, ζωμός, τὸ δίκαιοι[3], et iura et iuribus legimus, letum, mors, hoc mormur[4], hoc pelagus, rudus, rudens, γέσσωρος[5], robor, rus. Sed Virgilius et pluraliter dixit:

per florea rura[6].

Sulphur, scrupulum, sinapi, hoc siler, κύπειρον[7], siser, ἀγριοσέλινον[8], vulgus, virus, viscum, sed Plautus[9] viscus dixit.

3. Item masculina semper pluralia: hi antes, hi carceres, a coercendo, et[10] carcere.

Pronique in carcere pendent

Virgilius[11]. Hi caelites, οὐρανίωνες, cani[12], hi casses, hi cancelli, foci, furfures, fori, loca spectaculorum. Item fori sunt in navibus, quibus[13] nautae sedentes remigant[14]; freni, sed et frena et frenum invenimus, inferi, hi grumi, οἱ τῶν ὅρων λίθοι, lendes, κόνιδες[15], liberi, lares; sed legimus et lar, laris, sicuti mas, maris; hi ludi, loculi; legimus et loculus[16], hi lemures, νυκτερινοὶ δαίμονες; mores, sed et mos legimus, maiores, inferni et inferi, manes, δαίμονες, hi natales, id est, nobilitates[17]; nostra || tes, sed huic sin- [20] gulare quidam dant, ut nostras, nostratis, ut potestas potestatis. Magistratus, et Magistrates invenimus, optimates, sed invenimus optimas, et infimates legimus. Pugillares, πινακίδια[18], primores, proceres, ἔξαρχοι, πρωτάρχοντες, posteri, plures, plerique, penates, Quirites, quinquatres, Παναθήναια, sentes, singuli, sales, οἱ ἅλες, superi, vepres.

4. Item feminina semper pluralia: hae argutiae, et facit verbum arguto, argutas, hae angustiae, arae[19] pro

culpa, ἡ αἰτία, ψόγος, *haec eloquentia* ἡ λογιότης, *elegantia* ἡ ἀστειότης, *fames* ὁ λιμός — *haec haru* ὁ συφεός, *haec lux* τὸ φῶς — *rubies* ἡ λύσσα. Ad hunc locum sic Bondamus: *Gloss. Hara singulariter tantum declinabitur, et est femininum haec hara*, συρεός. *Lege* συφεός. 1) *Barutrum* sic Cod. *baratlırum* Edd. Tum *crocum* accessit e Cod. Pro v. *foenum* in Ed. P. est *hoc frenum*, quod totum abest ab Edd. pr. et Fabr. 2) Scripsi, quae in Codice esse ex Niebuhrii notatis coniicio. Nam omnia praestare non ausim. Ed. pr. sic habet: *hoc Allex*, ἄλλεξ, ἰχθὺς ταριχευμενος (sic) in quibus nihil mutaverunt Edd. Fabr. P., nisi quod *fel* legitur antea, in Edd. pr. Fabr. deest, in P. autem scribitur *hoc fel hoc genu*. *Genum* exhibet Cod. Aperte tria sunt, quae Grammaticus, tanquam plurali carentia, notare voluit: *allex*, liquaminis genus; *halec*, piscem; *alicum*, quod usitate *alica*, genus farris factiticii; primum illud Graeca v. ἅλιξ, alterum his: ἰχθὺς ταριχευόμενος, tertium v. ὁ ἅλληξ reddidit. Credo igitur, locum sic scribendum esse: *Allex*, ἅλιξ, *alec*, ἰχθὺς ταριχευόμενος, *alicum* ὁ ἅλλιξ. De primo locus classicus est apud Plin. XXXI, 8. scribendumque Graece ἅλιξ, quia ab ἅλς, sal, descendit, pertinetque ad hoc glossa, quae aliquoties recurrit in glossariis: *Ἅλιξ hic alix singulariter tantum declinatur.* Tertium tractat idem Plinius XVIII, 11. pertinetque ad illud, nisi fallor, glossa: *alica* χόνδρος. Utrum vero *alicum* sive *alica* Graece etiam ἅλληξ vel ἅλλιξ dicta sit, nunc non satis affirmare possum. — Notavit Bondamus: *vel* τεταριχευμένος, *vel* ταριχευόμενος *legendum. Vide Gloss. Graeco L.* In Cod. est: ταριχευόμενος. 3) Haec ita leguntur in Cod. *Hoc ius, iuscellum*, Ζωμος το (sic) ΔΙΚΟΝ, quae sic reddit Ed. pr. Hoc ius ὁ ζωμός ζωμως τόθικόν (sic). Ea correxerat Fabr. in notis mss.: *hoc ius* ὁ ζωμός, ζωμίδιον. Equidem secutus sum Ed. P. nisi quod e Cod. *iuscellum* interposui. Τὸ δίκαιον iam reposuerat Fabr. in Edit. Fortasse sic voluit Grammaticus: *hoc ius, iuscellum*, ζωμός: *hoc ius*, τὸ δίκαιον. Ostendunt, hoc verum esse, quae proxime sequuntur: *Et iura et iuribus legimus.* Pro his Bondamus: *sed et iura* cet. coniicit. 4) *Hoc murmor* Edd. *hoc mormur* Cod. i. e. *murmur*. Sed utrumque, et *murmor*, et *murmur*, plurali numero invenitur. 5) *Rudus, rudens*, γέσσωρος. Dedi quidem, quod in Cod., sed vox Graeca non suo loco posita nec recte scripta. Legendum: *Rudus*, γῆς σωρός, *rudens*. Fortasse tamen *rudens* recte omiserunt Edd. pr. Fabr. P. Graecam vocem sic exhibet Ed. pr. γέσσωροσος. Caeterum γῆς σωρός scribendum esse, vidit iam Bondamus, ad Glossaria ablegans. Statim post *robur* P. interposuit σθένος. 6) Virg Aen. I, 430. Et saepe alibi *Bondam.* 7) κυπιρον Cod. Ad marg. notavit Fabr. *Molle siler* e Virgilio (Ge. II, 12.). 8) ἄγριον σέλινον Edd. 9) Plaut. Poen. II, 1, 33. *Ne ad fundas viscus adhaeresceret.* Et saepe alibi. *Bondam.* 10) *Et carcere* Cod. Ed. pr. *sed carcere* Edd. Fabr. P. Mihi legendum videtur: *Carceres, aliquando et carcere*: nam *aliquando* cum scriptum esset *alicuando*, stupidus librarius inde fecit *a coercendo*. 11) Adiunxit P. alium locum: *Ruuntque effusi carcere currus*, quem ignorant Cod. et Edd. pr. Fabr., quem tamen in mente habuisse videtur Grammaticus. Locus est apud Virg. V, 145. *Ruuntque effusi carcere currus Nec sic immissis aurigae undantia lora Concussere iugis, pronique in verbera pendent.* Fortasse hunc totum locum excitaverat Gramm., quem male in brevius contraxit librarius. 12) Codex hunc locum ita exhibet: *Οὐρανίωνες, cani. Virg. cana fides, sed ibi Deum dixit; hi casses* cet. Ed. pr. sic: *Οὐρανίωνες, quum Virgil. dixit cana fides, sed ibi deam dixit. hi casses.* Haec in notis mss. sic correxit Fabr.: *Οὐρανίωνες, hi fides, pro chordis, quum Virgil. dixit — hi casses, hi cancelli, hi cani.* Ea secutus est in Ed., nisi quod *quamvis* pro *quum*. Non discessit P., nisi quod *cani* prorsus omisit. Bondamus haec notavit: *Aen. I, 292. Haec vero si scripserit Charisius, plane stipes et insulsus fuit. Quid enim haec fides commune habet cum fidibus, chordis? Quis nescit fidem ea significatione, qua Virg. posuit, semper singulari numero efferri? Apage ineptias, Insulsissimi librarii glossa est. Confirmatur id pag.* 22. P. (ubi *fides* inter singularia affertur). Haec Bondamus, quem secutus, verba illa, a Fabricio intrusa: *hi fides pro chordis* quae in Cod. absunt, et illa quae sequuntur: *quum Virg. dixit cana fides, sed ibi deum dixit*, quae sunt glossatoris, expunxi. *Cani* pro *cum* sive *quum* ab eo lectum, qui Ed. pr. curavit. Et Virg. locus non ad *fides*, sed ad *cani* ab insulso glossatore ascriptus videtur. 13) *Quibus*. In Cod. est $\overset{o}{q}$. 14) ἑδώλια interposuit Fabr., secutus est P. 15) Κόνιες in notis mss. correxerat Fabr., male; edidit κονίδες, quod idem in Ed. pr. falso accentu. 16) *Luculi — luculus* Cod. Ibidem *lemores*. 17) *Natales id est nobilitates* Cod. Ed. pr. *natales id est generis nobilitas* correxit Fabr. secutusque est P. 18) Πινακιδει Cod., ut supra XI, 2. πλεονοσυλλαβει pro πλεονοσύλλαβα. 19) *Hae arae* Fabr. P. Sed pronomen de suo interposuit Fabr.

penalibus dicimus, namque ara singulariter; hae Alpes, *τὰ ὄρη Γαλλίας*, aedes, domus; nam si aedis dixeris, templum significas; antemnae, antiae, blanditiae, bigae, trigae[1], caulae, caerimoniae, compedes, cunae, crates, et cratem dixerunt, copiae, divitiae, deliciae, dapes, et haec daps dixerunt; hae dirae, exuviae, exsequiae[2], Esquiliae, *τόπος ἐν Ῥώμῃ*, excubiae, fauces, fruges, fores, fasces, sed Cicero dixit: *Fascem unum si nanctus esses*[3], per quod intelligimus masculino genere dici, et non esse tantum plurale. Facetiae, *εὐομιλία*, *εὐστομία*, fortunae, bonae[4], *ὑπάρχοντα*, *οὐσία*, feriae, falerae, genae, grates et gratiae, gingivae, gerrae, *πλεκτά τινα τὰ προςφερόμενα τείχεσιν*[5]. Indutiae, inferiae, insidiae, inimicitiae, ineptiae, hae idus, *εἴδοι*[6], inlecebrae, Kalendae, litterae, latebrae[7], *σπήλωμα*, Latinae, minae, *ἀπειλαί*, manubiae, nuptiae, nares, nundinae, nonae, neniae[8], *ἐπιτάφια*, nugae, opes. Sed Virgilius libro primo:

Non opis est nostrae Dido[9];

plagae, preces, primitiae, praestigiae[10], quisquiliae, *φρυγάνων χαίτη*, *σκύβαλα*, reliquiae, retes, *δίκτυον*, nam et in consuetudine dicimus: *In retes meas incidisti.* Retia enim si dixeris, pluralem facis a nominativo, qui est rete neutri generis. Sarsinae, sortes, suppetiae, *βοήθια*, sordes[11], scopae, *σάρος*; dicimus tamen et scopa; scalae, *κλίμαξ*, salinae, *ἁλικαί*[12], tenebrae, *μύχος*, *σκοτία*[13], vires, vindiciae, *καρπιστία*, *ἐκδικία*[14], *ἐλευθερία*.

5. Item neutra semper pluralia: haec arma, avia, arbitria, battualia[15], bona, *ὑπάρχοντα*, brevia, besalia, iusta, Bacchanalia, castra, crepundia, haec cete, *κήτη*, haec Compitalia, id est, ubi eos qui peregre moriuntur colunt; Parentarium dicitur. Carmentalia, matri || Euandri sacrificia [21] instituta, Carmentalia appellata a nomine ipsius; Cerealia, *Δημήτρια*, cunabula, cibaria, comitia, *ἀρχαιρέσια*[16], donaria, diaria, exsta, gaesa[17], *εἶδος ἀκοντίου*, *γαῖσα*[18], Genitalia, iuga, *ἀκρώρεια*[19], iugum enim *ἵππον ζύγον*, iusta, *ἔθιμα*, intestina iugera, sed et iugerum dicimus, lautia, suppellex[20], Liberalia, lumina, apud Virgilium lumen legimus; moenia, magalia, *καλύβαι Ἀφρῶν*, mapalia, *καλύβαι ἀγρῶν*, haec Neptunalia, *Ποσειδώνια*, haec orgia, *Διονύσου μυστήρια*, haec palaria, cum milites ad palos exercentur, haec parentalia, *νεκύσια*, haec praecordia, *ὑποχόνδρια*, haec rostra, locus in urbe, ubi concionantur[21], haec spectacula, *θεωρίαι*, spolia[22], sponsalia, *μνῆστρα*, haec Saturnalia, *Χρόνια*, haec serta, *στέφανοι*, *στεφανώματα*, Terminalia, tempora, *κρόταφοι*, sed Virgilius tempus dixit, haec verbera, *μάστιγες*, viscera, vada, *βραχῆ*[23], sed et vadum dixerunt, Vulcanalia, *Ἡφαίστια*[24]. Quae semper pluralia sunt, si plusquam unum significare velimus, siquidem masculina sint[25], utputa hi loculi, ita dicemus: binos ternosque[26] loculos. Si vero feminina, utputa hae scalae, ita dicemus: binas ternasque scalas. Et neutralia similiter, utputa haec spectacula.

6. Elementa semper singularia sunt, ut caelum, *οὐρανός*[27], aether, *αἰθήρ*, aer, *ἀήρ*, sol, *ἥλιος*, iubar[28], terra, *γῆ*, mare, *θάλασσα*[29], autumnus et autumnum. Maria tamen

1) *Quadrigae* addunt Fabr. P. quod ignoratur a Cod. et Ed. pr. Interposuit Fabr. 2) *Exsequiae* Cod. *exquiae* Edd. 3) *Nanctus esses* Cod. *nactus esses* Edd. Verba Ciceronis ad incertorum librorum fragmenta referenda sunt. Cf. Cic. Opp. edidit Orell. tom. IV, II, p. 582. De forma *nanctus* cf. notata ad Ruddim. Etym. III, 1. §. 49. v. *nanciscar.* Caper de orthogr. p. 2241. P. 4) *Bonae* Cod. *bona* Edd. fortasse recte. Non enim nisi interpretationem v. *fortunae* reddere voluisse videtur Grammaticus, ut supra XIII, 2. *letum*, *mors.* 5) Quae Graeca h. l. dedimus, ea clare exhibent Cod. et Ed. pr. Pro *πλεκτά τινα* Fabr. in notis mss. volebat *σκεπώσματα* (sic); sed in Editione posuit *πλεκτα τινα* sine acc. Articulum omiserunt Fabr. P. 6) *Ἴδοι* libri omnes; scripsi *εἴδοι*, cum saepe in hoc Cod. *ι* pro *ει* legatur, ut supra *κύπιρος* pro *κύπειρος*, et infra *βοηθια* pro *βοήθεια.* 7) *Latebrae graece σπήλωμα, minae.* Ita Edd. Fabr. P. *lat. graece πήλωμα, minae* Ed. pr. Sed Cod. om. v. *graece*, et v. *Latinae* (scil. feriae) addit ante *σπήλωμα*, quod Graecum v. *πήλωμα* (sic) scriptum exhibet. Graecas interpretationes aliquoties loco non suo a librario posita esse, iam aliquoties animadvertimus. Tum in Cod. est *ἀπιλαι* pro *ἀπειλαί*, in Ed. pr. *ἀπηλαι.* 8) *Neniae* Cod. Ed. pr. *naeniae* Fabr. P. 9) Virg. Aen. I, 601. ubi videatur Serv. **Bondam.** 10) *Praestrigiae* Cod. 11) *Βοηθια* Cod. Ed. pr. *Sortes* — *sortes* utrobique in Ed. pr. Corr. locum in notis mss. Fabr. *βοήθεια*, *sordes scopae*, *σάρωθρον*, *σάρος*; in Ed. om. *σάρωθρον.* 12) *Ἀδικαι* Cod. solito errore, ex quo *Δ* et *Λ* saepe confunduntur in Codd. Latinis. 13) Quae hic post v. *σκοτία* in Edd. Fabr. P. adiecta leguntur: *tricae τριχώματα*, addita sunt a Fabricio; ignorantur a Cod. et Ed. pr. Pro *μύχος* in Ed. pr. est *μύκος.* 14) *Ἐκδικία* additum e Cod. Pro *ἐλευθερία* in Ed. pr. est *ἐλευτρία*, quod male correxit Fabr. *ἐλευθέρια.* 15) *Battualia* Cod. Ed. pr. Fabr. *battulia* P. 16) *Δημέτρια* — *ἀρχιερεσια* Cod. *δημίτρια* — *ἀρχιαιρεσια* Ed. pr. 17) *Exsta* cum Cod. scripsi. *Exta* Edd. Tum *gaesa* Cod. *gesa* Edd. 18) Interponit Cod. h. l. *caesa*, quod quamvis non plane alienum videatur ei, qui meminerit formulae *inter caesa et porrecta*, tamen quia alieno loco inter vv. a *G* incipientia positum, non a Grammatico profectum videtur. 19) *Ἀκρώρια* Cod. Tum *ἵππον* additum e Cod. *ἱπποζυγον* (sic) Ed. pr. 20) *Suppellex* Cod. quam scripturam licet pravam, retinui, ut supra. 21) *Contionantur* Cod. Non puto veram esse scripturam. 22) Hic interposita leguntur in Fabr. et P. *Virgilius spolium dixit*, quae addidit Fabr. ut notae eius mss. docent. Locus Virg. est Aen. XII, 94. — In iis, quae paullo post leguntur: *Virgilius tempus dixit*, respexit Gramm. ad Virg. Aen. IX, 418. ubi cf. Servius. **Bondam.** 23) *Βραχέα* Fabr. P. *βρχη* (sic) Cod. 24) *Ἡφέστια* Cod. Ed. pr. Ex errore Fabr. in notis mss. correxit *ὑφαίστια.* In Editione vera est scriptura. 25) Male hic repetit Cod. et Ed. pr. *semper pluralia.* 26) *Trinosque* Edd. *ternasque* Cod. 27) *Οὐρανός*, — *αἰθήρ*, — *ἀήρ*, — *ἥλιος.* Omnia haec in Cod. supra versum ascripta. 28) *Σέλας* hic addidit Fabr. secutus est P. Paullo post pro *γῆ* in Cod. est *Γε.* 29) *θάλασσα* supra versum ascr. in Cod.

quamvis dicantur pluraliter, attamen nec marium nec maribus dicemus, et terras pro terrae regionibus accipimus. Item metallica semper singularia sunt [1], utputa aurum, stannum [2], argentum, cassiterum, ferrum, orichalcum, aes, aurichalcum, plumbum. Aera quamvis dicantur, tamen caeteris casibus non utimur.

7. Item quae mensura constant, arida duntaxat, quae numerari non possunt, semper singularia sunt, ut triticum, quamvis et frumenta dicamus; hoc far, hoc ador, adoris, frumenti species, haec oryza, ὀρύζα, haec faba. Virgilius:

Vere fabis satio [3],

inusitata declinatio. Haec lens, hoc cicer, hoc milium, hoc minium, κιννάβαρις, hoc paniceum [4], hoc git, monoptotum, μελάνθιον, hoc ordeum.

[22] || 8. Item haec semper singularia sunt, mel, μέλι [5], quamvis Virgilius mella dixerit; oleum, ἔλαιον, vinum, οἶνος, quamvis Virgilius vina dixerit; mulsum, οἰνόμελι, defrutum, ἕψημα [6], acetum, ὄξος, lac, γάλα, lactis [7], garum, muria, liquamen; et si qua horum nominativo pluraliter efferuntur, caeteris tamen casibus cessabunt. Fel sic declinatur quomodo mel. Et si pluraliter declinata fuerint, non ad quantitatem, sed ad genus referuntur, ut mella, ut sint [8] multae species, quasi locale, ut Atticum, Rhodium. Similiter et lanae, ut sint [9] variae species lanae, quasi Milesia [10], Hispana.

9. Item nomina fluminum, et montium, et civitatium [11] semper singularia sunt, nisi quae natura pluraliter enuntiantur, ut Athenae, Thebae, Baiae, Cumae, Puteoli, Ostia, Brixae [12], Abellae, hi Argi [13]. Item singularia semper sunt, quae nec videri, nec tangi possunt. Verum ab his in alterutram partem doloris aut gaudii adficimur [14], ut gaudium, quamvis Virgilius et gaudia dixerit:

Latonae tacitum pertentant gaudia pectus [15];

vigor, metus, letum, timor, terror, insania, sopor, ius et pluraliter iura tantum, iustitia, maestitia [16], stultitia, senium, senilis morbus, scrupulum, sapientia, salus, fides, πίστις, perfidia, ἀπιστία, macies, maciei, macer, macri, misericordia, inertia, segnitia, pigritia, velocitas. Sed auctores non usquequaque haec observaverunt.

XIV. De Monoptotis.

1. Sunt quaedam nomina tota in declinatione, et singulari et plurali, monoptota [17]. In quibus et communia trium generum sunt, ut [18] masculini, feminini et neutri: nequam, frugi, nihili, nugas [19], pondo m. f. n. Quamquam unum pondo non dici sciamus [20], sed in libram referamus, utputa unam libram, duas libras; duo enim [21] pondo, et deinceps observamus. Id quoque observabimus [22], ut, quoties de neutro loquamur, correpta *o* littera dicamus, duo milia; in accentu longo duo homines, ambo homines, ambae mulieres dicimus.

|| Sunt quaedam nomina singularia tantum monoptota, quae pluralia non habent, et sunt neutralia, ut fas, hir [23], tabo, git, nefas, instar, pus, sinapi [24] ...., unde ir appellatur; caepe [25] et haec caepa, huius caepae. [23]

2. Sunt quaedam neutralia [26] tantum monoptota, quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt, et appellantur heteroclita, ut gelu, genu, testu [27], ὄστρακον; sed Virgilius *haec testa* in Georg. [28]; et veru, ὀβελίσκος, seru, ὀρός [29],

1) *Sunt* abest a P. Idem scripsit *metallica*, sed Edd. pr. Fabr. *metalla*. Cod. cum P. facere videtur. 2) *Stagnum* solito errore Cod. 3) Virg. Georg. I, 215. ubi Servius. ***Bondam.*** 4) *Panicum* Edd. Fabr. P. *paniceum* Cod. Ed. pr. Paullo ante κ ι ν ά β α ρ ι ς Edd. pr. P. Correxit Fabr. κιννάβαρις, quod idem Cod. 5) Μ έ λ ι — ἔ λ α ι ο ν, — ο ἶ ν ο ς, supra versum ascriptae sunt. Tum Grammaticus citando Virgilio respexisse videtur ad Eclog. III, 89. ubi *mella*, et Georg. I, 341. ubi *vina*. Et saepe alibi. 6) ἕ ψ ε μ α Cod. ἔφημα Ed. pr. Paullo post ὄρος pro ὄξος Ed. pr. 7) *Lactis* additum e Cod. 8) *Sit* Cod. 9) *Sit* Cod. 10) *Et Hispana* Edd. *Et* abest a Cod. 11) *Civitatum* Edd. *civitatium* Cod. 12) *Baïae* (sic) Cod. Ante hoc v. addidit Fabr. *Mycenae*, quod in Cod. et Edd. pr. Fabr. non est. — Tum *Brixiae* Edd. *Brixae* Cod. 13) *Argi* sine pronomine Edd. 14) *Adicimur* Edd. 15) Virg. Aen. I, 502. et Aen. V, 828. *Blanda vicissim Gaudia pertentant mentem.* ***Bondam.*** *Pertemptant* Ed. pr. 16) *Moestitia* Edd. *maestitia* Cod. 17) *Monoptota* sic Latinis litteris scr. exh. Cod. Ed. pr., Graecis Fabr. P. 18) *Aut masc.* Edd. Sed in Cod. *un*, quod in hoc libro *ut* et *veluti* significat. 19) *Nuga* Cod. 20) *Non dicimus* P. *non dici sciamus* Edd. pr. Fabr. quod probat Bondamus. Cod. *dici scium* (sic) i. e. *dici sciam*". Hunc locum imitatus est Phocas segm. II, 3. pag. 325. h. ed. *Nam unum pondo non dici sciamus, sed in libram referri*, ubi vide quae notavimus. 21) *Enim* additum e Cod. 22) Nihil ad rem haec observatio et ab alio fortasse adiecta. Quamquam et superiora sana non sunt. ***Bondam.*** 23) *Ir* Edd. Fabr. P. *hir* Cod. Ed. pr. — Tum post v. *git* addidit μελάνθιον Fabricius, quem secutus est P. Graeca vox abest a Cod. et Ed. pr. 24) *Sinapi, unde ir appellant.* Sic P. Sed post v. *sinapi* lacunam agnoscunt Edd. pr. et Fabr. in qua lacuna legisse se dubitanter indicat Nieb. *vires*. Idem deinceps pro *ir* in Cod. invenit *vir*. *Apellant* Edd. *appellatur* Cod. Equidem sic legendum censeam: *sinapi, virus, unde vir appellatur.* Nam *virus* licet in supp. secundae declinationis ostenditur, tamen etiam trium casuum et indeclinabile habetur. Similiter Priscian. V, 3, 18. et VI, 9, 45. Charisium commemorat *hir hiris* declinasse, quod ipsum h. l. a Charisio inter monoptata commemoratur. Illud autem *unde vir appellatur* sic mihi videtur intelligendum esse, ut Charisius dixerit, voc. *vir* a nomine *virus* deduci vel cum eo cognatum esse origine. Cf. Isidorus Hisp. XI, 1, 103. *Nam virus proprie dicitur humor fluens a natura viri.* 25) *Hoc caepe* Edd. Fabr. P. Pronomen abest a Cod. et Ed. pr. 26) *Sunt quaedam nomina* Edd. pr. Fabr. P. E codice Nieb. enotavit . . . . *la. a* (sic) unde coniicio scribendum esse *neutralia*, quod rescripsi. Paullo post pro *pluralibus* in Ed. pr. est *plurimis*, quod correxit iam Fabr. 27) *Testu.* Sic haud dubie legendum est, licet in Cod. *testa* scriptum esse videatur. Cf. Charisius infra p. 49. 118. Phocas II, 4. Adde quae dixit Conr. Leop. Schneider Formenl. pag. 345. 28) Virg. Georg. I, 391. *Testa cum ardente viderent Scintillare oleum.* 29) Ὀρός.

tonitru, cornu, ossu, ὄστεον; et os, ossis ut infra apparebit inter monosyllaba. Pecu et pecus[1] pecoris, sicut apud Sallustium[2] *domiti pecoris;* et apud Virgilium:

Et sucus pecori et lac subducitur agnis[3];

et alibi:

Pecorisque magistro.

.... ut Cicero. Sunt quaedam pluralia tantum monoptota communia, in numeris [posita, velut quot, tot[4],] aliquot, quotquot; haec alii posuere inter adverbia. Sunt quaedam, quae singulariter non in[5] omnibus casibus cadunt, verum pluralem ...... mittunt[6], veluti [frondem, φυλλάδα, et fronde] apud Virgilium:

Fronde super viridi[7].

Frugem et fruge potest[8], vicis [vicem et vice.] Sunt quaedam quae declinationem non admittunt[9], in quibusdam casibus[10] [tantum inveniuntur. Et dicuntur ἄπτωτα, ut dicis causa, hic tantum genitivus est: verum plurali numero deficiunt.] Septimus casus est sponte, et huic declina[tio nulla, praeter ablativum opis et vicis] et[11] caetera, ut opem, ut sit auxilium et vicem: [ope et vice: nam haec nominativum non habent.] Sunt quaedam, quae singulariter cum declinantur, in plu[ralibus mutant genera, veluti anomala, hic locus[12],] pluraliter haec loca, et hi loci, hic pomarius, p[luraliter haec pomaria, hoc frenum, haec frena et hi freni[13],] hic iocus, haec ioca et hi ioci, hic porrus et hi porri. Numeri non declinantur praeter unum et [duo et tres. Ex quatuor usque ad centum indeclinabiles sunt: a centesimo iterum declinantur[14].]

|| Elementa litterarum indeclinabila sunt. [24]

3. Inprimis[15] monoptota hypocorismata [non recipiunt: nec quae neutra singulariter sunt[16]] elementa. Item fluminum, montiumque [nomina, et urbium. Item propria deorum nomina[17]] hominumque. Item dies festi et litterarum el[ementa. Item numeri[18].] Hypocorismata semper generibus suis und[e oriuntur consonant, pauca dissonant: veluti unguis, unguicula, haec rana[19],] hic ranunculus, hic unguis,

Ita scribendum e Cod. ὀῤῥός exhibent Edd. pr. Fabr. P. 1) *Pecus* deest in Ed. Putsch. 2) Sallust. B. Iug. c. 78. Pro vv. *domiti pecoris* Ed. pr. nihil nisi *de* exhibet, adiuncta lacuna; Ed. Fabr. *de pecore;* in cod. quid fuerit, incertum, cum Nieb. vv. *domiti pecoris. Et* uncis incluserit, quae extrita fuisse videntur. 3) *Sucus* una *c* littera Cod. Virg. Ecl. III, 6. Tum pro vv. *pecorisque magistri* in Cod. nihil est nisi *pecoris*, reliqua detrita. In Ed. pr. legitur: *et alibi. pecoris quam lactis abundans* (lacuna) *ut Cicero*, quae totidem litteris apud Fabr. leguntur, pariter significata lacuna. Sed P. locum sic interpolavit: *Et alibi: Pecorisque magistri. Et, Pecoris, quam lactis abundans. Hoc Algu, τὸ κρύος et Algor algoris, ut Cicero.* Ista vero: *Et, Pecoris quam — algoris* et intermedia interpolata esse, e Cod. indicavit Nieb. Nos lacunam significavimus. Alter locus Virgilii est Eclog. III, 101. ubi *magistro*, quod rescripsimus. Affertur inter Ciceronis Fragmenta incerta ex hoc loco *Hoc Algu, et Algor algoris.* (Cf. Orell. Fragm. in. 16. pag. 583.) quod plane fictum est. 4) Haec quae uncis inclusimus, in Cod. extrita sunt; in Ed. pr. locus sic legitur: *communia* (sequitur lacuna) *aliquot;* atque ita etiam Fabr. nisi quod vv. *quot, tot* lacunae loco interposuit. Vv. *in numeris* in codice clare adhuc legi, ex Nieb. adnotatione patet. 5) *In* praep. omisit P. 6) *Pluralem numerum admittunt* Edd. pr. Fabr. *Pluralem declinationem admittunt* P. Codex lacunam habet, quam significavimus. Paullo post vv. *frondem, φυλλάδα et fronde* in Edd. pr. Fabr. plane desunt, ne lacuna quidem significata. Nieb. uncis inclusit, unde coniicimus, in Cod. extrita esse. Habet P. 7) Virg. Eclog. I, 81. 8) *Frugem et fruge potest.* Ita in Cod. esse, ex Niebuhrii signis apparet, qui proximum v. *vicis* punctis suppositis notavit, quod signum esse credo, legi potuisse, sed non clare; reliqua autem: *vicem et vice* idem uncis inclusit, quod nos quoque fecimus. Sed Edd. pr. Fabr. locum sic reddunt: *Frugem et fruge potestotes* (lacunae signum) *Sunt quaedam.* Dedimus, quae habet P. 9) *Et* interposuit h. l. P. 10) Post v. *casibus* lacunae signum in Ed. pr. quam lacunam sic explevit Fabr.: *verum plurali numero deficiunt.* In P. sic expressum est: *casibus tantum inveniuntur. et dicuntur ἄπτωτα, ut dicis causa, hic tantum genitivus est: verum plurali numero deficiunt. Septimus* cet. Quae nos uncis inclusimus, interpolata esse in marg. indicavit Nieb. 11) *Et caetera* Cod. Ed. pr. *ut caet.* Fabr. P. Omnem locum sic exhibet Ed. pr. *Et huic declinatio nulla, praeter ablativum et caetera. ut opem, ut sit auxilium, et vicem, nam haec nominativum non habent. Sunt* cett. Quae Fabrius sic correxit in nott. mss., quam emendationem in editionem recepit: *huic declinatio nulla, praeter ablativum. Opis et vicis, ut caetera, opem ut sit auxilium et vicem, ope et vice: nam haec nom. n. habent. Sunt* cett. Haec omnia retinuit P.; atque insuper addidit *item accusativum*, ante vv. *ut opem;* quae plane absunt a Cod. et Edd. pr. Fabr. quare delevimus. Reliqua uncis inclusimus secundum Nieb., non quod non legerentur in cod., sed ut suppleta esse intelligerentur. 12) *In pluralibus mutant genera. Pluraliter* Ed. pr. His interposuit Fabr. vv. *hic locus.* Vv. *veluti anomala* addita in P. Quae in codice obscura, Nieb. praeeunte uncis inclusimus. 13) *Pluraliter haec pomaria. hoc fraenum. hic iocus haec ioca. et hi ioci. hoc porrum et hi porri.* Sic Ed. pr. Reliquimus, quae in Fabr. et P. leguntur, inclusis his, quae Nieb. uncis inclusit. Tum *hic porrus* Cod. *hoc porrum* Edd. pr. Fabr. P. 14) *Ex quatuor usque ad centum a centesimo: — Elementa* cett. Sic Ed. pr. quae fortasse tunc legebantur in Cod. *Ex q. usque ad c. a centesimo declinantur. Elementa* cett. Ed. Fabr. Reliquimus lectionem Putschii, sed inclusis iis, quae hodie in Cod. extrita sunt. 15) Inscriptio huic segmento praemissa in Ed. pr. est: *Nomina Hypocorysmata.* Fabr. et P. *Nomina quae Hypocorismata non recipiunt*, quae omnia ignorantur a Cod. 16) Quae uncis inclusimus, sunt ea quidem in Edd. sed in Cod. extrita. 17) *Montiumque nomina et urbium* (lacuna) *Item hominumque* Ed. pr. Eadem exhibet Fabr. nisi quod *deorum hominumque* omissa lacuna. Reliquimus, quae dedit P. sed inclusis his, quae in Cod. legi non possunt. 18) *Elementa. Item numeri.* Sic Ed. pr. P. Quam lectionem explevit Fabr. *Elementa. Item numeri. Meminerimus quod hypocorismata non semper* cett. Nos cum Nieb. uncis inclusimus, quae nunc in Cod. legi non possunt. 19) *Unde oriuntur consonant hic ranunculus* Ed. pr. *Unde oriuntur consonant. haec rana hic ranunculus* Fabr. Dedimus, quae posuit P. sed inclusis, quae ex coniectura suppleta sunt, quae in Cod. extrita.

haec unguicula[1]; h[oc glandium, haec glandula, hic panis[2],] hoc pastillum, ut Varro dixit; haec beta, hic beta[ceus, haec malva, hic malvaceus[3];] hoc pistrinum, haec pistrilla, ut Terentius in Ad[elphis; hic ensis, ensiculus[4].] Sic in Rudente Plautus[5].

XV. De nominativis [ad regulam redactis[6]].

1. Omnia nomina, quae in *en* terminantur, in nominativo ca[su, ea in genitivo finiuntur per *inis*[7],] mutata praecedente syllaba in *i*[8], et sunt pene om[nia neutralia, exceptis] his tantum novem, quae masculina videntur, et sunt masculina in *en*, hic[9] [tubicen, ex[10] tuba longa,] tubicinis, liticen, ex lituo, tubae genus, liticinis, cornicen, ex [cornu minore,] cornicinis, tibicen, ex tibia, tibicinis, fidicen, ex fidibus, fidicinis, lien, *σπλήν*, lienis, rien, *νέφρος*, rienis et renis[11], flamen, *ἱερεὺς*[12] *Καίσαρος*, flaminis, pecten, pectinis. Neutralia in *en*[13], abdomen, *λαπάρα*, abdominis, acumen, acuminis, agmen, agminis, bitumen, *ἄσφαλτον*, bituminis[14], alumen, *στυπτηρία*, columen, *στερέωμα*.

2. Omnia nomina, quae *l* littera[15] terminantur, neutralia sunt, ut tribunal, animal, bidental; exceptis his: consul, proconsul, exsul, vigil, pugil, *πύκτης*, praesul, sol, solis; similiter et barbaris[16] Hannibal, Suthul, Manastabal, et si qua alia nomina sunt parum Romana. Eadem nomina neutralia, quae per *l* terminantur, etiam per *e* litteram terminari invenimus, ut tribunale, animale, bidentale.

|| 3. Omnia nomina[17], quae *ar* syllaba terminantur, neutralia sunt, ut exemplar, iubar, instar, extar[18], lucar, *θεατρικὸν ἀργύριον*, lacunar, et similia; exceptis his: Caesar, lar, par; commune est enim et quae ex eo componuntur, ut dispar, compar[19]; bustar, locus ubi concremantur mortuorum corpora. [25]

4. Omnia nomina, quae *o* terminantur, aut masculina aut feminina sunt. Haec neutralia invenimus, ut hoc pondo, hoc tabo, quae inter monoptota adnotavimus. Quae autem[20] masculina seu feminina sunt, haec genitivum per *is* habent, praecedente *o*, quam nonnumquam servant. Cicero, Ciceronis, Apollo, Apollinis, emptio, onis, fortitudo, dinis, turpitudo, turpitudinis. Sed quia rationem minus habent masculina, quando mutent, femininorum rationem exponemus. Tunc enim feminina servant *o* litteram, si quando sit *ti* ante novissimam *o* syllabam, ut deminutio[21], onis, subscriptio, onis. Sin autem fuerit alia littera coniuncta, tunc utique *o* in *i* mutant, ut valetudo, tudinis, cupido, dinis. Ne autem[22] quis reprehendere possit, necesse habemus hoc observare, quod unum proprium solum nomen, quamquam habeat cum *o* aliam litteram, tamen *o* non mutat, ut Iuno, Iunonis. Praeterea quae in *o* terminantur masculini generis, si tamen recipiant et femininam naturam, erunt communia, ut hic et haec latro, nebulo, *εἰκαῖος*[23], homo, et similia exceptis his: leno, lena, leo, lea, et si qua alia.

1) *Hic anguis haec anguilla* Edd. pr. Fabr. P. *hic unguis haec unguicula* Cod. sed ultimo voc. suprascr. *anguilla.* 2) *Hoc glandium, haec glandula, hoc pastillum* Ed. pr. Ante vv. *hoc pastillum* interserunt *hic panis* Fabr. P. Quae inclusimus, Cod. detrita habet. *Hic panis* addidit Fabr. ut ex nott. mss. apparet. — Varronis Fragmm. p. 181. conferri iubet Bondam. 3) Uncis inclusa leguntur quidem in Ed. pr. unde etiam in reliquas transierunt, sed in Cod. ut supra detrita. 4) Habet haec Ed. pr. Notandum, ea semper uncis includi a nobis, quae tanquam extrita a Nieb. significata sunt. — Ter. Ad. IV, 2, 45. 5) *Ensiculust aureolus primum litteratus.* Haec plane desiderantur in Cod., addita in Edd. post v. *Ploutus.* Ex qua re patet, iam in Ed. pr. multa excusa esse, quae in Codice plane absunt. Ceterum Plauti locus est Rud. IV, 4, 112. 6) *Ad regulam redactis* Edd. sine differentia. 7) *Casu, ea in genitivo efferuntur per īs* Ed. pr. Fabr. quam lectionem comprobat Bondamus. Utraque de coniectura. 8) *In i* Edd. Fabr. P. Cod. — ***mi*** Ed. pr. *Et* quod sequitur, deest in Ed. pr. Fabr. 9) *Ut hic tubicen* P. *ut* abest a Cod. Edd. pr. Fabr. 10) *Ex* desideratur in Ed. pr. 11) *Et rena* pro *et renis* Ed. pr. Paullo ante *σπλήν*, quod iam est in Ed. pr., Nieb. uncis inclusit. 12) *Καίσαρος ἱερεύς* Edd. Sed Nieb. transposite legendum esse, ex reliquiis litterarum coniecit. 13) *Neutralia in en. ab a. Abdomen* Ed. pr. *Neutralia in en, hoc abdomen* P. Quod dedimus, exhibent Cod. et Ed. Fabr. 14) *Agminis, bitumen ἄσφαλτον, bituminis columen στερέωμα.* Ed. pr. Fabr. *agminis, alumen, bitumen ἀσφαλτον bituminis cacumen κορυφὴ, cognomen ἐπώνυμον, crimen διαβολὴ. culmen ὀροφὴ. fulmen κεραυνὸς. columen στερέωμα. carmen ποίημα.* Huius ubertatis ne vestigium quidem in Cod. ex quo accesserunt haec: *alumen στυπτηρία*, quorum prius tantum apud P. 15) *Littera* desideratur in P. Post v. *terminantur* lacunae signum in Ed. pr. ac deinde sic pergitur: *Eadem nomina neutralia*, ceteris omnibus omissis. Lacunam sic explevit Fabr.: *terminantur, neutra sunt, ut tribunal, animal, bidental. Eadem nomina n.* Locum interpolatum esse, in margine indicavit Nieb., sed non nisi dubitanter. Idem ex Cod. deleri iussit vv. *ὁ τῶν ἱερέων Ἄρεος ἡγούμενος*, quae in P. post v. *praesul* leguntur. 16) *Et a barbaris* P. Praepositio ista ***a*** expungenda videtur. *Barbaris* sc. nominibus exceptis. ***Bondam.*** Ex Codice deleri iussit Nieb. 17) *Nomina* add. e Cod. 18) *Lucar* scripsit P. omisso *extar*, quod Cod. Edd. pr. Fabr. habent omisso *lucar*. *Extar* in Glossis Steph. et Labb. explicatur: *Olla ubi exta coquebantur.* Aliae Glossae apud Labb. *θεατρικὰ χρήματα. Lucaria. singulariter Lucar. θεατρικὸν. Lucar* Gl. Phil. Sed ibidem ex Stephani Excerptis legitur: *θεατρικὸν ἀργύριον. Extar;* quae glossa ex hoc Charisii loco deprompta videtur. Scribendum igitur fuit *extar*, sed reliquimus etiam *lucar*, quod ante Graeca excidisse credibile est. 19) *Compar.* In Cod. scriptum esse *com*^{su}*par* (sic) notavit Nieb. Tum *cremantur* Edd. pr. Fabr. 20) *Quum haec* Edd. pr. Fabr. P. *Quae autem* Cod. Paullo post *quae nonn. servant* Ed. pr. *praecedente i, quaedam **o** nonnunquam servant* Fabr. quod probat Bondam. 21) *Diminutio* Edd. 22) *Ne haec* Edd. *Ne autem* Cod. 23) *Nebulo σκιεὸς* Edd. pr. Fabr. Apud Labb. in Excerptis Steph. *nebulo σκιερὸς* ex hoc Charisii loco, pessime. Cod. exhibet *ἴκεος* h. e. *εἰκαῖος*, quod confirmatur glossis apud Labb. aliis.

5. Omnia nomina tertiae declinationis accusativum in *em* faciunt, exceptis his: puppis puppim enim[1] facit, sitis sitim facit, securis securim, turris turrim, pelvis pelvim; et turrem tamen habes apud Virg. lib. II. *Turrem in praecipiti stantem*[2]. Et iam nomina eiusmodi[3], ut Heliupolis, Heliupolim, Neapolis, Neapolim, Scythopolis, Scythopolim, Chrysopolis, Chrysopolim, [accusativum in *im* fa]ciunt.

6. [Omnia nomina, quae in *es* terminan]tur, genitivum faciunt in *i*, si tamen pura fuerit syllaba, ut acies, aciei, almities, almitiei, εὐπρέπεια[4]: si vero adiecta fuerit littera, confundit declinationem [et in *is* facit, ut] ambages, περίοδος, clades, cautes, compages, conta[ges[5],] corbes,
[26] dapes, feles[6], αἴλουρος, felis, fru[ges, καρπός, [indoles,] indolis, labes, moles, nubes, νέφος[7], suboles, [sedes ἕδρα,] strages, saepes[8], valles, verres, rupes. [Corripiuntur haec] tria: spes, ei, ἡ ἐλπίς, res, rei, πρᾶγμα[9], [fides, fidei, ἡ πίστις. Item corripiuntur haec] duo: lues, luis, strues, struis[10], [lignorum exstructio. Est et plebes quae] facit plebis, et nonnunquam genitivum [plebei. Duplex hic genitivus et] nominativus, dicitur enim etiam plebis [a plebs, nam plebes, nec pleb]is[11] postulare quod perspicitur. [Similiter fames duplicem genitivum habet, quidam enim famis,] quidam fame[12] dixerunt. Genitiva [adaugent syllabam[13],] licet praecedens pura sit nec ne, [abies, abietis, aries, arietis, ales,] alitis, alis, antistes, antistitis, [cocles, μον]όφθαλμος[14], coclitis, Ceres, reris, dives, [divitis, hospes, haeres, interpres, limes,] locuples, miles, obses, ὅμηρος[15], paries, pes, [deses, praeses, pedes, quies, re]ses, satelles, superstes, sospes, seges, [teges, teres, trames.

7. Sunt praeterea nomina, quae in *es* quidem litteras exeunt nominativo casu, sed genitivo huius[16]] per *ae* litteras efferuntur, et sunt primae declinationis, ut Anchises, Anchisae, Achates, Achatae, Acestes, Acestae: ut autem[17] facilius intelligatur [distinctio, Graeca nomina,] quae in *es* terminantur, genitivum faciunt in *is*, [si genitivum apud Graecos] ους habuerint, ut Δημοσθένης, Δημοσθένους, [Demosthenes, Demo]sthenis: sin autem[18] in Graeco genitivum ου habuerint, Πη[λείδης,] Πηλείδου, Αἰσχίνης, Αἰσχίνου, Ἀκέστης Ἀκέστου, faciunt Latine genitivum per *ae*, ut Pelides, Pelidae, Aeschines, Aeschinae, Acestes, Acestae. Possunt tamen etiam[19] Latinum habere nominativum, ut Atrida, Atridae, Achata, Achatae, Pylada, Pyladae, Oresta, Orestae, Anchisa, Anchisae. Haec nomina apud[20] veteres auctores sine observatione proferuntur[21] etiam, ut Aristidis et Aristidae et Aristidi; etiam dixerunt Achillis et Achillae et Achillei; et per hoc pluralem dativum et ablativum tam ex tertio, quam secundo[22] ordine faciunt.

Nominativo singulari in *es* exeuntia eundem[23] faciunt nominativum et vocativum, ut hic Hercules, o Hercules.

8. Omnia nomina, quae per *eus* efferuntur, genitivum per *ei* syllabam faciunt, ut Pentheus, || Penthei, Nereus, rei, [27]
Mnestheus, Mnesthei, Tydeus, dei, Peleus, Pelei. Et quamvis regula dicet[24] Peleum; tamen Pelea dicimus in accusativo. Similiter et in vocativo o Tydeu. Nam Graeca declinatio magis in istis casibus praeponitur. Sed[25] in ablativo Romanam sequimur regulam, quoniam apud Graecos ablativus non est. Dicimus enim ab hoc Tydeo, Peleo, secundum Roma-

1) *Enim* add. e Cod. et Ed. pr. 2) Virg. Aen. II, 460. Vid. Erythr. indicem v. *Turrim*. **Bondam.** 3) *Item nomina composita eiusmodi* Edd. — Statim post *Heliupolis Heliupolim* per *u* e Cod. 4) *Ε ὐ π ρ ε π ι α* Cod. Post hoc v. in Cod. lacuna. 5) *Contages.* Ultima syllaba *ges* in Cod. extrita, notandumque, plura etiam eodem loco in Cod. detersa esse, quae a Fabricio primum suppleta, inde in Putschianam transierunt. 6) *Facles ε λ υ ρ ο ς faelis* Cod. 7) *ν ε φ έ λ η, soboles.* pr. Fabr. P. Ceterum etiam hic et in seqq. in Cod. extrita sunt, quae uncis a nobis inclusa. Supplementa a Fabr. profecta. 8) *Saepes* Cod. *sepes* pr. Fabr. P. In seqq. post *rupes* in Cod. detersa quaedam. In ed. pr. *Corrumpuntur haec tria.* 9) Putsch. *τ ὸ π ρ ᾶ γ μ α* cum Fabr. 10) *Struis.* Hic Cod. habet: *Strues, structionis. sed;* et tum sequitur spacium liturae. In ed. pr. sic: *Strues, structionis, sed;* iam sequitur spacium vacuum; tum sic pergitur: *structio. Est et plebes.* Quae in cod. legi non possunt, uncis inclusimus. Supplevit Fabr. 11) Pro *plebis* in Cod. videtur fuisse *plebem*, sed nihil nisi syllaba *em* clare legi potest; priora enim, quemadmodum uncis admotis significavimus, exstirpata sunt. Pro vv. *nam plebes* in pr. est *non plebes.* Supplementa a Fabr. 12) *Quidam fame dixerunt.* Ad haec notavit Bondamus: Fortasse *fami* pro *fame*, sed cogita. Vide interim pag. 40. lin. 24. pag. 53 (Putsch.) etc. Virg. (Georg. I, 208.)
Libra die somnique pares ubi fecerit horas.
ubi *die* genitivo. In Cod. legitur *famae.* Sed in Cod. vv. *Similiter fames duplicem genitivum habet, quidam enim famis* non leguntur, pro quibus spacium vacuum relictum. In ed. pr. desiderantur haec tantum verba: *Similiter fames duplicem genitivum habet,* quae a Fabricio in margine illius ed. et in sua editione suppleta sunt. 13) *Adaugent syllabam.* Haec vv. a Fabr. suppleta sunt. In ed. pr. lacuna est; in Cod. plura deesse videri, Niebuhr. testatur. 14) Syllabae hae: *cocles μ ο ν . .* in Cod. extritae, quemadmodum ea, quae paullo superius inclusimus. 15) Ὅμηρος in Cod. supra ser. Quae hic ubique inclusa uncis leguntur, in Cod., extrita sunt. In ed. pr. deest unum *deses*, spacio relicto. 16) Ad haec uncis inclusa Niebuhr. adnotavit: *interpr.*, ut videatur significare voluisse, haec omnia non esse in Cod. sed ex interpretamento orta. Leguntur vero in ed. pr., una particula *sed* om. 17) *Autem* Cod. *haec* pr. Fabr. P. Quae in seqq. inclusa leguntur, in codice exesa, habet ed. pr. 18) *Autem* Cod. *haec* pr. Fabr. P. *Habuerint*, quod paullo post legitur, om. ed. pr. 19) *Etiam* Cod. *et* pr. Fabr. P. 20) *Apud* omittunt pr. Fabr. P. 21) *Protulerunt, ut Aristides et Aristidae et Aristidis genitivum Achilles, Achillis et Achillei.* Ita haec omnia exhibent pr. Fabr. P. nisi quod pr. *protulerunt* om. *Proferuntur* dubitanter adscripsit Niebuhr.; reliqua omnia clare legi potuerunt. Ceterum *etiam et* Cod. *etiam ut* scripsi de coni. 22) *Quam ex secundo* pr. Fabr. 23) *Eundem* Cod. Fabr. P. *tandem* pr. 24) *Dicit* pr. Fabr. P. 25) *Sed et in abl.* pr. Fabr. P.

nos, ut sine dubio Pentheus, Nereus, Mnestheus, Peleus, Tydeus sint secundae declinationis.

9. Omnia nomina[1], quae per *is* terminantur, genitivum quoque similem nominativo faciunt, ut hic suavis, huius suavis; exceptis his, quae in genitivo crescunt, licet per *is* efferantur, ut cuspis, cuspidis, cinis, cucumis, lapis, lis, pulvis, pollis, *γῦρις*[2], pollinis, semis, semissis, sanguis, vomis, glis, gliris; et gliris nominativo dicitur.

10. Monosyllaba quoque per *is* syllabam genitivos habent pene omnia, ut masculini[3] generis: hic as, assis, bos, bovis, dux, ducis, dens, flos, fons, fur, *κλέπτης*[4], grex, glis, lar, mons, mars, mus, mos, mas, pes, praes, praedis, pons, par, *ἴσος*[5], rex, ros, sal, salis; cum autem iuramus, *per hos sales* dicimus[6], sol, sons[7], vas, dis.

Feminini generis haec arx, *ἀκρόπολις*, ars, *τέχνη*, calx, cos, cotis, crux, dos, fax, *λαμπάς*, faex[8], falx, frons, tis, fraus, glans, gens, glos, *ἀνδρὸς ἀδελφή*[9], gloris, glus, glutinis; alii hoc gluten dixerunt; lanx, lex, lens, laus, lis, lux, mens, merx. Salustius merces dixit[10]. Mors, nix, nox, nux, nex, nar, *ῥώθων*[11], naris, ops, pax, pars, prex[12], plebs, pix, stips, *ἔρανος*, stipis, stirps, sors, sus, traps, vis, *βία*, vis, vox, urbs, vix, vicis. Neutri generis hoc aes, cor, crus, far, fel, ir, *θέναρ*, iris[13], ius, iuris, lac, mel, ōs[14], *στόμα*, *πρόςωπον*, oris, ŏs, *ὄστεον*, ossis, par, *ζεῦγος*, pus, rus, tus, vas, ver. Ex omnibus autem[15] monosyllabis, quae contracta ordine diximus, corrumpuntur[16] haec tria, et per *i* genitivum faciunt, spes, spei, res, rei, vir, viri.

Observabimus autem in monosyllabis[17], quod ea, quae singulari ablativo per *e* exeunt, necesse est genitivum pluralem per *ium* cadant, ut a monte montium, a ponte pontium; et alia plura sunt, exceptis his quae repugnant regulae.

11. Dieram sacrorum et solemnium[18] appellationes, quas iam suo loco inter neutralia semper pluralia inseruimus[19], genitivum || pluralem duplicem habent, tam ex secundo [28]
quam ex tertio ordine, ut Saturnalia, Saturnalium et Saturnaliorum, Neptunalia, Neptunalium et Neptunaliorum, et caetera. Sic observabimus Vulcanalia, Terminalia, Compitalia, Carmentalia, Bacchanalia, Liberalia, Genetalia[20], Parentalia. Dicimus autem et Saturnale[21] et Neptunale, donum[22] et templum, et res Saturnalis.

12. Item illae appellationes, quae etiam cum[23] Latine dicantur, natura sunt Graecae, duplicem genitivum pluralem habent, tam ex secundo, quam ex tertio ordine, ut poema, diadema, toreuma, diploma[24], ceroma. Dicimus enim poematum et poematorum, diadematum, diadematorum, toreumatum[25], toreumatorum, diplomatum, diplomatorum, ceromatum, ceromatorum. Sed sunt qui distingunt[26] haec, et errorem quendam esse ostendunt differentiam ignorantes, et non esse unam appellationem, ex qua elationem genitivo plurali duplicem habeant[27], sed duas appellationes idem significantes, alteram secundi, alteram tertii ordinis. Et secundi hoc est quod[28] antiquitati datur, nam antiqui hoc poematum, huius poemati, ut merito[29] pluraliter haec poemata, horum poematorum dicerent et poematis, et hoc diadematum, huius diademati, et caetera similiter[30]. Tertii autem ordinis hoc est[31], quod in consuetudine observamus, hoc poema, huius poematis; pluraliter haec poemata, horum poematum, et caetera similiter[32].

13. Omnia nomina in *is* litteras terminata, quae dativo *i* exierint, necesse est genitivo et accusativo ante ultimam *i* recipiant, ut agrestis, ium, hos agrestis; caelestis, ium, hos caelestis[33]. Item eadem vocabula, quae in *is* terminantur nominativo, ablativo casu in *i* exeunt, et accusativum pluralem casum similem nominativo singulari faciunt[34].

Item in vocabulis nominativo *is* terminatis, quando genitivo plurali *ium*, quando *um* habere debeant, definitio brevis est, quod quotiens[35] accusativos plurales in *is* habuerint, ge-

1) *Nomina* exhibet Cod., deest in Edd. pr. Fabr. P. 2) Edd. pr. Fabr. P. mendose *γῆρις*. Codex recte *γυρις*. Gloss. Labb. I. p. 140. *Pollen γύρις. Et Polline γῦρις.* Et II. p. 42. *γύρεως Pollinis P. Γῦρις Pollis, Polline. γύρις Pollen.* cett. 3) *Et* ex Cod. acressit. 4) *Κλεπτυς* Ed. pr. Correxit iam Fabr. 5) *Ἰσος* in Cod. supra scr. 6) *Per hos sales dicimus.* Qui Romanorum ita scripserit, iuramento usus, reperire nequeo. Intelligendum esse videtur *ius hospitii*. Cf. proverbium Graecum *ποῦ ἅλες, ποῦ τράπεζαι?* 7) *Sol solis, vas* Edd. pr. Fabr. P. 8) *Fex* P. 9) *Ανδρὸς ἀδελφή* Cod. *ἀνδροαδελφή* pr. Fabr. *ἀνδραδελφή* P. 10) Sallust. B. C. cap. 22. ***Boudam.*** 11) *Ῥώθων.* Cf. Gloss. Labb. I, p. 118. *Nar, ῥώθων.* Et paullo post: *Nares ῥῖνες, ῥώθωνες.* Et II, p. 166. *ῥώθων Nasus, Nar. ῥώθωνες Nares.* 12) *Prex* accessit ex Cod. ubi tamen legitur *praex*. 13) Cod. habet *hir θεναρ hirris*, quibus supra scr. *indeclinū*. Gloss. apud Labb. II, pag. 89. *θέναρ χειρός, Vola, Ir, indeclinabile est. θέναρ Ir. S. Ir. P. θέναρ τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς Ir. P. Hir, is.* Cf. Priscian. VI, 9. p. 249. tom. I. Krehl. *Et unum neutrum* ***Ir***, *quod est indeclinabile; quamvis quidam ut Charisius,* ***Ir, Iris*** *declinaverunt.* 14) Signa prosodiaca in utraque *os* vocula e Cod. sunt. *Oris* addit idem Cod., deest in Edd. 15) *Ex omnibus* ***his*** Edd. pr. Fabr. P. 16) *Corripiuntur* Edd. pr. Fabr. P. 17) *In omnibus his quod* pr. Fabr. P. Paullo post *cedant* eaedem Edd. 18) *Solempnium* Cod. *solennium* Edd. 19) *Instruimus* Edd. pr. Fabr. P. quod vel sine Cod. corrigendum erat. 20) *Genetalia* e Cod. scripsi. 21) *Dicimus enim Saturnale* pr. Fabr. P. 22) *Domum* male Edd. pr. Fabr. P. *donum* Cod. 23) *Etiam quum* pr. Fabr. *ēt quum* P. *etiam cum* Cod. 24) Cod. hic et infra *duploma*. 25) ***Et*** *diadematorum — et toreumator. — et diplomator. — et ceromatorum* Edd. 26) *Disiungunt* Edd. *distingunt* Cod. quod servavi. 27) *Habent* Edd. *habeat* Cod. Sed plurali opus est. 28) *Et secundi habet quae* Edd. Fortasse: *et secundi haec est, quae.* ***Boudam.*** Secutus sum Codicis lectionem. 29) Vv. *ut merito* e Cod. accesserunt. 30) *Similia* Edd. 31) *Haec sunt quae* pr. Fabr. P. *hoc est quod* Cod. 32) *Similia* pr. Fabr. *simil.* P. 33) *Caelestis* utrobique Cod. 34) Adduntur *ignis, igni, hos ignis* in Fabr. et P. om. Cod. et pr. 35) *Quandoque genitivo*

nitivos in *ium* habebunt. Sed triplex per *ium* declinandi causa est. Prima cum dativos et ablativos singulares *i* litte- [29] ra terminant[1], ut pellis, puppis, mes||sis. Altera, cum quamvis ablativus *e* littera finiatur, tamen quia accusativus pluralis per *is* effertur, etiam genitivus *i* ante *um* habebit, ut crinis, crinium, acris, acrium, hostis, hostium. Tertia cum per *is* productus nominativus inclusus est, ut masculine glis, feminine[2] lis; communes etiam genitivo plurali per *ium* agunt.

14. Graeca vocabula a patria deducta, ut Thessalis, Dardanis, Ilias; aut a genere, ut Tantalis, Aeolis, genitivo plurali[3] per *dum* exeunt, et omnia feminina sunt. Interdum et masculina in eandem declinationem cadunt, ut Damis et Paris; ut dicatur genitivo[4] Damidum et Paridum.

15. Omnia nomina, quae in *or* syllaba terminantur, nomina masculina seu feminina siquidem Latina fuerint, genitivo circumducuntur, et per *o* litteram productam proferuntur; veluti venator, venatoris, gladiator, tutor, sudor, splendor, honor, color; exceptis his quae non producuntur, sed corripiuntur, ut memor, memoris, arbor, arboris; sed si natura Graeca fuerint, corripiuntur, ut Hector, Hectoris[5], Theomnestor, Theomnestoris, et similia. Nam neutralia utique genitivo corripiunt *o* litteram, ut marmor, marmoris, robor, roboris.

16. Omnia nomina, quae ante *um* nominativum habent *i* neutralia, dativo et ablativo plurali *i* litteram geminatam habent, ut armarium, compendium, supplicium; utputa hoc armarium, haec armaria, his armariis et ab his armariis, et caetera similiter; sed de *insomnio* quaesitum est, quoniam apud Virgilium non geminatur[6].

17. Omne nomen masculinum, quod per *tor* syllabam nominativo casu terminatur, feminino per *trix* finietur, nihilque ex numero syllabarum translatum amittet, ut orator, oratrix, venator, venatrix, bellator, bellatrix, actor, actrix, accusator, accusatrix, receptor, receptrix, domitor, domitrix, creator, creatrix, tractator, tractatrix, et similia, ac per hoc nutritor, nutritrix, quamvis[7] in usu nutrix[8] dicatur; excepto auctore cum etiam haec auctor dici debeat.

18. Verum observandum est, quod *or* litteris in ultimo terminata masculina, si per verba || nascuntur, una littera in [30] femininum adcrescent[9], ut venator, venatrix, victor, victrix, tonsor, tonsrix, non tonstrix; duabus enim litteris plus efficiet; fessor, fessrix[10], cursor, cursrix. Si vero sua proprietate censebuntur, non, ut superiora, quae proficiscuntur a verbis, necessario communia erunt, quando nihil pro indiviso per administrationem acceperint verborum; nam legere, respondere, spectare tam feminis, quam masculis[11] vindicatur, ut ille agitator, illa agitatrix, foenerator, foeneratrix[12]. Viator[13] vero et institor, et tutor, ac similia pro communibus accipienda, nihil enim quasi praecipuum per verba habent. Auctor siquidem propterea dicitur, quod augere generavit[14]; auctricem dicemus, quod pariter augere possit, cum vero ad auctoritatem referatur, pro communi recipiendum[15].

19. Omnia nomina, quae per *us* syllabam nominativo casu terminantur, haec genitivo aut per *i* exeunt, et sunt secundi ordinis; aut per *is*, et sunt tertii ordinis; aut per *us* similem nominativo, et sunt quarti ordinis.

Omnis appellatio, quae ex verbo proficiscitur et in *us* syllabam terminatur, masculini generis est, ut descendo, descendis, hic descensus; coeo, cois, coitus; ambio, ambis, ambitus; adficio, adficis, adfectus. Sunt autem[16] quarti ordinis et genitivo per *us* efferuntur, sed si nomen erit, secundi erit ordinis et per *i* genitivo proferetur, ut hic magnus, huius magni; hic Iulianus, huius Iuliani; hic Augustus, huius Augusti. Sed, si non fallor, omnium verborum appellationes etiam in *o* terminantur, quae cum in *o* terminatae fuerint, genere feminino declinantur, haec coitio, haec ambitio, haec scriptio, adfectio, ultio, descensio, accersio[17], decessio, evictio, et caetera. Sunt etiam tertii ordinis et per *is* genitivo proferentur, ut coitio, coitionis, et caetera.

20. Masculina, hic Ligus, Liguris, hic lepos, leporis, hic mus, muris, vetus, veteris, facit[18] et haec et hoc vetus

plurali ium quandoque um faciunt. Si vero accusativos cett. Fabr. P. Verba *faciunt. si vero* om. pr. nec tamen quicquam substituit. Vera praestat Cod. 1) *Terminantur* Cod. Ed. pr. 2) *Foemine* Ed. pr. 3) *Genitivum pluralem* Cod. Edd. pr. Fabr. P. Emendavit Bondamus. 4) *Genitivo* additum e Cod. 5) Cf. Varro De L. L. lib. X. pag. 583. Ed. Spengel. *Non modo poetae sed etiam plerique, ac primo omnis, qui soluta oratione loquuntur, dicebant ut quaestorem, praetorem, sic Hectorem, Nestorem* cett. Adde Prisc. de Acc. c. 2. pag. 176. ed. meae. Serv. ad Virg. Aen. X, 778. 6) En iterum insulsi Grammatici stuporem. Nuspiam, quod scio, dativus vel ablativus pluralis *insomnis* pro *insomniis* apud Virgilium legitur. Unicus enim exstat locus, in quo adiectivum *insomnis* invenitur. Aen. VI, 556. *Vestibulum insomnis servat noctesque diesque.* Bonus itaque noster librarius, qui hanc laciniam Charisio plane indignam assuit, v. *insomnis* hic esse ablativum pluralem vocis *insomnium* putavit. Quantocius itaque illuc, unde, malum, intulit pedem, amandanda est haec glossa. ***Bondam.*** 7) Pro v. *quumvis* in Cod. est sigla *q*, quae multa significat. Ego crediderim, scriptum fuisse *q q*, quod significat *quamquam.* Cf. index siglarum in Gaii Codice pag. 131. 8) Cf. Priscian. VI, 7, 40. tom. I, pag. 165. Kr. 9) *Aderescunt* Fabr. P. 10) *Fossor*, *Fossrix* Edd. 11) *Iudicatur* Edd. Paullo ante pro *quam masculis* in Cod. videtur esse *tum masc.;* quod si verum, legendum erit: *tum feminis tum masc.* 12) Cf. Servium ad Aen. III, 54. Eutychium I, 1, 7. 13) *Viator* Cod. *Victor* Edd. 14) *Quod augeret et generaret* Fabr. P. ex Fabrii correctione. *quod augere generavit* Cod. Ed. pr. Hoc dictum esse videtur pro *augere fecit*, aut *ita generavit, ut augeretur.* Statim *et auctricem* Edd. 15) *Accipiendum* Edd. 16) *Sunt haec quarti* Edd. 17) *Dissensio, accessio* Edd. 18) *Facit et hic et haec et hoc v.* Edd. *et hic* om. Cod.

τριγενές[1]. Feminina, haec Venus, Veneris, haec tellus, ris, haec iuventus, iuventutis, haec palus, paludis, servitus[2], servitu-
[31] tis, haec senectus, senectutis, haec fraus, fraudis, haec laus, laudis, haec virtus, virtutis, haec salus, || salutis. Neutralia, hoc nemus, nemoris.

Quae autem[3] per *us* exeunt, et genitivum similem nominativo habent et sunt quarti ordinis, haec infra ostenduntur, quibus exceptis reliqua per *i* proferentur, ut hic acus, acus, hic artus, artus, sed singulari numero artus non dicimus; adventus, tus, accentus, tus, arcus, cus, aestus, tus, caestus, tus, casus, sus, contextus, tus, colus, lus, *ἠλακάτη*[4], commeatus, tus, currus, rus, cultus, fructus, fetus[5], habitus, ictus, iactus[6], impetus, manus, magistratus, domus, ductus, gradus, nutus, lacus, occasus, *δύσις*[7], obtutus, partus, passus, portus, porticus, principatus, prospectus, quaestus[8], risus, ritus, saltus, senatus, sexus, sinus, situs, status, sumptus, tractus, tribus, versus, victus, vultus, quercus.

21. Item omnia nomina, quae ante *us* litteras habent *i*, haec terminantur per vocativum casum in *i*, ut hic pius, *o* pii, et caetera similiter declinantur. Nullum autem[9] neutrale disyllabum[10] *us* litteris terminatum genitivo in *i* ultima exit syllaba, unde vulgus masculini generis potius, quam neutralis dicendum est.

Item quorum genitivus singularis in *us* litteras exierit, dativus ultimam *u* habebit.

Quaecunque autem[11] nominativo is *us* exeuntia genitivo plurali *u* geminantem[12] habuerint, ea accusativum pluralem in *us* terminabunt, ut manus, manuum, has manus; anus, anuum, has anus; fluctus, luctus, et caetera. Ergo melius has domus, quam domos.

22. Item quae in *us* cadentia, plurali genitivo *rum* ultimam habuerint, accusativo plurali[13] *os* litteras ultimas habebunt, ut pinorum, pinos, ficorum, ficos, et caetera similiter, ac per [hoc domo]rum, domos[14].

Item *us* terminata, si dativo et ablativo singulari[15] *u* ultimam [habuerint,] genitivum pluralem geminatum *u*[16] ante *m* habebunt necesse est, ut anus ab anu anuum ....[17]. domus a domu domuum, non, ut quidam putant, domorum.

23. Omnia nomina, quae per *er* litteras casu nominativo exeunt ....[18] et sunt, quae per *i* exeant, ager, agri, sic et caetera per [ordinem litterarum.] Quae autem[19] per *is* ex||eunt, haec[20]: pater, patris, ven[ter, *γαστήρ*, ventris,] [32
aut masculina aut feminina sunt excepti[s his: iter, cicer, laser;] haec enim utique[21] neutralia sunt.

Item omnia[22] nomina, quae efferuntur Graece *os*, et ante *os* [syllabam consonantem habent, haec Latine in *er*:] *Κλέανδρος*, Cleander, *ὄναγρος*, [onager.]

Omnia quae per *as* litteras terminantur, siquidem fue[rint Latina, tertii ordi]nis sunt, ut mas maris; sin autem Graeca, [aliquando tertii, aliquando primi ordinis.] Aestimantur autem[23] genitivo casu Graeco, [et siquidem terminantur] in *os*, ut Graece *Θόας*, *Θόαντος*, Latine Thoas, Thoantis, tertii ordinis sunt. Si autem Graece in *ου*; primi ordinis sunt[24], ut Graece *Αἰνείας*, *Αἰνείου*, Latine Aeneas, Aeneae.]

Omnia nomina, quae singulari ablativo in *i* tantum cadunt, haec addita *um* syl[laba genitivum pluralem faciunt, ut a sedili horum sedilium, a cervicali horum cervicalium. Est adiectivorum hoc in[25]] plurali omnium; ablativo autem[26] singulari ea demum[27] in *i*[28] trium generum, ut felix a felici

1) *Τριγενές* Latinis litteris exaratum in Cod. 2) *Haec servitus* Edd. Fabr. P. 3) *Enim* Edd. 4) *ηλεκατη* Cod. 5) *Fetus* Cod. *foetus* Edd. 6) *Iactus* deest in Edd. 7) *Δύσις* supra scr. in Cod. 8) *Questus* Edd. sed in Cod. est *q̄stus* i. e. *quaestus*. 9) *Autem* add. e Cod. 10) *Dissyllabum* Edd. Ceterum de masculino genere voc. *vulgus* cf. Servius ad Aen. I, 153. *Hoc est artis ut masculino utamur, quia omnia nomina Latina in us exeuntia si neutrius generis fuerint, tertiae declinationis sunt, ut **pecus pecoris**; si secundae autem fuerint declinationis, masculina erunt, ut **vulgus vulgi**, quomodo **doctus**. Usurpatum tamen est, ut neutrum genus sit, propter unum Graecum nomen, id est, **pelagus**; cum enim **pelagi** faciat, neutri tamen est generis.* 11) *Etiam* Edd. 12) *A genitivo plurali geminante **u*** Edd. Fabr. pr. Idem Cod. omissa praep. ***a***. Emendavit P. nisi quo praep. non sustulit. In proximis Edd. *et accus. plur.* 13) *Accusativi plurales* Edd. Sed Cod. *accus̄ plū*, unde emendavi. 14) Quae uncis inclusi, detersa sunt in Cod. Notavit ad haec Bondamus: *Haec ab alio fortasse assuta videri possunt ob ea quae trudit paullo post.* 15) *Dativus et Ablativus singularis* Edd. *dat et ab sing* Cod. Quod paullo post seq. v. *habuerint* uncis inclusum, in cod. extritum est. 16) *Geminatum **u*** Cod. *geminatum* Edd. 17) Post v. *anuum* lacuna in Cod. 18) Post v. *exeunt* in Cod. lacuna est; tum sequatur: *et sunt, quae per i exeant;* pro quibus Fabr. P. *exeunt et sunt masculina quae per i exeunt.* Eadem exhibet Ed. pr. nisi quod ibi abest v. *masculina.* 19) *Quae enim* Edd. Vv. paullo ante uncis inclusa in Cod. legi non possunt. 20) *Exeunt, ut hic pater.* Edd. Ex his, quae in seqq. uncis inclusa apparent, Ed. pr. nihil nisi v. *ventris* om. 21) *Ubique* Edd. Ad ea quae hic uncis inclusa sunt: *his: iter cicer laser* Niebuhrius notavit: *plus deest.* Pro v. *laser* in Fabr. est *lasser*, in pr. *passer.* 22) *Omnia* accessit e Cod. Ad duo loca, quae in proxime seqq. uncis includuntur, *plus deesse,* monuit Nieb. Vv. *consonantem habent* om. Ed. pr. 23) ***E** genitivo.* Edd. F. P. Praepos. abest a Cod. *Aestimantur hoc enim genere gen. cas.* Ed. pr. Quae in supp. uncis admotis leguntur, eadem desunt in Ed. pr. lacunis notatis. 24) *Si autem in ου primi ordinis ut* Edd. F. P. Vv. *Graece* et *sunt* e Cod. accesserunt. Pro vv. *tertii ordinis sunt. Si autem in ου* Ed. pr. nihil habet, nisi: *Graece in **u**.* Ad verba in seqq. uncis inclusa: *Αἰνείου, Latine Aeneas Aeneae* Nieb. haec notavit: *ad tot verba capienda spacium non sufficit.* Vv. *Latine Aeneas Aeneae* om. Ed. pr. 25) Ad haec, quae h. l. uncis includuntur, Nieb. adnotavit: *Interpolata.* In Ed. pr. *genitivum pl. faciunt ut a sed. horum sed. a cervicali horum cerv. Est adiect. hoc in* pariter omissa sunt, lacuna significata. 26) *Enim* Edd. 27) *Eadem* Edd. 28) *In i* Post haec in Cod. parva lacuna est quattuor aut quinque litterarum. In seqq. *a felici* Cod. *felici* sine praep. Edd.

felicium, vehemens, vehementi, [vehementium], et similia: ut constans, atrox, rapax, prudens.

Sunt autem[1] alia tertii generis nomina, quae quamvis in masculino et feminino in *is* syllabam nominativo terminentur, tamen neutra nominativum in *e* faciunt, ut hic et haec salutaris, hoc salutare; item hic et haec agilis, hoc agile, et similia. In his tamen omnibus observabimus, si appellationes fuerint, quod tunc ablativum in *i* litteram faciunt, nam si propria nomina fuerint, tunc ablativum in *e* litteram habere debebunt, ut a felice, vehemente, salutare. Nihilominus tamen pluralem genitivum eundem servant, quamquam[2] ablativum singularem variant, in differentia proprii nominis et appellativi. Aeque illa quoque ablativum per *i* litteram habent, quae nominativo in *e* correptam terminantur, quae sunt utique neutralia tertii ordinis, ut mare, sedile, monile, rete, et similia.

Item illa[3] per *i* litteram dativum et ablativum habent, [33] quae sunt hoc eodem li|bro supra excepta, quae incusativum per *im* faciunt, id est *i* ante *m*, et sunt tertii ordinis, puppis, sitis, securis, turris, felis[4], pelvis, Heliupolis, Scythopolis[5], et cetera similia. Illa quoque, quae similem genitivum nominativo habent, per *i* litteram ablativum habebunt et per *e*, ut haec navis, huius navis, ab hac navi et nave. Duplicem enim[6] haec regula habet ablativum; item ignis, turris, ratis. Item illa[7] per *i* litteram ablativum habent, quae in *l* litteram nominativum habent, et sunt neutralia, ut tribunal, ab hoc tribunali, vectigal, vectigali. Sed in monosyllabis, ut supra annotavimus, regulam istam non servant, ut ars, pars; facit enim genitivum pluralem artium, partium; ablativum vero ab hac arte, ab hac parte. Item quae genitivo plus quam una syllaba crescunt, ablativum per *i* litteram necesse est[8] habeant, ut haec suppellex[9], huius suppellectilis, ab hac suppellectili; hic praeceps, praecipitis, praecipiti, hic[10] anceps, ancipitis, ancipiti, hebes, hebetis, hebeti; plurali genitivo habent *ium*.

Omnia masculini et feminini generis vocabula singulari numero in declinatione non plus quam una syllaba increscunt[11], unde mihi videtur non suppellex, sed suppellectilis esse dicendum, et ancipitis quam anceps.

Omnia nomina, quae *ens* terminantur, si modo non sint[12] participia, possunt et pluraliter neutraliter intelligi, et singulariter feminine derivari ad appellationem, ut vehemens neutraliter, plurali haec vehementia, feminine[13] singulariter haec vehementia. Item prudens, prudentia, sapientia[14], et similia.

Unde igitur dignoscitur et discernitur nomen a participio? Quod nomen recipit comparationem et superlationem, unde etiam appellatio derivatur; participium autem[15] non recipit. Sed evenit saepenumero, ut ex ipsis participiis nomen, sive appellatio similis par[ticipiis derivetur,] ut ex eo, quod est patior, participium facimus[16] patiens, fit et nomen patiens. || [Item[17]] ex eo, quod est sapio sa- [34] piens, fit et nomen sapiens: hinc fit ex no[mine pluraliter[18]] sapientia, et singulariter sapientia; item pluraliter patientia, et singulariter patientia, unde comparatio esse non potest. Invenimus derivari [etiam nomina, ut[19]] audiens, pluraliter audientia, feminine audientia[20]; [silens, pluraliter silentia, feminine silentia non dicitur[21].]

[In tertio ordine nomina non invenimus[22]] plus quam una syllaba crescere praeter pauca, ex quibus quae suggesta memoria sunt inserui[23]: [iter, itineris], suppellex, suppellectilis, praeceps, praecipitis, [anceps, ancipitis, iecur, iecoris[24]. Qui]dam dicunt hoc iocinus, iocinoris[25], quamquam [multi conten]dunt haec suppellectilis, huius suppellectilis, et hoc itiner, [huius itineris. Quaedam] ablativum per *i* litteram observavimus, quae etiam, cum de ablativo [actum est, qui per *i* li[26]]tteram fit, excepimus.

1) *Etiam* Edd. 2) V. *quamquam* in cod. legere non potuit Nieb. et tres tantum aut quattuor litteras pro eo scriptas esse putavit. 3) *Item illa quae per* Edd. Paullo post *quae sunt haec eodem* Ed. pr. 4) *Felis* accessit e Cod. 5) *Heliupolis* Cod. *Heliop.* Edd. *Scytop.* Cod. 6) In Cod. est *autem*, quod ab h. l. alienum. 7) *Item illa quae per* Edd. 8) *Est* desideratur in Cod. 9) Cod. in hoc nomine duplici *pp* utitur, quam scripturam retinui, licet falsam. 10) *Hic* additum e Cod. 11) *Crescunt* sine praep. Edd. Paullo post *ancipitis potius quam* Fabr. P. Sed Cod. et Ed. pr. non habent *potius*. 12) *In ens term. — si modo non sunt* Edd. praeter pr. ubi *in* abest. 13) *Pluralia* Cod. Fabr. P. *plurali* pr. *pluraliter* coni. Bond. Tum *Feminina* Edd. *feminine* iam coniecit Bond. 14) *Sapiens sapientia* Fabr. P. 15) *Participium hoc non r.* Edd. 16) *Faciemus* Edd. 17) Post n. *patiens* in Cod. et Ed. pr. sequitur lacuna; tum uterque pergit *ex eo quod* om. *Item.* 18) V. *pluraliter* om. Ed. pr. cum lacuna; nos quae uncis inclusimus, non legi possunt in Cod. Plus tamen in Cod. deesse, adnotavit Nieb. 19) Vv. *Etiam nomina* om. Ed. pr. posito lacunae signo. Quae nos uncis inclusimus, desunt in codice, sed plus deesse, adnotavit Nieb. Etiam post vv. *singulariter patientia* unius voc. lacunam in Cod. esse designat Nieb. Pro *invenimus* apud Fabr. legitur *inveni.* 20) Vv. *feminine audientia* desunt ap. Fabr., quae exhibet Ed. pr. omissis *pluraliter audientia.* Sicut dedimus, conspirant Cod. et P. 21) Pro his, quae hic uncis includuntur, in Ed. pr. lacuna est; sed minus fortasse in Cod. extritum esse, notavit Nieb. 22) In Ed. pr. lacuna notata haec tantum desunt: *In tertio ordine nomina.* 23) *Ex quibus quae suggesta memoria sunt inserui;* haec vv. e Cod. accesserunt, post quae longe plura in Cod. deesse, quam vv. *iter itineris*, adnotavit Nieb. 24) Recte notavit ad h. l. Bondam., agi h. l. de vocibus, quae plus quam una syllaba crescant, quapropter legendum esse *iecinoris.* Scilicet Fabr. non recte explevit lacunam, quae est in Cod. Nam Ed. pr. exhibet *iecuris.* 25) *Hoc iocinor huius iocinoris* Edd. Paullo post *hic supp.* Cod. Deinde ibid. *hoc itaner.* In seqq. sine dubio scribendum: *In quibusdam ablativum* cett. 26) Pr. vv. *actum est* Ed. pr. lacunam habet. Eadem pro vv. *qui per i litteram fit* exhibet: *quod i littera fit.* In Cod. legi non possunt, quibus uncos admovimus, ubi pro *litteram* legitur *littera.*

[In *us* quae[1]] figurata appellaverunt, ut lacrimabundus, anhelabundus[2]; item hiulcus, id est qui hiat, petulcus, qui petit[3]. [Tria tantum] simili pronunc[iatione] intellectu dissonantia, [ut odorus, sono]rus, canorus.

[In *as*] nominativo duplicia sunt, quae non ex utroque nominativo [genitivum] accipiant, sed ex altero, ut satias et satietas: verum [et satias et] satietas, satietatis facit. Item iter et itiner[4], non ex eo quod est itineris facit. [Haec] exempli causa sufficiant.

In[5] declinationibus binis litteris quae increscunt, licet suo quodque[6] loco satis dictum sit, tamen et in summa referenda videntur, et sunt ea, quae praelata *a* littera in *l* exeunt, ut tribunal, tribunalis; item[7] quae in *ar*, lacunar, pulvinar; item quae in *ons*, spons, pons[8]; item quae in *er*, puer, socer. Sed haec nomina. Creber enim et pater non crescunt nisi una. Item crescit in eo vocabulo, quod unicum[9] est vir.

Rex communi genere dicitur, primum ab etymologia rex, ut regens; deinde quod sunt quaedam verba, quae ex se trium generum[10] nomina creant, tamquam ab eo,
[35] quod est interpretor[11], hic interpretator, || haec interpretator[12]; ex diverso genere interpretatrix, et ex communi[13] interpres. Sic et ab eo, quod est[14] vindico, vindicator et[15] vindicatrix, et vindex; sic et carnificator, et carnificatrix, et carnifex; sic et regnator, regnatrix, rex: nam regina nullo modo recipiendum, nisi reciperemus et reginum.

XVI. De extremitatibus nominum, et diversis quaestionibus.

1. Ne ipsa quidem rerum natura tam finita est, ut nobis [terminum[16]] novissimum sui assignet, nedum artes, quarum consummationibus imbecillitas humana non sufficit[17], vel propter extremum difficultatis laborem, vel sola earum inventione satiata. Et sane quid potest absolutum esse, quod assidue propter subtilitatem[18] cuiusque ingenii adstruitur? Non ideo tamen [nullae sunt[19],] quia aliis[20] subinde adiectionibus [tutas] esse[21] non patimur. Quare contenti sumus[22] eo, quod repertum est, cum [in omni rerum ratione[23]] partes quoque mensuram sui habeant et naturam [nec aliter prof]ectum[24] esse videamur, quod interim est. Latinus vero sermo cum ipso homine civitatis suae natus significandis intelligendisque quae diceret praestitit[25], postquam plane supervenientibus saeculis accepit[26] artifices et solertiae nostrae observationibus captus est, paucis admodum partibus orationis normae suae dissentientibus, regendum se regulae tradidit, et illam loquendi licentiam servituti rationis addixit. Quae ratio adeo cum ipsa loquela generata est, ut hodie nihil de suo analogiae inferat. Ea enim, quae ad explicandam elocutionem iam apud sensus nostros educta sunt a confusione[27] universitatis, dissemi-

1) Adnotavit Nieb. plus in Cod. desiderari, quam quod uncis inclusum. Desunt vv. *In us* etiam in Ed. pr. lacuna notata. 2) *Lachrymab. anhel.* Ed. pr. Fabr. P. Sed in pr. post verbum *anh.* lacunae est nota, quam delevit Fabr. ***Lacrimab. anchlabundus*** Cod. post quae voc. lacuna notata est, quae etiam voculae *item* litteras *it* hausit. 3) Post v. *petit* lacunula in Cod. quae desinit in litteras *odi.* Fortasse legendum *osus qui odit.* 4) *Itener* Cod. In seqq. Edd. Fabr. P. exhibent: *non ex eo quod est itineris aut iteris, sed itineris facit.* Vv. quae omisimus Cod. et Ed. pr. omittunt, lacuna in sola pr. significata. Ceterum in Cod. *iteneris.* Fortasse delenda negatio ac scribendum: *Item iter et itiner ex eo quod est itineris facit.* Pro v. *Haec*, quod proxime sequitur, plura deesse in Cod., notavit Nieb. 5) *Quae declinationibus binis increscunt* Edd. nisi quod pr. om. *Quae*, cum nota lacunae. Hoc ipsum pronomen in Cod. legi non potest, quare scripsi *In*, sententia postulante, cum Cod. in seqq. exhibeat, quae dedimus. 6) Ed. pr. *quaeque*, Cod. q̄q, notissima sigla, quae multa significare potest, *quaeque*, *quoque*, *quidque*, *quodque. Quodque* rescripsit Fabr. 7) *Item* om. Edd. 8) *Fons* Edd. 9) In Ed. pr. superest *cum* lacuna ante notata. 10) Post hoc v. in pr. sequitur lacunae nota. 11) *Interpretor* om. Cod. et Ed. pr. addidit Fabr. P. 12) *Huius interpretatoris* Fabr. P. sine dubio recte. *Huius tatoris* pr. 13) *Et ex communicato -- et ab eo* Cod. sic ut vv. *interpres sic* legi non possint. *Et ex communi Cato* (seq. lacuna) *ab eo* pr. Correxit et supplevit Fabr. 14) *Est* add. e Cod. 15) *Et* add. e Cod. Idem infra additum e Cod. *sic **et** regnator.* 16) V. *terminum* e coni. addidi; in Cod. et pr. lacuna significata. Lacunae signa del. Fabr. P. 17) *Quarum finem intelligentia humana non suscipit* Fabr. Vv. *finem intelligentia* pr. om. lacunae signis positis. In Cod. est quod dedimus, nisi quod v. *imbecillitas* recte legi nequit. Pro *sufficit* in pr. est *suspicit.* Paullo post pro *sola earum inv.* in pr. et Fabr. est *solum earum inv.* 18) *Pro subtilitate* P. *propter subtilitatem c. ing. absumitur* Ed. pr. Fabr. *Adstruitur* Cod. P. 19) Vv. *nullae sunt* in Cod. recte legi non possunt, quare uncos admovi. Pro iis lacuna in pr. et Fabr. non significata. 20) *Et quod aliis* Fabr. *quae aliis*, lacuna ante sign. pr. *quia illas* P. om. *et.* 21) *Esse* e Cod. add.; habent etiam pr. et Fabr. *Tutas* vero in Cod. recte legi non potest; in pr. Fabr. lacuna est. V. *patimur* in pr. Fabr. deest lacuna significata. 22) *Simus* P. 23) Vv. *in omni rerum ratione* in Cod. recte legi non possunt; in pr. et Fabr. desunt lac. significata. 24) *Nec aliter profectam esse videatur* P. *et naturam* (seq. lacuna) *certum esse videmus* pr. Fabr. Sed in Cod. vv. et litterae, quas uncis inclusi, recte legi non possunt; atque idem Cod. -- *ectum esse videamur* exhibet. Equidem totum locum sic legendum putaverim: *Quare contenti sumus eo quod repertum est, cum in omnibus rebus partes quoque mensuram sui habeant et naturam, nec omnino perfectum esse videamus, quod interim est.* Vocula *interim* significat τέως, aliquamdiu, ad tempus; qua significatione aliquoties apud Tacitum invenitur. 25) *Quae dicere praestitit* Edd. pr. Fabr. quod verum esse puto, hac sententia, ut *dicere praestitit* fere sit idem atque *dicere debuit*, *dicere recepit.* 26) *Accipit* Cod. 27) *Educata sunt a conf.* P. *educta sunt iam conf.* Edd. F. pr. In Cod. est: *educta s̃ia conf.*

navit, et ut disparibus paria coaluit[1], adprobatas, ut a difectionis regula[2] argumento similium.

2. Constat ergo Latinus sermo natura, analogia, consuetudine, auctoritate. Natura verborum nominumque[3] immutabilis est, nec quicquam aut plus aut minus tradidit nobis, quam quod accepit[4]. Nam si quis dicat scrimbo, pro eo quod est scribo, non analogiae virtute, sed natu-
[36] rae || ipsius constitutione convincitur. Analogia sermonis a natura proditi ordinatio est; neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat[5]. Plenius autem de analogia in sequentibus Romanum[6] disseruisse invenies[7]. Consuetudo non arti[8] analogiae sed viribus par est[9]; ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit, ita tamen, ut illi ratio non accedat, sed indulgeat. Auctoritas in regula loquendi novissima est. Namque ubi omnia defecerint[10], sic ad illam quemadmodum ad anchoram[11] sacram decurritur. Non enim quicquam aut rationis aut naturae, aut consuetudinis habet; tantum opinione oratorum[12] recepta est, qui et ipsi cur id secuti essent, si fuissent interrogati, nescire confiterentur.

3. Ex his ergo omnibus consuetudo non haec volgaris[13], nec sordida recipienda est, sed quae horridiorem rationem sono blandiore[14] depellat. Interdum enim utilibus iucunda gratiora sunt[15]. Assiduitas et consuetudo[16] verba quaedam vel nomina usque ad persuasionem proprietatis sufficient[17], si tamen eadem non aspere per analogiam enuncientur; alioquin rationem mallem quam assiduitatem.

Tractabimus ergo primum nomina polysyllaba polysyllaborumque quaestiones[18]; deinde verba verborumquae quaestiones, novissime catholica vaga quae[19] multarum controversiarum veterem caliginem dissipent[20].

XVII. De Analogia.

1. Omnia igitur nomina, quibus universa dictionis silva[21] copiosa est, non plus quam per duodecim ultimas litteras finiuntur: quinque vocales, *a, e, i, o, u:* sex semivocales, *l, m, n, r, s, x:* unam mutam[22], *t*. Sequemur ergo has extremitates, aut per omnia genera nominum[23], aut per ea, quae in quibusdam nominibus sunt: singulisque extremitatibus quaestiones suas et subiiciemus[24] et solvemus.

A. Masculina, quae in *a* litteram[25] veniunt, || sedecim [37]
plus minus sunt; ex quibus exempli causa tria interim ponemus, Sisenna, Perpenna, Catilina. Horum imperturbata declinatio est; nam plurali genitivo *arum*, dativo et ablativo *is*, accusativo *as* litteras accipiunt: tamquam Perpennarum[26], Perpennis, Perpennas; Sisennarum, Sisennis, Sisennas; Catilinarum, Catilinis, Catilinas.

Feminina, quae in *a* veniunt, plus quam quinquaginta sunt, Diana, Minerva, aurora, et cetera. Haec omnia et huiusmodi ad declinationem superiorum diriguntur.

Neutralia, quae in *a* veniunt, plus quam quinquaginta sunt, sed omnia Graeca, ut diadema[27], emblema, schema. Haec a superiorum declinatione dissonant; faciunt enim genitivo plurali schematum; item dativo et ablativo schematibus.

2. Et ut brevius dicamus, *A* littera finiuntur Romana nomina, masculina et feminina et neutralia, sed in multitudine, hoc est, plurali numero[28]; singularia[29] peregrina sunt[30]. Item communia ex masculino et feminino, ut adsecula[31], conviva. Pompeius[32] in Auctorato:

1) *Et disparibus paria copulavit* P. *et* ***ut*** *disparibus paria* ***coaluit*** Cod. Edd. pr. Fabr. *Coaluit* transitive a *coalendo* affertur ex Hieronymo in Iovin. I, n. 36. In Cod. *ut* semper scribi solet *ū* hac sigla. Fortasse legendum: *cum disp. p. coaluit.* 2) *Ad affectionis regulam* P. *adprobatur a defectionis regula* Edd. pr. Fabr. Restitui Codicis lectionem, licet depravatam: *adprobatas ut a difectionis regula.* 3) Nieb. notavit: *in marg. alias verborum omnium.* In Edd. pr. Fabr. est: *omnium quae.* Statim pro *immutabilis* in Cod. *immotabilis.* 4) *Accipit* Cod. Ed. pr. 5) *Disociat* Cod. Vv. *ab erudita* desunt in Ed. pr. Fabr. Tum *plenius haec* Ed. pr. Fabr. 6) *Romanos inseruisse* Edd. pr. Fabr. Omnino male; intelligit enim Charisius Iulium Romanum, nobilem Grammaticum, quem saepius allegat. ***Bondam.*** 7) *Inveniemus* Edd. pr. Fabr. P. 8) *Ratione* P. 9) *Iuribus paret* Edd. pr. Fabr. Fortasse *non rationi analogiae, sed viribus paret* ***Bondam.*** Legerim *usui* pro *viribus.* 10) *Defecerunt* P. 11) *Ad uncum sacrum* pr. Fabr. 12) *Authorum* P. 13) *Non etiam vulgaris* Edd. pr. Fabr. 14) *Sono blanditur ore* Cod. Ed. pr. 15) *Utilibus iungenda gratiosa sunt* P. 16) *Quod si diutina est consuetudo* Fabr. ***Haec si diutius et*** *cons.* Ed. pr. *Quod si assiduitas et consuetudo* P. *Assiduitas et cons.*, om. *Quod si*, Cod. 17) *Suffecisset* P. 18) His interponuntur in P. haec: *deinde monosyllaba, monosyllaborumque quaestiones*, quae absunt a Cod. Edd. pr. Fabr. Ceterum in Cod. scribitur *polusyllaba polusyllabarumque*, ut notavit Nieb., nisi forte *polusillaba polusill.* in Cod. fuit. 19) *Vagaque* Edd. pr. Fabr. 20) *Desipeat* Cod. 21) *Silva* Cod. solus. Ceterum inscriptio huius capitis *De Analogia* desideratur in Cod. Edd. pr. Fabr. 22) *Una muta* Cod. Ed. pr. Statim *Sequitur* Edd. pr. Fabr. *Sequimur* Cod. Tum Cod. *extrimitates* et deinceps *extrimitatibus.* 23) *Genera nominum* desunt in P. 24) *Subieciemus* Cod. 25) *In a litera veniunt* Edd. pr. Fabr. *in a veniunt literam* P. 26) *Perpernarum, Perpernis, Perpernas* Cod. sed non item supra. 27) *Deadema* Cod. 28) *Pluraliter* P. *plurali numero* Cod. Edd. pr. Fabr. 29) *Etenim* h. l. interponit sola P. 30) Post vv. *peregrina sunt* adiiciunt Fabr. et P: *Masculina ut Catilina, Pansa: feminina ut amicitia*, quibus in Fabr. etiam *avaritia* additur. Notavit Nieb. *Haec olim ab alio librario adscripta.* Infra pag. 49. Ed. P. invenitur nota Nieb. haec: *redit prima manus.* 31) *Ut adsecla, ebria, conviva* P. Ceterum in Cod. *adsecula.* 32) Sine dubio cum edd. Fabr. et P. *Pomponius* scribendum est, licet utrobique in Cod. et pr. *Pompeius*, quod servavi. Ceterum ad h. l. notavit Fabr. in margine editionis suae: *Leguntur eadem in Donatiani fragmento pene ad verbum.* Notavit ad hunc locum Bonda-

Postquam convenio omnes convivas meas[1].

Ebria masculino. In eodem Pompeius:

Neque ego sum Menni, neque Cassi, neque Munati Ebria[2].

Neutralia pluraliter, ut Saturnalia, Compitalia, quorum genitivus quamvis varie elatus sit[3] apud auctores: Saturnalium enim et Saturnaliorum, Compitalium, et Compitaliorum dixerunt: dativi tamen mansit regula, ut *bus* syllaba finiretur.

3. Nam neutra, quae semper pluralia sunt, si ante novissimam syllabam *i* litteram habeant, genitivo per *um*, dativo[4] per *bus* syllabam finientur[5], veluti Saturnalia, Saturnalium, Saturnalibus; nam arma, castra, exta, quae non habent *i* ante *a* syllabam, dativo casu *is* finientur; armis enim et castris et extis dicemus[6]. Singularia[7] autem neutra *a* littera terminata nulla inveniuntur, nisi peregrina, ut toreuma, emblema, poema; de quibus dubitatur, quem ca-
[38] sum genitivum et ablativum habeant. Legi|mus[8] toreumatum et toreumatorum, toreumatibus et toreumatis, et sic similia. Commodius tamen senserunt, qui toreumatum et poematum dicendum putaverunt: primum quod haec magis ad Romanum colorem videntur accedere; deinde quod[9] quaecunque nomina genitivo plurali apud Graecos per *ων* litteras terminantur, translata in Latinum *ων* in *um*[10] mutant, ut Ἑκτόρων, Νεστόρων, Hectorum, Nestorum. Sic ergo cum illi dicant ἐμβλημάτων[11], τορευμάτων, ποιημάτων, nos recte emblematum, toreumatum[12], poematum dicimus[13]. Similiter in genitivo quoque singulari ος[14] Graecum in *is* Latinum mutamus, ut ἐμβλήματος, emblematis; κηρώματος, ceromatis; ποιήματος, poematis; πήγματος, pegmatis. Nam nominativum pluralem Graece proferemus[15], poemata, ceromata, pegmata, emblemata, et similia. Item poematibus, schematibus, emblematibus dicendum est, quoniam quaecunque nomina cuiuscunque generis singulari numero, casu[16] ablativo per *e* litteram exeunt, ea in genitivo plurali *um*, et dativo et ablativo *bus* litteras habent, ut a pariete, parietum, parietibus, a muliere, mulierum, mulieribus, ab homine, hominum, hominibus, a litore, litorum, litoribus: sic a poemate, poematum, poematibus, et cetera similia. Cicero in Verrem quarta tantum *emblematum*[17]. Romani *poematis* referunt, quamvis ratio *poematibus* faciat. Nam et Varro sic inscribit in libro suo[18]: *de Poematis*. Et Annius[19] Florus ad Divum Hadrianum: *Poematis delector*[20]. Plautus schema pro schemate dixit in Amphitruone[21]:

Huc ergo processi cum servili schema.

Plinius[22] sermonis dubii VI. de Varrone: *Quam*[23] *ma-*

mus: *Occurunt haec omnia in Donatiani fragm. quod in Edit. Mediol. anni* 1504. *exstat.* Ceterum unus Cod. Prisciani apud Kr. item *Pompeius*, eodem errore. 1) *Postquam convenio.* Sic Cod. Ed. pr. *Postquam conveni* Edd. Fabr. P. Cf. Priscian. V, 1, 6. tom. I, pag. 169. Kr. qui sic locum excitat: *conveni omnes convivas meas.* Munk. in diss. de Pomponio Bononiensi pag. 65. legendum suadet: *Postquam conveni convivas omnes meas.* Meliorem ordinem restituit Both. in Poet. Scen. fragm. II, pag. 105. *Postquam convivas omnes conveni meas.* Post Pomponii locum in ed. P. sequitur *feminine*, quod voc. abest in Cod. pr. Fabr. Fragm. Donatiani supra citatum exhibet: *Postquam conveni omnis conv. meas.* 2) Dedi codicis lectionem: *Neque ego sum Menni neque Cassi neque Munati Ebria.* At notavit Nieb. post primum *Neque* signum esse in Cod. quod *H* maiusculae est simile, quam siglam esse puto voc. *enim*; quare legendum censeo locum:

Néque enim ego ,
Sum Mémmi, neque Cassi, neque Munati Ébriae.

Menni erratum puto a librario. Edd. pr. Fabr. P. exhibent: *Neque ego sum Memmius neque Cassius neque Mimatius ebria.* Munkius in diss. supra laudata p. 64. omisso *sum* ita versiculum distinxit:

Neque ego Memmius
Neque Cassius, neque sum Mimatius ebria.

Bothius in Fragm. Scen. II, pag. 105. vulgatam nihil immutavit et iambicum tetram. constituit, hac observatione adiecta: ***cum ebria** pro nomine communi habet bonus vir Sosipater, ut verba **assecla, conviva**, vehementer fallitur. **Mimatius ebria** dictum haud dubie est, ut **fragilis Iulius Pediatia** apud Horat. Sat. I*, 8, 39. Dudum intellectum est, *Ebria* esse nomen proprium, cognomen Munatiorum familiae, impositum eodem modo, ut *Cassius Hemina.* Proprie enim *bria* sive *ebria* vasculum est potatorium, cuius rei testes sunt Arnob. VII, pag. 235. qui habet: *Date, quaeso, Dis immortalibus, bibant, scyphos, brias, pateras, simpuviaque depromite;* et Philox. Glossae: *Bria εἶδος αἰτίον* (lege ἀγγεῖον). Vidit hoc iam Forcellinus in Lexico, v. *Bria.* Ceterum *Mimatius* nunquam fuit nomen gentis Romanae. Fragm. Donatiani supra citatum habet: *Neque sum meni neque castia neque Mimacius ebria.* 3) *Quamvis varius sit elatus* Ed. pr. *quamvis sit elatus* Fabr. P. om. *varie*, quod e Cod. est adiectum, quod iam Bondamus restituendum vidit. Paullo post sub fin. enunciati *finiatur* Edd. pr. Fabr. pro *finiretur.* 4) *Dativo et ablativo* P. *in dativo* pr. Fabr. Vv. *et ablativo* absunt in Cod. Edd. pr. Fabr. Paullo ante *habent* Edd. pr. Fabr. pro *habeant.* 5) *Finiuntur* Ed. pr. 6) *Dicimus* Edd. pr. Fabr. P. 7) *Singularia vero* Edd. pr. Fabr. P. 8) *Legimus enim* Edd. pr. Fabr. P. 9) *Quod haec quaecunque* Ed. pr. 10) *In Latinum*, ω *et* ν *in* u *et* m Ed. P. 11) ἐνβλημάτων Cod. Item infra ἐνβλήματος. 12) *Toreomatum* Cod. 13) *Dicemus* Edd. pr. Fabr. P. 14) τος Edd. pr. Fabr. P. 15) *Proferimus* Fabr. P. *proferemus* pr. quod dedi. *proferaemus* Cod. 16) *Cassu* Cod. 17) Codicis lectionem exhibui. *Cicero in Verrem quarto, **Tantum emblematum. Romani** poematis efferunt, quamvis ratio poematibus faciat.* Edd. pr. Fabr. Mira dedit P. *Cicero in Verrem quarta, **Populi Romani** emblematis **refert**, quamvis ratio humana bus faciat.* Apud Ciceronem act. in Verr. lib. IV, 17. ibid. IV, 22. bis *emblematis* et bis *emblemata* legitur. 18) *Inscribit librum suum* P. Cf. Varronis Fragmm. pag. 192. ed. Bipont. 19) *Annus* pr. Fabr. P. 20) *Dilector* Cod. Bis apud Charisium etiam citatur *Annaeus Florus ad Hadrianum* infra; locus hic recurrit etiam sub finem libri primi. Post v. *delector* in P. sequuntur: *Genere feminino.* 21) Plaut. Amph. prol. 117. In Cod. est *Amphitrione.* Ex eodem scripsi *ergo*; in ed. Fabr. P. *ego.* in Ed. pr. *hui ergo.* Ceterum de re conf. Priscian. VI, 2, 7. Tom. I. pag. 222. Kr. 22) *Plenius* Cod. *sermonis dubii tertio* pr. Fabr. *sermonis dubii lib. septimo* P. *sermonis dubii VI.* Cod. quod dedi. 23) *Qui*

xime vicina Graeco Graece dixit, ut nec schematis quidem dicat sed schemasin.

4. Communia duorum generum, quae in *a* veniunt, plura quam triginta duo sunt, veluti verna, collega, nauta; sed haec ex eadem observatione declinationum, qua superiora feminina et masculina declinantur. Neutralia enim sola ab [39] horum declina||tione deflectunt, quae genitivo plurali schematum, dativo et ablativo schematibus faciunt. Commune[1] trium generum in *a* unum venit nequa. Idem istud et singulari et plurali[2] numero monoptoton est, propter quod multum errant qui dicunt, adiecta *m*[3] littera nequam hominis propositum habent[4]. Masculina in *e* litteram nulla veniunt[5], neque feminina nisi peregrina talia, Crotale, Eriphyle[6], Calpe; haec cum sint Graeca, ea analogia declinantur veluti Crotale, Crotales, Crotalen, Calpe, Calpes, Calpen.

5. Romana sane nomina nominativo casu in *a* exeuntia accipiunt *e* litteram, et faciunt genitivum et dativum singularem, ut haec amicitia, huius amicitiae[7]; accipiunt *m* et faciunt accusativum, ut hanc amicitiam; quorum ablativus tantum producitur; quoniam omnia, quae *a* littera terminantur, seu singulari seu plurali numero, necesse est ut[8] corripiantur, nisi ablativo casu, qui nunquam corripitur, nisi cum *e* littera terminatur: nec tamen in omnibus. Nam in multis et[9] producitur, veluti ab hac[10] re, fide, specie, acie. Necesse est autem ablativus vocalibus semper terminetur.

6. Itaque cum *a* vel *o* littera terminetur, *rum* accipit, et facit genitivum pluralem. Dativus et ablativus per *is* exeunt, ut ab hoc docto, doctorum, doctis[11]; nisi quod nonnunquam ratio ista auctoritate vel necessitate corrumpitur. Veluti cum dicimus[12] his deabus et libertabus filiabusque, quod iurisperiti instituerunt ambiguitatis secernendae scilicet gratia, ob quam multa sordide ab auctoribus dicta, videntur habere rationem. Nam[13] Gellius in secundo, *Deabus*, inquit, *supplicans*[14]. Et in eodem: *Multitudo puerorum iam erat ex raptabus.* Et in tertio: *Capite*[15] *cum aliis paucabus consilium.* Et in quinto: *Puellabus.* Et in septimo: *Pro duabus pudicabus.* Quae, ut dixi, sexus ostendendi causa defendi possunt[16]. At cum nulla causa cogente quid tale dicitur, tunc nimirum[17] confitendum est de errore, ut idem Gellius in nonagesimo se||ptimo, *Portabus*, et mox, *oleabus.* Et Plautus in Curculione[18] *hibus.* Et Ennius in Protreptico[19] *pannibus:* quae notanda videntur. [40]

7. Cum ergo[20] *e* vel *i* vel *u* terminetur ablativo singulari, *um* accipit[21] et facit genitivum pluralem. Dativo et ablativo *bus* syllaba terminantur[22], veluti ab hoc rege, regum, regibus, ab hac navi, navium, navibus, et ab hoc portu, portuum, portubus. Invenimus[23] tamen apud auctores etiam his contraria. *Nucerum* enim Coelius[24] dixit, Lucilius *iagerum*[25]. Gellius vero *regerum* et *lapiderum*, cum *rum* syllabam[26] nunquam accipiat ablativus *e* littera[27] terminatus, nisi cum producitur, ut ab hac re, rerum, die, dierum, specie, specierum, facie, facierum. Sed genitivus singularis de hoc ablativo observatur. Nam sive *i*, sive *u* habuerit, in fine *s* accipiet, et faciet genitivum, ut ab hac navi, huius navis, ab hoc portu, huius portus; quamvis nec hoc auctores observaverint; nam et Terentius *huius anuis*[28] dixit, et Salustius *huius senati*[29],

Edd. pr. Fabr. 1) *Commone* Cod. 2) Vv. *Et plurali* in P. omissa. 3) *Adiecta e litera* P. 4) *Nequae habere cum masculina* P. *Nequam h. pr. habet* Fabr. Misere hic caecutit Charisius, et sibi contrariatur, si pag. 127, 35. (Ed. P.) inspiciatur. Libenter equidem, si verum fatear, hanc laciniam, Charisio plane indignam, quod vel praeter locum allegatum ex pag. 22, 40; 73, 9; 120, 21 (Ed. P.) liquet, eiicerem, et quidem a verbis: *Commune trium generum* cett. ut adeo verba Charisii rursus incipiant: *Masculina in e literam nulla veniunt.* Sic enim legendum, non *veniant.* ***Bondam.*** Recte indicavit Bondamus. 5) *Veniant* P. *veniunt* Cod. Edd. pr. Fabr. 6) *Eriphile* Edd. pr. Fabr. P. 7) *Huic amicitiae* subiungit P. 8) *Ut* om. P. 9) *Et* om. P. 10) *Hac* accessit e Cod. Paullo post *vocalibus literis* Edd. pr. Fabr. 11) His adiuncta leguntur in P.: *ab hac tabula tabularum tabulis*, quae ex interpretamento esse significavit Nieb. 12) *Dicitur* Edd. pr. Fabr. P. Paullo post *discernendae* pro *secernendae* Edd. pr. Fabr. Statim post *ob quod* Edd. pr. Fabr. pro *ob quam.* 13) *Namque* P. 14) Vide Fragmenta Vett. Historicorum pag. 312. ed. Havercamp. ubi editur *supplicant.* ***Bondam.*** *Suplicans* Cod. Cf. Fragm. Vett. Hist. in Ed. Salustii Cortiana pag. 33. De reliquis Cn. Gellii locis, quae sequuntur, vide eosdem. 15) Male distinguit Fabr. *tertio capite, Cum.* 16) *Difendi posunt* Cod. 17) Cod. pro *nimirum* siglas habet has: *nc mir* quae significant vel *nec mirum* vel *nunc mirum.* 18) *In Gurgulione* Edd. pr. Fabr. P. *in Corcolione* Cod. Locus est Plaut. Curc. IV, 2, 20. Eundem locum in eadem re citat Priscian. XIII, 3, 15. tom. I, pag. 568. Kr. 19) *Protreptrico* Cod. Cf. Ennii Fragm. ed. Hessel. p. 191. et ibi notata. 20) *Quum vero* P. 21) *Ablativus singularis accipit um* Edd. pr. Fabr. *ablativo singulari accipit um* P. 22) *Dativus et ablativus syllaba finiuntur* P. *dativo et ablativo bus syllaba finitur* pr. Fabr. Lege: dativus et ablativus *bus* syllaba finiuntur. Atque ita citatur in Fragmm. Lucilii p. 243. ***Bondam.*** Legendum potius: *dativus et ablativus bus syllaba terminantur.* Nos dedimus Cod. lectionem. 23) *Invenimus.* Douza in Fragmm. Lucilii p. 243. citat *inveniuntur.* ***Bondam.*** 24) *Caelius* P. Cf. Fragmm. vett. Histor. p. 325. Haverc. (ed. Cort. p. 40) ibique Popmam. V. et Fragmm. Lucilii p. 243. ***Bondam.*** *Caecilius* et *Naterum* ex vet. cod. citat tanquam varr. lectt. Douza in nott. ad Lucil. 25) V. Fragmm. Lucilii p. 243. quanquam mendo fortasse locus non vacat, idque fortasse perspexit etiam Popma in not. ad Fragmm. Vet. Hist. p. 325, quippe qui silentio hunc Lucilii locum praeterierit, cum seqq. citet. Gellii loca exstant inter Fragmm. Vet. Hist. pag. 313. (p. 33. Cort.) ***Bondam.*** 26) *Syllaba* ex errore typogr. Fabr. 27) Vox *littera* deest apud Douzam in Lucil. Fragmm. p. 243. 28) Terentii locus est Heautont. II, 3, 46. Eundem locum in eadem re citat Priscian. VI, 16, 84. tom. I, pag. 277. Kr. 29) *Salustius* scripsi e Cod. Cf. Bell. Cat. c. 31. et saepe alibi.

cum ratio exigat huius anus, huius[1] senatus dicere. Si vero correpta finiatur *e*, in *i* mutat, et adiuncta *s* facit genitivum, ut ab hoc rege, huius regis, ab hoc osse, huius ossis. Sic enim debet declinari, non ab hoc osso, sicut Varrus[2] dixit: *Osse scribebant;* et Ennius: *Velim ego osse arare campum cereum*[3]. Huius nominativus est hoc osse[4], quamvis Gellius libro XXXIII[5] dixerit: *Calvariaeque ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque*[6].

8. Si[7] producta *e* littera finiatur ablativus, *i* accepta faciet genitivum, ut ab hac die, huius diei; ab hac acie, huius aciei; ab hac specie, huius speciei, scilicet *e* manente in productione, quod *i* ante se habet. Nam si non habeat, corripietur in genitivo, ut ab hac spe, spei, re, rei, *fide*, fidei; quamquam in Aulularia Plautus[8] *fide* dixerit. Fame tamen producitur, quamvis non habeat *i*, et ideo auctores etiam huius fami[9] dixerunt, ut idem Plautus in Sticho *fami*[10] dativo casu, et Varro genitivo *huius fami*[11], cum famis sit rationis. Adnotandum est autem[12] feminina tantum inveniri, quae *e*[13] producta finiuntur, masculinum nullum, nam de diei controversia suo loco dice-
[41] tur. || Omnis autem ablativus singularis semper *s*[14] accipit, et [facit accusativum pluralem producta] etiam *e* littera, quae nonnumquam in ablativo casu[15] corripitur, ut ab hoc rege, hos [reges producte dicamus].

9. Amforum an amforarum dicendum sit quaerit[ur[16]. Amforum consuetudinis est.] Sed cum eadem suavitas in utraque enunciati[one sit, non video quare quis bar]barum malit, cum aures simili precio recta delec[tent. Dicemus enim amforarum; quia] quaecunque nomina, exceptis neutralibus, singulari numero ea [a littera finiuntur,] non possunt genitivo plurali per alias litteras quam [per *arum* exire, tanquam Sisenna Si]sennarum, Minerva, Minervarum, c[ollega, collegarum: sic ergo amfora, amforarum], non amforum. Romanus hoc in libro de uo[17] [refert sic. Amforum ut Plinius eodem lib. VI. et Livius. Sed ut ceteri[18]] assidue amforum si coniunctim, ut decem milia[19] a[mforum, modium, sestertium, nummum, sic[20]] si per se amforarum.

Haec cyma, feminino an neutro genere[21] h[oc cyma dicendum sit quaeritur[22].] Plerique putant ne[utri generis esse, idque[23]] persuadere tentant, quod cyma colliculi[24] s[ummi esse videatur. Sed ego rem] omnium ineptissi-

1) Interposui *huius* e Cod. *anus et senatus* Edd. pr. Fabr. 2) *Varrus* exhibet Cod. *sicut Var. dixit* Edd. pr. Fabr. P. Cf. Varronis Fragmm. pag. 180. (ed. Bip. 339.) Sine dubio locus Varronis est, errorque Codicis ortus ex scribendi compendio, ut supra ex eodem fonte *Pompeius* erratum pro *Pomponius.* Varronis locus recurrit infra pag. 112. (P.) ubi Cod. sine varietate *Varro.* 3) *Titinnius* pro *Ennius* exhibent Fabr. P. *Ennius* Cod. pr. Correxit Fabricius: idem enim locus reperitur infra p. 112. (P.) ubi Cod. sine varietate *Titinnius.* 4) Nominativus *osse* nusquam alibi proditus legitur. Priscianus lib. VI, 13, 69. nominativum *ossum* et ablativum *ossu* citat, hanc tamen ablativi formam nullo exemplo confirmat. 5) *Gellius libro XXXIII.* Scriptoris nomen om. Cod. pr.; addidit Fabr. sine dubio ex superioribus, et ex iis, quae infra leguntur pag. 112. (P.) ubi idem locus legitur. 6) *Inaurarunt que* Edd. pr. Fabr. P. *inauraveruntque* Cod. quemadmodum infra pag. 112. (P.) *Eius ipsum ossum* Fabr. P. ex loco infra citato. Eundem locum citat Priscian. VII, 8, 37. tom. I, pag. 316. ed. Kr. sed ex libro XXX. 7) *Quodsi* P. 8) Plaut. in Aul. IV, 6, 1. Ibi vulgo *fidei* legitur, sed disyllabum. 9) *Famis* P. 10) Locus Plauti in Sticho sine dubio significatur I, 3, 63.

Prae maerore adeo miser atque aegritudine
Consenui: paene sum fame emortuus.

Ubi legendum est *fami demortuus.* Male antiqui editores, ut Pareus, *fame ipsa emortuus.* Pronomen abest a Codd. *Famī* Grammaticus ex errore pro dativo habuit, cum notissimus sit ablativus tertiae delinationis in *ī*, ut *carni, furfuri, igni* alia. Cf. quae notavi ad Plaut. Captiv. IV, 2, 27. De *Fame* ultima longa cf. Priscian. VII, 14, 72. 11) Cf. Varron. Fragmm. pag. 181. (p. 340 Bip.) Cf. Aul. Gellius IX, 14. *Et ab eo quod est **haec fames**, **huius famī** dixerunt.* 12) *Adnotandum est **haec** fem.* Fabr. pr. *Adnot. est fem.* P. 13) *Quae **es** producta* pr. Fabr. 14) *Semper **ī** accipit* Edd. pr. Fabr. Tum vv. *facit accusativum pluralem producta* in Cod. non legi possunt. Totus locus in Fabr. sic legitur: *Omnis autem ablativus singularis semper **ī** accipit et cum est **e** in ablativo casu, corripitur, ut ab hoc rege:* eadem praestat Ed. pr. nisi quod vv. *cum est e* omittit cum lacuna, et post vv. *ab hoc rege* lacunae signum ponit. 15) *Casu* deest in P. In suppletis paullo post P. *dicemus.* 16) Quae hoc loco et in proximis uncis inclusi, lacunosa sunt in Cod. et in P. plerumque male expleta. In Ed. pr. lacunae eaedem significatae, quae in Cod. Contra in Fabr. sic totus locus pessime exhibetur, lacunis plerumque omissis et verbis in unum contractis: *Aforùm an aforarum* (sic etiam Cod.) *dicendum sit, quaeritur, sed quum eadem suavitas in utraque enunciatione, quis non amphorarum mallet* (Cod. *malet*) *quum aures simili precio* (*simili precio aures* P.) *recto delectent* (Cod. *dilectent*). *Nam quaecunque nomina, exceptis neutralibus, singulari numero a* (*ea* exhibet Cod.) *habent, non possunt genitivo plurali per alias literas quam per arum exire, Sisenna Sisennarum, Minerva Minervarum, collega collegarum: sic amphora amphorarum, non amphorùm. Romanus autem in libro de Analogia assidue amphorùm, si coniunctim, ut decem millia amphorum: si per se, amphorarum.* 17) *Romanus autem in libro de Analogia* Edd. pr. Fabr. *Romanus hoc in libro de uo* Cod. ita tamen, ut punctum supra litteras ***uo*** sit positum. Unde legendum videtur: *in libro de nomine.* In P. est: *Romanus autem in VII.* Citatur G. Iulius Romanus infra (p. 170. P.) *de adverbio sub titulo ἀφορμῶν.* Idem laudatur infra (p. 204. P.) *libro ἀφορμῶν sub titulo de coniunctione.* Idem infra (p. 210. P.) *de praepositionibus libro ἀφορμῶν*; ut dubitari vix possit, eundem in eodem ἀφορμῶν libro etiam de *nomine* egisse. 18) Ad haec notavit Nieb., ex interpretamento esse, quae uncis inclusa sunt, atque inserta, sed non adiecit, a quo inserta dicat. Lacunam habet Ed. pr. 19) *Milia* Cod. *millia* Edd. pr. Fabr. P. 20) Haec inserta esse, adnotavit Nieb. In Ed. pr. lacunae signum nullum. 21) *Feminino genere on neutro* P. 22) Hanc lacunam explet Fabr. sic: *hoc cyma dicatur, quaeritur.* Ed. pr. *hoc cyma dicatur* om. *quaeritur*, sed notata lacuna. 23) Vv. *esse idque* om. pr. sed apposito lacunae signo. 24) Legendum *coliculi* sive *cau-*

main duco[1], Latino nomini [Graecum etymum accommo]dare. Nam cum Graeci *ΠΙΡΕΧΜΟΝ* et ὅρμενον[2] dicant, quod nos cy[ma[3] appellemus,] quomodo potest Romano nomini peregrina cognatio immi[tti? Mihi simplicius] videtur nescire quod nescio, quam fingere aliquid iactati[onis sciendi. Hoc enim nomen] cum sit naturae inconstantis, non potest ab analogia ad[seri. Et cum humilita]te sua numquam aut in orationem, aut historiarum [dignitatem inciderit,] ne auctorem saltem aliquem, quo constituatur, invenit. Quare cum utroque genere nominis huius sine formidine barbarismi loqui liceat, utrumcunque[4] dixeris iure inobiurgatum est.

10. Canitia an canities dicenda sit[5], quaeritur. Canitia nec irrationabiliter nec abhorride dicitur; et ideo
[42] non est ab || analogia recedendum. Canities autem poetico decore in levitatem soni correpta est[6]; porro prosae orationi, πεζῷ λόγῳ[7], cum poetica mollitie parum convenit.

Senecta an senectus dicenda sit[8], quaeritur. Quoties igitur plura in eundem significatum devertuntur, sed omnia sua regula tuta sunt[9]; utrumque ergo de quo quaeritur inreprehenso sermone dicetur. Et suis declinationibus curret senecta sic, quemadmodum docta, magna, ampla, ut faciat senectae, senectam, quemadmodum doctae, doctam, magnae, magnam, amplae, amplam. Senectus, quemadmodum virtus, salus, palus, ut faciat[10] senectutis, tuti, tutem, quemadmodum virtus, tutis, tuti, tutem, et salus, salutis, saluti, salutem, et palus, ludis, ludi, ludem.

11. Merula, κόσσυφος[11], an merulus dicendum sit, quaeritur. Merula dicenda est. Avium enim nomina quaedam tantum masculina, quaedam feminina extremitate[12], ita olim[13] consuetudo possedit, ut signata potius quam usurpata videatur. Masculina, tanquam[14] corvus, graculus, κολοιός, psittacus. Feminina, tanquam[15] aquila, ciconia, πέλαργος, fulica, λάρος[16]. Hoc quoque de quo quaeritur inpensius, in *a* merula potius, quam per *us* merulus enunciabitur[17].

12. Haec ostrea feminino genere singulari numero, an hoc ostreum neutrali[18] dicendum sit, quaeritur, et dicenda haec ostrea feminine singulari numero. Quod ita ab eruditis non vane adnotatum est[19], nullius animalis speciale nomen inveniri, quod neutrale sit.

Margarita an margaritum[20] dicendum sit, quaeritur. Et ferunt peritiores, huius conchae ipsum corpus quo plena est animale esse, et ideo secundum superiorem catholicum canonem[21] feminino genere margaritam[22] proferendum, quemadmodum ostream. Ego de margarito[23] contra sentio. Non enim ipsa caro[24], qua concha praegnans est[25], margaritum est, sed dicitur illi inesse cal||culus hic, [43]
quem nos margaritum vocamus. Sicut in cerebris piscium lapilli quidam sunt, nec ideo animales sunt. Quare cum materia, in qua margaritum nascitur, animalis[26], ipse autem calculus, qui nascitur, inanimalis sit; longe suavius salva

liculi. 1) *Summi esse videntur. Sed omnium ineptissimum duco* Fabr. et pr. nisi quod — *dentur sed* in pr. omissa sunt. Pro *accommodare* in Fabr. legitur *dare.* 2) *Περινέον ὅρμενον* exhibent Edd. pr. Fabr. P. *ΠΙΡΕΧΜον ΟΡΜΕΝΟΝ* Cod. Legendum videtur: *πρέμνον, ὅρμενον.* In Philoxeni glossis legitur: *Cyma, ὅρμενον.* Et: *ὅρμενον, cyma.* Nusquam ὅρμενος, quod in Lexicis Graecis est. 3) *Quod nos cymam quomodo potest Romano nomini cognatio in mi* sequitur lac. Fabr. In pr. post v. *cymam* et post litteras *in mi* lacunae notatae sunt. Sequentia sic apud Fabr. et in Ed. pr.: *videtur nescire quod nescio qui fingere aliquid iactat* (lacuna) *quum sit naturae inconstantis, non potest ab analogia ads* (lacuna) *te sua nunquam aut in orationum aut in historiarum d* (lacuna) *ne auctorem saltem aliquem quo constituatur invenit, qui* (lacuna) *nominis huius sine formidine barbarismi loqui doceat* (lacuna) *duxeris in obiurgatum est.* Ed. pr. nihil discedit, nisi quod *liceat* pro *doceat.* Supplementa dedi ex P., nisi quod ibi *in historiarum*, ubi *in* Cod. auctoritate delevi, *auctoritatem — aliquam qua — inveniet.* Quae mutavi, e Codice sunt, qui etiam *iectati* — pro *iactationis.* 4) *Utcunque* P. *utrumcunque* e Cod. 5) *Dicendum sit* Edd. pr. Fabr. P. 6) *In levitatem soni corrupta est* P. 7) *Τῷ πεζῷ λόγῳ* Fabr. P. articulum omittunt Cod. et Ed. pr. 8) *Dicendum sit* Edd. pr. Fabr. P. 9) *Quoties igitur plurali in eundem significatum deve* (lac.) *sed omnia sua regula tuta sunt* Ed. pr. Fabr. nisi quod in Fabr. *plura* pro *plurali*, et expletum *devenerunt.* — *Quoties igitur plura in eundem significatum divertunt, omnia s. r. t. sunt.* P. Sed Cod. *plura — devertuntur sed — sunt.* Coniecit Bondamus: *Quoties igitur plura in eundem significatum divertunt, ea omnia sua regula tuta sunt. Utrumque ergo de quo.* Hoc *ergo* desideratur in pr. Fabr. Exhibui Cod. lectionem licet non sanam. Ego post v. *devertuntur* aliquot vv. excidisse puto; sed ne superiora quidem sana esse existimo. 10) *Senectus quemadmodum virtus virtutis senectus senectutis* P. 11) *Κόσσυφος* in Cod. margini ascr. 12) *Quaedam tantum feminina soni extremitate* P. pro v. *feminina* in Cod. *femina.* 13) *Ollim* Cod. In eodem *putius* pro *potius.* 14) *Masculina tantum ut corvus* pr. Fabr. quod probat Bond. 15) *Foemina tantum aquila* pr. Fabr. quod probat Bond. 16) Graeca πέλαργος, λάρος in Cod. suprascr. 17) *Hoc quoque de quo quaeritur potius in merula quam in merulo est, et ideo maiore licentia et testimonio per A potius quam per us merulus enunciabitur* P. Scripsi quae exhibent Edd. pr. et Fabr. quibus consentit Cod. praeterquam quod in illo desideratur *a* ante *merula*, et scribitur ut supra *putius* pro *potius.* Ceterum in Fabr. male: *Haec quoque de quo* cett. 18) *An hoc ostreum neutrale* Ed. pr. P. *an ostreum neutrale* Fabr. om. pron. *an hoc ostreum neutrali* Cod. 19) *Non vano advocandum est* Edd. pr. Fabr. *non vane adnotandum est* Cod. Recte emendatus videtur locus in P. quam emendationem servavi. 20) *Margaretum* Cod. 21) *Secundum superius catholicum canonem* pr. Fabr. Cod. *secundum superioris catholici canonem* P. Emendavi *superiorem.* 22) *Margaretam* Cod. Idem *femino genere* pro *feminino g.* 23) *De margarita* Edd. pr. Fabr. P. 24) *Carnis* Cod. 25) *Est* desideratur in P. 26) *Animalis sit* P. Tum *ipse*

observatione superioris catholici, margaritum[1] neutrali genere dicitur.

13. Pervigilia neutrali genere plurali numero, an pervigiliae feminino genere plurali numero dici debeant[2], quaeritur: et dicendae sunt pervigiliae; nec hoc laboriosa ratione adprobatur. Nam cum per se vigiliae dicantur, praepositione adiecta, non naturam mutant, sed accipiunt temporis diuturnitatem, et[3] qui vigilant, pervigilare dicuntur[4].

Calumnia prima syllaba correpta effertur; venit enim a verbo calvor[5], hoc est frustror.

14. Mensam sine *n* littera dictam Varro[6] ait, quod media poneretur; sed auctores[7] cum *n* littera protulerunt[8], Virgilius saepe. Sed et mensam cum *n* posse dici, idem Varro ait, quod et mensa *βρωτά*[9], edulia inuescolenta[10] ponerentur.

Palilia dicuntur. Pales enim dea pastoralis est, cuius dies festus; nisi quod quidam a partu Iliae Parilia dicere maluerunt.

Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus affirmat, non camera[11] per *e*. Sed Lucretius *cameraeque caminis exteritibus*[12] dicendo, etiam cameram[13] dici posse ostendit.

15. *E*. Neutralia propria in *e*, quae veniunt, plura undecim sunt: Reate[14], Soracte, caepe, *κρόμυον*[15]; appellativa talia, monile, praesepe, mare; factitia plura talia, vitale, hostile, flebile. Factitia dicimus, quod non ex se, sed ex aliis nascantur; vitale enim a vita, hostile ab hoste, flebile a fletu derivatum est. Sed propriorum et appellativorum a fac[titiis diversae declina]tiones sunt. Illa enim ita declinabuntur: hoc Reate[16], [tis, ti, te, te], est[17] hoc Soracte, Soractis, Soracti, ab hoc Soracte; hoc caepe, [pis, pi, ab hoc caepe; hoc mo]nile, lis, li, ab hoc monili; hoc praesepe, pis, pi, ab hoc praesepe; [factitia vero ab his una declina]tione ablativo singulari differunt[18]. Faciunt enim [quaedam in *i*, quae]dam in *e*, ab hoc vitali, [44] hostili, flebi]li[19]; cuius diversitatis quae ratio sit, plenius etiam [alio loco explicabitur[20]. In] his nominibus, quae per *is* exeunt, hoc praesepe neutraliter, [pluraliter[21]] praesepia. Sed Plautus in Curculione[22] feminine:

[*Quin reciperet se huc esum*] *ad praesepem suam.*

Et Varro in Nepote: *Haec praesepes*[23]. [Constat ergo in *e* litteram neque] masculina, neque feminina venire, nisi [peregrina talia, Crotale[24]], Calpe, Ephyre[25], quae, ut supra dictum est, cum [Graeca sunt, Graeca analogia] declinanda sunt. Neutra igitur tantum in *e* [Latine finiuntur[26], quorum genitivus sin]gularis in *is* exiit[27], ut huius toralis, huius fe[cialis, ablativus in *i*, ut ab] hoc torali, ab hoc feciali[28]. Nam si dicemus [ab hoc torale et feciale, regulam neu[29]]trorum corrumpemus, salva manente [ratione[30] suprascripta.] Erunt enim casus[31] quatuor similes,

hic calc. Fabr. P. 1) *Margaretum* Cod. 2) *Debeat* Edd. Fabr. P. 3) *Ut* Fabr. P. 4) *Dicantur* P. 5) *A verbo calumnior* Cod. Edd. pr. Fabr. Recte *calvor* emendavit P. quod recepi, *calumnior* interpretamentum existimans. *Calvor* autem an *calvo* h. l. scribendum, dubitari potest. Priscian. X, 2. pag. 482. tom. I. Kr. *calvo* ponit, exemplum passivi e Salustio proferens: *Contra ille calvi ratus.* Nonius pag. 6. (Merc.) duo passivi exempla ponit, in quibus est hoc Salustii, et quinque deponentis, ex qua re verisimile est, deponentis formam usitatiorem fuisse. 6) Varro de L. L. lib. V, 25. pag. 123. Sp. *A cibo cilliba dicta: postea rotunda facta, et quod a nobis media, et a Graecis μέσα* (leg. *μέση*) *mensa dici potest, nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa.* 7) *Autores* extrita c littera Fabr. P. *authores* pr. *auctores* Cod. 8) *Protullerunt* Cod. 9) Cod. *mens α β ρ ω τ α* (Graeca sine dubio Lat. litt. scripta), unde facile coniici poterat *mensa β ρ ω τ ά*, quod dedi. *Mensa ἄ β ρ ω τ α* Edd. pr. Fabr. P. Scribendum tamen videtur ordine mutato: *quod et mensa edulia, τὰ β ρ ω τ ά*, cett. 10) *Edulia et esculenta* Edd. pr. Fabr. P. Sed codex exhibet, corrupte quidem: *edulia inuescolenta*, quod servavi; hoc est fortasse *sive escolenta.* Locus igitur ita erit restituendus: *quod et mensa edulia, τὰ β ρ ω τ ά, sive escolenta ponerentur.* In his apertum est, *mensa* significare *μεμετρημένα.* 11) *Non camarę* (sic) Cod. In supp. *dicitur* legendum. Ceterum cf. Festus p. 34. ed. meae et quae ibi notata sunt. 12) Exhibui Cod. scripturam licet vitiosam. Edd. o. habent: *cameraeque caminis Ex cratibus.* Ceterum etiam h. l. Cod. *camaraeque*, quod, ut contra mentem Grammatici, mutavi. Locus apud Lucretium non invenitur, quapropter fortasse rescribendum *Lucilius*, et verba Lucilii fragmentis adiicienda. Quid vero ex voce corrupta *exteritibus* eliciendum, mihi non liquet. Notavit ad haec ***Bondamus:*** Cf. vetus Gramm. apud Barthium Advers. p. 1693. 13) *Camuram* (sic) Cod. 14) *Rete* Cod. Ed. pr. 15) *Κρόμμυον* Cod. Ed. pr. 16) *Rete* Cod. Ed. pr. Supra pro *diversae decl.* Fabr. explevit: *non aliae decl.* 17) *Est* accessit e Cod. Plura, quam quae ante hanc v. uncis inclusa sunt, in Cod. deesse videri, adnotavit Nieb. Paullo post: *pis, pi, ab hoc caepe*, lacuna nulla significata, absunt a pr. et Fabr. Etiam vv. *ab hoc monili* absunt a pr. et Fabr. 18) *Deferunt* Cod. Paullo ante vv. *factitia vero ab his una* absunt in pr. et Fabr. 19) Ad haec inclusa Nieb. notavit, minus in Cod. deesse. Vv. *ab hoc vitali, hostili, flebili*, absunt in Fabr.; lacuna est in Ed. pr. 20) *Etiam* deest in P. Lacunam sic explevit Fabr.: *plenius etiam supra ostendimus. In.* 21) Plura in Cod. oblitterata esse, indicavit Nieb., in Ed. pr. lacuna nulla. 22) Plaut. Curc. II, 1, 13. ubi vulgo: *ad praesepim suam*, sed Codd. Cam. *ad praesepe suum.* Nonius pag. 218. citat: *Quin reciperet se huc cessim ad praesepim suam*, unde vulgata orta videtur. Lacunam apud Charisium primus ex Plauto supplevit Fabr. Sed Ed. pr. post lacunam dat: *est cum praesepem suam.* 23) Cf. Fragm. Varr. p. 164. ***Bondam.*** pag. 324. ed. Bip. 24) In Cod. plura deesse, notavit Nieb. In Ed. pr. *venire nisi a* (lacuna) *Crotale.* Fabr. sic explevit: *possunt venire, nisi peregrina ut Crotale.* 25) *Eriphyle* P. 26) *Declinantur* Fabr. 27) *Exit* Edd. o. 28) *Faciali* Cod. atque ita supra, ubi *fa* tantum exstat. 29) Plura deesse in Cod. sign. Nieb. 30) *Regula* expl. Fabr. 31) *Erant*

eum traditum [sit[1], omnia] neutra triptota esse, non tetraptota. [Ablativus igitur a neutro] nomine *i* litera terminatur[2], *a* accipit, et [facit nominativum plu]ralem, ut ab hoc torali, haec toralia, et ab hoc feciali[3], [haec fecialia. Unde m]anifestum fit[4] vetera dici[5], non veteria, et [maiora a maior, non maio]ria, et plura non[6] pluria: quamvis Terentius in Adel[ph. *Complu*]*ria*[7] dixerit, quorum ablativus non in *i* terminatur, sed *e*, [ut ab hoc vetere,] maiore, plure, non ab hoc veteri, maiori, pluri. [Quare autem horum[8]] ablativus in *e* terminetur, non in *i* comprehendi potest, *e* potest[9]. potest de genitivo plurali, qui ante *um* non habet *i*, veterum enim maiorum[10] et plurum dicimus. De maiore tamen vel minore possumus dicere *e* terminari oportere, quod quae comparativi gradus sunt, *i* finiri non possunt; semper enim *e* litera ablativo[11] casu finiuntur.

16. Ab hoc mare, an ab hoc mari dici debeat quaeritur, quoniam quaecunque neutralia non factitia[12] nominativo casu *e* litera finiuntur, ablativo quoque eandem literam servabunt, ut hoc rete, ab hoc rete; hoc[13] Soracte,
[45] ab hoc || Soracte; hoc praesepe, ab hoc praesepe; hoc ancile, ab hoc ancile. Ita hoc mare, ab hoc mare, non ab hoc mari dici oportet. Romanus[14] ita refert: Marei[15]. Varro de gente Po. Ro. III: *A mare operata*[16] *oppida*, pro a mari, ut refert Plinius. Idem inquit, antiquitatium humanarum[17] XII: *Ab Erythro mare orti.* Et in Fundanio[18]: *In mare aquam frigidam oriri.* Atacinus[19] quoque:

Cingitur oceano, Libyco[20] *mare, flumine Nilo.*

Consuetudo vero per *i* locuta est contra definitionem, quam subra[21] titulo ruris dixit. Plautus in Cistellaria:

Secundo ventu vectus est, tranquillo mari[22].

17. Rete neutrali genere, an retis masculino dicendum sit, quaeritur, ut in neutrali quidem plurali numero faciat[23] haec retia, masculino[24] hi retes; feminine[25] enim nullam capit adfirmationem, cum per deminutionem[26] aut masculinum sit, ut hic reticulus, aut neutrum, ut hoc reticulum. Nemo autem tam[27] obstinatae impudentiae est, ut dicat feminino genere haec reticula, huius reticulae, quemadmodum haec navicula, huius naviculae. Dicendum est ergo singulari numero hoc rete, plurali haec retia, tamquam hoc altare, haec altaria, mare, maria, monile, lia; quamquam enim neutrali suavitate enuntiandi similia sint, aliquid tamen auctoritati Virgilii nostri tribuendum est dicentis:

Retia rara plagae, et lato venabula ferro[28].

Et alio loco:

Ego retia servo[29].

Quippe[30] cum in comparatione certaminis, non potest nihil esse, quod plus est.

18. Hoc tapete dicimus, ut hoc facile[31], et sic similiter per omnes casus, huius tapetis, huic et ab hoc tapeti. Plurali haec tapetia[32], tium, tibus, quam declinationem Virgilius sequitur, cum dicit[33]:

Qui forte tapetibus altis.

Sed et hoc tapetum, ut stragulum, similiterque declinatur, hoc tapetum, huius tapeti, huic tapeto, pluraliter haec

enim casus quatuor Ed. pr. *Erant enim quatuor c.* Fabr. *Erant enim quatuor casus* P. 1) *Fuit* explevit Fabr. *Omnia* habet iam Ed. pr. In Cod. plura deesse, quam quae h. l. sunt inclusa, tradidit Nieb. 2) *Et a accipit* P. *terminatus a acc.* Fabr. pr. 3) *Faciali* Cod. 4) *Sit* Ed. pr. Fabr. 5) *Vetera a vetus dici* P. 6) *Plura a plus non* P. 7) In Cod. plura deesse, not. Nieb. *pluria dixerit* Ed. pr. Fabr. Notavit *Bondamus:* Exstat in Phormione IV, 3, 6. Et inde etiam *atat* infra, ut adeo memoria eum fefellerit. 8) Lacuna maior in pr. Fabr.; maiorem esse, quam quae sunt inclusa, h. l. non sign. Nieb. De plurali *pluria* cf. A. Gellius V, 21. 9) *Non in i comprehendi potest et* (lacuna) *potest de.* Ed. pr. *Non in i deprehendi potest et in nominibus quae comparandi sunt, etiam potest de.* Fabr. *Non in ī comprehendi potest, e potest. Potest de* Cod. quod exhibuimus. *Non in comprehendi non potest, intelligi sane potest. potest de* P. Locum corruptissimum esse, indicavit Bondam. 10) *Ut veterum maiorum et pl. dicimus* Ed. pr. Fabr. *maiorem* ex errore operarum P. 11) *In abl. casu* Edd. O. Praepos. om. Cod. 12) *Neutralia nomina nisi factitia* P. 13) *Rete: hoc Cere ab hoc cere,* P. 14) Intelligitur C. Iulius Romanus Grammaticus, quem saepe citat Charisius. V. indicem. 15) *mare. Varro* Ed. pr. *Mare. Varro* Fabr. *Mare. Varro* P. *Marei Varro* Cod. Cf. Fragmm. Varr. pag. 235 ed. Bip. 16) *Operata* Cod. quod retinui, licet verum putem, quod coniecit Fabr. in nott. mss. *operta*, quod idem dedit P. *Separata* ed. Fabr. pr. Infra tamen, ubi haec exempla recurrunt, Cod. exhibet *operta.* 17) Sic, non *antt. rerum humanarum*, citavit etiam Priscian. VII, 11, 55. *antiquitatium* h. l. Cod. infra *antiquitatum.* — *Ab Erythro mare* Cod. Ed. pr. hic et infra, ubi eadem exempla recurrunt: nec minus Codd. apud Priscianum l. c. — *Ab Erythraeo mare* Fabr. P. 18) Intelligitur Varronis liber: *Gallus Fundanius, de miris seu de admirandis.* Cf. Fragmm. Varr. pag. 253. ed. Bip. Ceterum cf. Prisc. VII, 11, 55., qui idem exemplum affert. 19) Cf. Varronis Atacini fragmm. apud Steph. p. 366. Idem exemplum profert Priscian. l. c. 20) *Limbeuo* Cod. *Libyco* Edd. O. etiam Priscian. 21) *Sub titulo* Ed. pr. Fabr. P. *Subra titulo* Cod. Lege *infra sub titulo.* Intelligit locum infra lib. I, pag. 115 ed. Putsch. (quas paginas nos in hac editione ad marginem notavimus): *quaecunque nomina genitivo singulari in īs venerint, ablativum singularem in e venire.* Ceterum *Dixi* emendavit Fabr. nec vero edidit. Infra Cod. habet *dix̄.* 22) Plaut. Cist. I, I, 15. *Vento* apud Plautum. Ceterum *mare* Cod. Charisii et V. C. apud Plautum, sine dubio contra mentem Grammatici. 23) *Facit* Edd. O. 24) *In masculino* P. 25) *Hii retes femine* Cod. 26) *Diminutionem* Edd. O. 27) *Num* (lacuna) *impudentiae est* Ed. pr. *Num impudentiae est* sine lacuna Fabr. *Nemo tam obstinatae imp. est* P. 28) Virg. Aen. IV, 131. 29) Virg. Ecl. III, 75. 30) *Cum* deest apud P. 31) *Facile, feciale et sic* P. 32) *Pluraliter haec tapeta* Ed. pr. Fabr. *Plurali numero haec tapetia* P. 33) Virg. Aen. IX, 325.

tapeta, horum tapetorum, his tapetis[1]; nam et sic quoque Virgilius declinat dicens[2]:

Instratos ostro alipedes pictisque tapetis.

Sed et masculino genere dicit:

Pictosque tapetas[3]:

cuius nominativum faciunt quidam hic tapes, qui facit hos tapetas: quod ego, quia[4] nusquam scriptum puto, nequaquam probo.

[46] Vectigale ratio poscit non vectigal. || Nominativus enim pluralis a singulari plus una syllaba crescere non debet, qui si incipiat duabus syllabis crescere, vectigal dicemus, quod tamen consuetudini extorqueri[5] non potuit, quin vectigal et cervical et capital, tribunal[6] animalque contempta ratione dicamus. Lucretius tamen ait[7]:

Unde animale genus.

Genitivus quoque pluralis cum ratione vectigalium facit; auctores tamen vectigaliorum dixerunt, ut Asinius[8]: *Vectigaliorum Reipublicae curam*[9] *esse habendum.* Et Horatius:

Anciliorum et nominis et togae;

ut Bacchanaliorum, Salustius: *Et Volcanaliorum*[10].

19. Feminina quoque e litera finiuntur, sed ut supra dictum est Graeca tantummodo, et quidem e producta, veluti Andromache, Helene, Agaue, Circe, Danae[11], Crotale, Calpe, Ephyre, quae quoniam Graeca sunt, Graece declinari debent: huius Andromaches, Helenes, Agaues, Circes, Danaes, Crotales, Calpes, Ephyres. Sed si Latine quis volet, Graecum e in a nostrum mutare debet, dicetque haec Andromacha, Helena, Agaua, Circa, Danaa, Crotala, Calpa, Ephyra, ut grammatice et rhetorice[12] facit grammatica, rhetorica, quae declinantur Latine ex forma *a* litera terminatorum nominum.

20. *I.* Masculina in *i* literam nulla veniunt Latina, neutrale unum venit nihili, et commune[13] trium generum unum invenies, hic et haec et hoc frugi, quod omnibus et generibus et numeris monoptoton est, hoc est nulla litera mutata[14] per omnes casus eadem scriptura decurrit, tamquam hic frugi, huius frugi[15], etc. Verum quod ad nihili pertinet, ego in alia opinione sum. Non enim illud nomen, sed adverbium quantitatis existimo[16], quia nec genus ullum, nec casum[17] recipit, et[18] adverbium potius ex nomine factum est, sicut[19] domus, domi, Antium, Anti[20], Carthago, Carthagini, nihilum, nihili. Contra vero hoc nihilum nomen esse arbitror, cum casus quoque admittat, tamquam hoc nihilum, huius nihili, huic nihilo, sicut hoc momentum, huius momenti, huic momento. || Nam dicimus: existimationem[21] [47]
tuam nihili[22] duco. Item dicimus: nihilominus[23] te habeo tamquam ineptum; atque sic: nihilum in ea re dicimus. Quibusdam placet frugi et nihili figura proferri, nec in declinationem flecti. Cummi[24] et sinapi Graeca sunt, et Plautus[25] dixit:

Teritur sinapi,

cuius genitivus cum *s* profertur, huius sinapis. Ceteri casus similes sunt nominativo.

21. *O* litera terminantur tam masculina quam feminina, sed correpta *o* in *i* mutant[26], circumducta vero genitivo servant *o*[27], veluti Cato, Catonis, Cicero, Ciceronis, Nero, Neronis, Iuno, Iunonis, regio, regionis. Communia, cupo, cuponis, fullo, fullonis[28], quamvis Virgilius librum suum Cupam inscripserit. Item correpta *o* genitivo, ordo, ordinis, cardo, cardinis, turbo, turbinis, Apollo, Apollinis, margo, ginis, virgo, ginis, harundo, dinis, cupido, cupidinis. Haec varie declinantur omnia[29]; nam ut supra memoratum[30] est, aut producunt *o* in genitivo, aut *o* in *i* mutant[31]. Huic autem formae quod non pareant caro, carnis, et Anio, Anienis, quasi debilia adnotantur. Nullum autem nomen *o* producta finitur, nisi peregrinum, veluti Ino[32], Sappho, Dido. Quae ideo quidem[33] Graece declinare maluerunt, huius Didus, Sapphus, Inus[34]. Sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuvius sic declinat:

1) *Sed et hoc tapetum, huius tapeti, huic tapeto, pluraliter haec tapeta, horum tapetorum, his tapetis. nam et sic quoque Vergilius* Ed. pr. Fabr. *Sed et hoc tapetum, huius t huic t. pluraliter haec t., horum t., his tapetis. ut stragulum declinatur. nam et sic quoque Virgilius.* P. 2) Virg. Aen. VII, 277. 3) Virg. Aen. IX, 358. ubi legitur: *pulchrosque tapetas.* 4) *Qui* Cod. 5) *Extorceri* Cod. 6) *Et tribunal* Fabr. P. 7) Lucret. I, 28. 8) Intelligitur *Asinius Pollio*, quem aliquoties citat Charisius. Infra p. 119. ed. P. hoc exemplum recurrit. 9) *Coram* Cod. Tum *habendum* h. l. omnes; infra *habendam.* 10) Salust. Fragmm. IV, 13. 14. Gerl. *Vulcan.* Edd. pr. Fabr. P. His addidit P.: *Et alii Saturnaliorum et Sigillariorum*, quae absunt in Ed. pr. Fabr. Cod. 11) *Dane* Cod. 12) *Ut grammaticae et retoricae* Cod. *ut grammatice, rhetorice* Ed. pr. Fabr. P. 13) *Commone* Cod. 14) *Motata* Cod. 15) *Tanquam hic et haec et hoc frugi huius frugi huic frugi etc.* Ed. pr. Fabr. *Tanquam hic et haec et hoc frugi, huius frugi huic frugi hunc frugi o frugi etc.* P. 16) *Exestimo* Cod. 17) *Cassum* Cod. 18) *Sed* Edd. pr. Fabr. P. 19) *Factum est. Nihilum sicut* P. 20) *Antii* Edd. O. 21) *Exestimationem* Cod. 22) *Nihil duco* P. 23) *Nihiliminus* Cod. 24) *Cymmini* Cod. *Cumini* Ed. pr. 25) Plaut. Pseud. III, 2, 28. Legitur ibi vulgo: *Teritur sinapis scelerata.* Sed Codd. praestant: *Ter. sinapis celera cum*, unde patet, etiam apud Plautum *Sinapi* legendum. Versus autem totus sic restituendus est: *Teritur Sinapi sceleratum: illis, qui terunt.* 26) *Sed correpta nomina circumducta* Cod. 27) *Servant o* desunt in Cod., male. 28) Nomina haec sic in Cod. signis prosodicis notata sunt: *Cato Catōnis Cicero Cicerōnis Nerō Nerōnis Iuno Iunōnis regio regionis cupō cupōnis fullō fullonis.* Ceterum *Commonia* pro *Communia* Cod. 29) *Nomina* P. 30) *Monstratum est* P. 31) *Motant* Cod. 32) *Ino* Cod. Ed. pr. *Io* Fabr. P. 33) *Quidam* Fabr. P. fortasse recte. 34) *Inus* Cod. pr. *Ius* Fabr. P.

Filios sibi procreasse eundem per Calypsonem autumant[1]. Et Accius[2]:

Custodem adsiduum Inoni adposuit virgini.

Virgilius autem hanc Dido et Alecto dicere maluit, ut:

et nomine Dido
Saepe vocaturum[3].

Et:

Luctificam Alecto dirarum ab sede dearum[4].

22. Quare ergo Cicero, Ciceronis, turbo, turbinis? Omnia nomina *o* litera elata, si quidem propria sint, per *onis* genitivo efferuntur, ut Zeno, Zenonis, Plato, Platonis[5], et cetera: exceptis his duobus: Apollo, Karthago[6]. Nam Apollo, cum sit proprium, non Apollonis facit, sed Apollinis. Item Karthago, non Karthagonis, ut Iuno, Iunonis, sed Karthaginis. Si autem appellativa fuerint, duplici[7] ge-
[48] nitivo efferuntur. Aut enim per || *o*, ut praeco, praeconis, latro, latronis, mucro, mucronis, aut per *i*, ut ordo, ordinis, cardo, cardinis, margo, marginis. Ergo in femininis, si quando *o* literam *i* litera praecedit[8], tunc genitivus servat *o* literam, ut regio, regionis, seditio, seditionis, superstitio, superstitionis, emptio, emptionis; exceptis duobus[9] suprascriptis Anio et caro. Si autem[10] vertit, per *i*, ut consuetudo consuetudinis, caligo, caliginis. Excipiuntur autem haec quatuor, quae pluraliter efferuntur, et rationem confundunt, octo, pondo, quae indeclinabilia sunt, et tantum pluraliter efferuntur. Item duo et ambo, de quibus infra dicetur, quae declinantur hoc modo: duo, duorum, duobus[11], ambo, amborum, ambobus, et deinceps. Item caro, quod[12] carnis facit. Item excipiuntur et Graeca, quae nominativo *o* efferuntur, ut praedictum est, flexo accentu, non gravi, ut apud Romanos, ut Sappho, Erato[13], Dido, Manto. Nam suo statu permanentes[14] declinantur secundum Graecam definitionem[15], ut Sappho, Sapphus, Dido, Didus, Manto, Mantus, Erato, tus, ut apud Virgilium:

Fatidicae Mantus[16].

23. Item quaeritur, quare Sino, Sinonis, Memno, Memnonis. Omnia nomina Graeca Graecam rationem et apud Latinos sequuntur, et tunc producunt *o* literam genitivo, cum etiam apud Graecos producant, ut *Κάνων*, *Κάνωνος*, et apud nos Canon, Canonis[17]. Si autem apud Graecos corripiuntur[18], eadem similiter et apud nos; *Μέμνων*, *Μέμνονος*, nos Memno, Memnonis[19]; ubi autem per *tos* efferuntur, et apud nos per *tis*, ut *Ἱπποκόων*, *Ἱπποκόοντος*, Hippocoon, Hippocoontis[20]. Turbo, si sit proprium nomen[21], Turbonis facit, si appellativum, turbinis. Nam sive ventus, sive quo ludunt pueri, hic turbo dicitur, non ut quidam stulte hic turben dixerunt puerorum. Nam Virgilius dixit:

Torto sub verbere turbo[22].

Antipho quoque et Demipho similiter declinantur, huius Antiphonis, Demiphonis, non, ut quidam putant[23], Antiphontis, et Demiphontis Graeca declinatione. Omnia enim Graeca, quae in *ων* exeunt, ut Antiphon, Demiphon, || dra- [49]
con, leon, faciunt *Ἀντιφῶντος*, *Δημιφῶντος*, *δράκοντος*, *λέοντος*, et amissa[24] *n* litera Latina redduntur, et ut oportet declinantur Latine, ut Antipho, Demipho, draco, leo, et faciunt Antiphonis, Demiphonis, draconis, leonis.

24. Margo feminini generis est, ut[25] virgo, imago, Karthago[26] et cetera, quae ante *o* habent *g*. Ideoque et Aemilius[27] Macer ait:

Fluviorum margine summa.

Et Rabirius extulit:

1) Cf. Fragmm. Scenicorum apud Bothium p. 148. Eundem locum citat Priscian. VI, 4, 18. tom. 1, pag. 231. Kr. ubi legitur: *Filios sibi procreasse dicitur eundem per Calypsonem aut.* Ceterum *eandem* pro *eundem* Edd. O. 2) *Actius* Edd. O. *Accius* Cod. Cf. Fragmm. Scenicorum apud Bothium pag. 211. Ex *Attii loc* citavit eundem versum Priscianus VI, 4, 18. tom. 1, pag. 231. Apud Priscian. optimi Codd. *Ioni apposuit*, quae lectio vera est; atque ita etiam scripserunt Fabr. et P. apud Charisium h. l. Sed *Iaoni* Cod. et Ed. pr. et *adpossuit* Cod. 3) Virg. Aen. IV, 384. 4) Virg. Aen. VII, 324. *Evocat* in fine add. ex Virg. Fabr. et P. 5) *Ut Zeno nis Plato nis* Edd. O. 6) *Karthago* Cod. pr. atque ita in proximis. *Carthago* et similiter in seqq. Fabr. P. Paullo ante tamen segm. 19. etiam in Cod. et Ed. pr. *Carthago Carthagini.* 7) *Duplice gen.* P. 8) *Praecedat* Fabr. P. 9) *Debilibus* Cod. Ed. pr. *duobus* emend. Fabr. P. Error ortus ex non intellecto scripturae compendio. 10) *Si autem sine i effertur, tum vertit o per i ut* P. *Si autem vertit, per i, ut* Cod. Edd. pr. Fabr. Breviorem dicendi rationem sine causa mutavit P. 11) *Dubitati* Cod. *dubitatur* Ed. pr. Recte *duobus* emend. Fabr. quem secutus est P. 12) *Quod caro* Cod. Ed. pr. 13) *Aerato* Cod. 14) *Permanentia* P. 15) *Declinationem* Ed. pr. Fabr. P. 16) Virg. Aen. X, 199. 17) *Κόνων κόνωνος — Conon, Cononis* P. 18) *Corripiunt* Ed. pr. Fabr. P. 19) *Μέμνων Μέμνονος*, *Σίνων Σίνωνος. ita et nos Memno Memnonis. Sinon Sinonis* P. Uti dedimus, exhibent Cod. Ed. pr. Fabr. nisi quod in Ed. pr. Graecum exemplum *Μέμνων Μέμνωνος* (sic) statim supra post v. *Canonis* legitur. Ceterum *nos* ante v. *Memno* deest in Fabr. et in Cod. legitur *Μέμνωνος*, ut in Ed. pr. longa vocali in penultima. 20) *ippocoon ippocoontis* Cod. 21) *Hominis* male adiecerunt Fabr. P. Citat Fabr. in notis mss. Priscian. VI. (3. 16. pag. 229. tom. I. Kr.) et Horat. in Sat. II, 3, 310. quem versum Horatii etiam Priscianus excitat: *Corpore maiorem rides Turbonis in armis Spiritum.* Nomen proprium gladiatoris esse, idem Prisc. notat. 22) Virg. Aen. VII, 378. Ipse tamen Charisius infra lib. I, pag. 117 ed. P. *turben* nominativo ex Tibullo citat I, 5, 3. *Namque agor ut per plana citus sola verbere turben.* Sed de lectionis veritate dubitatur. 23) *Putant* adiectum e Cod. deest in Editt. O. 24) *Amisa* Cod. 25) *Feminino genere et* Ed. pr. *feminino genere ut* Fabr. P. 26) *Karthago* scriptura e Cod. Statim post: *et caetera similia quae* P. 27) *Aemelius* Cod. Tum idem Cod. *Flumant mina margine*, ex quibus coniicias, legendum esse: *Flumina marg. s.* Edd. O. *fluviorum m. s.* quod retinui. Cf. Fragmm. poetarum apud Stephanum p. 415. Cf. etiam Ovid. Epp. ex Ponto IV, 16, 6.

Idaeos summa cum margine colles [1].

Inveniuntur tamen ex eadem forma masculina, uligo et farrago. Quare [2] apud auctores margo masculino quoque dicitur genere, ut apud Ovidium:

brachia longo
Margine [3],

et frequenter Varro rerum rusticarum. Sic ambo et duo, an [4] ambos et duos ratione cum *s* dicimus, quod omnes partes orationis, quae casus [5] habent, exceptis neutris et monoptotis, in *s* litera accusativo plurali deficiunt. Praeterea quaecunque feminina accusativo plurali *as* literis terminantur, et possunt [6] ad masculina transferri *a* in *o* mutant, faciuntque [7] masculina, ut has magnas, hos magnos, et has doctas, hos doctos. Ita cum dicamus ambas et duas, nimirum *a* in *o* translata, ambos duosque dicimus. Nonnulli tamen Graecos secuti, quod [8] illi *τοὺς δύο* et *τοὺς ἄμφω* dicunt, hos duo et hos ambo dixerunt [9], in quibus Virgilius:

Verum ubi ductores acie revocaveris ambo [10].

Ambo autem [11] non est dicendum, nisi de his, qui uno tempore quid faciunt, utputa Eteocles [12] et Polynices ambo perierunt quasi una. Romulus autem et Africanus non ambo triumphaverunt, sed uterque; quia diverso tempore.

25. *U* litera neutra tantum terminantur, et fere haec: veru, genu, gelu, cornu, tonitru, et quidam volunt testu [13], quod e numero horum [14] separandum est, quod auctores testam potius dixerunt, ut Virgilius:

Testa cum ardente viderent
Scintillare oleum [15].

Et Horatius:

Spartacum si qua potuit vagacem
Fallere testa [16].

Alii autem separantes amphorae quidem testam dicunt, te-
[50] studinis vero testu, sed frustra. Nam et Graeci || *ὄστρακον*, sine distinctione [17] dicunt, tam amphorae quam testudinis.

Nomina autem nominativo *u* litera terminata, in singularitate per omnes casus eandem *u* literam servant novissimam, in pluralitate tantum declinantur, ut genua, genuum, genibus, cornua, nuum, nibus, nec tamen dicimus verua, cum sit simile, sed vera et veruum, veribus [18].

26. *As* terminata nomina casu nominativo, in genitivo crescente *tis* syllaba finiuntur, ut Maecenas, Maecenatis, Asprenas, Asprenatis. Nominativo vocativum similem habent o [19] Maecenas, o Asprenas. Sed si sint peregrina, genitivo casu in *ae* deficient, ut Aeneas, Aeneae, Gyas, Gyae, vocativo amissa *s* producent *a*, ut:

Quo fugis Aenea?

quamvis veteres hic Aenea dixerunt sine *s*, ut Varro in Age modo [20]. In hac specie sunt et Amyntas, Archytas, Menalcas, Lycidas, quorum aeque vocativus *s* amissa, *a* producitur. Inveniuntur tamen quaedam peregrina, quae cum incremento syllabae declinantur [21], ut Calchas, Pallas, Atlas, Gigas. Faciunt enim Calchantis, Pallantis, Gigantis [22]; quamvis antiqui, ut Pacuvius et Plautus, *Calchan* dicant, non Calchantem [23]. Solet [24] venire in quaestionem, quare Aeneas, Aeneae, Maecenas, Maecenatis [25], Thoas, Thoantis. Omnia nomina, quae *as* terminantur syllaba, siquidem Latina sunt, maculina tertii ordinis erunt, ut hic Sullenas, Sullenatis, hic Maecenas, Maecenatis. Item feminina, haec civitas, tatis, exceptis his monosyllabis tribus, quae quidem tertii ordinis [26], sed genitivum diversum faciunt. Nam cum omnia Latina per *tis* efferantur, haec sola diversis genitivis efferuntur. Nam mas, maris [27], as, assis, vas, vadis faciunt. Si autem fuerint Graeca, modo ut primi ordinis declinabuntur, modo ut tertii. Sed tum primi ordinis, cum genitivum Graecum habuerint per *ου* aut per *α* [28], ut *ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου*, huius Aeneae, *ὁ Ἀγρίππας, τοῦ Ἀγρίππου*, huius Agrippae [29], licet Attici *τοῦ Ἀγρίππα* dicant. Si autem genitivum per *τος*, || ut *ὁ* [51]
Θόας, τοῦ Θόαντος, Latine per *tis* declinabitur [30], ut hic Thoas, huius Thoantis, et similia.

1) *Collos* Cod. *Rabirius* poeta epicus, cuius mentionem facit Ovidius Epp. ex Ponto IV, 16, 5. *magnique Rabirius oris.* 2) *Qrt.* sic pro *Quare* h. l. est in Cod. quae sigla plerumque notat *quartum.* 3) Ovid. Metam. I, 13. Paullo ante *ut* in P. omissum. 4) *An* Cod. Ed. pr. *accusativo* Fabr. P. 5) *Cassus* Cod. et paullo post *accussutivo* id. 6) *Posunt* et paullo post *motunt* Cod. 7) *Fiuntque* P. 8) *Quia* Edd. pr. Fabr. P. In Cod. compendium est, quod *quae* et *quod* significare solet. 9) Notavit ad h. l. Nieb., ab hoc verbo redire primam manum. Vide supra ad pag. 37. ed. P. 10) Virg. Georg. IV, 88. 11) *Autem* Cod. *enim* Ed. pr. Fabr. P. 12) *Utpote reges Eteocles* P. 13) *Testu.* Ad hunc l. not. Fabr. *Ovid. Fastor. II,* (645.) *Ara fit: huc ignem curto fert rustica testu. Ita in ms. Idem V,* (510.) *Et spumat testu pressus uterque suo; quod retinuit Aldinus.* 14) *De numero eorum* P. 15) Virg. Georg. I, 391. 16) Horat. Carmm. III, 14, 19. Ibi editur *vagantem*, quod ipsum h. l. exhibent Fabr. P. 17) *Distpictione* (sic) Cod. 18) *Et veribus* Edd. pr. Fabr. P. 19) *Ut o Moecenas.* P. 20) Virg. Aen. X, 649. *Varro in Agemoro* Fabr. P. Cf. Varro Frgmm. p. 262. ed. Bip. 21) *Declinentur* Cod. 22) *Atlantis Gigantis* P. Plautus Menaech. V, i, 48. *cum Calcha simul.* Ceterum cf. Scenicor. Fragmm. apud Bothium p. 153. et Priscian. VI, 10, 53. 23) His adiungit P. *Et Gellius huius Calchae* quae absunt in Cod. Ed. pr. Fabr. Cf. Priscian. VI, 10, 53. tom. I, p. 253. ed. Kr. 24) *Solent* Cod. 25) *Moecenas* cet. sic fere semper Fabr. P. etiam in supp. 26) *Ordinis sunt* P. 27) *Nam mars martis, as assis* Ed. pr. *Nam mas muris non matis, pondus in quo unum scriptulum sit, as assis* P. Quae interpolata esse etiam Nieb. iudicavit. 28) *Per ου aut per ος ut* Ed. pr. *Per ο υ ut* Fabr. P. *per ου aut per α ut* Cod. 29) His subiungit P. *ὁ ἄντας τοῦ ἄντου*; quae sunt interpolata ex Priscian. VI, 10, 53. tom. I, p. 253. Kr. 30) *Facient* Ed. pr. Fabr. in Cod. non amplius dispici potest verbum.

27. *Es* terminantur masculina et feminina, siquidem neutra [nulla sunt,] sicut in superioribus [de tertio] ordine adnotavimus; discernentes quae per *es* correptam, [et per *es*] productam efferantur, quae etiam in communionem veniant. Sed [et pauca per[1]] *dis* syllabam[2] genitivum faciunt, cum omnia per *tis* efferantur, quae [sunt correpta. Sunt quaedam, quae nomina]tivo[3] et singulari et plurali casu simili[ter efferantur, ut producta[4],] et sunt feminina, ut diminutio quoque manifestat, dicimus enim nubes, [nubecula,] spes specula, res, recula. Nam masculina[5] modo *es*, modo [*a*] terminaverunt[6], ut Anchises, Anchisa, Chryses, Chrysa, Attes, [Atta,] Atrides, Atrida, ut Propertius:

Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho[7].

Virgilius quoque cum dixisset:

Patris Anchisae[8].

Item:

satus Anchisa[9];

e contrario intulit:

Quae regio Anchisen[10].

Item cum dixisset:

duri nomen Acestae[11],

intulit:

Sed laetum amplexus Acesten[12];

ut mihi videatur hunc Anchisam et hunc Acestam ut duram declinationem repudiasse. Miltiades autem et Alcibiades, item Diomedes indubitanter nominativo *es* finiuntur, genitivo *is*, non ut priora modo Thyestes, modo Thyesta, et Orontes, Oronta. Chremes et Laches apud Comicos similiter varie declinantur, modo huius Chremis, modo huius Chremetis, Laches, Lachetis; Hermes autem Hermetis tantum, ut Socrates, Socratis tantum. Nam et Pericles, Stratocles, Graecae tantum sunt consuetudinis. Nullum enim nomen in Latina lingua desinit in flexum *e*. Quare Dioscurides, Dioscuridae, Demosthenes, Demosthenis, Menes, Menetis, solet quaeri. Omnia igitur nomina in *es* nominativo casu elata, siquidem Latina sint, genitivum facient per *is*, ut Hercules, Herculis, Verres, ris. Sin autem Graeca, tribus modis declinabuntur. Aut enim per *ae* genitivum facient, aut per *is*, aut per *tis*; et haec ita declinabuntur. Quae apud Graecos faciunt genitivum per *ου*, haec apud nos || per *ae*, ut *Διοςκουρίδης*, *Διοςκουρίδου*, [52]
Dioscuridae, quae vero per *ους*, haec per *is*, ut *Δημοσθένης*, *Δημοσθένους*, Demosthenis. Quae autem crescunt, et per *ος* enuntiantur, similiter apud nos per *tis*, ut *Μένης*, *Μένητος*, Menetis; ut apud Virgilium:

Belidae nomen Palamedis[13],

quia *Βηλίδης*, *Βηλίδου*, Belidae, *Παλαμήδης*, *Παλαμήδους*, Palamedis.

28. Inveniuntur autem[14] apud veteres quae sine ratione genitivum faciunt per *i*, ut apud Salustium in prima historia: *Bellum Persi Macedonicum*[15]. Item apud Virgilium:

Immitis Achilli[16].

Et alio loco:

Fallacis Ulixi[17].

Nam si esset nominativus Latinus Achilleus, merito faceret Achillei, ut Eurystheus, et Mnestheus. Sed quia non est Achilleus, sed Achilles, Achillis facit, ut Hercules, lis: non Achillei ut Mnesthei.

Quae vero Graeca flexo[18] accentu proferuntur, haec confuso[19] statu permanente secundum Graecam declinationem ordinantur, *es* syllaba terminata[20], ut Eumenes, Eumenus, Aithales, Aithalus, Euprepes, Euprepus, quamquam quidam sic declinari maluerint: Eumenetis, Euprepetis. Excipiuntur autem haec, quae genitivo crescunt, ut locuples, pletis, merces, mercedis, heres, heredis[21], Ceres, Cereris, pubes, puberis, pes, pedis.

29. Item ex tertio ordine haec in quaestionem veniunt, ut[22] quare nubes, nubis, et fides, fidei, *es* literis productis elata. Siquidem[23] *i* habuerint ante *es* syllabam, genitivum faciunt per *i*, veluti acies, aciei, dies, diei, luxuries, ei; excepto hoc uno nomine[24] quies, quod facit quietis. Quamquam requies ab eo compositum[25] [requiei]

1) Quae hic et in supp. tribus locis uncis inclusa sunt, in Cod. legi non possunt, in Ed. pr. lacunas habent. 2) *Per dis syllabam.* Ita Cod. Ed. pr. *per dissyllabam* Edd. Fabr. P. Tum *genitivo faciunt* Ed. pr. 3) Ex his, quae h. l. uncis includuntur, in Ed. pr. vv. *quae sunt* correpta desiderantur, lacuna significata. Nieb. et haec uncis inclusit et pron. *quae* antecedens in Cod. non esse testatur. 4) Ad haec inclusa Niebuhr. adnotavit, minus in Cod. deesse. In Ed. pr. post vv. *similiter efferantur* sequitur lacuna, quam Fabr. explevit verbis: *ut producta.* 5) Post hanc vocem in Cod. *quae* comparere, sed dubitanter, notavit Nieb. 6) *Terminantur* Fabr. P. *terminarunt* Ed. pr. Ceterum ante literam *a* statim ante inclusam Nieb. notavit, plus in Codice deesse. 7) Propert. II, 14, 1. (III. ed. Lachm.) 8) Virg. Aen. IV, 351. 9) Virg. Aen. VI, 331. 10) Virg. Aen. VI, 670. *Anchisen* cum Virgilii libris Edd. O. 11) *Duri nomen Acestae* Cod. *Darii nomen Acestae* Ed. pr. *Et clari n. A.* Fabr. P. Virg. Aen. V, 106. 12) Virg. Aen. V, 531. 13) Virg. Aen. II, 82. 14) *Autem* deest in Edd. O. 15) Salust. Fragmm. Hist. I, 6. Gerl. 16) Virg. Aen. III, 87. 17) Virg. Aen. II, 90. ubi editur *Pellacis*, quod est in Fabr. P. *Ulyssi* Edd. O. *Ulixi* Cod. His subiungit P. *Et Horatius classis Achilli.* 18) *Circumflexo* P. 19) *Nec confuso statu* P. Haec *inconf. st.* Cod. Edd. pr. Fabr. 20) *Tertii ordinis sunt* addit P. 21) *Heres heredis* e Cod. et Ed. pr. *haeres haer.* Fabr. P. 22) *Ut* om. P. In Cod. est *un*, quod ibi semper pro *ut* ponitur, ut supra notavi. 23) *Siquidem quae* P. *quae* abest in Cod. Edd. pr. Fabr. 24) *Uno hoc nomine* Edd. O. 25) *Quanquam hoc ab eo compositum requies requiei* P. *requiei* in Cod. non clare legitur.

faciat secundum rationem a nobis[1] demonstratam, ut apud [Virgil. in IIII:]

Requiem spatiumque furori[2];

quod si esset genitivus requietis, re[quietem] faceret, non requiem. Cicero autem aliter declinavit secutus numerum[3].

Huius pernities[4] ratione illa, quod cum nominativus pluralis a genitivo [singulari pro]ficiscatur, sitque aut idem
[53] aut earundem syllabarum, ut huius scholae, || [hae scholae,] et huius Marci, hi Marci. Item huius felicis, hi felices, et huius [domus,] hae domus, aeque genitivus sequi debet nominativum pluralem. [Ideo Cicer]o[5]: *Pernicies*[6] *causa*, genitivum[7] extulit. [Quae autem *i* a]nte *es*[8] productam non habent, haec genitivum faciunt[9] per *is*, veluti nubes, nubis, aedes, aedis, sedes, dis, [exce]ptis his, quae[10] cum nominativum habeant per *es* productam, non tamen ante *es* syllabam *i* literam habent; nihilominus genitivum faciunt per *ei*, veluti res, rei, spes, spei, fides, fidei. Item excipiuntur haec, quae genitivo casu[11] crescunt sine ratione, Ceres, merces, pubes; nam Cereris, mercedis, puberis faciunt.

30. Ergo scire debemus, quod fides et pubes duplicem genitivum habeant. Fides facit, cum significat lyram[12], fidis, ut:

fidis se intendisse Latinae,

Persius. Secundum rationem a nobis demonstratam apud[13] Virgilium inveni:

fidibusque canoris.

Sin autem fides πίστιν[14] significat, fidei facit genitivo, non ratione, sed distantiae causa. Similis est ratio et in pubes; nam pubes est καὶ ἥβη καὶ νεολαία[15]. Ergo cum pubem ἥβην significamus, sic declinamus: haec pubes, huius pubis, ut apud Virgilium III:

Pube tenus[16].

Sin autem iuventutem aut aetatem significamus, puberis facit, ut est apud eundem Virgilium in primo:

Haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum[17].

Miles militis quare, et reses, residis. Omnia nomina Latina *es* syllaba correpta elata, genitivum faciunt per *tis*, ut miles, litis, comes, tis, seges, segetis, teres, teretis. Excipiuntur autem, quae genitivum faciunt per *dis*, ut reses, dis, praeses, dis, opses, dis; et[18] ideo genitivum per *dis* faciunt, quia ex verbis trahantur. Nam reses a residendo[19], opses ab opsidendo, praeses a praesidendo[20]. Cetera vero exceptis his per *tis* efferuntur, ut supra dictum est.

Fides cum chordam significat, huius fidis facit, cum deam, huius Fidei, quamvis Plautus[21] dixerit:

Fidei censebam maximam multo fidem[22].

Pubes cum in iuventutis significatio || ne[23] lanuginis [54]
et eius partis, in qua pubertas est, ponitur, huius pubis facit; at cum aetatem significat, huius puberis, sed nec adiecta oppositione dicimus impuberis, sed impubis:

comitemque impubis Iuli

Virgilius dixit[24].

1) Hic interponit P.: *infra in quarta declinatione.* 2) Virg. Aen. IV, 433. 3) *Secutus numerum syllabarum. requietem enim dixit, ad Hostilium* P. *secutus numerum, requietem enim dixit, ad Hostilium* Fabr. In Ed. pr. lacuna significata est post v. *numerum*, sed in fine spacii vacui apparent syllabae *arum*, tamquam reliquiae verbi obliterati. Nieb. e Cod. omnia ista deleri iubet, marginique interpolationis signum adiecit. Et sine dubio accesserunt ex iis, quae infra apud Charisium leguntur p. 85. et pag. 114. P. Martyni-Laguna in Adnotatt. ad Cic. Epist. lib. I, adn. 2. haec: Corrigendus nobis est Charisius, Gramm. Lat. praestantissimus, cum bis laudat requietem ex Cic. ad. Hostilium. Sed intelligenda est ep. Lucceii, quae decima quarta est libri quinti, rescribendumque *ad Metellum.* Sic enim laudabant veteres: *Cicero ad Metellum epistola Lucceii*, ubi nos Cic. Epist. V, 14.; quod miror non subboluisse emunctae naris viro, Gerh. Io. Vossio de Analogia II, 20. pag. 781., ubi tamquam sanum laudat *Hostilium*, ad quem nullae unquam Ciceronis epistolae scriptae sunt. Haec ille. Cf. Orelli ad Cic. Fragmm. pag. 467. no. XV. 4) *Pernities* sic h. l. etiam in Cod. scriptum esse videtur, quemadmodum exhibent Edd. 5) Vide Matth. ad Cic. pro Roscio Amer. §. 131. 6) *Pernicies* sic h. l. in Cod. et Edd. 7) *Genitivo* P. 8) *Ante s* Fabr. pr. P. 9) *Hoc genere faciunt* Ed. pr. *hoc genere quae faciunt* Fabr. 10) *Quia* Edd. O. 11) *Casu* om. P. 12) *Fides fidis facit quum significat lyram ut* P. Tum *strepitum fidis intendisse Latinae* Fabr. P. ex Persio. Cf. Pers. Sat. VI, 4. 13) *Et apud Virg.* P. Virg. Aen. VI, 120. 14) *Τὴν πίστιν* P. 15) *Νεολεια* Cod. Subiiciuntur statim apud P. haec: *id est, iuventus, quia cum Graecis sicut diversus intellectus, sic diversa litteratura, non sic cum Latinis:* quae absunt a Cod. Edd. pr. Fabr. 16) Virg. Aen. III, 427. Statim post *Sin autem* Cod. *Si autem* Edd. O. 17) Virg. Aen. I, 399. Cod. habet *pupesque tuae pubesque.* Ed. pr. P. *puppesque — pubesque.* Fabr. sine dubio ex mente Grammatici: *puppesque — puberesque*, cui non addicit Cod. 18) Vv. *Excipiuntur autem — dis: et* et intermedia desunt in P. ubi post v. *teretis* sic pergitur: *Reses autem et praeses ideo* cet. Codici consentiunt Edd. pr. Fabr. nisi quod *Excipiuntur haec quae* exhibent. 19) *Aut resideo* add. P. 20) *Aut praesideo* add. P. Ceterum scriptura *opses — opsidendo* e Cod. 21) Plaut. Aul. IV, 6, 1. Tum *Fidei* in Cod. et Ed. pr. est, licet Gramm. voluisse appareat *Fide*, quod habent Fabr. P. 22) Exemplo Plautino *pro fidei* subiungunt Fabr. P. quae absunt a Cod. et Ed. pr. Addidit Fabr. 23) *Et lanuginis* P. Tum *et eius partis in qua* Cod. P. *etiam partis in qua* Fabr. pr. 24) *At cum aetatem significamus huius puberis, et negatione adiecta non tantum impuberis, sed impubis* cett. Ed. pr. atque ita Fabr. nisi quod *sed etiam impubis.* Sed in P. ita legitur: *At cum aetatem significat huius puberis, nec tamen adiecta praepositione dicimus impuberis, sed impubis* cett., cum quibus Cod. consentit, nisi quod *sed nec* pro *nec tamen* exhibet. Cf. Virg. Aen. V, 546. Post v. *dixit* adiecta leguntur in P. *Sed Cicero ait, filium eius impuberem,* quae absunt a Cod. Edd. pr. Fabr.

31. *M* litera neutra tantum finiuntur et quidem praeposita *u*, stagnum[1], telum. Aliquando etiam *i* novissimae syllabae praefertur, ut pallium, scrinium, dolium, allium, solium; sic enim dici debent, non ut alii diserti dicunt[2] alleum per *e*, et doleum, et palleum. Nam et Virgilius:

Allia serpyllumque[3]

per *i* dixit, quod utique in genitivo debet geminari, ut huius pallii, scrinii, dolii, allii, solii[4], quod genitivus numero syllabarum minor esse nominativo non debet. Quare magis denotati sunt, qui maluerunt per unum *i* imperi et ingeni dicere, quam[5] secundum regulam imperii et ingenii, geminata *i* litera. Invenimus tamen et per *i* unum a Virgilio dictum:

Ille urbem Patavi[6]

pro Patavii. Plus in hac observatione geminadis[7] in masculinis animadvertimus; ut hic[8] Aemilius, huius Aemilii, hic Iulius, huius Iulii[9], in vocativo tamen *i* literam subtrahimus, nam si o Aemilii et Iulii[10] dixeris, Graece declinaveris, ut Lucilius:

Tierei leontado et Pomani et thermo pulas[11].

32. Contagium veteres magis usurpaverunt; sed Salustius contagionem maluit[12] dicere: *Post ubi contagio quasi pestilentia invasit, civitas immutata.* Virgilius autem:

Nec mala vicini pecoris contagia laedent[13].

Servitium multitudo est servorum, servitus condicio[14] serviendi, sed veteres indifferenter servitium, et pro servitute posuerunt:

Servitio enixe tulimus[15],

Virgilius in tertio.

33. Tergum dorsum est, et declinatur sic: hoc tergum, tergi, *go*; pluraliter haec terga, tergōrum[16]. Tergus autem pellis[17] huius tergoris facit; pluraliter tergora, et genitivo tergŏrum, correpte. Sed contrario Virgilius:

Terga boum[18]

dixit: et in IX:

Hinc raptas fugientibus ingerit hastas.

In tergus[19].

Quidam volunt tergum hominis esse, tergus vero pecoris. || Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis de- [55]
stinatum, aut cum commercium significamus, et Lucilius:

Cum illi fora irant[20].

Masculine autem tabulata navium, et semper pluraliter, quamvis Gellius *fora navium*[21] neutraliter dixerit, et Lucilius *negotiorum forum* masculine extulerit libro tertio:

Forus olim ornatus lucernis[22].

34. Callum neutro genere dicitur. Cicero Tusculanarum: *Ipse labor quodam callo obducit*[23]; et Plautus in Milite:

Magis calleo, quam aprugnum callum callet[24].

Sed Marsus fabellarum nono, masculino sic:

Callum sibi pectore quendam[25].

Lignum singulariter dici semper[26] debet in multitudine. Cato Originum primo, *vehes*, ait, *ligni*[27], sicut et fasces dicuntur asparagi, quamvis asparagos pluraliter dicamus, ut Lucilius III:

Asparagi nulli[28].

Idem in eodem ligna pluraliter dicit:

1) *Ut scamnum telum* P. *Ut scamnum stagnum telum* Cod. MS. Douzae teste Bondamo. 2) *Non ut aliqui videri volunt et diserti dicunt* Cod. MS. Douzae. Quae praestantissimi codicis lectio, ut veram nanciscamur, hac coniectura, divisa tantummodo voce, quae male coaluerat, adiuvanda est: *non ut alii, qui videri volunt diserti, dicunt.* **Bondam.** 3) *Serpillumque* Edd. O. Cf. Virg. Ecl. II, 11. 4) *Dolii, allii, dolii* Cod. *allii, solii* desunt in P. 5) *Declinare* addit P. 6) Virg. Aen. I. 247. 7) *Geminandi* Ed. pr. Fabr. *geminam i* P. Dedi Cod. lectionem licet non veram. 8) *Nam cum hic* P. 9) *Hic Iulius, lii* Ed. pr. *hic Iulius, Iulii* Fabr. Desunt apud P. pro quibus legitur: *declinemus.* 10) *O Aemilie et Iulie* P. 11) Haec Lucilii corrupta sunt, corruptius etiam leguntur in Edd.: *Tierei leontado et Pomani et thermo Parnime.* In Cod. pro *Pomani* legitur aliquid, quod signis typographicis exprimi nequit, atque vel *pumum, pamum*, vel *pamani* vel *pamam* intelligi potest. Tum pro *thermo Parnime* in Cod. est *thermo pulas*, quod dedi. Ubi *thermopylae* sunt, *Leonidas* haud longe aberit. Ceterum coniectandi voluptatem ut ne cui praeripiam, reliqua tacebo. Cf. Lucilii Fragmm. et Douza p. 219. qui tamen nihil iuvat. 12) *Malluit* Cod. Cf. Salust. B. Cat. 10. extr. 13) Virg. Ecl. I, 51. 14) *Condicio* scripsi e Cod. 15) Virg. Aen. III, 327. ubi est: *Nos patria incensa, diversa per aequora vectae, Stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum, Servitio enixae, tulimus.* 16) *Tergorum, producte* Edd. O. *Tergōrum* cum signo prosodico Cod. om. *producte.* Infra *tergŏrum* item cum signo pros. Cod., sed ibi voc. *correpte* adscriptum. 17) His subiungit P. *ut pecus pecoris.* 18) Virg. Aen. V, 405. *bouum* exhibet Cod. 19) Virg. Aen. IX, 467. Huic exemplo in P. subiuncta haec sunt: *Quo exemplo etiam illis resistitur, qui volunt.* At Cod. Edd. pr. Fabr. *Quidam volunt*, quod dedi. 20) *Quum illa fora itunt* Edd. pr. Fabr. P. Dedi Cod. lectionem, licet mihi non dubium, *itant* recte se habere. Douza pag. 236. testatur, in vetere Cod. esse: *Cum illi fora erat*, e quibus coniicit: *Tunc illi fora erant* vel potius: *illa Quum fora itant.* 21) Cf. Corte Fragmm. Histor. pag. 33. 22) *Lucernis* P. Cf. Douza Fragmm. Lucil. pag. 281. Idem fragmentum citat Nonius p. 206. Merc. paullo auctius: *Romanis ludis forus olim ornatus lucernis.* 23) Cf. Cicero Tusc. dispp. II, 14, fin. ubi tamen vero lectio: *callum quoddam obducit.* 24) Locus est e Plauti Persa II, 5, 4. ac *Plautus in Persa* exhibent Edd. pr. Fabr. P. Ceterum Cod. praestat: *Magis tabello quam prunum cullum callet*, ex errore librarii. Fabr. ad marginem notavit: Apud Plautum sic legitur: *Callum aprugnum callere aeque non sinam, neque secus Non. Marcellus.* In notis mss. idem: *Plau. in Pseud. Callum aprugnum callere aeque non sinam et citat eodem omnino modo Nonius.* Nempe utrumque locum, alterum ex Persa, alterum ex Poenulo citat Nonius pag. 258. Poenuli locus legitur III, 2, 2. De Pseudulo errat Fabr. 25) Cf. Steph. Fragmm. Lat. Poet. p. 416. 26) *Semper dici* Edd. pr. Fabr. P. 27) Cf. Corte Fragmm. Histor. p. 10. 28) Cf. Douza Lucil. Fragmm. p. 279.

Student hi ligna videte[1].

35. Caelum[2] hoc cum sit neutrum, etiam masculine veteres dixerunt, et[3] Ennius:

Quem Caelus genuit.

Item quoque:

Caelus profundus.

Ocymum consuetudo neutraliter dicit. Sed Aemilius Macer ait:

Inter praeteritas numerabitur ocymus herbas[4].

Russeum grammatici non magis dicendum putant, quam albeum aut prasineum, sed russum ut album, prasinum[5].

Septemdecem antiqui dixerunt, quoniam observabant, ut minores numeros prius ponerent; sed iam exoluit[6].

Mendum neutraliter Varro in Admirandis dixit: *magnum mendum*[7]. Sed Ovidius feminine:

Nocte latent mendae[8].

Item:

Eximet ipsa dies omnis e corpore mendas[9].

Ergo mendum in mendacii significatione dicetur, menda in culpa operis aut corporis.

36. Pistrinum neutro dicitur, sed Lucilius XVI. feminine extulit:

Mediae pistrina[10]

ad tabernam referens, ut caupona dicitur. Nam et Terentius deminutive *pistrillam* dixit:

pistrilla erat quaedam[11].

Quintum triecesimum[12] annum dici sine et coniunctione vult Varro[13] Epistolicarum VII. et similia, nec interponendam coniunctionem in ipsa re cohaerentem[14], veluti || si dixero: Ad quintum et tricesimum[15] praedium habeo, [56]
iam duo significabuntur, alterum ad quintum[16], alterum ad tricesimum[17].

37. Pulmentum et pulmentarium dicitur. Nam Cato Originum tertio[18]: *Lasерpitium pro pulmentario suo habet.* In eodem: *Multo pulmento usi.* Sed quidam putant pulmentum quasi pulumentum[19] melius dici. Varro autem ad Cicer. V., *Pulmentum*, ait, *quod id cum pulte essent, et inde pulmentarium dictum*[20].

Plurum Modestus[21] putat esse dicendum, non plurium cum *i*. Ea enim nomina, quae comparandi[22] sunt, genitivo *i* habere non debent, ut fortiores, fortiorum, meliores, meliorum, sic plures, horum plurum; sed consuetudo plurium cum *i* dicit. Unde et Terentius in Phormione:

Nova hic compluria[23]

dixit.

38. Pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat adspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur, unde et sepulcrum[24] hodieque manet, quod sit seorsum[25] a pulcro, propter recordationem doloris[26].

Eboreum ratione dicimus, ut a marmore marmoreum, et pumice pumiceum, sed consuetudo etiam eboratum admisit et eburnum. Virgilius:

Humeroque Pelops insignis eburno[27].

1) *Videte* Cod. *videre* Edd. O. Non dubito veram esse lectionem *videre;* sed in his parvis fragmentis nihil praeter Codicis lectionem mutandum. 2) *Caelum* et paullo post *Caelus* bis e Cod. *Coelum — Coelus* Edd. 3) *Ut Ennius* Fabr. P. Ceterum cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. pag. 30. et pag. 144. Eadem Ennii fragmenta, sed auctiora, leguntur apud Nonium pag. 197. Merc. 4) Cf. Steph. Fragmm. p. 416. 5) *Russum et album prasinum* Ed. pr. *russum et album et pras.* Fabr. P. 6) *Sed haec iam consuetudo exolevit* P. *sed iam exoluit* Cod. Ed. pr. Fabr. De forma *exoluit* cf. Priscian. IX, 10. 53. tom. I, pag. 467. K.! 7) Cf. Varronis Fragmm. pag. 253. ed. Bip. 8) Cf. Ovid. A. A. I, 249. 9) Ovid. A. A. II. 653. In Cod. est *ipsa die omnis.* Edd. Fabr. P. exhibent *dies* et *omneis.* Ed. pr. verum praestat *dies* et *omnis.* 10) *Media e pistrina, ad tabernam referens.* Haec omnia apud P. sic expressa, tamquam sint verba Lucilii. Sed poetae verba haec tantum sunt: *Media e pistrina.* Cf. Douza Lucil. Fragmm. p. 362. 11) Cf. Terent. in Adelph. IV, 2, 45. et quae ibi adnotavit Donatus. Apud Ter. legitur: *apud ipsum lacum est pistrilla.* 12) *Quintum tricensimum* Cod. Ed. pr. Fabr. *Centesimum tricesimum* P. 13) *Varro in epistolarum 7.* P. *Varro ep. 7.* Fabr. *Varro epistolicarum VII.* Cod. Ed. pr. Intelligendus Varronis liber: *Quaestiones epistolicae.* Cf. Varr. Fragmm. p. 194. seqq. Ad Varronis epistolas falso haec referuntur ibid. p. 198. 14) *Coniunctionem ipsa re cohaerente.* P. quod tamen verum videtur. 15) *Ad quintum et tricensimum* Cod. Ed. pr. Fabr. *Ad centesimum et tricesimum* P. 16) *Ad C,* P. *ad quintum* Cod. Ed. pr. Fabr. 17) *Alterum vero ad XXX.* P. *alterum ad tricensimum* Cod. Ed. pr. Fabr. 18) Cf. Fragmm. Histor. ed. Corte pag. 11. 19) In Cod. est: *pulŭmentum* sic, ut ⌣, signum illud prosodicum, suprascriptum esse videatur. 20) Varro de L. L. V, 22. pag. 111. ed. Sp. *Quod edebant cum pulte, ab eo pulmentum, ut Plautus; hinc pulmentarium dictum.* Liber hic Varronis olim *quartus* inscriptus est; nescio quo iure Fabr. ad h. l. notaverit: *hic liber Varronis nunc sextus inscribitur.* 21) Saepius citatur Iulius Modestus Grammaticus a Charisio; cf. infra p. 58. 78. 80. 100. 183. ed. P. 22) *Quae comparanda sunt.* Edd. O. sed in Ed. pr. Fabr. correxit *comparandī*, quod in sua editione non expressit. Cod. *comparandī*, quod verum. 23) Terent. Phorm. IV, 3, 6. 24) *Sepulchrum* cum adspiratione Cod. contra mentem Gramm. 25) *Seorsum* Cod. Ed. pr. Fabr. *seorsim* P. 26) His subiectus legitur apud P. locus de v. *Sepulchrum*, qui alienus est et qui unde huc translatus sit, dicere non habeo: *Sepulchrum ab adverbio seorsum et pulchrum alius tractum dicit quod in hoc nomine componitur semis et pulchrum. quia pulchrum superficie, et intus plenum ossibus.* Ad haec notavit ***Bondamus:*** Pro *alius* restitue *Valgius*, qui est Caius Valgius Saturninus Rufus, rhetor, ut apparet e Quinctil. III, 1. et V, 10. et grammaticus, diversus tamen a Tito Valgio Rufo, poeta. Hanc Caii Valgii adnotationem ex libris eius *de Rebus per epistolam quaesitis* desumsisse nostrum, nullus dubito. Cf. Charis. p. 84. 109. 116. ed. P. et A. Gellius XII. 3. Locus abest a Cod. et Edd. pr. Fabr., recte. 27) *Umeroque* Cod. Virgil. Georg. III, 7.

Quae ita placuit distingui, ut eboreum sit ex solido ebore confectum, eboratum extrinsecus ebore ornatum, eburnum a similitudine eboris[1] aptatum, ut[2] Virgilius sensit.

39. *Us.* Omnia nomina, quae per *us* syllabam nominativo casu terminantur, haec genitivo aut per *i* exeunt et sunt secundi ordinis: aut per *is* et sunt tertii ordinis: aut per *us* similem nominativo et sunt quarti ordinis, de quibus plenius definitum est in superioribus, sub titulo de nominativis ad regulam redactis. Quaeritur quare ergo lupus, lupi, lepus autem leporis[3]? Omnia nomina quae *us*[4] nominativo pro-
[57] feruntur, quae quidem masculina aut femi||nina sunt, genitivum faciunt aut per *i*, aut per *us*, veluti per *i*, hic Marcus[5], Marci, haec laurus[6], lauri; per *us* autem hic senatus[7], senatus, haec domus[8], domus. Si autem fuerint neutralia[9], per *is*, veluti hoc tempus, oris, hoc munus, eris. Excipiuntur autem haec in masculinis, Ligus[10], lepus, vetus; faciunt enim genitivo Liguris, leporis, veteris. In femininis haec, quae item faciunt genitivum[11] per *is*, salus, tis, iuventus, tutis, palus, dis, senectus, tutis, virtus, tutis, servitus, tutis, tellus, ris, Venus, eris, fraus, dis, laus, dis. In neutralibus[12] haec, pelagus, vulgus, virus. Nam cum omnia neutralia faciant genitivum per *ris*, sola haec tria genitivum faciunt per *i*, quamquam de *vulgo* ambigitur. Invenitur enim et masculine elatum, ut apud Virgilium in II[13]:

Hinc spargere voces
In vulgum ambiguas.

Sed idem et neutraliter in primo[14]:

Saevitque animis ignobile vulgus.

Meminerimus autem tantummodo pelagus et vulgus singulariter declinari, itemque virus.

40. Penus quomodo debeat declinari incertum est. Nam Plautus in Pseudulo[15] eodem fere loco et masculino genere dicit hic penus, et neutro hoc penus. Virgilius autem[16] etiam feminino:

longam penum.

Igitur cum possimus secundum neutrorum formam huius penoris dicere, aut secundum[17] masculinorum et femininorum huius peni, neutrum dico, quia apud auctores nondum exemplum, quod sequar, inveni.

Carduus trium syllabarum est, ut arduus, fatuus, mortuus, ideoque similiter declinandum est, huius cardui, et huic carduo[18]. Pluraliter hi cardui, carduorum, carduis. Quod si quis huius cardus[19] dicere voluerit, cogit nonnunquam genitivum singularem *u* duplici posse finiri.

41. Servus[20], cervus, vulgus, a quibusdam per *u* et *o*, videlicet quia duae vocales geminari, ut unam syllabam faciant, non possunt. Sed per duo *u* scribi debent, quia et sic sonant, et ambiguitas casuum tollitur, et unum *u* loco consonantis accipitur.
|| Adsiduus[21] quidam per *d* scribunt, quasi sit a sedendo [58]
figuratum, sed errant. Nam cum a Servio Tullio populus in quinque classes esset divisus, ut tributum, prout quisque possideret, inferret, ditiores qui asses dabant, assidui dicti sunt. Et quoniam soli in negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequentes adsunt[22], assiduos ab assibus dixerunt[23].

42. Tus a tundendo sine adspiratione[24] dicitur, quamvis Iulius Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicat.

Bovus[25] non nisi singularem numerum capit; nam pluralem nemo dixit.

Podagrosus a podagra bene dicitur, sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in Aq[uis calidis][26]:

Podagricus non recessit.

1) *Ad similitudinem eboris* P. quod fortasse verum. 2) *Ut et Virgilius* P. 3) His adduntur: *fluctus huius fluctus* in Fabr. et P. Citavit ad hunc locum Fabr. A. Gellium II, 25. ubi similia ex Varrone. 4) *Omnia nomina quae us proferuntur* Ed. pr. Fabr. *O. n. quae per us nominativo proferuntur* P. V. *nominativo* est in Cod. 5) *Huius* add. P. 6) *Huius* add. P. 7) *Huius* add. P. 8) *Huius* add. P. 9) *Neutrale fuerit* P. 10) *Quod et commune est e Epicaenum* add. P. 11) *Genitivum faciunt* Edd. pr. Fabr. P. 12) *Etiam* subiungit P. 13) Virg. Aen. II, 99. 14) Virg. Aen. I, 149. 15) Plaut. Pseud. I, 2, 45. *Nam nisi penus annuus hodie convenit.* Et ibid. I, 2, 91. *omne huc penus uffertur.* Cf. etiam Priscian. V, 8, 44. tom. I, pag. 196. Kr. 16) *Virgilius etiam* Fabr. pr. P. Locus Virg. est Aen. I, 704. Sed ibi legitur rectius: *Quibus ordine longo Cura penum struere.* 17) *Aut secundum.* Ita recte Ed. pr. Fabr. In Cod. esse videtur *ut.* Sine coniunctione dedit P. 18) *Huius cardui carduo* Ed. pr. Fabr. *huius cardui huic carduo et hunc carduum* P. 19) *Huius carduus* Fabr. P. 20) Notavit ad h. l. Fabr.: *Donatus in Andriam et Scaurus de orthographia.* Cf. Scaurum de Orthogr. p. 2251. ed. P. et Donatum ad Andr. I, 2, init.: *Et* ***Dauus*** *non recte scribitur,* ***Dauos*** *scribendum; quod nulla litera vocalis geminata unam syllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur et scribimus:* ***DaFVS, serFVS, corFVS.*** Cf. etiam Quinctilian. I, 4. 21) *assiduus* (sic) Cod. 22) *Adsunt* Cod. Ed. pr. *assunt* Fabr. P. 23) Cf. Cicero Top. (II, 10.) ***Fabr.*** Locus est sine dubio corruptus. Sententia autem haec esse videtur: *Assiduus* dictus est dives ab assibus dandis. Sed quoniam divites etiam frequenter in negotiis publicis adsunt, etiam illi, qui frequentes alicubi adesse solent, *assidui* dicuntur; sic factum ut assiduus et divitem et frequentem sive diligentem significet. 24) *Adspiratione* Cod. *asp.* Edd. O. 25) *Bovus* vocabulum nemo alius praeter Charisium prodidit, qui ne ipse quidem quid significet adiecit. In Philoxeni glossis est: ***Bova*** *νόσος βοῶν*, quod v. etiam *boa* invenitur scriptum. Fortasse igitur *bovus* nihil est nisi forma masculina vocis *bova*, idem significans. Nisi forte *bovus* id est vocabulum, a quo *bovinare* et *bubinare* est derivatum. Tum vv. *nemo dixit* non satis in Cod. comparere, notavit Nieb., sed leguntur in Edd. O. 26) Ad haec uncis inclusa notavit Nieb., spacium in Cod. non sufficere. In Edd. pr. et Fabr. nihil est, nisi hoc: *apud Laberium est in Aquis*, ne lacuna quidem significata, quare suspicor, etiam exemplum desiderari in Cod., quamquam Nieb. vv. ista non induxit.

Aeditumus[1] dicitur qui aedem servat, quasi aedis i[ntimus, sed aedi]tuus ab aede tuenda[2].

Lanius dicitur, ut Terentius[3]:

Lani, coci.

Et Salustius[4]: *Quin vina[rii, laniique;]* ubi illud quoque notamus vina[rium dici]. Lanio autem quasi deminutio est lanii[5].

43. Assarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur, non as[sis: sane assis] genitivus est, ut si[6] octussis[7]. Huius ablativus est ab hoc octusse: ideoque octusse [emi] bene dicimus; sed da illi octus[8], soloecismus est. Nam [oc]tus ne dixeris[9], sed quaternarius; subauditur enim num[mus, ut] sestertius[10] nummus et denarius nummus. Nam id [num]mum[11] appellamus quod Graeci *νόμισμα*[12]. Sestertius autem unde [ap]pellatur, solet quaeri, quod manifestum erit, si sciamus ap[ud antiquos][13] denarium decem asses habuisse. Ideoque in rationibus faciendis denarium de decussi X[14] inductum notamus, cuius quarta pars dipondius[15] semis, sestertius dicitur, quod de tribus assibus semis deficiat. Denique et nota eius nihil aliud quam dipondium et semis HS[16] ostendit.

44. Hic locus et hi loci masculino genere ratione dicuntur, sed et haec loca consuetudo quasi localius[17] usurpavit, non tamen et singulariter neutrum genus admisit: quamvis quidam velint neutro genere Salustium[18]
[59] dixisse: *Est in carcere locus, quod || Tullianum appellatur.* Sed frustra; *quod*[19] enim a Salustio absolute Tulliano coniunctum est.

Delirus a lira aratri ductu appellatur, potest tamen delerus per e *ἀπὸ τοῦ λῆρος*[20] compositum videri.

Cubicularius custos cubiculi; cubicularis vero lectus cubiculo aptus. Caligarius[21] artifex, caligaris clavus; similiter ars fabrica et iuli . . rali[22] et cellarius servus, durdus cellaris[23] et balnearius fur; balnearis autem murteus[24], et solea balnearis[25]. Unde perspicuum est, Calvum ad amicos non recte dixisse *Ne triclinarius*[26], cum triclinaris dicere maluisset.

45. Balteus masculino genere semper dicitur[27], ut clipeus:

Infelix humero cum apparuit alto ingens balteus[28],

Virgilius dixit. Plinius tamen vult masculino genere vinculum significare, neutro autem[29] lora ad ligandum apta. Sed Varro[30] *baltea* dixit, et Tuscum vocabulum ait esse item humanarum[31] XVIII.

Curriculus masculine deminutio[32] est currus, neutraliter autem curriculum, spatium ad currendum aptum, vel ipsum currendi officium, ut Cicero et Varro loquuntur.

46. Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait; neutro autem genere imaginem significat. Sed Asinius Pro Viniae haeredibus[33] *magni clipeum*[34] masculine dixit: *Clipeus praetextae imaginis positus.* Et Livius in significatione scuti neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: *Clipeum in medium fixum est*[35]. Quare Plinius[36] dubii sermonis secundo in-

1) *Aeditimus* Edd. O. 2) *Dictus est* add. P. 3) Terent. Eunuch. II, 2, 26. Lanii Edd. O. 4) *Quin vinarii, ubi illud quoque notavimus vina* Ed. pr. nulla lacuna notata. Nos dedimus lectionem Edd. Fabr. P. Quae uncis inclusimus, in Cod. extrita sunt, ut supra aliquoties monuimus. Locum uberius citat Nonius pag. 264. Merc. *Quin lenones et vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies usum habet, pretio compositi.* 5) *Deminutio est lanii* Cod. *diminatio est lanii* Edd. pr. Fabr. *diminutio lanii* P. 6) *Ut si* Cod. *ut sicut* Edd. pr. Fabr. *sicut* P. 7) *Occussis*, atque ita in seqq. Cod. Edd. pr. Fabr. 8) *Da illi occuse* Cod. *da illi occusse* Ed. pr. Fabr. *da illi octusse* P. Sine dubio voluit Gramm. quod dedimus. 9) *Nam* (sequitur lacuna) *cus ne dixeris* Cod. Ed. pr. Fabr. 10) *Nummus. sestertius* Ed. pr. Fabr. 11) *Nam nummum* Ed. pr. Fabr. 12) Graeca vox abest a Cod. et Ed. pr. Addidit recte, ut videtur, Fabr. 13) Spacium in Cod. non sufficere his, quae uncis inclusa sunt, notavit Nieb. In Ed. pr. lacuna est, quam explevit Fabr. 14) *Dedecus X.* Cod. *de decuss. X.* Ed. pr. *decussi X.*, sine *de* praep., Fabr. P. 15) *Dupondius* P. Atque ita infra *dupondium* P. 16) HS. Ita scribendum esse hoc signum, neque vero H S., longe minus autem LLS., ut saepe in libris editis invenitur, ostendi ad Priscian. opp. min. pag. 207. Cod. exhibet: *et semis et semis* (sic) *ostendit.* 17) *Loculi usu usurp.* Edd. O. 18) Cf. Salust. Cat. 55. *Est locus in carcere* Edd. pr. Fabr. P. *Est in c. locus* Cod. Ex Codd. Salustii nulla varietas enotatur. 19) *Id enim* P. male; nam intelligitur pronomen *quod* in exemplo Salustiano obvium. 20) *Ἀπὸ τοῦ λήρου* Edd. *ἀπο τοῦ ληρον* Cod. 21) *Ut Caligarius* P. A voce *Caligarius* in Codd. et Edd. pr. Fabr. novus versus incipit. 22) *Fabrica et fabrilis* P. *fabrica et Julius Fabrius* Ed. pr. et Fabr. Dedi corruptam et non integram Cod. scripturam, de emendatione dubius. 23) *Et turdus cellaris* P. *dardus cellaris* sine *et* coni. Fabr. pr. Non dubito, quin recte P. Nam *turdi*, ut aliae aves, in cellis et aviariis alebantur et saginabantur. Inde *palumbi cellares* apud Colum. VIII, 8. 24) *Balnearis murteus* Ed. pr. Fabr. *balnearis autem urceus* P. fortasse recte. 25) *Solium balneare* P. 26) *Non est triclinarius* P. Idem paullo post *debuisset* pro *maluisset.* 27) *Per e dicitur* male P. *semper dicitur* Cod. Edd. pr. Fabr. 28) Virg. Aen. XII, 942. *alto* accessit e Cod. Videtur aut Grammaticus aut librarius duo locos Virg. confudisse. Aen. XII, 273. *Teritur qua sutilis alvo Balteus.* Ceterum ad hunc locum Fabr. conferri iubet Servium ad Virg. Aen. l. c. et Nonium p. 194. Merc. 29) *Genere* add. P. 30) *Varro in Scauro* P. Putabam apud Scaurum de orthographia Varronis locum inveniri; sed non legitur. *Balteum* voc. commemorat Varro de L. L. V, 24. pag. 121. Sp. 31) *Rerum humanarum decimo octavo* Fabr. *R. h.* 18. P. 32) *Diminutione currus* Ed. pr. Fabr. *diminutio est currus* P. 33) *Asinius de provinciae haeredibus* Fabr. P. *provinciae haer.* sine praep. Ed. pr. — Pro *de provinciae haer.* lege *de Urbiniae haeredibus.* Cf. Quinctil. IV, 1, p. 300. et ibid. VII, 2, p. 604. ed. Burm. ***Bondam.*** Cf. Spalding. ad Quinctil. IV, 1, pag. 18. tom. II. Codex exhibet: *Pro Viniae haer.* quod dedimus. 34) *Imaginis clipeum* Edd. pr. Fabr. P. *magni clipeum* Cod. male. 35) Cf. Fragmm. Com. apud Both. p. 107. 36) *Plinius* deest in Cod. Ed.

distincto genere dici ait, sed litera differre, ut pugnatorium per *i* clipeum dicamus, quod est a clepere, i. caelare[1] dictum, imaginem vero per *u*[2], a cluendo. Sed haec differentia mihi displicet propter communionem *i* et *u* literarum. Nam et [maximus] et maxumus dicimus[3], et optimus et optumus, nec tamen illa dif[ferentia secernimus].

[Lucius, Aemilius] et cetera nomina[4], quae ante *u* habent *i*, duplici *ii*, genitivos[5] [singulares finire debent, ut necesse sit adversus observationem nom]inativo[6] minorem fieri genitivum, idque Varro tradens adiicit[7] [vocati-
[60] vum quoque] singularem ta || lium nominum per duplex *i*[8] scribi oportere, [sed propter differentiam] casuum[9] corripi. Lucilius tamen et per unum *i* in genitivo scribi posse existimat, ait enim:

- - - *Servandi numeri* [*et versus faciendi.*

Nos Caeli Numeri, numerum et servemus modumque.]

Nunquam enim hoc intulisset, nisi et Numerium per *i* huius Numerii faciendum crederet; denique et in lib. IV. sic ait:

Porro hoc [*si filius Luci*

- - - *ferit*] *collum ut Corneli, Cornificique.*

Et paullo post:

[*Pupilli, pueri, Lucili,*] *hoc unius fiet*[10].

Plinius quoque dubii sermonis quinto dicit esse quidem rationem[11] per duo *i* scribendi, sed multa iam consuetudine superari. . . . . . opinionem[12] de vocativo casu traditam infirmat, quod hic pius vocativo[13] pii faciat. Adeo enim non semper vocativus casus eandem scripturam patitur quam genitivus.

47. Praefectus fabrum ut dici possit, ex antiquitate duravit, sicut tribunus et praefectus; ubi dicimus quidem et tribunus[14], et praefectus urbis, et praefectus fabris participialiter, sed elegantius est ab antiquis usurpatum.

Largus nomen facit ex se adverbium large; quod omnia nomina, quae in qualitate sunt aut in quantitate, si dativo casu in *o* exeant, *o* in *e* mutant, et adverbium faciunt, ut doctus, docti, docto, facit docte. Sed veteres hoc non observarunt. Nam et *duriter* Terentius dixit, et Plautus *ampliter*[15].

Caseus masculini generis est, ut Virgilius[16]:

Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi.

pr. addidit Fabr. 1) *Quod est a clepere i. caelare* P. Fabr. nisi quod Fabr. *id est.* Ed. pr. *quid est clepere idest coelare.* Sed in cod. *a* praep. deest, *clepere* non distincte legi potest, *i* pro *id est* et pro *caelare* est *celere.* 2) *Clupeum* add. P. 3) *Dicimus et maxumus* Fabr. P. Tum *dicimus distare* Fabr. pro *secernimus.* In Ed. pr. post syll. *diff.* hiatus apparet. 4) *Nomina, quae ante* Fabr. Ed. pr. prioribus omissis. 5) *Genitivo* Cod. *genitivo singulari finiri debent, necesse sit adversus observationem* (seq. lacuna) *nominativo* Ed. pr. *genitivo singulari finiri debent, necesse sit adversus observationem quum dicatur per unum i, imperi et ingeni nominativo* Fabr. Exhibui lectionem, quae est in P. Ad ea, quae uncis inclusi, interpolationis signum adiecit Nieb. 6) *Non* add. P. Quae h. l. ex Varrone relata traduntur, hodie in libris de L. L. non leguntur; videntur autem affuisse lib. X, 3, pag. 570. ed Sp. ubi talia quaedam excidisse probabile est. Similia praestat Scaurus de orthogr. p. 2257. ed. P. 7) *Adiecit* P. 8) Duplex *ii* Fabr. P. 9) *Scribi debere, frequentius cusum corrupi* (seq. lacuna) *tamen et per i genitivum scribi posse* Ed. pr. Fabr. nisi quod Fabr. *corrumpi.* Ad haec et seqq. notavit Fabr.: *Locus adeo corruptus, ut ne de sententia quidem divinare liceat.* Dedi P. verba, quae Cod. confirmat praeter inclusa uncis. 10) Totus hic locus sic legitur in Ed. pr. et Fabr.: *Ait enim servandi numeri numerum ut servemus* (hiatus) *que, nunquam enim hoc intulisset, nisi et numerum per i, huius* (seq. hiatus) *faciendi crederet, denique et in libro quarto sic ad porro hoc* (hiatus) *lum fecerit colum, ut Cornelii Cornificiique, et paulo post* (hiatus) *pueri Lucii hoc unius fieri, et Plinius quoque.* Sic Ed. pr.; consentit Fabr. nisi quod: *numerum i huius* (lacuna) *faciendum* exhibet. Ab his non multum dissentit Cod. nisi quod pro vv. *numerum ut servemus* aliquid habet, quod *numerum insiuemus* vel *impuemus* legendum videtur, pro hiatu autem, qui sequitur, locum discerptum habet, tum pro vv. *numerum per i huius . . . . . faciendi* exhibet: *nisi et Numerium per i huius Numerii faciendum,* tum pro vv. *sic ad porro* praestat: *sic ait porro,* deinde in vv. *lum fecerit calum* detrita et incerta dat, quae dubium admittunt, denique *unius fieri et* aperte habet *unius fiet.* Quae nos dedimus, ex P. sunt petita, ita tamen ut, quae in Cod. dubia et absentia, uncis includerentur. P. autem sua hausit ex Douzae interpolationibus. Cf. Lucilii Rell. pag. 327. ed. Haverc., ubi sic refert Fr. Douza, Iani filius: *Quare servandi numeri.*] Ita *optimos hos versus ex veteri codice Charisii eruit pater.* Intelligimus etiam ex illa Douzae adnotatione, locum ex Scaligeri coniectura secundum Quinctil. I, 7 et Velium Longum de orthogr. (pag. 2220. P.) ex parte concinnatum esse. Ceterum idem Douza filius ad Lucilii l. c. adnotavit, Caecilium Vindicem ad hunc Lucilii locum respexisse his verbis: *quod idem Lucilius adnotavit, quum a Numero Numerium discerneret.* 11) *Plinius quoque dubii sermonis u odiicit* (hiatus) *eandem rationem* Ed. pr. Fabr. Tum statim *per duo ii* Fabr. P. 12) *Varro enim opinionem* P. Vv. *Varro enim* absunt ab Ed. pr. Fabr. neque *Varro* in Cod. est et *enim* non manifeste apparet. 13) *Quod hic pius in vocativo* Ed. pr. Fabr. *quod hic pius huius pii et vocativo* P. Paullo post *adeo non semper* Fabr. *adeo enim non semper* Cod. Ed. pr. *ideo enim semper* P. 14) *Et praefectus ubi dicimus quidem et* (hiatus) *et praefectus urbis et praef.* Ed. pr. *et praefectus, ubi dicimus quidem et tribunus militum et tribunus militaris per nomen: praefectus urbi et praef.* Fabr. Hoc tenuit P. nisi quod *et praefectus urbis dicimus* emendavit. In Codice legitur, quod dedimus nulla lacuna significata: *et praefectus; ubi dicimus quidem et tribunus et praefectus urbis et praef.* In quibus tamen legendum videtur *et tribunus militum et praef. urbis et praef.* 15) Terent. Andria I, 1, 47. Adelph. I, 1, 20. IV, 5, 27. Plautus saepissime. 16) Virg. Ecl. I, 35.

Et Lucilius in decimo quarto: *Caseus*[1] *alium ol* . . . sed Pomponius neutraliter dixit in Lenonem[2]: *Caseum molle.*

Loculos et locellos pluraliter dici multi putant, cum sit hic loculus, cuius hypocorisma est hic locellus. Nam Varro Rerum rusticarum III.[3] *loculum* dixit, et Caesar de Pisone[4]: *Locellum tibi signatum remisi.*

[61] 48. Catinus masculino genere dicitur, ut || Maecenas[5] in X:

Iugeribus, ait[6], *fumans calido cum farre catinus;*

et hinc deminutive[7] catillus fit, ut Asinius contra maledicta Antonii[8]: *Volitantque urbe tota catilli.* Sed Varro ad Ciceronem XI.[9] *catinuli* dixit, non catilli.

Galeros Virgilius masculino genere dixit:

Fulvosque lupi de pelle galeros.

Et Corn. Severus:

Flavo praetexerat ora galero.

Sed C. Gracchus apud Censores: *Cum galere ursici*[10], dixit. Varro de actione scenica secundo: *haec galera*[11]; unde et galericula dicuntur.

49. Calamistros Cicero in Oratore[12] masculine dixit, et Varro De scenicis originibus[13]: *hunc calamistrum;* sed idem in Trifallo: *calamistra*[14]. Et Plautus in Curculione:

Pecten, speculum, calamistrum meum[15].

Secus neutri generis est nomen, unde[16] et Salustius *virile secus* dixit, hoc est virilis sexus[17], quod per omnes casus integra forma declinatur. Fit secus et adverbium, quod significat aliter, unde nascitur sequius, ἀλλοιοτέρως[18]. Ceterum id quod vulgus usurpat: secus illum sedi, hoc est: secundum illum, et novum et sordidum est.

50. Alvum Virgilius feminino genere saepe dixit[19], sed masculine Calvus[20]:

Partus gravido portabat in alvo;

et Aelius Cinna[21]:

At scelus incestum turpe crescebat in alvo;

et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebravit.

Munificus est tamquam beneficus et maleficus; munifex autem tamquam opifex et artifex. Itaque munificus munera largitur, munifex autem munere fungitur.

Sincerus dicitur, non sinceris, ut Virgilius[22] ait:

Insincerus apes tulerit cruor;

1) *Cascus ala molliet* Ed. pr. *caseus allia molliet* Fabr. P. male. Nam Cod. habet, ut dedimus: *cascus alium ol . . .* h. e. *caseus allium olet.* 2) *In Lenonem* Ed. pr. Cod. *in Lenone* em. Fabr. P. Cf. Pomp. Fragmm. ed. Munk. p. 72. 3) *Libro secundo* P. Fabr. *secundo* Ed. pr. Locus est Varronis de R. R. III, 17. ubi olim legebatur: *cum piscinas haberet magna pecunia aedificatas ad Baulos*; legendum *ac loculos.* Recte igitur Cod. noster: *Rer. rust. III.* 4) *De Pisone* Cod. *ad Pisonem* Edd. O. Locus inter fragm. epistolarum Caesaris ab huius editoribus relatus. 5) *Moecenas* Edd. O. Scriptura nostra e Cod. ut supra aliquoties. 6) *Ait* desideratur in P. 7) *Deminutive* Cod. Ed. pr. 8) Bondamus Varr. Lectt. pag. 20. haec notavit: Optimus *I.* Douzae Cod. MS. hanc profert lectionem: *Ut Asinius contra maledicta Laberii: volitantque.* In addendis p. 373. addit idem, se a V. D., ornamento patriae urbis, monitum esse, legendum esse: *Labieni.* Orationis As. Pollionis in Labienum mentionem facere Quinctil. I, 5. Cf. tamen quae notavit Spalding. ad Quinct. I, 5, pag. 89. tom. I. Mihi rem non persuasit Bondamus. Nam Charisii ille codex, qui fuit Douzae, mihi quidem apographum videtur nullius auctoritatis. Dicam de hac re in praefatione. 9) *Varro ad Ciceronem II.* P. Fabr. 10) Dedi Codicis scripturam licet vitiosam: *Cum galere ursici.* Ed. pr. *cum galera ursi cum.* Emendavit Fabr. *cum galera visi sunt*, haud scio an recte. 11) *Haec galera* ex Cod. vestigiis scripsi, ubi *h̄ galeara.* Ed. pr. *Varro de actione scenica secundo hist. Galeuria.* Fabr. *V. de a. sc. secundo, Galearia.* Cf. Fragmm. Varronis p. 251. ed. Bip. Apud Paulum Festi epitomatorem p. 72. ubi *galaria* legitur, *galerita* legendum et *galeritam avem* intelligendam esse, docuerunt viri docti. Cf. not. ad Festum pag. 440. 12) *Cic. in Oratione* Cod. Ed. pr. *Cic. in Oratore* Fabr. P. Locus est Orator. 23. *ne calamistri quidem adhibebuntur.* Hic Ciceronis locus citatur a Nonio p. 546. ed. Merc. 13) Cf. Fragmm. Varronis pag. 251. ed. Bip. 14) Cf. Varron. Fragmm. p. 314. ed. Bip. scribendumque *Triphallo.* 15) Plautus Curc. IV, 4, 21. 16) *Unde et S.* Cod. Edd. pr. Fabr. *ut et S.* P. Locus Salustii est inter Fragmm. Hist. lib. II, 41. pag. 220. ed. Gerl. Eundem locum citant Macrobius Saturn. III, 13. et Nonius pag. 222. ubi similis dicendi forma ex Sisenna citatur. 17) Cod. h. l. iterum *secus*, quod falsum videtur. Apud Plautum Rud. I, 2, 19. in Codd. Pal. legitur *virile sexus:* sed non dubium videtur, quin sit legendum: *virile secus*, neque unquam *secus* masculino, neque *sexus* neutro genere inveniri videtur. Priscianus tamen V, 6, 32. tom. I. pag. 188. Kr. in loco ex Rudente *virile sexus* citat. 18) Graecam vocem in Cod. suprascriptam esse, testatur Nieb. 19) *Alvum Virgilius feminino genere saepe d.* Cod. *Alvum foeminino genere Virg. s. d.* Ed. pr. *Alvus fem. gen. Virg. saepe d.* Fabr. P. 20) *Sed masculine alvus* Cod. *sed masculine tivus* Ed. pr. *sed masculine* (lac.) *tivus* Fabr. Recte in P. *sed masculine Calvus*, quod retinui. Non. pag. 193. ed. Merc. *Et alius auctoritatis obscurae: Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.* Weichertus in Poet. Latin. Vit. et Carmm. Rel. pag. 144. sine dubitatione *Calvi* hoc fragmentum citavit. 21) *Aelius Cinna.* Ita Cod. et Edd. O. De *Helvio Cinna* poeta cf. Weichert. Poet. Lat. Vit. et Rel. pag. 149. Ceterum idem locus legitur apud Priscian. VI, 16. pag. 277. tom. I. et Kr. ubi editum est: *At scelus incesto Cinyrae crescebat in alvo*; ubi Codd. *Cinnae* et *Circnae* pro *Cinyrae* variant, pro quo Krehlius *Smyrnae* legendum suasit, quae emendatio iam ab aliis viris doctis occupata erat, non probata ab Weicherto, qui Cinyrae praefert. Sed Cod. apud Charisium exhibet *incestum turpe*, quod ipsum Weichertus l. c. pag. 187. coniecit, nisi quod *turpi* quoque scripsit. Ed. pr. habet *At scelum incestum urpi* (sic). Mihi quidem aliud voluisse videtur Grammaticus, cum hoc exemplum afferatur ad masculinum genus v. *alvus* comprobandum. Qua de causa in vv. *incestum turpe* latere mihi videtur: *incesto cinure* h. e. *Cinyrae.* 22) Virg. Georg. IV, 285. *Tulit* Cod. Ed. pr. *tulerit*, ut est apud Virg., Fabr. P. *tulit* ortum

sed neutraliter hoc sincere dicitur, ut Terentius:

Si istud crederem sincere dici[1].

51. Sibilus dici oportet, ut Virgilius[2]:

Nam neque me tantum venientis sibilus austri.

Cicero De gloria in II.[3]: *In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorii sibili.* Sed et neutro genere quidam dixerunt, ut Ovidius[4]:

Sibila dant saniemque vomunt.

Cornelius Severus:

Et sua concordes dant sibila clara dracones[5].

Et Macer Theriacôn:

Unde resonantia sibila colla[6].

[62] Quinquatrus, sed[7] non quinqua || tria: non enim dictae sunt quinque dies atres[8], sed quod quintus[9] dies Iduum, quas atrus[10] antiqui dicebant; sive a quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari sint solita.

52. Stomachus etiam in pluribus singulariter[11] dicitur, ut ait Calvus:

Quorum praedulcem cibum stomachus ferre non possunt[12].

Divinitus cum dicimus, ex dei mente factum significamus; divine vero, cum laudamus.

Nudiustertius hoc significat, nunc est dies tertius; item nudiusquartus. Sed quaeritur[13] de futuro, utrum dies scilicet dicendum sit[14], an die quarto et die quinto sicuti perendie cum dicitur. Sed quibusdam displicet, propterea quod cum dicimus perendie, postponimus die; cum vero die quarto, praeponimus. Sed veteres non aliter locuti sunt. Sunt enim coniuncta et nominatum per ea tempus non numeratur[15], ut non[16] in illis: nudiustertius et nudiusquartus.

53. Iurisconsultus dici debet, non iureconsultus, licet Cicero pro Murena ita dixerit, et Lucilius secundo:

Ut iure peritus[17].

Graecus et ortus sine adspiratione dici debere Varro[18] ait; et ortum quidem, quod in eo omnia oriantur, Graecum autem a gerendo, quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestaverit, aut a gracilitate corporis, ut quidam volunt; sed consuetudo et Graechos et hortos cum adspiratione usurpavit.

Conlactaneus dici debet; nam collacteus[19] nemo dicit.

Er. Omnia nomina, quae nominativo casu in *er* terminantur, aut masculina aut feminina sunt: quamquam necesse est, ut genitivo casu aut per *i* aut per *is* literas exeant, exceptis his, quae utique neutralia sunt: iter, cicer, papaver, cadaver, ruber, cancer[20]. Item omnia, quae Graece efferuntur per *os*, et ante *ρος* syllabam[21] consonantem literam habent, haec Latine in *er* terminantur, veluti Ἀλέξανδρος, Alexander, Κλέανδρος, Cleander, ὄναγρος, onager, ἄγρος, ager, et cetera similia. Item *er* syllaba terminata, si in qualitate fuerint per omnia genera mutari debent, || ut piger, pigra, pigrum, niger, nigra, [63] nigrum.

Ideo quaeri solet, utrum hic acer an aeris dici debeat; sed cum qualitate si dicimus hic acer, necesse est

ex compendio. 1) *Ut Terentius* Cod. Ed. pr. *ut* om. Fabr. P. *sincere credi* Ed. pr. Locus est Ter. Eun. I, 2, 97. 2) Virg. Ecl. V, 82. 3) *De gloria in II.* Cod. *in II.* om. Ed. pr. Fabr. *De gloria II.* P. Tum *gladiatoris* P. Cf. Orellii Cic. Fragmm. Vol. IV, II. pag. 488. 4) Ovid. Met. XV, 684. 5) Cf. Fragmm. Poetarum vett. Lat. apud Stephanum p. 422. 6) Dedi Cod. scripturam, quantum eam assequi potui: *Unde resonantia sibila colla.* Ed. pr. Fabr. *Et Macer Theriacon secundo: resonantia sibila colla.* Sed P. scripsit: *Et Macer V. Theriacòn, Longo resonantia sibila collo.* Ex Nieb. enotationibus non satis patet, utrum *tunde* an *unde* ab initio legendum sit. 7) *Sed non* Cod. *supra nun* Ed. pr. *pluraliter, non* Fabr. P. 8) *Quinque dies atries* Ed. pr. *q. dies atri* Fabr. *q. d. atrus* P. 9) *Quinque* P. *Sed quod quintus antiqui dicebant* Ed. pr. nullo hiatu significato. *Sed quod quinquatrus antiqui dicebant a quinquando* Fabr. 10) *Atrus* P. Totum locum sic legendum esse censeo: *Non enim dictae sunt quasi quinque dies atres, sed quasi quintus dies Iduum, quas atrus antiqui dicebant.* Cf. Festus pag. 218. ed. meae: *Forma autem vocabuli eius exemplo multorum populorum Italicorum enunciata est, quod post diem quintum Iduum est is dies festus* cett. Adde notas virorum doctorum ad hunc Festi locum pag. 619. 11) *In pluribus singulariter.* Ita quidem libri omnes, falso tamen, ut patet ex seqq. ubi *stomachus* numero plurali affertur. Legendum videtur: *stomachus etiam in plurali dicitur.* 12) *Non potest* Fabr. P. *non passunt* Cod. Ed. pr. quae vera est lectio. Nihil vitii suspicatus Weichertus p. 146. locum attulit, sed an ex carmine sit, dubitare videtur. Certe poetici nec rhythmi nec saporis aliquid inest. 13) *Quare* Ed. pr. 14) *Utrum nudius an dicendum sit die quarto et die quinto sicuti* Ed. pr. Fabr. nisi quod Fabr. *sicut.* — *Utrum dies dicendum sit, an die quartu sicut* P. In Cod. est: *utrum diusis s.* (sic) *dicendum sit die quarto, et die quinto sicuti.* In corrupta voce *diusis* prius *i* ac deinde syllaba finalis *is* punctis notata sunt, ita ut scriptor aut corrector *dus* i. e. *dies* voluisse videatur. Scripsi igitur *dies scilicet.* Sed sententia Grammatici esse mihi videtur haec, ut quaerat, utrum de futuro tempore dici possit *nudius quartus, nudius quintus.* Quare scribendum putarim: *Sed quaeritur, de futuro utrum nudius scilicet dicendum sit, an die quarto et die quinto, sicuti* cett. Nisi forte illa signa, quae in Cod. post v. *dius* leguntur, numerorum fuerunt, ut legendum sit: *utrum nudius IV. V. dicendum sit* cett. 15) *Et nominatur per ea tempus non numeratur* Cod. *et nominantur. Praeterea tempus non numeratur* Ed. pr. Fabr. *et nominatum tempus numeratur* P. e quibus *nominatum* servavi. Rectissime Gramm. dicit, *nominatum tempus non numerari*, quod *nudius tertius* significat *ante biduum*. *nudius quartus* autem *ante triduum.* 16) *Ut et in illis* P. 17) Cf. Lucilii Fragmm. ed. Donza pag. 272. Haverc. Adde Ciceron. pro Mur. c. 64. 18) Varronis locus hodie non invenitur. De etymo v. *hortus* cf. Scaliger. ad Varr. de R. R. pag. 204. et interpp. ad Festum p. 451. 19) *Collactius* Cod. *Collactea* legitur apud Iuvenal. VI. 306. et *collactia* in Inscriptionibus saepe invenitur. 20) *Acer pro arbore* add. Fabr. P. Paullo post *omnia nomina, quae* P. 21) *Per ΟC et ante ΟC syllabam* Cod. *per ος* (Graece) *et ante os* (Lat.) Ed. pr. *per os et ante os* Fabr. Secutus

et haec acra et hoc acrum dicere cogamur, quod[1] quoniam offendit aures, melius communiter hic et haec acris, huius acris dicemus[2], ut Horatius[3]:

Solvitur acris hiems;

et Virgilius[4]:

Acri quondam regnata Lycurgo.

Ex hac enim forma descendit[5] neutrum, quod est acre, ut hic et haec agilis, et hoc agile, hic et haec facilis, et hoc facile.

55. Simili ratione utimur, cum[6] quaeritur, utrum hic paluster ager, an palustris, et alacer, an alacris dici debeat. Nam et Virgilius[7]:

Alacris palmas utrasque tetendit.

Dixit tamen et hic acer idem Virgilius,

Acer aequis[8],

frequenter, quamvis declinationem formae istius repudiaverit. Nam neque huius acri dixit[9], neque huic acro, vel hunc acrum, sed secundum rationem supradictam huius acris et huic acri et hunc acrem.

Iter, iteris debet facere, non itineris, ne[10] adversus rationem genitivus nominativo maior duabus syllabis inveniatur, praesertim cum itiner[11] quoque dixerint veteres, cuius genitivus itineris erit. Plurali tamen numero itinera semper dicemus[12]. Non enim sicut huius *iteris* Pacuvius dixit, et haec itera potuit dicere[13].

56. Pater, patris cum faciat, et mater, matris, cur dissimiliter aper, apri, et caper, capri, solet quaeri. Sed Graeca declinatio advertenda est, ubi deprehendetur. Tunc enim nos *s* literam genitivo adiicere debemus, cum illi σίγμα eidem genitivo adiiciunt, et cum illis similiter detrahere, ut τοῦ πατρός, patris, τῆς μητρός, matris. Porro τοῦ κάπρου, capri, τοῦ ἄγρου, agri. Item caprina et apruna[14] cur dissimiliter derivetur[15], quaeri solet. Quibus respondebimus utrumque per *i* proferri debere, sed in alio usum[16] *u* literam celebrasse, quamvis Lucilius

Viscus aprugnum

dixerit[17].

57. Heber et Heberaeus ne dixeris[18]. Hebria enim est vas vinarium, unde hebrius et hebria[19] dicitur; hebrius hebriosusque et hebriosa[20], sicut a negocio negociosus et negociosa; cui contrarium || est sobrius[21], quod [64] nomen comparari non debet. Neque enim sobrior, neque sobrissimus[22] dici potest, quamvis Laberius sobrior dixerit.

Celer, celerior, celerrimus facit, ut asper, asperior, asperrimus, acer, acrior, acerrimus, et pulcher, pulchrior, pulcherrimus. Nam quod Ennius ait:

Equitatus celerissimus[23],

barbarismus est.

Papaver neutri generis est, sed masculino genere Plautus dixit:

Quamsi tu obicias formicis papaverem[24];

et Cato Originum secundo: *Papaver Gallicanus*[25]; et Varro in Admirandis: *Infriasse papaverem*[26].

58. Alexander et Teucer dici debet, sed et Alexandrus et Teucrus dici possunt, ut Virgilius Teucrus et Euandrus. Secundum illam scilicet rationem, qua nomina Graeca, quae in ος exeunt[27], Latine in *us* exire Aurelio placet. Contra quam tamen regulam, quod[28] a Graecis ἄγρος, idem a nobis ager dicitur. Ideoque ut in his et ceteris ante omnia consuetudo sequenda est.

Puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς, ut in Odyssia[29] vetere, quod est antiquissimum carmen:

Mea puer[30], *quid verbi ex tuo ore audio?*

Et in Nelei carmine[31]:

Ea que priscu saucia puer filia sumam;

sum lectionem P. quae vera est. 1) *Quod* male om. P. 2) *Dicimus* Ed. pr. Fabr. P. 3) Horat. Carmm. I, 4. 4) Virg. Aen. III, 14. 5) *Discendit* Cod. 6) Vv. *utimur cum* desunt in P. 7) *Virgilius Aeneid. V.* P. Est Aen. VI, 685. 8) *Acer equis* Virg. Georg. III, 8. *acer equo* Aen. V, 668. *bellis acer* Aen. X, 411. 9) *Dixit* Cod. Edd. pr. Fabr. *Dixerit* P. 10) *Nec* P. 11) *Itener* Cod. Sic supra *iteneris* et infra *iteneris* et *itenera* item Cod. De genitivis *iteris*, *itineris*, de nom. *itiner* cf. Prisc. VI, 7, 38. tom. I, p. 245. Kr. Cf. etiam Nonius pag. 482. 485. 490. ed. Merc. 12) *Dicimus* Edd. O. 13) *Dicere potuit* P. 14) *Aprugna* Edd. pr. Fabr. P. Sed Ed. pr. in lemmate *apruna caro.* 15) *Dirivetur* Cod. 16) *In alio usu* P. 17) *Viscus aprinum non aprugnum d.* P. 18) *Heber et Heberaeus ne d.* Cod. *Heber et Hebria cur ne d.* Ed. pr. *Heber et hebra tu ne d.* Fabr. *Eber et Ebriaeus ne d.* P. 19) *Ebrius et ebria* P. 20) *Dicitur ebriosusque et ebriosa* P. *dicitur hebriosusque et hebriosa* Fabr. Repetitum *hebrius* in Cod. et Ed. pr. quid velit, nescio. 21) *Subrius* Cod. atque ita in proximis. 22) *Sobriissimus* Fabr. P. *Subrissimus* Cod. *sobrissimus* Ed. pr. 23) *Equitatus ut celerissimus*: ita Cod. *equitum celerissimus* Edd. O. Cf. Ennii Fragmm. pag. 120. et 145. ed. Hessel. 24) *Quasi tu ubiicias* Edd. — Plauti Codd. Pal. quidam exhibent *Quasi si* et *obicias.* Locus est Trin. II, 4, 8. Cf. Non. pag. 220. Merc. 25) Cf. Corte Fragmm. Hist. pag. 10. 26) Cf. Varronis Fragmm. p. 253. ubi probabiliter corrigitur: *Infria seni papaverem.* Nonius enim p. 220. M. exhibet: *Infrias senc p.* 27) *Exeuntia* Cod. Atque ita Ed. pr. Fabr. quae superius pron. *quae* omittunt. 28) *Quod* additum e Cod. nisi fortasse ex comp. *qui* legendum. 29) *Odyssea* Edd. O. Cf. Herm. Elem. doctr. metr. pag. 618. 30) Bis *mea puer* exh. Fabr. P. semel tantum Cod. Ed. pr. Cf. Priscian. VI, 8, 41. tom. I. pag. 247. Kr. ubi pariter semel tantum legitur; ibi tamen non *puer*, sed *puera.* Herm. emendavit: *Mea puera, Mea puera, quid verbi ex tuo ore subterfugit?* 31) *In Neluci carm.* Cod. Vide Herm. Elem. doctr. metr. pag. 639. ubi relatum legitur, Merulam ad Enn. p. 53. citare: *Menelai carmine.* Verba, quae sequuntur *ea que prisco*, apud P. sic scripta sunt: *coque prisco*, tamquam essent elogium carminis. In Cod. Ed. pr. Fabr. legitur, quod scripsimus, quae vv. sine dubio referuntur ad fragmentum ipsum, sed mendosa sunt. Fortasse legendum: *Ea, quaé petissu saúcia, púera filia, súmam.*

ubi tamen Varro cum *a* puera[1], putat dictum, sed Aelius Stilo[2], magister eius, et Asinius contra.

59. Quare ager, agri, agger autem aggeris? Quod omnia nomina, quae *er* nominativo proferuntur, siquidem feminina aut neutralia sunt, genitivum faciunt per *is*, veluti haec mulier, ris, et hoc papaver, ris. Sin autem masculina, dupliciter declinantur: faciunt enim genitivum modo per *i*, ut niger, gri, modo per *is*, ut pauper, ris, et tunc per *i*, cum ex Graecis deducuntur. Omnia enim, quae apud Graecos aut per *γρος*[3], aut per *τρος*, aut per *δρος*, aut per *κρος* efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate, et per *er* elata, ut secundi ordinis declinantur, ut *ἄγρος*, ager, agri, *Ἀντίπατρος*, Antipater, tri, *Μένανδρος*, Menander, dri, *Τεῦκρος*, Teucer, cri. Inveniuntur autem duo nomina quae cum habeant duas consonantes ante *us*[4], tamen eundem nominativum Graecum
[65] servant. Sunt autem haec *Κόδρος* et *γόγγρος*, || Latine Codrus[5], Gongrus dicuntur, non Coder et Gonger. Virgilius tamen promiscue extulit in tertio; dixit enim:

Teucrus Rhoeteas primum est advectus in oras[6].

Item et illa genitivum faciunt per *i*, quae ex compositione veniunt, ut lucifer, signifer, armiger. Item illa, quae feminina per *a* faciunt, veluti niger, nigra, alter, altera, adulter, adultera. Quae vero neque a Graecis[7] trahuntur, ut Menander, neque ex compositione veniunt, ut lucifer, neque femininum in *a* faciunt, ut prospera, haec omnia erunt tertii ordinis, veluti agger, aggeris, sequester, stris; sic ergo et ager, agri, quoniam a Graecis venit. Item agger, aggeris, quoniam Latinum est, nec femininum patitur. Excipiuntur autem haec, quae cum femininum non faciunt per *a*, nihilominus genitivo exeunt per *i*, ut culter, cultri, oleaster, stri, liber, bri, puer, eri, catlaster, catlastri, socer, soceri, gener, ri, laber[8], beri, cancer, cri, auster, stri, aper, pri, caper, pri; gibber, ut Verrius[9] ait, ipsum vitium dicitur, ut tuber: gibberosus habens gibberem, ut tuberosus; et sane Lucilius ita loquitur:

Gibbere magno.

Sed Plinius gibbus vitium ipsum, ut ulcus, maluisse consuetudinem tradit; quod mihi displicet.

60. Aer et aether, hunc aera et aethera masculino genere dicimus; Graeca enim sunt[10]. Sed et hunc aerum veteres Latina declinatione dixerunt.

Quoties sane ex nominibus *er* terminatis masculinis neutrum in *e* nominativo terminatur, tunc genitivus tam masculini quam feminini per *is* terminatur; ut hic silvester, silvestris, huius silvestris, haec silvestris, hic campester, campestris, hoc campestre[11].

61. *Ar.* Nomina in *ar* terminata[12] masculina tantum et neutralia inveniuntur, de quibus plenissime definitum est sub titulo tertii ordinis. Quare ergo lucar, lucaris, torcular, torculāris[13]? Quia omnia *ar* elata genitivo corripiunt *a* literam, veluti Caesar, Caesaris, par, paris, sic et lucar, lucaris. Ergo qui putaverunt dici oportere hoc torculare et hoc pulvinare, recte putaverunt, idcirco quod genitivo[14] producunt *a* literam.

|| 62. *Or.* Omnia[15] nomina, quae *or* syllaba terminan- [66]
tur, genitivum faciunt per *is*[16]; et siquidem masculina seu feminina Latina fuerint[17], genitivo circumducuntur, et per *o* literam productam proferuntur, ut praetor, praetoris[18], honor, oris, splendor, doris, et cetera, exceptis, quae non producuntur, sed corripiuntur, ut memor, memoris, arbor, arboris, indecor, indecoris. Sed si natura Graeca fuerint, utique corripiuntur, ut Hector, Hectoris, Nestor, ris, Theomnestor, ris, Polymestor[19], ris, et si qua sunt similia, quae etiam apud Graecos corripiuntur, *Ἕκτορος καὶ Νέστορος*[20]. Praeterea et neutralia, si qua sunt, et haec corripiuntur, veluti aequor, aequoris, marmor, marmoris, robor, roboris, ador, adoris.

61. Successor, cum masculino genere proferatur, Cornelius Severus etiam feminine dixit:

1) *Varro puera* Fabr. P. *cum a*, quae addit Cod. et Ed. pr., necessaria sunt. 2) *Aedilius Silo* male Cod. 3) *Aut per γρος* Fabr. P. recte; *aut per ρος* Cod. Ed. pr. 4) *Ante us* sic recte Edd. O.; praepos. deest in Cod. 5) *Et Gongrus* P. Fabr. 6) *Teucrus roetheas primum adv. in oras* Cod. *Teucrus Rhaetheas primum est advectus ad oras.* Ed. pr. In Fabr. et P. editur, quemadmodum est apud Virgilium Aen. III, 106. 7) *Quae vero neque a Graecis* Cod. *neque* desideratur in Edd. 8) *Laber, laberi* Cod. Quod etsi vix verum, tamen retinendum indicavi, propterea quod fortasse latet aliud, aut etymon quoddam vetus, aut vitium scripturae. Edd. *liber liberi* et *Liber beri.* 9) *Verg.* Cod. *Virgilius* Edd. pr. Fabr. *Verrius* recte videtur emendasse P. quod servavi. Cf. Lucilii Rel. pag. 236. Haverc. ubi Douza iam scripsit *Verrius*, non monito lectore. At in Festi reliquiis nihil legitur, quod huc spectet. 10) His addunt Graeca: *ἀὴρ, αἰθὴρ* Fabr., P. 11) *Hic sylvester sylvestris, hic sylvestris huius stris, hoc sylvestre sylvestris, hic campester, campestris, campestre* Fabr. P. nisi quod Fabr. ultima sic reddit: *hic campester et campestris, hoc campestre.* Putschio consentit Ed. pr. nisi quod *hoc campestre.* 12) *In ar nomina terminata* Edd. O. 13) Signa prosodiaca in *lucāris* et *torculāris* e Cod. sunt. 14) *Genitivum* Cod. 15) Syllaba *Or* om. in Ed. pr. P. 16) *Per ris* P. 17) *Et siquidem Latina fuerint* Fabr. omissis ceteris: *Et siquidem* (sequitur hiatus) *genitivo.* Ed. pr. *et siquidem Latina masculina seu feminina fuerint* P. 18) Addit P. *venator venatoris, sudor sudoris, color ris, tutor tutoris, gladiator gladiatoris*, quae omnia absont a Cod. Ed. pr. Fabr. 19) *Polymnestor* Fabr. P. Lacuna est post hoc exemplum in Ed. pr. post quam oratio pergit: *si qua.* 20) *Ut ἕκτορος καὶ νέστορος* P. *ut ἕκτορος καὶ πολυμνήστορος* Fabr. *ut ἕκτορος*, omisso altero exemplo, Ed. pr.

Ignea nam coelo ducebat sidera Phoebe,
Fraternis successor equis[1].

Torpor et animi et corporis dicitur debilitatio, scilicet a torpedine, cuius . . ris contactu hebetatur[2]; unde Salustius Histor. idem vitium *torpedinem* dixit[3] Fautor antiqui dixerunt; at fauitor nec auctoritate nec ratione dicitur[4].

63. *Ur*[5] masculinum invenies et neutrum, hic turtur[6], ris, ri, hic fur, furis, et hoc femur et iecur. Dicitur autem fur et commune esse, et quidam ferunt in quaestionem[7], quare fur, furis, et iecur, iecinoris? Non cum ratione. Et qui servare rationem volunt, iecoris declinaverunt, ut Persius Flaccus Sat. I.[8]:

Rupto iecore exierit caprificus.

Hoc femur, huius femoris, sed frequenter huius feminis, huic femini dictum est, et pluraliter[9] femina quam femora. Ideoque et Tibullus hoc ipsum erudite custodit, cum dicit:

Implicuitque femur femini;

et Virgilius:

Eripit a femine[10].

64. *Ux* masculina et feminina invenies, hic Pollux[11], haec nux, et cetera. Quaeritur, quare nux, nucis facit, et coniunx[12], coniugis, cum omnia nomina[13] in *ux* termi-
[67] nata || genitivum per *cis* faciunt, ut hic Pollux, cis, crux, cis. Excipitur hoc solum, quod genitivum per *gis* facit. Coniunx[14], coniugis et idcirco facit, quia[15] ex verbo deducitur, id est, a iungendo.

65. *En* terminata nomina non[16] masculina tantum invenies, sed et neutralia, et omnia tertii ordinis, sicut[17] in eodem tertio ordine definitum est. Ut[18] masculina hic rien, rienis, lien, lienis, flamen, flaminis, pecten, pectinis, fidicen, fidicinis, tibicen, tibicinis[19]; liticen, liticinis, ex lituo, genere tubae m . . . r[20]: quorum accusativus singularis facit hunc pectinem, lienem, rienem, et nominativus pluralis hi pectines, lienes, rienes. Faciunt quaedam et communia, ut cornicen, liticen; nam tibicen masculinum est, facit enim feminino genere tibicinam. Cetera neutralia sunt, ut hoc certamen. Gluten Virgilius[21] dixit:

Collectumque haec ipsa ad munera gluten,

qua declinatione usus est et Varro de bibliothecis[22] dicens: *Glutine et citro reficit.* Est enim gluten ut stamen, subtemen, et facit ab hoc glutine, stamine, subtemine. Sed et glutinum in Scauro[23]: *Glutinum Daedalum invenisse.* Quam declinationem Salustius sequitur, cum dicit: *Quasi glutino adolescebant*[24].

66. *Ex* nomina terminata masculina et feminina inveniuntur, sed diversos genitivos habent. Quaedam enim per *cis* efferuntur, ut vertex, verticis, simplex, cis,

1) Mira Cod. exhibet lectionem: *Phoebe pater paternis succ. eq.*, quae inde mihi orta videtur, quod librario ad v. *Phoebe* in mentem venerat formula usitata illa *Phoebe pater.* Edd. O. exhibent, quae dedimus. Cf. Poetar. Lat. Fragm. ed. Steph. p. 422. 2) *Cuius contactu corpus hebetatur* Edd. O. Sed Cod. *cuius . . ris contactu hebetatur*, tribus literis residuis ex amisso vocabulo, quod *piscis* restituit *Bondam.*, sic: *cuius piscis contactu corpus hebetatur.* Sed v. *corpus* abest a Cod. 3) *Salustius Histor. idem vitium torp. d.* Cod. Ed. pr. At Fabr. infersit *lib. I.*, quem secutus P. insuper addit *etiam* ante *torp.* 4) *At fautor nec auctoritate nec ratione - -.* Cod. ultima v. obliterata. Legendum sine dubio: *at fauitor nec auctoritate nec ratione caret.* Edd. exhibent, quae edidimus. 5) *In ur masc.* P. 6) *Ut hic turtur* P. 7) *Et quidam* (hiatus) *in quaestionem* Ed. pr. *et quidam qui vocant in quaestionem* Fabr. Verbum *ferunt*, quod a P. servavi, in Cod. obliteratum. In seqq. sic pergunt Edd. pr. Fabr. *iecinoris. non cum ratione e proportionem servare volunt.* At in P. sic legitur: *iecinoris? haec non cum ratione. at qui servare rationem volunt.* Meliora praestat Cod. sed in supp. pro *ferunt* legendum esse videtur *vocant.* Ceterum Cod. praestat *iecineris* pro *iecinoris.* 8) *Ut Persius Flaccus in Sat. I.* P. Sed vv. *in Sat. I.* om. Edd. pr. Fabr. Nieb. *in* deesse et *Sat. I.* obliteratum esse significavit. Locus est Sat. I, 25. 9) *Hoc femur huius femoris, sed frequenter huius feminis huic femini dictum quam femora. Ideo Tibullus* Ed. pr. *Hoc femur huius femoris, sed frequentius huius feminis huic femini dictum quam femoris et femori. Ideo Tibull.* Fabr. Codicis scriptura cum P. consentit, nisi quod vv. *est et pluraliter* non satis liquide apparent. Locus Tibulli fragmentum est nondum enotatum. Similis est Tib. I, 8, 26. *Sed femori conseruisse femur.* Cf. Charis. infra pag. 105. P. ubi recurrit locus. 10) Virg. Aen. X, 788. 11) *Ut hic Pollux* P. 12) *Coniunx* Cod. Ed. pr. *coniux* Fabr. P. 13) *Siquidem nomina* Fabr. In Ed. pr. hiatus est: *coniugis - - - ux terminata.* Praepos. *cum* et *in* in Cod. non satis manifeste legi possunt. 14) *Veluti coniux* P. *coniunx* e Cod. 15) *Et idcirco facit quia* Cod. *idcirco quia* Fabr. P. *idcirco facit quia* Ed. pr. 16) *Nomina masculina tantum invenies et neutralia* Ed. pr. Fabr. *nomina masc. tantum inv. sed et neutr.* Cod. Recte *non* addit P. 17) *Veluti* P. *licet* Ed. pr. 18) *Ut* om. P. 19) His adiuncta leguntur in P.: *ex tuba longa tubicen tubicinis, cornicen cornicinis*, quae absunt a Cod. Ed. pr. Fabr. quae interpolata esse indicat Nieb. 20) *tubae m . . . r.* Ita Cod. *Ex lituo* (sequitur hiatus) *quorum* Ed. pr. *ex lituo: quorum*, sine nota lacunae, Fabr. *ex lituo genere tubae: quorum.* P. Legendum videtur: *genere tubae minoris*, vel *minori.* 21) Virg. Georg. IV, 40. 22) Cf. Varron. Fragmm. pag. 260. ed. Bip. *Glutine et cinere. Est enim* Edd. pr. Fabr. P. *Glutine et citro reficit* Cod. In Fragmm. Varronis refertur: *glutine et cinere refecit:* cf. Charis. infra p. 106. P. *Citro* legendum esse, ex intricatissima scriptura feliciter perspexit Nieb. 23) *In Scauro.* In fragmento de verbis dubiis, quod Capro tribuitur, p. 2248. ed. P. leguntur haec: *Glutinum, non Glus; Virgilius gluten dixit.* Infra p. 106. P. citat eundem locum Charis. sic: *Varro in Scauro.* Cf. Fragmm. Varr. p. 325. ed. Bip. 24) Salust. Fragmm. lib. IV. Hist. 29. cf. Gerlach. p. 242. Citant eundem locum varie Serv. ad Georg. Virg. III, 155. idem ad Aen. VII, 632. Philargyr. ad Virg. Georg. IV, 40.

supplex[1], cis, silex, cis, pellex[2], licis; alia per *is*, ut senex, senis, suppellex, tilis[3]; alia per *gis*, ut grex, gregis[4], rex, gis, remex, remigis; quamquam quibusdam visum est, recto efferri regis, ideirco quia ex verbo deducatur, hoc est a regendo, et remex similiter a remo agendo. Supellex magis auctoritate dicitur quam ratione. Nam non debet duabus syllabis plus crescere a nominativo genitivus. Quam rationem ut custodirent veteres, multa dure protulerunt, ut ancipes pro anceps, et praecipes pro praeceps[5]. Nec tamen quis haec suppellectilis dicere ausus est[6], et ideo rectius est cum pluribus stare,
[68] et quod speciosius est in loquendo proferre. || Vertex a vertendo dicitur, vortex a vorando, et vult Plinius verticem immanem vim impetus habere, ut:

Ingens a vertice pontus[7];

vorticem vero circumactionem undae esse, ut:

Et rapidus vorat aequore vortex[8].

Neutrum nullum invenies, nisi ex communione, hic et haec et hoc simplex. Horum nominum ablativus diversus; namque et per *e* effertur, ut a vertice, et per *i*, ut a simplici; praecipue autem communium per *e*. Excipiuntur senex, supellex, quod crescit duabus syllabis, facit supellectilis, senex autem senis. Item excipiuntur haec, quae genitivum per *gis* non per *cis* faciunt, ut remex, remigis, grex, gregis, rex, regis.

67. [*Is* t]erminata[9] nomina masculina et feminina inveniuntur, quae omnia nominativo genitivum similem habent, ut hic suavis, huius suavis, facilis, lis, agilis, lis, et cetera similia. Excipiuntur autem quaedam, quae in genitivo crescunt, licet per *is* efferantur, ut cuspis, pidis, cinis, neris, lapis, dis, pulvis, veris, et cetera similia, de quibus plenius dictum est in superioribus, sub titulo: De nominativis[10]. Et quidem masculina, hic funis, huius funis; feminina haec puppis, huius puppis; communia utriusque generis hic et haec suavis. Horum ablativus dupliciter effertur et per *e* et per *i*, ut ab hac puppe et puppi; sed communium tantum per *i*, ut ab hoc et ab hac suavi. Item accusativus duplex, ut hanc puppem et puppim, turrem et turrim. Utique eiusmodi nominum etiam pluralis genitivus ante *um* syllabam *i* habebit, harum turrium, puppium. Excipiuntur haec tria, quae omnino *i* literam neque in accusativo plurali admittunt[11], neque ablativo nec[12] genitivo; sunt autem haec: panis, canis, iuvenis. Excipiuntur et haec, quae genitivo crescunt, cinis, lapis, pulvis, semis, sanguis, vomis, cuspis, cucumis, pollis, lis, faciunt enim genitivo singulari cineris[13], lapidis, pulveris, semissis, sanguinis, vomeris, cuspidis, cucumeris, pollinis, litis. Graeca vero dupliciter declinantur; aut enim crescunt genitivo, ut Thetis[14], Thetidis, Paris, Paridis, aut eundem servant genitivum, quem et[15] nominativum, Zeuxis[16], huius Zeuxis, Alexis, huius Ale- [69]
xis. Vis vero tantum singulariter declinatur, veluti haec vis, huius vis, huic vi[17], hanc vim, o vis, ab hac vi. Item pluraliter tantum hae vires, virium, viribus, vires, o vires, a viribus.

68 Quaecumque nomina *is* literis terminata communia masculini et feminini generis sunt, faciuntque ex se neutra in *e* terminata, ut hic et haec nobilis[18] et hoc nobile, ablativum in *i* habebunt[19], genitivo plurali *i* ante *um*, accusativo *i* ante *s*, ut ab hoc et ab hac nobili, simili, horum et harum nobilium, similium[20], hos et has nobilis, similis.

Pulvis masculini generis est, quamvis Propertius dixerit:

Qui nunc iacet horrida pulvis[21].

et Charis. infra pag. 106. P. 1) *Suplex* Cod. 2) *Pelex* Cod. 3) Pro *suppellex*, *tilis* in Cod. est *supellectilis.* 4) *Ut lex legis*, *grex gregis* P. 5) His subiuncta leguntur in P.: *et supellectilis pro supellex.* 6) *Nec tamen quisquam haec ausus est dicere* P. 7) Virg. Aen. I, 114. 8) Virg. I, 117. 9) Literae uncis inclusae in Cod. evanuerunt. 10) Cf. supra lib. I, 15. pag. huius ed. 20. pag. 24. P. 11) *Ammittunt* Cod. 12) *Neque* P. 13) Haec quae v. *cineris* excipiunt, sic exhibet Ed. pr. *dis*, *ueris*, *semissis*, *guinis*, *meris*, *pidis*, *meris*, *linis*, *litis. Graeca vero.* Emendavit Fabr. Locus in Cod. sic exhibetur: *faciunt enim genitivo S.* (lege *singulari*) *cineris*, *pidis*, *ueris*, *semitis*, *guinis*, *meris*. *pidis*, *nis*, *litis. Graeca vero.* In Edd. v. *singulari* deest et apud P. pro *sanguinis* legitur *sanguis.* 14) *Ut Thetis* Cod. Edd. pr. Fabr. *veluti Thetis* P. 15) *Et* om. P. 16) *Ut Zeuxis* P. 17) *Huic vi* om. P. Paullo ante *vis vero tantum declinatur*, om. v. *singulariter*, Ed. pr. Fabr. Quomodo vero illud *tantum singulariter*, *tantum pluraliter* intelligendum sit, ambigi potest. Sed cf. Probus Instt. Gramm. II, 1, 40. (pag. 1461. P.) *Excepto uno, quod facit res nominativo plurali haec vis, huius vis, hac vires. Lucretius tamen numero plurali hac vis et has vis, ut sit plurali et hac vis, has vis, o vis, casus habens in numero plurali tres.* Idem ibid. II, 1, 54. (p. 1476. P.) *Vis, et ipsa tertiae sunt Declinationis et similem nominativo faciunt genitivum civis, huius civis; haec vis, huius vis, et plurali hae vis, sicut Terentius Varro;* ***nam hae vires numero semper plurali declinantur.*** 18) *Nubilis* P. atque ita semper in proximis; *nobilis* Ed. O. 19) *Ablativum in i habebunt, genitivo plurali i ante um accusativo i ante s, at ab hoc et hac nubili, simili, horum et harum* cet. P. *Ablativo in i habebunt, genitivo i ante s ut ab hoc et ab hac nobili, simili, horum et harum* cet. Cod. *Ablativo in i, genitivo i ante s ut ab hoc et ab hac nobili habebunt. Similiter horum et harum* cet. Ed. pr. cui consentit Fabr. nisi quod hic vv. *ante um, accusativo i ante* interposuit, quod verum esse videtur. 20) *Nubilium et similium* P. Paullo post *nubilis et similis* P. 21) *Cui nuncia et horrida pulvis.* Cod. — *Cui nunciet horrida pulvis* Ed. pr. Fabr. — *Qui nunc iacet arida pulvis* P. Locus est Prop. II, 10, 35. ubi vulgo editur: *Qui nunc iacet horrida pulvis.* Atque ita etiam Gramm. scribere voluisse videtur. Iacobus (III, 5, 19.) edidit, ut alii prius: *Qui nunc iacet arida pulvis.* Optimus Groning. Cod. *horrida.*

Sarapis, Sarapidis[1] volunt Grammatici genitivo casu dici, non Sarapis, quod omnia nomina Graecae[2] figurae *is* terminata in genitivo syllaba crescere[3] debent, ut Iris, Iridis, Isis, Isidis, Hymnis, Hymnidis, Paris, Paridis. Sed et cum Latine declinari possint, non est necesse consuetudinem ratione deformare[4], praesertim cum adsit auctoritas. Nam et Varro de vita sua non tantum huius *Sarapidis*[5] declinavit, sed et *Isis*, quod paullo est durius; et Virgilius *Irin* dicit, et *Parin*, et *Tigrin*[6].

69. Brevis dies dicitur, non pusillus. Brevis enim in natura, pusillus in corpore[7].

Gliris nomen est, hic glis, non glir, ut quidam volunt. Nam Varro in Admirandis ait: *In silva mea glis nullus*[8]; et Cato in Originibus.

Panis masculino genere dicitur. Nam etsi neutro genere Plautus[9] dixit:

Pane et assa bubula;

tamen vitiose. Panis autem[10] genitivo plurali *um*[11]. Caesar de Analogia secundo *panium* dixit[12], sed Verrius *panum* sine *i*. Ego autem neutrum probo, nec puto panem plurali numero dici posse, quoniam unica[13] res est, et ad pondus redigitur, nec quisquam veterum nisi singulariter dixit. Deminutione[14] autem panis pastillus dici-
[70] || tur, et hodieque in Italia rusticos dicere animadvertimus.

70. Anguis cum sit masculini generis, dixerunt tamen et[15] feminini, ut Tibullus:

Iratae detinet anguis[16];

et Ovidius:

Mediae Marsis finduntur cantibus angues[17];

et Varro Atacinus:

Cuius ut aspexit torta caput angue revinctum[18].

Sanguis masculino genere[19], et facit hunc sanguinem. Sed Cato de habitu ait: *Sanguen demittatur.* Et[20] Lucretius[21]:

Visceribus viscus gigni sanguenque creari.

Ubi etiam nominativus[22] singularis viscerum adnotandus est hoc viscus.

Neptis Grammatici nolunt dici, quod nomina in *os* exeuntia genitivo singulari *is* finiantur, et non possint transire in feminina, ut custos, dis, sacerdos, tis, nepos, nepotis, et advocant Ennium, qui dixerit ita:

Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti[23]*?*

Sed consuetudo nepotem masculino, et neptem feminino genere usurpavit.

71. *Quis* cum *s* litera dici volunt Grammatici, cum in quaerendo[24], ut:

Quis te, nate dea, per tanta pericula casus
Insequitur?

Et:

Quis procul ille autem ramis insignis olivae?

In inferendo[25] autem *qui* sine *s*, ut:

Ille, vides, pura iuvenem qui nititur hasta.

Et:

Troiae qui primus ab oris.

Etenim praepositivum *quis*, subiunctivum *qui;* quod tamen auctores non observaverunt, ut Accius[26], dicens:

Qui nam Tantalidarum internecioni modus sit?

Et Virgilius:

1) *Serapis Serapidis* Edd. O. Atque ita paullo post; Cod. semper *Sar.* 2) *Graecanicae figurae.* P. *graece fig.* Ed. pr. 3) *Crescere syllaba* P. *syllaba in gen. crescere debent* Ed. pr. Fabr. 4) *Reformare* P. 5) *Huius Serapis* P. *huius Serapidis* Ed. pr. *Serapidis*, sine pronomine, Fabr. Cf. Varr. Fragmm. p. 260. ed Bip. 6) *Irim — Parim — Tygrim* Edd. O. Atque ita editur apud Virg. 7) His subiungit P. *rerum animalium, ut ramus in sylva, alvus in corpore*, quae a Cod. et reliquis edd. ignorantur. Interpolata esse, adnotavit Nieb. 8) *In sylva mea est gl. n.* Fabr. P. Cf. Varr. Fragmm. pag. 253. ed. Bip. Ex loco Catonis praeter hoc unum nomen *glis* nihil superest. Cf. Corte Fragmm. Hist. p. 14. 9) Plaut. Curcul. II, 3, 88. Codd. apud Plautum exhibent *panem*, sed Nonius quoque pag. 218. Merc. neutrum attestatur. Locus est: *Atque aliquid prius obtendamus, pernam, sumen, glandium., Haec sunt ventri stabilimenta, pane et assa bubula, Poculum grande, aula magna; ut satis consilia suppetant:* ubi si legas *panem*, ut Codd. habent, legendum quoque est *assam bubulam — aulam magnam*, quae Codd. non ita exhibent. 10) *Enim* P. 11) *Plurali ium* Edd. O. Sed Cod. praestat: *plum* h. e. *plurali um.* 12) Cf. Charis. infra p. 114. 13) *Unita res* P. Recte fortasse. Cf. infra p. 83. P. *nec enim necesse est rei unitae pluralem numerum adhibere.* 14) *Diminutione* Edd. O. 15) *Et fem.* Cod. At hunc locum Bondamus conferri iussit Gramm. Vet. apud Barthium Adv. p. 1693. 16) *Rate detinet anguis* Cod. *iratae detinet anguis* Ed. pr. Fabr. *iratae detinet anguis iter* P. ex Tibullo El. I, 8, 20. 17) Cf. Ovid. Med. fac. v. 39. ubi *finduntur.* 18) Cf. Fragmm. Poetar. apud Stephanum pag. 366. Cf. etiam Nonius pag. 191. Merc. ubi male editur *Varro Acinnius.* 19) *Dicitur* interp. P. Fabr. 20) *Sed Cato de habitu, ut declinaretur ait, Sanguen, sanguinis, sanguis, sanguis, sangui. id imitatur Lucretius,* P. pessima interpolatione. Cf. Fragmm. Histor. pag. 29. ed. Corte. Adde Nonium p. 224. Merc. ubi tamen Catonis locus non citatur. 21) Lucret. I, 837. Cf. quae ibi notavit Forbiger, in adnott. ad Lucret. pag. 211. 22) *Ubi etiam nominis singularis viscerum* Ed. pr. Fabr. *ubi etiam genitivus singularis visceris* P. Tum *adnotandum est* Edd. O. 23) *Erumnas* Cod. Cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. pag. 13. 24) *Cum inquirendo* P. Fabr. *cum in quaerendo* Cod. Ed. pr. nisi quod in Ed. pr. scriptum *inquaerendo* una voce. Qui proxime seqq. duo versus ex Virg. petiti sunt Aen. I, 616. et VI, 809. 25) *In referendo* P. Ed. pr. Fabr. Qui proxime seqq. duo versiculi pariter ex Virgilio sunt deprompti Aen. VI, 760. et Aen. I, 1. Ceterum *iuvenem qui* Cod. Ed. pr. Fabr. *iuvenis qui* P. *Iuvenis qui* editur apud Virg. 26) *Actias* Edd. pr. Fabr. P. Cf. Attii Fragmm. ed. Both. in Poet. Scen. Lat. V, pag. 229.

Qui casus agat res[1].

Sed et plurali[2] nominativo variaverunt, *qui* proferentes vel *ques*. Unde et dativus duplex in usu nobis est[3]; quis enim et quibus dicimus, in alio qui, in alio ques[4] declinantes. Nam nominativus pluralis *i* litera terminatus accipit semper *s*, et facit dativum, ut Di, Dis[5], coloni, colonis; ita et qui, quis. Si vero *es*[6] terminetur nominativus, *bus* syllaba terminari debet dativus, ut duces, ducibus, mores, moribus, et ques, quibus. *Ques* autem dixisse veteres testimonio est Cato, qui ait Originum secundo: *Quescunque Romae regnavissent*[7]; et Pacuvius:

[71] *Ques sunt ignoti*[8], *nescio ques* || *ignobiles.*

Quam vocem tametsi novitas abdicavit, declinatio eiusdem tamen manet; quibus[9] crebro dicimus.

72. *Ix* terminata masculina et feminina et communia invenies, quorum genitivus *cis* exit, veluti hic calix, calicis, haec pix, picis, hic et haec et hoc felix, felicis. Excipitur autem hoc solum, nix, quod contra rationem nivis facit, licet[10] veteres ninguis declinaverunt, e quibus est Lucilius[11]. Pix singulariter dicitur, ut ait Varro de similitudine verborum secundo, quamvis Virgilius dixerit:

Idaeasque pices, et pingues unguine ceras[12].

Huiusmodi nominum genitivus singularis *i* literam et corripit[13] et producit, id est, in communibus producit, in ceteris fere[14] corripit.

73. *Os* terminata masculina et feminina et communia invenies, veluti hic flos, haec arbos, hic et haec et hoc custos, et cetera similia, quorum genitivi diverse efferuntur. Unde quaeri solet, quare nepos, nepotis, sacerdos, sacerdotis, custos autem custodis faciat[15]. Omnia *os* syllaba terminata genitivum faciunt per *tis*, ut nepos, nepotis, sacerdos, sacerdotis, dos, dotis, cos, cotis, et cetera similia. Excipiuntur autem haec, quae genitivum faciunt per *ris*, ut ros, roris, os, oris, lepos, leporis, flos, floris, arbos, arboris. Item per *sis*, os[16], quod ossis facit. Item per *dis*, ut custos, dis, quod cum ratione profertur, quoniam ex verbo deducitur, quod est custodio[17], et ideo custodis facit. Quaeritur et de Graecis, quorum genitivi diversi sunt. Itaque si fuerit nominativus Androgeos, genitivus erit Androgeo, ut apud Virgilium[18]:

In foribus letum Androgeo.

Sed apud eundem invenimus.

Androgei galeam[19],

sed non ex eodem nominativo. Nam si fuerit hic Androgeus, Androgei facit genitivo, ut idem Virgilius in II:

Peneleï dextra divae armipotentis ad aram
Procubuit[20].

Est et neutrum in *os*, hoc os, haec ora.

74. *Ox* terminata masculina et feminina et communia invenies, ut hic ferox, cis, haec vox, cis, hic et haec et hoc velox, cis. Quorum genitivus, ut praedictum est, per *cis* effertur, ablativus per *i*. In communibus seu neutralibus excipitur hoc solum, nox, quod genitivum per *ctis*[21] facit, noctis, || idcirco quia Graece νύξ, νυκτός de- [72] clinatur.

75. *Ax* terminata nomina invenies. Fornax feminino genere dici debet, quod per deminutione[22] fornacula non fornaculus facit, et quia omnia nomina inanimalia *x* litera terminata genitivum si productum habeant generis sunt feminini, ut lodix, lodicis, radix, cis. Virgilius quoque consentit cum ait[23]:

Vulnificusque chalyps vasta fornace liquescit.

Thorax autem cum sit Graecum, his admisceri non debet. Ceterum feminina omnia monosyllaba sunt, excepto grege et rege, quorum alterum ex diverso genere constat; nam[24] Lucilius in II:

Duceret has greges[25],

feminino genere dixit.

Calx igitur sive qua calcamus, sive qua aedificamus, feminini generis est, ut et Virgilius[26] ait:

Ferrata calce fatigat.

Sed et Lucilius XIIII.[27] masculino genere dixit.

1) Virg. Aen. IX, 723. 2) *Plurali numero* P. 3) *In usu novi sermonis est.* P. 4) *Inalioqui*, *inalioques* sic cohaerenter scripta in Ed. pr. 5) *Di, Dis* om. P. 6) *Si vero s* Edd. O. 7) Cf. Fragmm. Histor. ed. Corte pag. 10. Ceterum cf. Festus p. 221. ed. meae, et Charisius infra pag. 107. P. Praeterea vide, quae notavi ad Pompeii Comm. artis Don. p. 254. 8) *Ques sunt ii ignoti* Fabr. P. Ceterum in Ed. pr. citatur hic versus ex Plauto, male. Cod. locum ita exhibet: *Et Patulus q̄ st̄* (quae sunt) *ignoti* cett. 9) *Nam, quibus* P. 10) *Linquet* pro *licet* Cod. 11) Cf. Douza ad Lucilii Reliquias pag. 243. ed. Haverc. Adde Priscian. VI, 18, 94. tom. I. pag. 285. Kr. ubi tamen locus ex Apuleii Hermagora citatur: *Aspera hiems erat, omnia ningue canebant.* 12) Virg. Georg. III, 450. 13) *Et corripit* Cod. et om. Edd. O. 14) *In caeteris fere* Cod. *In caet. vero* Edd. O. 15) *Custos, dis facit* Edd. O. *custos autem custodis faciat* Cod. 16) *Per sis ut os* P. Fabr. *per is os* Cod. Ed. pr. 17) *Custodior* Ed. pr. 18) Virg. Aen. VI, 20. ubi editur *Androgei*, atque ita citatur Virgilii locus apud Probum Institt. Gramm. II, 1. 39. p. 119. ed. meae. 19) Virg. Aen. II, 392. 20) Virg. Aen. II, 425. ubi editur *Procumbit.* 21) *Per tis* Ed. pr. Fabr. P. 22) *Diminutionem* Edd. O. 23) *Quum dicit* P. Fabr. Ed. pr. Locus est Virg. Aen. VIII, 446. 24) *Quanquam* P. 25) Cf. Lucilii Rell. ed. Douza p. 272. Haverc. Cod. exhibet: *Ducere has g.* 26) Virg. Aen. XI, 714. 27) In Cod. et Ed. pr. hic numerus sic scriptus est: **XlIII.** hoc est *quarto decimo*. Lineolam longius productam pro litera **L** habuerunt Fabr. P. unde numerum fecerunt 43. sic siglis arabicis scriptum, de quo recte dubitat Douza ad Lucilii Rell. pag. 186. et p. 375. falsus tamen eo, quod librum XXIII. indicari dicit.

XVIII. Deficientia[1].

1. Multa sane inveniuntur, quae varia ratione deficiant[2], quae suo quoque titulo praedicta sunt. Alia enim singularitate carent, ut exta, arma, castra, moenia, ilia, scalae, scopae, cancelli, furfures, nuptiae, freni, quamvis Virgilius dixerit:

Ni frenum accipere[3].

Alia pluralitate, ut garum, oleum, vinum, ferrum, panis, frumentum, et cetera, quae ad pondus, numerum, mensuramque rediguntur. Nam quod auctores dixerint frumenta, hordea[4], mella, non nos moveat. Abusi enim sunt licentia vetustatis, et tamen alios casus eorum non protulerunt. Sane Virgilius dicit:

Vere fabis satio[5].

Sed nec ipsum admittitur, quia nec ferrum, nec aurum, nec oleum, quamvis diversi generis, pluraliter quisquam ausus est pronunciare. Alia sunt, quae quamvis plurali numero per omnes casus declinentur, nominativum tamen singularem vocativumque non habeant[6], ut dapes, preces, proceres, pecudes, fruges, fauces; vices, ceteri, plerique, verbera. Alia autem singulariter quidem per omnes casus declinantur, sed pluraliter nominativo tantum, et accusativo, et vocativo, ut maria, rura, aera, iura, quamvis Cato Originum septimo[7] genitivo casu dixerit: *Iurum legumque cultores*; et Lucretius secundo:

Pulsabant aeribus aera[8].

[73] || Alia nominativum et ablativum habent, ut tabes, pluris, sireps[9], facit ab hac tabe, plure, sirempse[10]. Cinna autem in Zmyrna[11] *huius tabis* dixit nullo auctore[12]. Alia unius tantum casus sunt, ut haut secus, adfatim[13], adincitas, inficias[14], suppetias, pedum, sponte, dicis ergo nequam[15], nihili, frugi.

2. Derivationis vero tanta est inaequalitas, ut comprehendi non possit. Nam cum sit Agrippa[16], mulierem Agrippinam dicimus, thermas vero Agrippinianas. Item cum sit Nero ut leo, pelles leoninas, thermas Neronianas; Titinas[17] ut pelles lupinas non dicimus, sed Titianas, de qua quaestione a Velio Longo libellus scriptus est[18].

Item deminutionis[19] inaequalitas dura est; ut iuvenis, iuvenculus, canis, catulus, pulvis, pulvisculus, vinum, vinulum, talus, taxillus, panis, pastillus, homo, homunculus[20], homuncio, piscis, pisciculus et pisculus.

Item in coniungendo propria[21] quibusdam potestas, quae ratione excluditur, ut cum dicimus quinquaginta milia nummum, nec statim centiens[22] nummum dicere possumus, et centiens[23] sestertium, nec tamen quinquaginta sestertium, sed quinquaginta sestertia dicimus[24].

3. Praetextum quidam dici volunt, quia intelligitur vestimentum, sed consuetudo vicit, quae praetextam dicit, referens scilicet ad togam. Nam quaecunque derivantur, vel[25] mediae sunt potestatis, quovis genere dici possunt; sumunt enim genus ab his, quibus coniuncta sunt, utputa Lucanicum intelligitur pulmentum vel[26] intestinum. Et hic Lucanicus subauditur botulus, vel apparatus: et haec Lucanica feminino genere intelligitur hira, hoc est intestinum, aut aliud quod unusquisque intelligere voluerit. Sumptum est enim nomen ab inventoribus Lucanis[27]. Similiter et opus pistorium, quod adipe conficitur, omni

1) Titulus hic in Cod. Ed. pr. Fabr. abest. 2) *Deficiunt* Cod. 3) Virg. Aen. XII, 568. *Fraenum*, ut supra *fraeni* Edd. O. Quam dedimus scripturam, codex praestat, qui bis *frenum* in loco Virg. exhibet. 4) *Ordea* Edd. O. Verior scriptura e Cod. est. 5) Virg. Georg. I, 215. *Fauis* Cod. 6) *Habeunt* Cod. *habent* Edd. O. Paullo post pro *preces* Ed. pr. *preles.* 7) Cf. Fragmm. Histor. ed. Corte p. 13. 8) Lucret. II, 637. ubi *pulsarent* legitur. 9) *Siremps* Fabr. P. 10) *Siremse* Cod. Ed. pr. 11) *In Smyrna* Edd. pr. Fabr. P. De orthographia huius nominis vide quae disputavit Weichertus, vir clarissimus, in Poetar. Latinor. Vitt. et Rell. pag. 169. seqq. Eius sententiam confirmat Cod. qui *Zmyrna* h. l. exhibet. De genitivo *tabis* cf. idem ibid. pag. 190. qui citat Celsum III, 22. *Cum haec genera tabis sint.* 12) His subiungunt Fabr. et P. *Sirempse legitur in libris Catonis*, ex interpolatione Fabr. 13) *Alia unius casus tantum sunt, ut Secus, Haud secus ac iussi faciunt, adfatim* P. *Alia u. t. c. s. ut haud secus ac iussi faciunt, adfatim* Ed. pr. Fabr. 14) *Institias* Cod. 15) *Dicis causa, nequam* P. *dicis ergo n.* Cod. quae in Ed. pr. et Fabr. sic scribuntur: *dicis*, *ergò*, *nequam*, ut tres formulae diversae indicentur. Sed rectius *dicis ergo*, ut supra *haut secus*, una formula scribitur, ut *ergo* sit praepositio. 16) *Nam ab Agrippa* P. 17) Haec Cod. ita exhibet: *thermas Neronianas Titianus* (sed hoc v. expunctum) *ut pelles lupinas* cett. *Thermas Neronianas Titinas ut pelles lupinas* Ed. pr. *Thermas Neronianas*, *Titinus thermas ut pelles lupinos* Fabr. *Therm. Neron. appellamus. Titus ut lupus, Thermas Titinas ut pelles lupinas* cet. P. Scripsi *Titinas*, cetera ut Cod., sed locus nondum sanus. Fortasse locus sic scribendus: *Item cum sit Nero, ut leo, pelles leoninas, thermas Neronianas; sic Titinas, ut pelles lupinas, non dicimus, sed Titianas*: ut nihil nisi voc. *sic* in Cod. excidisse videatur. 18) In his, quae hodie Velii Longi exstant, nihil simile legitur. Ergo sine dubio fuit libellus singularis *de derivatione nominum adiectivorum*, quem scripserat Velius Longus. Quae apud alios Velii Longi verba referuntur, plerumque sunt orthographica. Cf. Cassiodor. 2292. P. Olim infra apud Charisium pag. 187. P. Velii Longi commentarius ad Lucretium citabatur, qui tamen locus interpolatus est. Apud eundem Charis. pag. 153. P. citatur Velii Longi commentarius in secundum Aeneidos librum. 19) *Diminutionis* Fabr. P. *Item dicimus deminutionis* Ed. pr. 20) *Homo* [neu] *homullus* (sic) Cod. Tum *homuntio* Ed. pr. Fabr. 21) *Propria est* P. 22) *Centiens* Cod. *centies* Edd. O. 23) *Sed centies* Fabr. P. *Et centies* Ed. pr. 24) *Nec tamen l sestertium sed l sestertia d.* Ed. pr. 25) *Et* Edd. O. $\overline{u}$ Cod., hoc est, *vel*, quod dedimus. 26) *Et* Edd. O. Similiter et h. l. compendium in Cod. quod *vel* significat. 27) Cod. *Lucanicis.* Notavit ad hunc locum Fabr. in mar-

genere dici potest, et hic adipatus, quo intelligitur panis aut aliud aliquid, et haec adipata, hoc est pars, et hoc
[74] adipatum, opus scilicet. Nam et | Lucilius quinto *adipatam* dicit feminino genere, sed ubi iungit pultem [1].

4. Forfices et forcipes quidam distinguunt [2], ut forfices sint sarcinatorum a faciendo, quod [3] ferrum calidum capiant forcipes, tonsorum quae pilum secent; sed inepta haec esse Lucilius docet, qui etiam medicorum forcipes dicit libro XIX [4]:

Scalprorum forcipiumque
Milia viginti.

Item paulo post:

Et uncis forcipibus dentes evelleret [5].

Sed et Virgilius [6] in VIII:

Versatque tenaci forcipe ferrum.

Ad equas an ad aquas vocare [7], dici debeat, quaesitum est. Qui aquas [8] dicunt, enarrant quod ex luco Camenarum [9] aqua religiosa adferri soleret [10], purificandi causa. Sed melius ad equas, quod olim greges equorum in circum inducebantur, ibique [11] per populum cursu aequabantur.

5. Vineas [12] uvarum, et machinarum distinguendas quidam existimant [13], ut aliud per ĕ, aliud per ē [14] proferatur. Sed cum auctores id non observaverint, supervacaneum est nos observare, praesertim cum in aliis non distinguamus [15]. Nam tam scorpium animal appellamus, quam militare tormentum. Item musclum [16] et arietem.

6. Barbam singulariter in uno homine recte, pluraliter in pluribus dicas. Nam et Virgilius [17] de pluribus ait:

Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

Errant [18] enim, qui in hominibus barbam, in hircis barbas dici putaverunt. Nam hic de hominibus Virgilius loquitur, quamvis et hircorum dixerit barbas, sed, ut dixi, multorum.

Imberbi autem dicuntur non imberbes; sic enim et Varro de actionibus scenicis V: *Imberbi iuvenes.* Sed et Cicero *imberbum* produxit [19], non imberbem. Et Kalendis Ianuariis in lege agraria [20] *inberba iuventute.* Titus Livius autem XVIII [21]: *Inberbes* vulgariter.

7. Haec ficus [22], et hae fici, et has ficos facit. Genitivus enim singularis huius fici, non huius ficus est, et Lucilius:

Fici, inquit, *comeduntur et uvae.*

Et:

Adsiduas ficos [23].

gine Ed. pr.: *Sic hodie Picentes et Umbri optimos botulos Lucanicas vocant*, quae adnotatio etiam in editionem transiit Fabr. 1) *Sed illi subiungit pultem* P. *Sed ubi iungit pultem* Ed. pr. *Sed illi iungit pultem* Fabr. *sed ubi iungit pluten* Cod. Cf. Lucilii Reliquias pag. 305. ed. Hav. et quae ibi notavit Douza. 2) *Distinguunt* dedi cum P. *discindunt* Ed. pr. Fabr. *discidunt* Cod. 3) *Ut forfices sint sarcinatorum a sarciendo et forcipes fabrorum a ferendo, quod* P. *Ut forfices sint sarcinatorum a sarciendo. quae* Ed. pr. Fabr. Reliqua in Ed. pr. et Fabr. sic: *quae ferrum calidum capiant forcipes; tonsorum quae pilum secent, forpices.* Fortasse sic voluit Gramm.: *ut forfices sint sarcinatorum a faciendo; forcipes, quod ferrum calidum capiant; forpices tonsorum, quae pilum secent; sed* cett. Quae si vera sunt, paullo ante legendum erit: *Forfices et forcipes et forpices* cet. Ceterum cf. quae de eadem re docuit Cassiodor. p. 2292: *Forfices* secundum etymologiam debemus dicere et scribere, ut si a filo dicamus, *f* debeamus ponere, ut *forfices*, quae sunt sartorum: et si a pilo per *p*, ut *forpices*, quae sunt tonsorum: si a capiendo, per *c* ut *forcipes*, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum. 4) *Dixit libro* 19. P. *dicit libro* 19. Fabr. In seqq. Codex exhibet *salptorum forcipiumque.* Sed Ed. pr. Fabr. P. *salprorum forcipumque.* E Cod. servavi *forcipiumque.* Tum *milia* pariter est e Cod. Cf. Lucilii Rell. pag. 368. Haverc. 5) *Euntis forc. dentes uelleret* Cod. *Quiuis forcipibus dentes uellere* Ed. pr. Fabr. Pro his Douza ad Lucil. Rell. p. 369. Haverc. fide vetusti codicis correxisse se ait: *Et uncis forcipibus dentes evelleret*, quod dedit P. nos servavimus. 6) *Sed Virg. in* 8. P. Fabr. *Sed Virg. in VIII.* Ed. pr. Cf. Virg. Aen. VIII, 453. *versantque tenaci forcipe massam* et Georg. IV, 175. ubi *ferrum* legitur. Ceterum Cod. *Versatque*, Edd. O. *versantque* quod est apud Virg. 7) *Vocari* Edd. O. Paullo ante *Ad aequas* pro *ad equas* Ed. pr. Fabr. 8) *Qui ad aquas* P. 9) *Camoenarum* Edd. O. 10) *Afferri soleat* P. *afferri solebat* Ed. pr. Fabr. 11) *Ibique* Cod. Fabr. *ubique* Ed. pr. P. Paullo ante *ad aequas* pro *ad equas* Ed. pr. Fabr. 12) *Vinea* Cod. Ed. pr. Fabr. Tum *distinguenda* Ed. pr. Fabr. 13) *Existimabant* P. 14) *Aliud per e breve aliud per e longum* Edd. O. 15) *Non ambiguamus* Ed. pr. *ambigamus* Fabr. P. 16) *Musclum* Cod. Ed. pr. *musculum* Fabr. P. 17) Virg. Georg. III, 366. 18) *Errant.* Ut Servius ad II. Aen. (277.) **Fabr.** in not. MSS. Locus Servii est: *Singulari numero hominum, plurali vero quadrupedum dicimus. Unde dubitatur, de quibus dixerit: Stiriaque impexis induruit horrida barbis.* 19) *Protulit* Edd. O. De Varronis loco cf. Varron. Fragmm. p. 251. ed. Bip. De Ciceronis loco cf. Orell. ad Cic. pro Dom. 14. Ad omnem hunc locum conferri iussit Bondamus Gramm. Vet. apud Barth. Adv. p. 1693. 20) *Ex Kalendis Ianuariis de lege agraria* Edd. O. Citatur haec oratio Ciceronis a Gellio N. A. XIII, 24. his verbis: *Sed quaero an M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in oratione, quam dixit de lege agraria kalendis Ianuariis contra Rullum* cett. Non igitur dubium videri potest, quin recte legatur in Cod. Charisii *Et kalendis Ian.* Idem Cod. *Ianuaris.* Tum fortasse recte Edd. *de lege agraria*, nisi forte legendum: *in oratione de lege agraria.* 21) *Titus historiarum* 18. Fabr. P. *Titus historiarum XVIII.* Ed. pr. *Titus Livius autem XVIII.* Cod. — Tum *imberbi* P. apud quem etiam v. *vulgariter* cursivis formis expressum, tamquam Livii esset. 22) *Haec ficus* Cod. Ed. pr. *hac f.* Edd. Fabr. P. 23) *Comeduntur et quae et assiduas ficas. Sed Varro* Ed. pr. *Comeduntur et uvae et assiduas ficos. Sed Cicero* Fabr. *Comeduntur et uvae et assiduas ficos. Sed Varro* P. Cf. Douza ad Lucil. Rell. pag. 236. seqq. ubi legendum suadet: *Asse duas ficos*, haec notans: *Videtur Lucilius caritatem ficuum voluisse innuere; atque eodem pertinuisse credo fragmentum aliud* (apud Douzam proxime

[75] Sed Varro *de ficu se suspendit*[1] dicendo, dedit mul[ti]is licentiam, ut haec et has ficus[2] dicerent, quod usurpare malumus propter cacemphaton[3], de qua re Martialis[4] elegantissime loquitur. Ait enim:

Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici ficos Laetiliane putas[5]:
Dicemus[6] *ficus, quas scimus in arbore nasci;*
Dicamus[7] *ficos Laetiliane tuos.*

Quae[8] ante maturitatem hi grossi[9] dicuntur. Feminino genere et Horatius:

Verbem et ficos laudabat.

Et:

cum duplice ficu[10].

Inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent, sed Salustius *de insidia prima*[11] inquit, et Accius *inimicitiam* dicit.

Alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit, et sic multi dixerunt; nisi quod Lucilius decimoquinto[12]:

Nemo est halicarius posterior te,

cum adspiratione dixit.

Polenta dici debet per *o*, cuius rei Verrius Flaccus rationem hanc reddit, quod[13] usui omnium poliatur.

9. Nemo in homine proprium est, quia significat ne homo. Antiqui et pro nullo posuerunt[14], ideoque nemo dicentes, quasi minus significarent[15], et homo addebant, ut Terentius[16]:

Num quis hic me sequitur? nemo homo est.

Et Lucilius XXIX. *nemo est.* Ideo dixit:

Quis tu homo es? nemo sum homo[17].

Aro . . tem deis[18], ut Virgilius VIII[19]:

Turne quod optanti Divom promittere nemo
Auderet.

10. Hos pugillares et masculino genere, et semper pluraliter dicas, sicut Asinius in Valerium[20] lib. I.; quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas[21]. Attamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem

praecedens): *Plure foras vendunt.* Non addicit Cod. qui *adsiduas* exhibet, quod recepimus. 1) *De ficub. suspendit* P. Infra p. 103. P. exemplum hoc ex Ciceronis lib. II. de Oratore citatur, ubi nulla est lectionis varietas. Apud Cic. de Or. II, c. 69. legitur: *uxorem suam suspendisse se de ficu.* 2) *Ut hos et has ficus* Ed. pr. Fabr. *ut et has ficus* P. 3) *Cacephaton* Edd. O. *cacenfaton* Cod. 4) Martial. I, 66, 1. *Laetiliane* bis e Cod. et Ed. pr. dedimus, licet non dubii, veram lectionem exhibere Edd. quae praestant *Caeciliane* ex Martiale. 5) *Iubes* P. *putas* Edd. pr. Fabr. Cod. ut infra pag. 103. P. 6) *Dicimus* Cod. 7) *Dicamus* Cod. Ed. pr. *dicemus* Fabr. P. 8) *Ficus ante* P. *Quae ante* Cod. Ed. pr. Fabr. 9) In Cod. est *h̄* *grossi*, quod Nieb. legit *hae grossi*; recte quidem; sed compendium illud etiam *hi* significare potest. 10) *Foeminina genere et Horatius* (sequitur hiatus) *urbem et ficos laudabat et cum duplice fico.* Ed. pr. *Foeminino genere et Horatius, Dum ficus prima, colorque. Et, Tum nux ornabat mensas cum duplice ficu.* Fabr. *feminino genere et Horatius, Veruecem et ficos laudabat. Dum ficus prima, calorque. Et, Tum nux ornabat mensas cum duplice ficu.* P. Dedimus Cod. lectionem sine dubio corruptam. Fortasse intellexit Gramm. haec duo loca Horatii: Epod. XVI, 46. *Suamque pulla ficus ornat arborem*, et Satir. II, 2, 122. *Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.* 11) *De insidiis prima* Cod. Ed. pr. In Codice ultima vox *prima* sic scripta est, ut dubitaret Nieb. *de insidia prima* Fabr. P. Fragmentum Sal. apud huius fragmm. collectores non invenio. De Attii fragm. cf. Bothe Poet. Scen. Lat. V, 252. De re citavit Fabr. A. Gellium XIX, cap. 8. 12) Cf. Douza ad Lucil. Rell. pag. 359. ed. Hav. *halicaribus* Cod. Vv. *nisi quod* in Cod. non satis legi possunt. 13) *Rationem usus omnium poliatur* Ed. pr. sine nota lacunae. *Rationem reddit quod usu omnium p.* Fabr. *hanc* in Cod. manifeste scriptum; at vv. *rationem reddit* in loco sunt evanido, ut quid ibi fuerit, legi non possit. 14) *Antiqui et prorunt et homo ideaque* Ed. pr. *Antiqui apponunt et homo ideaque* Fabr. In iis, quae dedimus, consentiunt Cod. et P. 15) *Quasi minus* (sequitur hiatus) *addebant* Ed. pr. *quasi minus dicerent, homo addebant* Fabr. Verbi *significarent* ultima syllaba in Cod. non recte legi potest. 16) Terentii locum non reperi. *Nemo hominum* Ed. pr. 17) Lucilii locum ceteris adiunxit Douza in Lucil. Rell. pag. 421. Ceterum in his quaedam disturbata esse indico; etiam Niebuhrius ad marg. signum dubitationis posuit, nihil tamen e Cod. varietatis enotavit. Primum Terentii nomen mihi suspectum est. Reliqua hoc ordine legenda videntur: *Num quis hic me sequitur? Nemo homo est; i. e. nemo est. Ideo dixit Lucilius XIX: Quis tu homo es? Nemo sum homo.* 18) *Aro . . tem deis* Sic corruptus locus in Cod. Lacunam, quae est in Ed. pr. inter vv. *nemo sum homo* et *ut Virg.* Fabricius sic explevit: *Ac non solum de homine dicitur, sed de diis*, quae recepit P. Citat Fabr. in margine Ed. pr. Priscianum in VI, (3, 16. p. 228. tom. I. Kr.) ubi haec: *Nec solum de hominibus dicitur. Virgilius in nono: Turne quod optanti* cett. et Servium ad IX. Aeneid. initio (ad IX, 6.), ubi sic: *Nemo pro nullus posuit et est ἀκυρολογία: nam divum nemo non possumus dicere, cum proprie **nemo** sit nec **homo**.* 19) *Virg. octava* Ed. pr. Fabr. *Virgilius* 9. P. Est Aen. IX, 6. Post v. *auderet* in Ed. pr. sequitur: *pro* (hiatus) *duimus*, quorum nihil comparet in Cod. et Edd. cet. *Divom* Cod. *divum* Edd. 20) *Sicut Asinius inuc* (hiatus) *quia* Ed. pr. Fabr. *Sicut Asinius in Valerium lib. I. Quia* P. Dubitationis signum margini adiecit Nieb. *Sicut Asinius in Labienum lib. I.* legendum censet vir doctus apud Bondam. in Varr. lectt. p. 273. Cf. quae supra adnotavimus ad p. 61. P. Vv. quae sequuntur: *Quia pugillus est* cett. in P. sic scripta sunt, tamquam Asinii verba editor existimasset. Male; sunt verba Grammatici, de plurali numero rationem reddentis. 21) *Sitas* Edd. O. *satas* Cod. coniecit Nieb. *sutas*, quod recepi.

Catullus in Hendecasyllabis [1]. Item Laberius [2] singulariter *hoc pugillar* dicit.

Manibias per duo *i* dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius [3], dictae. Sed et manubiae per *u* dici possunt, a manus virtute contractae.

11. Vultur dixit Virgilius in VI; sed et *Vulturius* Lucilius in I [4], ut pavos [5] et pavo. Ennius:

Memini [6] *me fieri pavum*;

ut Persius ait:

Me postquam destertuit esse [7],
Maeonides quinto [8] *pavone ex Pythagoreo.*

76] Acceptor || quoque et accipiter. Virgilius [9] enim accipiter dicit. Lucilius autem:

Exta acceptoris et unguis [10].

Erumnam Ennius ait per e solum scribi posse, quod mentem eruat, et per *ae* quod merorem nutriat [11].

Ostia exitus fluminum in mare, neutro genere semper pluraliter dicuntur. Sed si urbem significare velis [12], singularem potius numerum observabis, quamvis Salustius frequenter etiam plurali numero urbem significet [13].

12. Frena neutraliter [14] frequenter, Virgilius frenos quoque [15], ut in Georg. III:

In stabulo frenos audire sonantis [16].

Sed et singulariter dixit in XII [17]:

Ni frenum accipere et dicto parere fatentur;

quod tamen consuetudo repudiavit.

Balneum veteres dixerunt sive balineum, nihil enim differt publicum a privatis [18]; in publicis autem feminini generis, et quidem numero semper plurali frequenter balneas et balineas, nec immerito. Nam parsimoniae causa uno igni duplex balineum calfaciebant [19], pariete interiecto, ut pudor viris mulieribusque constaret.

13. Olivam grammatici arborem significare volunt [20], oleam fructum, sed veteres hoc non observaverunt [21]. E contrario [22] enim Virgilius fructum olivam:

Nec pingues unam in faciem nascuntur olivae [23].

Idem:

Sed truncis oleae melius propagine vites
Respondent.

Et iterum:

Prolem tarde crescentis olivae.

Olympia feminino genere locus ipse dicitur, certamina

1) *Attamen haec pugillaria saepius neutraliter idem Catullus in hendecasyllabis dicit, Et negat mihi nostra redditurum Pugillaria si pati potestis* P. *At Catullus pugillaria saepius neutrum dicit: Et negat mihi nostra redditurum Pugillaria si pati potestis* Fabr. ... *ac* ... *pugillaria saepius neutrum dicit idem Catullus in Hendecasyllabis* (abest exemplum sine nota hiatus) Ed. pr. *Attamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catulus in indecasyllabis* Cod. nesciens exemplum, quod a Fabricio ex Catullo (43, 5.) intrusum est. Bondamus legendum pro *idem Catullus* suadet *ut etiam Catullus.* Idem Bondamus citat Gramm. vet. apud Barth. Adv. p. 1694. 2) *Item Laberius in Piscatore singulariter* P. ad quae notavit Nieb. nomen *Laberii* evanidum esse in Cod. et titulum scriptum non fuisse, deficiente spacio. Post vv. *pati potestis* sic pergit Fabr.: *Idem Catull. in Hendecasyllabis item singulariter hoc pugillar dixit.* Sed Ed. pr. *item* (sequitur hiatus) *singulariter hoc pugillar dicit.* Unde P. sumserit hunc titulum *in Piscatore*, equidem ignoro. 3) Cf. Fragmm. Verrii in ed. Festi pag. 298. V. *dictae*, quod proxime legitur, in Cod. evanuit, in Ed. pr. abest sine hiatus significatione. Tum *dici possunt* (sequitur hiatus) *a virtute contractae* Ed. pr. *dici possunt quia a virtute contr.* Fabr. 4) Virg. Aen. VI, 597. *rostroque immanis voltur obunco.* Lucilii Rell. p. 267. ed. Haverc. Ad Virg. locum Fabr. conferri iubet Servium. 5) *Pauus et pauo* Fabr. P. *pavos et Enn.* Ed. pr. 6) *Meminit* Cod. Ed. pr. 7) *Ut Persius ait. Pavus quum destitit esse* P. *at* (hiatus) *ait, Me postquam destertuit esse* Ed. pr. *at Persius ait, Postquam destertuit esse* Fabr. Nos dedimus Cod. lectionem: *Ut Persius* (duae ult. syllabae in Cod. evanuerunt) *ait: me postquam destertuit esse.* Ceterum locus Persii est VI. 10. *Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.* 8) *Quinto* Cod. Ed. pr. *quintus* Fabr. P. *pavone exul Pyth.* Ed. pr. 9) Virg. Aen. XI. 721. 10) Cf. Douza ad Lucil. Reil. pag. 236. ed. Haverc. *Lucius autem exta* Cod. De reliquis Lucilii verbis notat Nieb.: *fuisse puto, sed sunt evanida.* — *Lucius autem exti* Ed. pr. *Lucilius autem acceptor* Fabr. Douza l. c. haec habet: Hoc fragmentum, ut alia multa in hoc auctore (Lucilio), debemus longe optimo veteri libro Charisii: nam in vulgatis (una Fabr. edit.) tantummodo vox *acceptor* legitur, quam etiam agnoscit auctor Glossarii: Acceptor ἱέραξ, δοχεύς. Et glossae Isidori: Pipiunculus, accipiter, acceptor. Bondamus cf. Gramm. vet. apud Barth. Adv. 1693. 11) *Vel per oe, quod moerorem nutriat* Fabr. P. *et per ae quod merorem nutriat* Ed. pr. Cod. De *Ennio* Gramm. cf. Hessel. ad Ennii Fragmm. pag. 13. 12) In vv. *sed si urbem significare velis* syllabae haec: *sed si ur* et *care velis* Cod. evanidum locum habet. — *sed quum urbem significat* (sequitur hiatus) *sing.* Ed. pr. *sed quum urbem significat ad ostium Tyberis, sing.* Fabr. 13) *Observabis, uti Salustius, quamvis etiam frequenter plurali numero urbem sign.* P. *observa, quamvis Salustius frequenter etiam plurali numero urb. sign.* Ed. pr. Fabr. 14) *Fraena dicimus neutraliter* P. 15) *Quanquam* Ed. pr. Fabr. 16) *Georgicorum tertio* (sequitur hiatus) *lossenos audire sonantes* Ed. pr. *Georg.* 3. *stabulo fraenos audire sonantes* Fabr. *Georg* 3. *Et in stabulo fraenos audire sonantes* P. In Cod. *Et* abest; tum syllabae: *in stabulo frae* evanuerunt, ut recte legi non possint, et pro *sonantes* legitur *sonantis.* Cf. Virg. Georg. III, 184. ubi *in* abest. 17) *Sed et in 12. singulariter dixit* P. *sed et* (sequitur hiatus) *XII. in fr.* Ed. pr. *sed et idem in 12. Ni fr.* Fabr. Locus Virg. est Aen. XII. 568. ubi editur: *et victi parere fatentur.* 18) *Differt publicum a privatis* Fabr. P. cum quibus consentit Ed. pr. ubi tamen v. *publicum* deest, pro qua lacuna adest. Nieb. notavit, haec multo plura esse, quam in Cod. fuerint, intelligens haec ipsa vv. *differt publicum a privatis.* 19) *Calefaciebant* Edd. O. 20) *Significare arborem volunt* Edd. O. 21) *Observarunt* Fabr. P. 22) *Contrario*, om. praep., P. 23) Vv. *Idem: Sed truncis oleae* desunt in Cod. et Ed. pr. *Idem, Sed truncis oleae prop.* Fabr. P. in quibus deest v. *melius*, quae est in Cod. et Ed. pr. Cf. Virg. Georg. II, 85. et 63. et 3.

vero neutraliter. Nam Varro[1] ait: *Olympia in ludos in vitam.* Item de poematis:

Olympiam non accessit[2].

Sed idem de gente populi Romani III: *Ludos Olympia fecerat*[3].

14. Rediviva dicimus[4], quae post interitum redeunt, recidiva, quae ex suo usu restituuntur[5], unde Virgilius:

Recidiva manu posuissem Pergama victis[6].

Necessitas imperii est, necessitudo sanguinis coniunctio. Salustius tamen *necessitudinem* saepe pro necessitate ponit. Nec unquam pro necessitudine[7] necessitatem aut ipse, aut quisquam veterum.

[77] || Vici dicuntur humiles domus, nam qua incedimus non vici, sed viae sunt vicorum. Unde vicinia dicitur loci demonstratio, vicinitas vero vicinorum conductio.

15. Observans participium est, cum habet accusativum casum, ut fugitans, observans illum, fugitans illum, nec unquam comparatur. Nam si genitivus sequatur, erit nomen, ut observans magistri, fugitans litium[8], iactans sui, et tunc[9] recipit comparationem, ut:

Iactantior Ancus[10].

Longitudo mensurae est, longinquitas regionis aut temporis.

16. Lora correpta prima syllaba et feminino genere dicenda est, producta autem neutraliter e corio vincula, ut et Lucilius in IX:

Ipsa si se corio omnia lōra[11].

Arabs et Arabus varie dicimus, et varie declinamus. Nam ab eo quod est Araps[12], huius Arabis et huic Arabi facit; pluraliter[13] hi Arabes, Arabum, Arabibus. Arabus vero[14] huius Arabi facit et huic Arabo; pluraliter hi Arabi, Araborum, Arabis. Unde et Virgilius[15]:

Hircanisve Arabisve parant.

17. Amphoram, si declines, amphorarum facit; at ex hoc iunctim X milia[16] amphorum dicimus. Item: modium, sestertium[17] nummum.

Cliens communis est[18]; invenimus tamen et clientam apud Afranium in Pompa:

Interim tua clienta[19].

Et apud Horatium:

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestae purpuras clientae[20].

Similiter et hospes[21] cum sit communis generis, hospita quoque dicitur, ut Virgilius:

Bellum o terra hospita portas[22].

Et antistes habet antistita, ut Varro divinarum quarto, et Cicero in Verrem quarto[23]. Et Pollio: *Veneris antistita cupras*[24]. Et Cornelius Severus:

Stabat apud sacras antistita numinis aras[25].

18. Intiba[26] neutro genere Virgilius dixit:

Et amaris intiba fibris[27],

et sic multi eruditorum; sed et masculino genere frequenter a veteribus dictum est. Nam Lucilius in quinto[28], deridens rusticam cenam enumeratis multis herbis:

Intibus praeterea pedibus || perserpsit equinis. [78]

Et Aemilius Macer[29]:

Quale seges intubus herbas.

Large et largiter, Iulius Modestus utrumque recte dici ait, sed large esse qualitatis, largiter quantitatis. Unde

1) *Olympia in ludos in vitam.* Sic Cod. et Ed. pr. *Ol. in ludos incitem* Fabr. P. cf. Varr. Fragmm. p. 340. ed. Bip. 2) Cf. Varr. Fragmm. p. 192. ed. Bip. 3) Cf. Varr. Fragmm. p. 235. ed. Bip. ubi emendatum legitur: *Ludos Olympiae fecerat.* Sed Cod. habet, quod dedimus; *in ludos Olympia fecerat* Fabr. Ed. pr. 4) *Dicemus* P. 5) *Ex suo casu restituunt* Ed. pr. *ex suo casu restituuntur* Fabr. P. Verum fortasse. *Usu* Cod. Servius ad Virg. locum *recidiva* explicat: *post casum restituta.* 6) Virg. Aen. IV, 344. 7) *Nec unquam necessitudinem aut ipse* Ed. pr. *nec unquam necessitatem aut ipse* Fabr. *nec unquam necessitatem pro necessitudine aut ipse.* P. Ordinem exhibui, qui est in Cod. 8) Dixit hoc Terent. Phorm. IV, 3, 18. *Herus liberalis est et fugitans litium.* 9) *Tunc* Cod. *tum* P. om. Ed. pr. Fabr. 10) Virg. Aen. VI, 816. 11) *Lōra* sic signo pros. adscripto Cod. De Lucilii loco cf. Douza ad Lucil. Rell. p. 336. qui Oedipo coniectore opus esse iudicat. Cf. Non. p. 551. Merc. ubi de *lora* potionis genere, quod nostri vinitores *Lauer* dicunt. In Lucilii fragmento fortasse legendum: *ipsa secet corio omnia lora.* In v. *lora*, potione, male primam produxit Scaliger hoc versu: *Cum mihi Malvaticum posca dat fugere lorum.* 12) *Araps* e Cod. scripsimus. 13) *Et pluraliter* Fabr. P. Ed. pr. 14) *Arabus vero.* Cod. *vero* om. Edd. O. 15) *Unde Virg.*, om. *et*, Edd. O. Locus Virg. est Aen. VII, 605. Post v. *parant* add. Fabr. P. *indicere bellum*, quae in Cod. et Ed. pr. non leguntur, neque sunt apud Virg. *Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum, Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos.* 16) *At ex hoc iunctim X. milia.* Sic Cod. *at ex hac iunctim X. millia* Ed. pr. *at ex hac coniunctim 10. millia* Fabr. P. 17) *Sextertium* Edd. pr. Fabr. P. Recte *sestertium* Cod. 18) *Communis generis est* Fabr. P. 19) Cf. Poet. Scen. Lat. Fragmm. V, 2, pag. 181. ed. Bothe. 20) *Lacunias* Cod. Ed. pr. Horatii locus est Carm. II, 18, 7. Adnotavit ad h. l. Fabr.: In Horatii exemplaribus vulgo clientes non clientae. At iam in Henr. Stephani edit. legitur *clientae.* Ceterum *Laconias* aliquot Codd. apud Horatium. 21) Citat ad hunc locum Fabr. locum Lucani: *Hospes ab extremis audivit Curia tectis;* et Servium ad Virg. XII, 519. qui Lucani versiculum profert. 22) Virg. Aen. III, 539. 23) Cf. Varr. Fragmm. p. 216. ed. Bip. et Cicero in Verr. II, 2, 45. 24) *Polio* Cod. *Cuprus* pro *cupras* Niebuhrio in Cod. scriptum esse visum est. *Venus cupra* est *Dea bona.* De *Iunone Cupra* adeas interpp. ad Festum p. 724. V. *Topper.* 25) Cf. Cornelii Severi Fragmm. apud Stephanum pag. 422. 26) *Intyba* hic et bis paullo post Ed. pr. Fabr. P. *intiba* Cod. 27) Virg. Georg. I, 120. 28) De Lucilii loco cf. Douza ad Lucil. Rell. pag. 302. seqq. Ceterum in Cod. est *derident* et *cenam.* — *Coenam* Edd. O. 29) Cf. Aemilii Macri Fragmm. apud Steph. p. 416. *Quale seges* Cod. Ed. pr. *quales seges* Fabr. P. verum fortasse.

nascitur largitas aut largitio, nam largitudo nusquam invenitur nisi apud Nepotem[1].

19. Clunes feminino genere dixit Melissus, et habet auctorem Laberium, qui in Ariete[2] sic ait.

Vix sustineo clunes, Scaevola.

Et Horatius[3]:

Et lassas clunes.

Sed Verrius Flaccus[4] masculino genere dici probat, quoniam in *is* syllabam[5] terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis, cinis, crinis, et similia. Quid, quod aeque feminino genere dixit cinerem, ut Calvus[6] in carminibus:

Cum iam fulva cinis fuero[7].

Item:

Forsitan[8] *hoc etiam gaudeat ipsa cinis.*

Hinc muliebre ministerium cinerarius[9] dicitur. Nam Cato in Originibus: *Mulieres*, inquit, *nostrae capillum cinere unguitabant, ut rutilus esset crinis*[10].

20. Insomnia plurali numero significari volunt Grammatici somnia, addita scilicet praepositione, ut Graeci dicunt *ἐνύπνια*. Nam et Virgilius:

Sed falsa ad coelum mittunt insomnia manes[11].

Singulari vero numero vigiliam[12] significare, ut Pacuvius in Antiopa[13] dixit:

Perdita inluvie atque insomnia,

id est vigilia. Sed et idem[14] Virgilius insomnia etiam pluraliter pro vigiliis[15] posuit:

Quae me suspensam[16] *insomnia terrent?*

Quamvis et hic somnia intelligi possint, quibus terreri potuerit[17].

21. Cilones dicuntur, quorum capita oblonga et comprehensa[18] sunt; chilones autem cum adspiratione ex Graeco a labris improbioribus, quae illi vocant *χείλη*[19]; unde . . . ces chilones[20] improbius labrati.

Lactis nominativum, alii volunt lac, alii lact[21], alii lacte, *e* postrema. Omnino enim nullum nomen muta litera finitur alia nisi *s*[22]. Itaque eruditiores adiunxerunt *t*; et propter genitivum qualitatis facit[23]. Nam tria praeterea inveniuntur, quae litera eadem finiuntur, caput, git, nepet[24]. Sed his occurrit, quod nullum omnino nomen duabus multis literis finiatur, ergo lacte sine vitio dicimus. [79]
Nam et Cato[25] sic dixit: *Et in Italia atras capras lacte album habere.* Sed et Valgius, et Verrius, et Trogus de animalibus heres[26] lacte dicuntur; at consuetudo tamen aliud sequitur.

Latera laridi[27], vitiose quis dicit. Satis[28] enim laridum[29] dicere. Nihil enim aliud intelligi potest; nam latera nec sunt nisi capita[30] laridi.

22. Nihil si dicas, quantitatem notas; si vero nihili adiuncta *i*, hominis mores; cuius nominis origo haec est. Hilum Varro[31] rerum humanarum intestinum dicit tenuissimum, quod alii hillum appellaverunt, ut intelligeretur intestinum propter similitudinem generis. Unde antiqui creberrime dempta litera hilum quoque dixerunt; unde intelligimus *nihil* sine adspiratione vitiose dici.

23. Heres[32], parens, homo, etsi in[33] communi sexu intelligantur, tamen masculino genere semper dicuntur. Nemo enim aut secundam heredem[34] dicit, aut bonam

1) Cf. Cornelii Nepotis Fragmm. cap. 7. et interpp. ad vitam Attici c. 19, 4. ubi Titzius ex libris antiquis *familiaritudinem* recepit. 2) Fragmentis Laberii addidit iam Stephanus p. 138. *Scevolae* Edd. O. At *Scaevola* Cod., quod verum. 3) *Horatium* Fabr. P. Horatii locus non reperitur, nisi forte poeta intellexit Sat. 1, 2, 89. ubi *pulchrae clunes.* 4) Cf. Paullum Festi epit. p. 47. et interpp. ad Festum pag. 389. Adde incerta Verrii Flacci p. 298. ed. meae. 5) *In is syllaba* Edd. O. 6) *Ut Calvus in carminibus* Cod. Ed. pr. Fabr. *Ut* om. P. — Cf. Weichert., V. Cl., in Poet. Lat. Vit. et Rell. pag. 143. 7) *Fuero* Cod. P. *fuerit* Ed. pr. Fabr. *Fuerit* legitur etiam apud Non. p. 198. Merc. 8) *Forsitam* Cod. — Cf. Weichert. l. c. 9) *Incinarium* P. Cf. Varro De L. L. V, 29. pag. 132. Sp. 10) Hunc Catonis locum sic citat Servius ad Virg. IV, 698. *Flavo cinere unctitabant, ut rutilae essent crines.* Vocabulum *flavo* sine dubio deest apud Charisium, ubi lectio sic variat: *inungitabant* P. *ungitabant* Ed. pr. Fabr. *unguitabant* Cod. *et rutilius esse cinis* Cod. 11) Pro vv. *mittunt insomnia manes* in Cod. nihil exstat nisi sigla haec: m̄s. In Ed. pr. *mittunt insomnia*, om. *manes.* Cf. Virg. Aen. VI, 897. 12) *Vigilia* Cod. 13) Cf. Fragmm. Poet. Scen. Lat. ed. Bothe. V, I. pag. 104. Pro *inluvie* Edd. *illuvie*, sed Cod. praestat: *in illiae* h. e., nisi fallor, *inluvie.* 14) *Et idem* in loco nunc evanido scripta fuere in Cod.; lacunam exhibet Ed. pr. *Sed et contra Virg.* Fabr. Locus est Aen. IV, 9. 15) *Virgiliis* Cod. 16) *Qua me suspensus* Cod. 17) *Quibus terreor* Ed. pr. *in quibus terror* Fabr. 18) *Compressa* Edd. O. De *Cilonibus et Chilonibus* cf. Paullum Festi epit. p. 34. ibique interpp. p. 361. Philoxeni Glossae: *Cillo, προκέφαλος, μακροκέφαλος. Cilones φοξοί.* 19) *Quae illi vocant χείλη*: sic Cod. nisi quod *χίλη*. *Vocant* abest in Edd. O. 20) *Unde . . . ces chilones.* Ita Cod. *unde chilones* Edd. O. 21) *Lahc* pro *lact* Cod. Tum *é postrema* Cod. cum signo pros. 22) *Finitur n. r. s. Itaque* Ed. pr. Fabr. *finitur alia nisi t* P. *finitur alia nisi s* Cod. 23) *Et propterea genitivum lactis facit* P. *et propter genitivum qualitatis facit* Cod. Ed. pr. *et propter genitivum quem in ctis facit.* Fabr. Sine dubio vitiosum est *qualitatis*, quod fortasse legendum: *quem lactis.* 24) *Nept* Cod. 25) Cf. Fragmm. Histor. p. 18. ed. Corte. 26) *Heres* Cod. Ed. pr. *haeres* Fabr. P. *Trogum de animalibus libro decimo* citat infra quoque Charisius p. 110. P. Legendum videtur: *saepe lacte dicunt;* et sunt haec vv. Grammatici, non scriptoris citati. 27) *Latera lardi* Edd. O. 28) *Satis* Cod. Ed. pr. *Satius* Fabr. P. 29) *Lardum* Edd. O. 30) *Nec sunt nec capita* P. 31) *Nilum Varro* Ed. pr. Fabr. Recte Cod. et P. *Hilum Varro*, quod ab aliis iam emendatum. Cf. Varron. Fragmm. p. 212. seq. ed. Bip. 32) *Heres* Cod. *haeres* Edd. O. 33) *Etsi ex* Ed. pr. Fabr. 34) *Heredem* Cod. *haeredem* Edd.

parentem, aut malam hominem, sed masculine, tametsi de femina sermo habeatur. Nam Marcus ait: *heredes ipsus secundus*[1]. Et Pacuvius in Medo, cum ostenderet a Medo matrem quaeri, ait:

Te Sol invoco, ut mihi potestatem duis inquirendi mei parentis[2].

Sed Gracchus[3]: *Suos parentes amat*, cum dicit in significatione matris. Et in alia epistula, *Tuus parens sum*, ait, cum de se loqueretur. Et apud Virgilium sic legimus:

Ecqua tamen puero est amissae cura parentis[4]?

24. Labra et labia indistincte dicuntur, et deminutio labella, non labias[5], ut quidam volunt. Nam Virgilius[6] ait:

Calamo trivisse labellum.

Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia immodica[7], et inde labiones dici. Nam et Terentius.

Labris[8] *demissis, gemens;*

et Plautus:

Labris dum ductant eum.

Capparim feminino genere dixit Varro de forma philosophiae secundo[9]. Erit ergo haec capparis nominativo, nam et Graece feminine dicitur ἡ κάππαρις.

Cassidem dicimus nos ab eo, quod est haec cassis, sed
[80] multi cassidam[10] dicunt, ut || Propertius:

Aurea cui postquam nudavit cassida frontem.

Et Virgilius:

Aurea vati Cassida[11].

25. Harena dicitur quod haereat, et arena quod areat, gratius tamen cum adspiratione[12] sonat, et cum pluralem non habeat. Virgilius autem:

Quam multae Zephyro turbantur harenae[13].

Leaena dicitur, non lea, sed Ovidius[14]:

Nec lea cum catulis lactentibus ubera praebet.

Capo dicitur nunc; sed Varro de sermone Latino, *Iterum*, ait, *ex gallo gallinaceo castrato fit capus*[15].

26. Gulam, ut Iulius Modestus ait, per *u* scribemus, non per *y*, quae Graecis vocabulis[16] necessaria est, et saepe in *u* transit, ut Insuemur ait in naro[17]: *Inter se degularunt omnia*[18].

Leontion et Thyrusion[19] et Faunion ex neutris Graeci[20] feminina neutra fecere, et Plautus, quod dixit haec Phronesium, et Caecilius Leontium[21]. Varroni autem placet, talia nomina dativo tantum casu et ablativo declinari, de ceteris vero sic efferri ut nominativo.

27. Lingula cum non a linguendo dicta est, in argento; in calceis vero ligula[22] a ligando. Sed usus ligulam sine *n* frequentat[23].

Porros masculine dicimus in pluralitate, ceterum singulariter hoc porrum.

Gausapa Ovidius neutraliter dixit:

Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta[24].

Et Cassius Severus ad Maecenatem:

Gausapo purpureo salutatus[25].

Sed Augusta in testamento[26]: *Gausapes lodices purpureas*

1) *Heredes ipsus secundus* Cod. *haeredes ipsius secundus* Ed. pr. *haeres ipsius secundus* Fabr. P. Fortasse legendum: *filiam heredem ipsius secundum.* Locus videtur esse Ciceronis. 2) Vide Fragmm. Pacuvii in Poet. Lat. Scen. V, 2, p. 132. ed. Both. 3) *Graccus* Edd. *Gracchus* Cod. Uterque locus aperte desumtus ex epistolis matris Corneliae. Obiter moneo, in ep. Corneliae fragmento, quod inter Nepotis fragmm. editur, (cap. XII.) pro vv. *et invocabis Deum parentem* legendum esse: *et invocabis tuum parentem.* 4) *Amissi cura par* P. Fabr. *Ecquae tum est puero amissae c. p.* Ed. pr. Quod dedimus, Cod. exhibet. Virg. Aen. III, 341. 5) *Labios* Cod. Edd. pr. Fabr. 6) *Num et Virg.* P. Virg. Ecl. II, 34. 7) *Labia autem immodica* P. Cf. Verrii Flacci incerta p. 298. ed. meae. 8) *Labris* hic et paullo post in Plauti loco Cod. *labiis* utrobique Edd.; tum *ductantem* pro *ductant cum* Cod. Ed. pr. Cf. Terent. Eun. II, 3, 45. Plaut. Mil. II, 1, 15. 9) Cf. Varron. Fragmm. p. 327. ed. Bip. 10) *Cassidam* Cod. Ed. pr. *cassida* male Fabr. P. Propertii locus est III, 9, 15 (IV, 11, 15. Lachm.) *Et Propertius* Ed. pr. Citat ad hunc locum Bondamus Gramm. vet. in Barth. Advers. p. 1693. 11) Virg. Aen. XI, 774. 12) *Adspiratione* scriptura e Cod. 13) Virg. Georg. II, 106. ubi *turbeatur.* 14) *Sed Ovidius ait* P. Ovid. A. A. II, 375. De re ipsa cf. Philargyrium ad Virg. Ecl. II, 63. 15) Varron. Fragmm. p. 191. ed. Bip. Iubet Bondamus conferri Gramm. vet. in Barth. Advers. pag. 1693. 16) *Vocalibus* Cod. *vocibus* Ed. pr. Fabr. 17) *Ut Insuemur ait in naro.* Ita corrupte Cod. et Ed. pr. ex quibus fecit Fabr.: *ut Insuemur ait ignaro.* P. autem: *ut Succius ait in Mido*, unde *Succii* poetae nomen inauditum in Bothii poetas Scenicos Latinos transiit. 18) His subiunxit Fabr.: *Afranius in Brundusinis, Degulasse oportuit*, quae servavit P. At ignorantur a Cod. et Ed. et pr. petita sunt ex Nonio p. 97. ed. Merc. 19) *Leontion et* Cod. abest *et* ab Edd. 20) *Gracci* Cod. Ed. pr. *graecis* Fabr. P. Tum *fecerunt* Edd. 21) *Haec Leontium* Fabr. P. Cf. Priscian. VI, 5, 24. tom. I, pag. 235. Kr. 22) *Ligula* scripsi e Cod. ubi est *lig͏̈la.* — *Lingula* Edd. 23) *Sine n frequentat* Ed. pr. 24) *Sumpta proba* Fabr. P. Ovid. A. A. II, 300. 25) *Cassius Severus* idem est sine dubio, qui in eadem re citatur apud Priscian. VII, 11, 56. tom. I, p. 328. Kr. *Unde Cassius ad Maecenatem Gausapo purpureo salutatus.* Tum *G. Cassius* citatur a Charisio infra p. 99. P. *G. Cassius in epistola quam de Dolabella scripsit: Arabi mirifica animo erga nos fuerunt.* Cassius Severus etiam a Diomede laudatur p. 368., et p. 370. *Actius Cassius ad Tiberium secundo*, qui locus etiam a Prisciano profertur IX, 10, 53. tom. I, p. 468. Kr. 26) *Augustus in testamento* Edd. *Augustu in test.* Cod. Augusti scripta varia citantur a Grammaticis, non item eius testamentum, quod h. tantum loco commemoratur. De scriptis eius cf. Sueton Vit. Aug. c. 85. ibique interpp. De testamento eiusdem cf. idem Sueton. ibid. c. 101.

et colorias meas. Varro autem ait[1], vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in femininum Latine transire, et *a* litera terminari, veluti *κοχλίας*, cochlea[2], herma[3], *χάρτης*, charta[4], ergo *γαυσάπης*, gausapa[5]. Cui generi elegantiores addiderunt necessitatem[6], ut dicerent unicam gausapam[7], quod, quomodo diceretur, merito non constitit, quia usus eius apud veteres non fuit. Et M. Messala de Antonii statuis: *Armenii regis spolia gausapae*[8].

[81] 28. Capillum priores singulariter dicebant, || sicut barbam[9]. Nam M. Varro epistularum tertio[10] negabat, pluraliter dici debere; sed Virgilius ait:

Comptos de more capillos[11];

et Horatius:

Hunc et incomptis Curium capillis.

Item:

Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur unctis[12].

Bovile vetat dici Varro ad Ciceronem octavo[13], et ipse semper bubile[14] dicit; sed Cato[15] de abrogandis legibus *bovile* dixit.

Bonae frugi sine *s*[16] veteres dixerunt. Sed nunc quidam bonae frugis cum *s*[17] pronuntiant, cum antiqui ad frugalitatem, non ad frugem hanc elationem referre sint soliti.

29. Oscinis nominativum Cicero[18] de Auguriis oscen dixit, et ita utitur.

Scriptulum, quod nunc vulgus sine *t*[19], Varro in Plautorino dixit. Idem in Annali[20]: *Nummum argenteum flatum*[21] *primum a Servio Tullio dicunt, is quatuor scripulis*[22] *maior fuit quam nunc est.*

Panniculae *πρωτότυπον* panus est. Lucilius in VIII[23]: *Subleminis panus.*

Φυλακτήριον[24], quod Graeci *ἀποτρόπαιον*, amuletum[25] Latini dicimus. Nam et Varro divinarum XIII ita dixit[26], sive a molliendo[27], id est infringendo vim mali, sive ab aemulatione.

Scida, charta sine adspiratione a scindendo dicta est. Sed alii eam cum adspiratione schidam ex Graeco *ἀπὸ τοῦ σχίζειν* dictam putant.

30. Palpetras per *t*, Varro[28] ad Ciceronem XIII dixit. Sed Fabianus[29] de animalibus primo, *palpebras* per *b*. Alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos.

Saga neutro genere dicitur, sed Afranius in Deditione masculine dixit:

Quod quadrati sunt sagi[30].

Et Ennius:

Sagas cerulas therua pueris gemmavit[31] *pampinus uvis.*

1) *Varro autem de latina lingua ait* Fabr. P. Cf. Varron. Fragmm. apud Speng. p. 597. seqq. Priscian. VII, 11, 56. tom. I, p. 328. Kr. 2) *Ὁ κοχλίας haec cochlea* Fabr. P. 3) *Ὁ ἕρμας haec herma* Fabr. P. *hermus herma* Ed. pr. 4) *Ὁ χάρτης haec charta* Fabr. P. 5) *Ὁ γαυσάπης haec gausapa* Fabr. P. *gausapes gausapa* Cod. Ed. pr. 6) ***Per** necessitatem* P. 7) *Tunicam gausapam* P. 8) *Gausape* Edd. pr. Fabr. P. *M. Messala* bis etiam citatur a Charisio p. 103. et p. 119. P. 9) *Sicut barbam* Cod. Ed. pr. Fabr. *Ut b.* P. 10) *Epistolarum lib. tertio* P. *epistolarum tertio* Ed. pr. Fabr. scriptura *epistularum* e Cod. est. 11) Virg. Aen. X, 832. 12) Horat. Carmm. I, 12, 41. Idem ibid. I, 29, 7. 8. *Ad scathum*, pro *ad cyathum*, Cod. 13) *Libro octavo* Edd. O. Locus est Varro De L. L. VIII, 30. *Primum cum dicatur ut ab ove et a sue ovile et suile, sic a bove non bovile dicitur* cett. 14) *Buuile* Cod. *bovile* Edd. O. *Bubile* legitur recte apud Varr. de R. R. I, 13. init. 15) *Sed et Cato* Fabr. P. *et* abest a Cod. et Ed. pr. Cf. Fragmm. Historicor. p. 29. ed. Corte. Iterum Cod. h. l. *buuile* exhibet, hoc est, *bubile*, sed contra sententiam Grammatici; quare scripsi *bouile*, quod Edd. exhibent. 16) *Bonae fruges in es* Cod. Edd. pr. Fabr. Recte puto emendatum esse in P. *Bonae frugi sine s*, quod recepi. 17) *Bonae frugi cum es* Cod. Ed. pr. *bonae frugi sine s* Fabr. Recte emendatum in P. *bonae frugis cum s*, quod servavi. 18) Post v. *nominativum* Edd. O. plene distinguunt, male. De Ciceronis loco cf. Fragmm. Ciceronis Philos. pag. 473. ed. Orelli. 19) *Quod nunc vulgo sine t dicunt* P. *quod nunc vulgus sine t dicit* Ed. pr. Fabr. Tum *in Plautorino* in Cod. sic ad literam scriptum esse, notavit Nieb. idemque exhib. Edd. O. Cf. Ausonii Popmae notas ad Varr. Fragmm. p. 377. ed. Bip. 20) *Idem 3. Annali* P. *Idem in Annali* Cod. Ed. pr. Fabr. Fortasse legendum: *in Annalibus.* Cf. Varr. Fragmm. p. 252. ed. Bip. 21) *Nummum argentum flatum* Cod. *nummum argenteum conflatum* Edd. *flatum*, quod sine dubio verum, recepi. 22) *Scriptulis maior fuit, quam nunc est* P. *scrupulis maior fuit quam numi* Edd. pr. Fabr. 23) *Lucilius quarto* P. Ed. pr. Fabr. Tum *subtegminis pannus* Fabr. P. *Subtiminis panus* Cod. *subteminis panus* Ed. pr. Cf. Priscian. lib. III, fin. tom. I, p. 138. Kr. Adde Non. p. 149. Merc. et Douza ad Lucil. Rell. p. 321. 24) *Φυλακτήριον.* Ab hac voce novum incipi versum atque novam rem tractari a Grammatico, notavit Nieb. In Edd. O. ne interpunctione quidem haec a superioribus distincta sunt. Ceterum vide Glossas Philoxeni: Amoletum, *φυλακτήριον.* Amolimentum, *φυλακτήριον.* Amuletum, *φυλακτήριον, ἀποτρόπαιον, ἀλεξιφάρμακον.* 25) *Amolitum* Cod. *amuletum* Edd. 26) *Varro rerum divinarum XIII dixit.* Ita Cod. et Ed. pr.; numerum Fabr. 41. P. 14. exhibent. 27) *Ab amoliendo* Edd. *a molliendo* Cod. 28) Cf. Fragmm. Varr. apud Spengel. p. 595. 29) Idem Fabianus citatur pag. seq. in *causarum naturalium secundo*, ubi Cod. *Fauianus* exhibet. Praeterea legitur idem p. 115. P. *de animalibus*, porro pag. 119. *causarum secundo et tertio.* Citat eundem *causarum tertio* Diomedes p. 372. P. 30) Titulus comoediae huius *Deditio* alibi non legitur. Cf. Afranii Fragmm. apud Both. V, 2, p. 164. 31) *Sagas cerulas therua pueris gemmavit pampimus.* Ita corrupte h. l. exh. Cod. *sagas coerulas theruas purpureis gemmavit pampinus* Edd. O. Cf. Incerta Ennii apud Hessel. p. 131. Locum deploratum censet Columna. Notavit Nieb. *therua* ad literam sic legi in Cod. Non dubium est, quin Grammaticus aliud exemplum afferre voluerit, quo masculinum genus v. *Sagus* pro-

Cuius moveremur, inquit Plinius, auctoritate[1], si quicquam eo carmine puerilius dixisset.

31. Albani dicuntur ab Albano, Albenses autem ab Alba Fucente[2], cuius rei causam Varro ait esse, quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero neglegitur. Nam ut a Roma Romanus dicitur, a Nola Nolanus, ab Atellis Atellanus[3], sic Al-
[82] banus || ab Albano dici debet. In illa autem Fucente[4] Alba hoc non conservatur[5], quod alterius nomine cognominetur, quod magis apparet, cum dicimus Hispanos[6] et item Sardos[7], Hispanienses et Sardienses. Nam cum dicimus Hispanos[8], nomen nationis ostendimus, cum autem Hispanienses, cognomen eorum, qui provinciam Hispanam incolunt[9], etsi non Hispani.

Parobsides[10] feminino genere dicuntur a pulmentario, quod Graeci[11] videlicet ὄψον appellant.

32. Sal masculini generis est, nec habet pluralem. Nam et Salustius ita usus est: *Neque salem, neque alia inritamenta*[12] *gulae quaerebant.* Sed Fabianus[13] causarum naturalium secundo neutrum[14] dixit: *Cur sal aliud perlucidum, aliud inquinatum aut nigrum*[15]*? Quia sal ex arido congelatum est.* Idem etiam pluraliter dixit: *Haerescunt infusi sales*[16], cum pluraliter facetias tantum significari Grammatici tradiderunt. Et Varro de poematis II: *Nunc vides in conviviis ita poni sal et mel*[17], quod genus etiam Verrio placuit.

Nomenclator sine *u* dicitur, ut Verrius ait, velut nominis clarator[18].

Saturitas in cibo tantum dicitur, in ceteris vero satietas, sed Virgilius:

Odiis haut exsaturata quievit

dixit[19].

33. Palumbes Virgilius feminino genere dixit:

Aeriae quo congessere palumbes[20].

Item:

Raucae, tua cura, palumbes.

Sed Lucilius XIV[21] masculine:

Macrosque palumbos.

Varro autem in Scauro *palumbi* dicit, quod consuetudo quoque usurpavit.

Alvaria neutro dicuntur[22]. Virgilius:

Seu lento fuerint alvaria vimine texta[23],

quamvis Cicero in Oeconomico singulariter dixerit: *Apes in alvarium*[24] *concesserant.*

Naris singulariter haec naris dicimus, ut Aemilius Macer:

Saucia naris[25].

Mugil nominativo casu dici debet, ut vigil et pugil, et facit mugilum. Si enim esset hic mugilis, etiam mugilium in plurali genitivo faceret, ut sterilis[26] et fertilis faciunt sterilium et fertilium.

34. Paterfamilias et materfamilias antiqui magis usur- [83]
paverunt, propterea quod nominativo singulari *s* literam adiiciebant, ut facerent genitivum, haec familia, huius familias; haec Maia, huius Maias; quam declinationem et Salustius in III[27] secutus ait: *Castella custodias thesaurorum in deditionem acciperentur.* Sed emendatius custodiae, Maiae et familiae dicimus, quod ne celebraretur Sisenna effecit. Ait enim eum, qui diceret paterfamiliae[28], etiam pluraliter dicere debere patresfamiliarum, et matresfamiliarum, quod quoniam erat durum, et longe iucundius patrumfamilias sonabat; etiam paterfamilias[29] ut diceretur, consuetudo comprobavit. Et tamen ratio Sisennae non est valida; nec enim necesse est pluralem numerum rei unitae[30] adhibere. Nam familia est ut plebs[31], et posset pater familiae dici, ut tribunus plebis. Praeterea praefecti alae et alarum dicuntur, urbis et urbium, nec tamen magistri ludorum et praefecti aerariorum, sed tantum-

baret. Tum sine dubio etiam v. *cerulus* mendosum est.
1) *Inquit q eo carmina Plinius auctoritate si q.* cett. Cod. *inquit quod eo carmina Plinius auctoritate si q.* Ed. pr. Emendavit Fabr. 2) *Fucente* P. Fabr. *fugiente* Ed. pr. 3) *Ab Atelia Atelianus* Cod. Sequuntur apud P. *ab Mella Mellanus*, quae ignorantur a Cod. et Edd. pr. Fabr. 4) *Fucente* Fabr. P. *fugiente* Ed. pr. 5) *Non conservatur hoc* Edd. O. 6) *Hispanus* Edd. O. 7) *Sardus* Edd. O. 8) *Hispanus* Edd. O. 9) *Colunt* P. *incolunt* Cod. Ed. pr. Fabr. 10) *Parobsides* Cod. *Paropsides* Edd. O. 11) *Videlicet quod Graeci* P. 12) *Inritamenta;* scriptura e Cod. Salust. Iug. 89. 13) *Fauianus* Cod. vide quae diximus pag. superiore. 14) *Neutro* P. Ed. pr. Fabr. 15) *Perlucidius, — inquinatius — nigrius* P. pessime. 16) *Infusis salis* P. Ed. pr. Fabr. 17) *Et sal et mel* P. Cf. Fragmm. Varr. p. 192. ed. Bip. 18) *Nominis calator* P. *nominis clatutator* Ed. pr. *nom. clatator* Fabr. Cf. Incerta Verrii Flacci p. 298. 19) *Quievit* Cod. Ed. pr. *quievi* Fabr. P. Virg. Aen. VII, 298. *odiis aut exsaturata quievi.* 20) Virg. Ecl. III, 69. et Virg. Ecl. I, 58. Iubet Bondamus conferri Gramm. Vet. apud Barth. in Adv. p. 1694. 21) *Lucilius XV* Ed. pr. *Lucilius* 15 Fabr. P. Cf. Douza ad Lucil. Rell. p. 353. ed. Haverc. Nonius, ut Cod. Charisii, ex libro XIV. citat. Cf. Non. p. 219. Merc. Varronem in Scauro citat Charisius aliquoties supra p. 69. P. et infra p. 106. P. 22) *Alvearia pluraliter dicuntur* Edd. O. *Alvaria neutro dicuntur* Cod. 23) Virg. Georg. IV, 33. 24) *Alvearium* Edd. O. Cf. Orellium ad Cic. Fragmm. Philos. pag. 476. ubi sunt qui *congesserunt* et *congesserunt* legendum suaderent. 25) Non invenitur hoc fragmentum apud Stephanum. 26) *Similis* et paullo post *similium* Edd. O. 27) *Sallustius in* 4. Fabr. P. *Et Sallustius in III.* Cod. *Salustius in IIII.* Ed. pr. De loco Salustii cf. Fragmm. Salust. Hist. IV, no. 10. et no. 41. pag. 238. et p. 243. Gerl. *thensaurorum* Cod. 28) *Patrifamiliae* Edd. O. 29) *Patrisfamilias* P. Fabr. *patrifamilias* Ed. pr. 30) *Rei unitate* Ed. pr. Fabr. *rei adiunctae* P. *rei unitäte* Cod. sic ut intelligatur, literas *ta* expunctas voluisse librarium. Igitur *rei unitae* scripsi. Simili modo supra p. 69. P. legitur: *quoniam unica res est*, ubi fortasse rectius scribatur: quoniam *unita res est*, ut in P. legitur. 31) *Est et plebs* Cod. Ed. pr.

modo singulariter magistri ludi, et praefecti aerari[1]. Et ideo etiam *matresfamiliae* Varro dixit de Scenicis originibus I. et III.[2], et Gracchus *Patresfamiliae*, non familiarum[3].

35. Serta neutro genere dicuntur, ut Virgilius:

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant[4].

Sed Propertius feminine extulit[5]:

Sic tua praependent demissae in pocula sertae.

Et Cornelius Severus:

Huc ades Aonia crinem circumdata serta[6].

Sinapi per omnes casus similiter effertur, genitivo tantum *s* litera adiicitur, huius sinapis.

Pecunia per *c*, non per *q*[7] scribenda est. Et[8] quoniam *q* literam nusquam volunt poni alias, nisi ut duae vocales sequantur, quarum prior sit *u*.

Falanx militum dicitur, falanga fustis, cui quid deligatur[9].

36. Margarita feminini generis est, quia Graeca[10] nomina *ης* terminata in *a* transeunt, et fiunt feminina, ut ὁ *χάρτης*, haec charta, *μαργαρίτης*, margarita, aut com-
[84] munia, ut *ἀθλήτης*[11], athleta. || Ergo neutraliter hoc margaritum dicere vitiosum est, et tamen multi dixerunt, ut Valgius in epigrammate:

Situ rugosa, rotunda margarita[12];

et Varro epistularum[13] VIII: *Margaritum unum, margarita plura.* Sed idem Varro saepe, et alii plures margarita feminine dixerunt; in genitivo tamen plurali non nisi feminino genere margaritarum.

37. Similis sum illius, et similis sum illi, et genitivo et dativo casu auctores dixerunt. Terentius[14]:

Haut similis virgo est virginum nostrarum.

Dativo Virgilius:

Omnia Mercurio similis[15];

sicut Graeci dicunt ὅμοιος ἐκείνῳ. Verisimile tamen et sui simile genitivo casu, nec aliter dicitur. Nam *similat* Latinum non est[16].

Simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius in Temerario:

Quis hic est simia, qui me hodie ludificatus est[17]?

Laberius tamen in Cretensi[18] ait:

Farmacopoles simium te amare coepit[19].

Et Cicero ad Marcellum[20] *simiolum* deminutive dixit.

Suovetaurilia quidam putant dicenda a victimis sue, ove et tauro[21]; sed Valgius de rebus per epistulam quaesitis *solitaurilia* dicta ait esse; a solis maribus sumtum esse[22].

38. Quo loco per *o*, et quo loci per *i*, Varro posse dici et[23] Epistolicarum libro VI. scribit, sed ita, ut si de pluribus locis[24] quaeras, ut[25] in Italia quid, puta, sit, an in Graecia, quo loco dicas, respondetur hoc loco; si [autem de unius loci parte quaeras, tunc quo loci] per *i*. Sicut quis is est homo[26]? in multitudine dicitur; cum

1) *Praefecti aerarii* Ed. pr. Fabr. P. *praef. aerario* Cod. 2) Fragmm. Varronis de Scenicis Originibus vide collecta in Varronis Fragmm. ed. Bip. pag. 250. — *Originibus primo et tertio* Ed. pr. *originib. 1 et 3.* Fabr. P. His subiunxit Fabricius de suo: *et Brutus de officiis,* quae servavit P. Ea petita sunt ex Prisciano lib. VI, 1. tom. I, pag. 222. 3) ***Et** non familiarum* Edd. O. Paullo ante *Graecus* Edd. O. 4) Virg. Ecl. VI, 16. 5) *Sic tua — et dimissae* Cod. Ed. pr. *Cum tua — et demissae* Fabr. P. Notavit ad h. l. Fabr. locum Propertii lib. II. aliter legi in vulgatis exemplaribus, quod nunc aliter se habet. Prop. II, 33, 37. (III, 33, 37. ed. Lachm.) Citat praeterea Fabr. in notis Mss. Servium ad Aen. I. (v. 417.): Sertum et serta, cum nihil adiicitur, dicimus, ut hoc loco. Item alibi expressius, ut: *Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.* Si autem sertos dixero, addo flores, si sertas, addo coronas, ut Lucanus: *Accipiunt sertas nardo florente coronas.* Et hoc in multis nominibus observandum est, ut genus ex adiectione formetur, qua detracta, in neutrum cadat necesse est; ut piscinalis locus, piscinalis cella, piscinale; sagmarius mulus, sagmaria mula, sagmarium. Hactenus Servius. 6) Vide Fragmm. Cornelii Severi apud Stephanum p. 422. 7) *Et non per q.* Edd. O. et abest a Cod. 8) *Scribenda est. Et quoniam.* Ita Cod. Ed. pr. Fabr. *scribendu est, quoniam a pecore dicta est. et quoniam.* P. Tale quid excidisse, ostendit orationis connexio. 9) *Delegatur* Cod. 10) *Quia quod graeca* P. *quod graeca* Ed. pr. Fabr. 11) ὁ *μαργαρίτης — ὁ καὶ ἡ ἀθλήτης.* Sic articulis adiectis Fabr. P. quos add. Fabr. 12) Cf. Fragmm. Titi Valgii apud Steph. p.425. 13) *Epistularum* scriptura e Cod. est. Cf. Varronis Fragmm. p. 198. ed. Bip. 14) *Genitivo, Terentius* Fabr. P. ex Fabricii emendatione. Terent. Eunuch. II, 3, 23. *Haut* scriptura e Cod. 15) Virg. Aen. IV, 558. 16) *Nam verasimile latinum non est* P. *nam similar latinum non est* Ed. pr. Fabr. ***n. simitat** L. n. est* Cod. Recte emendasse videtur P. 17) Cf. Afranii Fragmm. apud Both. V, 2. p. 191. 18) *Cretensi* Cod. *Creunsi* Edd. O. 19) *Pharmacopolis simium deumare occipit* P. *Pharmacopolis simiam te amare caepit* Ed. pr. *Pharmacopolis simium te amare coeput* Fabr. *Farmacopoles simium te amare coepit* Cod. 20) *Cicero ad Marcellum.* Lege *Cicero ad Marium.* Locus est Cic. Ep. Fam. VII, 2, 3. *Hic simiolus animi causa me, in quem inveheretur, delegerat.* Tum *deminutive* scriptura e Cod. 21) *Suovetauro* Cod. Ed. pr. *Sue, ove, et tauro* Fabr. P. 22) *Dicta ait esse. a salis maribus samtum esse* Cod. Ed. pr. *dicta ait esse **et** a. s. m. s. e.* Fabr. *dicta ait esse; Tauri autem nomen pro omnibus maribus sumtum esse.* P. Notavit ad h. l. Bondamus: *In Frobeniana edit.* (i. e. Fabr.) *est: Solitaurilia dicta ait esse et a solis maribus sumptum esse. Cod. J. Dousae: Solitaurilia dicta esse ait a solis maribus: tauri autem nomen maribus sumptum esse. Deest pro. — Pro solis fortasse legendum salidis, collato Festo V. Solitaurilia.* Haec Bondam. 23) *Et* additum e Cod., male fortasse. Tum *libro* 4. P. *libro sexto* Ed. pr. Fabr. 24) *De pluribus locī* Cod. *de pluribus locum* Ed. pr. Fabr. *de pluribus locis* P. recte. *pluribus locum*, om. praep., Varr. Fragmm. p. 197. ed. Bip. 25) ***Et** in Italia* Edd. O. *aut in Italia* Cod. *aut in It.* Varr. Fragmm. p. 197. ed. Bip. 26) *Si per i sicut quo sis. sed.* Ed. pr. Fabr. *Si per i sicut*

autem, quid hoc est hominis? quaeritur, inquit, de alicuius quaero hominis qualitate. Qui necesse sit hic[1] masculine dicendus est, ut Verrius ait, quoniam neutra in *i* et *us*[2] non exeunt.

Spongia sine *h* dicenda est; nam et Graece ψιλῶς dicitur σπόγγος[3].

Plure aut minore emptum, antiqui dicebant. Cicero: *Plure venit*[4]. Et Lucilius:

Plure foras vendunt[5].

Sed consuetudo pluris et minoris dicit.

39. Stringem[6] hanc, in significatione avis dicas; strin-
[85] ga autem castrense est vocabulum, || intervallum turmarum significans, in quo equi stringantur[7]. Unde etiam et stringosi dicuntur corpore macilento.

Stirps in significatione sobolis feminino genere dicitur, ut ait Virgilius:

Heu stirpem invisam[8];

sed cum materiam significas masculino:

modo stirpem recisum[9].

Item:

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerunt[10].

Dixerunt tamen etiam significatione sobolis masculino genere, ut Pacuvius:

Qui stirpem occidit meum[11]?

Stips non dicitur in significatione trunci, sed stipes, et facit stipitis[12]. Ceterum in aeris significatione correpte stips dicitur, et facit huius stipis.

40. Pometa dicuntur, ubi poma nascuntur, ut oliveta. Pomaria autem, ubi servantur, ut penaria[13].

Quies facit quietem, requies accusativo non facit requietem, sed requiem, quamvis Cicero[14] dixerit *requietem* ad Hostilium.

Sibyllam Epicadus[15] de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis[16] libris primo sacrum fecit[17], deinde Syllam; qui quod flavo et compto capillo fuerit, similes[18] Syllae sunt appellati. Inde effeminati hodieque in ludo syllae[19] dicuntur, quos vulgus inprudenter psyllos[20] appellat. Ceterum Psylli sunt in Africa serpentibus medentes, sicut in Italia Marsi.

41. Dies communis generis est. Qui[21] masculino genere dicendum putaverunt, has causas reddiderunt, quia dies festos auctores dixerunt, non festas; ut quartum et quintum Calendas, non quartam nec quintam[22]; et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc die intelligatur. Qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu *e* non nisi producta finiatur, et quod deminutio[23] eius diecula sit, non dieculus, ut ait Terentius:

Quod tibi addo dieculam[24].

Varro autem distinxit, ut[25] masculino genere unius diei cursum significaret, feminino autem temporis spatium; quod nemo servavit. Nam et secundum distinctionem[26] dixit Virgilius:

Venit sum||ma dies[27], [86]

id est, tempus, et:

Ille dies primus legi[28],

q (sic) *fif f* (sic) Cod. Locum aperte corruptum P. sic emendavit: *si autem de unius loci parte quaeras, tunc quo loci per i. Sicut quis est homo* cett. 1) *Qui necesse sit hic*. Nihil lectio Cod. variat, nec hiatus invenitur, et tamen aliquid excidisse videtur Fabricio, qui lacunam indicavit. Notavit idem Fabr.: *Locus depravatus. Sententia est, Quid hoc est hominis de qualitate, quis hic est homo de substantia quaerit.* 2) *In i et in us*. P. Fabr. Ed. pr. 3) Cπονγος Cod. 4) *Plure venit*. Cf. Fragmm. Cic. p. 582. ed. Orell. 5) Cf. Fragmm. Lucilii incerta p. 236, Haverc. — Cod. exhibet: *Plura foras uenti*: Ed. pr. *Plura fora suenti*. Atque ita etiam Fabr. Recte videtur emendasse Douza, quem sequitur P. 6) *Stringem — stringa* Cod. *Strigem — stringa* Ed. pr. *Strigem — striga* Fabr. P. 7) *Stringantur — stringosi* Cod. *stringuntur — stringosi* Ed. pr. *stringuntur — strigosi* Fabr. *strigantur — strigosi* P. quod verum. 8) Virg. Aen. VII, 293. Paullo post *significas* Cod. Ed. pr. *significat* Fabr. P. 9) *Modo stirpem recisum* Cod. *modo stirpem rectum* Ed. pr. Fabr. *modo stirpe reciso* P. Apud Virg. Aen. XII, 208. legitur: *imo de stirpe recisum*, quod sine dubio voluit Gramm. 10) Virg. Aen. XII, 770. 11) Pacuvii locum Bothius refert ad Teucri fabulam. Cf. Poet. Scen. Lat. V, 1, p. 143. Both. Quae post hunc Pacuvii locum leguntur apud Fabr. et P.: *Rursus in significatione materiae feminino. Horatius, Stirpesque raptas et pecus et domos;* ea absunt a Cod. et Ed. pr. quippe a Fabricio adiecta. Iubet etiam Fabr. conferri Servium ad Aen. XII, (208). 12) *Stips — Stirpes — stirpitis* Cod. *Stirps — stirpes — stirpitis* Ed. pr. *Stips — stipes — stipitis* Fabr. P. 13) *Penuaria* Fabr. P. *penuria* Ed. pr. *penaria* Cod. 14) *Licet Cicero* Edd. O. Locus Ciceronis supra iam citatus est p. 52. P. ubi vide, quae notavimus. Recurrit idem infra pag. 114. P. 15) *Epicadus* Cod. Ed. pr. Fabr. *Epicadius* P. Citat eundem Maximus Victorinus de carmine Heroico p. 288. ed. meae, pag. 1957. P. ubi legitur: *Quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit* cett. Libri ibi exhibent *Epidagus*. Igitur haud dubie scribendus hic Grammaticus: *Cornelius Epicadus*, non *C. Epicadius*. Pro vv. *de cognominibus* in Ed. pr. hiatus est. 16) *Ex his Sibullinis* Cod. *ex his Sibyllinis* Ed. pr. 17) *Facit* Cod. Ed. pr. 18) *Fuerint, similes* Cod. *fuerint, consimiles* Ed. pr. *fuerit. consimiles* Fabr. P. 19) *Sylli* Fabr. P. *psylli* Ed. pr. *syllae* Cod. 20) *Inprudenter populus app.* Cod. atque ita Ed. pr., nisi quod haec *imprudenter*. Correxit Fabr. quem secutus est P. De *Psyllis* cf. Gellium XVII, 11. 21) *Qui autem* P. 22) *Quartam et quintam* Edd. O. 23) *Diminutio* Edd. *diminutio cum* pro *dem. eius* Ed. pr. 24) Terent. IV, 2, 27. *Quid si tibi* Fabr. P. *quid tibi* Ed. pr. *quod tibi* Cod. atque ita apud Terentium: *Eho tu inpudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo.* 25) *Et — significare* Cod. Ed. pr. Fabr. Fortasse legendum: *et — significare ait*. Ceterum Fabr. *Varro tamen dist.* 26) *Secundum hanc dist.* Edd. O. 27) Virg. Aen. II, 324. 28) Virg. Aen. IV, 169. ubi legitur: *Ille dies primus leti.*

pro uno die; tamen et feminino genere diei spatium significatum ait:

Exspectata dies aderat[1].

XIX. De pronomine.

1. Is homo, idem[2] compositum facit, nisi quia Caesar libro secundo singulariter idem, pluraliter isdem[3] dicendum confirmat, sed consuetudo hoc non servat.

Se et sese pronomina ita distinguit, ut se dicamus, cum aliquem quid in alium fecisse ostendimus: utputa, ille dicit, se hoc illi fecisse; cum autem in seipsum, tunc dicamus sese[4], veluti dixit, sese hoc sibi fecisse.

Nullus nullius facit genitivo casu, sed Terentius ait:

Tam iners, tam nulli consilii sum[5].

2. Mi et mihi pronomina sunt, sed mihi dativi casus est, ut:

Dic mihi Dameta, cuium pecus[6].

Mi vocativus, ut o mi puer, vel o mi[7] senex; nam venit a nominativo meus, nec aliud significat in masculino: *o mi*, quam in feminino: *o mea*. Denique in omnibus fere Comoediis *mi* ad masculinum dicitur, ad femininum nunquam; quod si interiectio esset, etiam diverso sexui communis esset. Dixerunt[8] tamen mi pro mihi[9].

Intro est in locum; intus in loco dicimus, ut etiam apud Graecos εἴσω εἴσω καὶ ἔνδον[10], ideoque Lucilius[11] ait:

Nam veluti intro aliud longe esse atque intus videmus,
Sic apud se longe aliud esse, neque eadem valet at te
Intro nos vocas at sese [*tenet intus apud se.*]

3. Peregre venit, sine praepositione dicendum; vim enim adverbii habet, cui praepositio non adiicitur, ut [rure][12] venit, non a rure, nec a peregre.

Quando particulam pro cum ponere[13], Formianus et Fundanius ait ut et Varro[14] [aliique multi] faciunt, nec sine exemplo. Nam Plautus in Menaechmis ita ait:

Non habeo, at tu quando habebis, tum dato[15].

Vitium tamen esse, non[16] dubium est. Quando acuta prima syllaba interrogationem temporis significat, sed posteriore [acuta quoniam vel quandoquidem][17], ut Virgilius: [87]

Quando tot stragis acervos[18].

Si vero producatur, utputa, *quandoque ill*[*ud faciet*, futurum tempus ostendit][19].

Sed particula *d* litera[20] terminanda est; sedum enim antiqui pro sed ponebant[21], demptaque novissima parte,

1) *Iamque dies infanda aderat* Edd. O. qui locus est Aen. II, 132. Sed Cod. exhibet: *Exspectata dies aderat*, qui locus est Aen. V, 104. 2) *Idem compositum facit.* om. *is homo*, incipit Ed. pr. 3) *Isdem* Cod. *iidem* Ed. pr. Fabr. *iisdem* P. 4) *Sese geminari* P. *tunc sese geminari*, om. *dicamus*, Fabr. Sed Ed. pr. *tunc* (sequitur hiatus) *ut dixit.* 5) *Ait iners iam nulli* Cod. Ed. pr. Terent. Andr. III, 5, 2. 6) Verba *cuium pecus* e Cod. accesserunt. Cf. Virg. Ecl. III, 1. 7) ***Ut** o mi* Edd. O. 8) *Communis* (sequitur hiatus) *dixerunt* Ed. pr. *Communis esset. Aliqui dixerunt* Fabr. P. *Aliqui* non est in Cod. 9) His subiungunt Fabr. P. *Et mi genus ab Iove summo*, quae allevit Fabr. 10) Legendum videtur: εἴσω, ἐντὰς καὶ ἔνδον. 11) Retulit hunc locum Douza ad Lucilii Satyr. lib. IX. Cf. Lucil. Rell. pag. 329. ed. Haverc. ubi sic scribendos censuit hos versus, quos se ex v. Cod. restituisse ait: *Nam velut intro aliud longe esse atque intu' videmus, Sic et apud te longe alid est, neque idem valet ad te. Intra nos vocat ad sese, tenet intus apud se.* Atque haec secutus est P., nisi quod *ad id* pro *ad te*, et ***vocant*** pro ***vocat*** edidit. Contra Ed. pr. et Fabr. locum sic exhibent: *Nam veluti intro aliud longe esse atque intus:* (sequitur hiatus in Ed. pr.), *sic apud se longe aliud esse, neque eadem valet, at tu intro nos vocas et sese tenet.* Codex autem haec praestat: *Nam velut* (sic, suprascr. *i.*) *intra aliud longe esse atque intus videmus, sic apud se longe aliud esse neque eadem valet ad te intro nos vocas at sese;* reliqua obliterata sunt. Hanc Cod. lectionem licet corruptam servavi, relictis etiam, quae Putschius sub finem ex emendatione Douzae in loco obliterato dederat, sed his inclusis. Cf. praeterea Quinctilian. Instt. I, 5. 50. et quae ibi notavit Spalding. 12) Voc. *rure*, quod uncis inclusi, in Cod. obliteratum est. 13) *Poni* P. 14) *Ait ut et Varro* Cod. *ait ut Varro* Ed. pr. *ut ait Varro* Fabr. *ait ut* om. P. Verba quae seqq. *aliique multi* in Ed. pr. Fabr. desunt, in Cod. obliterata sunt. Fortasse locus ita scribendus: ***Quando** particulam pro **cum** poni Formianus et Fundanius aiunt, et Varro aliique multi faciant.* 15) Plaut. Menaechm. III, 3, 23. 16) *Vitium tamen esse **certum**. non* Edd. O. *Certum* recte non apparet in Cod. 17) Quae uncis inclusimus, in Cod. legi non possunt, notavitque Nieb. plura suppleta esse, quam in Cod. fuerint. In Fabr. est: *sed si posterior gravetur, significat quoniam vel quandoquidem.* In Ed. pr. lacuna significata est inter vv. *posterior* et *ut Virg.* 18) Post v. *acervos* sequuntur haec in P. et Fabr. *Teucrorum tua dextra dedit*, quae a Fabricio huc translata sunt ex Virg. Aen. XI, 384. 19) Quae uncis inclusa sunt, non recte leguntur in Cod., nisi quod v. *tempus* apparet. Quae vero sequuntur in Fabr. et P.: *additur fere particula si. Virgilius. Ineunt si quando praelia Parthi. Item si qando lethum horrificum*, ea a Fabricio interpolata sunt. In Ed. pr. totus locus sic legitur: *Si vero producatur, utputa quando;* reliqua desunt et signum lacunae positum est. Adnotavit autem haec Fabricius in Ed. pr. margine: *Hoc puto dicere vult. Quando acuta priore interrogationem temporis significare, ut Ovid. quando ego non timui graviora pericula veris? Sed si posterior gravi sono scribatur, significare quoniam. ut Virg. quando tot stragis acervos Teucrorum tua dextra dedit. Deinde quando interrogativum ultimam corripit: infinitum vero producit.* Citat praeterea Fabr. Servium in Virg. Aen. IV, (v. 291.) ubi haec leguntur: *Quando. Non est temporis, sed significat siquidem, et est coniunctio rationalis. Sane quando do brevis est naturaliter. Sic Serenus, Quando flagella ligas, ita liga. Virgilius usurpat, Si quando Tibrim vicinaque Tibridis arva.* Haec Servius. Cf. praeterea Festum pag. 220. et interpp. p. 623. 20) *Terminanda est litera* Fabr. P.; ordinem meliorem praestant Cod. et Ed. pr. 21) Plane geminum locum exhibet Marius Victorinus p. 2458.

literam tamen immutare [non voluerunt, veluti][1] sat pro satis, ita sedum[2] cum suis literis servavit.

Haud similiter *d* litera terminantur; aū enim Graeca[3] vox *d* litera termina[ri apud antiquos] coepit[4], quibus mos erat *d* lit[eram omnibus][5] pene vocibus vocali litera finitis[6] adiungere, ut[7]: *Quo ted hoc noctis [dicam pro]ficisci foras?* Sed et per *t* scribi sonus vocis admittit.

XV. *De gradibus comparationis sive conlationis.*

1. Comparationum sunt ordines duo: secundus et tertius. Dividuntur autem singuli in tres gradus, et est primus gradus absolutus, quem et primitivum dixerunt, secundus comparativus, tertius superlativus, et declinantur hoc modo.

Secundi ordinis masculina: doctus, doctior, doctissimus; pluraliter docti, doctiores, doctissimi. Feminina docta, doctior, doctissima; pluraliter doctae, doctiores, doctissimae. Neutraliter[8] doctum, doctius, doctissimum; pluraliter docta, doctiora, doctissima. Adverbialiter docte, comparative doctius, superlative doctissime. Appellatio haec doctrina.

2. Tertii ordinis hoc modo. Masculine felix, felicior, felicissimus; pluraliter felices, feliciores, felicissimi. Feminine felix, felicior, felicissima; pluraliter felices, feliciores, felicissimae. Neutraliter[9] felix, felicius, felicissimum; pluraliter felicia, feliciora, felicissima. Adverbialiter feliciter, comparative felicius, superlative felicissime. Appellatio haec felicitas.

[88] || Sunt quaedam, quae primum et secundum gradum recipiunt tantummodo, ut iuvenis, iuvenior, iunior; senex, senior. Quaedam secundum et tertium, ut ulterior, ultimus, interior, intimus. Quaedam, quae primum et tertium, ut pius, piissimus, fidus, fidissimus; cuius secunda elatio[10] est magis pius, magis fidus. Quaedam autem nulla declinatione in collationem veniunt, quibus accidit magis, item minus, et minime; ut rudis, proprius, sobrius[11]. Dicimus enim magis rudis, magis proprius, magis sobrius; item maxime rudis, maxime proprius, maxime sobrius. Sic e contrario minus rudis, minus proprius, minus sobrius; minime rudis dicitur, et minime proprius, et minime sobrius.

3. Illa autem, quamvis diversa sint, gradus tamen inter se fecerunt, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus, magnus maior maximus. Observabimus tamen, quod ipsum iam adnotavimus[12], nomina tantum[13] in comparationibus versari, non etiam participia in his comparationibus secundi ordinis. In adverbiis primi gradus, quae in *e* proferuntur, sunt quatuor haec excepta, quae contra regulam proferuntur per *r*, ut naviter, humaniter, largiter, duriter: quae quamvis antiquitati adsignent[14] Grammatici; tamen[15] etiam secundum suam rectam analogiam proferri posse dicunt[16], ut nave et ignave, humane, large, dure.

Sed ex his[17], quae ante *us e* aut *i* habent, comparationes fieri non possunt. Neque enim ab idoneo idoneor fieri potest, neque a necessario necessarior, et similibus. Non enim sunt quatuor tantum, sed et alia complura; et ex secundo ordine ad tertium derivantur, et ex tertio non derivantur. Virgilius de hac regula dixit in quinto ex parte:

Ergo alacris, cunctosque putans excendere palma[18].

P., ex quo, quid sibi voluerit Charisius, facile perspici potest: *Antiqui pro sed. sedum scribebant, sed cum nostra aetas partem literarum in eo reservarit, partem brevitatis gratia ex eo detraxerit, nonnullam immutarit, et nos per sed quam per set scribamus.* Pro posterioribus scribendum fortasse: *et nos per d quam per t scribamus.* 1) Quae uncis inclusimus, in Cod. non amplius legi possunt. In Ed. pr. est: *immutare non* (sequitur hiatus) *sat pro satis.* Hiatum de suo explevit Fabr. quem sequitur P. Meliorem explendi viam ostendit Marii Victorini locus supra citatus, quare legendum censeo: *literam tamen immutare nostra aetas noluit, quae, ut sat pro satis* cett. 2) *Ita sed pro sedum* P. fortasse recte. — *ita sedum* Cod. Ed. pr. Fabr. sine nota hiatus. 3) *Οὐδὲ enim Graeca vox* Fabr. P. *aut enim graeca vox* Ed. pr. *aū enim graece vox* Cod. Quid illud *aū* vel *aut* sibi velit, difficile est dictu. Marius Victorinus pag. 2462. P. hanc rem ita tractat: *Haud adverbium negandi et significat idem, quod apud Graecos οὐ. Sed ab antiquis cum aspiratione, ut alia quoque verba, dictum est adiecta d litera, quam plerisque verbis adiiciebant. D tamen literam conservat, si sequens verbum incipiat a vocali, ut: haud aliter muros; et: haud equidem. At cum verbum a consonante incipit, d perdit, ut: haut dudum et: haut multum et: haut placitura refert; et inducit t.* Ex his intelligi puto, legendum esse apud Charisium: *οὐ enim Graeca vox* cett. 4) *Terminari apud antiquos coepit.* Sic locum explevit P. *terminatur* (sequitur lacuna) *coepit* Ed. pr. Fabr. Verba uncis inclusa in Cod. non satis legi possunt, qua de re dubitationis signum apposuit Nieb. Fortasse rectius: *apud priscos Latinos.* 5) Vv. uncis inclusa in Cod. obliterata. *Litera* (sequitur hiatus) *pene* Ed. pr. Fabr. 6) *Terminatis* P. *finitis* Cod. Ed. pr. Fabr. 7) *Ut Plautus* Fabr. P. ex emend. Fabr. — *Tede* legitur in Cod., quod non servavi, qui contra mentem Grammatici. Locus Plauti est Curcul. I, 1, init. Syllabae uncis inclusae in Cod. obliteratae. 8) *Neutra* Ed. pr. Fabr. P. *neutrāl* i. e. *neutraliter* Cod. Quare in superioribus, ut infra, *masculine — feminine* pro *masculina — feminina* legendum videtur. 9) *Neutrum* Edd. pr. Fabr. P. In Cod. compendium est, quod sine dubio etiam *neutrum* significare potest. Sed *neutraliter* scribendum esse, ex supp. intelligitur. 10) *Elocutio* Edd. *elatio* Cod. 11) *Subrius* h. l. et infra aliquoties Cod. 12) *Adnotavimus* scriptura e Cod. 13) *Nomina tantum* Cod. *nominativum* Edd. 14) *Adsignent* scriptura e Cod. 15) *Tamen etiam* Cod. *tamen* om. Edd. 16) *Asserunt* Edd. *dicunt* Cod. 17) *Sed et ex iis* Fabr. P. *Sex ex iis* Ed. pr. *Sed ex his* Cod. 18) Virg. Aen. V, 380. *Excendere* scripsi e Cod. *extendere* Ed. pr. *excedere* Fabr. P. Non dubito, verum esse *excedere*; potuit tamen etiam librar. *escendere* in mente habere.

Romanus libro de analogia[1] ita inquit: Alacris[2], licet consuetudo, ut ait Plinius libro sexto dubii sermonis, alacer dicat, ut equester ordo. Nam et haec alacria, ut equestria, possunt neutro dici. Quia tamen superlationem non capit, ut acerrimus, dici non debet alacer, sed et
[89] || Terentius in Eunucho[3]:

Quidve est alacris?

Sed et omnia nomina, quae per *er*[4] terminantur, in superlationibus sic proferuntur, ut pulcher, pulcherrimus, non pulcherissimus; item acerrimus, non acerissimus[5], et cetera.

4. Item et quae per *is* terminantur, haec duntaxat subiecimus, quae in superlationibus similiter proferuntur, ut similis, simillimus, facilis, facillimus, humilis, humillimus, agilis, agillimus, gracilis, gracillimus, reliqua nomina per *issimus* faciunt. Aeque adverbia horum omnium, quae adnotavimus, similia sunt, ut pulcherrime, simillime, facillime, humillime et[6] gracillime. Invenimus tamen apud auctores etiam maturrime[7] adverbialiter, cum debeat maturissime.

Observabimus, in declinatione comparationum adverbium hoc quoque venire[8] ex eo, quod est facilis et difficilis. Dicimus enim non faciliter, nec difficiliter, tametsi veteres dixerunt; sed facile, facilius, facillime et[9] difficile, difficilius, difficillime. Sic etiam ex eo, quod est repens, repenter debuit dici, recens, recenter; dicimus repente, repentius, repentissime; ex eo, quod est recens, quod malum est dicere, recente aut recenter utimur; sic recens venit, quod est pro adverbio nomen, ut libens dixit[10].

5. Omnia, quae per *ter* nominantur, in comparationem non veniunt. Memoriter ex eo fit, quod est memor, memorior non dicimus, nec memorissimus[11]; non habet enim comparationem. Cicero in Laelio: *Quintus Mucius*[12] *augur multa narrare de Gaio*[13] *Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat;* et Afranius in Vopisco: *Memini memoriter;* ut Romanus refert in libro de adverbiis sub eodem titulo. Videtur[14] comparationem facere[15] etiam dictio ista: satis, satius.

Aliis ita placuit definire[16], partiones orationis, quae appellantur[17] qualitates, hoc modo observandum. Nam qualitas est et speciei[18], ut est niger, taeter[19], et quantitatis, ut magnus, ingens. Hae partiones trifariam declinantur, id est, absolutive[20], comparative, superlative[21], ex secundo et tertio ordine; ut ex secundo, hic pulcher, pulchrior, || pulcherrimus; ex tertio, fortis, fortior, for- [90]
tissimus.

6. Harum appellationum comparatio ablativum casum accipit, ut doctior illo; superlatio genitivum, ut doctissimus omnium. Quamvis autem[22] comparantes utamur et singulari et plurali numero, quoniam uno quis potest melior esse, ceteris[23] peior; tamen cum superlativum ponimus, non utimur singulari numero, sed aut dicimus omnium, aut per se ponimus, nihil adiicientes. Ipsa enim superlatio per se praelationem omnium significat, et confirmat, neminem prae illo esse doctiorem, ubi doctissimus appellatur, nec ut solemus dicere magis doctus et valde doctus, ita etiam dicimus magis et valde doctior, vel doctissimus[24]. Illud enim in absolutionem solet adiici de his[25], qui aliis sunt doctiores, et habent alios prae se

1) Iulius Romanus Grammaticus aliquoties citatur ab ipso Charisio videturque totum huius libri caput *de Analogia* ex eo petitum esse. Cf. supra p. 36. p. 45. p. 170. P. et alibi saepe. 2) Hunc totum locum ita distinguendum censeo: *Alacris, licet consuetudo, ut ait Plinius libro sexto dubii sermonis, alacer dicat, ut equester ordo (nam et haec alacria, ut equestria, possunt neutro dici), tamen quia superlationem non capit, ut acerrimus, dici non debet alacer, sed et Ter.* cett. Libri sic variant: *dicit* pro *dicat* Edd. *dicat* Cod. — *quia tamen* Cod. *quod tamen* Edd. — *alacerrimus* pro *alacer* Fabr. P. *alacer* Cod. Ed. pr. Ut facilius percipiatur Grammatici sententia, conferatur locus Servii similia tractans ad Aen. V, 380. *Alacris. Cum acer ubique dicat, alacer tamen non dicit* (Virg.) *licet inde nascatur. Vitat enim confusionem, unde utrumque non vult dicere. Nam alacer nusquam: et iterum acris nusquam dixit. Inde est, quod etiam Papinius supprimit genus, quia dubitatur.* Haec Servius. 3) *Terentius in Eunucho* Cod. *Ter. Eunucho* Edd. Locus est II, 3, 13. ubi legitur: *quidve es al.* Sed Cod. *quidue esta.* Ed. pr. *quidne est al.* 4) *Quae per er* Cod. *quae per r* Edd. 5) *Pulcherrissimus — acerissimus* Ed. pr. *pulcherrissimus — acerrissimus* Fabr. P. 6) *Et* additum e Cod. 7) *Maturime* P. 8) *Venisse* Edd. O. *venire* Cod. Ceterum significat h. l. *venire* idem quod in usu esse, aut legendum est *usu venire.* 9) *Et* accessit e Cod. 10) Haec superiora, ad quae nihil varietatis e Cod. enotatum est, sine dubio mendosa sunt, ordine tantum, ut videtur, turbato et omissis aliquot vv. Legendum censeo: *Sic etiam cum ex eo, quod est repens, repenter debuerit dici, dicimus repente, repentius, repentissime. Et ex eo, quod est recens, quia malum est dicere recente aut recenter, recens utimur, recentius, recentissime. Sic recens venit* cett. De v. *repens* cf. Servium ad Virg. Aen. XII, 313. 11) *Memorosius* Edd. *memorisius* Cod. i. e. *memorissimus*, quod edidit, quippe unice verum. 12) *Mucius* scriptura e Cod. *Murtius* Ed. pr. Ciceronis locus est Lael. init. 13) *Gaio* scriptura e Cod. 14) *Titulo. quia vidit quare comp.* Edd. 15) *Faceret* Fabr. P. 16) *Definisse* Edd. *definire* Cod. 17) *Appellantur* Cod. *appellentur* Edd. 18) *Qualitas est et speciei* Cod. *qualitas est et species* Ed. pr. *qualitatis est et species* Fabr. P. Fortasse legendum: *qualitatis est et speciei.* 19) *Niger et teter* Edd. *niger, taeter* Cod. 20) *Absolute* Fabr. P. 21) *Et superlative* Edd. 22) *Quamvis enim* Edd. *quamvis autem* Cod. sed ex corr. 23) *Et caeteris* Fabr. P. *caeteris*, om. *et*, Ed. pr. *ceteris* Cod. 24) *Magis et valde doctissimus* Fabr. P. ex prava corr. Fabricii. *ut doctissimus* Ed. pr. *vel doctissimus* Cod. sed *vel* compendio scriptum sic: *u̅.* 25) *De iis* Edd. *de his* Cod.

doctiores: ubi autem superlatione utimur, non potest adiici neque magis neque valde: quoniam ipsa superlatio omnia significat, quamquam ait Cicero: *Vel potentissimus*[1], quod est valde potentissimus.

7. Inprimis[2] ergo hoc observare debemus comparantes, quod comparatio absolutionis perissosyllabam necesse[3] est ut habeat, ut doctus, doctior, facilis, facilior. Sed si inciderit appellatio, quae non potest habere perissosyllabam in comparatione, nec comparari potest, quod possumus ex hac comparatione evidentius videre; ut pius, debebat[4] in comparatione pior dici, sed quoniam non habet perissosyllabam, nec comparari potest; sicut nec idoneor dici potest. Quae regula de omnibus appellationibus, quae non habent in comparatione perissosyllabam, observanda est, ut non comparentur. Non minus autem excipimus ex comparationibus, quaecunque nomina *us* pure proferuntur, ut strenuus, necessarius et similia. Comparativa enim non possunt habere, superlativa vero habent ex omnibus quibus veniunt, ut hic piissimus, strenuissimus.

Ex tertia declinatione talia[5] nomina non excipiuntur,
[91] his autem, quae non recipiunt, com||parativa adiicimus[6], magis quam ille, et proferimus per nominativum, ut hic necessarius magis quam ille, hic pius magis quam ille.

Sunt comparativa adverbia ex πρωτοτύποις[7], ut est prope adverbium, ex hoc fit comparativum propior, proxime, item intus, interius, intime, et si qua alia[8].

Omnis vero comparatio in tertii ordinis declinationem redigitur, ut hic doctior, huius doctioris, superlatio in secundi, ut hic doctissimus, huius doctissimi, sed feminina secundum primam declinationem declinantur, ut haec doctissima, huius doctissimae.

8. Adverbia vero, quae ex appellationibus veniunt, hoc modo sunt observanda. Quando appellationis genitivus casus in *is* syllaba terminatur; et[9] adverbium in *er* utique facit, ut hic utilis, huius utilis, utiliter facit adverbium, gravis graviter; et omnia cetera similiter. Sin autem appellationis genitivus casus in *i* litera terminatur; et[10] adverbium utique in *e* literam productam facit, ut hic purus, huius puri, pure facit adverbium; apertus, aperti, aperte, et cetera his similia; exceptis his, quae extra hanc regulam observantur. Ex hoc enim, quod est novus, novi, noviter facit, et sic veteres dixerunt; et hic facilis, huius facilis, faciliter et facile, et vilis, viliter et vile facit, quamquam nove et facile debebat[11] esse: sed apud veteres dictum est nove. Facile || autem appel- [92]
latio neutralis videtur esse τὸ εὔχερές, et adverbium εὐχερῶς.

Dixerunt veteres naviter et duriter[12], humaniter, quae nos nave, dure, humane; sed humaniter quidem significat φιλανθρώπως, humane autem ἀνθρωπίνως.

9. Similiter haec adverbia sunt nobis[13] observanda, quae[14] quamvis ex appellationibus secundae declinationis veniant, tamen regulam, quam proposuimus, non sequuntur. Debentes[15] enim dicere false et prime, et tertie, secundum appellationes, quae sunt falsus, primus, tertius, non[16] dicimus, sed falso, πλαστῶς[17], primo, πρῶτον, secundo, δεύτερον, tertio, τρίτον. Sed et haec debentes[18] secundum regulam dicere, bene et male, per *e* productam, bonus enim est et malus, appellationes[19]; non dicimus, sed malĕ et benĕ[20], per *e* correptam. Temere proprium adverbium est; neque enim ex appellatione, neque ex verbo venit.

Praecipue et hoc observandum est in primis, quod nunquam adverbium praepositionem recipiat, praeter hoc *adprime*, ἐν τοῖς πρώτοις, et quae dixerunt veteres: mane, et abhinc annos[21] decem natus est[22], quod est, ante annos decem natus est.

Haec sola corrumpunt regulam comparationis, quam supra diximus, magnus, maior, maximus, primus, prior, primarius: malus, peior, pessimus, bonus, melior, optimus.

|| *XXI. De analogia, ut ait Romanus*[23]. [93]

1. Analogia est, ut Graecis placet, συμπλοκὴ λόγων ἀκολουθῶν[24], eaque generalis est. Specialis vero est,

1) *Cicero pro Roscio vel p.* Fabr. P. ex corr. Fabricii. Vv. *pro Roscio* absunt a Cod. et Ed. pr. Cf. Cic. pro Rosc. Am. 2, 6. 2) *Inprimis* scriptura e Cod. 3) *Comparationem ab. p. esse necesse est* Fabr. P. 4) *Debet* Edd. *debebat* Cod. 5) *Talia* accessit e Cod. 6) Cod. *adicimus*, h. e. *adiicimus*. — *dicimus* Edd. 7) *Πρωτοτύποις* Latinis literis scribitur in Cod. 8) Vv. *et si qua alia* accesserunt e Cod. Lacuna significata est in Ed. pr. 9) *Et* tollendum videtur. 10) Etiam h. l. *et* tollendum videtur. 11) *Tanquam nove et facile debeat esse* Edd. O. *Tanquam nove et f. debebat esse* Cod. Scripsi *quamquam*, locum autem sic restituendum existimo: *Ex hoc enim, quod est novus novi, noviter facit; et hic facilis huius facilis, facile, et vilis vile facit; quamquam* **nove** *et* **faciliter** *et* **viliter** *debebat esse.* ***Et*** *apud veteres dictum est nove* cett. Verba: *et sic veteres dixerunt*, insulsum puto esse interpretamentum. 12) ***Et*** *humaniter* Fabr. P. *et* abest a Cod. et Ed. pr. 13) *Vobis* Fabr. P. 14) *Quod* Fabr. P. ex male intellecto compendio. 15) *Debemus* Edd. *debentes* Cod. 16) *Quod non* Fabr. P. *quod* adiectum a Fabr. 17) *Ψευδῶς* Edd. πλαστος Cod. 18) *Debemus* Edd. *debentes* Cod. 19) *Appellationes enim* Edd. *enim* om. Cod. 20) *Bene* omittunt Fabr. P. Signa prosodica e Cod. access. 21) *Veteres, Ante annos ab hinc* Fabr. P. *veteres mane abhinc ann.*, om. *et*, Ed. pr. Scribendum fortasse *a mane et abhinc* cett. 22) *Est* h. l. additum e Cod. 23) *C. Iulius Romanus* P. Fabr. Ed. pr. 24) Conferri iubet ad hunc locum Fabr. Donatiani, quod fertur, fragmentum (Mediol. 1503), ubi talia leguntur: *Analogiam sic Graeci definierunt. Analogia est in symploce* (sequitur hiatus, ubi Graeca fuerunt) *id est connexus orationum consequentium. Huiusce generalis analogiae species quaedam spectantur in rebus, quaedam in rationibus. Hanc analogiam Graeci, quae spectatur in di-*

quae spectatur nunc in rebus, nunc in rationibus occupata, cui Graeci modum istiusmodi condiderunt. Analogia est in[1] *συμπλοκῇ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει.* Huic Aristophanes quinque rationes dedit, vel[2] ut alii putant sex. Primo ut eiusdem sint generis, de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quarto numeri syllabarum, item soni VI[3]. Aristarchus discipulus eius illud addidit, ne unquam simplicia[4] compositis aptemus, cuius rei rectum interim differamus contenti paucis, quae exempli gratia Gaius Iulius Romanus sub eodem titulo exposuit, ut interdum tacente ratione[5], quantum sibi dederit auctoritas, colligamus, scilicet tramitibus nominum per literas stratis.

2. Ut Athos, Arbos[6] non potest accusativo *m* capere[7], exceptis monosyllabis flos, glos, ros. Acer[8]:

Acer, anhelanti similis.

Acrum tamen pro acrem Cn. Matius Iliado. XV[9], Vindex *A* literae lib. I. notat[10]. Acris; Accius in Epinausimache[11]:

Incursio ita erat acris.

Arcuis[12]; Cic. De natura deorum[13] libro tertio: *Cur autem arcuis species*[14] *non in deorum numero ponatur?*

3. Animale; Lucretius:

Unde animale genus[15],

quod cum ratione dictum inde despicito[16], quod nullum nomen est, quod nominativo plurali nominativus est[17] singularis duabus syllabis crescat, quam rationem si prorsus volueris obtinere, consuetudinis elegantiam relegabis.

4. Alecto[18], hanc Alecto; Maro:

Luctificam Alecto.

Nam:

Et nomine Dido

Saepe vocatu || rum, [94]

eiusdem schematis esse grammatici tradiderunt, non per vocativum, o Dido. Flavius tamen Caper Alecto monoptoton esse Valerium Probum putare ait, hanc Alecto[19].

5. Antiphonem Terentius, quod quidem rectae rationis est:

Apud Antiphonem uterque mater et pater[20],

ut leonis, draconis, leonem, draconem; nec enim nominativus Graecis par est. Alcon, Alconis adaeque facit, nam et Maro sic declinavit. Argo, hanc Argo, Varro Menippea [satyra] Agemodo[21]: *Argo citiremem.*

6. Apollo et Carthago genitivi singularis regulam non tenent. Cicero enim, et quaecunque *o* finita nomina propria[22] sunt, Ciceronis, Catonis, Zenonis, Iunonis faciunt; appellativa vero dupliciter, ut praeconis, latronis; ordinis, marginis.

7. Adam, ὁ πρωτόπλαστος monoptoton est, proin Latine ut est Graece. Abraham adaeque monoptoton esse censeto.

---

ctionibus, sic definierunt: Analogia est (sequitur lacuna pro Graecis) *id est connexus orationis in dictione.* Ex quibus apparet, utroque loco eadem Graeca lecta esse in illo fragmento, quae nunc leguntur apud Charisium. 1) *Ἐν συμπλοκῇ* Edd. *In συμπλ.* Cod. 2) *Aut* Edd. *vel* Cod.; error ex non intellecto compendio. 3) *Quarto numeri, quinto syllabarum, item soni sexto* Fabr. P. ex emend. Fabricii. Cf. Fragm. Donatiani supra citatum: *Aristophanes quinque observationes tradit, per quas possint inveniri similia: ut eiusdem sint generis: casus: exitus: numeri syllabarum soni. Aristarchus auditor eius adicit differentiam, id est, ne simplicia cum compositis comparemus.* Igitur apud Charisium sic legendum esse videtur: *Primo ut eiusdem sint generis, de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quarto numeri syllabarum, item soni. Sexto Aristarchus discipulus eius illud addidit, ne* cett. 4) *Cuius rei rationem* Edd. *cuius rei rectum* Cod. 5) *Iacente ratione* Edd. *tacente ratione* Cod. 6) *Ut Athos, Arbos.* Sine dubio in altero horum vocabulorum vitium latet. *Ut "athos, 'arbos* (sic) Cod., quibus signis librarius vv. inverso ordine legenda esse indicare voluit. Fortasse tamen emendator aliquis haec signa apposuit. *ut arbos athos* Ed. pr. *Arbos Athos,* om. *ut,* Fabr. P. Videtur legendum: *In os, ut Athos, non possunt accusativo m capere.* 7) *Accusativo rem capere;* falsam esse hanc lectionem, sponte intelligitur; notavitque Niebuhrius signo dubitationis apposito, unde patet, voculam in Cod. non recte legi posse. Qua re posui, quod unice verum est: *accusativo m capere.* 8) *Acer* Cod. *ater* Edd. Novus incipit articulus, id quod in Edd. non expressum est. Locus est Virg. Aen. V, 254. 9) *Cn. Matius Iliado. XV.* Ita Cod. quod dedi. *Cn. Matius Iliados XV.* Ed. pr. *Cn. Matius Iliad.* 15. Fabr. P. nisi quod P. numerorum signa Romana habet. Cn. Matii Iliadem citat Priscian. VII, 11. 57. pag. 329. tom. I. ed. Kr. ubi falso legitur *Matilius*, vulgo *Manlius.* Ceterum de *Cn. Matio* cf. Steph. in Fragmm. Poetar. Latinor. p. 417. seqq. 10) *Vindex lib. I. notat* Edd. *Vindex a litue lib.* 1. *notat* Cod. Caesellius Vindex Grammaticus *lib. B. litterae* citatur infra a Charisio p. 213. P. et *libro L. litterae* ab eodem p. 176. Dubium tamen videri potest, utrum scriptura Codicis habeat *D. litterae* an *A. litterae*, quamquam si de genere atque aetate scripturae recte coniicio, *A* erit scribendum, non *D.* 11) *Accius in Epinausimache* Cod. Ed. pr. nisi quod Ed. pr. *Epinausimachae.* — *Accius ἐν ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ* Fabr. P. Cf. Fragm. Attii apud Bothium pag. 201. 12) *Arcuis* Cod. *arcius* Ed. pr. *arquus* Fabr. P. ex emend. Fabr. 13) *De deor. natura;* hoc ordine Cod. Ed. pr. 14) *Arcuis species* Cod. *arcius speties* Ed. pr. *arquus septies* pessime Fabr. P. ex prava corr. Fabr. Cf. Cic. de Nat. Deor. III, 20. ubi Codd. plerique *arci sp.* praestant. Notavit ad h. l. Fabr.: *in Cicerone legitur arqui et intelligitur Iris, quam etiam pluvium arquum nominat Horatius.* 15) Lucret. I, 228. 16) *Despicio* Edd. *Despicito* Cod. Lege *dispicito.* 17) *Quod nominativo plurali nominativus est sing.* Cod. Ed. pr. nisi quod in Ed. pr. *est* non legitur. *Cuius a nominativo plurali nominativus sing.* Fabr. P. Locus mendosus, sententia aperta. 18) *Allecto* et infra semper Cod. Loci sunt Virg. Aen. VII, 324. et IV, 383. ubi meliores Codd. *Allecto.* Pro *Nam* Fabr. P. *Item.* 19) Legendum sine dubio: *haec, huius, huic, hanc, ab hac Alecto.* 20) Terent. Eunuch. V, 2, 1. 21) *Varro Menippeasin Agemodo* Ed. pr. *Varro Menippea sin age mō;* sed *s* expuncta, ut videtur, ut legendum sit: *Varro Menippea in Agemodo.* — *Varro Menippea satyra Agemodo* Fabr. P. ex corr. Fabr. Cf. Varr. Fragmm. pag. 262. ed. Bip. Adde notam Ausonii Popmae ad fragmm. Varronis. 22) *Propria* accessit e Cod.

8. Amicities; Plinius Secundus Sermonis dubii libro sexto, Ut planities, inquit, luxuries, mollities, et similia, veteri dignitate. Ceterum rationis via debet amicitia dici. Omnia enim nomina, quae nominativo plurali *ae* syllaba finiuntur, *e* deposita, reddunt nominativo singulari speciem sui iuris ac formae. Quod si manus veterum licentiae porrigemus, potest et copies et observanties et benevolenties dicier.

9. Amazon; quamvis nullum nomen Latinum *on* literis finiatur, et ideo Rhodum et Delum accusativo dicamus; tamen quaedam sunt, inquit Plinius Secundus, quae ad nos usque proprios gentis suae vultus formamque custodiunt, ut Pluton, Xenophon.

10. Autumnal [1]; Varro: *aequinoctium autumnal*, quod idem Plinius eodem libro sexto notat. Videndum tamen est, an reprehensione sit dignum, prius illa nobis spectata ratione. Nomina quaedam sunt principalia, quae [95] Plinius Secundus eodem li||bro facientia [2] appellat [3]; ex quibus possessiva nascuntur, quae patiendi vocat, ut aquale. Nam Lucilius I. Saturarum: *Aput te neque*, inquit, *aquales* [4]; non ut autumnal. Huius autem principale nomen est aqua: quod vero patitur, ac tenet aquam, aquale, ut equile, sedile, monile; ait idem Plinius aquale [5].

11. Aqualium, an potius aquarium dici debeat, quaerit Plinius Secundus, et putat, ut laterale, laterarium, scutale, scutarium, ut manuale saxum, manuarium vas, proin aqualis, aquarium dici.

12. Ador ut memor genitivo singulari declinabitur, et ut neutralia numero [6] quatuor: aequor, robor, ador, marmor [7]; nec ut soror, sapor.

13. Animal animale faciet, ut autumnal autumnale, capital capitale, tribunal tribunale: quae patiendi non sunt, ut supra diximus. Plinius Secundus animal non animale ait dici debere. Ḡ. Caesar [8] quasi indiscretum hoc sit, ait *l* litera nominativo singulari neutra finita nomina eandem definitionem capere, quam capiant *e* litera terminata: huic animali et ab hoc animali, huic puteali et ab hoc puteali.

14. Ambos; Terentius in Adelphis:

Usque a pueris curavi ambos sedulo [9].

Salustius quoque Historiarum libro quarto: *Inter me atque Lucullum prope inopia rursus ambos incessit* [10]. Idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputavit, Verriumque dicit errare, qui putat hos ambo [11] dici debere; indifferenter autem locutos veteres, uberiora dabuntur exempla. Afranius in Panteleo [12]:

Contemnens, inquit, *liber natus est*, *ita mater eius dixit in Gallia*, *cum ambos emerem.*

Item idem in eadem:

Sed eccos ambos.

Qui autem cum Helenio faciunt, hanc sufferunt [13] causam, quia omnis accusativus numeri pluralis, exceptis neutralibus et monoptotis, *s* li tera finiri debet, quoniam et [96] has ambas ut doctas, pictas, hos item ambos ut doctos, pictos par erit dicere. Ambo; Afranius in Panteleo [14]:

Revocas nos ambo ad periculum [15].

Terentius in Andr.:

Hem, *Charine; ambo opportune; vos volo* [16].

Maro Georgicorum IV [17]:

Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.

Idem in Bucolicis:

Nam saepe senex spe carminis ambo
Luserat [18].

Quod genus Graeca declinatione profertur; illi enim ἄμφω dicunt [19].

15. Aestifer an aestiferus; Plinius in eodem libro VI. Ut fatifer [20] et aurifer et armiger, lucifer, furcifer, dici

1) Vv. *Autumnal — idem Plinius aquale* et intermedia in Fabr. P. sequentibus *Amazon — Xenophon* praeposita sunt; quo id iure, ignoro. 2) *Faciendi* Fabr. P. 3) *Appellat.* Huic verbo subiicitur *ut aqua* in Fabr. P. ex interpolatione Fabricii. 4) *Nam Lucilius I. Satyrarum, Arutae neque, inquit, aquales.* Fabr. P. quibus consentit Ed. pr. nisi quod *Saturarum* et *ne* pro *neque.* Cf. Douza ad Lucilii Rell. pag. 267. ed. Haverc., qui legit: *Arutaenas et aquales*, haec notans: *Vulgo*: ***Arutae neque aquales*** *distractis vocibus. Credam:* ***Arutenaeque et aquales.*** De arytena sive artena cf. Festum pag. 18. et interpp. ad eum locum p. 330. ed. meae. — Nos scripsimus, quod in Cod. est: *aput te neque, inquit, aquales.* 5) *Et ut idem Plinius aquale* P. Fabr. *Aut idem P. a.* Ed. pr. *ait idem Pl. a.* Cod. 6) *Numeris* Cod. quod sine dubio mendosum. Conferri iubet Fabricius Charisium supra (p. 17. P.) terminatione **Or.** ubi neutra in *or* numerantur tria: *hoc marmor*, *robur*, *aequor.* 7) *Aequor arbor marmor* Cod. Ed. pr. Recte sine dubio emendavit Fabr.: *aequor*, *robor*, *ador*, *marmor*, quem secutus est P. 8) *Ḡ Caesar* Cod. quod servavi. *G. Caesar* Ed. pr. *Caius Caesar* Fabr. P. Annumeratur locus fragmentis C. Iulii Caesaris librorum de Analogia. Cf. Ed. Obert. 9) Terent. Adelph. V, 9, 5. *Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos sedulo.* 10) Cf. Epistolam Mithridatis ad Arsacem in Fragmm. Hist. Sal. lib. IV, p. 240. ed. Gerlach. *Variis inter me atque Lucullum praeliis, inopia rursus ambos incessit.* Notavit ad marg. Nieb., in Cod. sic legi, quemadmodum editum est. 11) *Hac ambo* P. *has ambo* Ed. pr. Fabr. *has ambos* Cod. contra sententiam Grammatici. 12) *Pantaleo* Edd. *Panteleo* Cod. Nomen fabulae fortasse fuit *Panteleum*, *Παντελεῖον.* Locus Afranii fortasse sic legendus: *Contemnes? Liber natus est, ita mater eius dixit, In Gallia cum ambos emerem.* Cur *emo* scribendum censuerit Bothius (Fragmm. Scen. V, 2, pag. 181.) metro timens, non video. 13) *Afferunt* Edd. *sufferunt* Cod. Legendum fortasse: *suggerunt.* 14) *Panteleo* Cod. *Pantaleo* Edd. V. quae paullo ante diximus. Cf. Both. Fragmm. Scen. V, 2, p. 181. 15) *Revocas nos ambo ad praelium* P. Fabr. Ed. pr. *R. n. a. ad periculum* Cod. 16) Terent. Andr. II, 2, 8. ubi legitur: *Euge, Charine.* 17) *Maro Georg.* 4. Fabr. P. Locus est Ge. IV, 88. 18) Virg. Ecl. VI, 18. 19) Cf. Festus p. 4. et nott. ad h. l. 304. ed. meae. 20) *Facifer* Edd. *fatifer* Cod.

debet[1], quod composita sunt, nec ut quaedam quasi composita, velut[2] Euander, Teucer, dici debent, et interdum *r*[3] litera carere.

16. Augustas. Cur pridie Kal. Augustas[4], et non Augustarum dicimus, ubi Plinius Secundus eodem libro sexto, *a* finita nomina singulari nominativo veteres casu genetivo *as* syllaba declinabant[5], ut Maia, Maias. Nam et Sisenna inquit, eum, qui diceret[6] paterfamiliae[7], patrumfamiliarum oportere dicere. Itaque patrumfamilias consuetudine taedium respuerit, et dicere perseveratum est.

17. Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genitivo ancipitis duabus videretur syllabis crescere. Plaut. in Rudente:

Post alterinsecus[8] *est securicula ancipes.*

18. Aedile ab hoc aedile, non aedili. P. Rutilius de vita sua quinto, et Varro de Originibus scaenicis[9] secundo:

A Claudio Pulchro aedile[10],

quod cum ratione dictum esse monstrabis, ut ait Secundus sermonis dubii libro tertio, quod nomina quaecunque genitivo singulari *is* syllaba finiuntur, exceptis iis, quae similiter faciunt nominativo, oportet ablativo singulari *e* litera terminari, a prudente, ab homine. Quod si adicias[11] aliquid, idem in eodem Plinius, per *i* debet dici, a prudenti consilio.

19. Avi, puppi; quoniam genitivus similis est nominativo, idcirco[12] non potest ad supradictam regulam pertinere.

20. Agile, ab agile, si de persona dicatur ita debet[13]:
[97] quod si rem significabis, ab hoc || agili dici debet, ut idem Plinius eodem libro.

21. Annalei; Varro Epistolicarum quaestionum lib. VI. *Eclogas ex Annalei descriptas*[14].

22. Agreste; Salustius Historiarum primo[15]; quod idem Plinius eodem libro, in animali, inquit, significatione.

23. Aenea; hic Aenea sine *s* Varro dixit in Age modo[16].

24. Aeribus; Lucretius secundo:

Pulsabant aeribus aera[17],

cum in his nominibus hoc quoque nomen esse videatur, quae singulari quidem numero per omnes casus eunt, plurali non nisi per nominativum et accusativum et vocativum tantum, ut iura, maria, rura, aera. Cato, ut plura aera equestria fiant: *Aeribus equestribus de duobus millibus a cc*[18].

25. Arbor, arboris, non ut uxoris et sororis, cum sit feminini generis, subartatur[19], quasi sit unum ex quatuor suprascriptis[20].

26. *As* finita nomina casu nominativo singulari genitivum varie pronuntiant[21], ut Asprenatis, Thoantis, Atlantis[22]; vocativus singularis similis erit nominativo. Contra est Aeneas, et o Aenea, Marsyas, Amyntas: nec interest Graeca sint necne.

27. Aerem veteres dixerunt, non item aetherem, sed aethera: quia utraque Graeca sunt.

28. Auxiliaris [homo[23],] ab hoc auxiliare homine, ut idem Plinius.

29. Ablativi casus[24] per omne specimen, et quidem quando *i*, quando *e* terminari debeat, collegimus in superioribus.

30. Astyanacte per *e*; quamquam enim genitivus singularis

1) *Et lucifer dici debet* Fabr. P. Ed. pr. nisi quod in hac *et* abest. *Lucifer, furcifer dici debet* Cod. om. *et*. 2) *Ut* Edd. *velut* Cod. 3) *U litera* Edd. *r litera* Cod. utrumque mendosum. Sine dubio scribendum *us syllaba*. 4) *Calend. Augustas* (sic) Fabr. P. *Kal. Augustas* Cod. Ed. pr. 5) *Singulari nominativo as declinabant* Fabr. P. *singulari nominativo as sylluba declinabant* Ed. pr. Si Douzae Cod. non fictitius, h. l. opem tulisset. Integrum locum dedimus e Cod. 6) *Dicat* Fabr. P. *cum qui dicunt* Ed. pr. 7) *Etiam* h. l. interp. Fabr. P. 8) *Altrinsecus* Fabr. P. *alterius secus* Ed. pr. *alterinsecus* Cod. Non spernenda haec lectio; saepius enim apud Plautum *alteri* et *alterius* scribendum, sed per syncopem enunciandum esse videtur. Locus est Plaut. Rud. IV, 4, 114. Eundem Plauti locum bis citat Prisc. III, 5, 30. et VI, 18, 95. tom. I, p. 127. et p. 286. ed. Kr. 9) *Scaenicis* scripsi e Cod. 10) Cf. Varr. Fragmm. p. 250. ed. Bip. 11) *Adicias* Cod. *adiicias* Edd. 12) *Et idcirco* Cod. et Edd. *et* ego sustuli. 13) *Dici debet* Fabr. P. ex emend. Fabr. *ita debet* Cod. Ed. pr. 14) *Eglogas* Cod. Locum Varronis cf. in Fragmm. p. 197. ed. Bip. *Annaleî* libri nostri omnes, quod cur mutatum sit in Varr. Fragmm. l. c., nescio. Ceterum in Edd. articuli ita se excipiunt: *Annali. Aenea. Agreste.* 15) Cf. Sal. Fragmm. p. 224. ed. Gerl. Verba Plinii *in animali* significatione ex superioribus explicanda esse videntur, ubi *agile* de persona, *agili* de re dicendum de Plinii sententia refertur. Ex quo intelligitur, hoc Plinium voluisse, ablativo dicendum *agreste*, ubi de animali vel re animata, sed *agresti*, ubi de re sit sermo. 16) *In Agemo* Ed. pr. in *Archemoro* Fabr. P. *in age mō* Cod. 17) Cf. Lucret. II, 637. ubi *pulsarent*. 18) Eundem Catonis locum citat Priscian. VII, 8, 38. tom. I, p. 317. ed. Kr. *Cato in oratione, qua suasit in Senatu, ut plura aera equestria fierent: Nunc ergo arbitror oportere restitui, quo minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium. In eadem: De aeribus equestribus de duobus milibus actum.* Sub finem loci apud Charisium v. *actum* e Prisc. petitum exhibet P. Sed Cod. et Ed. pr. pro ea voce praestant *a cc.* (sic) Quod si superiorem illum locum a Prisciano citatum comparamus, scribendum videbitur *ac ducentis* pro *actum*, quod ipsum altero loco apud Priscianum legendum erit, quam ibi nulla varietas lectionis enotatur. Ceterum Fabr. Prisciani verba in Charisium intulit: *Cato in oratione — actum.* 19) *Subarctatur* Fabr. P. *subartatur* Cod. Ed. pr. 20) *Suprascriptis nominibus* Edd. om. *nominibus* Cod. 21) *Pronuntiant* scriptura e Cod. 22) *Atlantis* accessit e Cod. ignoratum a Fabr. P. *aspernantis Thoantis anhelantis* Ed. pr. 23) Voc. *homo* in membrana exesa non legi posse in Cod. notavit Nieb. 24) *Ablativus casus* Edd. *ablativi cas.* Cod. Tum pro *in superioribus* Ed. pr. post lacu-

is syllaba finiatur, quod alio communi [1] non est, e nec *i* ablativo cludetur.

31. Aiax; ad eandem rationem id quoque pertinet nomen, Aiace ablativo; hunc tuebitur, nec *i* admittet.

32. Alacer. *Er* finita numero [singulari [2]] casu nominativo ablativum per varias vias dant [3], ut acre, accipitre; ex quibus si qua solent in nomen hominis transire, non sunt dubia.

33. Alexander, si ratio placet, quam sub Euandri nomine disputavimus.

[98] || 34. Ager quoque usu non ratione dicitur, quae mihi ratio vix videtur adhibenda.

35. Aurelii genitivus non tantum crescit cum nominativo, sed ut par sit dativo [4] casui, ut Plinius eodem libro scribit.

36. Amans, amantium; *ns* finita nomina singulari nominativo genitivo plurali *ium* recipiant necesse est. Itaque Terentius:

Amantium irae, amoris reintegratio est [5].

Amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat:

Quantum amantum in natica est [6].

37. Aplustre. Omnium nominum, quae sunt neutri generis et in *e* terminantur, ait Plinius, Caesarem scisse eosdem esse ablativos, quales sunt dativi singulares.

38. *Ar* literis nomina neutralia terminata. Idem non minus, ait Caesar [7], quod dativo et ablativo pari iure funguntur, ut idem Plinius scribit.

39. Architectonis; Titinnius in Setina:

Incensus architectonis [8].

40. Algu; Plautus in Rudente:

Tu vel suda, vel peri algu [9].

41. Avi; Cicero de Auguriis: *Omnibus avi incerta* [10].

42. Amni; Maro:

Secundo defluit amni [11],

ubi Plinius eodem libro, Ab antiquis, inquit, quos Varro reprehendit, observatio omnis illa damnata est, non quidem in totum. Dicimus enim, inquit, ab hoc canali, siti, tussi, febri. Maiore tamen ex parte forma mutata est; ab hoc enim cane, orbe, carbone, turre, falce, igne, veste, fine, monte, fonte, ponte, strigile, tegete, . . . [12] asse, axe, nave, classe dicimus. Ac ne illa quidem ratio recepta est, quam G. Caesar [13] ponit in femininis, ut puppim, restim, pulvim. Hoc [14] enim modo et ab hoc cani dicemus [15], et ab hoc cane.

43. Aenigmatis; Varro de utilitate sermonis quarto. Ait enim Plinius, quamquam ab hoc poemate, his poematibus facere debeat, tamen consuetudini et suavitati aurium censet summam esse tribuendam, ut in Aceste, et in Anchise Maroni . . . [16] placitum; et quod Graeca nomina non debent Latinis regulis alligari.

44. Arabis; Maro:

Hyrcanisve Arabisve parant [17], [99]

ubi Plinius: *Es* numero plurali finita nominativa dativo *bus* recipiunt, idque commentatores iubent. Quid ergo si sic declinavit, ut Plautus in Bacchidibus, et in Poenulo [18]: *Arabus*, *myrrhinus*, *odor Arabus*. Lucillius XXX [19]:

Arabus artemo.

Denique et G. Cassius [20] in epistula, quam de Dolabella

nam habet *primus*. 1) *Quod alio communi non est.* Obscura haec. Cod. nihil auxilii fert, nisi quod *commū.* per comp. scriptum exhibet. 2) Pro v. *singulari* in Edd. et Cod. hiatus est. Ego facili emendatione supplevi. Tum pro *nominativo* Cod. exhibet *nom̄.* i. e. *nominativo*, quod rescripsi. Edd. exhibent *nomini.* 3) *Dant* addidi e Cod. *ducit* Ed. pr. om. Fabr. P. Citat Fabr. ad hunc locum Servium in VI Aeneid. (v. 685.) ad illud: *alacris palmas utrasque tetendit*, ubi haec leguntur: *Ipse alacris. Et sciendum antiquos et alacris et alacer, et acris et acer tam de masculino quam de feminino genere dixisse. Nunc masculino utrumque damus; de foeminino alacer et acer nunquam dicimus, licet Ennius dixerit: Aestatem auctumnus, post acer hiems sit. Nam inde est alacer.* 4) *Sed et par fit dativo* Fabr. P. *sed ut par sit dativo* Cod. Ed. pr. 5) Terent. Andr. III, 3, 23. ubi vide Faernum et Bentleium. 6) *In viatica est* Edd. O. *in natica est* Cod., quod dedi, licet vitiosum. Bothius in Poetar. L. Scen. Fragmm. V, 2, p. 151. locum Caecilii sic scripsit: *Quantum amantum viaticum est*, quod probare non possum. 7) Hunc et superiorem, ubi Caesar citatus est, locum ad libros C. Iulii Caesaris de Analogia retulerunt. Cf. Fragmm. Caes. in Ed. Oberl. 8) Stephanus scripsit *architectoni*, et *infensus*. Cf. Fragmm. Poetar. Lat. pag. 290. Adde Titinnii Fragm. apud Both. Poet. Scen. Lat. V, 2, 69. 9) Plaut. Rud. II, 7, 24. Cf. Priscian. VI, 9, 46. tom. I, p. 250. Kr. 10) Pro *Omnibus* in Cod. est sigla notissima: om̄b. Cf. Fragmm. Ciceronis p. 478. ed. Orell. 11) Virg. Georg. II, 447. 12) Post v. *tegete* in Cod. est trium literarum lacuna, in Ed. pr. longior. Nihil desiderarunt Fabr. P. 13) *G. Caesar* scriptura e Cod. 14) *Haec* Edd. In Cod. sigla est, quae *hoc* significare solet. 15) *Dicemus* omiserunt Edd. 16) In Cod. lacuna trium literarum. Et cum statim post in Cod. absit *est*, quod Edd. Fabr. P. post *placitum* exhibent, putem *Maroni est placitum* legendum esse. In Ed. pr. nec hiatus significatus est, et *est* desideratur. 17) Virg. Aen. VII, 605. 18) *Ut Plautus in Bacchidibus Arabus et in Poenulo* Fabr. P. ex emendatione Fabricii. In Bacchidibus nihil tale legitur; in Poenulo Act. V, 4, 16. est: *Arabius myrrhinusque omnis odor.* 19) *Lucillius* 25. P. Fabr. *Lucilius XXV* Ed. pr. *Lucillius XXX* Cod. Locum ad librum Lucilii XXV retulit Douza in Rell. Lucilii pag. 377. comparavitque alium Lucilii locum, ubi *Rhinoceros Aethiopus* legitur. 20) *G. Cassius.* Sic Cod. et Ed. pr. Idem fortasse est *Cassius*, qui supra p. 80. P. *Cassius Severus* ad Maecenatem citatus est, quem eundem locum excitat Priscian. VII, 11, 57. tom. I, pag. 328. Kr. Idem *Cassius* citatur a Prisc. VIII, 4, 17. tom. I, p. 368. Kr. sine praenomine et cognomine; sed a Diomede pag. 370. P. laudatur *Accius Cassius* ad Tiberium secundo, qui alius fuisse videtur. Apud eundem tamen Diomedem p. 368. P. *Cassius Severus* invenitur. Et hi quidem *Cassii* non confundendi sunt cum *L. Cassio Hemina*, scriptore historico. Ceterum *in epistula* scripsi e Cod.

scripsit: *Arabi mirifico animo erga nos fuerunt*, inquit. Araps; Maro [1]:

Omnis Araps, omnes vertebant terga Sabaei.

Florus ad divum Hadrianum: *Quasi de Arabe aut Sarmata manubias* [2].

45. Bos, bovis, non ut gloris, roris, floris, quod haec *r* consonantem unius temporis habent, ut caput non magis placet, licet apud Graecos phthongos plures habeat haec litera, ut vocalis [3], bovis vero tametsi brevem tantum vocalem gerat.

46. Biber, τὸ πιεῖν [4]; G. Fannius Annalium octavo: *Domina eius ubi ad villam venerat* [5], *iubebat biber dari.* Cato quoque Originum, sed et Titinnius in Prilia [6]:

Date illi biber, iracunda haec est.

47. Belidis; Cinna in Propemptico Pollionis:

Nec tam donorum ingentes mirabere acervos,
Innumerabilibus congestos undique saeclis,
Iam inde a Belidis, natalique urbis ab anno
Cecropis, atque alta Tyria ab origine Cadmi [7].

Patronymice dixit, Belidis, ut Arabis [8], at vero Maro *Belidae* [9] *Palamedis* ait.

48. Cretum [10]; Cicero Tusculanarum lib. II: *Cretum legis. Cretenses* Ennius, ut Varro [11] lib. primo de sermone Latino scribit.

49. Contubernale; Pomponius in Macco [12] milite:

Cum contubernale, inquit, *pugnavi*, *quod meam coenam.*

50. Cereale ablativo *e* terminabitur, si homo sit, Cereali, si res sit et fructus.

51. Consulari nunquam per e dari ablativus poterit, quod proprium nomen hominis non sit, sed aptum homini et negotio.

52. Coniuge, quod alii rei non possit esse commune, idcirco per *e* sonabit.

53. Cicatrice sub eadem ratione censebitur.

54. Celere si proprium sit nomen viri [13], quod si femininum, sive id fuerit neutrum communis generis, celeri, id est, ab hoc et ab || hac celeri. Plautus in Sticho: [100]

Ita celeri, inquit, *curriculo fui* [14].

55. Celebre simile dubiis est, ut sub *a* litera diximus, quamquam plurali nominativo in *res* exeant, ut salubre, pultare [15], pedestre, terrestre.

56. Cervicium; ubi Plinius eodem libro exceptis monosyllabis cetera *x* finita nomina seu vocabula absque cognominibus genitivo plurali, quamquam ante *um i* non recipiant, ut fruticum, pulicum [16]; radix tamen, ut cervix, radicium facit.

57. Cicatricum non cicatricium; Hortensius pro G.Rabirio: *Cicatricum mearum*, quod emendate dictum sit [17].

58. Compluria; Terentius in Phormione:

Nova compluria [18],

ubi Plinius, Iulius Modestus, inquit, ita definiit: quae nomina comparandi fuerint, et accusativis pluralibus in *is* exient, id est, fortioris [19], fortiorum facere debet, non fortiorium, id est, ante *um* syllabam *i* recipere non debet, [ita [20]] complura et complurum esse dicendum; consuetudo tamen et hos plures dicit, et haec pluria.

1) *Arabs. Maro* Edd. *Araps* scripsi e Cod. Cf. Virg. Aen. VIII, 706. 2) De *Floro* cf. Gerardi Ioannis Vossii de Historicis Lat. lib. I. 3) *Quam vocales* Fabr. P. *ut vocalis* Cod. Ed. pr. Totum autem hunc locum plane esse depravatum, sponte intelligitur. Equidem sic legendum censeam: *Bos, bovis, non ut gloris, roris, floris, quod hoc ante s consonantem, o unius temporis habet, licet apud Graecos phthongos plures habeat; bovis vero brevem tantum vocalem gerit.* Verba: *ut caput non magis placet*, undecunque venerunt, insiticia sunt, et *ut vocalis* putem orta esse ex interpretamento ad v. *phthongos.* 4) *Biber*, τὸ πίειν Fabr. P. Ed. pr. Graeca in Cod. margini adscripta sunt. 5) *Ubi villam venerat* P. fortasse errore typographico, qui error transiit in Collectionem Fragmm. histor. pag. 9. ed. Cort. 6) *In Praelia* Edd. *in Prilia* (i plin) Cod. Cf. Fragmm. Poetar. Scen. V, 2, pag. 66. Legendum videtur: *Dăte ĭlli biber Irácunda haéc est*, quod moneo propter corruptam Bothii mensionem. 7) *Nec tñ* (i. e. *tamen*) — *ingentais* — *acerbos* Cod. Tum *congestis* Fabr. P. atque ita Cod. a pr. m. *In muneralibus congestis* Ed. pr. Correctum in Cod. *congestos*, recte. *Saeclis* e Cod. scr. Deinde *Tyrii* Edd. *Tyria* Cod. De Cinnae loco cf. Weicherti Poetar. Latinor. Reliquiae p. 190. seqq. 8) Pro *Arabis* in Cod. legi *urbis* vel *arbis* testatur Nieb. 9) *Belida* P. ex errore typ. Virg. Aen. II, 82. 10) *Cretam* Edd. *Cretum* Cod. Atque ita etiam paullo post. Locus Cic. est Tusc. II, 14, 34. *Cretum quidem leges, quas sive Iupiter sive Minos sanxit* cett. 11) Cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. p. 329. 12) *In Machomilite* Edd. *in Macco milite* Cod. Cf. Fragmm. Pomponii apud Both. pag. 110. et Munk. de Pomponio Bon. p. 75. 13) *Nomen sit viri* Edd. *sit nomen viri* Cod. 14) Plaut. Stich. II, 2, 13. 15) *Pultare* aut adiectivum, ad pultem pertinens, aut substantivum, vas in quo puls coquitur; lexicis addendum. 16) *Filicum* Edd. *pulicum* Cod. 17) *Dictum est* Edd. *dictum sit* Cod. 18) Ter. Phorm. IV, 3, 6. *nova hic compluria.* 19) *Exient. s. fortioris* Edd. *exient, id est, fortioris* Cod. Quae quid sibi velint, nescio. Quis est enim, qui sibi persuadeat, Grammaticum *exient* scripsisse pro *exeunt* aut *exibunt?* Tum cetera quoque male cohaerent, ita ut aliquid excidisse videatur. In Cod. nulla apparet lacuna. Fortasse sic scribendum: *Quae nomina comparandi fuerint et accusativis pluralibus in is exierint, id est, fortioris, ea genitivo plurali um non ium, id est, fortiorum facere debent non fortiorium, id est, ante um syllabam i recipere non debent, quare complura et complurum esse dicendum. Consuetudo tamen* cett. Fortasse tamen membra transposita sunt, sic reponenda: *Quae nomina comparandi fuerint et accusativis pluralibus in is exierint, ante um syllabam i recipere non debent, id est, fortioris, fortiorum facere debet, non fortiorium, quare complura* cett. quae lenior medicina videtur et certior. 20) *Ita* in Cod. non comparet, sed dubitationis signum adiecit Nieb., quo illud ipsum addubitaret, utrum revera in Cod. abesset, nec ne.

59. Constante, cum cognomen erit hoc, velut[1] eiusmodi, a praesente, innocente, sapiente, nitente[2], prudente dicemus, ait Plinius, nec interest *ens* an *ans* nominativo singulari claudantur. Sed enim P. Rutilius de vita sua II[3], *Animo*, inquit, *constante*.

60. [Continenti[4];] Varro de gente [P. R.[5]] lib. II: *In terra continente*[6].

61. Candenti; Varro Rerum rusticarum tertio: *Candenti ferro*[7].

62. Civitatium; Annaeus Cornutus ad Italicum de Vergilio, lib. decimo: *Iamque exemplo tuo etiam principes civitatium, o poeta, incipient*[8] *similia fingere.*

63. Canes; Lucilius primo[9]:

Inritata canes quam homo, quod planius dicit,

pro canis, nec enim potest dici ut nubes, sedes, sed ut funis, turris; canicula enim facit, ut turricula, funicula.

64. Cetariis; Pomponius Secundus[10] ad Thraseam, cum ratio cetaribus, inquit Plinius, poscat. Ut moenia, moeni-
[101] bus, ilia, ilibus, || Parilia, Parilibus. Ea enim nomina, quae *i* ante *a* habent, ut cetaria, in *bus* necesse est desinant.

65. Clavim; Tibullus[11]:

Hinc clavim ianua sensit.

Strigilim quoque Lucilius[12]. Varro de poematis[13] secundo *lentim*, quod eorum nominum ablativus singularis in *i* exit. Avem autem et navem; quoniam ab hac ave et nave faciat, accusativus per *i* dari non potest.

66. Diligente; Verrius Flaccus[14], inquit Plinius, eorum nominum, quae *ns* finiuntur casu nominativo, ablativus in e dirigendus est. Itaque Caesar epistularum[15] ad Ciceronem: *Neque*, inquit, *pro cauto ac diligente se castris continuit*[16].

67. Duo, hos duo; Accius in Epinausimache:

Martes armis duo congressos crederes[17].

Terentius in Adelphis:

Tu illos duo olim pro re tollebas tua[18],

ubi Helenius Acron: pro duos. Duorum; Pomponius in Macco Milite:

Nam cibaria[19] *vicem duorum solum me comesse condecet.*

68. Dracontem Accius in Philocteta[20], quod utique venit a nominativo, hic dracon.

69. Domi suae: Varro de sermone Latino libro V[21]. Nec enim potest adverbium dici, cui *suae* pronomen adest. Cato de multa, contra L. Furium: *Domi meae saepe fuit*[22], et est genitivus.

70. Digitum pro digitorum; Varro[23] ad Atticum de vita P. R. lib. I. *Neque ille Callicles, quaternum digitum tabellis nobilis cum esset factus, tamen in pinguendo*[24] *ascendere potuit ad Euphranoris altitudinem.*

71. Damnas, ut cuias, nostras, et cuialis, nostratis, an quid esse dicemus? Nam et interpretatio eius damnatus[25] participium facit.

72. Dii pro die seu diei Lucani; Virgilius[26] enim:

Libra die[27] *somnique pares ubi fecerit horas.*

Est[28] . . . . . ante iis, arguit diique [per *ii* semper[29]] legendum esse definit, idque in Coeli[30] historia . . I . . . . . re deprehendes[31].

73. Duum; Fronto ad Marcum Antonium, *de feriis*[32] *Oltiensibus: duum item vestrum*[33] *doctum principem et navum modulorum et tibicinum studio*[34] *fuisse divino tum scimus.*

1) *Hic ut* Edd. *h. velut* (sic) Cod. 2) *Virente* Fabr. P. *intente* Ed. pr. *nitente* Cod. Post v. *prudente* in Ed. pr. hiatus est indicatus, de quo tacet Nieb. 3) *De vita sua libro secundo* Edd. *de vita sua II.* Cod. 4) Hoc voc. in Cod. evanuisse testatur Nieb. Scribendum videtur *Continente*. 5) *P. R.* absunt hae literae a Cod. Tum *lib. II.* Cod. *lib. primo* aut *lib. I.* Edd. 6) *Continenti* Edd. *continente* Cod. quod verum. In Fragmm. Varronis hic locus libro primo adnumeratur pag. 235. ed. Bip. Ceterum in Cod. pro *in terra* legitur *int ca* (sic). 7) Locum hunc apud Varronem non reperi. Quaerat, cui vacat. 8) *Et poetae incipient* Edd. *o poetae, inc.* Cod. 9) Cf. Douzam ad Lucil. Rell. pag. 265. seqq. ed. Haverc. *Inritata* scriptura e Cod. Tum *quam homo hoc quod* Edd. *Plinius dicit* Ed. pr. 10) *Pomponius II.* Cod. 11) Tibull. II, 4, 31. ubi editur *clavem*. 12) Cf. Douzae Rell. Lucil. p. 243. ed. Haverc. 13) *De Poematon* Cod. Cf. Varr. Fragmm. p. 192. ed. Bip. 14) Cf. Festus p. 298. ed. meae. Aut omissum aliquid, aut oratio elliptica, ita ut Verrius Flaccus ipse loqui fingatur, sic fere: *Verrius Flaccus: eorum nominum — dirigendus est.* Tum verba *inquit Plinius* nihil significant, nisi petita haec esse ex Plinio. 15) *Epistulorum* scriptura e Cod. 16) Cf. Fragmm. Caesaris apud Oberl. (p. 324. ed. Dähne). 17) Cf. Attii Fragm. apud Both. in Poet. Scen. Lat. V, 1, pag. 201. 18) Terent. Ad. V, 3, 23. ubi vide Bentleium. Paullo post *per duos* Ed. pr. 19) *Nam si cibaria* Edd. *si* abest a Cod. *Machomilite* Edd. *Macco milite* Cod. Cf. Pomponii Fragm. apud Both. in Poet. Scen. Lat. V, 1, p. 111. Adde Munk. de Pomp. Bon. pag. 75. 20) *Filocteta* Cod. 21) Varro L. L. lib. VIIII, 41. p. 506. ed. Sp. *Ab eadem ratione domi suae quisque ubi lavatur, balineum dixerit.* 22) Cf. Fragm. Catonis apud Cort. pag. 26. 23) Cf. Fragmm. Varr. p. 236. ed. Bip. 24) *Pinguendo* scripsi e Cod. Ed. pr. Tum *Eufranoris* Cod. Edd. 25) *Damnatum* Edd. *damnatus* Cod. 26) Pro vv. *Lucani Virg.*, quae Editiones exhibent, in Cod. est: *Lucon paulus.* 27) *Dii* Fabr. P. *dic* Cod. Ed. pr. Locus Virg. est Georg. I, 208. De re cf. A. Gellius IX, 14. 28) Post v. *est* lacuna deprehenditur in Cod. et Edd. 29) *Per ii semper* Fabr. P. ex Fabricii correctione. In Cod. legitur: *ut/if p̄.* Ed. pr. habet: *ut si semper.* 30) *Caelii* Edd. *Coeli* Cod. 31) *Historia deprehendas* Fabr. P. In Cod. locus detersus cum residuis aliquot literis. Similiter in Ed. pr.: *historia* (hiatus) *ere deprehendas.* 32) *De ferro* Edd. Ceterum in Ed. pr. *Fronto* nomen deest, lacuna pro eo relicta. Fabricius in notis Mss. correxit *Antoninum*, sed in editione non expressit. 33) *Vestrorum* Edd. *vestrum* Cod. 34) *Odio* Edd. *studio* Cod. Quam male habitus sit Charisius, vel ex hoc loco intelligi potest. Cf. adnotatio Heindorfii ad M. Cornelii Frontonis Reliqq. ed Niebuhr. pag. 137. Locus Frontonis hic est in epist. III. ad Antoninum de Feriis Alsien-

Naevius in Tarentilla:
102] *Salvi et fortunati || sitis duo, duum nostrum patres*[1].

74. Dapsile, ab hoc dapsile, si de homine dicas, *e* litera ablativus est terminandus. Dapsili si rem significabis, ab hoc dapsili.

75. Decemvirali; ablativus semper hic erit, nec in *e* literam transiet, ut ab hoc consulari, quod honorum nomina propria hominum esse non possunt.

76. Duumvirali; id quoque ex supradicta ratione consistit.

77. Duplici; Bibaculus: *Duplici*, inquit, *toga involutus*[2], non duplice. Unde quidam errant, qui *x* litera nominativo singulari finita nomina ablativo *e* tantummodo putant claudi, cum mendaci animo et artifici ingenio, et salaci et a minaci[3] proposito, et ab atroci facto et a truci vultu[4], ait Plinius, recte dicamus.

78. Didun; Ateius Philologus[5] librum suum sic edidit inscriptum[6]: *An amaverit Didun Aeneas*, ut refert Plinius, consuetudinem dicens facere hanc Callisto, hanc Calypso, hanc Io, Allecto[7]. Itaque et L. Annaeus Cornutus in Maronis commentariis Aeneidos X. *Didus* ait: *Hospitio Didus exceptum esse Aenean*[8].

79. Elephans. *Ns* literis nominativo singulari finita nomina genitivo singulari in *s* literam necesse est exeant, et saltantis, ablativus singularis ab hoc saltante, quod in elephanto[9] non cadit. Itaque elephantus est vocandus, facit enim huius elephanti et ab hoc elephanto.

80. Egente, ab hoc egente homine. Egenti, ab hac egenti re.

81. Euandrus Maro ait, quod, ut inquit Aurelius[10] Opilius, Graeca nomina *os* syllaba finita Latine [solent[11]] *us* terminari, usus tamen Euander. Sunt sane quaedam, quorum natura consuetudini copulatur, ut Codrus et Hesperus.

82. Ego pronomen ita declinandum dedit. Ego, mei, mihi aut mi[12], me, o ego, ab hoc me.

83. *Er* syllaba finita nomina masculina genitivum duplicis formae dant, ut Euander, Euandri, ager, agri, niger, nigri. At cum per *ris*, ut pauperis, anseris, sequestris, equestris[13], quoniam quaedam eorum sint communis promiscuive generis, feminini etiam, sed et neutri, ut mulieris, pauperis, sileris, aggeris.

84. *Es* producta finita nomina genitivo diei, aciei, luxuriei, faciei facient[14], excepto quies. Quamquam enim et hoc[15] ante *s i* literam habeat, tamen quietis facit, requies vero requiei, adeo ut Maro quarto[16],

Requiem, inquit, *spatiumque furori*,

non requietem, exceptis etiam rei, spei, fidei.

85. Exerciti genitivo Naevius belli Punici libro primo[17]:

M. Valerius consul partem exerciti in expeditionem ducit.

86. Ficos vitium esse corporis, proinde declinari debere quasi pomum. Martialis in Laetilianum iocantis nobis occurrit exemplum, nam ita loquitur:

Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici ficos Laetiliane putas.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicamus ficos Laetiliane tuos[18];

ut sit ἀσύνδετον[19], dictum quamvis quidam ficus vitium esse velint, ut doloris quasi[20] sonitus audiatur, ficos ut fagos, moros, fagos, ulmos[21] Varronem dicere, sub *F* litera dedimus exemplum. Ficus Cicero de Oratore libro II: *De ficu suspendit se*[22]. Varro quoque de Scaenicis[23] originibus libro I: *Sub Ruminali ficu.* Itaque Pli-

sibus: *Avum item vestrum, doctum principem et navum, orbis terrarum non regendi tantum sed etiam perambulandi diligentem, modulorum tamen et tibicinum studio devinctum fuisse scimus.* Heind. notavit haec: Iam quivis sic locum Charisii emendabit: *De feriis Alsiensibus: Avum item vestrum duum doctum — studio fuisse devinctum scimus.* Non tamen inde istud *duum* obtruserim Frontoni, qui cum sect. IV. *Traiani proavi vestri*, sect. XII. *maiores vestri* et *proavus vester* dixerit, cur tandem hoc loco pronomini adiecerit *duum?* Ut de Vero, credo, moneret lectorem, dum de otio somnoque et de epulis loquitur. Haec Heindorfius. Non credibile est, citasse Grammaticum hunc locum, nisi ipse ibi legeret *duum*.
1) Cf. Poetas Lat. Scen. Bothii tom. V, 2, p. 19. ubi *sitis* ex coniectura additum, quam Cod. noster confirmat. *Sitis* deest in Edd. O. Paullo infra legitur *transiet*, quod non credo a Grammatico profectum esse, licet Cod. et Edd. exhibeant. 2) Cf. Weichertus in Poetar. Latinor. Rell. p. 362. ubi hic locus iambicis Furii Bibaculi epigrammatis adiudicatur. 3) *A minaci* Cod. praepositionem om. Edd. 4) *Et atroci vultu* Edd. *et truci vultu* Cod. 5) *Ateias Filologus* Cod. *Atteius Phil.* Edd. Idem infra recurrit, ubi eius πίνακες a Grammatico citantur. 6) *Scriptum* Cod. Ed. pr. Recte emendavit *inscriptum* Fabr. 7) *Hanc Alecto* Fabr. P. *Allecto* sine pronomine Cod. Ed. pr. 8) *Annaeus Cornutus.* Idem sine dubio, quem supra citavit Charisius p. 100. P. *ad Italicum de Virgilio libro decimo.* Eundem citat idem infra p. 181. 9) *Elephante* Edd. *elephanto* Cod. 10) *Maro quod ut inquit Aurelias* Edd; *Mara quod ut ait inquit Aurelius* Cod. *Euandrus Maro ait, quod ut* cett. scripsi de coniectura. 11) *Solent* abest a Cod et Ed. pr. interpositum a Fabr. 12) *Ut mei* Cod. *aut mei* Ed. pr. 13) *Equestris, sequestris* hoc ordine Edd. 14) *Facient* Cod. *faciunt* Edd. 15) *Haec* Edd. *h.* Cod. i. e. *hoc.* 16) Virg. Aen. IV, 433. *adeo ut — inquit* sic omnes libri; legendum sine dubio *inquiat.* 17) Cf. Herm. in Elem. doctr. metr. p. 630. ubi ex Merulae emendatione scribitur *Manius Valerius.* Paullo post pro *proinde* in Cod. est *proin q.* quod fortasse legendum *proin quoque.* 18) Martial. I. 66. *Laetiliane* et supra *Laetilianum* ex Cod. et Ed. pr. scripsi, ut supra, ubi idem fragmentum legitur. Fabr. P. *Caeciliane* et *Caecilianum*, ut est apud Martialem. 19) Ἀσύνθετον male Edd. O. ἀσύνδετον Cod. 20) *Quasi.* Pro hac voce in Cod. est *qfue*, quod significat *quisue.* 21) *Imnios* Ed. pr. *mimos* Cod. *ulmos* Fabr. P. 22) Cicero de Orat. II, 69. ubi legitur: *uxorem suspendisse se de ficu.* 23) *Scaevicis* scripsi e Cod. Cf. Varronis Fragmm. p. 250. ed. Bip.

nius Secundus recte arborem ita dici ait, pomum vero per o literam dici. Fici; Ennius:

Dulciferae fici lactantes ubere toto[1].

Lucilius:

Fici, inquit, *comeduntur et uvae*[2].

87. Felicium. Trium generum nomina genitivo plurali ante *um i* debent recipere, ut pernicium, audacium, ferocium. Alia illa regula est, quam sub C litera diximus.

88. Fretus, huius[3] fretus; Porcius Licinius, ut Plinius eodem sermonis dubii libro sexto refert: *falsi fretus*[4]. Messala contra Antonii[5] literas: *Angustiae fretus.* Fretu[6]; Cicero: *A Gaditano*, inquit, *fretu*[7]. Augustus ad Antonium: *Fretu cessi.*

89. Fabrum pro fabrorum, ubi Plinius eodem libro sexto, hoc recte, inquit, usus, et sestertium, inquit, tot milia. M. Scaurus contra Brutum de pecuniis repetundis: *Praefecti fabrum*[8].

[104] 90. Filiabus in testamentis ob discrimen || sexus ait Plinius dici consuesse, cum[9] his tantum nominibus adiici soleat, quae numero plurali *es* literis terminantur, ut cupiditates, dignitates, vel quae *us*, ut anus, manus, senatus, fluctus.

91. Febrim ut tussim, sitim, ait Plinius, exceptis his tribus, cetera accusativo in *em* exeunt.

92. Fontis[10]. Quorum nominum genitivus pluralis ante *um* syllabam *i* litera terminabitur[11], accusativus, inquit Plinius, per *eis* loquitur[12], montium monteis; licet Varro, inquit, exemplis hanc regulam confutare tentarit[13] istiusmodi, falcium falces, non falceis facit, nec has merceis, nec hos axeis, lintreis[14], ventreis, stirpeis, urbeis, corbeis[15], vecteis, nepteis. Et tamen manus dat praemissae regulae, ridicule[16] ut exceptis his nominibus valeat regula.

93. Fures[17]; licet Grammatici velint genitivis tam singulari quam plurali si *i* litera intererit accusativum pluralem in *eis* exire, ut hic funis, horum funium, hos funeis, quam regulam negat Plinius vires habere potuisse. Errant enim, qui putant, ea nomina, quae nominativo singulari et genitivo sing.[18] per *is* terminabuntur, et genitivos[19] per *ium* loquuntur, accusativo funeis posse dicere, quod negat Plinius.

94. Ferocior tamquam peior, melior, ait Stilo[20], in *eis* accusativo posse proferri, ferocioreis.

95. Ferientium, ferienteis idem Stilo putat facere debere, ut docenteis, saltanteis. Quoniam quaecumque[21] secum verbi iura traxissent, ea accusativis pluralibus, adiuvante re dumtaxat, genitivum pluralem in *eis* sonare.

96. *Facilioreis* Caecilius[22], inquit Plinius, idem et *sanctioreis* ait.

97. Fagus; Varro de gente P. R. primo: *Fagus quas Graece φήγους*[23] *vocant fagos.* Gaius[24] Caesar de analogia secundo: *Fagos, populos, ulmos.*

98. Falaridis; [Cicero in Pisonem: *Sed dicunt*[25]] *isti ipsi, qui mala*[26] *dolore, bona voluptate definiunt, sapientem dicturum, etiamsi in Phalaridis*[27] *tauro succensis ignibus torreatur.*

|| 99. Fructi; Terentius in Adelphis: [105]

Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore fero[28];

1) Cf. Hessel. ad Enn. Ann. I, pag. 15. 2) Cf. Lucil. Reliqq. p. 236. ed. Haverc. 3) Pro v. *huius* in Cod. est ħ. 4) Quis est, qui credat nomen *Porcii Licinii* recte se habere, quae duo sunt nomina gentilitia? Nec quisquam fuit, qui aut *Porcio Catoni* aut *Licinio* cuidam hoc effatum tribuere auderet. Citat tamen eundem Porcium Licinium Gellius XIX, 9. et XVII, 21. ubi in hoc nomine iam offendit Gronovius, quem videas. Cf. etiam Stephan. Fragmm. Poetar. p. 415. Ceterum de eodem satis probabiliter disputavit Weichertus in Poetar. Latinor. Rell. p. 138. qui tamen nihil de nomine. 5) *Antonini* Cod. *Valerius Messala* citatur a Suetonio in vita Octaviani cap. 74. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 208. seqq. 6) *Fretū* (sic) Cod. 7) De simili huius vocis usu cf. Nonius p. 205. Gronov. ad A Gellii lib. X, 26. *Perangusto fretu* ex Cic. in Verr. V, 26. citat Gellius XIII, 20. *Gaditano fretu* apud Cic. ego non inveni. Quaerant, quibus vacat. 8) *Praefecti.* In Cod. est p̃f. Ed. pr. *Praef.* — *Scaurus contra Brutum* etiam citatur a Diomede p. 398. — *Ad Caepionem* aliquoties laudatur infra. Cf. etiam Meyer. in Orat. Rom. Fragmm. pag. 128. seqq. 9) *Cum his tantum.* Sic libri omnes. Legendum sine dubio: *cum hus his tantum nominibus* cett. 10) *Frontis* Cod. *fronteis* Ed. pr. Fabr. P. quod verum videtur. 11) *Littera terminabitur* Fabr. P. ex emendatione Fabricii. Cod. exhibet: *lit̄ cum merebuntur.* Ed. pr. *literam merebuntur.* Recte videtur emendasse Fabr. 12) *Loquutus* Edd. *loq.t'* (sic) Cod. i. e. *loquitur.* Cf. Index siglarum quae in Gaii Cod. reperiuntur, in Ed. Gaii Berol. pagg. CXXVIII et CXLI. Ceterum quod proxime antecedit *eis* in Cod. scriptum est: ϵ*IS*, sic ut ϵ supra scriptum videatur. 13) *Temptarit* Cod. 14) *Lyntreis* Cod. Ed. pr. 15) *Curueis* Cod. 16) *Regulae ridiculae* Edd. *regulae ridicule* Cod.; distinctionem mutandam censuit Nieb. quem secutus sum. 17) *Funes* Edd. *Fures* Cod. Non dubium est, recte scribi *Funes.* 18) *Sing.* deest in Edd. 19) *Genitivos* Cod. *gnto* Ed. pr. *genitivo* Fabr. P. 20) *Aelius Stilo* idem, qui supra p. 64. ed. P. Varronis magister dicitur. Idem citatur ab A. Gellio II, 21. III, 3. V, 21. X, 21. *commentario de proloquiis* XVI, 8. ad quem locum vide quae adnotavit Gronovius. Nomen eius totum: *L. Aelius Stilo Praeconinus.* Cf. Indices ad Gell. 21) *Quaecumque — dumtaxat* scriptura e Cod. *dumtaxat* etiam in Ed. pr. 22) Intelligitur sine dubio *Caecilius Statius*, de quo vide Testimonia veterum apud Bothium in Poet. Scen. Lat. V, 2. p. 125. 23) Vv. *quas Graece* desunt in Edd. O. Cf. Varronis Fragmm. p. 235. ed. Bip. 24) *Gaius* scriptura e Cod. Cf. C. Iulii Caesaris Fragmm. p. 332, ed. Daehn. 25) *Cicero in Pisonem: Sed dicunt.* Haec verba in Codice deesse significavit Nieb. Sed exhibet iam Ed. pr. et recte legi videntur. Cf. Cic. in Pison. c. 18. 26) *Malo* Cod. Ed. pr. 27) *Falaridis* Cod. Edd. O. 28) Locus est Terent. Ad. V, 4, 16. Pro *exacta aetate* in Cod. est *exactate.*

ubi Helenius Acron: et huius fructuis, ut senatuis, veteres extulerunt.

100. Facile[1]; ab hoc Facile, si homo vocetur; facili[2], si de re loquaris.

101. Familiare; ab hoc Familiare, si de homine; familiari, si de re.

102. Forte[3]; ab hoc forte. Tullius Oratore, forti: *Ab hoc forti viro*[4]. Generaliter enim dicitur familiari pro familiare. Brutus ad Caesarem: *A Scaptio*[5] *familiari meo.* Cicero quoque de divinatione libro II: *In Aesopo familiari tuo*[6]. Familiare pro familiari; Varro ad Neronem: *A Lare familiare*[7]. Familiare recte P. Rutilius de vita sua libro tertio: *Pro Lucio Familiare*[8] *veniebam.*

103. Pro fragili fragile verti aut dici ablativo duntaxat[9] casu omnino non potest, quod in *e* proprium hominis nomen omnino non vertitur. Ab hoc enim fragili dicimus et homine et negotio.

104. Felice; a Felice defensus felici die. Feroce, a Feroce adiutus; a feroci et agresti homine prostratum. Nec enim sunt communia, cum aliud sit proprium hominis, aliud generale feritatis.

105. Face, ab hac face, quia nullo[10] aut tenui vestigio potest esse commune.

106. Frus, huius frundis[11], quod sic ab Ennio est declinatum, annalium libro VII: *Rarescunt*[12] *frundes*, non frondes.

107. Fros sine *n* litera, ne faciat, inquit Plinius, frontis, quasi non dicatur nisi frons, τὸ μέτωπον, quodque[13] se probare dicit, quoniam una cum *u*[14] non recipiebat *ns*, nec convertet in *o*[15]. Varro rerum rusticarum lib. I: *Ulmos et populos, unde est fros*[16]. Idem antiquit. Rom. libr. XV: *Fros, faenum*[17], *messis.*

108. Femini; Tibullus:

Implicuit[18] *femur femini*,

non femori, quasi sit hoc femur huius feminis. Femen enim nominativo ut semen, nec dum legimus a veteribus adsertum.

109. Fragmine; Maro VIIII[19]:

Atque ingenti fragmine montis.

110. Gracile, ab hoc Gracile, si sit hominis nomen; gracili, si de re dicas.

|| 111. Git; Varro ad Ciceronem XI.[20] per omnes casus [106]
id nomen ire debere commeminit; vulgo autem hoc gitti[21] dicunt. Itaque et Plinius[22] sermonis dubii libro sexto.

112. Glossemata, ut τορεύματα, ἐνθυμήματα, νοήματα, σχήματα, ποιήματα[23], et his similia omnia Varronis regula, inquit Plinius, dativo et ablativo plurali in *bus* dirigit[24], quia singularis ablativus *e* litera finiatur. Melior tamen ratio est, quam sub *A* litera dedi. Et ideo haec et eiusmodi ex alia formula genitivum pluralem, et ex alia[25] dativum sumunt, horum glossematum, his glossematibus.

113. Glis; Varro in Admirandis: *In sylva mea est glis nullus*[26]. Sed et Cato[27] in Originibus ita est loquutus. Quidam enim hic gliris putant dici[28].

Tum *ab his fero* Fabr. P. quemadmodum est in Codd. Terentii. 1) *Facili* Edd. *Facile* Cod. 2) *Facile* Edd. *facili* Cod. 3) *Ut forte* Fabr. P. *ut* abest ab Ed. pr. et Cod. in quo utroque libro a v. *Forte* incipit etiam novus articulus. Quod secutus sum, licet vera videatur Fabricii emendatio. 4) In Cic. Oratore non inveni. Legitur Inv. II, 34. *Ut si pro aliquo claro et forti viro.* Ceterum in Cod. est: *Tullio Oratore.* 5) *A Sceptio* Edd. *a Scaptio* Cod. Brutus in epistolis citatur a Diomede p. 383. ed. P. et a Prisciano IX, 7. p. 456. tom. I. Kr. Idem Brutus de officiis citatur a Prisciano VI, I. pag. 222. tom. I. ed. Kr. Praeterea eiusdem laudatio liber de patientia et laudatio Appii Claudii citantur a Diomede p. 378. et p. 364. ed. P. 6) Cic. Div. I, 37. 7) Varronis ad Neronem epistolam citat etiam N•nius p. 167. ubi pro *ad Varronem* sine dubio legendum est *ad Neronem.* Idem p. 26. Cf. Varronis Fragmm. p. 199. ed. Bip. 8) *Pro L. familiare* Edd. *pro Lucio Familiare* Cod. sed minusculis tamen literis initialibus. Ceterum P. Rutilius de vita sua citatur aliquoties a Charisio et Diomede, de quibus locis vide Indicem. Eiusdem orationem pro L. Caerutio ad populum citat Diomedes p. 372. ed. P. 9) *Duntaxat* scribitur h. l. in Cod.; alibi *dumtaxat.* 10) *Nulli* Cod. Ed. pr. 11) *Frus h̄ fruis* (sic) Cod. *Frus huius frundis* Edd. quod sententia postulat. 12) *Rarescant* P. *rurescant* Ed. pr. Fabr. *rurrescunt* sive *surrescunt* Cod. Ita enim scriptum e Cod. retulit Nieb., ut litera initialis *s* et *r* esse possit. Si *surrescunt* scriptum fuit, legendum sine dubio *succrescunt.* Apud Hesselium in Ennii Fragmm. p. 77. legitur *rurescant*, ut exhibent Edd. pr. Fabr. Non dubito, verum esse: *rarescunt.* 13) *Quotque* Cod. 14) *Quoniam quum u* Edd. *quoniam una cum u* Cod. quod recepi. 15) *Nec etiam vertet in o* Fabr. P. ex Fabricii emendatione. *Nec cum vertet in o* Cod. et Ed. pr. Putavi emendandum esse *convertet*, quod dedi. 16) Cf. Varro R. R. I. 24. *Quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde froos ovibus et bubus sit et materies, seri oportere.* 17) *Faenum* Cod. *foenum* Edd. Varronis libro antiquitatum rerum humanarum hoc fragmentum assignatur. Cf. Varronis Fragmm. pag. 208. ed. Bip. 18) *Implicuitque* Fabr. P. ex corr. Fabr. De Tibulli loco cf. quae supra notavimus ad pag. 66. P. Ceterum Fabr. in notis Mss. ad hunc locum haec: Caper in libris enucleati sermonis dixit femen, sed non posuit exm. Vide Servium in X^m. Aen. (v. 344. et 788.) 19) *Maro. Saxo atque* cett. Fabr. P. *Maro. Nouo atque* Ed. pr. *Maro VIIII* (nono) *atque* Cod. Virg. Aen. IX, 569. 20) *Ad Ciceronem* II Fabr. P. *ad Cic. XI* Cod. Ed. pr. 21) *Hoc gicti* Edd. *hoc gitti* Cod. 22) *Ita ut et Plinius* Fabr. P. ex corr. Fabr. *Itaque ut Plinius* Cod. Ed. pr. quod emendavi. 23) Verba Graeca τορεύματα et ποιήματα in Cod. Latinis literis exarata esse, testatur Nieb., cetera Graecis. 24) *Derigit* Cod. 25) *Et ex alia* scripsi secundum Cod. qui habet: *et .x. alia.* Edd. exhibent *ex alia* om. *et.* 26) Cf. Charisius supra p. 69. P. ubi idem exemplum citavit. Vide Varr. Fragmm. p. 253. ed. Bip. 27) *Sed et Cato* Cod. *Sed* desideratur in Edd. 28) *Quidam enim hic gliris putant dici.* Haec vv. apud P. cursivis

114. Gluten; Maro [1]:

Et lentum de cortice gluten.

Et:

Collectumque haec ipsa ad munera gluten.

Est autem quasi semen, stamen. Glutine; Varro de Bibliothecis: *Glutine*, inquit, *et citro refeçit* [2]; quasi semine, stamine. Glutinum; Varro in Scauro: *Glutinum*, inquit, *ferunt Daedalum invenisse* [3]; quasi gaudium, praemium. Itaque Salustius istius potius declinationis usum secutus, *Glutino*, inquit, *adolescebant* [4], ut gaudio, praemio.

115. Hector et Mentor genitivo singulari sonare debet, ut Nestor, et his similia Graeca duntaxat; nec ut rector, rectoris, sed ut rhetor, rhetŏris [5].

116. Habilis ut agilis; **is** enim syllaba finita nominativo singulari eundem [6] debent habere genitivum, ut navis, auris, amnis; exceptis lapis, cinis, pulvis, cucumis, cuspis.

117. Hippocoon, quia istud Graecum merum nomen est, Graeca lege debet genitivi casus servare rationem. Nam et Maro noster, *Exit*, inquit [7], *locus Hippocoontis.* Nam et quia *Μέμνωνος* et *Σίνωνος* [8] dicunt, nos quoque eandem *n* in nominativo literam reservamus.

118. Hebes, hebetis, ut militis, segetis, comitis, teretis, et omnia quae *s* correpta terminantur, genitivo *tis* syllaba [107] finientur, exceptis residis, obsidis, desidis || nominibus, quia ex verbo generantur.

119. Hebem; Caecilius in *Ὑποβολιμαίῳ*:

Subito res reddent hebem [9].

Ennius XVI. [10] ubi Fl. Caper: Non ut adiunctivo, sed appellativo [11] est locutus.

120. Homo hominis, et caro carnis, et Anio Anienis, quod praeter formam, nec ut tyro, leno, Piso, declinantur, debilia nuncupantur.

121. Heres heredis facit [12] *e* litera subinflexa, ut Pericletis et Stratocletis. Quid igitur est, quod Grammatici definiunt, *es* finita nomina nominativo singulari, si sint Latina, in genitivo flecti non posse. Videre non possum, nisi forte ea tantum putent, quae *es* correpta cluduntur [13], ut eques, pedes, obses, sales, teres. Teres autem teretis debet facere.

122. Humile de homine aliquo, ut Pomponius Secundus in Aenea [14]:

Ex Humile rege;

humili ablativo, si res est.

123. Herculi pro Herculis, et Ulyxi pro huius Ulyxis, inquit, dici coeptum est, Plinius eodem lib. sexto. Quando [15] regula, inquit, illa si genitivo singulari *ους* literis nomina finientur Graeca, ut [16] *τοῦ Εὐμένους*, *τοῦ Διογένους*, nos quoque huius Eumenis, huius Diogenis oportet proferre; at si *τοῦ Εὐριπίδου*, *τοῦ Χρύσου*, tunc demum nostros *u* [17] subtrahere debere. Itaque huius Euripidi, Chrysi debere censere, et [18] *Fortis Achati*, et *Acris Oronti.* Sed nostra, inquit, aetas in totum istam declinationem abolevit, Achillis enim potius et Herculis et his paria per *s* [19] dicimus, ἧπαρ, ἦμαρ, ἔαρ, ὕδωρ, κρέας, δέπας, κέρας, τέρας, ne apud ipsos quidem Graecos rationem declinationis certam tenere potuerunt.

124. Irim pro Iridem; Maro Aeneid. nono:

Irim de caelo misit Saturnia Iuno [20].

Cum constet omnia Graecae figurae nominativo singulari *is* syllaba terminata genitivo singulari *is* syllaba crescere, licet Varro et Tullius et Cincius [21] (ut de consortio casuum diximus) huius Sarapis et huius Isis [22].

125. Im pro eum; nam ita Scaurus in arte grammatica disputavit, antiquos in quus [23] hunc eundem significare consuesse, et declina||ri ita: Is, eius, ei, eum vel im [24]; [108]

literis scripta sunt, quasi sint verba Catonis. In Ed. pr. *quid* legitur pro *quidam* et Fabr. locum sic exhibet: *Quidam enim hic gliris putant dici, quidam glir.* pessime. 1) Virg. Georg. IV, 160. et 40. Cf. Charisius supra pag. 67. P. 2) *Et cinere refecit* Fabr. P. ex Fabr. corruptione. Cf. Charisius supra p. 67. ubi eadem corruptio. Vide Varronis Fragmm. p. 260. ed. Bip. — *e citro ref.* Ed. pr. 3) Idem Varronis in Scauro locus supra citatur p. 67. P. 4) Idem Salustii locus supra a Charisio citatur p. 67. P. ubi legitur: *quasi glutino adolescebant.* 5) *Rhetoris* signum prosodiacum e Cod. 6) *Et eundem* Edd. *et* om Cod. 7) *Nam et Maro noster inquit, ante omnes exit locus* cett. Fabr. P. ex Fabr. corr. *Nam et Maro noster, exit, inquit locus* cett. Cod. Ed. pr. Virg. Aen. V, 492. 8) *Quia μέμνων μέμνωνος, et σίνων σίνωνος.* Fabr. P. ex Fabr. emendatione. quae vera videtur. Cod. et Ed. pr. nominativos *Μέμνων* et *Σίνων* om. Ceterum in Cod. *Μέμνωνος* Latinis literis exaratum est, *Σίνωνος* autem scriptum *Cεινωνος.* 9) *Reste reddent Hebem* Edd. *res reddent H.* Cod. Cf. Bothius ad Caecilii Fragmm. p. 138. qui scripsit: *res te reddent hebem.* 10) Cf. Hessel. ad Enn. p. 113. 11) *Adiunctive — apellative* Edd. *adiunctivo — appellativo* Cod.

12) *Heres, heredis* scriptura e Cod. 13) *Cluduntur* scriptura e Cod. *clauduntur* Edd. quod ipsum infra in Cod. legitur. 14) *Pomponius Secundus, in coena* Ed. pr. *Pomp. Sec. in Coena* Fabr. *P. S. in Caena* P. *Pomponius Secundus in Aenea* Cod. Cf. Bothius in Poet. Lat. Scen. V, 2. pag. 279. 15) *Quomodo* Edd. *q̄uo* Cod. i. e. *quando.* 16) *Ut* Edd. *ūu* Cod. i. e. *unde* aut *uelut.* 17) Scribendum puto: *s subtrahere.* 18) *Ut* Edd. *et* Cod. — Cf. Virg. Aen. I, 120. et 220. 19) *Per is dicimus* Fabr. P. *per s dicimus* Cod. 20) Virg. Aen. IX, 1. *Caelo* scripsi e Cod. 21) *Cintius* Edd. *Cincius* Cod. Intelligitur haud dubie *Cincius Alimentus*, de quo vide A. Gellium XVI, 4. ubi interpp. Adde Indicem ad Festi Ed. meam sub nomine et Historicor. Fragmm. p. 4. ed. Cort. 22) *Huius Sarapis et huius Isis* Cod. *huius Serapis, huius Isis* Edd. 23) *Disputavit, Im ques* Edd. *disputavit, antiquos in quus* Cod. Quibus quid facerem, cum nescirem, servavi lectionem Cod. licet corruptam. Certum est, *ques* alienum esse, quod Edd. exhibent. Nam Pacuvii locus non in huius pronominis exemplum citatur, sed ut nominativi *es* pro *ii* formam comprobet. 24) *Eum aut im* Edd. *cum vel im* Cod. Post haec in Fabr. et P, legitur *eo*, quod abest a Cod. et Ed. pr.

numero plurali [1], ut est locutus Pacuvius in Medo: *Ques sunt es ignoti, nescio ques* [2].

126. Iuvenale ablativo e litera finietur, si homo sic vocetur; iuvenali, si res: ut ait Maro:

Iuvenali in corpore vires [3].

Res etenim non persona censetur.

127. Incolume; Cicero de gloria secundo: *Quo stante et incolume* [4]. Pomponius quoque in [5] Synephebis:

Incolume illo.

128. Ibes, hae ibes; Aemilius Macer:

Tum sacrae veniunt cultoribus ibes.

Idem:

Altis ex urbibus ibes.

Item:

Auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes,

ubi [6] Plinius libro sexto sermonis dubii, Antiquorum, inquit, regula, quoniam [7], quae *is* nominativo singulari sunt terminata, in *es* plurali nominativo clauduntur.

129. Iubar; Plinius ait inter cetera, etiam istud G. Caesarem [8] dedisse praeceptum, quoniam [9] neutra nomina *ar* nominativo clausa per *i* dativum ablativumque singulares ostendant, iubar tamen [10] ab hac regula dissidere. Nam ut huic [11] iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum est [12]; ut huic farri et ab hoc farre.

130. Innocente; Varro de rebus urbanis tertio: *Spartaco innocente coniecto ad [gladiatorium ludum* [13].]

131. Impótente; Catullus:

Deperit impotente amore [14],

quod ita quoque dictum notat Plinius.

132. Insequenti; Asinius Pollio ad Caesarem: *Primo insequenti die.*

133. Iugeris; Atteius Philologus πινάκων tertio. Sed et Cato his iugeris, ut notat Plinius eodem lib. VI. Iugeribus quidam, inquit, Grammatici, Plinius [15], ita dicendum putant, quasi sit hoc iuger, tamquam hoc tuber; et ab hoc iugere, tamquam ab hoc tubere, et ut tuberibus, iugeribus [16], et tantum iugerum. Varro rerum rusticarum III: *Iugerum agelli*, et: *iugero uno*, cum dixerit, idem: *in iugeribus multis* [17]. Sed et primo re[rum rusticarum] *iugeribus* saepe dixit, quod utique descendit [18] a iuger ut tuber.

134. Iteris; Iulius Hyginus in Cynnae propemptico [19]: *Ab Actio navigantes stadia LX* [20] *veniunt ad Isthmum Leucadiensium, ibi solent iteris minuendi causa remulco,* || *quem* [109] *Graece πα[κτῶνα]* [21] *dicunt, navem traducere.* Pacuvius quoque *iteris* dixit, quod genitivo plurali una syllaba debet [plus crescere], quam est nominativus singularis. Itener;

invectum a Fabr. 1) *Numero plurali ii* Fabr. P. sed *ii* abest a Cod. et Ed. pr. 2) *Ques sunt ii ignoti nescio ques* Ed. pr. Fabr. P. Pro *ii* legitur *ES* in Cod. quod recepi. Supra p. 70. P., ubi idem Pacuvii locus citatur, Cod. praestat: *q̄ s̄t ignoti nescio ques ignobiles.* Priscian XIII, 3. p. 597. tom. I. Kr. loci Pacuviani haec verba servavit: *Ques sunt isti.* Itaque vix dubito, quin recte servaverit Cod. locum sic scriptum, ut edidimus. His Pacuvii verbis subiungit haec Fabr. *eorum*, *iis*, *vel eis*, *eos*, *iis vel eis*, quae plane sunt aliena. Ceterum de pronomine *im* cf. Festus p. 77. et interpp. ad eum locum p. 452. Adde Macrobium Saturnaliorum I, 4. Cf. etiam quae de accusativis *em* et *emem* leguntur apud Festum p. 57. et interpp. p. 409. 410. Formam *es* pro *ii* asserere non possum. Similis est nominativus *hisce*, quem euphoniae causa pro *hice* protulisse veteres, coniicit Priscianus XII, 5. tom. I. pag. 554. ed. Kr. Adde quae disputavi ad Plauti Milit. II, 6, 6. et Captiv. prol. 35. 3) Virg. Aen. V, 475. ubi editur *iuveniti.* Quod proxime sequitur v. *Res* desideratur in Edd. 4) Cf. Orell. Fragm. Ciceronis p. 488. 5) Praepositio accessit e Cod.; ignorant Edd. Cf. Munk. de Pomp. p. 93. 6) Totum hunc locum ita exhibet Cod.: *Aemilius Macer Tum sacrae veniunt cultoribus id est Altis ex urbibus ibes. item Auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes ubi.* Editio pr. locum exhibet, uti nos dedimus. Contra Fabr. P. ex Fabricii emendatione: *Aemilius Macer. Auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes. Idem. Altis ex urbibus ibes. ubi.* Mihi quidem non absimile vero videtur, tria loca citare ex Aemilio Macro voluisse Grammaticum, quorum primus et tertius non multum inter se differunt. Quis enim dubitat, versiculum illum apud poetam recurrere potuisse? Cf. Steph. Fragm. Poetar. vet. Lat. p. 416. 7) Cod. *q̄m̄* h. e. *quum* vel *quoniam.* Edd. *quando.* 8) Praenomen e Cod. restitui. 9) *Quod neutra* Edd. *q̄n̄* Cod. h. e. *quoniam.* Ed. pr. *quorum.* 10) *Iubar tamen et far* Fabr. P. ex Fabr. corr. 11) *Nam huic* om. *ut* Fabr. P. 12) His interponunt Fabr. P. *sicut Maro*, *It portis iubare exorto*, quae absunt a Cod. Ed. pr. 13) Dedi Niebuhrii emendationem. Locum in Cod. exesum esse, idem adnotavit, quare, quae ille exesa esse significarit, uncis inclusi. In Ed. pr. hae literae restant: *ad gl.* (hiatus) — *um*, quae etiam Fabr. P. sic exhibent. Verissima videtur Nieb. coniectura. Inter Fragm. Varronis p. 250. ed. Bip. nihil nisi haec: *Spartaco innocente coniecto.* 14) Catull. Carm. XXXV, 12. Statim post: *quod antique dictum* Fabr. P. *quod itaque dictum* Ed. pr. De Asinii Pollionis loco, qui statim sequitur, cf. Meyer. Fragmm. Orator. Rom. p. 217. 15) *Quidam Grammatici*, *Plinius inquit* Fabr. P. 16) *Ita* add. Fabr. P. ignorant Cod. Ed. pr. 17) *In iugero agelli aut duobus.* Varro R. R. III, 12. *In iugeribus multis* idem ibidem. *De vinearum iugeribus* idem I, 18. *In centum iugeribus vinearum* idem ibid. 18) *Discendit* Cod. Quae statim sequitur praep. *a* deest in Cod. et Ed. pr. 19) Intelligitur fortasse *Cinnae Propempticon Pollionis*, de quo vide Weichertum in Poetar. Latinor. Rell. p. 190. seqq. Ad hoc carmen videtur Hyginus commentarium scripsisse, quem h. l. bis citat Grammaticus. Miror, Weichertum in egregia commentatione de *C. Helvio Cinna poeta* ad haec loca non respexisse, cum suam de argumento propemptici sententiam iisdem confirmare posset. 20) Numeri signa in Cod. exesa esse, adnotavit Nieb. In Ed. pr. legitur *LX.* quod servavi. Fabr. et P. male numerum arabicum 40 intulerunt. 21) *Πα* (hiatus) *dicunt.* Ita Cod. Ed. pr.; hiatum explevit Fabr. quem secutus est P. *Πακτῶνα* tamen scribendum, non *πάκτωνα*, ut

idem in eodem[1]: *Quaerunt*, inquit, *etiam nonnulli quamobrem [eius] cura iubeat Action*[2] *navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis, [et] rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcura*[3] *rectum itener ad Leucatam.* Quidam tamen sic istud notant, quasi sit unum ac novum duabus syllabis crescens.

135. Imber, ut september, october, november, december, pater, mater, frater, equester, quando[4] nec conlationem recipiunt, nec in neutri generis cadunt formam, ut Plinius eodem lib. VI. loquitur, non in *is*[5] casu nominativo, numero singulari, sed in[6] *r* debent vocis exitum ducere.

136. Iurum; Cato Originum VII: *Iurum legumque*[7]; numero plurali tantummodo per nominativum et accusativum et vocativum declinetur[8], ut maria, rura, aera, iura.

137. Lepus, leporis, lupus, lupi, quod *us* finita nomina masculina et feminina per *i* vel per *us*[9], aut per *is* faciunt genitivum, neutra per *is*. Excipiuntur in masculinis Ligus, vetus.

138. Laterale an laterare; ubi Plinius eodem lib. VI: si *r* litera praecesserit[10], in ultima syllaba sequi debet *l*, ut augurale. Contra si *l* praecesserit, sequi debet *r*, ut molare. Quod . .[11] περὶ ὀρθογραφίας congruit quaestionibus copulare.

139. Later an lateris; et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si *e* literam p[onam[12].] Varro de sermone Latino V: *Later, lutum, iugmenta*[13].

140. Lacer an laceris, ut tener, puer. Ultimam enim vocalem si ablativus omiserit, [da]bit scire[14], qualis esse debeat nominativus. Ovidius:

Mille lacer spargere locis[15];

quod ita dici [solet[16].] Caesar de analogia libro secundo, nec non et Valgius de rebus per epistulam[17] quaesitis.

141. Laurus; Maro:

Inter victrices hederas tibi serpere laurus.

[Idem:

Liminaque[18]] *laurusque dei.*

Idem:

Et sacra redimitus tempora lauro.

[Lauri. Maro:]

Et vos o lauri carpam.

Idem:

|| [*Illum etiam lauri, etiam flevere myricae.* [110]

Idem:

Munera sunt lauri.

Lauro; Maro:

Faciemque simillima lauro[19].]

Sed ablativum singularem dativo non habet similem. Ait enim Plinius huic lauro, et tamen ab hac lauru et lauruum fecere.

142. Lar, si familiaris erit, genitivo laris faciet[20]; si Tolumni Porsennae[21], Lartis.

143. Meus, mei, meo, meum, mi, a meo. Femininum mea ut Helena declinabitur, inquit Scaurus artis grammaticae libris, additque, quod vocativus singularis generis masculini multos dissidentes etiam nunc generat, o mi, an o meus, facere debeat.

144. Memoris non ut sororis, praetoris, doctoris; est enim et neutrali potestate[22], cum sit commune trium generum, ut sub *A* litera plenius diximus.

145. Mugil an mugilis; Plinius eodem libro sexto: hic mugil, inquit, ut pugil[23] et vigil. Ablativo enim singulari detracta vocali, qualem oporteat nominativum singularem esse, dinosces[24], ut ab hoc consule. Mugilum an[25] mugilium; ut vigilum et pugilum, mugilum quoque dici putato. Propterea itaque ablativus singularis non *i*, sed *e* litera terminatur.

146. Molli nunquam per *e* ablativo singulari evadat, quod proprium id nomen hominis esse non potest.

147. Mars; Mars horum Martum, inquit Plinius, facit, licet sors sortium et nox noctium faciat[26]; quoniam quae

Fabr. P. — Vv. *plus censere*, quae paullo post sequuntur, ad explendam lacunam, quae est in Cod. et Ed. pr., adiecit Fabr. P. 1) *In eadem* Cod. Ed. pr. 2) *Actio* Edd. *Action* Cod. 3) *Corcyra* Fabr. P. *Carcura* Cod. Ed. pr. 4) *Quandoque* Ed. pr. *quando* Fabr. P. *qm̄ q̄* Cod. 5) *Non is* Edd. *non in is* Cod. 6) *Sed in er* Fabr. P. *scilicet in er* Ed. pr. *sed in r* Cod. 7) Cf. Fragm. Cat. p. 13. ed. Cort. 8) *Declinatur* Fabr. P. *declinetur* Cod. Ed. pr. 9) *Aut per us* Edd. *vel per us* Cod. 10) *Praecesserit in qua tanquam syllaba* Ed. pr. *praec. in u penultima syllaba* Fabr. P. *praec. in qem̄q syllaba* Cod. Reliqui *in ultima syllaba*, quia tale quid sententia postulare videbatur. 11) Inter vv. *quod* et περί duae literae evanuerunt in Cod. quam rem Edd. non significant. 12) *Ponam* Edd. quod non verum esse, ostendit sententia. Locum in Cod. non recte legi posse, notavit Nieb. 13) Locus Varronis fragmentis annumeratur pag. 190. ed. Bip. *Agmenta* exhibent Edd. *iugmenta* Cod. *caementa* emendavit Forcell. in lexico. 14) *Dabit scire* sine dubio mendosum est. Duae priores literae v. *dabit* in Cod. legi non possunt, quapropter uncis inclusimus. 15) Ovid. Met. III, 522. 16) Pro v. *solet* in Cod. locus, ut videtur, adesus. Bondamus emendavit: *Quod ita dici docet Caesar.* Cf. Caesaris Fragm. ed. Oberl. 17) *Epistulam* scriptura e Cod. — Valgius Grammaticus aliquoties citatur a Charisio et Diomede. Cf. Indicem. Eundem citat A. Gellius XII, 3. et Festus in v. *Secus* pag. 240. Ed. meae. Paullo post *hederam* Edd. *hederas* Cod. 18) *Numinaque* Ed. pr. Loca uncis inclusa in Cod. legi non possunt. Ceterum cf. Virg. Ecl. VIII, 13. Aen. III, 81. 91. Ecl. II, 54. 19) Vv. uncis inclusa in Cod. prorsus obscurata esse, Nieb. adnotavit. Loca Virgilii sunt Ecl. X, 13. III, 63. Georg. II, 131. 20) *Faciet* accessit e Cod. 21) *Tolumnii vel Porsennae* Fabr. P. *Tolumni Porsennae* Cod. Ed. pr. 22) *Neutr̄ potē* Cod. *neutrum* Edd. 23) *Ut pugil* accesserunt e Cod. Paullo post in Ed. pr. legitur: *Ablativus enim singularis detracta prima semivocali.* Sed. Cod.: *Ablativo singulari detracta p̊ sena vacali*, quo quid faciam, nunc nescio. 24) *Dinosces* Cod. Ed. pr. *dignosces* Fabr. P. 25) *An* Cod. *aut* Edd. 26) *Faciat* Cod. *facit* Edd.

in duas semivocales aut in duplicem monosyllabam nominativo exeunt, haec genitivo plurali ante *um i* literam habere debent.

148. Murum; Cicero de deorum natura lib. II: *Nec enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt*[1]. Ubi Plinius eodem lib. VI, pro murium, inquit; quoniam non ut fures, furum, et augurum et celerum dicimus, ita quoque[2] murum censere debemus. Quaecunque enim *r* litera nominativo singulari sunt terminata, oportet ea genitivo plurali *um* non *ium* recipere debere. Itaque Trogum de animalibus[3] libro X: *Parium numerorum et imparium*, non recte dixisse, sed parum et imparum.

111] || 149. Mare; Varro de gente populi Rom. III[4]: *A mare operta oppida*, pro a mari, ut refert Plinius. Idem inquit antiquitatum humanarum lib. XII: *Ab Erythro mare orti*[5]. Et in Fundanio: *In mare aquam frigidam oriri*[6]. Atacinus quoque:

Cingitur oceano, Lybico mare, flumine Nilo[7].

Consuetudo vero per *i* locuta est contra finitionem, quam sub titulo ruris dixit[8]. Plautus in Cistellaria[9]:

Secundo vento vectus est tranquillo mari.

150. Mysis, o Mysis, Terentius[10], ut o crinis, funis, cinis. Graeci demunt *s* literam, nostri parem nominativo custodiunt.

151. Monteis; licet Pomponius Secundus poet, aut refert Plinius, propter homonymum nominativi, accusativo casu omnes[11] non putet[12] dici, sed omneis; tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tum demum posse dici accusativo, ut canes, quod genitivus pluralis horum canum, ante *um i* non habet.

152. Maioreis; Cicero, ut Plinius eodem libro notat, maiores, si ab hoc homine[13] est proprio nomine, [minoreis re] non[14] negotio. Atqui ferunt, quaecunque comparativi gradus sunt, ablativum *i* finiri non posse.

153. Mantus: Maro:

Fatidicae Mantus,

ut Didus.

154. Natale, ab hoc natale per *e*, si homo sit; natali, si dies natalis sit.

155. Nobile, si homo vocetur, ...[15] nobili, si res aliqua praedicetur.

156. Navali per *i* ablativo, non etiam per *e* proferri debet. Itaque Varro epistolicarum quaest. lib. I.: *Corona*, inquit, *navali*[16], quod et homini et negotio aptari potest, nec tamen in proprium hominis nomen cadunt.

157. Neminis; Plautus in Captivis:

Neminis m[isereri certum est[17].]

. . . . nominativo singulari si terminetur genitivus, pluralis ante *um i* recipiat necesse est. Itaque Cicero, rationis memor *parentium*[18] saepe dicit. Fronto pro Ptolemaeensibus: *Parentum tuorum*[19], ut ait Plinius, alias poetarum vicem, quae regulam satis idoneam sopierunt.

158. Nobile; Cicero de iure civili: *Aliquo excellente ac nobile viro* . . . .; id etiam Plinio conserente[20].

|| 159. Nobiliore. Comparativa Plinius e putat ablativo finiri. [112] [Caelius[21]] tamen ait per *i*: *Locutos*[22] *quippe fastos omnes et libros a Fulvio Nobiliori scripta retulisse.*

160. *Os* monosyllaba extra analogian[23] esse, Plinius eodem libro sexto scribit, et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam. Titinnius:

Velim ego osse arare campum cereum[24].

1) Cic. de Nat. Deor. II, 63. ubi *murium* editur. 2) *Ita* Fabr. P. *Itaque* Ed. pr. *itq.* Cod. 3) *Trogum de animalibus* citat supra Charis. p. 79. P. *Trogum Pompeium* in libro VI. et eundem in libro XXII. citat Priscianus lib. VI, 9. et lib. V, 3. quae tamen loca ex historia Trogi petita sunt. 4) Varr. Fragmm. pag. 235. ed. Bip. 5) *Ab Erythraeo mare* Edd. Fabr. P. *Ab erythro mare* Ed. pr. Cod. Cf. Priscian. lib. VII, 11, 55. tom. I, p. 327. ed. Kr. ubi pariter e Codd. editum est *Ab erythro mare orti.* Cf. Varron. Fragmm. pag. 207. ed. Bip. ubi male editur *mari.* 6) Cf. Varron. Fragmm. p. 254. ed. Bip. Eundem locum citat Priscian. lib. VII, 11, 55. tom. I, pag. 327. ed. Kr. 7) Hunc quoque locum excitat Priscian. l. c. Intelligitur autem Varro Atacinus, cuius fragmenta vide apud Stephanum Fragmm. Poetar. Latin. p. 364. seqq. 8) Intelligit Plinium in libris dubii sermonis. Refert hanc finitionem Charisius infra pag. 115. P. Ceterum de illa quaestione, *mare* an *mari* dicendum sit, supra iam egit Grammaticus p. 44. P. 9) Plautus Cist. I, 1, 15. 16. Ceterum totus locus in Cod. ita legitur: *dx̄ Paulus — mare.* At in Ed. pr. *dixit Plautus in Cistellaria Secando vento vecto est tr. mari.* Fabr. correxit: *Secundo ventu*, sed h. l. non edidit, verum supra p. 44. P. 10) Andriae persona est apud Terentium ac saepe hac vocativi forma legitur. 11) *Omnis* Fabr. P. Ed. pr. *omnes* Cod. 12) *Putat* Edd. pr. Fabr. P. *putent* Cod. 13) *Ab his homineis* Edd. pr. Fabr. P. *Ab h. homim ē* Cod. sine dubio scribendum *ab hoc homine est*, quod dedi. 14) Haec vv., quae uncis inclusa sunt, in Cod. legi non possunt, et Nieb. locum ut *obliteratum* designavit. Locus Virgilii, qui sequitur, legitur Aen. X, 199. 15) Hoc loco hiatum in Cod. esse, adnotavit Nieb. idem significatum in Ed. pr. 16) Varron. Fragmm. pag. 194. ed. Bip. 17) Vv., quae uncis inclusi, in Cod. dubia esse, notavit Nieb. qui in seqq. lacunam significavit, quae etiam in Ed. pr. apparet. Fabricius in nott. Mss. Lucilium comparari iussit in hic: *Neminis ingenio quemquam confidere oportet.* Cf. Lucil. Rell. pag. 428. ed. Haverc. et Priscian. lib. VI, 3, 15. tom. I, pag. 228. Kr. Adde Non. p. 143. ubi locus Lucilii sic legitur: *Neminis ingenium tantum confidere oportet.* 18) Cf. Beier. ad Cic. Off. I, c. 32. 19) *Ptolomaeensibus* Edd. pr. Fabr. P. Cf. M. Corn. Frontonis editio a Nieb. curata pag. XXX. 20) Post v. *viro* in Cod. et Ed. pr. apparet hiatus. Tum *asserente* Fabr. P. ex Fabricii correctione. Fragm. Cic. vide in Ed. Orell. p. 478. 21) Nomen *Caelius* in Cod. obliteratum; in Ed. pr. hiatus est. 22) *Publicatos* Fabr. P. *locatos* Ed. pr. *locutos* Cod. *L. Coelium Antipatrum* intellexit Fabr., ad cuius fragmm. hic locus relatus est. Cf. Fragm. Histor. ed. Corte pag. 40. 23) *Analogiam* Edd. pr. Fabr. P. 24) Cf. Fragmm. Scenicor. apud Both. V, 2, p. 76.

Varro quoque, *Osse*, inquit, *scribebant*[1], non osso. Ossum dici non potest, quoniam neutrale nomen quodcunque nominativo singulari *m* litera terminatur, in *bus* syllabam dativo et ablativo plurali dari non potest, ut aptum, bonum, cavum, datum. Gellius tamen lib. XXXIII[2] *Calvariaeque eius*, inquit, *ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque.*

161. Ossu quidam ut veru, genu[3] putarunt, inquit Plinius eodem libro sexto, posse censeri; nam ut veribus, genibus, ossibus quoque posse[4] manifestum est.

162. Os, oris. Omne enim *s* litera terminatum nomen[5] neutri generis non potest in declinatione censum[6] non per *r* literam strepere, ut idem Plinius eodem libro scribit, nec[7] addidit, licet *os* corporis correptius diceretur, os vero faciei productius duceretur[8].

163. Oscen augurium consuetudo dicit[9]; Cicero tamen, inquit Plinius, de auguriis, et *hic oscinis* dixit.

164. Omnis, ab omni, nec etiam ab[10] omne dicemus, quod nec hoc in nomen hominis cadit.

165. [Osso[11]]; Varro ad Ciceronem XIII.: *Olivo et oxo putat*, inquit, *fieri.* Plinius Sermonis dubii libro sexto.

166. Orbi pro orbe; Ciceronem[12] de Rep. lib. V: *Orbi terrarum comprehensos;* sed et P. Rutilium de vita sua quinto: *Ex orbi terrarum;* et frequenter An . . . . ita locutos Plinius[13] eodem libro sexto notat: quia consuetudo melior, inquit, quae faciat[14] *ex orbe* non sine ratione in[15]] nomine *Ruris* diximus[16].

167. [Omnes; Salustius[17]] in Catilinam: *Omnes*[18], *P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia*, ī. $\overline{\text{a. m. u.}}$ d. g.[19] || Idem in eodem: *Omneis*[20] *homines*, *qui sese stu-* [113]
dent praestare ceteris animalibus; quod ratione potius esse subnixum, sub *F* et sub *M* litera poterit ostendi. Sed Asper, si [genitivus,][21] inquit, omnium *i* literam natura retinet, et in accusativo esse servandam.

168. Poematis, quamvis ratio poematibus faciat. Nam sic[22] inscribit Varro libro suo[23] *de poematis.* [Annaeu]s[24] Florus ad divum Hadrianum: *Poematis delector.*

169. [Pecus[25]] si neutri sit generis, pecoris dicitur; pecudis, si feminini, pecudum[26]. Plautus in [Truculento[27]:]
Ob meam scripturam pecudem cepit.

170. [Penus. Si masculinum sit, dicitur penus; ut[28]:] *Careo tam pulchra*[29] *penu.* Penus, peni, si femininum: penoris, [si neutrum[30]] sit, ut quidam putant[31].

171. Palumbes, mas . . . . . palumbis a q non . . . . . quaeri solet[32].

1) Varr. Fragmm. pag. 339. ed. Bip. Cf. Charis. supra pag. 40. ed. P. ubi haec loca omnia excitantur, quae h. l. 2) Cf. Fragmm. Histor. pag. 33. ed. Cort. Adde Prisc. libro VII, 8, 37. tom. I, pag. 316. ed. Kr. 3) *Genu*, *veru* Fabr. P. 4) *Posse dici* Edd. pr. Fabr. P. 5) *Nomen quod neutri generis est non* Fabr. P. 6) *In declinationem censeri* Ed. pr. *in decliautione cens.* (sic.) Cod. non plene scripto verbo. *in declinatione non* omisso verbo Fabr. P. *censum* explevi flagitante sententia. 7) *Et addidit* Fabr. P. quod sine dubio verum. 8) *Diceretur* Edd. pr. Fabr. P. Paullo ante *facies* pro *facici* Ed. pr. 9) *Augurum consuetudo dicit* coni. Nobbius in Fragmm. Cic. pag. 1170. 10) *Ab omne* Cod. Ed. pr. Fabr. Praepos. om. P. 11) *Osso*, sine dubio falsum, in Cod. non satis comparet. In sequ. Cod. exhibet: *Oli et uxo*, quod scribendum putavi *olivo et oxo.* *Oxum* autem puto pro *aceto* dici. 12) *Apud Ciceronem* Edd. pr. Fabr. P. Cf. Cic. de Rep. pag. 481. Ed. Orell. Paullo post *Puplium Rutilium* Cod. 13) *Santra ita loquutus ut Plinius* Edd. pr. Fabr. P. nisi quod Ed. pr. *locutos.* Sed in Cod. legitur: *an . . . .* (ita) *locutos* (omisso *ut*) *Plinius.* Quare oratio totius loci sic procedit: *Ciceronem — sed et P. Rutilium — et frequenter An . . . . ita locutos Plinius — notat.* Quis loco hoc obliterato commemoretur, difficile est dicere; fortasse *Annaeus Florus* intelligitur. 14) *Quae facit* Edd. pr. Fabr. P. 15) Uncis inclusa non satis comparent in Cod. 16) *Iuri dominis* pessime Edd. pr. Fabr. P. *Ruris diximus* Cod. Intelligitur locus, ubi de vocis *Rus* declinatione egit Gramm. quem locum alibi citat sic: *sub titulo ruris.* Cf. infra p. 115. ed. P. 17) Verba uncis notata non satis clare leguntur in Cod. 18) *Omnes homines* Fabr. P. ex correctione Fabr. qui Salustium consuluit. 19) *Ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet.* Fabr. P. ex Salustio. Ed. pr. exhibet: *ab odio. amicitia id est omneis.* Vv. *id est omneis* etiam Fabr. P. adiungunt. Locus in Cod. sic est constitutus: *ab odio amicitia ī. $\overline{umu}$. d. g.* hoc est: *ab odio amicitia ira atque misericordia uacuos decet.* Quid extrema *g* litera sibi velit, nescio. Salust. Cat. 51. 20) *Omnis* Fabr. P. *omneis* Cod. Ed. pr. Salust. Catil. init. 21) V. *genitivus* in Cod. non manifeste comparet. In Ed. pr. hiatus. 22) *Et* Edd. pr. Fabr. P. *sic* Cod. 23) *Librum suum* Fabr. P. *libro suo* Cod. 24) *Anneus Florus* Edd. pr. Fabr. P. Prius nomen in Cod. praeter extremam literam obliteratum. 25) V. *Pecus* oblit. in Cod. 26) *Pecudis si feminini pecudum* sic Cod. nisi quod *pecodum.* — *Pecudis si foeminini pecudem* Ed. pr. *si foem. pecudem* Fabr. P. omissa v. *pecudis.* 27) *Plautus in ob. ob meam* Cod. *Plautus in Trinummo ob meam* Ed. pr. *Plautus in Truculento ob meam* Fabr. P. Locus est Plauti in Truc. I, 2, 42. 28) Notavit ad haec inclusa Nieb. locum in Cod. obliteratum tot vv. non capere. In Ed. pr. unius paene lineae lacuna est. Praeterea significavit Nieb., loci obliterati ultimam literam fuisse *e*, quae adhuc compareat, non *ut.* 29) *Pulchra penu* Cod. Ed. pr. *pulchro p.* Fabr. P. 30) Pro vv. *si neutrum* in Cod. integram lineam deesse, notavit Nieb. In Ed. pr. post v. *penoris* parva lacuna est, ac tum sequuntur haec: *neutra sit ut quidam putant.* 31) His subiicit Fabr.: *Hoc etiam penu et hoc penum Afranius dixit in Talione*, quem secutus est P. Cf. Prisc. V, 8, 44. tom. I, p. 197. Kr. 32) *Palumbes mas . . . . . palumbis aq non . . . . . quaeri solet.* Hic novus accedit articulus ex Codice, fortasse sic constituendus atque explendus: *Palumbes masculino genere, genitivo palumbis, a quo num palumbi dicatur, quaeri solet.* Similiter enim supra pag. 82. P. *Varro autem in Scauro palumbi dicit, quod consuetudo quoque usurpavit.* Sed nimis manca sunt, quae h. l. in Cod. leguntur.

172. Pometa, ubi poma gignuntur, ut oliveta. Pomaria, ... continentur [1].

173. Pubes, si verendorum pars vel [2] lanuginis significabitur, genitivus pubis facit; si inventas [3] aut aetas, puberis. Huius utriusque [4] nominis Maro meminit:

Haud aliter puppesque tuae, pubesque tuorum [5].

Et cum in tertio [ait]:

Virgo
Pubetenus postrema immani corpore pistrix [6],

compositio [7] tamen impubis facit [8], non impuberis, ut ait Maro quinto:

Comitemque impubis [9] *Iuli*
Epytiden [10] *vocat.*

174. Patavi; Maro:

Ille urbem Patavi [11],

pro Patavii. Par enim genitivus est [12] nominativo, nec minor, ut huius imperii et ingenii.

175. Pecu; Plautus [13] in Bacchidibus:

Pastor harum dormit, cum hae eunt [14] *a pecu halitantes* [15].

Idem in Rudente [16]:

Non vides referre me [17] *uvidum rete sine squamoso pecu?*

176. Patruele, ab hoc patruele; Cornelius Nepos illustrium virorum libr. XVI: *A fratre patruele*, inquit, rem necessitudinis, sed etiam personam ostendat [18].

177. Pacium an pacum, et lucium an lucum addubitari [19] etiam nunc ait Plinius: quoniam nec finitionem ullam in [114] monosyllabis, || inquit, grammatici tentaverunt [20]. Nam ut fax, faex [21], nux, crux, rex, lex sine *i* genitivo plurali sunt dictitanda, ita contra nox, falx, salx, arx, lanx cum *i* pronuncianda [22] sunt.

178. Panium Caesar de analogia libro secundo dici debere ait. Sed Verrius contra. Nam *i* detracta panum ait dici debere. Neutrum autem puto posse dici, quia de his [23] est nominibus, quae cum pondere, numero, mensuraque constant, semper sunt singularia.

179. Partum; Caesar in Analogicis [24]: *harum partum.* Cornelius Nepos illustrium [25] decimo quinto. Et Ennius:

Iamque fere quatuor partum [26]:

quoniam ab hac parte facit, et has partes; sed consuetudo, inquit Plinius, ut regnantium [27], optimatium.

180. Poematorum, et in secundo et in tertio idem Varro assidue dicit, et his poematis, tamquam nominativo hoc poematum sit, et non hoc poema. Nam et ad Ciceronem undecimo, *Horum poematorum*, *et his poematis*, oportere dici [28]. Itaque Cicero pro Gallio *poematorum*, et in Oratore *poematis* dixit [29]. Sed et Q. Laelius ex principibus grammaticis librum suum ita inscripsit: *De vitiis virtutibusque poematorum.* Accius quoque Didascalicorum nono: *Nam quam varia sint genera poematorum, Baebi, quamque longe distincta alia ab aliis, nosce* [30].

181. Quies quietis facit, cum *es* finita nomina genitivum *ei* soleant terminare, ut dies, acies, luxuries, quod tamen nomen iuncta praepositione in regulam redit [31], ut Maro:

Requiem spatiumque furori [32]:

quamvis Cicero [33] *requietem* dixisse memoretur.

182. Rudi; nec hic [34] ablativus in *e* mutavit, quoniam non capit [35] esse nomen proprium hominis, et quia res est, ut a rudi animo.

183. Rude, ab hac rude, si de qua ludimus, ait Plinius, merito *e* litera claudi debet. Itaque et ab hac, inquit, summa rude dici debet.

|| 184. Retium, non retum: quoniam, ut ait Plinius Sermonis [115] dubii libro sexto, genitivus nunquam pauciores syllabas habet, quam nominativus.

1) *Pomaria ubi servantur, ut penaria* Fabr. P. *Poma* (sequitur hiatus) Ed. pr. Etiam in Cod. *Poma* tantum legitur; reliqua autem oblitterata praeter finem loci, ubi *continentur* scriptum fuisse apparet. 2) *Vel* Cod. *aut* Edd. pr. Fabr. P. 3) *Iuventus* Edd. *iuventus* Cod. 4) *Huius utriusque* Cod. *Huius* om. Edd.; in Ed. pr. hiatus est notatus. 5) Virg. Aen. I, 399. 6) Virg. Aen. III, 427. *Virgo* deest in Fabr. P. *ait Virgo* desunt in Ed. pr. hiatu notato. *ait* in Cod. non satis legitur. 7) *Composito* Fabr. P. 8) *Facit* deest in Edd. pr. Fabr. P. 9) *Impubes* P. Locus est Virg. Aen. V, 547. 10) *Eurytiden* Fabr. P. *ευρυτίδεν* Ed. pr. *Epytiden* Cod. 11) Virg. Aen. I, 247. 12) V. *est* desideratur in Edd. pr. Fabr. P. esse exhibet Cod. Fortasse legendum *esse debet.* 13) *Plutus* Cod. Locus est Plauti in Bacchid. V, 2, 4. 5. 14) *Hae sic eunt* Fabr. P. *autem eunt* Ed. pr. *h̄ eunt* Cod. 15) *Halitantes* Cod. Ed. pr. *palitantes* olim in edd. Plauti. 16) Plaut. Rud. IV, 3, 5. 17) *Me referre* Edd. pr. Fabr. P. *referre me* Cod. edd. Plauti; tum *uuidum* Ed. pr. *ubidum* Cod. 18) *Rem necessitudinis sed personam ostendat* Edd. pr. Fabr. P. et cursiva scriptura haec expressa in P. tamquam sint Corn. Nep. verba. Cod. addit *etiam*. Legendum in fine *ostendens*. Cf. Corn. Nep. Ed. Staveren. pag. 340. ed. Stuttgard. 19) *Dubitari* Edd. pr. Fabr. P. *adubitari* Cod. 20) *Temptauerunt* Cod. 21) *Fex* Edd. pr. Fabr. P. *faex* Cod. 22) *Pronuntianda* Cod. Ed. pr. Paullo ante pro *salx*, quod om. libri habent, sine dubio legendum *calx*. 23) *De iis* Edd. pr. Fabr. P. *de his* Cod. 24) *De Analogicis* Fabr. P. *in analogicis* Cod. 25) *In illustrium* Edd. pr. Fabr. P. Cf. Staveren. ad Corn. Nep. Fragmenta ed. Stuttgard. pag. 340. 26) In Enn. Fragmm. ed. Hessel. haec non leguntur, ergo addenda. 27) *Fecit partium ut praegnantium* Fabr. P. *ut pregnatium* Ed. pr. *ut regnantium* Cod. Verba *fecit partium* addidit Fabr. 28) *Oportere dici ait* Fabr. P. *ait* om. Cod. Ed. pr. 29) Cf. Orell. Fragm. Cic. pag. 454. et Cic. Orat. c. 21. adde Voss. Gramm. IV, 14. 30) *Distincta ab aliis nosce* Edd. pr. Fabr. P. *d. alia ab aliis nosce* Cod. Ceterum *Accii didascalicorum* bis meminit Priscianus lib. III, 2, 14. tom. I, p. 112. ed Krehl. et lib. VI, 13, 68. tom. I, p. 264. Kr. 31) *Rediit* Edd. O. *redit* Cod. 32) Virg. Aen. IV, 433. 33) De toto hoc genere cf. Charisium supra pagg. 52. et 85. ed. P. 34) *His* P. ex errore typoth. 35) *Cupit* Edd. pr. Fabr. P. *capit* Cod.

185. Radicium; Varro Rerum rust. I.[1] et III. et Fabianus De animalibus, *Radicum genera*, inquit[2]. Higinius[3] quoque de agricultura secundo: *Ab extremis radicum partibus*: quod magis cum ratione dici, leges sub *C* litera[4].

186. Rure; Terentius in Eunucho[5]:

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Itaque et Varro ad Ciceronem vigesimo secundo: *Rure veni*[6]. Quem Plinius ad eundem undecimo *rure ordinatum ambustum*[7] dixisse laudat. Sed et Terentium in Adelphis:

Filium negat esse rure[8].

Sed et Titinnium in Hortensio[9]:

In foro aut in curia
Posita potius, quam rure apud te inclusa.

Cum nemo dubitet et[10] tametsi nulla possit esse nominis regula certior[11], in signis tamen adverbialibus non potest nominibus esse commune. Quamvis enim finitio istius sit eiusmodi: Quaecunque nomina genitivo singulari in *is* venerint, ablativum singularem in *e* venire; tamen contra, *Ruri agere vitam, perparce ac duriter se habere*[12], Micionem[13] Terentius in Adelphis loquentem de fratre commeminit, non rure.

187. Rudis sive scipio[14], quem lanista liberandis gladiatoribus gerit, sive imperitus, eundem nominativum habent, licet diversos ablativos, *summa rudi.* Item Plinius eodem libro sexto: *ablativus, ab hac rude summa; rude homine*[15], *a rudi animo, a rudi consilio.*

188. Salutare, ab hoc salutare, si homo sic vocetur; salutari, si res sit, ut est medicamentum.

189. Sodale, si homo sit; sodalis, sodali, si res sit.

190. Seculare, si homo sic vocetur; seculari, si temporis.

191. Saguntinorum, Coelius[16]; *Saguntium*, Salustius, ut Paulus in Coelii hist.[17] libro primo notat.

192. Suave, a Suave invitatus sum[18]; suavi, a suavi victu[19].

|| 193. Senatuis ut fluctuis, ita genitivum, inquit Plinius, [116
declinabant, ut G. Fannius Cos. contra G. Gracchum: *Senatuis consulta*[20]. Senati Salustius: *Senati decretum fit*[21], ut lauri. Cicero quoque de divinatione in Verrem[22]; et pro Oppio II: *senati.*

194. Supellectilis. Genitivus una syllaba crescere debet, excepto hoc nomine, et quia[23] dativo minor esse non debet, et quia nominativus in *x* litera, quae duplex est, terminatur.

195. Saturnalium[24]. *A* litera finita nominativo plurali alia *um*, alia *rum* terminabuntur: inspiciendum itaque nobis est, dativus et ablativus plurales in *is* syllabam an in *bus* exeant. Itaque fulmina, fulminum, lupanaria, lupanarium, Saturnalia, Saturnalium; *bus* enim syllaba dativus et ablativus clauduntur. Balneorum vero et ferreorum ideo dicimus, quod eorum dativi et ablativi non *bus*, sed *is* terminantur. Secunda ratio, qua Plinius ait Valgium niti, talis est. Nomina semper pluralia si ante novissimam *a* literam *i* habebunt, deposita *a* et assumpta *um* facere genitivos plurales, velut[25] Liberalia, Floralia, Liberalium, Floralium. Sin autem ante *a i* non habebunt, in *rum* faciant necesse est genitivum. Itaque exta, castra, extorum castrorumque facit.

196. Sinapi, huius sinapis tantum posse dici aiunt, quibus curae est grammatica, ceteros vero casus esse similes singulari nominativo, ut cummi, cummis[26].

197. Sirempe tantum per nominativum et vocativum declinatur, sirempe, ut tabis et pluris, ab hac sirempse, plure, tabe, Caesare: ergo sirempe lex esto, quasi sacrum violaverit, dixisse pronuntiandus est, nisi forte quidam adverbialiter legere maluerint[27], similiter lex esto.

1) Varro de R. R. I, 45. fin. et alibi. 2) *Inquit* cursivis literis expressum in P., tamquam ad Fabiani verba pertineat. 3) *Higinius* Cod. Fabr. P. *Hyginus* Ed. pr. 4) *Sub litera c.* Fabr. P. *sub C litera* Cod. Ed. pr. 5) Terent. Eun. V, 5, 1. 6) Cf. Varr. Fragmm. pag. 188. ed. Bip. 7) *Arbustum* Edd. pr. Fabr. P. *ambustum* Cod. Vix dubitari licet, scribendum esse cum Edd. *arbustum*, quod pro *arboreto* positum esse videtur. Cf. Varr. Fragmm. pag. 187. 8) Terent. Ad. IV, 2, 3. ubi tamen nunc legitur *ruri*, quod Bentl. quoque servavit. 9) Cf. Poet. Scenic. Lat. apud Bothium tom. V, 2, p. 619. In Cod. legitur *inclausa* pro *inclusa.* 10) *Et* desideratur in Edd. exhibet Cod.; tum *tamen et si* pro *tametsi* Ed. pr. 11) *Et* hoc loco male interpositum delevi de coni. 12) Terent. Adelph. I, 1, 20. *Semper parce* legitur apud Ter. 13) *Mitionem* Edd. O. *Micionem* Cod. 14) *Species* pro *scipio* male Cod. Ed. pr. *Virgae* in marg. adscripsit Fabr. 15) *Rude a rude homine* Edd. O. Recte in Cod. *a rude homine*, omisso priori adiectivo. 16) *Coelius* scriptura Codicis. 17) *In Caelii historia* Edd. O. *in Coelii hist.*, non plene scripta extrema voce, Cod., ut alia quoque suppleri possint, veluti *historiarum.* Cf. Fragmm. Hist. Lat. apud Cortium pag. 39. 18) *Imitotus sum* Edd. pr. Fabr. P. *invitatus sum* Cod. 19) *A suavi vita* Edd. O. *suavi, a suavi victu* Cod. 20) Hanc C. Fannii orationem laudat Cicero in Bruto his verbis (cap. 26.): *Horum aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. et M. filii, fuerunt, quorum Caii filius, qui Cos. cum Domitio fuit, unam orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum reliquit, sane et bonam et nobilem.* Cf. etiam Meyer. Orator. Rom. Fragmm. pag. 110. ubi plura de Fannio. Adde Ellendt. ad Cic. l. c. 21) Salust. Cat. c. 53. 22) Cic. Div. in Caecil. 5, 19. Ex hoc Ciceronis loco Charisium ita emendavit Fabr.: *in Verrem. Quod in unaquaque re beneficio senati*, quem sequitur P. Sed in Cod. est: *in Verrem. Et pro Oppio II senati.* In Ed. pr.: *in Verrem. Et quod Oppio ii senati.* Scripsisse Ciceronem duas pro Oppio orationes, haud aliunde cognitum est. Cf. Fragmm. Cic. apud Orellium pag. 444. seq. Locis ibi collectis hic Charisii accedat. De re cf. A. Gellius IV, 14. et Charis. supra p. 10. et p. 40. P. 23) *Quod* Edd. O. 24) Cf. Macrob. Saturn. I, 4. et Charis. supra p. 37. P. 25) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 26) *Gummi, gummis* Edd. O. *cumi, cummis* Cod. 27) *Ergo legere maluerint*, omissis mediis Edd. O. De formula *Sirempe*

198. Senex senecis [1] facere deberet. *Ex* enim syllaba finita nomina genitivo aut *gis*, aut *cis* recipiunt, ut vertex, verticis, simplicis, supplicis, duplicis. Est ergo de exceptis senex, senis namque facit.

199. Supellex [2], et hoc inter excepta esse [3] praeter regulam suprascriptam notandum grammatici putaverunt:
[117] nam supelle||ctilis facit. *Gis* autem finiuntur, ut gregis, regis, remigis.

200. Strix avis dicitur, et declinatur strix, strigis, strigi, strigem, strix [4], a strige.

201. Sinapis; Plautus in Pseudulo [5]:

Teritur sinapis scelera, quod illi qui terit,
Priusquam contrivit, oculi ut exstillent facit.

202. Supellex [6] quosdam nominativo haec supellectilis posse dici tentasse retulerunt, ne genitivus duabus syllabis cresceret, sed necdum nobis idoneum proin [7] loquentis occurrit exemplum, velut ancipes [8] et praecipes, quod vetustas cum ratione rancidum [9] protulit.

203. Schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caelius in Ἀρπαζομένῳ denotatur.

Utinam, inquit, *te scioli schema* [10] *sine cruribus videam*; pro schemate. Plautus in Amphitryone:

Huc ego processi cum servili schema [11].

204. Spino, ab hac spino; Maro [12]:

Eduramque pirum et spinos.

205. Spinu, ab hac spinu; Varro: *In Asia fax* [13] *ex spinu alba praefertur, quod purgationis causa adhibetur.*

206. Tristi, ab hoc tristi, nec potest in *e* moveri, quod id quoque in hominis proprium nomen non potest cadere.

207. *Tus* aut *lus* nominativo singulari producto finita nomina non recipiunt *i* ante *um* genitivo plurali, ut virtus, salus, palus: quoniam nec accusativus *is* sed *es* recipit.

208. Turbo, Turbonis, si proprium sit hominis nomen; turbinis, si procellam voluerimus exprimere; aut in eo, inquit Plinius, qui est in lusu puerorum. Sed Caesar de Analogia secundo [14], turbonem non turbinem etiam in tempestate [15] dici debere ait, ut Cato, Catonis, non ut homo, hominis.

209. Tanaidis; Varro Antiquitatum humanarum XIII [16]; non huius Tanais, ut Tiberis [17], inquit Plinius.

210. Titanas, ubi Plinius, Nec Paeanas accusativo, inquit, recte dicimus. Nullum enim nomen accusativo plurali in *as* venit, nisi quod nominativo plurali in *ae* sonabit.

211. Turben; Tibullus [18]:

Namque agor ut per plana citus sola verbere turben;

quem Maro septimo turbonem vocat.

Tortus sub || verbere turbo [19]. [118]

Et ita putant dici debere hic turben, quia et homo, et tempestas, et buxum eodem possint nominativo perhiberi.

212. Tu. Quidam hunc nominativum non per eandem aliis viam rationemve duxerunt, sed ita, Tu, tis, tibi, te, tu [20], a te; hi vos, vestri, vobis, vos, o vos, a vobis.

213. Te ablativo, *clam te est* [21]. At quin [22] Plautus in Menaechmis [23]:

Clam uxorem est;

nisi forte clam et accusativo [24] et ablativo possit aptari.

214. Torques, hic et haec torques nominativo [25] ut hic et haec canes [26], a Lucilio libro primo dictum [27] legimus,

---

lex esta cf. Festum pag. 264. et pag. 715. seqq. Ed. meae. Locus Charisii obscurus, quo pacto emendandus, non liquet. 1) *Senicis* Edd. pr. Fabr. P. 2) *Suppellex* Cod. 3) *Excepta esse* scripsi e Cod. ubi est: *excepta e*, quod proprie quidem *excepta est*, legendum, sed ex errore librarii pro *excepta ēē* scriptum esse apparet. — *esse* desideratur in Edd. O. 4) *O strix* Edd. O.: om. *o* Cod. 5) *Pseudolo* Fabr. P. Locus est Plaut. Pseud. III, 2, 28. ubi legitur vulgo: *Teritur sinapis scelerata cum illis: qui terunt, priusquam triverunt, aculi ut exstillent, facit.* Sed Cod. Charisii habet: *Teritur sinapis scelera, quad*ᶜ (sic) *illi qui terit priusquam cantriuit oculi ut ex*ˢ*tillent* (sic) *facit.* His consentiunt Edd. nisi quod Ed. pr. *scelerata, quot* et *extillent:* Fabr. P. *scelerata, quom — extillent.* Miro consensu Codd. MS. apud Plautum exhibent *sinapis celera cum illis — extilient.* Apud Priscianum lib. V, 3, 14. tom. I, p. 226. legitur quidem *sinapis seclerata*, sed ibi quoque Cod. Heidelb. exhibet *scelera.* Quare legendum putem apud Charisium: *Teritur sinapis scelera, quad illi qui terit, Priusquam contrivit, oculi ut exstillent, facit.* Apud Plautum vero: *Teritur sinapis scelera, quae illis, qui terunt, Priusquam triverunt, oculi ut exstillent, facit.* Dicitur autem *scelera sinapis*, pro *scelesta*, cuius sententiae quoque est Servius ad Aen. IX. 486: *Ut homo scelerus sicuti scelestus vel scelerosus dicebatur. Plautus in Pseudulo: Teritur sinapis scelera.* Quod idem Servius huc refert *scelerum caput*, saepe lectum apud Plautum, errat; nam in illa formula *scelerum* genitivus est. Vulgatam *scelerata* falsam esse, ipsum metrum arguit. 6) *Suppellex* Cod. Ed. pr. Paullo post *suppellectilis* Cod., et *rettulerunt* idem. *Temptasse* pro *tentasse* pariter Cod. 7) *Proinde* Fabr. P. *proin* Cod. Ed. pr. 8) *Aut ancipes* Edd. O. 9) *Rancida* Fabr. P. *rancidum* Cod. Ed. pr. 10) *Te sine schema* Edd. pr. Fabr. P. *te scioli schema*, quod dedi, Cod. Cf. Both. in Fragmm. Scenicor. Poetar. V. 2, 135. 11) Plaut. Amphitr. prol. 117. 12) Virg. Georg. IV, 145. 13) *In Asia fax* sic recte emendatum esse videtur apud P. *in Asia fylaxe* Cod. Ed. pr. *in Asia fylax* Fabr. Quorsum hoc fragm. Varronis retulerunt viri docti, reperire non potui. 14) Cf. Caes. Fragmm. pag. 332. ed. Daehne. De re cf. Priscian. lib. VI, 3, 16. tom. I, p. 228. ed. Kr. 15) *De tempestate* Fabr. P. *in temp.* Cod. Ed. pr. 16) Cf. Varr. Fragmm. p. 208. ed. Bip. 17) *Tyberis* Fabr. P. *Tiberius* Ed. pr. 18) Tibull. I, 5, 3. 19) Virg. Aen. VII, 378. ubi editur: *Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.* 20) *O tu* Fabr. P. 21) *Te ablativo, Terent. Nec clam te est* Fabr. P. Correxit ita Fabr. Sed vv. *Terent. Nec* ignorantur a Cod. et Ed. pr. 22) *Atqui* Fabr. P. *at quin* Cod. Ed. pr. 23) *Macnaechmis* Cod. *Maenechmis* Edd. pr. Fabr. P. Locus Plauti est Men. I, 2, 43. et V, 9, 78. 24) *Et accusativo* Cod. om. *et* Edd. O. 25) *Nominativo* om. Edd. O. 26) *Canes* (sic) Cod. 27) *Dictas* Cod. Edd. pr. Fabr. P. Scripsi

itaque[1] dixisse veteres Caper his exemplis docet. Naevius Cypriae Iliadis[2] libro primo:

Collum marmoreum torques[3] gemmata coronat.

215. Testu, ut genu Flavius Caper veteres ait uti[4] solitos. Mummius in Attellanar.[5]:

Iunius ad spectacula est videre in testu, quantum sit caput.

Afranius[6]:

Indignum vero dici solet testu.

At Maro *testam* dixit[7].

216. Torcular. Afer[8] pro Taurinis; sed torculare dici debet, quod genitivo *a* litera producitur, non ut iubaris, lucaris, sed torcularis.

217. Tores; Servilius, ut etiam Flavius Pomponianus notat: *aureum tores*[9], pro torque[10].

218. Tabis, huius tabis. Cinna in Smyrna[11] dixit, nullo ante se usus auctore, quoniam[12] per nominativum et ablativum tantummodo declinari posse grammatici pronuntient[13], proin ab hac tabe, ut plure, sirempse; cum sit eorum nominativus tabes, plures[14], siremps.

219. Tergum dorsum: hoc tergum, tergi, tergo; pluraliter haec terga, tergorum. At vero tergus huius tergoris facit, et haec tergora, horum tergorum correpte. Virgilius tamen contra *Terga boum*[15] dixit, et in nono:

Hinc raptas fugientibus ingerit hastas[16]
In tergus.

Quibus exemplis inpunitas[17] etiam illis datur, qui putant tergum hominis, tergus vero pecoris nominari[18].

220. Vera[19] rectius dicimus et testa, quam ut genua, cornua; nam et tonitrua[20] an tonitra[21] dici debeant dissidetur.

|| 221. *Us* literis finita neutri generis genitivo adaeque [119]
singulari *ris* finiuntur, ut operis, oneris[22]: exceptis vulgo et pelago, quod interdum vulgus masculini sit generis[23], pelagus commune cum Graecis.

222. Vitale, ab hoc vitale, si hominis proprium nomen sit, recte dicemus; vitali, si res aliqua dicatur.

223. Utile, ab hoc utile nomini proprio debetur; utili, si rem aliquam velimus ostendere.

224. Vestale; Nepos Exemplorum II[24]: *A virgine Vestale*, inquit, pro Vestali; quia non personam sed rem significat.

225. Venali per *i*, non etiam per *e* ablativus est finiendus, quoniam et de homine, inquit Plinius, dicimus, et de negocio.

226. Veloce, a Veloce honoratus, a veloci vero equo superatus.

227. Vas, huius vasis, ut huius vadis. Itaque genitivus pluralis horum vasuum[25].

228. Vasi genitivo singulari. *I* finita nomina genitivo plurali *rum* syllabam capiunt, vasorum, et nominativus erit hoc vasum. Pluralis utrisque communis est, haec vasa.

229. Volucrium; Cicero De finibus bonorum et malorum[26], nec non et Fabianus Causarum[27] libro secundo et tertio. *Volucrum*, Maecenas[28] in dialogo secundo, et consuetudo, ut idem ait Plinius.

230. Vectigaliorum; Cicero ad Atticum[29]. At enim in ratione consiliorum suorum[30], sed et de lege agraria:

dictum de coni. 1) *Itaque* Cod. *ita* Edd. pr. Fabr. P. 2) *Iliados* Edd. O. *Iliadis* Cod. 3) *Torquis* Edd. O. *torques* Cod. Locum ad fragmenta Naevii retulerunt viri docti, veluti Stephanus p. 224. Eundem Naevium in Iliade citat Priscian. lib. X, 2, 10. tom. I, p. 479. Kr. 4) *Dicere* Fabr. P. *uti* Cod. omisit verbum Ed. pr. 5) *In Atellana* Edd. O. *in Atellaniar.* (sic) Cod. *Mumii* locum alium affert Priscian. lib. X, 9, 57. tom. I, pag. 514. Kr. qui locus oratoris esse non potest, de qua re dubitabat Meyerus in Orator. Romanor. Fragmm. pag. 108. Ab hoc distinguendus est, qui *C. Memmius* scribitur apud Macrob. Saturn. X, 1. p. 240. tom. I, Bip. *C. Memmius — — post Novium et Pomponium diu iacentem Atellaniam suscitavit.* Cf. Schober die Atell. Schausp. der Römer p. 46. et Munk. de Pomponio Bonouiensi p. 43. ***Memmii*** poetae Ovidius quoque meminit Trist. II, 433. Cf. Ellendt. in Prolegg. ad Ciceronis Brut. p. LXI. 6) Cf. Bothium Poet. Scen. Lat. tom. V, 2. p. 199. In seqq. *vero* exhibet Cod. Ed. pr. *velut* Fabr. P. 7) Virg. Georg. I, 391. 8) Inter Domitii Afri fragmm. posoit Meyerus Orator. Rom. Fragmm. p. 231. recte, ut mihi videtur. 9) *Aureus tores* Edd. pr. Fabr. P. *aureum t.* Cod. Servilius sine dubio intelligendus *Q. Servilius Caepio*, orator, de quo cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 130. seqq. ubi tamen hic locus desideratur. 10) *Torques* Edd. pr. Fabr. P. *torque*[i] (sic) Cod. 11) Cf. Weichert. Poetar. Latinor. Rell. pag. 190. 12) *Quomodo* Ed. pr. 13) *Pronunciant* Fabr. P. *pronuntient* Cod. Ed. pr. Statim post *proinde* Fabr. P. *proin* Cod. Ed. pr. 14) *Pluris* Fabr. P. *plures* Cod. Ed. pr. 15) *Bouum* Cod. *boum* Edd. O. Virg. Aen. V, 405. 16) Virg. Aen. IX, 763. 17) ***Inpunitas*** scriptura est Codicis. 18) *Nominare* Edd. O. *nominari* Cod. 19) Videbatur Niebohrio in Cod. scriptum esse *Vara* 20) *Tonitrua* h. l. Cod. *tonitru* Edd. O. 21) *Tonitrua* h. l. Edd. O. Duae ultimae literae, vel potius extrema syllaba, in Cod. obliteratae. 22) *Opus operis, onus oneris* Fabr. P. 23) *Generis sit* Edd. pr. Fabr. P. *sit generis* Cod. 24) *Nepos Exemplorum II.* Eundem librum Cornelii Nepotis citat Gellius N. A. VII, 18, 11. Cf. Fragmm. Cornelii Nepotis in Edit. Stutgardiana Stavereni tom. II, pag. 334. 25) Nescio, quis alius hunc genitivum testatus sit. Neque credo, loci scripturam sanam esse. 26) Cic. de Fin. lib. II, 33, 110. Rem tetigit Goerenz. ad h. l., intactam reliquit Otto. Codd. Ciceronis omnes exhibent *volucrum.* 27) ***Fabianus Naturalium causarum*** Fabr. P. Vocem ***Naturalium*** om. Cod. Ed. pr. ***Fabianus*** causarum tertio citatur a Diomede p. 372. P. et supra apud Charis. pag. 82. ubi ***causarum naturalium.*** 28) *Moecenas* Edd. pr. Fabr. P. Veram scripturam tenet Cod. *Maecenas* in decimo supra laudatur p. 61. P. 29) Testimonium Charisii multi excitant, locum nemo diligentius monstravit. 30) *Ait enim in ratione vectigaliorum suorum* Fabr. P. atque in P. haec verba sic scripta, tamquam sint Ciceronis

vectigalium[1]. At vero Varro[2] de Bibliothecis secundo: *vectigaliorum.* Et Asinius Pollio: *Vectigaliorum reip. curam esse habendam*[3]. Vectigalium; Messala: *De vectigalium Asiae constitutione*[4]. P. quoque Rutilius de vita sua lib. IV[5]. Scaurus lib. III: *Vectigalium se minus fructos*[6].

231. Volgus, huius volgus; Varro Antiquitatum divinarum decimoquinto: *Volgus rumorem*[7].

232. Vulgu, hoc vulgu[8]; Oppius de vita Cassii. Idem de vita prioris Africani: *vulgu*[9] *opinante.* Varro Hebdomadon nono: *A vulgu condemnaretur*[10].

233. Vetere; *vetere vino,* Varro[11] de actionibus scenis tertio, non veteri.

[122] || 234. Volucris, non volucer, sed ut equester, ait Plinius dici debere.

235. Ungui; Licinius Calvus in poemate[12]:
Vaga candido nympha quod secet ungui.

236. Vulturius; M. Aemilius Scaurus contra Quintum Caepionem actione secunda: *Nefarius vulturius*[13], *patriae parricida.* Idem in eadem: *Scaurus, vulturius reipublicae*[14]. Cicero in Pisonem: *Vulturius illius provinciae*[15].

237. Vultur; Maro Aeneidos sexto[16]:
Rostroque immanis vultur obunco;
ut turtur. Volturus[17]; Ennius:
Vulturus in spineto supinum mandebat hominem[18].

XXII. De ablativo casu[19].

Ablativus casus singularis, ut ait Cominianus[20] grammaticus, quinque vocalibus terminatur, *a*, *e*, *i*, o, *u*. Semivocalibus duabus, *m* et *s*. Exceptis pronominibus, ut ab eodem, et ab hoc, et nominibus appellativis monoptotis, ut nequam, nugas.

Quaecunque nomina *a* aut *o* productam habuerint, ea genitivo plurali *rum* syllabam adsumunt, dativo et ablativo *is*, ut ab hoc Catilina, horum Catilinarum, his et ab his Catilinis. Item ab hoc docto, horum doctorum, his et ab his doctis.

Quae *e* finientur, ea producentur aut corripientur. Quae producentur, ea genitivo plurali *rum* syllabam assumunt, dativo et ablativo *bus*, ut ab hac re, harum rerum, his et ab his rebus. Quae corripiuntur[21], ea amissa *e* ultima genitivo plurali *um* syllabam assumunt, dativo et ablativo *bus*, ut ab hoc pariete, horum parietum, his et ab his parietibus. Sunt autem, quae commutant declinationem praedictam, et genitivum pluralem in *ium* faciunt, ut ab hoc fonte, horum fontium, his et ab his fontibus.

Quae *u* finientur[22], ea ad integram formam genitivo plurali *um* syllabam assumunt, dativo et ablativo *bus*, ut ab hoc versu, horum versuum, his et ab his versibus.

Quae *i* finientur, ea genitivo plurali *um* assumunt, dativo et ablativo *bus*, ut ab || hoc agili, horum agilium, [121]

ex epistola quadam ad Atticum intelligenda. *At enim in ratione consiliorum suorum* Cod. Ed. pr. Nempe intelligitur Ciceronis libellus *de suis consiliis*, sive *expositio suorum consiliorum*, de quo vide Nobbium in Fragmm. Cic. et Orell. ibidem p. 401. quibus fragmentis iam hic locus accedit, quem dolendum est nihil nisi vocem *vectigalium* exhibere. 1) *Vectigaliorum* Fabr. P. ex Fabr. corr. Nam *vectigalium* Cod. Ed. pr. 2) *At Varro* Fabr. P. *At vero Varro* Cod. Ed. pr. 3) Cf. Meyer. Fragmm. Orator. Romanor. pag. 217. adde Macrob. Sat. I, 4. 4) Cf. Meyer. Fragmm. Orator. Rom. p. 210. 5) Ad Rutilii orationes hunc locum non retulit Meyerus pag. 152. recte, ut mihi videtur; non enim in oratione ad populum de vita sua exposuisse credibile est Rutilium, sed in scripto historico. Quapropter historicis eum inseruerunt viri docti. Cf. Fragmm. Histor. Latinor. p. 44. ed. Cort. 6) *Scaurum* de vita sua tertio excitat Diomedes pag. 371. P. Eundem de vita sua sine nota libri laudat idem p. 373. P. Idem pag. 381. P. refert, Scaurum de vita sua tertio dixisse *poteratur* et *possitur.* 7) Cf. Varr. Fragmm. p. 221. ed. Bip. 8) *Huius vulgu* pessime Edd. O. *h· vulgu* Cod. i. e. *hoc vulgu.* 9) *Opinante vulgu* conieceram dudum; sero vidi idem coniecisse Bondamum Varr. lectt. p. 233. sed postea melius visum mihi ordinem invertere. Omittunt *vulgu* Cod. et Edd. O. De C. Oppio historico cf. Fragmm. Histor. Lat. apud Cortium p. 74. seqq. 10) Cf. Varr. Fragmm. pag. 259. ed. Bip. 11) Varr. Fragmm. pag. 251. ed. Bip. 12) Cf. Weichertus Poetar. Latinor. Rell. p. 145. *Licinnius* (u superscript) scriptum in Cod. 13) *Volturius* (sic) Cod. Cf. de loco Meyer. Orator. Romanor. Fragmm. pag. 128.

14) Hunc locum, in Cod. et Edd. O. post sequentem Cic. locum positum, de Niebuhrii sententia transposui et Scauro continuavi. Est enim sine dubio ex eadem Scauri actione secunda in Caepionem desumptus, licet *Scauri* nomen maledicto addito dehonestatum sit, quod sic explicandum, ut statuamus, *Scauri* ex Caepionis aut alius adversarii persona illud attulisse. 15) Cic. in Pisonem c. 16. *Appellatus est hic vulturius illius provinciae, si diis placet, imperator.* 16) Cf. Virg. Aen. VI, 597. Locus legitur sic in Cod. et Ed. pr.: *immanis vultur obunco rostro.* Mutavit Fabr. ex Virgilio: *Rostroque immanis vultur adunco;* quem secutus est P. *Obunco* editur nunc etiam apud Virgilium. 17) *Vulturis* Fabr. P. *volturus* Cod. *vulturus* Ed. pr. 18) *Vulturis in sylvis miserum mandebat homonem* emendavit Fabr. ex Servio ad Aen. VI, 597. *Sane in usu est vultur, licet Cicero vulturius dixerit, quad quidem potest esse et derivatum. Ennius: vulturis in campos miserum mandebat homonem.* Priscianus lib. VI, 3, 15. tom. 1, p. 228. sic citat: *Vulturis in silvis miserum mandebat homonem, Heu quam crudeli condebat membra sepulcro.* Fabricium sequitur P. sed Cod. et Ed. pr. exhibent: *Vulturus in spineto supinum mandebat hominem*, nisi Ed. pr. *homonem.* 19) *De Ablativo casu* Fabr. P. *Explicitus lib. de analogia. Incip. de ablativo casu* Cod. *Finis libri de Analogia. Incipit de Ablativo casu* Ed. pr. 20) *Cominianus* Cod. *Comminianus* Edd. O. Eadem *Cominiani* repetit Diomedes lib. I, p. 279. P. non nominato auctore. 21) *Corripiuntur* Cod. *corripientur* Fabr. P. *corripiunt* Ed. pr. 22) *Finientur* Cod. *finiuntur* Edd. O.

his et ab his agilibus. Accusativus quoque in *is* syllabam exhibet [1]. Quae [2] detracta *s* litera, et adposita *a*, neutrum genus ex se facient, ut haec agilia.

Quae *m* et *s* habuerint, ea et in plurali [3] numero monoptota erunt [4], ut nequam, nugas.

Aliis de ablativo casu et catholicis eius observationibus ita placuit definire [5]. Ablativus casus numeri singularis, observata novissima syllaba literave, facile monstrabit [6], quomodo declinare pluralem numerum debeamus.

Nomina, quae ablativo casu numero singulari *a* litera finiuntur, adiecta *e* litera faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hac Musa, hae Musae, et o Musae. Remota autem *e* litera, et adposita *s*, faciunt accusativum pluralem, ut ab hac Musa, has Musas. Si removeas *s* literam, et adponas *rum* syllabam, fiet genitivus pluralis, ut [7] ab hac Musa, harum Musarum. Sublata autem de ablativo singulari *a* novissima litera, et adposita *is* syllaba, fiet dativus et ablativus pluralis [8], ut ab hac Musa, his et ab his Musis. Nam deabus et filiabus, et quidquid [9] huiusmodi est, discernendi sexus gratia, contra rationem receptum est.

Nomina, quae ablativo casu numero singulari *e* litera producta finiuntur, adiecta *s* litera faciunt similiter producta novissima syllaba nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab hoc vel [10] ab hac die, hi aut hae dies, hos aut has dies, et o dies. Remota *s* litera, appositaque [11] *rum* syllaba, fiet genitivus pluralis, ut ab hoc vel [12] ab hac die, horum vel harum dierum. Si removeas *rum*, et adponas *bus* syllabam, dativum et ablativum pluralem facies, ut ab hoc aut ab hac die, his et ab his diebus.

Nomina, quae ablativo casu numero singulari *e* litera correpta finiuntur, tam genere masculino quam feminino adiecta *s* litera, nominativum et accusativum et vocativum pluralem faciunt, interdum producta ultima syllaba, ut ab
[122] hoc et ab hac divite; hi et hae divites, hos || et has divites, et o divites.

Interdum correpta ultima syllaba nominativum et vocativum pluralem faciunt, ut ab hoc Daphnide, et ab hac Bacchide, hi Daphnides et hae Bacchides o Daphnides et o Bacchides. Nam accusativus hos Daphnidas et has Bacchidas facit. Sed haec in Graecis tantum [13] nominibus observari necesse est.

In neutrali vero genere ablativi singularis ultimam *e* literam in *a* literam verte, et fiet nominativus, accusativus, vocativus pluralis, ut ab hoc ore, haec ora et o ora. [Genitivum [14]] pluralem in omni genere ablativus singularis correpta *e* litera finitus pari modo faci[et; muta]ta [15] *e* litera, aut in *i* conversa, adieceris [16] *um* syllabam, ut ab hoc et ab hac paupere, [horum et [17]] harum pauperum, ab hoc et ab hac dite, horum et harum ditium. Ex hac eadem specie ablativi singularis, si *e* literam in *i* vertas, et adiicias *bus* syllabam, pari modo in omni genere fiet dativus et ablativus pluralis, ut ab hoc hospite, et ab hac matre, et ab hoc ore, his et ab his hospitibus, matribus, oribus.

Nomina, quae ablativo casu numero singulari *i* litera finiuntur genere masculino et feminino, sublata *i* ultima et adposita *es* syllaba producta, faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hoc et ab hac agili, hi et hae agiles, et o agiles. Nam accusativus iuxta regulam manente *i* litera debet enuntiari [18], hos et has agilis, ut est [19]: *Omnis homines;* sed eum ad nominativi et vocativi formam consuetudo transduxit.

In neutrali autem genere ad singularem ablativum adiecta *a* litera fiet nominativus, accusativus et vocativus [20] pluralis, ut ab hoc agili, haec agilia, et o agilia. Genitivum vero pluralem in omni genere pari modo facies, si adiicias *um* syllabam ablativo singulari, ut ab hoc et ab hac agili, horum et harum agilium.

Item in omni genere dativum et ablativum pluralem facies, si singulari ablativo adiicias *bus* syllabam, ut ab hoc et ab || hac agili, his et ab his agilibus. [123]

Nomina, quae numero singulari casu ablativo *o* litera finiantur, genere masculino, sublata *o* et adposita *i*, nominativum et vocativum pluralem facient, ut ab hoc Scauro, hi Scauri et [21] o Scauri. Accusativum autem pluralem facies, si ablativo singulari adieceris *s* literam, ut ab hoc Scauro, hos Scauros. In neutrali vero genere, si ablativo singulari sublata *u* novissima [22] *a* literam ponas, fiet nominativus, accusativus, vocativus pluralis, ut ab hoc [templo [23],] haec templa, o templa. Pari autem modo et

1) Verba haec: *Accusativus quoque in is syllabam exibit*, accesserunt e Cod. 2) Cod. habet siglam *q*. 3) *In plurali numero* Cod. Ed. pr. Praepositio desideratur in Fabr. et P. 4) *Erunt* accessit e Cod. 5) *Diffinire* est in Cod. 6) *Facilem monstrabit rationem* Fabr. P. *facilem monstrabit*, omissa v. *rationem*, Cod. Ed. pr. Scripsi ergo: *facile monstrabit.* 7) *Ut* abest in Fabr. et P. 8) *Fiet dativo et ablativo plurali* Cod. Edd. O. Rescripsi nominativum. 9) *Quicquid* Edd. O. *quidquid* Cod. 10) *Et* Fabr. P. *aut* Ed. pr. *vel* Cod. 11) *Et adposita* Edd. O. *appositaque* Cod. 12) *Et* Fabr. P. *aut* Ed. pr. *vel* Cod. 13) *Tantum* accessit e Cod. 14) Uncis inclusum voc. non clare legitur in Cod.; habet Ed. pr. 15) Uncis inclusa in Cod. oblitterata; adsunt in Ed. pr. 16) *Si adieceris* Fabr. P. *si* abest in Cod. et Ed. pr. 17) Quae uncis inclusa sunt, in Cod. oblitterata, in Ed. pr. adsunt. 18) Scriptura e Cod. et Ed. pr.; *enunciari* Fabr. P. 19) Hic adiecta sunt verba *apud Sallustium* in Fabr. P., quae absunt in Cod. et Ed. pr. 20) *Et vocativus* Cod. Praepos. deest in Edd. pr. Fabr. P. 21) *Et* abest a Fabr. et P.; habent Cod. Ed. pr. 22) *U novissima* Fabr. P. *O novissima* Cod. Ed. pr. 23) Quae hic et paullo post aliquoties uncis inclusa leguntur in Cod. paullum oblitterata, in Ed. pr. plane scripta apparent.

masculino et neutrali genere fiet genitivus pluralis, si ablativo [singulari] adiicias *rum* syllabam, ut ab hoc Scauro, horum Scaurorum, ab hoc templo, horum templorum. [Dativus quoque] et ablativus pluralis et masculino et neutro genere pari modo fiet, si ablativus singularis sublata *o* litera *is* syllabam ponas[1], ut ab hoc Scauro, et ab hoc templo, his et ab his Scauris et his et ab his templis[2].

Nomina, quae ablativo casu numero singulari *u* litera finiuntur, masculino et feminino genere adiecta *s* litera faciunt [nominativum et] accusativum [et vocativum plu]ralem, ut ab hoc versu, et ab hac manu, hi versus, hos versus[3], o versus: et hae manus, has manus, et [o manus]. In neutrali autem genere adiecta *a* litera faciunt nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab h[oc cornu, haec cornua et haec cornua, et o cornua[4]]. Genitivum vero pluralem in omni genere pari modo facies, si adiicias ablativo singulari *um* syllabam, ut ab hoc [versu, ab hac] manu, et ab hoc cornu, horum versuum, harum manuum, horum cornuum. Dativus quoque et [ablativus pluralis in omni genere pari] modo fiet, si ablativo singulari *u* literam in *i* commutes, et adiicias *bus* syl[labam, ut ab hoc versu, et ab hac] manu, ab hoc cornu, his et ab his versibus, manibus, cornibus . . . . . .[5].

[124] || *XXIII. De formis casualibus*[6].

Formae casuales sunt sex: senaria, quinaria, quaternaria, ternaria[7], bipertita, simplex aut unita[8]. Senaria forma est, quae in omnibus[9] sex casibus varia forma in declinationibus effertur, ut est unus, et solus, et nullus. Nam declinamus hic unus, unius, uni, unum, o une, ab hoc[10] uno. Quinaria forma est, cum dativus et ablativus sociantur in declinationibus, ut est doctus et probus[11]. Quaternaria forma est, cum invenitur nominativus idem qui et vocativus, et genitivus idem qui et dativus, ut res, spes, et reliqua huius ordinis. Ternaria forma est, quae in neutralibus nominibus invenitur, in quibus nominativus, accusativus, vocativus[12] sociantur, ut scamnum, scrinium, dativus et ablativus, huic scamno, ab hoc scamno, et cetera. Non minus haec forma etiam in communibus nominibus invenitur his[13] literis finitis, in quibus nominativus, genitivus et vocativus sociantur, ut facilis, agilis[14]. Dativus et ablativus huic facili, ab hoc facili[15]. Bipertita forma est, quae in neutralibus nominibus *u* litera finitis est, quibus nominativus et accusativus et vocativus sociantur, ut genu, veru, genitivus dativum et ablativum, segregatum[16] ab his, producet[17]. Dicimus enim hoc genu, huic genu, et ab hoc genu. Unita[18] aut simplex forma est, quae in monoptotis nominibus invenitur, ut nequam. Dicimus enim in omnibus casibus similiter: hic nequam[19], huius nequam, huic nequam, hunc[20] nequam, o nequam, ab hoc nequam. Pluralis vero numerus quaternariam habet, cum invenitur nominativus idem qui et vocativus, et dativus idem qui et ablativus, ut sunt docti et probi. Ternaria forma est, in quibus nominativus, accusativus, vocativus pluralis sociantur, et dativus et ablativus, ut sunt scrinia et parietes[21].

1) *Ponat* Fabr. P. *ponas* Cod. Ed. pr. 2) *Et his et ab his t.* Cod. prius *et* om. Edd. O. 3) *Et hos versus* Edd. O. Coniunctionem om. Cod. 4) Quae h. l. uncis a me sunt inclusa, in Cod. plane non leguntur, et hiatus minor, quam verba in Edd. expressa complent. 5) Plura in Cod. olim lecta sunt, quam in Editis nunc apparent, sed obliterata. 6) Iubet conferri ad hunc locum totum Diomedem libro I. (p. 286. P.) Fabr. 7) *Trinaria* Edd. O. *ternaria* Cod. 8) *Unica* Edd. O. *unita* Cod. 9) *In omnibus* Cod. deest praep. in Edd. pr. Fabr. P. 10) *Ab hoc uno* Cod. *hoc* deest in Edd. O. 11) *Bonus* Edd. O. *probus* Cod. 12) *Et accusativus et vocativus* Edd. O. utrumque *et* abest a Cod. Sic paullo post ***et** ab hoc scamno* Fabr. P. 13) ***Is** literis* P. *his lit.* Cod. Ed. pr. Fabr. 14) *Gracilis* Edd. O. *agilis* Cod. 15) *Et ab facili* Edd. O. *ab hoc facili*, om. *et*, Cod. 16) *Segregat* Cod. Ed. pr. *segregatum* Fabr. P. ex emendatione Fabr. 17) *Producet* Cod. *producit* Edd. O. 18) *Unica* Edd. pr. Fabr. P. *unita* Cod. 19) *Hoc nequam* Edd. O. *hi* (sic) *nequam* Cod. 20) *Hoc* Edd. O. *hunc* Cod. 21) Subiicit his Cod.: *Finit lib. I. Inc. lib. II.* Adiecit Fabricius notam hanc: Deest aliquid ad finem huius libri, quod videtur fuisse quasi *ἀνακεφαλαίωσις* formarum casualium.

[125] ||

LIBER II.[1]

I.

1. *De definitione.*

DEFINITIO est oratio, quae id, de quo quaeritur, aperte describit et determinat.

2. *De genere.*

Genus est dictio, qua plures continentur species, ut animale et inanimale.

3. *De specie.*

Species est dictio originem trahens a genere, paucioribus confusa significationibus, quam genus, ut homo, arbor.

4. *De oratione.*

Oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronunciatio, ut oris ratio.

5. *De partibus orationis.*

Orationis partes sunt octo: nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, coniunctio, praepositio, interiectio.

II.

De nomine.

1. Nomen est pars orationis cum casu, sine tempore, significans rem corporalem, aut incorporalem, proprie communiterque[2]; proprie, ut Roma, Tiberis[3]; communiter, ut urbs, civitas, flumen.

Nomina aut[4] propria sunt, aut appellativa. Propria hominum tantummodo, quae in species quatuor dividuntur: praenomen, nomen, cognomen, agnomen, ut Publius[5] Cornelius Scipio Africanus. Nam agnomina[6] cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur, velut[7] Africa||nus, Creticus, Asiaticus, Numantinus, et his similia. [126]
Praenomen ergo est, quod nomini praeponitur, ut Publius. Nomen, quod familiae originem declarat, ut Cornelius. Cognomen, quod nomini subiungitur, ut Scipio. Agnomen, quod extrinsecus adiici solet, ut Africanus. Appellativa autem, quae generaliter communiterque dicuntur, quaeque in duas species dividuntur, quarum altera significat res corporales, quae videri tangique possunt, ut est homo, terra, mare: altera incorporales, ut est pietas, iusti[tia[8], dignita]s, quae [intellectu] tantummodo[9] percipiuntur, verum neque videri, nec[10] tangi possunt.

2. Nomini accidunt: qualitas, genus, figura, numerus, casus. Qualitas est, qua intelligitur proprium sit an appellativum.

3. Genera nominum [sunt quatuor[11],] aut, ut quibusdam placet, quinque: masculinum, femininum, neutrum, commune, promiscuum. [Masculinum est,] cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur hic, ut hic praeceptor. Femininum est, cui numero singulari casu nominativo pronomen [praeponitur haec,] ut haec schola. Neutrum est, cui numero singulari casu nominativo praeponitur hoc, ut hoc scrinium. Commune [enim fit] duobus modis. Sunt communia aut ex genere masculino et feminino, ut hic et haec canis, aut ex genere masculino, feminino et neutro, [ut hic et haec] et hoc felix. Promiscua || etiam sunt nomina, quae Graeci ἐπί- [127]
κοινα appellant, velut passer[12], aquila, [mustela[13].] Haec enim sub uno genere duorum habent intellectum. Nam passerem feminam accipimus et aquilam [et mu]-

1) Titulum libri secundi hunc exhibent Edd. O. FLAVII SOSIPATRI CHARISII, INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM LIB. II. 2) *Communiterue* Fabr. P. *communiterque* Cod. 3) *Tyberis* Fabr. P. *Tiberius* Ed. pr. *Tiberis* Cod. 4) *Aut* accessit e Cod. 5) *Puplius* Cod. 6) *Nomina* Edd. pr. Fabr. P. *agnomina* Cod. 7) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 8) Quae pars huius vocabuli in Cod. manifesto legitur, ostendit, *iustitia* scriptum fuisse. 9) *Tantum* Edd. O. *tantummodo* Cod. 10) *Neque* Edd. O. *nec* Cod. 11) Quae hic, et proxime quater, uncis inclusa apparent, in Cod. plane evanuerunt; in Ed. pr. nihil hiatus significatum. 12) *Ut passer* Edd. O. 13) Uncis

stelam, quae masculino quoque genere intelligimus, quamvis feminino genere tantum dicantur [1].

4. Figura in nominibus aut simplex est [2], ut felix, aut composita, ut infelix. Componuntur autem nomina modis quatuor: ex duobus integris, ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut opifex, artifex; ex integro et corrupto, ut ineptus; ex corrupto et integro, ut omnipotens; aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis.

5. Numeri sunt duo: singularis, ut hic praeceptor, pluralis, ut hi praeceptores. Dualis enim apud Romanos non est. Sunt quaedam semper singularia, ut aurum, oleum; quaedam semper pluralia, ut sordes, moenia; quaedam singularem pluralemque numerum communiter significantia, ut dies, nubes; quaedam positione singularia, intellectu pluralia [3], ut populus, concio; quaedam positione pluralia, intellectu singularia, ut Mycenae, Cumae [4], Thebae, Athenae.

6. Casus sunt, ut quidam volunt, sex, ratione tamen sunt quinque: genitivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Nominativum enim optime casum esse noluerunt, quoniam quidem sit positio aut recta nominis aut declinationis regula, quem nominativum Graeci non πτῶσιν, sed ὀρθήν aut εὐθεῖαν vocant. Καταχρηστικῶς tamen nominativum casum dicimus.

7. Sed [quaedam nomina [5]] per omnes figuras variantur, quaedam nomina inveniuntur, quae flecti non possunt, ut frugi, nequam, nihili. Adiicitur a diligentioribus etiam septimus casus. Ubi enim in [6] re aut loco dicimus, ablativo utimur, ubi autem [7] septimo magis casu utimur, ut est illud:

Et ignem fomite capit [8].

Spe posse confidere [9]; et:

Ducente Deo [10].

Et ut generaliter dicam [11] . . . . . . per passivum modum ablativo utimur, septimo casu activo modo [12].

|| Quaedam [quatuor [13]] aut tribus casibus tantum flectuntur, ut Iuppiter nominativo et vocativo casu, et Opis; nam in singulari genitivum invenimus. [128]

8. [Quaedam sunt,] quae gentem significant, ut Afer, Dacus, Hispanus [14]. Alia numerum, ut unus, duo. [Alia] ordinem, ut primus, secundus. Alia qualitatem, ut bonus, malus, magnus, albus, niger. Alia [quantitatem,] ut proculus [15], altus, magnus, sublimis, humilis. Alia ab accidentibus aut consequentibus tr[ahuntur [16],] ut beatus [17], dives, pauper. Sunt quaedam derivativa, quae ab aliqua persona propter coniunctionem generis [declina]ntur [18], ut Pelides, Aeacides, quae Graeci πατρωνυμικά [19] appellant. Quaedam possessiva, ut Pelius [20], [Aeneius.] Ex hac specie:

Aeneia puppis
Prima tenet [21],

et:

Romuleo [22] *recens horrebat regia culmo*,

[et: *Phineia postqu*]*am*
Clausa domus [23].

Haec Graeci κτητικά appellant. Sunt [deminutiva [24],] quae ab absolutis nominibus, adiecta in novissima parte aut litera aut syllaba, capiunt deminutionem [25] sine ulla comparatione, ut montanus, montaniculus, scholasticus, scholasticulus, parvus, parvulus, adulescens, adulescentulus. Illud vero [26] meminerimus, quod semper deminutiones [27] generibus suis, unde oriuntur, consonant, pauca dissonant, ut rana, raniculus [28], unguis, ungula, glandium, glandula, beta, betaceus, malva, malvaceus, pistrinum, pistrilla, ut Terentius in Adelphis. Ensis, ensicula, et ensiculus. Plautus *ensiculum* in Rudente [29].

inclusa hic et paullo post in Cod. obscurata. 1) *Dicatur* Cod. Ed. pr. 2) *Est* Cod. Ed. pr. — Om. *est* Fabr. P. 3) Hic adiecit Fabr. *quae gracci περιληπτικὰ nominant*, quem secutus est P. Absunt in Cod. et Ed. pr. 4) Pro nomine *Cumae* in Cod. legitur *Cenae*. 5) Obscurata in Cod.; in Ed. pr. lacuna nulla. 6) *In* accessit e Cod. 7) *Ubi autem revera dicimus, septimo* Fabr. P. ex emendatione Fabr. qui tamen in notis Ms. volebat: *ubi autem revera non dicimus.* Cod. et Ed. pr. sine nota hiatus: *ubi autem septimo.* Sine dubio omissa sunt quaedam, veluti: *ubi autem nec in re nec in loco dicimus, septimo* cett. De casu septimo cf. Priscian. lib. V, 14, 78. pag. 215. tom. I. ed. Kr. 8) Ductum fortasse ex Virg. Aen. 1, 176. *Rapuitque in fomite flammam.* 9) *Confugere* Edd. pr. Fabr. P. *configere* Cod. scripsi *confidere*. 10) Virg. Aen. II, 632. 11) Post v. *dicam* in Cod. et Ed. pr. hiatus sex literarum. 12) *Per actiuum modum* Fabr. P., ex coniectura Fabr. 13) V. *quatuor* obscurum in Cod. sed nullus hiatus in Ed. pr. Similiter in seqq. vv. *Quaedam sunt* Cod. obscurata habet, Ed. pr. nihil lacunae. 14) His adiuncta leguntur in Fabr. P.: *alia patriam, ut Troianus, Romanus.* Cf. Diomedes lib. I, pag. 308. 15) *Procerus* Edd. O. *proculus* Cod. 16) In v. *trahuntur* duae extremae syllabae oblitteratae in Cod.; in Ed. pr. *tra*, sequente hiatu, legitur. 17) *Ut caeruleus, ruber, beatus* Fabr. P. ex coniectura Fabricii. *Ut beatus* Cod. Ed. pr. omissis duabus mediis vocabulis. 18) In v. *declinantur* duae priores syllabae obscuratae in Cod.; habet eas Ed. pr. 19) V. *πατρωνυμικά* in Cod. et Ed. pr. Latine scriptum est. 20) *Ut Pelius* Cod. *ut peluis* Ed. pr. *ut Euandrius* Fabr. P. ex Fabricii coniectura. Quod sequitur nomen *Aeneius* in Cod. obscuratum, in Ed. pr. expressum est. 21) Virg. Aen. X, 156. seqq. 22) *Romuleoque* Fabr. P. *Romyleo* Cod. *Romuleo* Ed. pr. *que* addidit Fabr. Virg. Aen. VIII, 654. 23) De vv. *Phineia postquam* in Cod. nihil superest, nisi *f — — m.* In Ed. pr. lacuna nulla. Virg. Aen. III, 212. seq. 24) V. *deminutiva* in Cod. oblitteratum, in Ed. pr. hiatus nullus. 25) *Diminutionem* Fabr. P. *dem.* Cod. Ed. pr. 26) *Quoque* Edd. O. *vero* Cod. 27) *Diminutiones* Fabr. P. Ed. pr. *dem.* Cod. 28) *Ranunculus* Edd. O. *raniculus* Cod. Forma *raniculus* vix alibi testata legitur. 29) *Et ensiculus, Plautus in Rudente* Fabr. P. *Et ensiculus. Plautus*

9. Monoptota vero nomina, et haec quae natura singularia sunt, id est elementa [1], item fluminum et montium nomina et urbium, item deorum et hominum nomina propria, item dies festi, item literarum elementa, item numeri deminutionem, quam Graeci ὑποκορισμόν [2] appellant, non recipiunt.

10. Sunt etiam, quae ab his ῥηματικά dicuntur, nos non absurde verbialia [3] diximus, ut a verbo lego lectio, et dico dictio, et oro oratio, et raptor et percussor, [129] ex eo, quod est rapio et percutio [4]. Quaedam genera||lia sunt [5], quibus multa continentur dissimilia, ut animal, arbor. Ex his nascuntur specialia, quae tamen insunt originibus suis generalibus, ut homo, equus, taurus, laurus, pinus, fraxinus. Quaedam ficta sunt a sono aut vocibus [6], ut stridor, clangor, hinnitus, ululatus, fremitus, mugitus. Quaedam descendunt ab adverbiis, ut hesternus [7], hodiernus, crastinus, serus, nimius, citus. Alia a participiis, ut ludibundus et laudabundus. Sunt etiam, quae a Graecis ἐπικτητικά [8] dicuntur, quae quibusque [9] personis adiiciuntur laudandi gratia aut vituperandi. Laudandi, ut:

Lausus equum domitor [10], *debellatorque ferarum.*

Vituperandi:

Et ipse doli fabricator Epios [11].

Sed haec nomina quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur, et singulis rebus personisve apposita sunt. Sunt quaedam nomina, quae per se sine alterius partis orationis adminiculo intelligi [12] non possunt, quae Graeci dicunt τῶν πρός τι, id est, ad aliquid, quae non possunt intelligi sola, ut pater, mater; iungunt enim sibi et illa propter quae intelliguntur. Sunt his similia, quae Graeci dicunt τῶν πρός τί πως ἔχοντα, id est ad aliquid quodammodo habentia, ut dexterior, sinisterior. Sunt quoque quaedam ὁμώνυμα [13], quae una loquela [14] plura significant, ut nepos, acies; significat enim *nepos* et certum cognationis gradum, et rei avitae consumptorem, similiter *acies* oculorum, et ferri, et exercitus. Quaedam συνώνυμα [15], quae plurimis loquelis idem tamen significant, tamquam terra, humus; ensis, mucro, gladius. Quaedam mediae potestatis, quae significationem a coniunctis sumunt, ut magnus, fortis. Haec enim per se nullum habent intellectum, et ideo a quibusdam adiectiones vocantur, ut magnus vir, fortis exercitus. His et comparatio accidit, quoniam aut in qualitate sunt aut quantitate, ut [16] magnus, maior, maximus; fortis, fortior, fortissimus.

10. Non omnia nomina gradus comparationis recipiunt, sed sola quae in qualitate sunt aut in quantitate; cetera au||tem non habent collationem, velut [17] quae corpus si- [130] gnificant, ut homo, arbor; aut quae gentes, ut Graecus, Hispanus; aut quae numerum, ut unus, duo; aut quae ordinem, ut secundus, tertius; aut quae ad aliquid referuntur, ut pater, frater. Quaedam nomina quamvis qualitatem significent, gradus tamen collationis [18] non recipiunt, ut mediocris, sobrius, rudis, grandis. Non enim fit mediocrior, sobrior, rudior, grandior. Sed cum sint comparationis gradus tres, positivus, ut fortis, comparativus, ut fortior, superlativus, ut fortissimus, de quibus iam suo loco [19] exposuimus, invenimus non in omnibus nominibus tres gradus perseverare. Aliquando enim [20] primus tantum gradus invenitur, ut mediocris; aliquando primus et secundus, ut senex, senior, iuvenis, iuvenior aut iunior [21]; aliquando primus et tertius, ut pius, piissimus; nam pro secundo gradu *magis* adverbium ponimus, ut magis pius; aliquando secundus et tertius, ut ulterior, ultimus; aliquando tertius tantum, ut novissimus.

11. Sunt quaedam etiam nomina, quae sicut nata sunt, efferuntur, ut mons, schola. Sunt item nova superlativa, quae absolutum non habent, sed ab adverbio [22], ut citerior, citissimus [23], a citra; inferior, infimus, ab infra; superior, superrimus [24], a supra; prior etiam [25] et primus, ab adverbio prius, et [26] peior, pessimus, ab adverbio peius. Quaedam sunt, quae diversis figuris in colla-

ensicula in Rudente Ed. pr. *et ensiculus. Plautus ensiculum in prudente* Cod. Apud Plautum in Rud. IV, 4, 112. vulgo editur: *ensiculust aureolus primum litteratus.* E Plauti Codd. nihil varietatis adnotatum. *Pistrilla* legitur apud Terent. Ad. IV, 2, 45. 1) *Singularia sunt, hypocorismata non recipiunt, neque elementa* Fabr. P. *singularia sunt id est elementa* Cod. Ed. pr. Sine dubio vv. *id est elementa* interpolata sunt. Omnis enim locus sic legendus est: *Monoptota vero nomina et haec quae natura singularia sunt, item fluminum et montium nomina et urbium*, cett. ita ut verbum *non recipiunt* ad haec assumendum sit. 2) V. ὑποκορισμόν Latine scriptum in Cod. 3) *Verbalia* Edd. O. *verbialia* Cod. 4) *Rapio, percutio* Edd. O. *rapio et percutio* Cod. 5) Graecam vocem γενικά Fabr. P. addunt, ignorant Cod. Ed. pr. 6) *A sono vocis ποιητικὰ* Fabr. P. *a sono vocis* Ed. pr. *a sono ā uocib.*, hoc est *aut vocibus*, Cod. 7) *Ut externus, hesternus* Fabr. P. *ut externus*, om. *hesternus* Ed. pr. *ut hesternus* Cod. 8) *'Επίκτητα* Fabr. P. ἐπικτητικά recte Ed. pr. Cod. 9) *Quibusque* Cod. Ed. pr. *quibuscunque* Fabr. P. 10) Sic Cod. Fabr. P. sed locum sic exhibet Ed. pr.: *laudandi gratia aut vituperandi aut lusus equorum domitor.* Locus est Virg. Aen. VII, 651. 11) *Epeus* Edd. O. *Epios* Cod. Virg. Aen. II, 264. 12) *Et intelligi* P. ex errore typogr. 13) V. ὁμώνυμα Latine scriptum in Cod. Ed. pr. 14) *Loquella* et paullo post *loquellis* Cod. 15) *Synonyma* Latine scr. in Cod. Ed. pr. 16) *Ut* accessit e Cod. 17) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 18) *Conlationis* Edd. O. *collationis* Cod. Sed infra aliquoties recurrens idem vocab. scribitur in Cod. et Edd. *conlat.* 19) *Loco suo* Edd. O. *suo loco* Cod. 20) *Enim* desideratur in Edd. O. 21) *Iunior aut iuvenior* Edd. O. *iuvenior aut iunior* Cod. 22) *Sed adverbium* Edd. O. *sed ab adverbio* Cod. 23) *Citimus* Edd. O. quod verum videtur; *citissmus* Cod. 24) *Superrimus* Cod. Edd. O.; scribendum *supremus.* 25) *Etiam* accessit e Cod. 26) *Ut* Edd. O. *et* Cod.

tionem veniunt, ut malus, peior, pessimus; bonus, melior, optimus. His enim per omnes tres gradus comparatio processit, nec tamen unam formam nominis tenuit. Sunt alia absoluta, quae nullo quidem gradu comparationis figurantur, recipiunt tamen collationem, si illis *magis* adverbium iungatur, sicut superius dictum est, ut magis rudis, magis pius, maxime [1], similiter. Sic et e contrario minus et minime adduntur. Utimur autem gradu comparativorum in uno et altero, prope aequalibus ac similibus; nam dissimilium comparatio nulla est, ut hi
[131] duo viri fortes, sed hic alltero fortior. Item comparativus et his, qui sui generis sunt, et his, qui alterius sunt, comparatur, ut equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est, item velocior cane, qui alterius generis est. Superlativus vero gradus omnibus his tantum, qui sui generis sunt, praeponitur; nam velocissimus equus non dicitur, nisi equis comparatus. Itaque superlativus gradus aut omnibus sui generis praeponitur, ut:

O Danaum fortissime gentis
Tydide [2];

aut nullis. Scito autem comparativum gradum ablativum casum trahere numeri tam singularis quam pluralis, ut doctior illo, doctior illis; superlativum vero genitivum trahere casum et tantum plurali numero iungi, ut iustissimus omnium.

III.

De pronomine.

1. Pronomen est pars orationis, quae posita pro nomine minus quidem, paene [3] idem tamen significat.

Pronomini accidunt: qualitas, genus, figura, numerus, casus, persona. Qualitas pronominum finita est aut infinita. Finita est, quae [4] notat certam personam, ut ego, tu, ille [5]. Infinita est, quae cuilibet personae potest aptari, ut quis, quantus, qualis [6]. Genera pronominum sunt quatuor: masculinum, ut hic, femininum, ut haec, neutrum, ut hoc, commune, ut ego. Figura in pronominibus aut simplex est, ut quis, aut composita, ut quisquis. Numeri sunt duo: singularis, ut qualis, pluralis, ut quales. Communis quoque numeri invenitur, ut qui; dicimus enim qui vir et qui viri. Casus pronominum totidem sunt, quot et nominum. Personae pronominum sunt tres: prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille.

2. Sunt pronomina ad aliquid [7], ut meus, tuus; nam et haec sine aliquo non possunt sola intelligi. Pronominum declinationes finitae sive absolutae: hic, huius, huic et cetera. Sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit, o ego, nisi exclamatio sit, ut apud Horatium:

O ego infelix, quem tu fugis [8].

Nec pluralis [9] habet vocativum, nisi si aeque exclamatio sit, ut cum || dicimus: o nos felices. Pronomen hoc, id [132]
est nos, trium generum est commune. Non est tamen repudianda illorum sententia, qui dixerunt in quibusdam pronominibus vocativum non posse cadere, cum etiam paene [10] in omnibus pronominibus non debeat esse vocativus [11]. Sed nos nondum [12] refragamur rationi, vocativum adiicientes [13], sed quoniam contextum declinationis habere volumus, instruendi gratia fecimus mentionem. Quamquam vocativum non solum non [14] invenimus, verum etiam in quibusdam casibus deficere videmus, ea, tu et cetera [15].

3. Hic quoque pronomen omnium generum est commune, velut [16] dicimus hic, huius; haec, huius; hoc, huius; iste [17], istius; ista, istius; istud, istius; istuc.

Ipsum quare non ipsud, ut illud et istud? Quoniam veteres nominativum non ipse dicebant, sed ipsus, quod etiam in Comoediis veteribus invenimus. Ille, illius; illa, illae et illius; illud, illuc, illius [18].

4. Infinita quis et qui, cuius [19]; quae, cuius; quod, cuius; sed veteres nominativum pluralem *ques* [20] dixerunt, regulam secuti, unde etiam dativus mansit in consuetudine, nam dicimus quibus pro quis. Nonnunquam dicimus quisque, cuiusque; quaeque, cuiusque; quodque, cuiusque, cum *que* in omnibus casibus indeclinabile manet postremum. Alius, alius; alia, alius; aliud, alius; sed veteres alia, aliae, aliae. Alter, alterius; altera, alterius; alterum, alterius. Neuter, neutrius; neutra, neutrius; neutrum, neutrius; sed veteres neutra, neutrae, neutrae. Uter, utrius, πότερος; utra, utrius; utrum, utrius; sed

1) *Maxime rudis, maxime pius. Similiter si et* Fabr. P. *maxime, similiter. Sic et* Cod. Ed. pr. Vv. *maxime, similiter*, explico: *maxime, et cetera.* Ceterum emendatio est Fabricii, qui locum non intellexerat. 2) Virg. Aen. I, 95. seqq. 3) Codex sic: *plene* (corr. *paene*) Edd. *pene.* 4) *Finita est quae* Cod. *est* desideratur in Edd. O. 5) Vv. *tu, ille* e Cod. accesserunt. 6) *Quis, qualis, quantus, qualis* Edd. O. prius *qualis* om. Cod. 7) *Ad aliquid dicta* Edd. O. *dicta* abest in Cod. 8) Horat. Epod. 12, 25. ubi editur: *O ego non felix quam tu fugis.* 9) *Pluralem* Edd. O. *pluralis* Cod. 10) *Pene* Edd. O. *paene* Cod. 11) *Nominativus* Edd. O. *vocativus* Cod. 12) *Non quoniam* Fabr. P. *nondum* Cod. 13) *Adiicimus* Fabr. P. *adiicientes* Cod. Ed. pr. 14) *Quanquam non solum vocativum non* Edd. O. *quanquam vocativum non solum non* Cod. 15) Vv. *ea, tu, et cetera* e Cod. addita sunt. 16) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 17) *Et iste* Edd. O. *et* abest a Cod. 18) *Illuc et illius* Cod. Ed. pr. male. 19) *Quîs cuius* Cod. *qui cuius* Edd. O. 20) *Ques* Edd. O. vere. *quis* Cod.

veteres utra, utrae, utrae. Uterque, utriusque; utraque, usque; utrumque, usque; sed veteres utraque, utraeque, utraequae; *que* [1] per omnem declinationem postremum aeque manet. Alteruter, alterutrius; alterutra, alterutrius; alterutrum, alterutrius; sed veteres alterutra, alterutrae, alterutrae. Unus, unius; una, unius; unum, unius; sed veteres una, unae, unae. Unusquisque, uniuscuiusque; unaquaeque, uniuscuiusque; unumquodque, uniuscuiusque;
[133] sed veteres unaquae||que, unaecuiusque, unaecuique [2]. Quidam, cuiusdam; quaedam, cuiusdam; quoddam, cuiusdam; postrema syllaba manet in omnibus casibus indeclinabilis. Aliquis, alicuius; aliqua, alicuius; aliquid, alicuius. Antiqui *aliques* dicebant, unde mansit aliquibus; sed veteres aliqua, aliquae, aliquae. Ullus, ullius; ulla, ullius; ullum, ullius; sed veteres ulla, ullae, ullae. Nullus, nullius; nulla, nullius; nullum, nullius; sed veteres nulla, nullae, nullae. Totus, totius; tota, totius; totum, totius; sed veteres similiter superioribus. Hic qualis, qualis; haec qualis [3], qualis; hoc quale, qualis. Hoc pronomen quod est qualis, item quod sequitur talis, communia sunt masculini et feminini generis, hic talis, talis; haec talis, talis; tale, talis. Item quantus, quanti; quanta, quantae; quantum, quanti. Tantus, tanti; tanta, tantae; tantum, tanti. Quotus, quoti; quota, quotae; quotum, quoti.

5. Possessiva: Meus, mei; mea, meae; meum, mei; sed veteres *mius* pro meus dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut sic sit [4]. Omnia, quae nominativo ante *us* novissimam syllabam *i* habent, vocativo *i* terminantur, velut [5] hic Salustius, o Salusti; hic Orontius, o Oronti; hic Lucilius, o Lucili. Sic et mius, o mi, et iam ordine suo hanc quoque regulam adnotavimus. Tuus, tui; tua, tuae; tuum, tui.

Ex his pronominibus aliquot sunt [6], quae adverbialiter quodammodo intelligentur, sed et si qua alia pronomina incident, adnotare non pigebit. Idem, eiusdem; eadem, eiusdem; idem, eiusdem. Quispiam, cuiuspiam; quaepiam, cuiuspiam; quodpiam, cuiuspiam. Nostras, vestras. Nemo pronomen non habet genitivum, ut neminis [7], ut quibusdam videtur; sicut et alius pronomen genitivum non habet, ut dicamus alius, tametsi antiqui genitivum alius producta *us* dixerunt, quorum auctoritatem secuti et nos adiecerimus [8]; cuius nominativum veteres non tantum alius dixerunt, sed etiam *alis*, sicut et Salustius: *Alis alibi stantes* [9], *omnes tamen advorsis* [10] *vulneribus conciderunt.* Convincitur vero haec opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in || Captivis: [134]

Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem [11].

6. Aliis ita placuit de pronominibus disserere. Pronomina sunt quae et ipsum, et cuius quod [12] est, singulariter indicant. Sunt quae et contrario [13] utrunque pluraliter et ipsos, et quod eorum est, significant, quae exemplis manifestiora erunt. Utrunque igitur singulare, et quod est, et cuius quod est [14], in his intelligitur, meus, tuus; mea, tua; meum, tuum. Utrunque pluraliter, nostros, vestros; nostras, vestras; nam vel [15] in istis ipsis, cuius quod est, unum significatur. Ea autem, quae subiecta sunt, pluraliter: meos, tuos; meorum, tuorum. Horum animadversio a Graecis notata est, neque enim cum his solis communis est nobis loquela [16], sed etiam cum plurimis nationibus [17]. Pronomina quaedam, sicut nomina et participia, referuntur ad aliquid, ut meus, tuus; noster, illius, illorum; nam et in his ut in illis [18] bina intelligimus.

7. Pronominum alia sunt simplicia, alia composita, ut haec: ecquis, quemnam [19], meapte, suapte, quispiam, quippiam, quoipiam, haecine [20], et etiam eorundem, quorundam. Dispar praecedentibus natura est, ut tute, temet, semet, nosmet. Nam his non pars [21] orationis, sed adiectamentum quoddam accedit, qua ex causa nunquam hae voces his [22] pronominibus separari possunt; aut si separantur, nusquam utiles esse possunt, sicut praepositiones [23] et coniunctiones, ceteraeque lexis. Ideoque nova vocabula quidem propria habent omnes partes orationis, nec ipsae ullis, quam pronominibus, accedunt; nec enim significatio earum [24] legitima magis quam symbolica est.

1) *Que* in Cod. scr. $\bar{q}$. 2) *Unaecuique* deest in Edd. O. *unaecuiusque* bis habet Cod. unde emendavimus. 3) *Huius qualis* Edd. O. *haec qualis* Cod. 4) Fortasse legendum: *ut mi sit.* 5) *Ut hic* Edd. O. *velut hic* Cod. 6) *Sunt aliquot* Edd. O. *aliquot sunt* Cod. 7) *Ut dicamus neminis* Fabr. P.; verbum *dicamus* om. Cod. Ed. pr. Haec et sequentia verbatim apud Diomedem pag. 322. P. inveniuntur, ubi vide quae diximus. 8) *Accedimus* Fabr. P. *adiecerimus* Cod. Ed. pr. Cf. Diomed. l. c. 9) *Ceciderunt* hic interponunt Cod. et Ed. pr. male. Cf. Diomedem l. c. et Salustii Catilin. c. 61. ubi tamen paullo aliter: *Pauci autem, quos cohors praetoria disiecerat medios, paullo divorsius, sed omnes tamen advorsis volneribus conciderant.* Fortasse alium locum intelligit Charisius, inter fragmenta reponendum. Ceterum adnotavit ad h. l. Fabricius: *Utitur et Catullus Epigrammatis, **Coniugium quod non fortior ausit alis.*** *Ita enim msptum quoddam.* 10) *Adversis* Edd. O. *advorsis* Cod. 11) Plaut. Captiv. III, 5, 106. *Nemine* in Cod. est pro *neminem.* 12) Lege: *cuius quid est.* 13) Scribe: *e contrario.* 14) Lege: *cuius quid est.* Accessit *est* e Cod. 15) *Ut in istis* Edd. O. $\overline{uu}$ *in istis* Cod.; scripsi *vel in istis.* 16) *Loquella* Cod. 17) *Notationibus* P. *nationibus* Cod. Ed. pr. Fabr. 18) *Et in his et in illis* Edd. O. *et in his ut in illis* Cod. 19) *Quaenam* Edd. O. *quemnum* Cod. 20) *Quispiam, quipiam, quodpiam, hoccine* Edd. O. nisi quod Ed. pr. *quopiam* pro *quodpiam.* Sed Codex habet: *quispiam, quippiam, quoipiam, haecine.* 21) *Nam met non est pars* Edd. O. *nam his non pars* Cod. 22) *Ab his* Edd. O. *ab* abest a Cod. 23) *Ut praepositiones* Fabr. P. *Sunt praepositiones* Ed. pr. ubi Fabr. corr. *sed sunt praepos.* quod in edit. non recepit. *sicut praepos.* Cod. 24) *Eorum*

In his illud quoque observandum est, quod ista omnia, quae quasi adiectamenta [1] diximus, tam singulari numero quam plurali accedunt; unum autem abest *quam* per singulare; non enim ut quisquam, quenquam, sic utique quidquam, quippiam dicimus [2].

8. Pronomina a nominibus et participiis ita discernimus, si omni percunctationi responsionem suam exhibebi-
135] mus; nam hoc quasi proprium pronominum [3] est. || Ut cum dictum sit quis, subiungas hic aut ille, aut cum quas, has: aut qualis, talis: deinde quantus, tantus: mox quot, tot.

Quaedam pronomina ad aliquid pronuntiantur et utraque significatione singularia sunt, ut meus, tuus; aut utraque pluralia, ut nostri, vestri; aut extrinsecus pluralia, intrinsecus singularia, ut noster, vester; aut intrinsecus singularia, extrinsecus pluralia, ut mei, tui.

9. Per casus pronomina ita ut nomina declinantur, carentia scilicet vocativo casu. Nam alia sunt, quae ad vocativum casum referuntur, neque sunt ex declinato [4], ut tu, vos; alia accusativo ablativoque [5], ut te; alia per singulares casus declinantur, neque sunt casualia, ut ego, tu, hic [6]; mei, tui, huius [7]; mi [8], tibi, huic; me, te, hunc. Et pluraliter: nos, vos, hos; nostrorum, vestrorum, horum; nobis, vobis, his. Item feminina singularia: Ego, tu, haec; meae, tuae [9], huius; mi, tibi, huic; me, te, hanc. Pluraliter: nos, vos, hae; nostrum, vestrum [10], harum; nobis, vobis, his. Neutralia singularia: Ego, tu, hoc; mei, tui, huius; mi, tibi, huic; me, te, hoc. Pluraliter: nos, vos, haec; nostrum, vestrum [11], horum; nobis, vobis, his; nos, vos, haec; nobis, vobis, his.

10. Aliis ita placuit declinare, persona prima singulariter: Ego, mei, mihi, me, o, a me. Pluraliter: nos, nostrum, nobis, o, a nobis [12]. Secunda persona singulariter: Tu, tui, vel tis [13], tibi, te, tu, a te [14]. Pluraliter: vos, vestrum, vobis, vos, o, a vobis [15]. Tertia persona singulariter: Ille, illius, illi, illum [16], ille, ab illo. Pluraliter: illi, illorum, illis, illos, illi, ab illis. Feminina singularia: Illa, illius, illi, illam, illa, ab illa. Pluraliter: illae, illarum, illis, illas, illae, ab illis. Neutralia singularia: Illud, illius, illi, illud, ab illo. Pluraliter: illa, illorum, illis, illa, illa, ab illis.

11. Et alia pronomina simili modo: Masculini singularis [17]: Iste, istius, isti, istum, iste, isto. Pluraliter: isti, istorum, istis, istos, isti, istis. Feminina singularia: Ista, istius aut istae, isti aut istae, istam [18], ista, ab ista. Pluraliter: istae, istarum, istis, istas, istae, ab istis [19]. Neutra singularia: Istud, istius, isti, istud, istud, ab isto. Pluraliter: ista, istorum, istis, ista, ista [20], ab istis.

|| Minus quam finita masculina singularia: Ipse aut ipsus, [136]
ipsius aut ipsi, ipsi aut ipso, ipsum [21], o ipse, ab ipso. Pluraliter: ipsi, rum, sis, sos, si, sis. Feminina singularia: Ipsa, ipsius aut ipsae, ipsi aut ipsae, ipsam, ipsa, ab ipsa. Pluraliter: ipsae, rum, sis, sas, sae, ab sis [22]. Neutra singularia: ipsum, us, si, ipsum, ab ipso. Pluraliter: ipsa, rum, sis, sa, sa, ab sis [23].

Infinita masculina singularia: Quis, cuius, cui, quem, qui, a quo. Pluraliter: ques, cuium [24], quis, ques, ques [25], a quis.

Minus quam finita masculina singularia: Qui, cuius, cui, quem, qui, a qui. Pluraliter: qui, quorum, quibus, quos, a quibus [26]. Feminina singularia: Quae, cuius,

Edd. O. *earum* Cod. 1) *Obiecta menda* Ed. pr. 2) Totus hic locus emendatione eget. Interim scripsi, quae Cod. exhibet: *unum autem abest quam per singulare. non enim ut quisquam quenquam, sic utique quidquam quippiam dicimus.* Quae aperte mendosa sunt. Cum Cod. consentit Ed. pr. Sed: *unum autem est quam singulare. non enim ut quisquam quenquam, sic utique quiquam, quosquam dicimus* Fabr. P. ex emendatione Fabricii, qui tamen in notis Mss. haec: *Unum autem est quamquod et singulare.* Sine dubio sententia haec est, non posse ut *quisquam quenquam*, sic etiam haec verba pluraliter dici. 3) *Pronominis* Ed. pr. Fabr. P. *pronominum* Cod. 4) *Exdeclinata* sic coniunctim Edd. O. *ex declinato* Cod. 5) *Vocativoque* Cod. *ablativoque* Edd. O. quod servandum duxi. 6) *Ille* addit Cod. Ed. pr. sed expunctum est in Cod. 7) Locum hunc ita exhibet Cod. et Ed. pr.: *mei tui **illius** mei tui huius.* Sed v. *illius* expuncta est in Cod. 8) *Mihi vel mi* Fabr. P. *mi, tui, huic* Ed. pr. *mi, tibi, huic* Cod. 9) *Mea tua huius* Edd. O. *meae, tuae, huius* Cod. 10) *Nostrarum vestrarum* (sic) Cod. 11) *Nostrorum vestrorum* (sic) Cod. 12) *O nos, a nobis* Edd. O. Sed Cod. *o, a nobis*, ut supra *o, a me.* 13) *Tui **vel** tis* e Cod. dedi. Vv. *vel tis* absunt ab Edd. 14) *Te, **tu**, a te* Cod. *tu* om. Edd. 15) *Vos, a vobis* Edd. O. *vos* om. Cod. 16) *Illi, illum, **ille*** Cod. *ille* om. Edd. 17) *Numeri singularis* Edd. O. *m̄. sing.* Cod. i. e. masculini sing. 18) *Ista istius aut istae istam* Edd. O. Sed emendate Cod. *Ista, istius aut istae, isti aut istae, istam.* Quae rescribenda erant. 19) *Ab istis* Cod. praep. desideratur in Edd. 20) *Ista, ista* ut accusativus et vocativus intelligatur, Cod. Alterum *ista* om. Edd. 21) *Ipsum* accessit e Cod. 22) *Ab sis.* Ita Cod. praepos. om. Edd. 23) *Neutra singularia: Ipsum, us, si, ipsum, ab ipso. Pluraliter: ipsa, rum, sis, sa, sa, ab sis.* Totus hic locus desideratur in Edd. accessit e Cod. 24) *Quorum* Edd. *cuium* Cod. Atque hic est ille genitivus, qui legitur in Plauti Trinummo II, 4, 133. ubi Codd. recte *cuium fuit* et Ms. Decurt. *ciuium fuit.* Quamquam scriptura V. C. *quoium* praeferenda videtur. Notandum tamen, apud Plautum relativum esse *cuium*, non interrogativum. 25) *Ques, ques*, alterum *ques* accessit e Cod. 26) *Quos o qui, a quibus* Fabr. P. *quos o a quibus* Ed. pr. Vv. *o qui* om. Cod.

cui, quam, quae, a qua[1]. Pluraliter: quae, quarum, quis, quas, quae, a quis. Neutra singularia: Quod aut quid, cuius, cui, quod [aut quid, o quod aut quid[2],] a quo aut a qui. Et[3] pluraliter: quae, quorum aut cuium[4], quis aut quibus, quae, quae, a quis aut a quibus[5].

Minus quam finita masculina singularia: Is, eius, ei, eum, is, ab eo. Pluraliter: ii, eorum, iis[6], eos, ii, ab iis. Feminina singularia: Ea, [eius,] ei, [eam[7],] ea, ab ea. Pluraliter: eae, earum, iis, eas, eae, ab iis. Neutra singularia: Id, eius, ei, id, id, ab eo. Pluraliter: ea, eorum, iis, [ea, ab iis.]

12. Possessiva ad aliquid masculina singularia: Meus, mei, meo, meum, a meo. Pluraliter: nostri, nostrorum, nostris, nostros, nostri, a nostris. Feminina: Mea, meae, meae, am, a, a mea[8]. Pluraliter: meae, arum, meis, meas, ae, a meis. Nostrae, rum, ris, as, ae, a nostris. Neutra singularia: Meum, i, o, m, m, a meo[9]. Pluraliter: nostra, nostrorum, is, a, a nostris. Masculina singularia: Tuus, tui, tuo, tuum, us, a tuo. Pluraliter: vestri, vestrorum, is, os, ri, i, a vestris. Feminina singularia: Tua, tuae, tuae, tuam, tua, a tua. Pluraliter: vestrae, vestrarum, ris, as, ae, a vestris. Neutra singularia: Tuum, i, o, um, um, a tuo. Pluraliter: vestra, rum, ris, a, a, a vestris.

13. Intrinsecus singularia et extrinsecus pluralia masculina: Mei, meorum, meis, meos, mei[10], a meis. Feminina: Meae, mearum, meis, meas, meae, a meis. Neutra: Mea, meorum, meis, mea, mea, a meis. Masculina: Tui, tuorum, tuis, tuos, tui, a tuis. Feminina:
[137] Tuae, tuarum, tuis, tuas, tuae, a tuis. Neu||tra: Tua, tuorum, tuis, tua, tua[11], a tuis.

Intrinsecus plurale, extrinsecus singulare. Masculina: Noster, nostri, nostro, um, er, a nostro. Feminina: Nostra, ae, ae, am, nostra, a nostra. Neutra: Nostrum, i, o, um, um, a nostro. Masculina: Vester, i, o, m, r, a vestro. Feminina: Vestra, vestrae, ae, am, a, a vestra. Neutrum: Vestrum, i, o, um, um, a vestro.

14. Intrinsecus singulare, extrinsecus singulare, in tertia persona masculino singulari: Suus, sui, suo, suum, suus, a suo. Pluraliter: sui, orum, is, os, sui, a suis. Feminina singularia: Sua, ae, ae, am, a, a sua. Pluraliter: suae, rum, is, as, ae, a suis. Neutra: Suum, sui, o, um, um, a suo. Pluraliter: sua, orum, is[12], a, a, a suis. Item masculina singularia: Uter, utrius, tri, um, uter, ab utro. Pluraliter: utri, utrorum, utris, os, ab utris. Feminina singularia: Utra, utrius aut utrae, utri aut utrae, am, a, ab utra. Pluraliter: utrae, rum, is, as, ae, ab utris. Neutra singularia: Utrum, i, o, um, um, ab utro. Pluraliter: utra, rum, is, a, a, ab utris. Item masculina singularia: Alter, ius, i, um, r, ab altero. Pluraliter: alteri, rum, is, os, i, ab alteris. Feminina singularia: Altera, ius, rae, ram, a, ab altera. Pluraliter: alterae, rum, is, as, rae, ab alteris. Neutra singularia: Alterum, ri, ro, um, ab altero. Pluraliter: altera, rum, is, a, a, ab alteris. Item masculina singularia: Alius, alii, alius, alio, alii[13], alium, us, ab [alio. Pluraliter[14]:] alii, rum, aliis, os, lii, ab aliis. Feminina singularia: Alia, ae, alius, ae, alii[15], am, a, ab alia. Pluraliter: aliae, [rum, iis, as,] ae, ab aliis. Neutra singularia: Aliud, alii, alius, alio, alii, aliud, aliud, ab alio. Pluraliter: alia, aliorum, aliis, alia, alia, ab aliis.

15. Praepositiva masculina singularia: Quantus, quanti, to, tum, tus, a quanto. Feminina singularia: Quanta, ae, [ae, am, ta, a quanta[16].] Neutra singularia: Quantum, ti, to, tum, tum, a quanto. Pluraliter masculina: Quanti, tum, is, os, ti, a quantis. Pluraliter [feminina: Quantae,] rum, tis, tas, tae, a quantis. Pluraliter neutra: Quanta, torum, tis, ta, ta, a quantis.

16. Subiunctiva masculina singularia: Tantus, ti, to, tantum, tantus, a tanto. Feminina || singularia: Tanta, [tae, [138]
tae, tanta, a tanta. Neutra singularia[17]: N̄. tantum, ti, t[o, tum, tum, a tanto.] Pluralia masculini generis[18]: Tanti, orum, is, os, ti, a tantis. Pluralia feminina: Tantae, tantarum, tis, tas, tae, a tantis. [Neutra pluralia: Tanta, tantorum[19],] tis, ta, ta, a tantis.

17. Communia subiunctiva masculina et feminina singularia: Talis, lis, li, lem, lis, a tali. Pluraliter: [tales, ium, talibus, tales, les, a talibus. Neutra singularia:] Tale, lis, li, le, le, li[20]. Pluraliter: talia, talium, talibus, talia, talia, a [talibus.]

Sunt et alia pronomina, quae simili modo declinantur: Quisque, quicunque, quiscunque.

1) *Quam, quae, a qua* Cod. *quae* om. Edd. O. 2) Uncis inclusa non recte legi possunt in Cod. 3) *Et* accessit e Cod. 4) De genitivo *cuium* cf. quae statim ante diximus. 5) *Quae, quae, a quis aut a quibus.* Ita Cod. *quae quis aut quibus* Edd. 6) *Iis* Cod. *eis* Edd. 7) Uncis inclusa non recte leguntur in Cod. In Ed. pr. hiatus nullus. 8) *A mea*; praepos. accessit e Cod. 9) *Meum, a meo* Edd. *m, m, a meo* i. e. *meum, meum, a meo* Cod. 10) *Mei* accessit e Cod. 11) Alterum *tua* accessit e Cod. 12) In Cod. male hic interponitur *us*. 13) *Alii vel alius, alio vel alii* Fabr. P. *vel* utrumque abest a Cod. et Ed. pr. 14) Uncis inclusa non recte legi possunt in Cod. Sic etiam paullo post. 15) Verba *alius* et *alii* e Cod. accesserunt. 16) Haec uncis inclusa et quae paullo post pariter signata sunt, in Cod. non amplius legi possunt; in Ed. pr. lacuna nulla. 17) Quae h. l. uncis inclusa sunt, neque ipsa in Cod. legi iam possunt; sed ante voc. *tantum* apparet sigla *n̄*. quae sine dubio *neutra* significat. 18) *Pluralia masculina* Edd. pr. Fabr. P. *pluralia m. gen.* (sic) Cod. 19) Uncis inclusa hic et in seqq. in Cod. legi non possunt; in Ed. pr. lacuna nulla, quae res olim lecta esse ostendit. 20) *Li le le li* Cod.

IV.

De verbo.

1. Verbum est pars orationis administrationem rei significans cum tempore et persona numerisque, carens casu. Verbo accidunt: qualitas, genus, figura, numerus, modus, tempus, persona, coniugatio.

Qualitas verborum finita est aut infinita. Qualitas verborum finita est, quae notat certum numerum, certum modum [1], certum tempus, certam personam, ut lego, scribo [2]. Infinita est, quae nihil certum habet, ut legere, scribere [3]. Haec enim in omnibus numeris, temporibus, personis finita sunt [4]. Ceterum legisse, scripsisse dicuntur quidem finita, sed tempore solo [5] finita sunt.

2. Verborum genera sunt quinque: activum, ut lego, scribo; passivum, ut legor, scribor; neutrum, ut sedeo, curro; commune, ut adulor, criminor; deponens, ut luctor, convivor. Praeterea sunt et inpersonalia [6], ut sedetur, itur, videtur. Non minus et illa impersonalia dicuntur, ut taedet, pudet, poenitet [7].

3. Quibusdam placuit verborum genera esse quatuor: agens, patiens, commune, neutrum. Agens verbum intelligitur, quod *o* litera terminatur, et adsumpta *r* litera fit patiens [8], ut moneo, scribo, participia habet duo, in-
[139] stantis temporis et futuri, ut monens, scribens, moniturus, scripturus. Adsumpta *r* litera facit passivum, ut moneor, scribor, quod participia habet duo, praeteriti temporis et futuri, ut monitus, monendus, scriptus, scribendus. Ergo neque activum sine passivo est [9], neque passivum sine activo. Nam ubi est, qui facit, necesse est ut sit, qui patitur [10]. Commune verbum intelligitur, quod *r* litera terminatur, et eandem nunquam amittit, et in duas cadit potestates, agentis et patientis, ut consolor [11], criminor; dicimus enim consolor illum et ab illo; non enim facit consolo et [12] crimino. Participia habet quatuor, secundum formam quidem activam praesentis temporis et futuri, ut consolans, consolaturus, criminans, criminaturus; secundum formam autem passivam praeteriti temporis et futuri, ut consolatus, consolandus, criminatus, criminandus, et similia, ut osculor, ludificor, depopulor, blandior. Neutrum verbum intelligitur, quod habitum significat, *o* litera terminatum, et non accipit *r* literam, ut faciat patiens, ut sedeo, ambulo; non enim facit sedeor, ambulor. Participia habet duo, instantis temporis et futuri, ut ambulans, ambulaturus, sedens, sessurus. Ideo autem neutralia dicuntur, quod neque adficiunt, neque patiuntur, ut sto, iaceo, algeo, sitio, esurio, curro, venio.

4. Etiam quintum genus verborum alii dixerunt, simplex aut deponens, de quo dicendum est. Simplex aut deponens verbum intelligitur, quod *r* litera terminatur, et eandem habet potestatem agentis, ut luctor, irascor; non enim facit lucto, irasco. Participia habent tria, praesentis, praeteriti, futuri, ut luctans, luctatus, luctaturus, et similia, sequor, conor. Luctandus non dicimus: luctandum tamen dicimus figura illa, qua in omnibus verbis utimur, velut [13] luctandum mihi est, eundum est, gaudendum mihi est, standum mihi est, veniendum est [14].

5. Item e contrario quod forma agendi significat patientiam, ut veneo, vapulo, ardeo, flagro; utraque verba in neutrorum specie quidam posuerunt, alii supina dixe- [140]
runt. Participia habet duo, praesens et futurum; praesens, ut vapulans, futuri [15], ut vapulaturus. Erraverunt, qui in neutrorum specie ista verba posuerunt. Nam in neutris verbis aut aliquot partibus *r* litera admittitur, aut significationem quodammodo passivam exprimunt, velut [16] in impersonalibus sedetur, ambulatur, etiam ambulatum est; in infinitis quoque ambulari dicimus.

6. Aliis placuit omnium omnino verborum genera esse tria: activum, passivum, habitivum, et ita distingunt [17]. Activum est, quod facere quid significabit [18], ut lego, corporis [19] motum significans, [ut uro aut [20]] animi, provideo [21]. Passivum est activo contrarium, quod pati quid significat, ut uror. Haec quoque, [ut su]perius [22] dictum est, habent animi motum significantia. Nam et facit namque cogitur cor . . . . [23] salior. Habitiva, quae per se quid fieri aut esse significant, ut nascitur, crescit, ori-

li le le a tali Edd. O. 1) Vv. *certum modum* e Cod. accesserunt. 2) *Ut ego scribo* Edd. O. *ut lego scribo* Cod. 3) *Legere et scribere* Edd. O. *et* om. Cod. 4) *Infinita sunt* Fabr. P. *finita sunt* Cod. Ed. pr. Sine dubio recte emendavit Fabr. nisi forte *facit* legendum, ut infra. 5) *Solum* Edd. O. *solo* Cod. 6) *Inpersonalia* scriptura e Cod. 7) *Paenitet* scriptum in Cod. 8) *Fit patiens* Fabr. P. *fit* om. Cod. Ed. pr. male. 9) *Ergo activum sine passivo non est* Edd. O. *Ergo neque activum sine passivo est* Cod. 10) *Patiatur* Edd. O. *patitur* Cod. 11) *Consulor* Cod. atque ita semper in seqq. 12) *Et* additum ex Cod. 13) *Ut* Edd. *velut* Cod. 14) *Veniūndum* est (sic) Cod. 15) *Futurum* Edd. O. *futuri* Cod. 16) *Ut* Edd. *velut* Cod. 17) *Distingunt* Cod. *distinguunt* Edd. O. 18) *Significat* Fabr. P. *significabit* Cod. Ed. pr. 19) *Aut corporis* Fabr. P. *aut* om. Cod. Ed. pr. 20) Vv. *ut uro aut*, quae uncis inclusi, in Cod. magnopere dubiae sunt scripturae; sed Ed. pr. exhibet *ut uro*, post quae vv. sequitur hiatus maiorem, quam unius syllabae, defectum indicans. 21) *Animi ut provideo* Fabr. P. *animi provideo* Cod. Ed. pr. 22) *Ut superius.* In Ed. pr. hiatus nullus. Intelligitur autem id, quod paullo ante de corporis et animi motu in activo dictum est. 23) Haec ad literam in Cod. et Ed. pr. leguntur; in Ed. pr. etiam hiatus signatus est, cuius locus in Cod. extritus. Quae restant, turbata et sensu cassa sunt. Ad

tur. Haec [qua]si indifferentia [1] a passivis repugnant, et passiva et activa tantummodo sunt.

7. [Activo]rum autem species sunt duae, quarum una passivum non habet, ut ambulat, currit; altera habet, ut iubet, docet . . . . [2]. Passivorum quoque species sunt totidem, quarum una est, quae natura pati quid significat, ut moritur, senescit, quibus etiam illa adnumerantur, quae per se quidem venire significant, ut cadit, labitur, tremit; alterum exstat, cum illi [3], qui patitur, accidere quid significatur, ut verberatur, uritur.

8. Est et aliud genus, quod commune vocatur, ut vador, ulciscor; communiter enim tam agit, quam patitur. Quaedam [4] et tempus, et personam, et numerum significant, velut [5] lego, scribo; est enim et instantis temporis, et personae primae, et numeri singularis significatio. Quaedam vero sine persona solam rem per tempora ostendunt, ut currebatur, curretur, curritur. Item et pluralia fieri, neque ad personam referri possunt, at eadem composita habent in eadem forma; nam significant quasi per-
[141] curritur, inambulatur, et || in passivam personam referuntur et numerum; dicimus enim percurritur campus, perambulatur forum, circuitur civitas, aditur magistratus [6].

9. [Simil]iter haec sive simplicia sive composita sine numero personaque, cum tempore tamen ostenduntur, ut decuit, decet, decebit, oportet, licet, taedet, ... [7], pudet, piget. His enim cum adiicitur nomen aut pronomen, personam designant, quasi decet illum, ... et Gaium [8]. Eadem ad praeteritum tempus relata tribus modis intelliguntur; nam part[im dup]licantur addito aliquo verbo, ut taedet, taesum est, partim sine adiectione, [ut dec]et, decuit. Nec enim aut taedium aut taesum est [9], nec rursus taeduit, ut decuit dici potest. [Quaedam] species est eorum, quae in utramque formam cadant, ut licuit, licitum est, puduit, puditum est. [Quaedam sunt] activa passivorum figura enunciata, ut testificatur, execratur. Melius [autem [10]] erat dicere testificat, quasi testem facit, ut amplificat, quasi amplum facit, [atque ex]secrat, ut obsecrat, quam testificatur, exsecratur [11], quasi ipse ab alio. [Quaedam sunt e con]trario passiva, quae speciem activorum optinent [12], ut veneo per praeconem, [ardeo amor]e, fio magistratus, vapulo pendens [Quaedam sunt neutra, et inceptionem significant,] . . . [13], ut tepescit, frigescit, calescit. Ex quibus habitiva fiunt, cum inceptionem transierint, ut [tepet, friget, callet,] . . . [14], pallet.

10. Cum omnia verba aut actione activa, aut passione passiva, aut habitu habitiva dicantur, non immerito habitiva cum activis adnumerantur, quae habent ἐνέργειαν [15], ut cernit, videt, aspicit. At contraria eorum καταχρηστικῶς [16] nominantur passiva, nullum enim πάθος habet, quod cernitur ab aliis sive videtur [17]. Amatur igitur [18] et suspicitur, auditur et excusatur, defenditur, quoniam non minus haec in praesentis, quam in absentis [19] cadunt, qui [20] illa etiam ignorare possunt.

Sunt verba quaedam sine dubio activa, ut scio, volo, quibus cum accesserint adverbia, fiunt [21] habitiva, ut nolo, nescio. || Talis et haec [22] adverbii natura, ut addi- [142]
to verbo contrariam significationem faciat.

11. Figura verborum aut simplex est, ut scribo; aut composita, ut inscribo.

Numeri sunt duo: singularis, ut scribo; pluralis, ut scribimus.

Modi sunt septem: indicativus, imperativus, promissivus, optativus, coniunctivus, perpetuus, impersonalis.

Tempora sunt [23] tria: praesens, ut lego; praeteritum, ut legi; futurum, ut legam.

sententiam locus fortasse sic constituendus est: *Haec quoque habent et corporis et animi motum significantia, animi, ut cogor, corporis, ut salior.* 1) *Haec quasi indifferentia.* Hiatus in Cod. et in Ed. pr. est, sed longe amplior, quam hic locus uncis inclusus. In Ed. pr. hiatus ante *quasi*, quod diserte legitur. Ceterum hic locus sic scribendus videtur: *Haec autem cum sint indifferentia, passivis repugnant, et aut activa aut passiva tantummodo sunt.* 2) Parvum hiatum in Cod. esse h. l., hoc est aliquot literas extritas, significavit Nieb. 3) *Tremit, moeret, cum illi* Edd. O. *tremit; alterum exstat, cum illi* Cod. 4) *Ulciscor, quaedam* Edd. O. Vv. *communiter enim tam agit quam patitur* accesserunt e Cod. 5) *Ut* Edd. *velut* Cod. 6) *Magister* Edd. O. *magistratus* Cod. 7) Post v. *taedet* aliquot literarum lacunam in Cod. esse, notavit Nieb.; in Ed. pr. nullum hiatus signum. 8) *Decet illum, taedet Caium* Edd. pr. Fabr. P. In Cod. post quatuor literas extritas legitur *et*, ut credibile sit *decet illum, dedecet Gaium* lectum esse. Proprii nominis scriptura e Cod. est. 9) *Nec enim dictum est taeduit, ut taesum est* Edd. O. *Nec enim aut taedium aut taesum est* Cod. quod scripsi, etsi non dubium sit, quin falsum. Fortasse locus sic emendandus: *Neque enim decitum est, ut taesum est, nec rursus taeduit ut decuit dici potest.* 10) Plus desiderari in Cod. adnotavit Nieb. 11) *Exsecratur* scriptura e Cod. 12) *Optinent* scriptura e Cod. 13) Plus deesse in Cod. quam quae uncis inclusa sunt, adnotavit Nieb. In Ed. pr. hiatus est trium vel quatuor verborum. Vv. *Quaedam sunt neutra et inceptionem significant* a Fabr. suppleta sunt. 14) Plura deesse, testatur Nieb. In Ed. pr. lacuna nulla. 15) *'Ενεργιαν* Cod. 16) *Καταχρεστικως* Cod. 17) *Habent, quae cernuntur ab aliis sive videntur* Fabr. P. *habent, quae cernitur — videtur* Ed. pr. *habet quae cernitur — videtur* Cod. quod servavi, nisi quod pro *quae* scripsi *quod.* 18) *Item* Fabr. P. *igitur* Cod. Ed. pr. 19) *Praesentes — absentes* Fabr. P. *praesentis — absentis* Cod. Ed. pr. 20) *Quae* Ed. pr. $\overset{o}{q}$ (sic) Cod. *qui* Fabr. P. 21) *Sunt* Edd. *fiunt* Cod. 22) *Talis est haec* Edd. *talis et haec* Cod. 23) *Tempora verborum sunt* Edd. om. *verborum* Cod. Ad haec et proxime superiora Fabr. artem Donati secundam conferri iussit. Cf. Corpus Gramm. tom. I, p. 17. et 19.

Aliis ita disserere placuit. Tempus est diuturnitatis spatium, aut ipsius spatii intervallum, aut rei administrativae mora. Tempora sunt tria: instans, praeteritum, futurum. Instans, cum in praesenti quid fieri ostendit, ut limo, scribo. Praeteritum, cum transactum quid significamus[1], ut limavi, scribsi[2]. Futurum, cum facturum aliquem[3] demonstrat, ut limabo, scribam. Praeteriti tamen differentiae sunt quatuor. Incohativae[4] sive imperfectae, ut legebam, limabam. Praeteritae, ut limavi, legi. Obliteratae, ut limaveram, legeram. Recordativae, ut limaverim, legerim.

12. Persona est substantia nominis ad propriam significationem dicendi relata. Personarum notitia est triplex: primae, secundae, tertiae. Prima est quae loquitur, id est, a qua dicitur, ut lego, legimus. Secunda est a qua dicitur, et ad quam personam dicitur, ut dicis, dicitis. Tertia est de qua dicitur, et ad quam personam dicitur, ut dixit, dixerunt[5]. Quaedam verba quid semel factum significant, ut lego; quaedam saepe, ut lecto; quaedam saepius, ut lectito.

13. Breviter autem et apertius ab aliis significatio verborum definita est, qui in species quinque eam diviserunt, hoc modo: activa est, ut lego; passiva, ut legor; neutra, ut sto; deponens, ut nascor; communis, ut populor. Ergo hae significationes sic facillime intelligi poterunt.

[143] Activum erit verbum[6], quod pronuncia||tivo modo, praesenti tempore, persona prima, o litera finitum, accipere poterit *r* literam et facere verbum passivum, ut scribo, scribor; lego, legor.

Passivum erit, quod *r* litera finitum amittere eam poterit et facere verbum activum, ut ducor, trahor; sublata enim *r* fiet activum, duco[7], traho.

Neutrum erit, quod *o* litera finitum *r* literam non recipit, et cum sit activa specie, passivam non habebit, ut curro; non enim dicimus curror.

Deponens per antiphrasin[8] dicitur, id est, e contrario, quod verbum *r* litera finitum deponere eam non potest, et cum sit passiva specie, activum non habebit, ut nascor; non enim dicimus nasco.

Commune est verbum[9], quod specie passivae declinationis et passivam et activam continet significationem, ut populor te, populor a te.

V.

De ordinibus verborum.

1. Ordines verborum sunt quatuor, qui verba dispertiunt. Primi ordinis est verbum, cuius secunda persona *as* literis terminatur, velut amo, amas, amat[10]. Secundi ordinis est verbum, cuius secunda persona *es* terminatur, velut[11] teneo, tenes. Tertii ordinis est verbum, cuius secunda persona per *is* correptam terminatur, ut ago, agis. Quarti ordinis est verbum, cuius secunda persona productis *is* literis terminatur, velut[12] munio, munis. Itaque omnia verba, quae eiusmodi ordinis erunt, similem etiam declinationem habent, et ideo satis est ex quoque ordine cuiusque verbi tam activi quam passivi declinationem per omnia tempora et modos exempli gratia perscribere[13]. Nam modi verborum sive qualitates sunt quinque: pronunciativus seu finitivus, imperativus, optativus, subiunctivus seu coniunctivus, infinitivus; declinantur autem hoc modo.

Declinatio verbi ordinis primi[14].

2. Verbum finitivum[15] ordinis primi, activum et passivum, temporis in||stantis, numeri singularis: [144]

Amo, amas, amat.
Et pluraliter: amamus, amatis, amant.
Praeteriti imperfecti[16]: amabam, amabas, amabat.
Perfecti[17]: amavi.
Plusquamperfecti: amaveram.
Futuri: amabo.

Imperativa instantis: ama, amet.
Futuri: amato tu, amato ille.

Optativa praeteriti imperfecti: ut amarem.
Perfecti: ut amaverim.
Plusquamperfecti: ut amavissem.
Futuri: ut amem.

Subiunctiva instantis: cum amem.
Praeteriti: cum amarem.
Praeteriti perfecti: cum amaverim.
Plusquamperfecti: cum amavissem.
Futuri: cum amavero.

1) *Signif.*: sic non plene scripto verbo Cod. Fortasse *significat.* 2) *Scribsi* Cod. 3) *Facturum quid aliquem* Edd. *quid* om. Cod. 4) *Incubative* Cod. *inchoativae* Edd. O. 5) *Dicunt* Edd. *dixerunt* Cod. 6) *Activum crit verbum* Cod. *Activum est v.* Edd. 7) *Ut duco* Edd. O. *ut* abest in Cod. 8) *Antifrasin* scriptum in Cod. 9) *Verbum est* Edd. O. *est verbum* Cod. 10) *Ut amo amas* Fabr. P. *ut amo amas amat* Ed. pr. *velut amo amas amat* Cod. 11) *Ut* Edd. *velut* Cod. 12) *Ut* Edd. *velut* Cod. 13) *Praescribere* Edd. O. *perscribere* Cod. 14) *De declinationibus verborum. Declinatio ordinis primi* Fabr. P. Priorem partem inscriptionis adiecit Fabr. de suo; secutus est, ut solet, P.; ignorant Cod. Ed. pr. 15) *Verbum infinitivum* Edd. O. *verbum finitivum* Cod. 16) *Praeteriti imperf.* Cod. *praeterito imperfecto* Edd. In seqq. fere semper in Cod. non plene scripta sunt haec temporum nomina, sed ubi scripta inveniuntur, genitivo leguntur, quam formam ubique restitui. In formis optativi sine dubio semper legendum *utinam* pro *ut*. 17) *Praeterito perfecto* Edd. *perfecti* Cod. om. priori voce.

Infinitiva instantis temporis: amare.
Praeteriti: amasse.
Futuri: amatum ire.
Participia instantis: amans.
Futuri: amaturus.
Supina aut adverbia[1]: amandi, amando, amandum[2].
Passiva instantis temporis: amor, amaris, amatur.
Pluraliter: amamur, amamini, amantur.
Passiva imperfecti: amabar, amabaris, amabatur
Passiva perfecti: amatus sum.
Passiva plusquamperfecti: amatus eram.
Passiva futuri: amabor.
Passiva imperativa instantis: amare, ametur.
Futuri: amator, ametur[3].
Optativa instantis et imperfecti: ut amarer.
Perfecti: ut amatus sim et fuerim[4].
Plusquamperfecti: ut amatus essem, fuissem.
Futuri: ut amer.
Subiunctiva instantis passiva: cum amer.
Praeteriti imperfecti: cum amarer.
Perfecti: cum amatus sim vel fuerim.
[145] || Plusquamperfecti: cum amatus essem, fuissem.
Futuri: cum amatus ero, fuero.
Passiva infinita instantis: amari.
Praeteriti: amatum esse.
Futuri: amatum iri.
Participia praeteriti passivi: amatus.
Futuri: amandus.
Passiva impersonalia: amatum, amatu.
Appellatio: amatio.
Nomen: amator.
Adverbium: amabiliter.

3. Ergo in primo ordine, ita ut praedictum est, secundam personam per *as* observabis finitam, ut amo, amas; quae *a* litera per totam declinationem media invenitur. Futura primam personam per *bo*, ut amabo[5]. Optativa *em*. Coniunctiva *ro*. Imperativus modus *a* literam habet, subtracta *s*, ut ama; cui[6] impones *re* literas, et facies infinitivum, ut amare. *Explicit declinatio verbi primi ordinis*[7].

VI.

Declinatio verbi ordinis secundi.

1. Verbum ordinis secundi activum, temporis instantis, numeri singularis[8]:
Exerceo, exerces, exercet.
Et pluraliter: exercemus, exercetis, exercent.
Praeteriti[9]: exercebam.
Perfecti[10]: exercui.
Plusquamperfecti: exercueram.
Futuri: exercebo.
Imp. instantis[11]: exerce.
Futuri: exerceto.
Optativa instantis et imperfecti[12]: ut exercerem.
Perfecti[13]: utinam exercuerim.
Plusquamperfecti: ut exercuissem.
Futuri: utinam exerceam.
Subiunctiva instantis temporis: cum exerceam.
Praeteriti. cum exercerem.
Perfecti[14]: cum exercuerim.
Plusquamperfecti: cum exercuissem.
Futuri: cum exercuero.
Infinita instantis activi: exercere.
Praeteriti: exercuisse.
Futuri: exercitum ire, aut exerciturum esse[15].
Participia instantis: exercens.
Futuri: exerciturus.
|| Supina aut adverbia: exercendi, exercendo, exercendum. [146]
Exercitum, exercitu.
Passiva instantis temporis indicativo modo: exerceor, exerceris, exercetur.
Pluraliter: exercemur, exercemini, exercentur.
Passiva imperfecti[16]: exercebar.
Perfecti[17]: exercitus sum.
Plusquamperfecti[18]: exercitus eram, fueram.
Futuri: exercebor.
Imperativa passiva instantis[19] temporis: exercere, exerceatur.
Futuri: exercetor tu, exercetor ille.

1) *Adverbia* Edd. Fabr. P. *adverbialiter* Ed. pr. quod idem etiam Codicis librarius voluisse videtur. 2) His subiecit *amatum amatu* de suo Fabr. secutus est P. 3) *Amator et ametur* Edd. *et* om. Cod. 4) *Et fuerim* Cod. Ed. pr. *et* om. Fabr. P. 5) *Ambo* P. ex errore typographi. 6) *Et* pro *cui* Edd. O. 7) Vv. *Explicit declinatio verbi primi ordinis* e Cod. rescripsi; desunt in Edd. O. 8) Vv. *Verbum ordinis — numeri singularis* in Edd. O. infra non suo loco leguntur, ubi a nobis significatum est. Cod. recte h. l. addit. 9) *Praeterito imperfecto* Edd. Plerumque compendio scripta haec temporum nomina sunt in Cod., sed ubicunque plene scripta, genitivo expressa sunt, quem ubique restitui. Aliquoties etiam Edd. genitivum exhibent. 10) *Praeterito perfecto* Edd. 11) *Imperativa instantis* Edd. *Imp. instantis* Cod. 12) *Imperfecta* Edd. In formis optativi sine dubio semper legendum *utinam* pro *ut*, quod h. l. Cod. aliquoties exhibet. 13) *Praeterito perfecto* Edd. 14) *Praeterito perfecto* Edd. 15) *Exercitum iri, aut exercitum esse* Cod. Ed. pr. *exercitum iri aut exerciturum esse* Fabr. P. utrumque male. *Exercitum ire aut exerciturum esse* emendavi. 16) *Passiva imperfecta* Edd. *Passiua imp.* Cod. sic non plene scripta voce. 17) *Praeterita perfecta* Edd. 18) *Praeterita plusquamperfecta* Edd. 19) *Instantis passiva tem-*

Optativa passiva instantis et imperfecti: ut exercerer.
Perfecti: ut exercitus sim, fuerim.
Plusquamperfecti: ut exercitus essem, fuissem.
Futuri: ut exercear.

Subiunctiva passiva temporis instantis: cum exercear.
Praeteriti imperfecti: cum exercerer.
Perfecti[1]: cum exercitus sim, fuerim.
Plusquamperfecti: cum exercitus essem, fuissem.
Futuri: cum exercitus ero, fuero.

Infinita instantis passiva: exerceri.
Praeteriti: exercitum esse.
Futuri: exercitum iri.
Participia praeteriti passiva: exercitus, futuri: exercendus[2].
Appellatio: exercitatio.
Nomen: exercitator.

2. In secundo ordine observandum est, quod secunda persona instantis per *es* facit, ut exerceo, exerces; quae *e* litera per totam declinationem media invenitur. Futuri prima persona aeque ut in primo ordine per *bo*, ut exercebo. Optativo *eam*. Subiunctivo *ro*. Imperativus modus *e* literam habet, sublata *s*, ut exerce, cui impones *re* literas, et facies infinitivum, ut exercere.

147] ||

VII.

Declinatio verbi ordinis tertii.

1. Verbum finitivum[3], ordinis tertii, activum, temporis instantis, numeri singularis:

Premo, premis, premit.
Et pluraliter: premimus, premitis, premunt.
Imperfecti: premebam.
Perfecti: pressi.
Plusquamperfecti: presseram.
Futuri[4]: premam.
Imperativi instantis: preme, premat.
Futuri[5]: premito[6].

Optativi instantis et praeteriti imperfecti: ut premerem.
Perfecti[7]: ut presserim.
Plusquamperfecti: pressissem.
Futuri: premam.
Subiunctivi instantis: cum premam.
Praeteriti imperfecti: cum premerem.
Perfecti[8]: cum presserim.
Plusquamperfecti: cum pressissem.
Futuri: cum pressero.
Infiniti instantis temporis: premere.
Praeteriti[9]: pressisse.
Futuri: pressum ire, aut pressurum esse[10].
Participia instantis[11]: premens.
Futuri: pressurus.
Supina: premendi, premendo, premendum.
Participia: pressum, pressu.

Passiva instantis temporis, indicativi modi: premor, premeris, premitur.
Et pluraliter: premimur, premimini, premuntur.
Passiva praeteriti imperfecti: premebar.
Perfecti[12]: pressus sum, fui.
Plusquamperfecti[13]: pressus eram, fueram.
Futuri: premar.
Imperativa instantis: premere, prematur.
Futuri[14]: premitor.

Optativa temporis instantis et praeteriti imp.: ut premerer.
Perfecti: ut pressus sim[15], fuerim.
Plusquamperfecti: pressus[16] essem, fuissem.
Futuri: premar[17].
Subiunctiva instantis: cum premar.
Praeteriti imperfecti: cum premerer.
Perfecti[18]: cum pressus sim, fuerim.
|| Plusquamperfecti: cum pressus essem, fuissem. [148]
Futuri: cum pressus ero, fuero.
Infinita instantis: premi.
Praeteriti: pressum esse.
Futuri: pressum iri[19].
Participia praeteriti: pressus.
Futuri: premendus.
Appellatio: pressio.
Nomen: pressor.

2. Ergo tertius ordo est, qui per *is* correptam exit, ut premo, premis; dico, dicis; ago, agis. Huius futurum

poris. Hoc pravo ordine Edd. 1) *Praeterita perfecta* Edd. 2) Hic male interponitur inscriptio in supp. omissa: *Verbum ordinis secundi activum, temporis instantis, numeri singularis* Edd. O. 3) *Verbum infinitum* Edd. O. *v. finitivum* Cod. 4) *Imperfecta — Perfecta — Plusquamperfecta — Futura* Edd. 5) *Futura* Edd. Atque ita in seqq. ubi semper genitivum rescripsi. 6) *Premeto* Ed. pr. 7) *Praeterita perfecta* Edd. In optativi exemplis sine dubio legendum *utinam* pro *ut*, quemadmodum supra. 8) *Praeteriti perfecti* Edd. *perfecti* Cod. Hoc loco genitivus etiam in Edd. quemadmodum in proximo: *Plusquamperfecti.* 9) *Praeteriti* hic et in proximis genitivus etiam in Edd. 10) Vv. *aut pressurum esse* addidi ex seqq., ubi haec inter formas passivi posita. Cf. quae supra notavimus ad futurum activum primi ordinis. 11) *Instantis temporis* Edd. *temporis* om. Cod. 12) *Praeteriti perfecti* Edd. 13) *Plusquamperfecto* Edd. 14) *Futuro* Edd. 15) *Praeteriti ut pressus sim* Edd. *Perfecti u. p. s.* Cod. 16) *Ut pressus essem* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 17) *Ut premar* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 18) *Praeter. perfecti* Edd. O. 19) *Pressum iri aut pressurum esse* Edd. Cod. pessime. Vide quae supra diximus.

tempus finitivi[1] in *am* exit, ut premam; imperativa in *e* literam facit[2], ut preme: cui adpones *re* literas, et facies infinitivum, ut premere. Rursus in tertii ordinis verbo futurum finitivi hoc differt, quod in primo et secundo ordine *bo* facit, in tertio vero per *am*. Item optativa[3] per *am*, subiunctiva vero per *ro*, velut finitiva[4]: premam, agam, dicam. Optativa, ut premam, agam, dicam. Subiunctiva, cum pressero[5], egero, dixero. Meminisse autem debemus eorum verborum, quae sunt tertii ordinis duo genera esse. Unum eorum, quorum secunda persona finitivi[6] per *is* literas correptas terminatur, velut[7] ago, agis; alterum eorum, quorum per *is* literas productas terminatur, ut servio, servis. Sed excepto tempore et productione literarum, per totam declinationem isdem[8] literis terminantur, quare in uno ordine ea copulare non dubitabimus[9]. Praeterea animadvertendum est, praeteritum imperfectum eorum verborum[10], quae sunt tertii ordinis ex prima persona finitivi[11], quae per *io* literas terminantur, semper per *ie* literas medias terminari, velut[12] facio, faciebam, et similia. Et ideo summo errore aguntur[13], qui servibam et servibo dicunt, quod observatur in his verbis, quae quarti ordinis esse delinimus[14]. Sed eos fallit secunda persona finitivi, simili tempore et productione isdem[15] *is* literis terminata, videlicet non perspicientes[16*] primam personam quarti ordinis ubique per *io* terminatam ordinis distinctionem declinationisque differentiam facere.

[149] ‖ ## VIII.

Declinatio verbi[17] ordinis quarti.

1. Verbum ordinis quarti activum et passivum finitum, temporis instantis, numeri singularis et pluralis. Activi instantis:

Audio, audis, audit.
Et pluraliter: audimus, auditis, audiunt.
Praeteriti imperfecti: audiebam.
Perfecti[18]: audivi.
Plusquamperfecti: audiveram.
Futuri; audiam.
Et passiva[19]: audior, diris, ditur, audimur, mini, untur.
Passivi imperfecti: audiebar.
Passivi perfecti: auditus sum, fui.
Plusquamperfecti: auditus eram, fueram.
Futuri: audiar.

Imperativi instantis activi: audi.
Futuri: audito tu, ille.

Optativi instantis et praet. imperfecti: ut audirem.
Perfecti: ut audierim.
Plusquam perfecti: ut audivissem.
Futuri: ut audiam.
Subiunctivi instantis: cum audiam.
Praeteriti imperfecti: cum audirem.
Perfecti: cum audierim.
Plusquamperfecti: cum audivissem.
Futuri: cum audiero.

Imperativi passivi instantis: audire.
Futuri: auditor tu, ille.

Optativi instantis et praet. imperfecti: ut audirer.
Perfecti: ut auditus sim, fuerim.
Plusquamperfecti: cum auditus essem, fuissem.
Futuri: audiar.

Subiunctivi instantis temporis: cum audiar.
Praeteriti imperfecti: cum audirer.
Perfecti[20]: cum auditus sim, fuerim.
Plusquam perfecti: cum auditus essem, fuissem.
Futuri: cum auditus ero, fuero.

Infinitiva instantis activa[21]: audire.
Praeteriti: audisse.
Futuri: auditum ire, aut auditurum esse.
Infinita passiva temporis instantis: audiri.
Praeteriti: auditum esse.
‖ Futuri: auditum iri. [150]
Participia passiva praeteriti: auditus.
Futuri: audiendus.
Appellatio: auditio.
Nomen: auditor.
Participia activi instantis; audiens.
Futuri: auditurus.
Supina activa, aut[22] adverbia: audiendi, do, dum.
Passiva: auditum, auditu.

1) *Finitivi* e Cod. accessit, ubi *finit.* compendio scr. 2) *Literam et facit* Cod. Fortasse legendum *efficit.* 3) *Optativa finitiva* Fabr. P. *finitiva* om. Ed. pr. Cod. 4) *Ut finitiva* Edd. Tum statim *ut premam* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 5) *Ut cum pressero, legero* Edd. O. *cum pressero egero* Cod. om. *ut.* 6) *Persona finitivi* Cod. *finitivi* om. Edd. O. Ceterum in Ed. pr. *duorum* pro *quorum.* 7) *Velut* Cod. *ut* Edd. 8) *Hisdem* Cod. Ed. pr. *iisdem* Fabr. P. Lege *isdem.* 9) *Dubitamus* Edd. O. *dubitabimus* Cod. 10) *Verborum eorum* Edd. O. *eorum verborum* Cod. 11) *Finit.* Cod. *finit* sine puncto apposito Ed. pr. *fieri* Fabr. P. 12) *Ut* Edd. *velut* Cod. 13) *Arguuntur* Fabr. P. *aguntur* Cod. Ed. pr. 14) *Diffinimus* Cod. Ed. pr. *definivimus* Fabr. P. 15) *Isdem* Cod. Ed. pr. recte. *iisdem* Fabr. P. 16) *Prospicientes* Edd. O. *perspicientes* Cod. 17) *Verbi* accessit ex Cod. et Ed. pr. 18) *Praeteriti perfecti* Edd. O. 19) *Et pass* (sic) Cod. *Et passiva* Edd. In seqq. modorum nomina in Edd. plerumque accusativo elata sunt. 20) *Praeteriti perfecti* Edd. O. 21) *Infinitiva instantis activa.* Sic Cod. et Edd. hoc loco. 22) *Ut* Edd. *aut* Cod.

2. Quartus ergo est ordo, ubi secunda persona finitivi [1] per *is* syllabam terminatur, ut audio, audis; haurio, hauris, cuius futurum tempus *bo* et *am* terminatur. Sed ista differentia est, si prima persona finitivorum *eo* [2] terminatum verbum invenies huius ordinis, futurum tempus per *bo* efferes, ut transeo, transis, transibo; redeo, dis, dibo. Cetera *am* finies, ut hauro, ris, am; munio, nis, am. Imperativa facies sublata *s* litera de secunda persona finitivorum, ut audio, audi, cui adpones *re*, et facies infinitum, ut audire. Alii dixerunt in quarto ordinis verbo futurum finitum tantundem inter se differre, quantum in verbo secundi ordinis, nam dicimus adibo, et utinam adeam, et cum adiero. Sed in hoc amplius observatur praeteritum imperfectum, media *e* litera tantummodo detracta, *i* literam recipere, velut [3] adibam, praeteribam. Nam ut detrahatur *e* litera tempore imperfecto, et futuro finitivo *b* addatur, prima persona eius praebet observationem, quae per *eo* terminatur, quamvis secunda persona *is* literis similiter productis terminetur. Cuius autem ordinis sit verbum, facile intelligi poterit ex infinitivorum observatione. Primi enim ordinis verbum ante novissimam syllabam *a* accipit, velut [4] amare; secundi *e* productam, velut [5] habere; tertii *ĕ* correptam, velut [6] scribere; quarti *i*, velut [7] munire. Potest et alias. Si enim secundae personae auferas [8] novissimam literam et adiicias *re*, facis infinitiva, velut [9] amo, amas, amare; habeo, habes, habere [10].

[151] 3. Eo verbum quarti ordinis est, et quae || ex eo composita sunt, velut [11] exeo, transeo [12], praetereo, adeo, abeo, veneo, ineo, prodeo. Haec quamvis sint quarti ordinis, tamen imperfecto tempore *e* non admittunt, ut ibam, ibamus, exibam, exibamus, et cetera [13]. Item eadem futura [14] finitivorum per *bo* [15] declinantur, ut ibo, ibis, ibit, et cetera similiter. Item participium exiens, et genitivus exeuntis. Quarti [16] ordinis futurum in *am* est; sed in *bo* [17] effertur, quotiens est ex eo, quod est *eo* [18], *πορεύομαι*, et quae ex ipso derivantur, veneo, *πιπράσκομαι*, transeo, *παρέρχομαι* [19], circumeo, *περιέρχομαι*, exeo, *ἐξέρχομαι* [20], praetereo, *διαβαίνω*, adeo, *προσέρχομαι*, abeo, *ἀπέρχομαι*, ineo, *εἰσέρχομαι*, prodeo, *προέρχομαι*. *Finit declinatio verbi IIII ordinis* [21].

4. Igitur ex quatuor ordinibus verborum declinationem bifariam activorum et passivorum plenam per species digessimus, ex discrimine eius. In ceteris omnibus verbis [eadem omnino oratio est [22],] ne sit opus pluribus instrui, quod satis ex istis . . . [23] cognoscetur; sed tamen quaedam de differentia observatio[ne collegimus, et [24]] respeximus simul [cuiusque [25]] ordinis verbum [26], quibusque temporibus, et quales [bre]vitates [27] recipiant, iuxta veteres auctores [28].

IX.

1. Et est primi ordinis activum, tempore finitivo perfecto. Hoc recipit et peragit, quod frequenter in usu dicitur [29], pro paravisti parasti, item parare pro paravere, pararunt pro paraverunt. Item plusquamperfecto pararam, ras, rat; pararamus, ratis, rant; pro paraveram, veras, verat; paraveramus, veratis, verant. Item optativo perfecto, utinam pararim pro paraverim et cetera. Item subiunctivo futuro, pararo pro paravero. Praeterea in passivo eiusdem ordinis finitivo imperfecto parabare pro parabaris, item futuro parabere pro paraberis. Item optativo praesenti et imperfecto, utinam pararere pro parareris [30]. [Item in finitivo praesenti [31],] et imperativo,

1) *Finita* Edd. *finit.* Cod. i. e. *finitivi.* 2) *Eō* sic in Cod. scriptum, ut lineola supra utramque literam ducta appareat. 3) *Ut* Edd. *velut* Cod. 4) *Ut* Edd. *velut* Cod. 5) *Ut* Edd. *velut* Cod. 6) *Ut* Edd. *velut* Cod. In v. *ĕ correptam* signum prosodicum e Cod. accessit. 7) *Ut* Edd. *velut* Cod. Statim ante in Edd. *productum i.* Voc. *productum* non est in Cod. 8) *Auferas* Fabr. P. *accipias* Cod. Ed. pr. 9) *Ut* Edd. *velut* Cod. 10) His subiunxit Fabr. quem sequitur P.: *munio, munis, munire. In tertio ordine paullo aliter, ut lego, legis, legere;* quae omnia ignorantur a Cod. et Ed. pr. 11) *Ut* Edd. *velut* Cod. 12) His subiicit Fabr. quem seq. P.: *coeo, circumeo, redeo.* 13) *Et cetera* Cod. *et similiter* Edd. O. 14) *Ut futura* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 15) *Per bo* addita e Cod. 16) *In quarti ordinis futur. in am* Cod. *in quarti ordinis futurum in am* Ed. pr. *Quarti ordinis futurum in am* Fabr. P. Fortasse legendum: *In quarti ordinis futuro* **iam** *est.* 17) *Sed cum in bo* Cod. et Edd. O. Abieci *cum* sententia flagitante. 18) *A simplici eo* Fabr. P. vv. *a simplici* a Cod. et Ed. pr. absunt. Paullo ante *exeo* una voce scriptum in Fabr. P. 19) Hic interponitur a Fabr. P. *coeo συνέρχομαι.* 20) His addunt Fabr. P. *redeo ἀνέρχομαι.* 21) *Finit declinatio verbi IIII ordinis* e Cod. sunt. 22) Pro his inclusis hiatus signum habet Ed. pr.; sed in Codice plura deesse, notavit Nieb. Ceterum Fabr. in notis Mss. correxit: *eadem omnino ratio est;* in ed. vero *oratio* expressum. 23) In Cod. hic duas vel tres literas evanuisse, notavit Nieb. In Ed. pr. nihil desideratur. 24) *De differentiarum observatione collegimus et* Fabr. P. ex emendatione Fabr. *de differentia observatio* (sequitur hiatus) Cod. Ed. pr. 25) V. *cuiusque* delere iubet e Cod. Nieb.; adest in Edd. pr. Fabr. P. 26) Hic interponitur a Fabr. P. *quibus modis,* quae e Cod. delere iubet Nieb. In Ed. pr. absunt sine nota hiatus. 27) Vocis *brevitates* in Cod. tres primae literae evanuerunt. Tum *recipiat* pro *recipiant* Fabr. P. 28) Hic novum caput incipiunt Fabr. P. Pergit Ed. pr. sine interpellatione: *auctores, et est primi ordinis* cett. Inscriptionem *Primi ordinis* seqq. supra posuit Fabr. quem seq. P. In Cod. novum caput sine inscriptione incipit sic: ***Et est*** *primi ordinis.* 29) *Dicitur* accessit e Cod. 30) *Utinam pararis pro paraveris* Edd. O. *utinam pararere pro parareris* Cod. 31) Verba uncis inclusa secundum Cod. delere iubet Nieb. Pro iis lacunam indicavit Ed. pr. quam explevit

in optativo futuro et in coniunctivo [1], velut amare [2] pro
[152] amaris, || parare pro pararis [3].

Ordinis secundi.

2. In secundi ordinis [4] . . . . . haec repperiuntur . . . . habuere pro habuer.. In passivo autem eiusdem imperfecto finitivo [5] habebare pro habebaris; futuro habebere pro habeberis. Optativo praesenti et imperfecto utinam haberere pro habereris. Subiunctivo imperfecto cum haberere pro habereris. Futuro optativo et subiunctivo instanti habeare pro habearis.

Ordinis tertii.

3. Rursus in tertio ordinis in finito [6] perfecto scripsere pro scripserunt; item consuestis pro consuevistis, consuerunt pro consueverunt; peti, petisti pro petivi, petivisti. At in passivo eiusdem imperfecto finitivo [7] scribebare pro scribebaris, et in futuro scribere pro scriberis, et in optativo praesenti et [8] imperfecto et in coniunctivo imperfecto scriberere, ἀντὶ τοῦ scribereris. Item optativo futuro et coniunctivo [9] praesenti revertare pro revertaris.

Ordinis quarti.

4. Amplius in quarto ordine finitivo perfecto, veni, venisti, venit, ἀντὶ τοῦ venivi, venivisti, venivit. Item adiere pro adierunt. In passivo [10] autem eiusdem imperfecto adibare pro adibaris, futuro adibere, ἀντὶ τοῦ adiberis. Optativo praesenti et imperfecto, et coniunctivo imperfecto adirere pro adireris [11]. Item optativo futuro et coniunctivo praesenti. Apud auctores historicos, velut Salustium [12], Livium, parare, arcere, facere, adire, pro parabant, arcebant, faciebant, adibant, ut ex ipsis lectionibus cognosci poterit. Item quasi infinitum in verbis repperitur [13]: adoratum eo, pransum eo, perditum aliquem locum eo [14], auditum eo, venum eo. Item confitendum est, agendum est, adeundum est. Ut autem [15] omissa ordinum observatione generaliter absolvam, admonendi sumus infinitiva passiva verba, ita solitos veteres [16] terminare, ut agitarier, docerier, legier, audirier, posteriores *i* litera, ut agitari, doceri, legi, au||diri. In secunda [153]
persona passivorum [17] numero singulari, finitivo modo, veteres ita declinabant: amare pro amaris, velut [18] amor, amare, amatur; docere pro doceris, ut doceor, docere, docetur; munire pro muniris, et similiter per tempora instantis, et praeteriti imperfecti et futuri in optativis et [19] subiunctivis efferebant. Tantum absunt [20] haec perfecto et plusquamperfecto. In tertia persona activorum, numeri pluralis, finitivi modi, temporis perfecti duntaxat figura haec observatur [21], ut iam adnotavimus, amavere pro amaverunt, docuere pro docuerunt, dixere pro dixerunt, muniere pro munierunt, quam figuram alii duplicem existimant, de qua etiam Velius Longus in secundo Aeneidos satis commentatus est:

Conticuere omnes intentique ora tenebant [22].

5. Quidam Grammatici dicunt in passivorum imperativis non esse coniungenda tempora praesentis et futuri, sed ita distingunt, id [23] quod pro utroque notavimus, esse praesentis tantum, futuri autem in hunc modum declinari: amator, ametur; pluraliter amemur, amemini, amentur: movetor, moveatur; pluraliter moveamur, moveamini, mo-

Fabr., quemadmodum cum P. edidi. 1) *In coniuntivo* Cod. Ed. pr. 2) *Velut amare* Cod. *utinam amare* Ed. pr. *amare*, omisso adverbio, Fabr. P. 3) His subiungunt Fabr. P. *amere pro ameris*, *parere pro pareris*, ex em. Fabr., quae ignorant Cod. Ed. pr. 4) Hic locus sic in Cod. turbatus et extritus est, ut eum exhiberi iussimus. In Ed. pr. sic legitur: *In secundi ordinis* (hiatus) *haec reperiuntur* (hiatus) *habere pro haberis* (hiatus) *in passivo autem eiusdem imperfecto* cett. Sed ex emendatione Fabr. sic dederunt Fabr. P.: *In secundi ordinis finitivo perfecto, habuere pro habuerunt. In passivo autem finitivo praesenti habere pro haberis. in eiusdem imperfecto finito habebare* cett. Apertum est, non feliciter locum a Fabricio esse emendatum, quippe qui Codice, quem contulit Niebuhrius, non recte uteretur, sed ad Ed. pr. se componeret, et ne hanc quidem fideliter sequeretur. Sic legendum videtur: *In secundi ordinis activo haec reperiuntur: In perfecto finitivo habuere pro habuerunt. In passivo autem eiusdem* (sc. ordinis) *imperfecto finitivo habebare* cett. Quod praesens tempus passivi omissum est, non magnopere mirandum; idem enim in tertii ordinis enumeratione formarum in seqq. factum esse videmus. 5) *Finito* Edd. O. *finitĩ* Cod. i. e. *finitivo*. 6) *Finito* Edd. *in finito* Cod. Fortasse scribendum *in finitivo*. 7) *Imperfecto in finitivo* Fabr. P. *imperfecto finitivo* Cod. *imperfecto infinitivo* Ed. pr. 8) *Et* accessit e Cod. 9) *Et in coniunctivo* Edd. O. *in* om. Cod. 10) *Im passivo* Cod. 11) *Adirere pro adireris* Edd. recte. *Adiberere* pro *adibereris* Cod. 12) *Ut apud Sallustium* Edd. O. nisi quod Ed. pr. *Salustium*. Cod. exhibet: *velut Sallustium.* 13) *Repperitur* scriptura e Cod. 14) *Perditum eo, locutum eo.* Ita Edd. Sed Cod.: *perditum aliquem locum eo.* Fortasse legendum: *perditum eo, allocutum eo.* Interim dedi Cod. lectionem. 15) *Atque ut* Fabr. P. *ut* Ed. pr. *Ut autem* Cod. 16) *Veteres* accessit e Cod. 17) *Activorum* Ed. pr. correxit Fabr. 18) *Ut* Edd. *velut* Cod. 19) *Et instantis in subi.* Fabr. P. Vv. *instantis in* om. Cod. Ed. pr. 20) *Adsunt* Fabr. P. *absunt* Ed. pr. et fortasse etiam Cod. Servavi *absunt*, puncto post v. *plusquamperfecto* posito. 21) *Figura hac observata* Fabr. P. *figura haec observantur* Ed. pr. *figura haec observatur* Cod. 22) Virg. Aen. II, 1. Velium Longum de re ad orthographiam spectante citat Cassiodorus p. 2292. P. Cf. quae supra de eodem diximus ad pag. huius editionis 52. pag. 73. P. 23) *Distingunt ut id* Cod.

veantur: vincitor, vincatur; pluraliter vincamur, vincamini, vincantur: munitor, muniatur; pluraliter muniamur, amini, antur [1], et similia. Sed tota ista declinatio adeo absurda videtur, ut etiam apud auctores rarissima sit.

Verba supina sunt haec: docendi, docendo, docendum [2], doctum, doctu, quae quidam declinant primo finitiva adiungentes, non similia. Quidam putant verba infinitiva. Alii inter adverbia qualitatis posuerunt [3].

X.

1. De coniugationibus, quas nos ordines praediximus, Cominianus [4] disertissimus Grammaticus ita disseruit. Coniugationes, quas Graeci *συζυγίας* [5] appellant, sunt apud nos tres: prima, secunda, tertia; hae dinoscuntur in verbis activis et neutralibus sic:

[154] || 2. Primae [6] coniugationis verba indicativi modi, temporis praesentis, persona secunda, *as* literis productis terminantur, ut amo, amas; canto, tas. Secundae coniugationis verba indicativi modi, temporis praesentis, persona secunda, *es* literis productis terminantur, ut video, des; moneo, nes; sedeo, des. Tertiae coniugationis verba indicativi modi, temporis praesentis, persona secunda, *is* literis interdum producte [terminantur [7]], interdum correpte. Correpte, ut lego, legis; producte, ut audio, audis; nutrio, nutris. [Primae con]iugationis verba indicativi modi, temporis praesentis, persona prima, aut *o* litera nulla alia praecedente voca[li terminantur, ut amo,] as; canto, as: aut *e* et *o*, ut commeo, as; calceo, as: aut *i* et *o*, ut la[nio, lani]as; satio, satias: aut *vo*, ut adiuvo, adiuvas; sublevo, sublevas.' Primae coniugationis verba imperativi modi, temporis praesentis, ad secundam personam *a* litera terminantur, ut amo, ama; canto, canta. Primae coniugationis verba, promissivo modo, adiecta ad imperativum modum *bo* syllaba terminantur, ut ama, amabo canta, cantabo. Primae coniugationis verba [8], infinito modo, adiecta ad imperativum modum *re* syllaba terminantur, ut ama, amare; canta, cantare. Primae coniugationis verba, indicativo modo, tempore praeterito, specie perfecta, adiecta ad imperativum modum *vi* syllaba terminantur, ut ama, amavi; canta, cantavi: sed consuetudo saepe brevitatem appetens, *a* literam subtrahit, et *i* ab *u* disiungit, ut tona, tonui; intona, intonui, ut apud Virgilium [9]:

Intonuit laevum.

Primae coniugationis verba, indicativo modo, tempore praeterito [10], specie incohativa [11], adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba terminantur, ut ama, amabam; canta. cantabam. Primae coniugationis verba, indicativo modo, tempore praeterito, specie recordativa, adiectis ad imperativum modum *veram* syllabis terminantur, ut ama, amaveram; canta, cantaveram [12].

3. Secundae coniugationis verba indicati||vi modi, temporis praesentis, prima persona, *eo* literis terminantur, [155]
video, vides; moneo, mones. Secundae coniugationis verba, imperativo modo, tempore praesenti, ad secundam personam per *e* literam exeunt, ut video, vide; moneo, mone. Secundae coniugationis verba, promissivo modo, adiecta ad imperativum modum *bo* syllaba terminantur, ut vide, videbo. Secundae coniugationis verba, infinito modo, adiecta ad imperativum modum *re* syllaba manente productione terminantur, ut vide, videre; mone, monere. Secundae coniugationis verba, indicativo modo, tempore praeterito, specie absoluta et exacta forma, regulae non serviunt, sed potius consuetudine declinantur. Interdum enim resolvuntur et in formam passivorum et deponentium. Sic fit enim ut [13] ab eo, quod est audeo, ausus sum, es, est; gavisus sum, es, est [14]; et in exacta specie, gavisus eram [15], eras, erat. Interdum retinentia formam generis sui euphoniae potius quam rationi succumbunt, ut video, vidi; moneo, monui; augeo, auxi. Secundae coniugationis verba, indicativo modo, tempore praeterito, specie incohativa [16], adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba terminantur, ut vide, videbam; mone, monebam [17].

4. [Tertiae coniugationis] correptae verba, indicativo modo, tempore praesenti, prima persona, aut *o* litera [18], nulla alia praecedente vocali, terminantur, ut lego, legis; peto, petis: aut *io*, ut rapio, rapis; facio, facis: aut *uo*, ut induo, induis; inruo, inruis. [Tertiae coniugationis] correptae verba, quae indicativo modo, tempore praesenti, de prima persona aut *o* litera [19], nulla alia prae-

Ed. pr. *distinguunt id* Edd. Fabr. P. 1) *Munimini muniantur* Edd. *amini, antur* Cod. 2) *Dicendi, dicendo, dicendum* Edd. O. Paullo ante *ut apud auctores etiam* Edd. O. ordinem, qui est in Cod., restitui. 3) His titulum *De coniugationibus* subiiciunt Fabr. P. 4) *Comminianus* Edd. *Cominianus* Cod. 5) *συνζυγιας* Cod. 6) His praemittunt titulum *De prima coniugatione* Fabr. P. 7) *Producte, interdum correpte terminantur* Edd. O. *producte terminantur, interdum correpte* Cod. 8) *Infinitivo modo sive perpetuo adiecta* Fabr. P. *infinitivo modo, adiecta* Ed. pr. *infinito modo adiecta* Cod. 9) Virg. Aen. II, 693. 10) *Tempore imperfecto* Edd. O. *tempore praeterito* Cod. 11) *Inchoativa* Edd. *incohativa* Cod. recte. 12) His subiiciunt Fabr. P. titulum hunc: *De secunda coniugatione*, quem ignorant Cod. Ed. pr. 13) *Sic fit enim ab* Fabr. P. *sic fit enim ut ab* Cod. Ed. pr. 14) *Gavisus sum, es, est* accesserunt e Cod. 15) *Ausus eram* Edd. O. *gavisus eram* Cod. 16) *Inchoativa* Edd. *incohativa* Cod. 17) His titulus subiicitur *De tertia coniugatione correpta* in Fabr. P. 18) *In o literam* Fabr. P. *ut o litera* Ed. pr. *aut o litera* Cod. 19) *O litera* Fabr. P. *aut o litera* Ed. pr. Cod.

cedente vocali, terminantur . . . . . em[1] imperativo modo, *e* correpta, praecedente consonante terminantur, ut lego, lege; peto, pete . . . . .; quae vero *u*, eadem imperativo modo retinebunt, ut induo, indue; inruo, inrue. [Tertiae coniugationis correptae verba,] promissivo modo *am* syllaba terminantur, praecedente aut consonante primae
[156] positionis [aut vocali, ut lego,] legam; || peto, petam; rapio, rapiam; facio, faciam; induo, induam; inruo, inruam. Tertiae coniugationis correptae verba, infinito[2] modo, adiecta ad imperativum modum, *e* syllaba manente correpta, *re* terminantur, ut lege, legere; pete, petere; rape, rapere; face, facere; indue, induere; inrue, inruere. Tertiae coniugationis correptae verba, indicativo[3], tempore praeterito, specie absoluta, exacta forma[4], regulae non serviunt, sed potius consuetudine declinantur[5]. At enim ab eo, quod est[6] lego, legi, legeram; rego, rexi, rexeram; pungo, pupugi, pupugeram; expungo, expunxi, expunxeram; induo, indui, indueram; inruo, inrui, inrueram. Tertiae coniugationis correptae verba, indicativo modo, tempore praeterito, specie incohativa[7], adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba terminantur, praecedente aut consonante primae positionis aut vocali, ut lege, legebam; pete, petebam; rape, rapiebam; face, faciebam; indue, induebam; inrue, inruebam.

XI.

De tertia coniugatione producta.

1. Tertiae coniugationis productae verba, indicativo modo, tempore praesenti, de prima persona, aut *eo* literis terminantur, ut adeo, adis; prodeo, prodis: aut *io*, nutrio[8], nutris. Tertiae coniugationis productae verba, imperativo modo, tempore praesenti, ad secundam personam *i* producta terminantur, ut audio, audi; prodeo, prodi: adeo, adi; exeo, exi. Tertiae coniugationis productae[9] verba, indicativo modo, tempore praesenti, de prima persona si *e* habuerint ante *o*[10], eadem, promissivo modo, adiecta ad imperativum modum *bo* syllaba terminantur, ut adeo, adi, adibo; prodeo, prodi, prodibo. Quae vero *io*, eadem promissivo modo *am* syllaba terminantur, ut audio, audiam; nutrio, nutriam. Tertiae coniugationis verba productae, infinito[11] modo, adiecta ad imperativum modum *re* syllaba, manente productione[12], terminantur, ut audi, audire; nutri, nutrire. Tertiae coniugationis productae verba, indicativo modo, tempore praeterito[13], specie absoluta, adiecta ad imperativum modum *vi* sylllaba [157]
terminantur, ut audio, audivi; nutrio, nutrivi; sed tamen in omnibus consuetudo brevitatem appetens *u* literam subtrahit et *i* literam[14] geminat, ut audii, prodii, nutrii. Tertiae coniugationis productae verba, quae indicativo modo, tempore praesenti, de prima persona *eo* literis terminantur, eadem indicativo modo tempore praeterito, specie incohativa[15], adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba terminantur, ut adeo, adi, adibam; prodeo, prodi, prodibam. Quae vero *io*, eadem iniiciunt *e* prope ultimam syllabam, ut audio, audi, audiebam; nutrio, nutri, nutriebam. Sed haec veteres sine *e* litera pronunciabant, audibam et nutribam dicentes, ut apud Virgilium:

Nutribant Turrusque pater[16],

pro nutriebant[17]. Tertiae coniugationis productae verba indicativo modo, tempore praeterito, specie exacta, adiectis[18] ad imperativum modum *veram* syllabis terminantur, ut adeo, adi, adiveram; nutrio, nutri, nutriveram; sed tamen in omnibus consuetudo brevitatem appetens *u* literam subtrahit, et *i* literam corripit, ut audieram, prodieram, nutrieram. Sunt et aliae verborum seu coniugationum observationes diversae, quas, completis ordine partibus octo orationis, deinceps adiungemus.

1) Haec sic comparata sunt in Ed. pr.: *terminantur, ut lego lege, peto pete* (hiatus) *quae vero* ***uo****, eadem imperativo modo retinebunt, ut induo indue, irruo irrue. Tertiae coniugationis correptae verba* (hiatus) *promissiuo modo,* ***am*** *syllaba terminantur, praecedente autem consonante primae positionis* (hiatus) *peto petam.* Fabr. et P. ex Fabricii emendatione locum sic exhibent: *terminantur, ea imperativo modo tempore praesenti, persona secunda* ***e*** *litera, praecedente consonante terminantur, ut lego lege peto, pete: quae vero* ***vo*** *eandem formam imperativo modo retinebunt, ut induo indue, inruo inrue. Tertiae coniugationis correptae verba promissiuo modo* ***am*** *syllaba terminantur, praecedente aut consonante primae positionis, aut vocali, ut lego legam, peto petam.* Dedi quae sunt in Cod. notatis, quae ibi legi non poterant. 2) *Infinitivo* Edd. O. *infinito* Cod. 3) *Indicativo modo* Fabr. P. om. *modo* Cod. Ed. pr. 4) *Et exacta forma* Fabr. P. *et* om. in Cod. Ed. pr. 5) *Regulae noa serviunt, sed potius consuetudine declinantur.* Haec verba omissa sunt in sola Ed. pr. Interposuit Fabr., addicit Cod. 6) *At enim ab eo quod est.* Haec verba accesserunt e Cod. 7) *Inchoativa* Edd. *incohativa* Cod. 8) *Audio audis* his adiiciunt Fabr. P. ignorant Cod. Ed. pr. 9) *Producta* Fabr. P. 10) *Si* ***eo*** *habuerint ante* Cod. 11) *Infinito* Cod. *infinitivo* Edd. 12) *Producta* Edd. *productione* Cod. 13) *Praesenti* Cod. Ed. pr. *praeterito* Fabr. P. quod verum. 14) *Ultimam* Fabr. P. *literam* Ed. pr. *litteram* Cod. 15) *Inchoativa* Edd. O. Ex Cod. h. l. nihil notavit Nieb. Sed supra semper in Cod. esse vidimus *incohativa.* 16) Virg. Aen. VII, 584. ubi editur *Tyrrheusque.* Ed. pr. *Turnusque.* Fabr. P. *Tyrrhusque.* Cod. *Turrusque.* 17) *Nutriebat* Cod. Ed. pr. 18) *Adiecta* Cod.

XII.

De participio.

1. Participium est pars orationis cum tempore et casu, sine persona activa aut passiva aliquid significans, ut limans, legens. In participiis eadem plerumque omnia observabimus, quae in appellationibus verbisque.

2. Participiorum alia ad praeteritum tempus referuntur, ut limatus, scriptus; alia ad instans, ut limans, scribens; alia ad futurum, ut limaturus, scripturus. Praeteriti temporis quaedam sunt activa tantummodo, quaedam passiva. Activa: limatus, scriptus; passiva: fugatus[1], ablatus; neutra: natus, ortus. Neque enim ut ducit, fugat, facit *ductus*, *fugatus*, eandem etiam in *natus* et *ortus*[2] formam verborum possumus exprimere: tam activa quam passiva sunt. Alia vadatus[3], criminatus; tam enim[4] egisse quid, quam passum esse significant. Itaque in-
158] stanti futuroque fiunt aequa, ut va||dans, criminans, vadaturus, criminaturus. Participia, quae *um* exeunt, fiunt etiam verba infinitiva, ut scriptum, lectum. Sunt participia, quorum declinatio in praeteritum non venit, partim enim activa, partim neutra sunt; et quidem activa ea, quibus contraria[5] non exstant[6], ut ambulans, currens; neutra, ut videns, dormiens. Participia quaedam activa aut passiva sunt, ut amans, amatus; dolens, dicens[7]. Participia praeteriti et futuri temporis genera distinguunt, ut doctus, docta, doctum; futuri, docturus, doctura, docturum; praesentis confundunt, ut docens. His tamen pauca discrepant, quae non Latine, sed consuetudine pronunciantur, ut pudibundus, ludibundus, quorum et feminina habent[8] suam formam cum neutralibus, nam et pudibunda[9], ludibunda, et pudibundum[10], ludibundum dicimus. Participia semper generaliter, non specialiter feruntur, nunquam enim certam personam notant, ut pulsus, pulsurus. Participia, sicut verba, interdum semel, interdum saepius agere quid significant, et quidem praeteriti temporis lectitatus[11], praesentis lectitans, futuri lectitaturus, nec tamen omnia in eandem formam cadunt, sicut criminans, rubens, cadens[12]. Quaedam participia sunt inceptiva, ut calescens, tepescens, a quibus neutra nascuntur feminina habentia, ut rubens, calens, nec tamen in praeteritum exeunt tempus, sicut secans, sectus. Omnia participia praeteriti temporis perfectae rei habent significationem, ut emptus, captus; praesentis interdum imperfectae rei, ut lucens, tepens. Videndum erit, ne appellationes, quae in formam participiorum incidunt, participia putentur, ut recens, frequens, decrepitus, hastatus, togatus, palliatus, barbatus. Haec enim et similia speciem habent participiorum, sunt tamen appellationes, quia nullius in se verbi vim[13] continent. At in femininis quaedam speciem participiorum habent, quaedam etiam ipsam vim, ut pictura, litura, scriptura. Sunt enim appellationes et participia futuri temporis, in masculinis liturus, scripturus, picturus. At || cum dico in verbo litura [159]
est, et bona scriptura, pictura mirabilis, fiunt appellationes, binasque habent significationes; nam ars ipsa pictura appellatur et opus, quod pictum est. Item cum dicimus nullus[14] animatus, bene animatus est, utrumque in appellationem cadit. Etenim homo est tantum animatus, et est tantum[15] bene animatus. Fiunt tamen participia. Ut in doctus et sapiens; nam doctum ita ut peritum declinamus, et [sapientem ut amantem[16]:] utrumque tamen appellationis vim optinet[17], et nihilominus in participia [veniunt[18],] a verbo quod est sapit[19]. Sunt quaedam participia praesentis temporis, quae nec in praeteritum, nec in futurum tempus cadunt, ut potens, pollens; quaedam praeterito carent, ut [stans, sedens, ambulans[20];] quaedam praeteritum habent solum, ut fretus. Neque enim praesens aut futurum admittit.

XIII.

Cominianus[21] *Grammaticus ita de participio breviter refert.*

1. Participium est pars orationis cum tempore et casu. Participium autem dictum videtur, quod partem capiat nominis, partemque verbi; trahit enim casum a no-

1) *Figuratus* Edd. *fugatus* Cod. 2) Verba haec: *Neque enim ut ducit, fugat, facit ductus, fugatus, eandem etiam in natus et ortus* in Edd. O. absunt, integra videlicet linea omissa. In sequentibus distinctio mutanda erat. 3) *Alia vadatus* Cod. Ed. pr. *itaque vadatus* Fabr. P. 4) *Enim* accesit e Cod. Ante v. *tam* distinctio maior ponenda erat, quae plane abest a P.; in Ed. pr. et Fabr. comma legitur. 5) In Cod. pro *contraria* sigla legitur: ɔɔ, quae sigla semel posita *con* significat plerumque, interdum etiam *contra* et *contrarium*. Bis posita, pluralem indicat. 6) *Exstant* e Cod. scriptum. 7) His adiiciunt *dolendus*, *dicendus* Fabr. P. ex emendatione Fabr. 8) *Suam habent* Edd. *habent suam* Cod. 9) *Et* hic interponunt Edd. om. Cod. 10) *Et* h. l. interponunt Edd. om. Cod.

11) *Lectitans* male Cod. Ed. pr. 12) *Candens* Edd. *cadens* Cod. 13) *Vim verbi* Edd. O. *verbi vim* Cod. 14) *Male animatus* Edd. O. *nullus animatus* Cod. 15) Bis pro *tantum* Cod. exhibet *tñ*. Sententia est: Cum dicimus *nullus animatus* et *bene animatus*, hominem tantum intelligimus, ut sit: *nullus animatus* kein Lebender, et *bene animatus* ein Gutgesinnter. 16) Uncis inclusa in Cod. evanuerunt; in Ed. pr. hiatus est. 17) *Optinet* scriptura est e Cod. 18) Multo plura h. l. in Codice evanuisse, quam quae uncis inclusa sunt, notavit Nieb. In Ed. pr. vix unius verbi lacuna. 19) His addunt *et docet* Fabr. P. ex Fabr. emendatione. 20) Uncis inclusa in Cod. non diserte amplius legi possunt. 21) *Cominianus* Cod. *Comminianus* Edd.

mine, tempus a verbo. Participia autem trahuntur a verbo activo duo: praesentis temporis et futuri, ut scribens, scripturus; a passivo duo: praeteriti temporis et futuri, ut scriptus, scribendus; a neutrali duo: praesentis temporis [1] et futuri, ut sedens, sessurus; a communi quatuor: praesens [2], praeteritum et duo futura, ut vadans [3], vadaturus, vadatus, vadandus; a deponenti tria: praesens, praeteritum et futurum, ut luctans, luctatus, luctaturus.

2. Sunt multa nomina, quae speciem participiorum habeant, ut tunicatus, galeatus, quae cum partem verbi non habeant, non recte participia dicuntur; neque enim dici potest tunico aut galeo. Quaedam participia similia sunt appellationibus, ut passus, visus, cultus, sed in declinationibus deprehenduntur. Nam quae participia sunt, genitivo casu in *i* exeunt, ut huius passi, visi, culti; quae vero appellationes, in *us*, ut huius passus, visus, cultus [4].
[160] Participiis accidunt genus a nomine [5], figura ab utroque, numerus ab utroque, casus a nomine, tempus a verbo, qualitas a verbo.

XIV.

De adverbio [6].

1. Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius implet atque explanat. Adverbia aut suae sunt positionis, aut ab aliis transeunt. A se nascuntur, ut heri, nuper; ab aliis transeunt, ut doctus, docte, sapiens, sapienter. Adverbiis accidunt: significatio, figura, comparatio. Significationes adverbiorum sunt plurimae; significant enim tempus, ut heri, nuper; locum, ut hic; numerum, ut semel; negationem, ut non; adfirmationem, ut etiam; demonstrationem, ut ecce; hortationem, ut heia [7]; optationem, ut utinam; ordinationem, ut deinde; interrogationem, ut cur; similitudinem, ut quasi; dubitationem, ut fortasse; invocationem, ut heus; responsionem, ut eu [8]; prohibitionem, ut ne; communicationem, ut pariter, simul; separationem, ut seorsum; comparationem, ut magis, potius; eventum, ut forte; qualitatem, ut bene; quantitatem, ut nimium. Figura in adverbiis sicut in omnibus partibus orationis aut simplex est, ut iuste, aut composita, ut iniuste. Comparationem recipiunt adverbia, quotiens appellationes, unde transeunt, comparantur, ut docte, doctius, doctissime, quia doctus, doctior, doctissimus. Adverbiis omnibus praepositio separatim adiici non debet. Et haec quidem breviter Cominianus [9] Grammaticus disseruit, alii autem per eadem, aut eo amplius processerunt sic.

Adverbium est pars orationis, quae praeposita verbo significationem eius implet atque explanat. Adverbio accidunt: significatio, comparatio, figura. Quaedam [10] sunt loci, ut hic, illic, ibi; temporis, hodie, cras, heri, nuper; numeri, semel, bis, centies [11]; negandi, haud, non; monstrandi, ecce, eccum, eccere: hortandi, heia [12], age, agite; quamvis age et agite vim obtineant activi verbi [13] im||perativi modi; optandi, utinam, velim; ordinis, dein- [161]
ceps, deinde; percontandi, cur, quid ita, quapropter, quare; quamvis quapropter et quare impleant aliquando et confirmandi vicem; similitudinis, ut ceu, quasi, velut [14]; dubitandi, forsitan, fortasse, fortassis [15], fors; personative [16], mecum, tecum; vocative, heus, quid est [17], ecquis est, ioe, heia [18]; respondendi, eu [19], adfirmandi, etiam; prohibendi, ne; communicative [20], pariter, simul; separandi, seorsum; comparandi, magis, potius; eventus, forte; qualitatis, bene; quantitatis, nimium. Adverbia non omnia ex praepositis partibus orationis proficiscuntur, ut sunt, quae aut tempus significant, ut heri, cras, postea; aut locum, ut hic, illic, ibi [21]; et quae trahuntur [22] ex omnibus [23]: tamen ex omni genere vocabulorum figurantur. Statim enim *a* litera terminata nomina Latina nulla ex se adverbia faciunt Latina. Nam neque a Catilina Sisennaque Catiliniter aut Sisenniter recte dicimus. Hoc idcirco [24] introduximus, ut sciant, si qua inveniunt, non nisi Graeca se inventuros, quae scilicet in usum veniunt Latinitatis. Nam et a poeta et pirata, quae sunt Graeca,

1) *Temporis* accessit e Cod. 2) *Et* h. l. intrudunt Edd. O. om. Cod. 3) *Et vadans* Cod. *ut* om. Edd. O. 4) *Visus*, *cultus*, *passus* Fabr. P. *passus* om. h. l. Ed. pr. *passus*, *visus*, *cultus* Cod. 5) Verba haec: *a nomine* — *ab utroque* — *ab utroque* — *a nomine*, *a verbo* — *a verbo* in Cod. supra scripta sunt, sed ab eadem manu. 6) Huic titulo verba *ex Comminiano* subiiciunt Edd. pr. Fabr. P. 7) *Eia* Fabr. *heia* Cod. Ed. pr. 8) *Heu* Cod. Ed. pr. *hem* Fabr. P. Lege ***eu.*** 9) *Cominianus* Cod. *Comminianus* Edd. 10) *Quae* Cod. *Quaedam* Edd. O. 11) *Centies* h. l. in Cod. sic scriptum esse, notavit Nieb. 12) *Eia* Fabr. P. *heia* Cod. 13) *Verbi* accessit e Cod. 14) *Quasi*, *ceu velut* Fabr. P. *quasi*, *ceu*, *quasi*, *velut* Ed. pr. *ceu*, *quasi*, *velut* Cod. 15) *Fortassis*, *fortasse* Edd. *fortasse*, *fortassis* Cod. 16) *Percontatiue* Edd. *personatiue* Cod. 17) *Quid est* acc. e Cod. 18) *Ohe*, *eia* Fabr. P. *ohe*, *heia* Ed. pr. *ioe*, *heia* Cod. quod servavi, licet scribendum putem ***oiei*, *eia.*** Cf. Bentlei. ad Terent. Eunuch. IV, 4, 47. 19) *Hem* Fabr. P. *heu* Ed. pr. Cod. Scripsi *eu*, ut supra p. 160. P. 20) *Communicandi* Fabr. P. *communicatiue* Ed. pr. Cod. 21) *Ubi* Edd. O. *ibi* Cod. 22) *Et quamuis praecipue trahuntur* Fabr. P. ex Fabr. coni. *et quae trahuntur* Ed. pr. Cod. 23) *Ex nominibus*, *non tamen* Fabr. P. *ex omnibus*, *tamen* Ed. pr. Cod. Sententia huius lectionis, quam non intellexit Fabr., haec est: Non omnia adverbia ex partibus orationis, antea a nobis tractatis, derivantur, veluti quae sunt temporis et loci, et quae ex omnibus reliquis trahuntur; sed tamen ex omni genere vocabulorum derivari solent. Nam a nominibus propriis nulla derivantur; sed ex vocabulis, h. e. appellativis, ut poetice, piratice, ordinate, mucronatim. At ne hoc quidem satis recte statui posse videtur: nam *ordinate* ab *ordinatus* et *mucronatim* ab eo, quod est *mucronatus*, descendit. 24) *Haec*

poetice et piratice dicimus. *E* litera terminata nomina καθολικῶς nulla ex se adverbia faciunt, quae non sunt nisi Graeca, ut Agaue, Telete. Sed [1] neque ex his Agauice, aut Telelice recte pronunciabitur. Fuerunt autem, qui ex his, quae *o* terminantur, putarent adverbia trahi posse, ut est ordo, mucro, diversis tamen figuris. Ab ordine enim ordinate, et a mucrone mucronatim dicimus. Sed mihi non videtur hoc, quod est ordinate, ab ordine tractum, sed ab ordinatione, minus a mucrone mucronatim, sed a mucronato. Ac ne singula persequamur, unde non proliciscantur adverbia, ad ea veniamus, quae canonis ratione subnixa videntur.

2. *R* litera terminata nomina, hanc literam quotiens [2] *e* antecedit, quatuor modis fiunt adverbia: aut enim *e* finiuntur, et totidem syllabas servant, ut piger, aeger,
[162] pigre, aegre faciunt; aut in eandem literam desinunt, et syllabis crescunt, nam et liber miserque, libere, misere [3] faciunt. Tertia species eorum, quae *er* syllaba faciunt, celer, acer, celeriter, acriter. Sed circa hoc nomen utique sistit quaestio, quia quidam non putant ab eo, quod est acer, acriter recte factum, sed ab acris, quod refellitur. Nam huius adverbii superlationes, cuius *is* literis nomina terminantur, ut agilis, docilis, et [4] superlativo literam *s* geminant, efficiuntque agilissimus, docilissimus, agilissime, docilissime dicuntur [5]. At cum non aliter dicamus acerrime quam celerrime, manifestum est acriter factum ab eo, quod est acer, ut celer. Quarta species est eorum, quae per *im* literas terminantur, ut passer, anser, passeratim, anseratim. Tenere an teneriter dici debeat quaesitum est, nam quidam teneriter efferunt [6], ut celeriter; alii vero tenere, ut libere. Sed inspiciendum est, unde potissimum adverbia figurari debeant. Nam cum sit et tener et celer et liber eiusdem terminationis, necessario ambigitur in adverbii figuratione. Nominativus casus nullum discrimen ostendit, sequitur itaque, ut obliquis [7] casibus formam adverbiorum intuemur [8]. Ea itaque, quae genitivo casu . . litera terminantur, *i* in *e* [9] mutant, et faciunt adverbia, ut ex eo, quod est pigri, pigre, et nigri, nigre. Nec minus etiam quae crescunt obliquis casibus, ut liberi, libere, miseri, misere. Ergo cum per omnes casus tener non aliter declinetur, quam liber, sequitur, ut tenere proportione dicatur ut libere. Nam ea, quae *ter* syllaba finiuntur in adverbiis, utique in nomine genitivum habent *is* literis terminatum, ut celeris, celeriter, acris, acriter [10], alacris, alacriter.

3. *Or* literis terminata nomina, ut quidem putant, duabus, sed diversis ex se figuris adverbia faciunt, ut orator, oratorie; memor, memoriter. Sed animadvertendum est, num oratorie non ab oratore, sed ab oratione trahatur. Nam ut est alicuius vis oratoria et oratorius modus, sic forsitan figurari possit oratorium, unde pro- [163]
liciscatur hoc adverbium, quod oratorie dicitur.

4. *Ur* literis terminata nomina faciunt ex se adverbia duobus modis figurata, ut satur, sature, fur, furtim. Notabimus autem, satur nomen inter ea esse, quae ad analogiam non pertinent, cum cetera [11] *ur* literis terminata in genitivo casu *is* finiuntur, ut turtur, turturis, murmur, murmuris.

5. *Es* terminata nomina videntur ex se duobus modis adverbia figurare, ut quadrupes, quadrupedatim, miles, militariter; sed ut in superioribus dictum est, militariter ab eo venit, quod est militaris.

6. *Is* terminata in adverbiis *ter* finiuntur, ut docilis, dociliter, agilis [12], agiliter, atque . . . . quidam [13] consentiunt [14]; aiunt etiam utiliter dici oportere et faciliter, quoniam quidam ea antiquius [15] usurpaverint. Nonnulli etiam faculter aiunt oportere dici, cuius compositum hodieque in usu est, quoniam quidem dicunt difficulter. Sed ridiculum [est [16]] legem adversus consuetudinem ferre, quae sola in nostro sermone dominatur. De . . . usu [17] pronunciativo magis et facile me egisse audaciter dixerim, ut viriliter emisse; nec verebor, ne quis me putet vocabulum pro adverbio posuisse: siquidem multa sunt alia, quae vocabulorum speciem in adverbiis teneant. Nam et Romae sum, et ruri [18] fui, quid aliud est, quam adverbium loci? Nec dubitari tamen potest, non in his apparere et casus et vocabuli speciem.

7. *Us* terminata nomina quinque modis adverbia faciunt, aut e correpta, velut [19] malus, male; aut e pro-

igitur Edd. O. *Hoc idcirco* Cod. 1) *Sed* Edd. O. et Cod. Videtur tamen scribendum esse: *Neque enim ex his.* 2) *Quoties* Edd. *quotiens* Cod. 3) *Liber et misere* P. *libere et misere* Fabr. *libere misere* Cod. Ed. pr. 4) *Et superlativo* Cod. Ed. pr. *et* om. Fabr. P. 5) *Dicuntur* Cod. Ed. pr., quod v. om. Fabr. P. 6) *Egerunt* Cod. *efferunt* Edd. O. quod servavi. 7) *In obliquis.* Ita Ed. pr. sed om. *ut.* Cod. habet *ut*, om. *in.* Sed *ut in obliquis* Fabr. P. 8) *Intueamur* Fabr. P. *intuemur* Cod. Ed. pr. 9) *Genitiva casu terminantur per literam* **i**, *eamque in e mutant* Fabr. P. *genitivo casu terminantur per literam i, in e mutant* Ed. pr. *genitivo casu . . littera terminantur*, **i** *in* **e** *mutant* Cod. Sine dubio Grammaticus scribere voluit: *Ea itaque, quae genitivo casu* **i** *litera terminantur*, **i** *in* **e** *mutant.* 10) *Acris*, *acriter* acc. e Cod. 11) *Ut caetera* Edd. O. *cum caetera* Cod. 12) *Agilis* accessit e Cod. 13) *Atque . . . . quidam consentiunt.* Ita in Cod. scriptum Nieb. indicavit, ut quatuor literarum vocabulum extritum esse appareat. 14) Huic verbo subiungunt Fabr. P. *ut dicant facile et docile*, quae a Fabricio addita, ignorant Cod. Ed. pr. 15) *Quidem ea antiqui* Fabr. et P. et apud Fabr. *quoniamquidem* una voce scriptum est. *quoniam quidam ea antiquius* Cod. Ed. pr. 16) *Est* oblitteratum in Cod. 17) *De usu* Fabr. P. *de . . . usu* Cod. tribus literis, ut videtur, extritis. Hiatum inter *de* et *usu* significavit Ed. pr. In seqq. pro *viriliter emisse* lege *viliter emisse.* 18) *Ruri fui* Cod. *rure fui* Edd. O. 19) *Ut* Edd. *velut* Cod.

ducta, ut doctus, docte; aut *o* producta, ut falsus, falso; aut *o* correpta, ut citus, cito; aut *im*, ut strictus, strictim; nec tamen his omnibus legibus recessit [1] consuetudo. Nam ut a superioribus recedamus, qui ab eo, quod est humanus, humaniter dixerunt, et multa similia; usque
[164] ad nos certe consuetudo permansit, ut ab eo, || quod est divinus, divinitus dicatur, et ab eo, quod est antiquus [2], antiquitus; cum interim in his maneant etiam prioris legis adverbia [3]. Nam non minus per hanc significationem divine et antique dicimus, item ab eo, quod est largus, remansit in consuetudine, ut largiter diceremus [4], siquidem in differentiam veniat large ab eo [5], quod est largiter, quod large quidem [6] significat effuse et abundanter, ut dicimus: *Large et liberaliter patrimonio usus est;* et largiter: *Multum largiter pecuniae habuit.*

8. *Ns* literis terminata uno modo ex se faciunt [7] adverbia *ter* [terminata [8],] ut decens, decenter. Nonnulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari, ut Verrius Flaccus, qui ab eo, quod est aud[ens] . . ., audenter [9], aut certe superiores dixerunt, quatenus in recenti con . . . . e . . inde usitatum est c . . . d . st . . . . abusi . . . . particip . . [10]; et cum ex se adverbium facit, vocabuli vicem obtinet, tam here al quam cum recipit [11] comparationem; nam sicut comparat[iones non reci]piunt [12] participia, ita ne adverbia [13] quidem transeunt, alioquin si ab eo, quod est audens, significatione participii audenter diceretur, procul dubio et ex eo, quod est faciens et scribens, similiter quiddam exprimeremus; aut si dicemus [14] audenter tamquam sapienter, fateor, siquidem sapiens non qua [15] participium, sed qua vocabulum est, quo quis etiam sapientior dicitur. In adverbium tamen non sapienter, ut cum sapientia, audenter qua [16] audentia; aut ne nos fallat figura quorundam vocabulorum, quae eadem est participiorum, hanc legem advertimus, non alibi inventuros nos adverbia ab his partibus orationis terminata, quam in quibus comparatio potest inveniri, ut est elegans, elegantior, eleganter; decens, decentior, decenter; pudens, pudentior, pudenter: sic ergo audens, audentior, audenter, qua vocabulum, non qua participium in adverbium transfiguratur.

9. *Rs* terminata duplici modo ex || se adverbia faciunt [165] in *er* decurrentia, quorum unus est, qui *i* literam servat ante novissimam syllabam, ut vecors, vecorditer: alter, qui sine *i* litera effertur, ut sollers, sollerter. Neque omnia tamen, quae *rs* literis terminantur, in adverbia transeunt, sicut concors. Iners quoque habuit dubitationem, an omnino in adverbium transire possit, quamvis in vulgari consuetudine sit inerter: non statim tamen adnuere [17] debemus, nisi auctoritas eruditi alicuius [18] accesserit. Nam inertissime quin recte dicatur, dubitare non possumus, cum ab eo, quod est inertissimus, veniat. Fors quoque variatum figurarum adverbia facit. Dicimus enim forsitan, fortasse, fortassis; et consuetudine quidem obtinuit, ut fortasse libenter diceretur, quam fortassis, quoniam fortassis auribus nostris absurdius videtur. At forsan [19] et forsitan poetis relinquemus [20], quae Latina esse nemo dubitabit, cum et Virgilius dicat:

Forsan et haec olim meminisse iuvabit [21]:
Forsitan et Priami fuerint quae fata requires [22].

Nec minus fors pro adverbio ponitur, ut:

Fors aequatis cepissent praemia nostris [23].

10. *X* litera terminata duobus modis in adverbia transeunt: aut enim *im* literis terminantur, ut grex, gre-

1) *Recessit* Cod. Ed. pr. *accessit* Fabr. P. quod verum videtur. 2) Pro *antiquus* in Cod. est *an.* 3) Inter hanc et seq. voc. hiatus in Ed. pr. significatus. 4) Verba: *item ab eo, quod est largus, remansit in consuetudine, ut largiter diceremus* e Codice restituta sunt, in Edd. desunt. 5) *Ab eo* desunt in Fabr. P. 6) *Quidem* acc. e Cod. 7) *Ex se faciunt* Cod. *faciunt ex se* Edd. 8) *Ter terminata* Edd. O. sed v. *terminata* in Cod. non amplius clare legitur. 9) *Audens audenter* Edd. Ultimae literae in v. *audens* non amplius apparent in Cod. et tres literae etiam desiderantur ante v. *audenter;* in Ed. pr. lacuna nulla. 10) *Quatenus in recenti э . . . . c . . inde usitatum est c . . . d . st . . . . abusi . . . . particip . .* Sic e Cod. locum enotavit Niebuhr. At Editio princeps sic exhibet: *quatenus in recenti* (hiatus) *inde usitatum est. at audens* (hiatus) *participium.* Ex his talia fecit Fabr. quem sequitur P.: *quatenus in recenti* (hiatus) *inde usitatum est. At audens cum ex se adverbium non facit, est participium.* Notandum etiam est, verba illa Codicis: *st — abusi — particip.* lineolis supra ductis esse signata, ita ut *st* videatur sigla esse, quae *sunt* significat. Ceterum varie explicari possunt lacunae, quapropter Codicis scripturam reddere satis habui. At vero etiam in seqq. multa et obscura et turbata esse videntur. 11) *Tam here al quam cum recipit.* Hic quoque scripturam Cod., licet mancam, exhibere satius duxi, quam somnia substituere, ut Fabr. fecit. Ed. pr. habet: *tam haec quam ille quam cum recipit.* Ex quibus fecit Fabr. et secutus eum P.: *tam hic quam illic cum recipit.* 12) Quae hic uncis inclusa sunt, punctis subnotatis signavit Nieb. quod signum est, non amplius recte legi posse literas in Cod. In Ed. pr. nihil lacunae notatum est. 13) *Ita nec adverbia* Fabr. P. *ita ne adv.* Ed. pr. *icene adv.* Cod. Sine dubio legendum: *ita ne adverbia quidem*, nisi forte legendum: *ita ne in adverbia quidem*, quod probabile est. 14) *Diceremus* Fabr. P. *dicemus* Cod. Ed. pr. Locus obscurus. Fortasse legendum: At si dicemus *audenter* tamquam sapienter, fatebor recte dici, siquidem — — in adverbium transit. 15) *Nunquam* Edd. *non qua* Cod. Similia vide infra p. 166. P. 16) *Qua* Cod. Edd. pr. Fabr. P. Legendum videtur *cum.* Sed plura in his emendanda. 17) *Annuere* Edd. *adnuere* Cod. 18) *Alicuius eruditi* Edd. *eruditi alicuius* Cod. 19) *At forsam* (sic) Cod. *Forsan*, om. *At*, Edd. O. 20) *Potius reliquemus* (sic) Cod. *potius relinquemus* Ed. pr. *poetis relinquemus* recte Fabr. P. 21) Virg. Aen. I, 203. 22) Virg. Aen. II, 506. 23) Virg. Aen. V, 232. *Et fors aequatis* Fabr. P. *Et* om. Ed. pr. Cod.

gatim; aut per *r*, ut audax, audaciter, loquax, loquaciter. Sed meminerimus audacter eruditorum consuetudine sine *i* litera elatum [1], non ut procaciter aut loquaciter.

11. A femininis quoque nominibus *a* litera terminatis nascuntur adverbia *im* literis finita, ut fascia, fasciatim, centuria, centuriatim, decuria, decuriatim. Nonnulli autem decuriatim et centuriatim non a decuria [2] et centuria, sed a decurione et centurione tracta putant; sicuti ab ordine ordinatim, aut ab ordinato, non intelligentes similia nomina non esse ordinem et centurionem. Nam ut ordo et centurio ea figura, qua utrumque o terminatur,
66] similia sunt, ita qua || litate et significatione disparia. Fasciatim quoque non a fascia putant tractum, sed a fasce; siquidem fasciatim tractum non per fascias, sed per fasces, ut centuriatim non per centuriones, sed per centurias.

12. A neutris quoque nominibus trahuntur adverbia *im* literis terminata, ut membrum, membratim, uber, ubertim. Nonnullis Grammaticis placet, ut a nominibus, sic etiam a participiis et pronominibus, ut verbis [3] adverbia figurari, ut ab eo, quod est iustus, iuste fiat; ab eo, quod est sapiens, sapienter dicatur. Nec minus a pronomine me meatim, te tuatim [4]; denique ab eo, quod est curro, cursim, pungo, punctim. Mihi videntur errare, quod adverbium sapienter putent a participio descendere [5], cum sapiens tam nomen sit quam participium; verum participium indiget tempore, comparatione [6] nomen, ut haec ipsa figurando [7] ex se adverbia faciat; siquidem legens, vocans nequaquam transeant in adverbia. At [8] an evidenter dicamus, sapienter, audenter, quis dubitat? Sed non ea lege, qua participia sunt, sed qua etiam comparationem recipiant, quod est nominum proprium. Nam si ab eo, quod est constans, adverbium diceretur constanter, quis dubitabit et ab eo, quod est aedifico, aedificans, aedificanter dici; et si ab eo, quod est sapiens, sapienter, [item sapi]o [9], sapiens, sapienter. Quod cum omnino regula Latini sermonis non admittat, [procul d]ubio remota participia sunt ab hac figurandorum ex se adverbiorum facultate. Et si qua videntur a pronominibus trahi adverbia, tantum in Grammaticorum commentariis animadvertimus, in consuetudine non videmus; quae ut fuerint, tamen consensu publici usus antiquata sunt. Etsi nonnullis placet a verbis fieri adverbia, ut ab eo, quod est curro, cursim, pungo, punctim; ego tamen quaero, quid ita non potius adverbia a vocabu || lis tracta [167]
sint, ab eo, quod est [10] punctum, punctim, et ab eo, quod est cursus, cursim; sic enim in superioribus diximus: nomina *us* terminata nonnunquam ex se adverbia facere in *im* exeuntia. Animadvertimus enim omnia verba, quae non possunt etiam ad nomina transire, nulla ex se adverbia facere.

13. Adverbia localia significant aut in loco, ut Romae; aut in locum, ut Romam; aut per locum, ut hac, illac. Adverbia, quae a nominibus [11] trahuntur, aut integram figuram nominum servant, ut Romae, Puteolis; aut imminuunt aut [12] immutant, ut domi, noctu. Sicut in nominibus diximus, quaedam aut comparationem non recipere, aut superlationem, aut utrumque, aut prima positione carere; ita etiam [13] in adverbiis hanc *.m.* finiuntur sententiae [14], ab eisdem initium et saepe faciunt [15] sequentes.

14. Aliis [16] de adverbiis longius disserere ita placuit. Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Ita nam cum dico: Palaemon docet, nondum significo satis vim plenam verbi, nisi adiecero bene aut male.

15. Sed quoniam multae species sunt adverbiorum, singulas adiecimus. Qualitatis et quantitatis sunt, quae ex secundo ordine derivantur in *e*, ut doctus, docte; item lepidus, lepide. Excipiuntur autem ex secundo ordine duo, quae in *e* breve veniunt, ut bene, male. Sunt quae a tertio ordine derivantur in *ter*, velut [17] fortis, fortiter, felix, feliciter. Excipiuntur ex tertio ordine, ut facilis, facile, vilis, vile. Sed in compositione facilis, quod est difficilis, difficulter facit.

16. Ex omnibus, quae *us* terminantur, veniunt comparationes et superlationes, praeterquam ex bene et male, quae correpta sunt; sed ex his, quae *e* ante *us* habent,

1) *Sed meminerimus eruditorum consuetudinem per i litteram elatam.* Ita Cod. aperte contra mentem Grammatici. Emendavit iam Ed. pr. De adverbio *audacter* et *audaciter* cf. Priscian. lib. XV, 4, 21. pag. 625. tom. I. ed. Kr. 2) *Non a curia* Ed. pr. 3) *Et a verbis* Fabr. P. *ut a verbis* Ed. pr. *ut verbis* Cod. 4) *Te tuatim* Edd. *et tuatim* Cod. 5) *Descendere* Edd. *defendere* Cod. 6) *Comparatione* Fabr. P. *comparatio* Ed. pr. Cod. In Ed. pr. ante v. *comparatio* plena est interpunctio. 7) *Ut haec ipsa figurando* Fabr. P. *haec ipsa figurandi* Ed. pr. om. *ut*. *Hac ipsa figurandi* Cod. om. *ut*. 8) *At.* In Cod. est *ūt* sic lineola supra ducta. 9) Haec et quae mox uncis sunt inclusa in Cod. non recte legi possunt; in Ed. pr. hiatus est nullus. 10) *Est* desideratur in Fabr. P. 11) ***Ex** nominibus* Fabr. P. *a nom.* Ed. pr. Cod. 12) *Aut imminuunt et immutant* Fabr. P. *aut imminuent aut immutent* Cod. Ed. pr. 13) *Ita enim etiam* Ed. pr. 14) *Hac finiantur sententia* Fabr. P. *hanc .m. finiuntur sententiae* Cod. Ed. pr. nisi quod in Ed. pr. puncta, quibus interpositum est ***m***, absunt, et pro *finiuntur* legitur *finiatur*. 15) *Ut saepe faciunt* Fabr. P. *ut saepe faciunt* Ed. pr. *et saepe faciunt* Cod. Totus locus obscurus est, nec multum iuvant Fabr. emendationes. Pertinere haec videntur ad ea, quae infra pag. 170. P. leguntur: *conlata sunt adverbia* cett. 16) Citat ad hunc locum Fabr. Diomedem libro primo. Locus est pag. 398. P. ubi haec: Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius implet atque explanat. Ita cum dico: Palaemon docet cett. 17) *Ut* Edd. *velut* Cod.

et *i* ante *us*, comparationes fieri non possunt. Neque enim ab idoneo idoneor fieri potest, neque a necessario necessarior, et similibus.

[168] Sed qualitatis adverbia etiam aliis litteris terminantur in *us*, velut[1] funditus, radicitus, divinitus, humanitus, antiquitus, coelitus, publicitus. Item in *im*, velut[2] caesim, viritim, alternatim, vicatim, partim, cursim, gradatim[3], separatim, paulatim, minutatim, sensim, furtim, deditim[4], carptim, vicissim. Item in *o*, velut[5] consulto, tuto, falso, supervacuo, cito, secreto, bipertito, tripertito, quadripertito, fortuito, continuo, opinato, clandestino, matutino. Item in *am*, velut[6] clam, nequiquam[7], palam, obviam, bifariam, trifariam, quadrifariam[8]. Plinius Secundus inter adverbia qualitatis posuit: dicendo, legendo, dicendi, legendi, quae quidam amplius verba putant infinitiva aut usurpativa, de quibus et supra notavimus.

17. Numeri adverbia sunt, velut[9] totiens, quotiens, aliquotiens, saepe, saepius, saepissime, semel, bis, ter, quater, deinceps, primum, iterum, tertium, quartum.

Temporis adverbia sunt infinitiva, velut[10] olim, aliquando, quondam, nuper, tantidem[11], sed est numeri; etiamnum, id est, adhuc, tandem, iam, tum, inde, iamdudum, unquam, nunquam, mox, interim, cottidie[12], interea, interdum, subinde, cum maxime[13], nunc, confestim, actutum, evestigio, ilico[14], statim, continuo, subito, repente et repentino, extemplo, recens, frequenter, semper, tantisper, paulisper, parumper, postea, ante, antea, postquam, antequam, dum, donec, donicum, simul, simulatque, vix[15], vixdum. Item temporis finitiva adverbia, hodie, cras, perendie[16], diequarto, heri, nudiustertius, nudiusquartus, nudiusquintus, mane, vesperi, noctu, interdiu, pridie, postridie[17], postmeridiem, antemeridiem.

18. Loci adverbia sunt sic: primum in loco, ubi[18], ibi, hic, illic, ibidem, istic, intus, foris, comminus. In locum, velut[19] quo, hoc, illo, utro, utroque, neutro, huc, illuc, istuc, isto, eodem, intro, foras, introrsum, extrorsum, sinistrorsum, retrorsum. Eadem et per *s* litteram extremam efferuntur, velut[20] extrorsus, sinistrorsus, et cetera. E loco, velut[21] unde, hinc, illinc, utrinque, inde, indidem[22], istinc, intrinsecus. Sunt etiam, quae [169] et in locum[23] et in loco significant infinita, ut susum[24], deorsum, supra, infra, ultra, citra, extra, intra, super[25], subter, ante, post. Per locum, ut hac, illac, ista[26], recta, qua.

19. Sunt etiam adverbia quaedam in loco, quaedam e loco, quaedam in locum. Ut primum in loco: velut ubi cras, Romae[27]; de loco: unde venis, Roma; in locum: quo is[28], Romam. Est ergo in loco per genitivum, cum ex primo et secundo ordine veniunt, ut Romae sum, Beryti sum[29], domi sum, secundum veteres, qui ita declinaverunt: haec domus, huius domi. Cum vero tertii ordinis sunt, ablativo casu utimur, ut Carthagine, Sidone, quamquam recentiores Carthagini et Sidoni sum[30], per dativum voluerunt; etenim dicimus ruri sum. At cum e loco dicimus, ablativo ex omni nomine civitatis utimur, ut Roma venio, Carthagine venio, et utique sine praepositione. Quamquam cum de praepositionibus dicere coeperimus, etiam de hoc plenius adnotari[31] necesse est.

20. Negandi adverbia sunt, ut non, nequaquam[32], haudquaquam, parum. Adfirmandi adverbia sunt, ut scilicet, etiam, quidni, nimirum, ilicet, profecto, plane. Percontandi, ut cur, quare, quid ita, ecquidnam[33], nonne, utrum, utrumne, an, an non. Demonstrandi adverbia sunt, ut en, ecce. Optandi, ut utinam, velim. Ordinis, deinde, deinceps, tunc, ante, post. Similitudinis, ita, perinde, ac si, prout, item, adeo. Videntur et haec inter comparativas coniunctiones alii posuisse[34] tamquam, ut tamquam bonus amicus, tam ille quam hic. Dubitandi, fors, forsitan, forsan, fortassis, fortasse, fortassan[35]. Congregandi, ut una, simul, pariter. Personalia, ut mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, mea, tua, sua, nostra, vestra. Hortandi, heia[36], age, agedum. Compellandi, ut[37] heus. Respondendi, ut eu[38]. Pro-

1) *Ut* Edd. *velut* Cod. 2) *Ut* Edd. *velut* Cod. 3) *Quadratim* Edd. *gradatim* Cod. 4) *Deductim* Edd. *deditim* Cod. 5) *Ut* Edd. *velut* Cod. 6) *Ut* Edd. *velut* Cod. 7) *Nequicquam* Edd. *nequiquam* Cod. quae vera est scriptura. 8) Addunt *multifariam* Fabr. P. 9) *Ut* Edd. *velut* Cod. 10) *Ut* Edd. *velut* Cod. 11) *Tandem* Fabr. P. Ed. pr. quod verum. *Tantidem* Cod., ad quam lectionem spectant, quae sequuntur: *sed est numeri.* Ergo si legitur *tantidem*, haec necessaria sunt. Sed si legitur *tandem*, omittenda sunt; et videntur insiticia. Quare et haec et quod sequitur *tandem* omittenda. 12) *Quotidie* Fabr. P. *cottidie* Ed. pr. Cod. 13) *Quum* Edd. O. *cum maxime* Cod. 14) *Illico* Fabr. P. *ilico* Cod. Ed. pr. 15) *Vixdum* Edd. O. *vix*, *vixdum* Cod. 16) *Perendie* Edd. O. recte. Cod. *repente* ex errore. 17) *Postridie* Fabr. P. *postpridie* Cod. Ed. pr. 18) *Ut ubi* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 19) *Ut* Edd. *velut* Cod. 20) *Ut* Edd. *velut* Cod. 21) *Ut* Edd. *velut* Cod. 22) *Indidiem* Cod. 23) *Et in locum* Cod. *et* om. Edd. 24) *Susum* Cod. *sursum* Edd. 25) *Super* Cod. *supra* Edd. 26) *Ista* Cod. *istac* Edd. 27) *Ut ubi cras Romae* Fabr. P. *Velut ubi cras Romae* Cod. *ut ubi cras*, om. *Romae*, Ed. pr. 28) *Ubi is* Cod. *quo is* Edd. recte. 29) *Beriti sum* Edd. O. *Beryti sum* Cod. 30) *Sunt* Cod. *sum* Edd. 31) *Adnotare* Edd. *adnotari* Cod. 32) *Neque* Edd. *nequaquam* Cod. 33) *Quidnam* Fabr. *etquidnam* Cod. Ed. pr. Scripsi *ecquidnam*. 34) *Posuerunt* Cod. Ed. pr. *posuisse* Fabr. P. ex Fabr. emendatione. 35) *Fortassan* om. Edd. *fortansan* (sic) Cod. 36) *Eia* Edd. *heia* Cod. 37) *Ut* acc. e Cod. 38) *Hem* Fabr. P. *heu* Cod. Ed. pr.

hibendi, ut: ne feceris. Negandi modo: ne id facias. Adfirmandi modo: *Nae tu, Eruci, accusator* [1] *ridiculus esses.*

[170] 21. In adverbio nonnunquam quaestio ori || tur, negationis sit an temporis: utrumque videtur in se habere et negationem et tempus. Neque enim aliud est nunquam, quam non.

Inter [2] adverbia numeri haec quoque alii adiecerunt: quot, tot, quotquot [3], aliquot; quae ita posita inter adverbia non est nostrae aestimationis reprobare; certe inter aptota nomina pluralia posuimus, secuti praecepta magistri nostri; alii inter pronomina posuerunt.

22. Item ex praepositionibus, quae mutato accentu in adverbia recidunt, haec [4]: infra, infra stat; supra, supra stat; extra, extra stat; intra, intra sedebat [5]; ultra, ultra non faciam; citra, citra discurrit; circa, circa equitat [6]; iuxta, iuxta facit, id est similiter; contra, contra contendit [7]; subtus, subtus erat; coram, coram stetit, id est palam; ante, ante veni [8]; post, post sedet [9]; prope, prope cecidit, hoc est paene [10]; usque, usque illum multavit [11], hoc est valde; item illo usque cum venisset [12]; subter, super. Et [13] quamdiu sine casibus enumerantur, adverbia erunt; receptis casibus, praepositiones sunt.

23. Inter adverbia quidam haec posuerunt, quae etiam apud veteres observata sunt, velut [14] translatui, dimissui, receptui, ostentui, et si qua [15] eiusmodi sunt alia, quae casui dantur, in quibus observabimus ita dicere, translatui est et translatui facit; mittit translatui [16] non dicimus, et cetera similiter. Quidam tamen dicunt similia his esse decori, usui, et cetera.

Conlata sunt adverbia [17]. Varro sic esse in tertio περὶ χαρακτήρων, propius [18], proxime. In his extra consuetudinem communem [19], frequenter perfectis uti solet Plautus, ut [20] in Aulularia:

Ea sublevit os mihi plenissime [21];

et in Mostellaria:

Quid faciam? in latebras condas pectori penitissimo [22];

et in Curculione:

Salve oculissime homo [23].

Sed num oculissime βραχέως legendum?

Inter adverbia a pronominibus deducta aliquid ex eo, quod est aliquis; quippiam, quispiam; quicque ex eo, quod est quisque; quid, numquid [24].

24. G. [25] Iulius Romanus ita refert de adverbio || sub [171] titulo ἀφορμῶν [26]. Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Est enim verbum scribo, [cui si adiiciatur [27]] bene sive male, quod est adverbium, faciet bene scribo, male scribo. Eadem est et in Graecis adverbiis cum artibus [28] constitutio: ἐπίῤῥημά ἐστιν μέρος λόγου ἄκλιτον, ἐπὶ τὸ ῥῆμα τὴν ἀναφορὰν ἔχον [29]. Qua ratione igitur σχετλιασμὸν δηλωτικὰ ἐπιῤῥήματα [30] dixerunt, parum specto. Quam partem orationis nostri [31], non ut numerum octo partium

1) *Nae tu eras cum accusator* Ed. pr. Locus est Cic. pro Roscio A. c. 18. a multis Grammaticorum citatus. 2) *Item* Fabr. P. *Inter* Cod. Ed. pr. 3) *Quotquot* acc. e Cod. 4) *Intra, intra stat* praemittit Fabr. quem sequitur P. Haec eadem habet Ed. pr. sed omittit *infra, infra stat.* Cod. tamen *infra, infra stat* omissis *intra, intra stat.* 5) *Infra, infra sedebat* Edd. *intra, intra sedebat* Cod. 6) *Equitatum* Cod. Ed. pr. *equitat* Fabr. P. 7) *Condit* Ed. pr. *ɔdit* (sic) Cod. *contendit* Fabr. P. 8) *Venit* Fabr. P. *veni* Cod. Ed. pr. 9) *Sedit* Fabr. P. *sedet* Cod. Ed. pr. 10) *Pene* Edd. *paene* Cod. 11) *Multavit* Fabr. P. *multavit* Ed. pr. Cod. 12) *Cum venisset* Fabr. P. Cod. *convenisset* Ed. pr. 13) *Et* om. Fabr. P. 14) *Velut* Cod. *ut* Edd. 15) *Si qua* Cod. *si* Edd. O. 16) *Translatui* Fabr. P. recte ut videtur. *Translatum* Cod. Ed. pr. 17) *Conlata sunt adverbia.* Haec et sequentia sine dubio ab hoc loco sunt aliena. Dixi supra, pertinere huc videri ea, quae in supp. leguntur p. 167. P. Praeterea deest in seqq. aliquid ad explendam sententiam, velut: *Varro sic esse refert* cett. Vel: *Varro sic posuit in tertio.* Quomodo vero reconcinnanda sit oratio, difficile est dicere. 18) *Proprius* Cod. Cf. Varron Fragmm. p. 201. Ed. Bip. 19) *Communium* Edd. O. *communem* Cod. 20) *Plautus ut in Aul.* Cod. *ut* om. Edd. O. 21) *Plenissime* Cod. et Edd. O. Correxerat in notis Mss. *penissime* Fabr. sed in Ed. non expressit. Apud Plautum Aulul. IV, 6, 2. legitur *paenissume,* quod ipsum voluisse videtur Grammaticus. 22) *Penitissime* Edd. O. atque ita voluit fortasse Gramm. Sed in Cod. est, ut apud Plautum: *penitissimo.* Locus Plauti non in Mostellaria, sed in Cistellaria I, 1, 65. *Quid facium? In latebras abscondas pectore penitissimo.* Recte Gramm. *pectori.* 23) Plaut. Curcul. I, 2, 28. Quae sequuntur, dubitationem continent Grammatici, qui dubitabat, *oculissime* esse adverbium, qui sine dubio vocativus est. 24) *Aliquid ex eo quod est quispiam. quicque ex eo quod est quisque, quid num quid.* Ed. pr. Fabr. P. nisi quod Fabr. et P. *nunquid.* — *Aliquid ex eo quod est aliquis: quippiam, quispiam;* cett. Cod. Ceterum hic locus manifeste ostendit, superiora, ubi de collatione adverbiorum agitur, non suo loco legi. Omnino multa in his disiecta esse et ordine turbato legi videntur, quae nisi reconcinnatis Codicis plagulis vix in meliorem ordinem restitui posse probabile est. 25) *G. Iulius Romanus* Cod. Praenominis signum deest in Edd. O. 26) Hoc est: in libro ἀφορμῶν, ubi de variis rebus grammaticis tractaverat Romanus, ut ex multis Charisii locis intelligi potest. Cf. quae supra diximus ad pag. huius ed. 30. not. 17. 27) Vv. *cui si adiiciatur* desunt in Cod.; interpolata indicat Nieb. sed habent Edd. O. et necessaria sunt. 28) *In Graecis adverbiis cum partibus* P. *in Gr. adv. cum artibus* Cod. Ed. pr. Fabr. Legendum videtur: *in Graecis artibus;* intelliguntur enim sine dubio *libri grammatici Graecorum.* Vel: *Eadem est in Graecis artibus adverbii constitutio.* 29) In his Graecis consentiunt libri omnes, nisi quod Ed. pr. μέτρος pro μέρος, Cod. ἐπιρημα εστιν et ἀκλειτον exhibent. In v. ἐστιν Cod. videtur ν exhibere expunctum. 30) *Δειλωτικά* Edd. O. δηλωτικα Cod. Deinde idem Cod. ἐπιρήματα. 31) *Inde* Edd. O. *n̄i* Cod. i. e. *nostri,* quod verum esse, sententia docet.

articulo, id est τῷ ἄρθρῳ, deficienti [1] supplerent, sed quia videbant, adverbium esse non posse, segregaverunt [2]: non quia nesciam quaedam aliis partibus orationis adverbia esse communia, et velut [3] nominis iuncta consortiis, ut gratis, falso, vero [4], domi est, domo venit [5]; nec minus verbo, ut [6] subito; item coniunctionum nexibus strictiora, ut cum dicimus, inquit Umbrius Primus [7], ubi, si, ut, ergo [8]; aut praepositionibus similia, ut pro, sub, prae, propter [9]; et Umbrius tamen interiectionibus locum non dedit. Cum autem extrema linea duci postremo vel ab his posset, qui eam orationis partem adverbii totam esse voluerunt, quorum si quis defensione [10] ineat; tamen quod idcirco πανδέκτης a Stoicis ea pars orationis habeatur, eodem illo summoveri se posse respiciet, unde confidit. Nam cum πανδέκτης iure dicatur, cur non alligit [11] consortium sui? Eam quoque interiectionis partem vocavit [12] secretius, nisi quod rideri metu[erunt . . et inl . . tam]etsi [13], nec, nam quidem ratio temere se deliberationi suae sententiisque permisit, qui . . . . . . [14] propriae virtutis cum orationem istam vinclis alienae servitutis eximer [15] et non etiam tim . . . . . . exitus [16] Graeciae, qui tamen nulli sunt. Itaque nomen ei partitum acriter reddiderunt. Interiectionem vero . . . . . [17] cachinnum gemitumve dici media pergentes aestimaverunt, ut inter adverbia quoque pergere si iuberet affectus, aut, ut id [18] multis solet, casus adferret, esset impunitas. Et quid
[172] ego de meris interiectionis viribus per[t]imesco, cum etiam quae omnium confessione putantur adverbia, ratio subtilior eius partis esse noluerit, sed interiectionis sensibus reservarit. Heus [19] enim vocandi habens vim [20], ohe respondendi, ea non [21] potius nominibus adiunxit, nec verbis potuit, licet mallet [22]. Omnes etenim adverbiorum cernimus semitas ire cum verbis, sive per verba: nec potest ulla qualitas nisi verbo subsequente resonare. Loci namque si fuerit adverbium, velut [23] illic, istic, hoc [24], huc, illoc, illuc, istoc, istuc, per se nihil faciet, nec ullam poterit significantis [25] adhibere caliginem, nisi causa cum verbo, velut [26] quaedam in tenebris lux clarior et facies [27] antevertat. Itaque illic sto, illic ero, illic [28] abeo, illieve [29] luctabor, verborum accessu fit adverbium multi luminis ac potestatis. Temporis non minus fiet adverbium, nunc veni, modo fecit, cras abibo [30]. Sed et numeri par causa rationis est; semel etenim feci dicimus, bis dixi, ter ante praeceperam. Negandi quoque similis inceptio est: minime dixeram, non putavi. Affirmandi, ut: quidni putaveram, quippe respondit, utique certavit, nempe dicebam, prorsus extinxit. Demonstrandi: en abit, ecce venit, currit, adsistit. Hortandi: age propera, macte nitier [31].

Eia age, rumpe moras [32].

Optandi: utinam veniat, velim currat. [Quam voluntatem gaudio proximam esse cum dicimus, ut:

Seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat [33];

votis [34] esse comparem credimus. Itaque nec fideicommissorum voluntas sequius [35] accessit, ut non in ea praeter iudicium quamvis tacitum, nec adscriptum, votorum solis nisibus et beneficiis crederemus.] Ordinis item produntur adverbia, ut dein dixit, denique subsecuta ratio est, non

1) *Deficiente* Edd. *deficienti* Cod. 2) Ab hoc loco quae sequuntur, cum superioribus quomodo cohaereant, non video. 3) *Et ium ut* Edd. O. *ū ut* Cod. i. e. *velut.* 4) *Subito* h. l. interponunt Cod. Ed. pr. Aliud subest. 5) *Domo venit* Cod. *domi venit* Edd. pr. Fabr. P. 6) *Ut occulto subito* Fabr. P. ex em. Fabr. *occulto* om. Cod. Ed. pr. 7) *Umbrius Primus* aliunde, nisi ex Charisio, mihi quidem non cognitus. Idem paullo infra excitatur pag. 173. ed. P. 8) *Sic, ergo* Edd. O. *si ut ergo* Cod. 9) *Sub, per, propter* Edd. O. *sub, prae, propter* Cod. 10) *Defensionis* Cod. Hiat sententia tota, nec habeo, quomodo succurram. 11) *Alligat* Ed. pr. *alliget* Fabr. P. *alligit* Cod. 12) *Iam quoque interiectionis expertem vocavit* Edd. O. praemisso interrogationis signo. Sed in Cod. est: ***eam** quoque interiectionis **partem vocaue** secretius*, in quibus Nieb. v. *partem* dubitandi signo notavit et in verbo *vocaue* supra ultimam syllabam tria puncta scripta esse indicavit sic: ***vocauė*** quod fortasse *vocat* legendum. Quae vero horum et sequentium verborum sententia sit, plane ignoro, nec possum emendando succurrere. 13) *Nisi quod rideri metuerunt* (hiatus) *tametsi, etsi* Edd. O. In Cod. syllabae *erunt* non satis diserte legi possunt; tum sequuntur: . . *et inl* . ., hoc est, ante literas *et inl* et post eas duae literae non amplius legi possunt; deinde vocula *tam* non amplius manifeste apparet et alterum *etsi* abest. Ex quibus quid faciam, non habeo dicere. Omnia hiulca sunt et disturbata. 14) Hic in Cod. sex literarum defectum indicavit Nieb. In Edd. O. hiatus signum apparet. 15) *Eximere* Edd. O. *eximeret* Cod. 16) *Non etiam tum* (hiatus) *exitus* Edd. pr. Fabr. P. Consentit Cod. nisi quod *tim* exhibet, duobus punctis infra positis, ac postea sex literarum defectum habet, ut indicavit Nieb. 17) Sex literarum spatium vacuum indicavit Nieb. In Edd. O. hiatus est. 18) *Id* Cod. Ed. pr. *in* Fabr. P. quod verum videtur. 19) *Heus* Edd. Fabr. P. *Quis* Ed. pr. Cod. 20) *Habet vim* Edd. pr. Fabr. P. *hes ū* Cod. quod *habens vim* denotare videtur. 21) *Ea non* Edd. O. *ue ū* (sic) Cod. quod quid sit, nescio. 22) *Mallet* Edd. *malet* Cod. 23) *Ut* Fabr. *velut* Cod. *aut ut* Ed. pr. 24) *Hic* Edd. O. *hoc* Cod. 25) *Significanti* Edd. O. *significantis* Cod. 26) *Ut* Fabr. P. *aut ut* Ed. pr. *velut* Cod. 27) *Fax* Edd. O. fortasse vere. *facies* Cod. 28) *Illuc* Edd. O. *illic* Cod. 29) *Illic reluctabor* Fabr. P. *illieve luctabor* Cod. Ed. pr. 30) *Adibo* Edd. O. *abibo* Cod. 31) *Macte virtute* Edd. O. *macte nitier* Cod. 32) *Heia age* Cod. Locus est Virg. Aen. IV, 569. 33) Virg. Aen. I, 626. 34) *Voti esse compotem* Edd. O. *votis esse comparem* Cod. 35) *Aequius* Edd. O. *sequius* Cod. Omne hoc enunciatum: *Itaque — crederemus* aliunde huc illatum est, nec ullo modo in hac caussa grammatica locum habet, quippe ex libro aliquo iuridico desumptum. Nec tamen melius intelligo superiora: *Quam voluntatem* cett. Quare omnia ista uncis inclusi.

minus expedit. Qualitatis: strenue versatus, fortiter restitit, segniter subremansit. Interrogandi: cur reliquisti?

Quianam[1] *tanti cinxerunt aethera nimbi?*

Comparandi quoque ita est; dicimus et[2]:

Sic pater ille deum faciat, sic sanctus Apollo.

Et:

Quasi cum ludas tesseris[3].

Tamquam currat[4]. Praeferendi: magis potest, potius
173] est credere. || Dubitandi: num, fortasse, an, aut[5] fecit aut facturus est. Annuendi: scilicet, plane, vero, vero[6] dicit, licet facias. Causalis[7]: ideoque feci, idcirco dixi. Personalis etiam; vis enim adverbiorum per eandem vim tenoremque rationis incedit, mecum it, tecum est, secum duxit[8], vobiscum putavit, nobiscum fuit. Vocandi respondendive, qui[9] videri potest similis incessus aut ordo sermonis: heus curre, en[10] veniebam. Absurdum utique nec socium isti πανδέκτῃ, dignumque quod interiectionis propria vis et potestas adgnoscat[11]. Sed collatio, quamquam[12] comparationem Umbrius Primus ita nominat, [de]fensionis aliquid possit adferre, quantitatis vix posse fatearis, quando prope[modum[13]] solis qualitatis adverbiis nec aliis obsecundet. Iustus etenim facit iuste, dein iustius; superlatio[14] iustissime factum esse profitebitur. Item docte, doctius, doctissime; ut tam ea, quae qualitatis quam[15] quantitatis habentur adverbia, collatione priventur. Quorum ratio cum in e literam dirigatur, ut rare, rarius, rarissime, et manifeste, manifestius, manifestissime; Cicero tamen ad Atticum lib. VII: *Ubi tutissimo*, inquit, *essent*[16]. Ferendum etenim est illud ad eundem Atticum: *Rhetoris tu convivis tuis arcano legis*[17]. Immo[18] vero cum ratione prolatum: etenim hoc non capit collationis officia, ut arcane, arcanius, arcanissimeque dicamus, aut false[19], falsius, falsissime; sed ut sedulo, nec consulto[20], vel tuto. Haec enim duo possunt ordines ducere, et per augmenta venire sublimius. Itaque clanculo, non item dicere raro, sed rare duntaxat cum ratione poterimus. Viderit etenim Helenius Acron commentariis, quos Adelphis Terenti[21] non indiligentes attulit, quid altioris causae reive perspexerit, nam ita disserit[22]: *Ut falso*, inquit, *et consulto, ita sedulo dictitatum*[23], nisi forte sine dolo putat esse sedulo: nec cum industria, aut ideo cum industria, cum sit utique[24] diversum. Nec enim convenit ei, cui puerorum ineunte vita salus credita est, retexenti curam sollicitudinemve, quam ceperat, *Ego vos usque a pueris*[25] *curavi ambos se||dulo*, quasi ei de satisfactione criminis dolique [174]
certandum [esset,] ac non prae se ferendum de ostentatione[26] meritorum. Sed quidam non ea contenti ratione, consortii iure putant e et o inter se literas expedire, quod ego vix adducor, ut credam, non quia negem Voturios pro Veturios, et vorsus, et olli, et contra dictum esse repperiri[27]. In mediis haec est verborum activis lepidi pictura sermonis n . . e litera[28] terminantur aiunt, quia succedens ei o, aut ei contra e litera[29], si ō t . . . modo vincit, modo alternat, modo par est. Vincit, cum dicimus

1) *Heu, quianam* Fabr. P. *quia non* Ed. pr. om. *heu*. — *Quianam*, om. *heu*, Cod. Locus est Virg. Aen. V, 13. 2) *Dicimus enim* Fabr. P. *dicimus et* Cod. Ed. pr. Tum *illi* pro *ille* Ed. pr. Locus est Virg. Aen. X, 875. ubi vulgo editur: *altus Apollo.* 3) Terent. Adelph. IV, 7, 21. ubi editur: *quasi si.* 4) Verba *tanquam currat* in P. sic scripta sunt, quasi sint ex scriptore quodam in exemplum petita, quod non videtur. 5) *Nam fortasse aut* Fabr. P. *nam fortasse an aut* Ed. pr. *num fortasse, an, aut* Cod. Videtur tamen *num* Nieb. esse coniectura. 6) *Plane vero* Edd. O. *plane vero, vero* Cod. 7) *Casualis* male Edd. Fabr. P. *causalis* Cod. Ed. pr. 8) *Id secum duxit* Edd. O. om. *id* Cod. 9) *Qui* adiectum e Cod. om. Edd. O. 10) *Curro, heu* Cod. *curre, heu* Ed. pr. *curre, hem* Fabr. P. Scripsi *curre, en* quae videtur voluisse Gramm. 11) *Adgnoscat* Cod. *agnoscat* Edd. 12) *Quanquam* Edd. In Cod. est *quanq.*, sic puncto ad posteriorem *q* apposito. 13) Haec duo uncis inclusa in Cod. extrita. 14) *Superlatiuo* Fabr. P. *superlatio* Cod. Ed. pr. 15) *Quam quantitatis* Fabr. P. ex emend. Fabr. *aut quantitatis* Ed. pr. Cod. Recte emendavit Fabr. 16) Cic. ad Att. VIII, 1. *ubi tutissimo essem.* 17) Cic. ad Att. XVI, 3. *Hunc tu tralatum in macrocollum lege arcano convivis tuis.* Cf. Charisius infra pag. 179. P. ubi in Cod. legitur: *Tu convivis tuis arcano legis.* Abest *tu* hoc loco in Edd. O. 18) *Imo* Fabr. P. *immo* Cod. Ed. pr. 19) *Aut ut false* Fabr. P. *ut false*, om. *aut*, Ed. pr. *aut false* Cod. 20) *Vel consulto* Fabr. P. *nec consulto* Ed. pr. Cod. 21) *Terentii* Fabr. P. Ed. pr. *Terenti* Cod. Helenii Acronis commentarii in Terentii Adelphos saepe citantur a Charisio. Vide supra p. 95. P. 22) *Quid altioris causae reive perspexerit, nam ita dicit* Fabr. P. *quid altioris causae reive perspicit nam ita dixerit* Ed. pr. *qui altioris causae reive p̄spexerit num ita disserit* Cod. 23) *Dictatum* Edd. O. *dictitatum* Cod. 24) *Constituique* Fabr. P. *constitutique* Ed. pr. *cum sit utique* Cod. 25) *Ego vobis a pueris usque* Fabr. P. *Ego vos a pueris usque* Ed. pr. *Ego vos usque a pueris* Cod. Locus est Terent. Ad. V, 9, 5. *Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos sedulo.* 26) *Ostentione* Cod. Paullo ante *certum dum* pro *certandum* in Ed. pr. 27) *Reperiri* Edd. *repperiri* Cod. 28) *Sermonis* (hiatus) *e litera* Edd. O. In Cod. legitur: *sermonis u . . e littera*, ita ut post literam *u* duas literas nunc evanidas, olim lectas esse appareat. In Ed. pr. longe maior est hiatus. 29) *Aut ei contra litera o* (hiatus) *modo vincit modo alternat* Ed. pr. *aut ei contra litera o, quae cum est in novissima parte vocis, modo vincit, modo vincitur, modo alternat* Fabr. P. ex Fabr. emendatione. *aut ei contra e littera si ō t . . modo vincit modo alternat* Cod. ita ut trium tantum literarum iactura e Cod. enotata sit. Nec sententiam nec scripturam loci enucleare audeo. Adnotavit ad hunc locum Fabricius: *Charisius infra in littera* **F** (p. 179. P.) **E** *non habuerunt certi Campaniae populi, sed in* **o** *mutarunt. Contra* **o** *litteram non habuerunt Umbri et Thusci, et eius loco* **u** *posuerunt. Plinius de Grammatica.*

liquido vel raro [1], et vero non vere [2]; vincitur, cum rarissime dicimus non rarissimo [3]; et condigne [et indigne [4],] cum possumus [5] dicere digno te, et indigno te fecisti, et cum coditiano non coditiane [6] disserimus. Par est, ut in multis generibus istiusmodi dictionis commod . . . . . . ut Plautus [7] in Frivolaria: *Commodo dictitemus.* Non quia negem ultra Sasinum [8] inter quaestionem [9] Osteatinis ut Marucinis [10] esse moris *e* literam relegare, *o* videlicet pro eadem litera claudentibus dictionem. Itaque veteres [11] nec haec seu facultas sive natio [12] seu quidquid est elegantiarum potuit evadere. Denique Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia: *Cum ab isto viderem*, inquit, *cotidie hosteis adiuvari* [13]. Quae quidem ego reprehendenda non iudico [14], si qua ratio fortasse non firma, nec in legibus suis durans, interdumve succumbit, alienis elegantiarum remediis acquiescens, fidemque [15] proclamat, auctoritatis videlicet, nec adeo sanctionis, alienis viribus manus tradens. Nam cum dialecticae [16] statum non eadem via, nec substantia terminarint, et cetera, quae Graece sequuntur, multo magis ego cui danda quidem est, sed tamen cautio et [17] impunitas differendi, differentia morabor ingenia loquelarum, quod adeo iudico moderatius exsequendum [18], ut exemplis idem istud bonorum [19]
[175]sit nobis ratio subrogata. Deinique Sisenna Milesiarum lib. XIII. [20], velut sciens regulae, quia solis qualitatibus et quantitatibus *o* litera clauderetur, ita protulit: *Nisi comminus* [21] *excidisset*, *quanti dantur*, *tanti*, *inquit Olumpias* [22], *simul hoc* [23] *dicens suavium dedit*, *ut scilicet subsonaret quanti preti* [24]. Tametsi mox idem: *Proin dato aliquid*, *quod domi habebis*, *inquit*, *quod tibi non magno stabit.* Et tamen passim magni te facit dicimus et multi, et quia saepenumero contendere a nobis non desinitis, licet Statilius Maximus [25] de singularibus apud Ciceronem quoque positis saepenumero notet, ut in ceteris antiqua [26] ratio teneat examen, per easdem vias pedetentim subire conabimur, quidve sit cum officiis rectae constitutaeque rationis, quidve licentius proditum requiramus, et prius illud praeverbium an adverbium dici debeat disputemus. Suetonius etenim [27] Tranquillus praeverbium putat dici debere, quod ante, vel adverbium, quod post verbum appellationem [28] etiam nomenque ponatur. Sed ut facilitas legentibus adsit, non requisita [29] placeat, non per sapores specimenque [30] partis istius et enumerata membra regulis alligata, sed ire per literas maxime, cum adverbium Stoici, ut alias diximus, *πανδέκτην* [31] vocent. Nam omnia in se capit, quasi collata [32] per saturam [33] concessa sibi rerum varia potestate.

25. Aliter pro alias; Salustius Histor. I: *Sanctus alias* [34] *et ingenio validus.* Item in eadem: *Insanum aliter sua sententia atque aliarum mulierum.*

1) *Liquido seu raro* Edd. O. In Cod. pro *seu* legitur *ue* (sic), expuncta, ut videtur, litera prima. 2) *Raro — vere — vero* Fabr. P. *raro — vero — vere* Ed. pr. *rare — vero — vere* Cod. 3) Hic interponunt Fabr. P. verba haec: *alternat cum dicimus*, quae a Fabr. sunt adiecta. 4) *Condigne et indigne* Edd. O. Vv. *et indigne* in Cod. non amplius recte legi possunt. 5) *Possimus* Fabr. P. *possumus* Ed. pr. Cod. 6) *Cotidiane non cotidiano* Edd. O. *cotidiano non cotidiane* Cod. sic tamen, ut ultima tantum syllaba ***ne*** recte legi possit. 7) *Generibus commodo dictionis eiusmodi ut Plaut.* Fabr. P. *generibus commoda dictionis* (hiatus) *ut Plautus* Ed. pr. *generibus istiusmodi dictionis commod . . . . . . ut Plautus* Cod. ita ut post voc. *commod* sex literae extritae esse videantur. Locus Plauti inter Fragmenta Frivolariae recensetur. Infra apud Charisium p. 177. legitur: *Similiter et commodo dixerunt ut Plautus in Frivolaria.* 8) *Sarsinum* Fabr. P. *Sasinum* Cod. *safinum* Ed. pr. 9) *Quaestionem* Edd. O. *quaestion.* (sic) Cod. 10) *Osceatinis et Marrucinis* Fabr. P. *Osteatinis ut Marucinis* Cod. 11) *Vetustas* Fabr. P. *veteres* Cod. Ed. pr. 12) *Natio* legitur in Cod. et Edd. O., ne quis putet *ratio* scribendum esse. Tum *quidquid* e Cod. scripsimus. 13) *Cotidio hostes consiliis adiavari* Fabr. P. *catidie hostis adiurari* Ed. pr. Cod. nisi quod Cod. *hosteis.* Infra p. 177. P. in Cod. idem locus sic citatur: *cotidia consiliis osteis adiuuari.* In supp. pro *Q. Caepio* in Ed. pr. legitur *quae Caepio.* Ceterum Cf. Meyer. Oratorum Romanorum Fragmenta pag. 131. 14) *Non reprehendenda iudico* Fabr. P. *non reprehendenda non iudico* Ed. pr. *n̄* (sic) *reprehendenda non iudico* Cod. 15) *Fideque* Edd. O. *fidemque* Cod. 16) *Dialectecae* Cod. 17) *Et* desideratur in Cod. Ed. pr. 18) *Exsequendum* scriptura e Cod. 19) *Bonorum* accessit e Cod. 20) *Milesiarum* 13. Fabr. P. *Milesiarum libro XIII.* Ed. pr. *milesiarum lib. XIII.* Cod. Ceterum L. Cornelius Sisenna in historiarum libris citatur aliquoties ab A. Gellio et Nonio. Cf. Gellius lib. IX, 14. ubi vide Gronovium. Milesiarum libros citant Servius ad Aen. I, et Charisius infra p. 176. p. 177. p. 178. p. 180. 185. 186. 187. 197. P. Eiusdem commentarii in Plauti Amphitruonem et alias fabulas citantur a Charisio et Rufino de Metris. Cf. etiam Fragmm. historicorum Latinorum pag. 66. ed. Cort. Rufin. de Metris Com. apud Gaisford. Scriptt. Latt. Rei Metr. pag. 384. De L. Sisenna oratore cf. Meyer. Oratt. Rom. Fragmm. p. 167. seqq. 21) *Comminus* scriptura e Cod. 22) *Olympias* Fabr. P. *Olympicis* Ed. pr. *Olumpias* Cod. 23) *Haec* Edd. O. *hoc* Cod. 24) *Pretii* Ed. pr. *precii* Fabr. P. *preti* Cod. 25) *Statilius Maximus* de singularibus apud Ciceronem aliquoties apud Charisium laudatur, idem *ad Catonem*, ad *Salustii historias;* sed vix alibi invenitur. In seqq. *quaeque* pro *quoque* Ed. pr. 26) *An* Edd. O. *antiqua* Cod. ubi scripturae compendium *an̄*. 27) *Etenim* Cod. Ed. pr. *enim* Fabr. P. 28) *Appellatio* Fabr. P. *appellationem* Cod. Ed. pr. 29) *Accersita* P. *requisita* Fabr. Ed. pr. Cod. 30) *Per saporis speciem*, *cumque* P. *per sapores speciemque* Edd. pr. Fabr. *per sapores specimenque* Cod. 31) *Πανδέκτην* in Cod. Latin. litt. scriptum et in margine addita haec: *pandectes est quod omne in se capit.* 32) *Colta* P. ex errore typ. 33) *Per saturam* scriptura e Cod. 34) *Aliter* Edd. O. vere. *alias* Cod. Cf. Salust. Fragmm. apud Gerlach. p. 223.

26. Actutum, cito; Maro IX:

Tum cetera reddent
Actutum pius Aeneas, atque integer aevi
Ascanius [1].

27. Alias pro aliter; Terent. in Andria:

Quid alias malim quam hodie istas fieri nuptias [2]?

ubi Fl. Caper de Latinitate: non ausim affirmare pro aliter [3] dici; nam neque pronomen est, neque adverbium temporis. Sed [4] proximum vero est, ut pro aliter [5] dictum esse fateamur.

28. Abhinc; Pacuvius in Armorum iudicio:

Seque ad ludos iam inde abhinc exerceant [6].

Plautus in Mustellaria [7]:

176] *Qui abhinc sexaginta || annis occisus foret* [8];

ubi Caper: utroque casu recte dicimus, quamvis ut sordidum et vulgare, inquit, quidam improbent.

29. Amplius; Lucilius Saturarum I [9]:

Quo pacto populum atque urbem servare potissit [10]
Amplius Romanum.

Quod adeo [11] prolixum temporis spatium significat, ut iudices, quotiescumque significarent [12] adhuc [13] se audire velle, *amplius* dicebant [14]. Itaque negocium differebant, unde hodieque *ampliari iudicium* differri dicitur.

30. Ampliter; Plautus pro ample [15]. .Omnia enim nomina, quae in qualitate sunt aut in quantitate, si dativo casu in *o* exeant, adverbia per e literam faciunt, ut doctus, docte, amplus, ample; sed veteres non observaverunt.

31. Artificiose; P. Rutilius Rufus de vita sua libro primo: *Pompeius elaboravit uti populum Romanum nosset, cumque artificiose salutaret* [16]. Asellio [17] quoque rerum Romanarum quadragesimo: *Tam pulchrum opus, tamque artificiose factum passus est dirui.* Ubi Fl. Caper, quamvis artificiosus dici non possit, ut malitiosus [18].

32. Acriter; Crispus tertio: *Non tu scis, si quas aedes ignis cepit acriter* [19], *haud facile sunt defensu, qui ne comburantur* [20] *proxumae.*

33. Aegre faciam filiis. Idem in eadem; subaudiri debet verbum, ut sit aegre, aliter [21]. Plautus in Bacchidibus:

Aegre impetravi [22].

Item Caesellius [23] Vindex libro L literae, aegre ut docte ait posse dici.

34. Brevi pro breviter; M. Tullius de Oratore ad Quintum fratrem: *Ac ne plura quidem, quae sunt innumerabilia, consecter, comprehendam brevi* [24].

35. Confidenter pro audacter; Terentius in Eunucho:

Quae eius confidentia est [25]?

36. Confestim, velut [26] competenti festinatione; Si-

Alterum fragm. Sal. cf. apud eundem p. 224. 1) *Reddet* Fabr. P. *reddent* Cod. Ed. pr. Locus est Virg. Aen. IX, 254. seqq. 2) *Istas* Cod. Ed. pr. *has* Fabr. P. ex Fabr. emendatione. Locus est Terent. Andr. III, 2, 49. ubi legitur: *Quando alias malim quam hodie, has fieri n.* 3) *Alias pro aliter* P. *alias* abest in Cod. Edd. pr. Fabr. 4) *Temporis est; sed* Edd. O. *temporis sed* Cod. Plene interpunxi post v. *temporis;* ad quod usque voc. pertinent verba Capri. 5) *Pro eo quod est aliter* Edd. O. *pro aliter* Cod. 6) Cf. Pacuvii Fragmm. apud Bothium pag. 105. 7) *Mustellaria* scriptura e Cod. Ed. pr. 8) *Quadraginta* Fabr. P. *Quid abhinc lx annis* Ed. pr. *qui abhinc LX annis* Cod. Locus legitur Plaut. Mostell. II, 2, 63. ubi est *sexaginta.* 9) *Saturarum* scriptura e Cod. Cf. Lucilii Rell. ed. Douza p. 260. Haverc. 10) *Potis sit* Edd. pr. Fabr. *potissit* P. Cod. Volebat Douza *potis sint*, ipse edens *potissit.* Cf. notata Douzae ad h. l. Ceterum in Cod. est: *q̂* (sic) *pactum populum* cett. *Quo pactum* etiam in Ed. pr. 11) *Namque adeo* P. Vv. *namque adeo — significat* desiderantur in Edd. pr. Fabr. *Quod adeo* Cod. 12) *Significarent* Edd. *signif* (sic) Cod. 13) *Adhuc* Edd. *adhoc* Cod. 14) *Dicebant* Edd. Cod. At requiritur *dicerent.* 15) *Plautus pro ample in Bacchis* P. *Plautus pro ample* Edd. Fabr. pr. *Plautus in pro ample* Cod. *Ampliter* saepe apud Plautum legitur, atque etiam in Bacchidibus IV, 4, 26. ubi *parum immersti ampliter.* Ceterum apud Charisium sine dubio legendum est *Plautus M.* i. e. *Mercatore.* Nam legitur in prol. Merc. v. 98. ubi *hilare atque ampliter.* 16) De P. Rutilio Rufo cf. quae supra diximus ad pag. 121. P. nostrae edit. p. 85. 17) Publii Sempronii Asellionis historiae citantur ab A. Gellio, Prisciano, Nonio, Charisio infra p. 195. P. Fragmenta eius collecta reperias apud Cortium p. 44. seqq. Ibi cur hoc fragmentum libro undecimo sit adscriptum, nescio. 18) *Artificiosius dici non posset, ut maliciosius* Edd. O. nisi quod Ed. pr. *malitiosius*, quod *t* litera sola differt. — *artificiosus dici non possit, ut malitiosus* Cod. quod unice verum. 19) *Coepit*, om. *acriter*, P. *coepit acriter* Fabr. *caepit acriter* Ed. pr. *cepit acriter* Cod. 20) *Quin et comburantur* Edd. O. quod verum videtur. ***qui ne comburantur*** Cod. quod certis de causis mutare nolui. Alieno loco hoc fragmentum posuit Gerlachius, recte tamen supplens *acriter*, quamquam et hoc loco non iusto. Cf. Fragmm. Salustii in Ed. Gerlach. p. 260. 21) *Difficulter* Edd. O. *aliter* Cod. Disiecta esse h. l. quaedam, ex superioribus apparet, ubi legitur: ***Idem in eadem***, nec antecessit, quorsum referatur. 22) Locus Plauti est Bacchid. IV, 4, 40. 23) *Cassellius* Ed. pr. *Cascellius* (sic) Cod. *Caesellius Vindex* Grammaticus aliquoties citatur a Charisio et a Prisciano, apud quem eius *Stromateus* laudatur tom. I, pag. 231. Kr. et ibid. pag. 246. Cf. quae supra notavimus ad p. 93. P. nostrae edit. p. 67. 24) Cic. de Orat. I, 8. extr. *quae sunt paene innumerabilia* apud Cic. editur. Vide Orell. 25) Terent. Eunuch. V, 1, 23. 26) *Ut* Edd. *velut* Cod.

senna Milesiarum XIII: *Confestim secuta est* [1]. Confestim pro continuo et sine intervallo; sed iugi festinationis studio pergentis. Sallust. lib. . .: *Fecit ut nunciis confestim lugubribus* [2]. Ubi Statilius Maximus: Ordine, inquit, et sine intermissione. Sisenna Milesiarum XIII: *Confestim*
[177] *secuta est* [3]. || Naevius in Tarentilla et in [4] Corollaria.

37. Cotidio ut falso, pro cotidie; Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia: *Cum ab isto viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari* [5]. Similiter et commodo dixerunt, ut Plautus in Frivolaria. Commode [6]; Titinius in Iurisperita:

Nunc adeo visam; rem magnam aiebat velle [7] *sese mecum loqui, et commode eccum exit* [8].

Id est, in tempore. Sisenna Milesiarum decimotertio: *Eamus ad ipsum; atque ipse commode* [9] *de parte superiore descendebat.*

38. Concorditer; Ennius Annalium libro primo:

Aeternum seritote diem concorditer ambo [10].

39. Ceterum [11]; Salustius historiarum quarto [12]: *Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum et auri esse, et ea re ab nobis ad societatem, ab illis ad praedam petieris* [13]. *Ceterum consilium est Tigranis, regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul a domo per nostra corpora bellum conficere.* Ubi Asper: Ceterum quo modo positum est, pro alioquin consilium est, an pro relicuum [14], ut sit nomen relicum, consilium est?

40. Communiter; G. Gracchus, ut lex [15] Papiria accipiatur: *Qui sapientem eum faciet, qui et vobis et Reip. et sibi communiter prospiciat, non qui pro syllahumanem trucidet* [16].

41. Cotidiano; Afranius in Vopisco:

Etenim cotidiano in rebus maximis
Qui propositis non nunc potest [17], *qui meo sit nixus nomine.*

Fronto quoque ad Marcum invicem IIII [18]: *Satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuas* [19].

42. Compecto [20]; Afranius in Emancipato:

Te facere compecto omnia.

Verbum enim [21] quaero an possit esse impersonale, quamvis primae [22] positionis ei status desit. Nemo enim etiam nunc dixit [23] compaciscor.

43. Dedita opera, declinari quidem, ut nomen, potest [24], sed tamen vim adverbii retinet. Naevius in Agitatoria:

Quasi dedita opera quae ego volo, ea tu non vis [25], *quae ego nolo, ea cupis.*

44. De compecto [26]; Plautus in Captivis:

Rem de compecto gero [27].

|| 45. Donicum pro donec, ita Livius, inquit [28], usurpat: [178]

Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum venisse [29].

1) *Sequuta est* Edd. *secuta est* Cod. De *Sisenna* cf. quae diximus supra ad pag. 175. P. 2) Numerus libri Salustiani in Cod. excidit, editiones quoque signum lacunae habent. Tum pro *fecit*, quod est editionum omnium, in Cod. est vel *fersit* vel *fessit* vel *fercit*, quod non satis dignosci potuit a Nieb. Fragmentis incertorum librorum adnumeravit Gerlach. pag. 244. De Statilio Maximo vide quae paullo ante diximus ad pag. 175. P. 3) Idem paullo ante enotatum Sisennae fragmentum cur hic repetatur, nescio. Ceterum etiam h. l. *sequuta est* Ed. pr. 4) *In* acc. e Cod. Cf. Bothii Fragmm. Scen. V, 2, pag. 13. 5) *Consilio hosteis* Fabr. P. *cansiliis hosteis* Ed. pr. *consiliis osteis* Cod. Vide supra ad pag. 174. P. 6) *Ut Plautus in Frivolaria, pro commode.* Sic falso interpunxerunt Fabr. P. *Ut Plautus in Trivolaria. Commode*, omisso recte *pro*, Ed. pr. Cod. 7) *Velle rem magnam aiebat* P. *Velle* om. Ed. pr. Fabr. *rem magnam aiebat velle* Cod. 8) *Commodo eccum exit* Fabr. P. *commodo et cum exit* Ed. pr. *commode eccum exit* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 64. 9) *Commodo* Fabr. P. *cammode* Cod. Ed. pr. Ceterum in Cod. *ipsum* scriptum esse videbatur Nieb. pro *ipsum.* Cf. Fragm. Hist. Lat. p. 66. ed. Cort. 10) Cf. Ennii Fragm. ed. Hessel. p. 33. ubi editur *Alternum*, nescio, qua auctoritate. 11) *Ceterum* scriptura e Cod. 12) *Libro quarto* P. V. *libro* om. Fabr. Ed. pr. Cod. 13) *Peteris* P. *petieris* Cod. Ed. pr. Fabr. Cf. Fragm. Hist. Salust. apud Gerlach. pag. 240. in epistola Mithridatis ad Arsacem. Legitur ibi: *ab nobis — peteris — ab domo.* 14) *Relicuum* scriptura e Cod. Statim vv. *ut sit nomen relicum* e Cod. accesserunt. 15) *C. Graccus uti lex* Fabr. P. *C. Gracchus ut lex* Ed. pr. *G. Gracchus ut lex* Cod. 16) *Sylla hominem trucidet* Edd. O. *syllahumanem* (corrupte) *trucidet* Cod. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragm. p. 116. ubi adnotatum vv. *pro Sylla* corrupta videri. Sed latius patet corruptio in Cod. Ceterum in Cod. pro *cum* videtur legi *cum* et pro *Reip.* est *Reipūr* (sic). 17) *Praepositus nunc potest* Fabr. P. *praepositis nunc potest* Ed. pr. *propositis non nunc potest* Cod. nisi quod ex compendio scripturae etiam *perpositis* legi possit, non vero *praepositis.* Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 196. qui scripsit: *Quis praepositus.* In vv. *non nunc* pariter vitium latet. 18) *Ad Marcum Imp. Mihi* Fabr. P. *ad Marcum Inuicem mi* Ed. pr. *ad Marcum invicem IIII.* Cod. recte. Nam citantur Frontonis et Marci epistolae alternae. Cf. Cornelii Frontonis Rell. p. 18. seqq. ed Nieb. ubi tamen duo tantum priores libri illarum epistolarum leguntur, et ne illae quidem integrae. Ceterum cf. Fragmm. Frontonis apud Maium p. 464. 19) *Cottidie* scriptura e Cod. tum *tribuas* Cod. *tribuis* Edd. O. 20) *Compacto* Edd. O. *compecto* Cod. Similiter paullo post. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 166. 21) *Etiam* Fabr. P. *enim* Cod. Ed. pr. 22) *Primae* accessit e Cod. 23) *Dicit* Edd. O. *dixit* Cod. 24) *Potest ut nomen* Edd. O. *ut nomen potest* Cod. 25) *Neuis* Fabr. P. ex emend. Fabr. *non vis* Cod. Ed. pr. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 10. 26) *De compacto* Edd. O. *de compecto* Cod. 27) *Rem de compacto geri* Fabr. P. *Spem de campacto gero* Ed. pr. Cod. nisi quod Cod. etiam h. l. *compecto.* Cf. Plaut. Capt. III, 1, 14. ubi *Rem de compacto geri* legitur. 28) *Inquit* om. Fabr. P. addunt Cod. Ed. pr. At quis? Fortasse *Comminianus.* Vide supra p. 160. P. Ceterum ad haec omnia de Adverbio disputata non sine fructu comparabis scriptionem meam scholasticam: *Inedita Latina*, part. I, totam. 29) Livii Andronici est locus ex Odysseae

Plautus quoque:

Inimicus esto, donicum ego revenero[1].

Sed et Cato: *Tu otiosus ambulas, quia apud regem fuisti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem*[2].

46. Duriter; Terentius in Adelphis:

Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Sese habere[3];

ubi Acron: Secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice[4]:

Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.

47. Doctus, lautus, docte, laute facit: cur bonus et malus non item[5] producunt in adverbio e literam? Aiunt quidam, quoniam et in comparatione dissimiles sunt; doctus enim et lautus doctior, lautior[6] facit, malus ac bonus non item.

48. Defricate; Naevius in Tarentilla:

Facete et defricate[7].

49. Decolorem pro sine colore; Cicero Tusculanarum secundo, cum Herculem daret ingemiscentem[8]:

Iam decolorem sanguinem omnem exorbuit.

50. Dapsiliter; Naevius in Corollaria:

Ultro meretur, quamobrem ametur, ita dapsiliter suos
amicos alit[9].

51. Dis pro valde; Plautus in Bacchidibus:

Nam illa[10] *memorare, quae illum facere vidi, dispudet.*

Terentius in Phormione:

Cum hoc pol distaedet loqui[11].

52. Efflictim; Naevius in Corollaria:

Nolo ego hunc adeo efflictim amare; diu vivat volo,
Ut mihi prodesse possit[12];

ubi Probus: Usque donicum effligatur[13].

53. Me dio[14] fidio, per Iovem, aut fidem filiumve Iovis Herculem, quae iuratio propria virorum est, ut feminarum, Edepol[15], Ecastor[16], Eiuno. Denique Titinius[17] in Setina molliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis vellet[18],

An, inquit, *quia pol edepol fabulare, edi medi*[19].

Edi; Titinius in Barrato[20]:

Id necesse respondet edi;

pro edius fidius[21].

54. Examussim; Plautus in Amphitryone:

Examussim[22] *est optima;*

ubi Sisenna: Pro examinato, inquit; amussis[23] autem[24] est tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus surgat.

55. Eruditius; Cicero de senectute[25]: *Qui si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris.*

56. Effrenate; Cicero de senectute: *Avidae libidines*[26] *temere et effrenate ad potiundum*[27] *incitarentur.*

|| 57. Emendate; Cicero de optimo genere Oratorum[28]: [179]
Nam quoniam eloquentia constat ex verbis et ex sententiis, perficiendum est, ut pure et emendate loquentes, quod est Latine, verborum praeterea et propriorum et tralatorum elegantiam persequamur.

libro sexto, qui respondet Graecae Odysseae eiusdem libri vv. 295. seqq.

Ἔνθα καθεζόμενος μεῖναι χρόνον, εἰςόκεν ἡμεῖς
Ἄστυδε ἔλθωμεν καὶ ἱκώμεθα δώματα πατρὸς
Αὐτὰρ ἐπὴν ἡμέας ἔλπῃ ποτὶ δώματ' ἀφῖχθαι κ. τ. λ.

Fragmentum hoc addendum est Livianae Odysseae fragmentis apud Hermannum in Elem. doctr. metr. p. 623. *Vehementem* Cod. pro *vehentem.* 1) Annumeratur hic Plauti versus Fragmentis poetae, quae ex amissis citantur, amisso etiam comoediae nomine. Cf. Plauti Ed. Gronov. II., p. 485. Lips. Pro *inimicus* Both. coni.. *Inibi iutus.* 2) Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 89. qui ex oratione contra Thermum desumptum et regem Ptolemaeum minorem intelligi existimat. 3) Terent. Ad. I, 1, 20. ubi se pro *sese* editur. 4) *Poenice* Cod. Cf. Ennii Fragm. ed. Hessel. pag. 277. et Both. in Poet. Scen. V, 1, p. 58. 5) *Itidem* P. *item* Cod. Ed. pr. Fabr. 6) *Doctior et lautior* Edd. O. *et* om. Cod. 7) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 19. 8) Verba: *Cum Herculem daret ingemiscentem* in Edd. O. male sic scripta sunt, quasi Ciceronis essent. Cf. Cic. Tusc. dispp. II, 8. Ceterum pro *daret* sine dubio scribendum *diceret*, et pro *ingemiscentem* in Cod. est *ingemescentem.* 9) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 13. *Quam orbem* Ed. pr. 10) *Alia* Fabr. P. *illa* Cod. Ed. pr. *Alia* etiam apud Plautum, et recte quidem, editur. Bacch. III, 3, 77. 11) *Cum hac pol distaedet* Fabr. P. *cum ha* (sic) *pol distaedet* Ed. pr. *cum h' po disistaedet* (sic) Cod. corrupte. Cf. Terent. Phorm. V, 9, 22. ubi legitur: *Nam me cum isto distaedet loqui.* 12) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 13. 13) *Exfligatur* Edd. O. *effligatur* Cod. *Valerius Probus* aliquoties citatur a Charisio, veluti supra pag. 94. P. editionis huius p. 67. et infra p. 189. P. Eundem saepe citant Diomedes et Priscianus. De quo alibi explicatius dicam. 14) Hic articulus ab Editoribus infra p. 183. post articulum *Large* positus, secundum Cod. auctoritatem huc retrahendus erat. 15) *Aedepol* Edd. O. *Edepol* Cod. 16) *Ecastore* Cod. *Ecastor* Edd. 17) *Titinius* Cod. Ed. pr. *Titinnius* Fabr. P. Atque ita infra. 18) Verba: *Molliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis vellet*, in P. sic expressa sunt, tamquam verba essent Titinii. Pro *effeminate* in Cod. est *femina*, quod fortasse *feminate* fuit. Sic Cic. Tusc. dispp. II, 9. legitur *feminata virtus.* Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 69. 19) *Edi*, *medi* Edd. O. *edime diemini* (sic) Cod. Bothius scripsit: *An quia pol „Edepol" fabulare? Dic „Medi."* Ceterum cf. de voc. *edi medi* scriptionem meam *Inedita Latina* p. 15. 20) *Barathro* Fabr. P. *Baratro* Ed. pr. *Baratto* Cod. *Barbato* volebat Both. Poet. Scen. V, 2, p. 58. Locus Titinii sic scribitur in Cod.: *Id necesses R edi* (sic). Bothius scribendum censuit: *Id necesse est. Respondent edi.* 21) Vv. *pro edius fidius* apud P. sic scripta sunt, tamquam sint verba *Titinii.* De toto hoc Charisii loco cf. quae dixi in scriptione mea *Inedita Latina* inscripta p. 15. seqq. 22) *Examusim* h. l. Cod. Pl. Amphitr. II, 2, 213. 23) *Amusis* Cod. 24) *Enim* Edd. O. *autem* Cod. 25) Cic. De Sen. I, fin. 26) *Quorum avidae libidines* Fabr. P. *avidae libidines*, om. *quorum*, Ed. pr. *avide alibines* (sic) Cod. Apud Cic. Sen. 12. legitur: *cuius voluptatis avidae libidines* cett. 27) *Ab rotiendum* (corrupte) Cod. 28) Cic. de opt. gen. or. c. 2. init. ubi *translatorum* editur.

58. Elate; Cicero de optimo genere Oratorum[1]: *Ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere et elate; Lysias fortasse non possit.* Idem in Bruto: *Nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius*[2]; ut etiam Flavius Caper refert.

59. Ferme, ut apud Terentium lectum ferunt:

Ferme in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrysis vicina haec moritur[3].

At qui detracta *m* litera legerunt, fere, producere solent, quae diversitas vix distingui potest. Si quis tamen illam non utilem[4] tueri velit, regulam facile defendet adverbiorum, quaedam suae positionis esse, ut heri, nuper: alia ex aliis, ut doctus, docte, bonus, bone.

60. Furax furaciter facere debet, fur furtim, furtivus[5] furtive, furans furanter, facilis, facile; sed contra similis similiter, docilis dociliter, agilis agiliter, fortis fortiter.

61. Falso; Naevius in Acontizomeno[6]:

Huius autem gnatus dicitur geminum alterum
Falso occidisse.

Si subauditur iudicio, nomen est. Salustius tamen adverbialiter dixit: *Falso queritur de natura sua genus humanum*[7]. Sed et Cicero[8] ad Atticum: *Tu convivis tuis arcano legis*[9]. O litera cum est in novissima parte vocis, ut supra diximus, modo vincit, modo vincitur, modo alternat, modo par est[10]. M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Ei rei da operam*[11], *ut mihi falso maledicatur.* False; Sisenna libro quarto[12]: *Iudicium false factum.*

62. Fabre; Plautus in Caeco aut in praedonibus[13]:

Nihil quicquam factum nisi fabre,
Nec quicquam positum sine luco, auro, ebore, argento, purpura,
Picturis, spoliis, tum statuis.

63. Firme ab eo, quod est firmus, ut docte, laute. Firmiter ab eo, quod est firmis, ut agiliter, dociliter.

|| 64. Festivissime. [180]

Diem hunc decorare festum festivissime[14].

Nam et nomina interdum accidunt, quae nec absolutum nec comparativum, sed tantum superlativum ferant.

65. Gratiis; Plautus in Bacchidibus:

Sin lenocinium forte collibitum est tibi,
Videas mercedis quid tibi est aecum[15] *dari,*
Ne istac aetate me[16] *sectere gratiis*[17].

66. Heri; Terentius in Phormione. Et[18] Cicero quoque Tusculanarum lib. II: *Et heri feci.* Quidam here putant dici debere quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato:

Quod heri valetudo, inquit, *obstitit*[19].

67. Hilariter ab eo, quod est hilaris, hilare autem ab hilarus, ut Helenius Acron in Terenti[20] Adelphis, ubi Terentius:

Hilarem hunc sumamus, inquit, *diem*[21].

Sed et Afranius in Sororibus:

Nunc se[22] *obsequentem, atque hilarem dixi*[23] *praebeat*[24].

68. Hesterno; Sisenna Milesiarum XIII: *Te istuc hesterno quoque haesisse oportuerat Arista*[25].

69. Hispane; Ennius Annalium libro:

Hispane non Romane memoretis loqui me[26].

70. Isto vilius. Rex qui vocabat ad caenam[27], si sibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert: *isto vilius hominis erit caena*[28].

1) Cic. ibid. c. 4. ubi editur: *summisse dicere: elate Lysias.* Sed Cod. et Ed. pr. *summisse dicere et elate, Lysias,* nisi quod in Cod. est *Lusias.* Cum Cic. edit. consentiunt Fabr. P. 2) Cic. Brut. c. 9. *Nihil oratum* Cod. Ed. pr. *Nihil tam ornatum* Fabr. P. *aut — aut* Edd. O. *vel — vel* Cod. et Editt. apud Cic. *Tam* ne apud Cic. quidem legitur. 3) Terent. Andr. I, 1, 77. ubi editur *Fere.* 4) *Non inutilem* Fabr. P. *non utilem* Cod. Ed. pr. 5) *Furtivum* Cod. 6) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 10. Pro *alterum* in Cod. est *altrūm* (sic). 7) Salust. Iug. init. 8) *Sed Cicero* Edd. O. *Sed et Cic.* Cod. 9) Cf. Charis. supra p. 173. P. Cic. ad Att. XVI, 3. 10) Cf. Charis. supra p. 174. P. 11) *Dant operam* Fabr. P. *da operam* Ed. pr. *dam̄* (sic) Cod. Cf. Meyer. Fragm. Orat. Romm. p. 77. 12) *Libro q.* (sic) Cod. Cf. Fragm. Histor. Rom. p. 64. ed. Corte, ubi ad historias relatum. 13) Cf. Both. Fragmm. Plaut. p. 436. ubi pro *luco*, quod etiam in Cod. est, legit *luxu*, quod verum videtur. Idem Both. duos tetrametros troch. esse existimat, transpositis vv. *picturis*, *purpura.* 14) *Festissime* bis P. *Festivissime*, utrobique, Edd. Fabr. pr. Cod. Senarius est, nescio unde desumptus. In P. non scriptus est, tamquam exemplum ex poeta petitum. Cf. quae dixi in scriptione schol. sic inscripta: *Inedita Latina*, part. I, pag. 18. 15) *Aecum* Cod. Ed. pr. *aequum* Fabr. P. 16) *Istac aetate me* Cod. *istanc aetatem* Ed. pr. Fabr. *ista aetate me* P. 17) *Gratis* Edd. O. *gratiis* Cod. Locus annumeratur his, qui ex Commoediis, quae hodie exstant, citantur, sed in hodiernis exemplis non apparent. Cf. Fragmm. Plaut. p. 429. ed. Both. 18) *Et* accessit e Cod. Terent. Phorm. I, 1, 2. Cic. Tusc. II, 2, 5. *Ut enim heri feci.* 19) Cf. Poet. Scen. V, 2, 166. Pro *obstitit* in Cod. est *obstetit* (with *i* written above) (sic). 20) *Terentii* Edd. O. *Terenti* Cod. 21) Terent. Ad. II, 4, 23. Ibi recte editur *hilare*, quod ipsum Charisius quoque voluisse videtur. Cf. Bentleius ad hunc Terentii locum. 22) *Te* Fabr. P. *se* Cod. Ed. pr. 23) *Hilarem, ut dixi* Fabr. P. *hilarem dixi* Cod. Ed. pr. *hilaram* legendum esse, recte censet Bentl. ad l. c. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 190. 24) *Praebeas* Edd. O. Cod. sed si supra recte *se* legitur, h. l. *praebeat* legendum. 25) In Cod. pro *quoque* est *q.* (sic) et pro *haesisse* legitur *hesisse.* Deinde *Aristaee* P. *aristae* Cod. Ed. pr. Fabr. Cf. Fragm. Histor. p. 66. ed. Cort. 26) Cf. Ennii Fragm. ed. Hessel. p. 120. 27) *Coenam* Edd. O. *caenam* Cod. 28) *Coena* Edd. O. *caena* Cod. Paullo ante in Ed. pr. *non posset id est non respondet non, ut Tr.* quae Fabr. sic correxit et edidit: *id est non responderet ut Tr.* Sed recte Cod. et

71. Ilicet; Maro undecimo[1], ubi Celsus: Nunc pro ilico[2], id est statim: antiqui pro eas licet. Ilicet pro nunc; Afranius in Materteris, cum is Balbum supra modum disserere conantem laudaret:

An tu eloquens ilicet[3];

id est subito, aut extemplo.

72. Interea loci; Terentius in Eunucho:

Interea loci[4];

ubi Acron: Quaeritur, inquit, quo accentu dici debeat interea loci.

73. Intus[5]; Plautus in Menaechmis:

Evocate intus mihi cocum Cylindrum actutum foras[6].

Praepositiones etenim adverbiis denegantur. Idem in Bacchidibus:

Ego tibi argentum iubebo iam intus ecferri foras[7].

In Amphitryone non minus[8].

74. In mundo pro palam et in expedito, ac cito; Plautus in *:

181] *Quia sciebam*, inquit, *pistrinum in mundo fore*[9].

Caecilius quoque ut Annaeus Cornutus[10] libro tab. castarum patris sui:

Profecto qui nobis in mundo futurum lectum.

Item:

Idem namque malum in mundo is ire.

Ennius:

Tibi vita seu mors in mundo est[11].

75. Ilico[12] pro in loco; Plautus in Bacchidibus:

Ulixem[13] *audivi fuisse aerumnosissimum,*
Qui annis viginti errans a patria afuit:
Verum hic adulescens multo Ulixem anteit,
Qui ilico errat intra muros civicos.

Idem:

Insta ilico[14].

76. Ibidem; Plautus in Bacchidibus:

Ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam[15].

77. Immane pro immaniter. Maro septimo:

Spirans immane[16],

et:

Immane sonat per saxa[17].

78. *Ilicet obruimur numero*[18], ubi Martius Salutaris interiectionem[19] ait esse graviter ingemiscentis. Nam et Terentius[20] in Eunucho:

Infecta pace, inquit, *ultro ad eam venies*[21], *indicans*
Te amare, ferre non posse, actum est, ilicet
Peristi.

Nam et hic non est in loco, aut statim, continuo[22], sed pro eo, quod est *hem*, ut sit: hem peristi.

79. Iniuriose; G. Gracchus[23], uti lex Papiria accipiatur: *Ne quaquam iniuriose nobis contumeliam imponi sinatis.*

80. Imperabiliter[24]; Cato Senex, ubi Maximus pro nimis imperiose, dure[25].

81. Inimiciter; Tubero historiarum quarto: *Inimiciter irascendum non est*[26].

82. Inridenter; Laberius in Tusca[27]:

Inridenter petit.

P. *non posset, respondit, ut Tr.* Cf. Fragmm. Suetonii incerta in Ed. Baumgarten — Crusii tom. II, p. 419. 1) His subiungunt Fabr. P. versum Virgilii Aen. XI, 468. *Ilicet in muros tota discurritur urbe*, quem ignorant Cod. et Ed. pr. 2) *Illico* Fabr. P. *ilico* Cod. Ed. pr. 3) Verba: *Cum is Balbum supra modum disserere conantem laudaret* sic in Edd. O. exhibita sunt, tamquam essent poetae, quod falsum esse, iam Bothius vidit Poet. Scen. V, 2, pag. 179. Idem Both. in his legendum censet *quis* pro *is.* 4) Terent. Eun. I, 2, 46. 5) *Intus, foras* Fabr. P. *foras* om. Cod. Ed. pr. 6) Plaut. Menaechm. I, 3, 35. ubi verba hoc ordine leguntur: *Evocate intus Cylindrum mihi coquum actutum foras.* In Cod. scribitur: *Cilyndrum.* 7) *Tum intus etcaeteri* Ed. pr. *tam intus ecceteri* Cod. *iam intus ecferri* Fabr. P. Locus est Plaut. Bacch. I, 1, 62. ubi editur *iubeo.* 8) *In Amphitryone non minus.* Ita Cod. et Ed. pr. Sed Fabr. P. ex Fabricii emendatione: *In Amphitryone: Tu Thessala intus pateram proferto foras*, quem locum Fabr. desumpsit ex Amphitr. II, 2, 138. 9) *Plautus, Quia sciebam* Fabr. P. *Plautus in quia sciebam* Cod. *Plautus in* (sequitur hiatus) *Quia sciebam* Ed. pr. Nomen fabulae excidit, quamvis post v. *in* Cod. nullam habet lacunam. De formula *in mundo esse* cf. Pareus. in Lex. Pl. sub. v., Rostius in Cuped. Plaut. fere. et Weisius ad Plaut. Asin. II, 1, 16. et in Indice sub v. *Mundus.* Locus Plauti est in Pseud. I, 5, 84. 85. Ceterum *in pistrinum in* Cod. Ed. pr. 10) *Ut Annaeus Cornutus libro tub.* Edd. O. *ut tannaeus Cornutus libro tab.* Cod. Sigla *tab* . fortasse legenda: *fabularum.* Totus autem locus sic legendus videtur: *Caecilius quoque, ut Annaeus Cornutus libro fabularum castarum patris sui: Profecto qui nobis in mundo futurum lectum. Item. Idem num qui malum in mundo sciret.* Verba *castarum patris sui* in Edd. O. ita sunt scripta, tamquam Caecilii sint vel Cornuti. Scripserat igitur Annaeus Cornutus *librum Fabularum castarum patris sui*, qui liber quid rei fuerit, dicere non habeo. 11) *Ennius, seu tibi vita* P. *Ennius: Tibi vita* Cod. Edd. pr. Fabr. Cf. Hessel. Fragm. Ennii p. 288. ubi verba haec ad Ennii Alcestim ex Euripidea redditam referuntur. 12) *Illico* Fabr. P. *ilico* Ed. pr. Cod. atque ita paullo post. 13) *Ulyssem* Edd. O. *Ulixem* Cod. atque ita infra. Locus ex iis est, qui hodie in Bacchidibus non reperiuntur. 14) Plaut. Bacch. II, 3, 69. ubi *tristes illico.* 15) Plaut. Bacch. I, 2, 26. 16) Virg. Aen. VII, 510. 17) Virg. Georg. III, 239. 18) Virg. Aen. II, 424. 19) *Iniectionem* Cod. *interiectionem* Edd. O. *ait* accessit e Cod. 20) *Terentium* Cod. Edd. O. Scripsi *Terentius.* Locus est Eun. I, 1, 9. 21) *Veniens* Cod. Ed. pr. *venies* Fabr. P. Tum apud Terent. editur *et ferre non posse.* 22) *Statim et continuo* Fabr. P. *statim, continuo* Cod. Ed. pr. 23) *G. Gracchus* Cod. *C. Graccus* Edd. O. Cf. Meyer. Fragm. Orat. Rom. pag. 117. *Nequam* Fabr. P. *nequaquam* Cod. Ed. pr. 24) *Imperiabiliter* P. *Imperabiliter* Cod. Edd. pr. Fabr. 25) *Et dure* Fabr. P. 26) Cf. Fragm. Histor. Rom. pag. 42. ed. Cort. 27) *Thusca* Fabr. P. *Tusca* Cod. Ed. pr. Cf. Fragmm. Poet. Scen. Both. V, 2, 216.

83. Inauratae pro non auratae; Titinnius in Barrato[1]:
Inauratae atque inlautae mulieris.

84. Inopinans rectius dicitur quam necopinans[2].

85. Integriter vitiose putant dici, sed integre, ut impigre.

86. Industriosissime; M. Cato Originum secundo: *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui*[3].

87. Industrie; M. Cato dierum dictarum de Consulatu [182] suo: *Egoq̄*[4] *iampridem cognovi* || *atque intellexi, atque arbitror Remp. curare industrie, summum periculum esse.*

88. Impariter; Horatius Epistolarum[5]:
Versibus impariter iunctis;
ubi Q. Terentius[6] Sc[aurus in com]mentariis in artem poeticam lib. X: Adverbium, inquit, figuravit.

89. Invito, ut falso; Plautus in Caeco aut in praedonibus:
Neque eam invito a me umquam abduces[7].
Quod idcirco putavi tractandum, quod numero plurali, adverbialiter invitis video dictum, et apud eos forsitan cum continua voce laetentur.

90. Inlecebrosius; Plautus in Bacchidibus[8]:
Isthoc inlecebrosius fieri non potest.

91. Impendio; Afranius in Vopisco:
Quo casu cecidit spes reducendi domum,
Quam cupio, cuius ego indies impendio
Ex desiderio magis magisque maceror[9].

92. Ignave; M. Tullius Tusculanarum II: *Providendum est, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus*[10].

93. Indecorabiliter; Accius in Bacchis:
Indecorabiliter alienos alunt[11].

94. Localibus adverbiis praepositiones hae serviunt: a, ad, ex, in; ut a foro, ad forum, ex arce, in arcem. Duplices casus: sub, super et subter, ut tamen super et subter adverbiales sint.

95. Localibus adverbiis gratia dictionis inest multa, si quis eam cautius diligens[12] producat in medium.

96. Longe pro praecipue, maxime, ut:
Tyberinaque longe Ostia[13].
Longe pro longitudine[14]; Lucillius Satur. tertio:
Longe tria mil. passuum[15].
Coelius[16] historiarum primo: *Duodecies centena mil.*[17] *passuum longe.*

97. Lautus, laute, pius, pie, cur et malus et bonus non producuntur velut[18] male, bene? Quia in comparatione dissimiles sunt, facit enim lautus lautior, lautissime, malus autem nequior, bonus melior.

98. Luci; Plautus in Amphitryone[19]:
Hoc luci;
ubi Sisenna: Quaecunque nomina *e* litera ablativo singulari terminantur, *i* litera finita adverbia fiunt, ut mani.

99. Libere; Cicero pro Sexto Ros.: *Ego etsi*[20] *omnia, quae dicenda sunt, libere dixero.*

|| 100. Lilybaeo; Coelius[21] historiarum I: *Sempronius* [183 *Lilybaeo celocem in Africam mittit, visere locum, ubi exercitum exponat.* Praepositiones etenim civitatibus denegantur, gentibus serviunt.

101. Lente; Afranius in Consobrinis[22]:
Non sum apud me. R. em[23] *lentus lenteque te rogabo.*

1) *Barathro* Fabr. P. *Baratro* Ed. pr. *barrato* Cod. Superius *Inauratae pro non auratae* exhibent Cod. et P. Sed in Edd. pr. et Fabr. *Inaurate pro non aurate.* Mirum est, Grammaticum illum locum huc retulisse et inter adverbiorum exempla posuisse. Ceterum in Ed. pr. legitur *Titinius*, una *n* litera. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, 59. 2) Hic quoque locus non huc pertinere videtur, cum exemplum non sit adverbii. Ceterum *necopinans* Terentii, Ciceronis, Phaedri auctoritate nititur. 3) Cf. Fragm. Histor. Vett. pag. 10. ed. Cort. 4) *Egoque* Fabr. P. *Ego quae* Ed. pr. *Ego q̄* Cod. quod scripturae compendium significare potest ***que, quae, qui, quam***, quorum quid sit verum propter brevitatem enunciati intelligi non potest. Cf. Index siglarum quae in Gaii Cod. rep. pag. 123. seqq. in Ed. Gaii Berol. 1820. et Putsch. Gramm. p. 1679. Cf. Fragmm. Orat. Romm. p. 74. 5) In Cod. legitur mire *persius epistolarum.* At Edd. O. *Horat. Ep.* Locus est Horat. Art. P. 75. 6) *Ubi Terentius* Fabr. P. *ubique Ter.* Ed. pr. *ubi Q. Terentius* Cod. *Q. Terentius Scaurus* idem fortasse, quem supra citavit Charisius p. 107. et 110. P. (p. 76. 78. ed. huius). De eodem cf. A. Gellium XI, 15, 3. et quae ibi adnotavit Gronovius. 7) Cf. Plauti Fragm. tom. II, p. 478. ed. Gronov. Lips. et Both. Poet. Scen. II, p. 436. Scriptura *umquam* e Cod. 8) Plaut. Bacchid. I, 1, 54. *Nihil isthoc inlecebrosius fieri potest* Fabr. P. *Istoc inlecebrosius fieri potest* Ed. pr. *Isthoc inlecebrosius fieri non potest* Cod. Apud Plautum editur: *Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.* 9) Cf. Fragm. Poet. Scen. ed. Both. V, 2, 196. Pro *impendio* in Cod. scribitur *impedio.* 10) Cic. Tuscul. II, 23. 11) Cf. Poet. Scen. Lat. ed. Both. V, 1, p. 190. 12) *Deligens* Fabr. P. *diligens* Cod. Ed. pr. 13) Virg. Aen. I, 13. seqq. 14) *Ostia. pro longitudine* Edd. O. *Ostia. Longe pro longitudine* Cod. 15) *Lucillius Satyrarum tertio, Longo tria millia passuum* Edd. O. nisi quod Ed. pr. *Lucilius* una *l* litera. *Lucillius Satur. tertia Longe tria mil. passuum* Cod. Cf. Lucilii Reliq. ed. Douza et Haverc. pag. 275. 16) *Caelius* Edd. O. *Coelius* Cod. 17) *Duodecies centena millia* Fabr. P. *Duodecies C mil.* Ed. pr. *Duodecies centena mil.* (sic) Cod. Cf. Fragm. Histor. Vett. p. 39. ed. Cort. 18) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 19) *Amfitryone* Cod. Locus est Plaut. Amphitr. I, 1, 11 (14). *Nonne idem hoc luci me mittere potuit.* Cf. quae a me ad Plauti hunc locum sunt adnotata. 20) *Ego etiamsi omnia* Fabr. P. *Ego omnia* Ed. pr. *Ego etsi omnia* Cod. Cf. Cic. pro Roscio Am. c. I. ubi editur: *Ego etiam si omnia*, sed Palimpsestus Nieb. exhibet: *Ego autem si omnia.* 21) *Caelius* Edd. O. *Coelius* Cod. Cf. Fragm. Hist. Vett. pag. 39. ed. Cort. 22) *Consubrinis* Cod. Ed. pr. 23) *Apud me, hem* Fabr. P. *apud me em* Ed. pr. In Cod. est *apud me R em*, quae sigla significare solet *res, responde, respondet, responsum* et similia. Fortasse scripserat Afranius: *Non sum apud me? Responde, em, lentus lenteque te rogabo.* Cf.

Idem in Emancipato:

Quam lente tractat me atque inludit[1].

102. Longum clamet; Horatius epistolarum:

Licet „succurrite“ longum
Clamet[2],

ut Maro quoque:

Et longum formose vale, vale, inquit, Iolla[3].

103. Longe optimum esse; Cicero Tusculanarum secundo: *Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se a virtute profectum, aut in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile*[4].

104. Longiter; Lucretius tertio:

Non, ut opinor, id a leto iam longiter errat[5].

105. Lasciviter; Laevius[6] Ἐρωτοπαιγνίων sexto:

Lasciviter ludunt[7].

106. Lepide; Plautus in Bacchidibus[8]:

Quid si hoc potis est, ut tu taceas[9], *ego loquar. Lepide*; pro recte[10].

107. Large; Iulius Modestus[11] ait qualitatis hoc esse. Largiter idem Modestus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure:

Largiter, inquit, *lucri feci*[12].

108. Mature duo significat, et cito et tarde; Plautus in Curculione[13]:

Qui homo mature quaesivit pecuniam,
Nisi eam[14] *mature parsit, mature esurit.*

Est enim sensus, qui homo vix et aegre[15] quaesiit pecuniam.

109. Munde; Titinnius in Setina:

Verrite aedis[16], *spargite munde, facite in suo quaeque loco ut sita sint.*

|| 110. Mox; Maro Georg. I. [184]

Tuque adeo quem mox quae sint habitura deorum
Concilia, incertum est[17];

ubi Gnifo, pro cito significare ait. Alii, paullo post, ut Terentius:

Nam aut mox revertere[18].

Aliud est:

Mox Italus Mnestheus[19].

111. Meditate; Plautus in Bacchidibus:

Edepol ne[20] *tu illorum mores perquam meditate tenes.*

In quibusdam non ferunt[21].

112. Mordicus; Afranius in Consobrinis[22]:

Vaha retinet homo linguam mordicus.

Naevius in Corollaria:

Utinam nasum abstulisset mordicus[23].

113. Maturissime; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Item uti ab Thermopylis*[24] *atque ex Asia maximos tumultus maturissime disieci atque consedavi.*

114. Mutuo, ut Varro de sermone Latino libro quinto loquitur, in cognitione[25] est; mutue vero ut docti[26] sic putant, necnon et illi, qui de differentiis scribunt[27].

115. Maturrime[28]; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Laudant me maximis laudibus, tantum navium, tantum*[29] *exercitum, tantum commeatum*[30] *non opinatum esse quemquam hominem maturrime*[31] *comparare potuisse.* Idem: *Tam maturrime*[32] *comparavisse.* Salustius Hist. I: I, 25.

Both. Fragm. Poet. Scen. V, 2, p. 163. 1) Cf. Fragm. Scen. Poet. V, 2, p. 166. ed. Both. 2) Horat. Art. P. 459. seqq. 3) Virg. Eclog. III, 79. Huic loco subiungunt Edd. O. versum Aen. VII, 399. *Et: Torvumque repente Clamat*, quae nescit Cod. quapropter delevi. 4) Cic. Tusc. II, 20. 5) Lucret. III, 677. (676.) ubi editur *ab leto*. 6) *Livius* Edd. O. *Laevius* Cod. *Erotopaegnia*, quae saepe a Grammaticis citantur, non a *Livio*, sed a *Laevio* scripta, dudum consentiunt viri docti. Cf. Priscian. I, p. 464. I, p. 506. ed. Kr. 7) *Lasciuiterque ludunt* P. *lasciviterque dum dant* Fabr. Ed. pr. *lasciviter ludunt* Cod. 8) Plaut. Bacch. I, I, 1. ubi legitur: *Quid si hoc potis est, ut taceas, ego loquor. Lepide: licet.* 9) *Ut tu taceas* P. *ut tuta, cras* Ed. pr. *ut tute cras* Fabr. *ut tu tacras* Cod. 10) *Lepide. licet* P. *tute pro recte* Ed. pr. *tute pro tecte* Fabr. *Lepide pro recte* Cod. Verum hoc. Vult enim Gramm. *lepide* responsionem esse eiusdem modi, quae vulgo *recte* dicatur. 11) Iulium Modestum supra iam citavit Gramm. p. 100. P. p. 71. huius edit. Cf. interpr. ad A. Gellium III, 9. 12) *Lucri feci* Edd. O. *lati feci* Cod. male. Cf. Both. Poet. Scen. Lat. V, 2, pag. 208. 13) *Corculione* Cod. 14) *Causa* Edd. O. *eam* Cod. ut est apud Plautum. Cf. Curcul. III, 10, 11. 15) *Vixit aegre* Cod. Ed. pr. *vix et aegre* Fabr. P. 16) *Aedeis* Fabr. P. *aedis* Cod. Ed. pr. Tum *suo quaeque loco* recte Edd. O. *suo quisque loco* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. Lat. V, 2, p. 69. qui rescripsit: *facite in suo sita quoeque loco ut sint*, trochaicum tetr. iudicans. 17) Virg. Georg. I, 25. 18) Terent. Eun. II, 1, 13. ubi editur: *Nam aut iam revertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia.* 19) Virg. Aen. V, 117. 20) *Aedepol nae* Fabr. P. *Aedepol ne* Ed. pr. *Edepol ne* Cod. Locus est Plaut. Bacch. III, 6, 16. 21) Verba: *in quibusdam non ferunt* non habent, quo referantur. Videtur aliquid ante haec excidisse. E Codice nihil auxilii exspectari posse, adnotavit Nieb. 22) *Consubrinis*, ut supra, Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 163. 23) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 13. 24) *Ab Thermopylis* scripsi e Cod., ubi est *ab Thermopolicis*. *A Thermopylis* Edd. O. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 74. 25) *In cognitione est* Edd. O. Sed Cod. scripturae compendium habet: *in cognōē est*, quod *cognatione, cogitatione, cognomine*. alia significat, quorum nihil huc pertinere videtur. 26) *Ut docte* Ed. pr. *ut docti* Cod. Fabr. P. Hic quoque quaedam excidisse videntur. In illis, quae hodie restant Varronis, nihil huiusmodi legitur, nisi huc trahas De L. L. V, 36, p. 178. ed. Sp. *Si datum, quod reddatur, mutuum, quod Siculi μοῖτον* cett. quae tamen ab hoc loco sunt aliena. 27) In differentiarum libris, qui exstant, nihil tale legitur. 28) *Maturome* Cod. *maturrime* Edd. O. Scribendum *Maturrume*. 29) *Tantum* accessit e Cod. 30) *Commeatum* Edd. O. recte. — *meatum* Cod. hausta prima syllaba a sup. voc. 31) Hoc loco *maturrime* in Cod. et Ed. pr. desideratur. 32) *Maturome* Cod., *maturrime* Edd. O. Lege *maturrume*. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 74.

Uti Lepidus et Catulus decretis[1] *exercitibus maturrime proficiscerentur.*

116. Memoriter; Afranius in Vopisco:

Memini memoriter[2].

Cicero in Laelio aut de Amicitia: *Q. Mucius augur multa narrare de G Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat*[3].

117. Male pro valde; Fronto ad Antoninum invicem[4], libro II: *Male me, Marce, praeteritae vitae meae paenitet*[5]. Ceterum [ineptum[6]] est, male paenitet.

118. Multo; Cicero pro Sexto Roscio: *Multo plura dixisse putaretur*[7].

119. [Misere, male,] vel ut sit miseratione[8] dignum; Terentius in Eunucho:

Quam oculos terendo misere[9].

120. Mauricatim; Laberius in Caeculis:

[*Non intellexi*] *te mauricatim scire*[10].

121. Malitiose; Cato Senex: *Malitiose istorum iurator . . . . uertoue*[11].

[185] 122. Modice; Tullius de Senectute: *Etsi te* || *quidem id modice ac sapienter, sicut omnia et ferre et laturum esse certe scio*[12]. Plautus in[13] [Bacchid.:]

Ingenium in animo utibile et modicum est.

Idem in Persa:

Modice et modeste est [*melius vitam ducere*[14].]

123. Muliebriter; Cicero Tusculanarum II: *Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedecoret*[15].

124. Minime pro non; Cicero Tusculanarum primo: *Venit Epicurus, homo minime malus, aut potius vir optimus; tantum monet, quantum intellegit*[16].

125. Naviter; Terentius in Eunucho:

Neque portendes naviter[17].

Lucretius quoque de rebus naturalibus tertio[18]; et Sisenna Milesiarum XIII: *Quid nunc ostium*[19] *scalpis, quid tergiversaris, nec bene naviter is?* pro recta via.

126. Nauci[20] pro nihili te duco. Est autem fabae granum, cum se aperit.

127. Nullus et[21] adverbium est et nomen, nemo autem nomen. Adverbium hoc exemplo dabis. Terentius:

Nullus, inquit, *dixeris*[22],

pro non.

128. Nimie melius dici quam nimis; venit enim ab eo, quod est nimius, ut doctus, pictus.

129. Nimium; Afranius in Emancipato:

Cur nimium adpetimus[23]. ***R.*** *nemini nimium bene est.*

Nimium quantum; Terentius in Phormione, ubi Celsus: Pro nimium, uti immane quantum, incredibile quantum.

1) *Decctis* Cod. *decretis* Edd. O. Cf. Gerlach. Ed. Sal. p. 223. qui scripsit *maturrume*, pro quo h. l. Cod. *maturrime* sine varietate exhibet. 2) Cf. supra pag. 89. P. pag. 65. huius edit. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 196. 3) Cf. supra p. 89. P. p. 65. huius edit. Ceterum *Mucius* et ***G.*** scripsi e Cod. Praeterea pro *Q. Mucius* in Cod. ***Quae*** *Mucius.* Ante haec verba lacunae signum in Ed. pr. 4) *Ad Antoninum Imp. libro* Fabr. P. *ad Antoninum invicem l.* Cod. Ed. pr. Recte. Vide, quae supra notavi ad p. 177. P. Ceterum cf. Fragm. Frontonis in Maii Edit. p. 464. 5) *Paenitet* hic et paullo post scriptura est Cod. *poenitet* Edd. O. In Ed. pr. locus Frontonis sic scriptus est: *Male me Marce* (sequitur hiatus) *in vitae meae poenitet;* Fabr. omisit v. *praeteritae* hiatu non significato. 6) *Caeterum certum est* Fabr. *caeterum* (lacuna) *certum est* Ed. pr. *ineptum* scripsit P.; in Cod. vocabulum non satis apparet. 7) *Multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur* Fabr. *multo plura dixisse putaretur* Cod. Ed. pr. P. Cf. Cic. pro Roscio Am. c. 1. ubi est: *multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur.* 8) *Misere autem sit miseratione* Ed. pr. *misere ut sit miseratione* Fabr. *Misere, male, vel ut sit mis.* P. Atque ita in Cod. nisi quod vv. *misere, male* satis legi non possunt. 9) Cf. Terent. Eunuch. I. 1, 23. ubi editur *misera.* 10) Post v. *Caeculis* in Ed. pr. hiatus est indicatus, pro quo in P. vv. *Non intellexi,* quae in Cod. non satis apparent, quare uncis inclusi. Cf. scriptionem meam scholasticam: *Inedita Latina* part. I, pag. 20. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 209. 11) *Malitiose istorum iura* Edd. pr. Fabr. P. nihil amplius. Sed ***Bondam.*** Varr. Lectt. pag. 234. ad h. l. sic notavit: *Douzae Cod. ita: Malitiose. Cato senex, Malitiose istorum iura. iuratorque eo verbo ut maximus. Bonaventura Vulcanius, qui ex Douzae codice varias lectiones, quas possideo, excerpserat, adscripsit, suspicari se, legendum esse: utiturque eo verbo et Maximus. Sed attendenti ad modum, quo Statilium hunc Maximum noster semper citat, haec coniectura non satisfaciet: An scripserat noster: utiturque eo Cicero, ut Maximus. Cf. p.* 196. 190. 191. 193. *P. Cicero vocabulo malitiose usus est. Orat. c.* 56. *ad Att. XV*, 13. Hactenus Bondamus. Cod. alia scripta esse, indicat, licet quae fuerint, non satis luculente iam intelligatur: *Malitiose istorum iurator . . . . uertoue*, que restituere non possum. 12) Cic. Cato c. 1. In Cod. est *sic* pro *sicut.* Pro *certe* apud Cic. editur *certa.* 13) *In Bacchid.* Sic Edd. O. At in Cod. nomen fabulae luculente non legitur. Plura leguntur apud Nonium citata p. 342. ed. Merc., qui idem ex Bacchidibus citat: *Quibus ignes* (lege *ingenium*) *in animo utibile est, modicum et sine vernilitate.* Hodie in Bacch. nihil tale legitur. 14) Verba: *melius vitam ducere* in Cod. non clare leguntur. In Ed. pr. post *Modice et* hiatus est, neque quidquam amplius legitur. Locus Plauti est Pers. III, 1, 18. ubi editur: *Modice et modeste est melius vitam vivere*, quae iisdem verbis refert Nonius p. 342. Merc. Ex his suppleverunt Charisii locum Fabr. P. *melius vitam ducere.* 15) *Lachrymisque uita* (hiatus) *dedecoret* Ed. pr. *lachrymisque dedet, uinciatur* Fabr. *lachrymisque dedecoret, vinciatur* P. *lachrymisque dedecoret* Cod. nihil amplius. Cf. Cic. Tusc. II, 21. ubi libri *dedet*, pro *dedecoret.* 16) *Intellegit* scriptura Cod. Cf. Tusc. II, 19. init. ubi editur *vel potius.* 17) *Pertentes naviter* P. *pol. tendes nav.* Ed. pr. Fabr. Sed in notis Mss. emendavit Fabr. *pertendes*, quod editur apud Ter. Eun. I, 1, 6. *Partendes nauiter* Cod. 18) *De rebus naturalibus tertia.* Titulus hic sine dubio ex male intellectis scribendi compendiis ortus. Lucret. de Rer. natur. I, 526. habet: *Quoniam nec plenum gnaviter exstat.* 19) *Ostium* Cod. *os tuum* Edd. O. sine dubio vere. Cf. Fragm. Hist. Vett. pag. 66. ed. Cort. 20) *Nausci* Cod. *Nauci* Edd. O. 21) *Et* accessit e Cod. 22) Terent. Hecyr. I, 2, 4. 23) Hic interposita littera ***R***, quae in Cod. sigla est ***R.***, responsio-

Licet quidam sic legant, inquit, ut nimium servus dicat, quantum vero senex; sed sequentia intelliguntur [1].

130. Noctu diuque; Salustius historiarum secundo: *Noctu diuque stationes et vigilias tentare* [2]. At vero Titinnius in Barratro [3]:

Noctu diusque [4]

ait. Naevius in Acontizomeno:

Sulpicii noctu interfecit [5].

131. Nudiustertius; Caecilius in Hymnide [6]. Cicero vero Philipp.: *Nudiustertius dicimus* [7]. Afranius in Emancipato:

Nudiustertius tute advenisti [8].

Significat autem nunc est dies tertius. Item nudiusquartus [9].

133. Nocte; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Deinde* [10] *postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert, mare velis florere videres*
[86] *ultra* || *angulum Gallicum, ad Illimerim atque Ruscinonen* [11] *deferimur, inde nocte* [12] *aura profecti sumus.*

134. Novissime; Tiro in Pandecte non recte ait dici, adiicitque quod sua coeperit aetate id adverbium, ubi Fl. Caper de Latinitate: Miror, inquit, id dixisse Tironem, cum Valerius Antias libro secundo: *Mater cum novissime aegrotasset* [13], inquit, *vovisse fertur.* Idem XXII.: *Quod novissime nobiscum foedus* [14] *fecissent.*

135. Nocte vagari [15], non noctu; Sisenna Milesiarum XIII [16].

136. Nimio pro nimis; Naevius in Agitatoria [17]:

Nimio arte colligo, cur re inquaesita colligor.

Plautus in Bacchidibus:

Nimio docilior [18].

Nimis; Naevius in Tarentilla [19]:

Nunquam quisquam amico amanti amica nimis fiet fidelis,
Nec nimis erit morigera et nota quisque.

Idem in Corollaria [20]:

Nimis homo formidulosus est.

Idem in Figulo:

Nimis avarus [21].

137. Nequaquam; idem [22] de Senectute: *Est istud* [23] *quidem, Laeli, aliquid, sed nequaquam tibi concedendum fuit.*

138. Neutiquam; Cicero de Senectute: *Mihi vero neutiquam* [24] *probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido.* Idem in commentario de virtutibus: *Illud neutiquam probantes* [25].

139. Nec[essario; M. Cato] in L. Furium de multa [26]: *Necessario faciendum fuit.* G. Gracchus [27] in rogatione Cn. Marci [28] Censorini: *Si vobis probati essent* [29] *homines*

nem sive respondentis personam denotat. Pro ea in Ed. pr. Fabr. est: *si respondetur.* Cf. Bothius Poet. Scen. V, 2, p. 166. 1) *Sed sequentia non intelligunt* P. *et sequentia intelligantur* Fabr. *sed sequentia intelligantur* Ed. pr. *sed sequentia intelliguntur* Cod. Cf. Terent. Phorm. IV, 3, 38. Citat Fabr. ad hunc locum Donatum, qui sic habet: *Apud quosdam diversae personae cum verbis singulis.* Ceterum Bentleius sic legit Celsi locum: *sed sententiam non intellegunt.* Cf. Bentleius ad Terent. l. c. 2) *Temptare* Cod. Ed. pr. *tentare* Fabr. P. Cf. Fragm. Salust. apud Gerlach. pag. 227. 3) *In Barathro* Fabr. P. *in baratro* Ed. pr. *in barrato* Cod. 4) *Noctu diuque* Edd. O. *noctu diusque* Cod. recte. 5) *In Acotizomenos* Cod. Tum *Sulpicii* Cod. *Sulpitii* Edd. O. Ceterum Cod. nihil confert ad hunc locum emendandum. Cf. Both. Poet. Scen. Lat. V, 2, pag. 10. qui *filium* vel *servum* Sulpicii supplendum opinatur. 6) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 136. 7) Cic. Philipp. V, 2, init. 8) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 166. Infra pag. 192. P. recurrit idem exemplum, sed auctum verbis *quam diluculo.* 9) His adduntur verba: *nunc est dies quartus, dicitur* in sola P. 10) *Deinde* addidit iam P. idem exhibet Cod.; abest vero ab Ed. pr. F. 11) *Ad illum enim atque Rusci nomen* P. *ut illic memini. at quaeras cum nomen* Ed. pr. Fabr. *at illi merim* (sic) *atque Rusci nonen* Cod. hoc est *ad Illiberim atque Ruscinonem*, qui fluvii sunt Galliae, quorum ostia intelliguntur. Retinui tamen *Illimerim*, quod scriptura huius nominis magnopere variat. Cf. Strabo Geogr. lib. IV, p. 275. (182.) Ἐκ μὲν τῆς Πυῤῥήνης ὅ τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλυβίῤῥις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. Cf. Interpp. ad h. Strabonis l. Ceterum *Ruscinonem* recte iam emendaverat Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 75., qui in supp. male omisit voc. *ventus.* 12) *Noctu* Edd. O. contra mentem Grammatici. Recte Cod. *nocte.* 13) *Aegrotasse* Cod. *aegrotasset* Edd. O. Cf. Fragmm. Hist. Vett. p. 55. ed. Cort. 14) *Foedis* Cod. *foedus* Edd. O. Cf. Fragmm. Hist. Vett. pag. 56. ed. Cort. 15) Post v. *vagari* in Cod. legitur nota X, quae, ut notum est, plerumque *decem* significat. Sed quid hic hoc loco numerus? An forte eadem sigla *dixit* indicat? Nec tamen ausim affirmare. 16) His subiungit vv. *Nocte venimus* P. quae recte om. Cod. et Ed. pr. Fabr. Cf. Fragmm. Hist. Vett. p. 66. ed. Cort. ubi vv. *Nocte venimus* delenda proque his scribenda: *Nocte vagari.* 17) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 11. Ubi recte Bothius legendum censuit: *Nimio arte colligor; cur re inquaesita colligor.* 18) Plaut. Bacch. I, 2, 56. *nimio dociliter* Ed. pr. 19) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 19. *siet* Fabr. P. *fiet* Cod. Ed. pr. Tum *morigera nota* Edd. O. *morigeret nota* Cod. pro quo scripsi *morigera et nota.* Finem versiculi *quisque* sic enotavit Nieb., ut videatur de ultima syllaba dubitare. Forsitan legendum *quisquis est.* 20) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 13. 21) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 15. 22) *Idem de Senectute.* Ita Cod. diserte. *Cicero de Sen.* Edd. O. Hic quoque locus testatur, aut excidisse multa in scripto Grammatici, aut ipsum ex Cominiano excerpta non satis diligenter ordinasse. 23) *Illud* Edd. O. *istud* Cod. Cf. Cic. De Sen. c. 3. ubi legitur: *Est istuc quidem, Laeli, aliquid; sed nequaquam in isto omnia.* 24) *Mihi vero et Flacco neutiquam* Fabr. P. *Mihi quomodo neutiquam* Ed. pr. *Mihi vero neutiquam* Cod. Cf. Cic. De Sen. c. 12. ubi legitur: *mihi vero et Flacco neutiquam* cett. 25) Cf. Fragm. Cic. ed. Orell. IV, 2, p. 492. 26) *De mulcta* Fabr. P. *De multa* Cod. Ed. pr. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 33. 27) *C. Graccus* Fabr. P. *C. Gracchus* Ed. pr. *G. Gracchus* Cod. 28) *Marii* Edd. O. *Marci* Cod. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 125. Legendum suadet Meyerus aut *Lucii Marcii*, aut *C. Marcii.* 29) *Esse* Cod. *essent* Edd. O. Tum *adulescentes* Cod. Ed. pr.

adulescentes, tamen necessario vobis tr. mil. veteres faciundi essent.

Necessum; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Eas res non posse sustineri nisi ea praesidia magna frumentumque. Nam*[1] *ita dicunt palam necesse esse obcuratum*[2]. Positio sermonis necessum[3]; Afranius in Vopisco:

Praefestinamus quae sit causa sciscere,
Quod sit necessum scire, praesertim in brevi[4].
Finem[5] *portusque tenebunt*
Ausonios olim.

140. Occulto, ut falso; Afranius in Repudiato:

Age curre cursim ad Numisium occulto[6].

[187] || 141. Ostiatim, vicatim; Cicero. Quod Statilius Maximus notat nesciens, quia ut continuo statim[7] est, continuatim frequentativum.

142. Obviam pro obvius; Salust. Histor. II[8]. Ubi Asper[9] ait: Vetuste *obviam fuere*, adverbio maluit uti quam nomine. Sisenna Miles. XIII: *Obviam venit*[10]. M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Mihi atque classi obviam fiunt*[11]. Plautus in Bacchidibus:

Oh, o, oportune mihi est obviam[12].

143. *Οὐδὲν ἧττον*[13], nihilosecius, nihilo deterius, nihilominus.

144. Obiter; Divus Hadrianus sermonum primo quaerit, an Latinum sit: *Quamquam*, inquit, *apud Laberium haec vox esse dicatur, et cum*[14] *Scaurus Latinum esse neget.* Addit, quod veteres *eadem* soliti sint dicere, non addentes *via*, ut sit *κατὰ ἔλλειψιν*, ut Plautus, inquit:

Eadem bibes, eadem tibi dedero savium[15].

Quamquam Divus Augustus reprehendens T. Claudium[16] ita loquitur: *Scribis enim pervium, ἀντὶ τοῦ obiter.* Sed[17] Divus Hadrianus: *Tametsi*, inquit, *Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium ex usu potius quam lectione*[18] *protulerit.* * rationem paenitus invisere[19], de [consortio] praepositionum[20], quem adaeque sub titulo *ἀφορμῶν*[21] dedimus, [legere, non[22]] gravetur.

145. [Odiose; Plaut.] in Bacchidibus:

Odiose facis, care vero[23].

146. Opulenter; Plautus in Caeco aut in[24] praedonibus:

Spectavi[25] *ludos magnifice atque opulenter.*

147. Oppido pro vero aut statim; Plautus in Bacchidibus:

Reddidi aurum omne oppido[26].

148. [Officiose;] Afranius in Repudiato:

Te istuc facere officiose scio[27].

M. Scaurus . . . [de] pecuniis repetundis[28]: *M. Brutum ita officiose atque observanter . . . . . ites triumphavere*[29].

1) *Frumentumque. Nam.* Sic sine signo hiatus Cod. exhibet. Hiatus signum habent Edd. O. 2) *Obturata* Ed. pr. Fabr. P. quae omnes hiatus signum post hanc vocem referunt. *obcuratum* Cod. sine hiatus signo. 3) Non puto excidisse quidquam. Hoc vult Gramm., vocabuli formam nativam et primitivam esse *necessum*, ex qua *necesse* esse derivatum. 4) Cf. Both. Poet. Scen. Lat. V, 2, pag. 196. Pro *in brevi* in Ed. pr. *in bre* cum signo hiatus. 5) *Olim. Maro 9. finem.* Fabr. P. *uimen* Ed. pr. omissis prioribus. *Nem portusque* Cod. item om. priora. Virg. Aen. IX, 98. 6) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 187. 7) *Ostiatim* P. *statim* Cod. Edd. pr. Fabr. De Statilio Maximo cf. supra ad pag. 184. P. 8) Cf. Salust. Ed. Gerlach. pag. 226. 9) De *Aspero* Grammatico alibi dicemus explicatius. Apud Charisium supra iam aliquoties eius nomen legimus pag. 113. 117. P. recurrit infra p. 192. 191. P. 10) Cf. Fragmm. Hist. Vett. pag. 66. ed. Cort. 11) Cf. Meyer. Fragm. Orat. Rom. p. 75. 12) *Oh oportune* Fabr. P. *oho oportune* Cod. Ed. pr. Similis locus legitur apud Plaut. in Bacch. IV, 4, 16. *Sed quem quaero, optume ecce obviam mihi est.* 13) Quid sibi h. l. velit Graeca formula, non intelligo. Adscripsit Fabricius locum Demosthenis *περὶ στεφάνου: ταῦτα εἰδὼς Αἰσχίνης, οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ, πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο.* 14) *Et cum* in omnibus libris est. Nieb. coniecit *tamen*, quod satis est probabile. Tum in seqq. *negat* scrib. De Hadriano scriptore cf. quae dixit Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 255. 15) Plaut. Bacch. I, 1, 15. *Eadem biberis, eadem dedero tibi, ubi biberis, sauium.* — *Suavium* Fabr. P. *savium* Cod. Ed. pr. 16) *Tib. Claudium* Fabr. P. *T. Claudium* Cod. Ed. pr. 17) *Sed* desideratur in Ed. pr. et Fabr. 18) *Ratione* P. *lectione* Cod. Ed. pr. Fabr. Paullo ante pro verbis: *ut id adverbium* Fabr. et Ed. pr. exhibent: *uti dudum diximus.* 19) *Protulerit. Si quis autem eius rei rationem velit penitus investigare* P. *protulit rationem penitus invisere* Cod. Ed. pr. Fabr. nisi quod in Cod. est *paenitus.* 20) *De consortio praepositionum quem* P. *de* (sequitur hiatus) *coniunctio praepositionum quem* Ed. pr. Fabr. In Cod. v. *consortio* sic detritum, ut non amplius intelligatur, quid olim fuerit. 21) Haec igitur ex Iulio Romano Grammatico, non ex Cominiano, excerpta sunt. Cf. supra p. 170. 171. ubi *Iulius Romanus sub titulo ἀφορμῶν* citatur, et de adverbio sententiae eius exponuntur. 22) Haec et superiora, quae uncis inclusa, in Cod. legi luculente non possunt. In Ed. pr. post v. *dedimus* sequitur hiatus, ac tum ponitur *pauerctur.* In Fabr. post *dedimus* nihil amplius comparet ac statim sequitur *Odiose.* 23) *Caue vero* Fabr. P. *care vero* Cod. Ed. pr. Plaut. Bacch. IV, 9, 139. ubi legitur: *cape vero. odiose facis.* Verba uncis inlusa incerta sunt scriptura in Cod.; lacuna tamen nulla est in Ed. pr. 24) *In* praep. habent Cod. Ed. pr. Fabr. deest in P. 25) *Spectari* legitur in Collectt. Fragm. Plauti, male. Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. *Opulentiter* scripsit Weisius in nupera ed. Plauti. 26) Plaut. Bacch. IV, 4, 30. *Reddidisti? Reddidi. Omnene? Oppido. Occisi sumus.* 27) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 187. Pro *facere* in Cod. est *facc.* Notavit de hoc loco **Boudamus** in Varr. Lectt. p. 19.: *Codex: Officiose. Afranius in Repudiato: Te istuc facere officiose scio. Afranius. aeque observare officiose ipsi milites triumphaturi. M. Scaurus de pec. rep. etc. Suspectum est repetitum nomen Afranii, cum Charis. semper idem dicat. cf. p.* 188. 189. 190. *Fortasse* **Asinius** *legendum est.* Cf. L. I, p. 46. et 119. 64. 77. 108. 28) *M. Scaurus . . . . . pecuniis repetundis.* Ita Codex, qui post nomen *Scaurus* locum habet detritum quinque literarum, ut ne praep. *de* quidem compareat. Hanc praep. sine lacunae nota exhibent Edd. O. Fortasse legendum: *M. Scaurus orat. de p. r.* Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 129. Cf. supra p. 103. P. edit. huius p. 74. 29) *Atque observanter tra-*

149. Primum; Lucretius:

Primum animum dico, mentem quam saepe vocamus;

[ubi Velius Longus: Primum, inquit, adverbialiter [1]] audiendum est.

188] 150. Primiter; Pomponius in Maccis Geminis prioribus:

Bono animo es, eripis primiter [2].

151. Prima pro primo; Terentius in Adelphis:

In prima fabula [3];

ubi Elenius [4] Acron: Pro in primo; et Maro:

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem [5].

152. Prius pro melius, utilius, antiquius; Terentius in Eunucho:

Nihil prius neque fortius,

nisi Helenium Acronem errasse dicendum est, qui prius non sic intellexit, non [6] fortius, id est gloriosius, quamquam iuxta sit summum et egregium [7] excellentemque esse laude virtutis. Itaque Plautus in Bacchidibus:

Fortasse iam opus est, immo etiam prius [8].

153. Primus pro imprimis, ut [9] Maro:

Troiae qui primus ab oris;

ubi Q. Terentius Scaurus [10] commentariis in artem poeticam libro decimo: Non qui [11] ante omnes, inquit, sed ante quem nemo est, et addit: quo genere plures primi accipi possunt.

154. Pluris [12]; Naevius in Agitatoria:

Ego semper pluris feci, potioremque habui libertatem multo quam pecuniam [13].

155. Perinde pro proinde; Plautus in Sticho:

Ut proinde [14] *homini res parata est, perinde amicis utitur.*

156. Paenitus [15] pro valde; Maro nono:

Penitus modo non genus omne perosus Femineum [16].

157. Prime; Naevius ἐν Ἀκοντιζομένῳ:

Acontizomenus fabula est prime proba [17].

158. Protinus trium temporum significationem capit: instantis, ut Maro tertio Aeneidos:

Protinus aerias Phaeacum abscondimus arces [18];

praeteriti, ut idem eodem libro:

Cum protinus utraque tellus
Una foret [19];

futuri, ut Terentius in Phormione:

Aliquid convasassem, atque hinc me conicerem protinus in pedes [20].

159. Per pro perquam, valde, ut perduellio perquam duellio, et plusquam hostis, ut Rabirius, qui perduellionem fecisse ducebatur [21], id est, contra Remp. sensisse. Quod iudicii genus Sacer in eandem orationem M. Tullii [22] ab Horatio sumptum ait, dictumque quod per tempus belli sit factum, cum is in sororem suam gladio usus esset.

|| 160. Prorsus; Salustius in Catilina: *Prorsus in facie* [189]
vultuque vecordia inerat [23]. Cicero Tusculanarum II: *Non*

ctavere P. Fabr. ex Fabr. emendatione. In Ed. pr. est: *atque observanter* (sequitur hiatus) *triumphauere.* Sed Cod. exhibet: *atque observanter . . . . . ites triumpharere*, ita ut ante literas *ites* quinque aliae literae detritae videantur. Iam comparato haec cum superioribus illis a Bondamo notatis, ubi locus citatus est, ut ille putat, ex Asinio: *aeque observare officiose ipsi milites triumphaturi.* Codex, quo usus est Bondamus, alius est nullus, nisi Douzae, quo eodem usus est Putschius. Hic vero nihil huiusmodi mutavit. Si qua fides Bondami Cod., quam nullam esse existimo, legam totum locum ita: *Afranius in Repudiato: Te istuc facere officiose scio. M. Scaurus orat. de pecuniis repetundis: Marcum Brutum ita officiose atque observanter ipsi milites triumphaturi tractavere.* 1) Verba uncis inclusa in Cod. extrita sunt; in Ed. pr. nulla significatur lacuna, et verba ista diserte leguntur. Locus Lucretii est lib. III, 49. 2) Idem fragmentum ter excitat Nonius pagg. 154. 488. 506. quibus locis sic legitur: *Quin bono animo es, video, eripis primiter de pannibus.* Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 110. et Munk. de Pomp. Bonon. p. 74. 3) Terent. Ad. prol. 9. 4) *Elenius* sic Cod. h. l. infra, ut editt., *Helenius.* 5) Virg. Aen. IX, 244. 6) *Non fortius* Cod. Ed. pr. *neque fortius* Fabr. P. Terent. Eun. I, 1, 5. 7) *Summum et egregium.* Sic Cod. et P. *summa egregium* Ed. pr. Fabr. Totus locus sic refingendus esse videtur: *Nisi Helenium Acronem errasse dicendum est, qui* ***prius*** *sic intellexit, non* ***fortius****, id est, gloriosius, quamquam iuxta sit summum, egregium excellentemque esse laude virtutis.* 8) Plaut. Bacch. II, 2, 43. 9) *Uti Maro* Edd. O. *ut Maro* Cod. Aen. I, 1. 10) *Ubi Terentius Scaurus* Edd. O.; praenomen *Q.* accessit e Cod. De Scauro vide supra ad p. 182. P. 11) *Quia* Edd. O. *qui* Cod. 12) *Plenius* Ed. pr. *pluris* Cod. Fabr. P. 13) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 11. qui scripsit: *Semper pluris feci potioremque ego Libertatem habui multo, quam pecuniam.* 14) *Ut perinde* Edd. O. *Ut praínde* Cod. Locus est Plaut. Stich. IV, 1. 16. ubi vulgo sic editur: *Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt.* Voluit sine dubio Gramm.: *Ut quoique homini res parata est, perinde amicis utitur.* Apud Plautum duo versus in unum contracti, excisis aliquot verbis mediis. Locus ita legendus videtur: *Út quoique hómini rés parátast, përinde amicis útitur. Si res firmast, firmi amici súnt; si lássa rés labat, Ítidem amici cóllabáscunt* cett. 15) *Paenitus* Cod. sed statim post *penitus* idem. 16) *Perosum Femineum* Fabr. P. *perosos femineum* Cod. Ed. pr. nisi quod Ed. pr. *foemineum.* Virg. Aen. IX, 141. 17) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 10. 18) Virg. Aen. III, 291. *Faeacum* scribitur in Cod. 19) Idem ibid. III, 416. ubi v. *protenus* recte explicat Servius διηνεκῶς. 20) Terent. Phorm. I, 4, 13. Bentl. rescripsit *conrasissem*, quem vide. Ceterum idem locus a multis citatur veluti a Nonio pag. 87. M. Eutych. II, 14. aliis. Apud Eutych. Cod. Bob. exhibet *convasem.* Post v. *Phormione* in Cod. sigla legitur haec: *R*, quae quid hoc loco sibi velit, nescio. 21) Verba *qui perduellionem fecisse ducebatur* in Edd. O. sic scripta sunt, tamquam locum e scriptore quodam citatum continerent. In Cod. legitur *ducebatur.* 22) Intelligitur M. Tullii Ciceronis oratio pro *Rabirio.* 23) Salust. Cat. 15. *Vercordia* Cod. Sequuntur apud P. *Idem de Sempronia*, *Prorsus multae facetiae, multusque lepos inerat.* Quae ignorantur a Cod.

ultro appetendus, sed subeundus et excipiendus[1] *dolor est. Ita prorsus existimo.*

161. Plure; Plautus in Caeco aut in praedonibus:

Plure altero tanto, quanto eius fundus est velim[2].

Cicero quoque: *Plure venit*[3]. Lucilius:

Plure foras vendunt, quod pro minore emptum[4],

antique.

162. Prorsum; Plautus in Caeco aut in praedonibus:

Ita sunt praedones, prorsum parcunt nemini[5].

M. Cato in L. Furium de multa: *Prorsum quodcunque iubebat*[6] *fecisse, neque quenquam observavisse.*

164. Plurimum; Terentius in Phormione[7]:

Ibi plurimum est;

ubi Celsus: Nunc adverbium est pro ibi saepe, ibi frequenter est[8]. Cicero pro Sexto Roscio: *A me id contenderunt, qui apud me et amicitia, et beneficiis*[9], *et dignitate plurimum possunt.*

164. Parcissime; Probus de inaequalitate consuetudinis quaerit, an quis[10] extulerit, quod et ipsum credo non parcissime factum.

165. Praefiscini; Titinnius in Setina[11]:

Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito,
Praefiscini, ne puella fascinetur.

166. Praefiscine; Afranius in Consobrinis[12]:

Scis habitum ita ut nunc obtinet, praefiscine,

per *e* non per *i*.

167. Placate; Cicero, ut Maximus quoque notat: *Placate et moderate feramus*[13].

168. Peregri autem[14], cum in loco est; Plautus in Persa:

Qui erus peregri est[15].

Naevius in Tarentilla:

Primum ad virtutem ut reductis[16], *abeatis ab ignavia,*
Domos, patres, patriam[17] *ut colatis potius quam peregri probro.*

Peregre cum abit dicimus[18] quis in locum, ut Titinnius in Tibicina:

Ut hic legatus abit peregre publice[19].

Plautus quoque in praedonibus aut in Caeco:

In peregre est[20].

Idem in Bacchidibus:

Caenam peregre advenienti[21].

Peregre pro peregri; Naevius in Tarentilla:

Ubi isti duo adulescentes[22] *habent,*
Qui hic ante parta patria peregre prodigunt.

|| 169. Porro; M. Cato dierum dictarum de Consulatu [190]
suo: *Inde pergo porro ire in Turtam*[23]. Idem supra: *Itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos*[24]. Pro longius: Afranius in Vopisco:

Sinunt di[25] *et porro passuros scio.*

Porro pro in futurum; M. Cato in eodem: *Me sollicitum atque exercitum habitum esse, atque porro fore*[26].

Edd. pr. Fabr. 1) *Non ultro appetendus sed subeundus excipiendusque* P. *Sed ultro appetendus, subeundus, excipiendus* Fabr. *Non ultro appetendus, sed subeundus excipiendus* Ed. pr. *Non ultro app. sed subeundus et excipiendus* Cod. Cf. Cic. Tusc. dispp. II, 5. *Quis est non modo recusandus, sed non ultro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? Ita prorsus existimo.* 2) Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, pag. 436. 3) Cf. Fragm. Ciceronis apud Orellium IV, 2, pag. 582. 4) Cf. Lucilii Rell. ed. Douza p. 236. Haverc. ubi nihil nisi verba *Plure foras vendunt* Lucilio tribuitur. Versus fortasse sic legendus: *Plure foras vendunt quod pro minore coemptum.* 5) Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. 6) *Iubebat* Cod. *videbat* Edd. O. Ceterum cf. Fragmm. Orat. Rom. ed. Meyer. pag. 33. *Multa*, pro *mulcta*, exhibent Cod. Ed. pr. 7) Terent. Phorm. I. 4, 17. 8) *Ibis saepe, ibi frequenterares* Cod. quod iam in Ed. pr. correctum *ibi saepe, ibi frequenter est.* 9) Vv. *et beneficiis* accesserunt e Cod. Cf. Cic. pro Rosc. Am. c. 1. ubi legitur: *a me autem ii contenderunt, qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt.* 10) *Quaeritur an quibus* Edd. O. *qr an quis* Cod. hoc est, *quaerit an quis*, quod rescripsi. De *Valerio Probo* Grammatico adeatur Gellius I, 15. VII, 7, 9. XV, 30. Eius *commentarius de occulta literarum significatione C. Caesaris* citatur ab eodem Gellio XVII, 9. Cf. ad hunc locum Gronov. 11) *Sentina* Cod. Ed. pr. *Setina* Fabr. P. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 69. Verba: *ne puella fascinetur* in Edd. non sic scripta sunt, tamquam poetae verbis adiungantur. Sunt vero sine dubio adiungenda. 12) *Consubrinis* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 163. 13) Cic. ad Fam. VI, 1. Maximus, qui h. l. citatus, Statilius est Maximus, de quo supra aliquoties Charisius p. 184. 187. P. ubi vide, quae notata sunt. 14) *Peregri autem* Cod. Ed. pr. Haec sine dubio alio ordine legebantur, sequentibus adiuncta, sic: *Peregre dicimus, cum abit quis in locum, peregri autem, cum in loco est.* 15) Plautus Pers. I, 1, 30. *Quia herus* Fabr. P. *Quis herus* Ed. pr. *Qui erus* Cod. Apud Plautum editur: *Quia herus peregre est.* 16) *Reductis* Cod. *redactis* Ed. pr. *redeatis* Fabr. P. quod verum videtur. 17) *Domo praesens patriam* Edd. O. *domos patres patriam* Cod. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 19. sic rescripsit: *Primum ad virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia; Tum in praesens patriam ut colatis potius quam peregri probra.* Vix dubium erit, quin legendum sit cum Cod. *Domos, patres, patriam ut colatis: domos* pro monosyllabo est. 18) *Cum abit dicimus quis* Cod. *cum abit quis dicimus* Ed. pr. Fabr. vere. *dicimus cum abit quis* P. 19) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 70. 20) *Peregre est* P. *In peregre est* Cod. Ed. pr. Fabr. Fortasse legendum: *Iam peregre est.* Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. 21) Plaut. Bacch. III, 6, 7. ubi legitur: *Salvos cum peregre advenis, cena detur.* 22) *Adulescentes* scriptura Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 19. 23) *In Turtam.* Sic plane ac diserte esse in Cod., Nieb. diligenter ad marginem notavit. Ceterum de h. l. cf. Meyer. in Fragm. Orat. Romm. p. 75. — *ire Turtam* Ed. pr. 24) Meyer. l. c. 25) *Fiunt dii* P. *Sinunt di* Cod. Verba *Sinunt di et* plane desiderantur in Edd. pr. Fabr. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 196. qui correxit: *Ferunt di.* 26) Meyer. Fragm. Orat. Romm. pag. 75.

Afranius in Emancipato:

Post narravero [1],

Nunc est distentus animus ut [2] *negotiis;*

Porro autem propero.

170. Pudenter; Cicero, ut etiam Maximo notatum [3]. Afranius Emancipato:

Malo pudenter metientem [4].

171. Perdite pro valde [5]:

Eam amare coepit perdite.

Nam ita Aruntius [6] Celsus, et addit: antiqui enim dicebant ardere pro amare.

172. Propere produci debet, ut abunde, honeste, quod an possit esse rationis vix specto, quoniam nec abunde, ut nec propere, putant quidam dici debere. Quamvis Maro sexto *propere* [7] dixerit pro properanter, et *abunde* pro abundanter. Abundans enim abundanter facit, ut properans properanter, elegans eleganter, prudens prudenter; honestus autem honeste, ut doctus docte, pius pie, castus caste.

173. Perplexim; Plautus in Sticho:

Utrum ego perplexim lacessam orationem [8].

174. Publicitus; idem in eadem [9]:

Nonne hoc publicitus [10];

ubi Celsus: Publicitus [11] et claritus, inquit, dicunt, nos publice clareque dicimus. Titinius [12] in Setina:

Statui statuum publicitus.

Terentius quoque in Phormione [13]. Sed et Plautus in Bacchidibus:

In aede Dianae publicitus aurum servant [14].

Idem in Amphitryone:

Ita peregre advenies publicitus hospitio [15].

175. Pedetemptim [16]; Lucilius:

Pedetemptim hunc resalutem [17].

Tullius Tusculanarum secundo: *Pedetemptim ac sedato risu* [18]. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Eam ego vim* [19] *pedetemptim temptabam.*

176. Piger, pigre, pulcher, pulchre. Celer nescio an celere produci possit, nisi forte illud dicat Terentius:

Celere consilium [20],

ut non sit adverbium, sed nomen.

|| 177. Pauxillo prius; Afranius in Repudiato: [191]

Pauxillo prius me convenit [21].

178. Pariter pro pariliter; Cicero [22] ut Maximus notat. Similiter et Maro undecimo, ubi Celsus: Pro aequaliter. Idem Georgicorum [23]:

Pariter frumenta sequentur.

Et:

Pariter puero donisque movetur [24].

179. Posterius; Terentius in Adelphis:

Posterius nolo in illum gravius dicere [25].

Item idem:

Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factum esse [26].

180. Pone versus; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Nostros pone versus hosteis esse ab dextera parte* [27]. Item idem: *Postquam auspicari atque exercitum adduxi pone* [28] *castra hostium.* * . . [29] *villa est patrui, hic ager* [30] *est ubi stus; pone versum illac mare est.*

1) *Nararero* Cod. *narravero* Edd. O. 2) *Ut* Cod. Ed. pr. *ut* deest in Fabr. P. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2. p. 168, qui correxit: *Nunc ut distentus animus est negotiis.* Notavit **Boudamus**: MS. *ut negotiis. Emendat Vulcan. nunc est distentus animus vi negotii. Sicque citant Pareus Lex. Crit. h. v. et Taubm. in notis ad Plaut. Poen. I, 4, 1., ubi vim negotii dixit.* Varr. Lectt. pag. 236. 3) *Maximus notat tum* Edd. O. *Maximus notatum* Cod. De Statilio Maximo cf. pagg. 187. 189. P. 4) *Mentientem* Fabr. P. *metientem* Cod. Ed. pr. 5) His subiiciunt Fabr. P.: *Terentius in Phormione*, quae absunt a Cod. et Ed. pr. Cf. Ter. Phorm. 1, 2, 32. ubi est *hanc. am.* cett. 6) *Arruntius* Cod. Idem *Aruntius Celsus* citatur a Charisio supra pagg. 185. 189. P. et infra pag. 196. P. *Aruntius* quidam *Claudius* legitur apud Diomedem p. 307. P. ubi legendum: *Aruntius Celsus.* 7) Virg. Aen. VI, 236. *Abunde* legitur Virg. Aen. VII, 552. 8) *Oratione* Fabr. P. *orationem* Cod. Ed. pr. Plaut. Stich. I, 2, 18. ubi *oratione.* 9) *Plautus in eadem* Fabr. P. *Idem in eadem* Cod. Ed. pr. Stichi hic locus hodie non reperitur in hac fabula. Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, p. 432. Locus fortasse ex Terent. Phorm. V, 8, 85. petitus. 10) *Pollicitus* Ed. pr. 11) Hoc loco v. *publicitus*, quod ad sententiam necessarium est, in Cod. et Ed. pr. non legitur, recte suppletum a Fabricio. 12) *Titinius* h. l. Cod. ut supra aliquoties. Sed pag. superiore 189. P. idem aliquoties *Titinnius.* In tali variatione scripturae Codicem scito me secutum esse, quatenus huius scripturam enotavit Nieb. Both. Poet. Scen. p. 69. 13) Terent. Phorm. V, 8, 85. vide supra. 14) Plaut. Bacch. II, 3, 79. ubi editur: *Quin in ipsa aede Dianae conditum est; Ibidem publicitus servant.* De quo Plauti loco cf. quae dixi in censura Bacchidum a Ritschelio editarum inserta Annalibus Jahnii philologicis 19, 2, p. 144. 15) *Adveniens publicitus hospitio accipiar* Fabr. P. *advenies publ. hospitio* Cod. om. *accipiar.* Atque ita etiam Ed. pr. nisi quod haec *adveniens.* Locus est Plaut. Amphitr. 1, 1, 9. 16) *Pedetemptim* scriptura e Cod.; atque ita in seqq. 17) Cf. Lucilii Rell. ed. Douza p. 235. Hav. ubi Douza *pedetentimne* legendum suadet. 18) Cic. Tusc. II, 21. 19) *Viam* Fabr. P. *vim* Cod. Ed. pr. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. pag. 75. 20) Terent. Phorm. 1, 4, 1. 21) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 187. 22) *Pariter* Cic. saepissime dixit, sed quo iure pro *pariliter*, non invenio. De Statilio Maximo et Aruntio Celso statim dixi. 23) Virg. Georg. 1, 189. 24) Virg. Aen. I, 714. 25) Terent. Adelph. 1, 2, 60. 26) Idem ibid. II, 1, 8. In Ed. pr. legitur: *Tu quod te et nollem.* 27) Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. pag. 75. 28) *Pone versus castra* P. *pone castra* Cod. Edd. pr. Fabr. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. pag. 75. 29) Quae hic sequuntur verba: *villa — mare est*, in Cod. leguntur infra sub articulo *Proxime*, post verba Ciceronis: *videntur accedere.* Aperte vero huc pertinent, qua de causa iam in Ed. pr. huc relata atque expressa sunt; cuius correctionis locus ille in Ed. pr. vestigium servat, ubi post verba: *videntur accedere* adduntur haec: *immigravit in alienum.* Cuius autem sit locus ille aut unde petitus, non liquet. 30) *Age*

181. Perditim; Afranius in Vopisco:
Quia scit me illam amare perditim [1].

182. Paulo prius; Afranius in Emancipato:
Paulo prius hinc abiit [2];
nos paulo ante dicimus.

183. Procul; Salust. Historiarum II: *Nam procul et diversis ex regionibus* [3]; ubi Asper: Ergo procul e loco est.

184. Prope pro iuxta; Plautus in Persa:
Prope me hic nescio qui loquitur [4].

185. Proxime [5]; Cicero de Senectute [6]: *Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit, quem com* [7] *a re familiari ut desipientem removissent, filiis eius arguentibus, cum senex Οἰδίπουν ἐπὶ κολωνῷ* [8], *quam proxime* [9] *scripserat, recitasset, liberatus est.* Idem in eadem [10]: *Et mihi ad sapientis vitam proxime* [11] *videntur accedere* [12].

186. Perendie, quasi per ea die [13], quod notaverunt Grammatici: quia cum de futuro dicimus, diem novissimo loco dicemus, non ut die quarto.

187. Principio; Tullius Tusc. II: *G.* [14] *Marius rusticanus vir, cum secaretur, principio vetuit se alligari.* Et Maro:
Principio arboribus varia est natura creandis [15].

188. Primo pedatu [16]; Cato Senex [17]: *In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati* [18], *alteras op-*
[192] *pidum* ‖ *vi captum, alteras primo pedatu* [19] *et secundo;* ut Maximus notat, hodieque nostri per Campaniam sic locuntur [20].

189. Pedibus adverbialiter; Cicero de Senectute: *Ingressus iter pedibus* [21]. Et ad [22] Salustium: *Pedibus in sententiam* [23].

190. Quippiam; Naevius in Corollaria:
Num quippiam [24].

191. Quaquam [25]; Salustius: *Tametsi haud* [26] *quaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem* [27] *rerum.* Pomponius quoque in *:
Negas nuptam quaquam [28].

192. Quo procul [29]:
Quo te Moeri pedes, an quo via ducit [30]?
Aut cui rei, ut dicas, quo prope est, ut eadem gratia Titinius in Setina [31] locutus esse videatur: *De aedi summa quo avolavit* [32] *gallus gallinaceus?* Non ex qua, nec e quo sedit [33].

193. Quod poteris; Terentius in Eunuch.:
Munus nostrum ornato verbis quod poteris [34];
ubi Helenius Acron: Pro in quantum poteris.

194. Quanti, cum interrogamus, nec emimus; quanto [35], cum emptam rem quaerimus. Atqui Cato in primo in Furium [36] de multa [37], de caro emptis: *O quanti ille agros*, inquit, *emit, qua aquam duceret.* Naevius in Tarentilla [38]:
Quae ego in theatro hic meis probavi plausibus,
Ea non audere quenquam regem rumpere?
Quanto libertatem hanc hic superat servitus?
Absolute quanto; Cato de Consulatu suo: *Videtote quanto secus ego fecerim* [39].

195. Quam maxime; Cicero secundo Tusculanarum: *In stadio cursores exclamant quam maxime possunt; faciunt idem cum exercentur athletae* [40].

196. Quam diluculo; Afranius in Emancipato:
Nudiustertius tute advenisti quam diluculo [41].

Edd. O. *ager* Cod. 1) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 196. 2) Both. ibid. V, 2, p. 167. 3) Cf. Salust. Ed. Gerlach. p. 226. De *Aspero* Grammatico supra diximus ad p. 187. P. 4) Plaut. Pers. I, 3, 19. ubi vulgo editur *nescio quis.* Huic loco subiiciuntur vv. *Idem in Rudente* in Fabr. P. quae ignorantur a Cod. et Ed. pr. 5) *Proximo* P. *Proxime* Cod. Edd. pr. Fabr. 6) Cic. de Sen. c. 7. 7) *Tam* Ed. pr. *cum* Fabr. P. *com* Cod. fortasse fuit *quom.* 8) Graece haec scripta in Cod. ubi *κολωνων.* 9) *Proximo* P. *proxime* Cod. Edd. pr. Fabr. 10) Cic. de Sen. c. 15. 11) *Proximo* P. *proxime* Cod. Edd. pr. Fabr. 12) His subiiciuntur in Cod. verba: *villa — mare est*, ut supra diximus. In Ed. pr. adduntur haec: *immigravit in alienum*, ut pariter supra iam retulimus. 13) *Quasi perempta die* Edd. O. *quasi per ea die* Cod. Fortasse legendum: *per eam diem.* 14) *G. Marius* Cod. *C. Marius* Edd. O. Cic. Tusc. II, 22. 15) Virg. Georg. II, 9. 16) *Pedato* P. *pedatu* Cod. Edd. pr. Fabr. 17) *Cato Senex in historiarum II.* P. *in hist. II.* om. Cod. et Edd. pr. Fabr. Ad hunc hist. librum refertur hic locus in Histor. Vett. Fragm. pag. 11. ed. Cort. 18) *Multati* Fabr. P. *multati* Cod. Ed. pr. 19) *Pedato* P. *pedatu* Cod. Edd. pr. Fabr. 20) *Locuntur* scripsi e Cod. 21) Cic. de Sen. c. 10. 22) *Et apud* Fabr. P. *Et ad* Cod. Ed. pr. Nec tamen sic citare solet Charisius. Latet aliud. 23) Salust. Cat. c. 50. 24) *Num non vis te moneam unum, si videtur, quippiam* P. *Nam quippiam* Ed. pr. Omnia desunt apud Fabr. *Num quippiam* Cod. Unde P. sua hauserit, nescio. 25) *Quamquam* Cod. *Quaquam* Edd. O. 26) *Haud* Edd. O. *ā* (sic) Cod. 27) *Actorem* Fabr. P. *auctorem* Cod. Ed. pr. Cf. Salust. Cat. c. 3. 28) *Pomponius, Quaquam negas nuptam* Edd. O. *Pomponius quoque in negas nuptam quanquam* Cod. 29) *Maro* inseritur a Fabr. P. abest a Cod. Ed. pr. Virg. Ecl. IX, init. 30) *In urbem* add. Edd. O. 31) *Saetina* h. l. Cod. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 69. 32) *De aede summa quo evolavit* P. *de aedis anima quo avolavit* Ed. pr. Fabr. *de aedi summa quo avoluvit* Cod. 33) *Neque quo sedet* P. *nec e quo redit* Fabr. *nec e quo reddit* Ed. pr. *nec e quo sedit* Cod. 34) Terent. Eun. II, 1, 8. Helenius Acron commentariis in Terentium saepe citatur a Charisio. Vide indicem. 35) *Quantum* Edd. O. *quanto* Cod. 36) *Contra Furium* Fabr. P. *in Fur.* Cod. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. pag. 33. 37) *Mulcta* Fabr. P. *multa* Cod. Ed. pr. 38) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 19. 39) Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 76. 40) Cic. Tusc. II, 23. 41) Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 166.

197. Rumore primo; Salustius Historiarum *[1], ubi Asper: Non est, inquit, nomen, sed adverbium, ut illud:

Obstipuit primu aspectu Sidonia Dido[2].

198. Recens; Asper comment. Salustii Historiarum primo nunc adverbium, nunc nomen id esse dicit; *recens scrip.*[3] potest enim[4] esse temporis.

[193] || 199. Rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen rursus inveni. Nam is in Tarentilla:

Qua pro confidentia usus verbum cum eo fuerim facere[5].

200. Repentino pro repente; Cicero[6], ut Statilius Maximus notat. Afranius in Emancipato:

Ut sint repentino apparandae nuptiae[7].

Idem in Vopisco: *Ubique repentino huius consimile accidit*[8].

201. Raro Cicero pro rare[9]; ut[10] idem Maximus notat, Catonem quoque ita locutum. Sed et Plautus in Rudente:

Verum rare capitur[11].

Rarissime, ut manifestissime; quoniam quotiescunque comparativo gradu sunt adverbia, in *e* literam exeunt. Cicero tamen ad Atticum sexto: *Ubi tutissimo*, inquit, *essent*[12].

Rarenter; Cicero[13], ut idem Maximus notat, pro raro.

202. Rite; Afranius in Emancipato:

Idem es qui semper, idque ut rite intelligas
Te facere[14].

203. Saepe per tempus recte dicimus, aliquotiens autem per personam, itaque:

Saepe fugam Danai [Troia volu]ere relicta
Moliri[15];

pro aliquotiens accipere debemus. Saepius, Maro Georgicorum primo:

Saepius et tectis[16] *penetralibus extulit ova*
Angustum formica terens iter.

204. Satis diverse acci[pitur, ἀντὶ τοῦ] par; Lucilius Saturarum[17]:

Cui si coniuret populus vix totus satis sit.

[Sic Plautus:

Quibus sat esse non queam[18].]

Terentius in Adelphis:

Satis mihi habeam[19] *[supp]licii, dum illos ulciscar*[20] *modo.*

Item satis pro aequo est[21]; Coelius[22] Historiarum primo: *Commodum est*[23], *satis videtur.* Nec enim pro sufficienti, inquit Paulus[24], accipi debet, sed pro pari et aequo. Item satis pro intente; Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Iam apud vallum nostri satis agebant*[25]. Terentius in Heautontimorumeno:

Etsi suarum rerum sat agitat[26], *tamen*
Habet bene[27] *et pudice eductam.*

205. Stomachose; Cicero[28], ut Statilius Maxi||mus de [194]
singularibus apud eum quoque[29] positis notat.

1) *Historiarum I.* P. numeri signum non est in Cod. Ed. pr. Fabr. Cf. Salust. Ed. Gerlach. pag. 225. 2) Virg. Aen. I, 613. *Obstupuit* Edd. O. *obstipuit* Cod. 3) *Recens scripsi* Fabr. P. *recens scrip.* (sic) Cod. Ed. pr. 4) *Etiam* P. *enim* Cod. Edd. pr. Fabr. 5) Locus pessime habitus, qui in Cod. sic exhibetur: *Maro tamen rursus inveni. Nam is in Tarentilla: qua pro confidentia usus verbum cum eo fuerim facere.* Consentit Ed. pr. nisi quod haec locum ex Tarentilla sic reddit: *qua porro confidentia verbum cum eo ausim facere.* Fabr. dedit: *Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naevius in Tarentilla, Qua porro confidentia rursus verbum cum eo ausim facere.* Sed P. longe plura: *Maro tamen, Rursus in arma ferar: Scandunt rursus equum. Et tamen in locis Naevii rursus invenimus. Nam is in Tarentilla, Qua porro confidentia ausus fuerim rursus verbum cum eo facere.* Manifestum est, excidisse in Cod. post vv. *Maro tamen* integram lineam aut duas, in quibus et locus Virgilii et Naevii nomen legeretur. Naevii autem locus sic legendus videtur: *Qua pro confidentia Rursum ausus verbum cum eo facere fuerim;* ubi *fuerim* sic pronunciandum, ut prima producatur: *fuverim.* 6) Cic. pro Quint. c. 4. *et moritur repentino.* 7) Both. Fragm. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 8) Cf. idem ibidem p. 196. *Cum simile* pro *consimile* Ed. pr. 9) *Rare Cicero pro raro* P. vere, ut videtur. *Raro Cicero pro rare* Cod. Edd. pr. Fabr. Inter fragmenta Ciceronis notatur. Cf. Orell. IV, 2, p. 582. 10) *Ubi* P. *ut* Cod. Edd. pr. Fabr. 11) Plaut. Rud. IV, 3, p. 56., ubi vulgo editur: *Vero rare capitur.* Reizius edidit: *Verum raro*, atque ita etiam Fabr. hoc Charisii loco exhibet. *Verum rare* Cod. Ed. pr. P. 12) Cic. Epp. ad Att. VIII, 1. Cf. Charis. supra p. 173. P. edit. huius p. 113. 13) Inter fragmenta Ciceronis recensetur. Cf. Orell. IV, 2, pag. 582. 14) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 15) Virg. Aen. II. 108. 16) *E tectis* Edd. O. *et tectis* Cod. Atque ita legitur apud Virg. Georg. I, 379. 17) *Satyrarum* Edd. O. *saturarum* Cod. Ad librum primum Lucilii hoc fragm. retulit Douza p. 262. ed. Haverc. 18) Hic locus: *Sic Plautus — non queam* neque in Cod. neque in Edd. comparet. Sic autem ad h. l. notavit Bondamus: *Inter utrumque hunc locum* (Lucilii et Terentii) *alius Plauti omissus est, ex MS. hunc in modum restituendus: Sic Plautus: Quibus sat esse non queam. Pers. I*, 1, p. 25. Mihi non dubium est, hunc totum locum ab aliena manu ascriptum esse, quiqui ille fuit Codex Douzae, quo usi sunt Bondamus et Putschius. Quare recepi quidem, sed ut spurium, uncis inclusi. 19) *Id habeam* Fabr. P. *habeam*, om. *id*, Cod. Ed. pr. 20) *Ulciscor* Ed. pr. Fabr. *ulsiscar* Cod. P. Locus est Terent. Ad. III, 2, 15. 21) *Idem satis pro aequo est.* Ita vere P. *Idem satis per accusativum est* Ed. pr. Fabr. *Idem satis pro aecus est* (h. e. *aequus*) Cod. 22) *Caelius* Edd. O. *Coelius* Cod. 23) *Commodum esse satis videtur* Fabr. P. *commodum est satis videtur* Cod. Ed. pr. Cf. Fragmm. Histor. Vett. p. 39. Cort. 24) *Pauli* comm. in Coelii historias libro primo supra iam citatur a Charisio p. 115. huius edit. pag. 88. Idem citatur infra pag. 214. P. 25) Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 74. 26) *Satis agitat* Edd. O. *sat agitat* Cod. 27) *Habet bene* Cod. Fabr. P. *haec bene* Ed. pr. Terent. Heaut. II, 1, 14. 28) Cic. ad Att. X, 5. *Rescripsi ei stomachosius.* 29) *Quoque* Cod. *quanquam* Ed. pr. om. Fabr. P.

206. Sane pro valde; Cicero in Verrem actione secunda: *Interea sane perturbatus et ipse, et eius amici et consiliarii moleste ferre coeperunt* [1].

207. Sincere; Terentius in Eunucho:

Si istud crederem sincere dici, quidvis possem perpeti [2].

Quidam tamen nomen putant esse neutri generis.

208. Sempiterno; Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Ego mihi haec monimenta sempiterno* [3] *posui quae cepi.*

209. Surde; Afranius in Vopisco:

Amentes [4], *quibus animi non sunt integri, surde audiunt.*

210. Sic pro ita; Terentius in Eunucho:

Immo [5] *sic homo est;*
Perpaucorum hominum,

id est, *πάνυ ἀραιῶν ἀνθρώπων* [6].

211. Semitatim; Titinius [7] in Caeco:

Ita semitatim fugi atque effugi patrem [8].

212. Summatim; Afranius in Emancipato:

Ne [9] *tu summatim ratio[nem] putes.*

213. Salutariter [10]; Cicero, ut idem Maximus notat, quasi salubriter. [Salutarius; Cicero, ut idem notat, quasi salubrius [11].]

214. Siqua pro siquo, aliquo [12] modo, ut:

Siqua fata sinant [13].

Quod ita quidam etiam in illo legerunt:

Anthea siqua
Iactatum vento videat, Phrygiasque biremis [14].

Aliud autem est in illo:

Si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris [15].

Quamquam et hic si quo modo sit [sub]audiendum [16].

215. Sedulo; Helenius Acron in Adelphis Terenti [17]: Ut falso, inquit, et consulto [18], ni ... te hic non sine dolo:

Usque a pueris curavi ambos sedulo [19].

Quamquam sit [sine dolo, per se tamen] sedulo sic utique est, ut falso.

216. Sedulum; Plautus in Caeco aut in praedonibus:

Velim te arbitrari factum.
R. [20] *Sedulum est, summoventur hostes, removentur lapides.*

217. Secius [21] tarditatem facientis indicat, serius temporis; Maro V [22]:

Currit iter tutum non secius aequore classis.

Et in Georg. III:

Interea to[to non secius aere ningit [23].]

218. Strenue; Plautus in Caeco aut in praedo||nibus: [195

Si non strenue fatetur ubi sit aurum, membra exsecemus serra [24].

Idem in Bacchidibus:

Converrite scopis, agite strenue [25].

219. Seorsum; Cato Senex: *Suapte* [26] *natio sua separata seorsum.*

Seorsus; Afranius in Emancipato:

Principium autem oro in animo ut sic tuo statuas,
Officiis cogi, ut abs te seorsus sentiam
De uxoria re [27].

1) Cic. in Verrem II, 17. 2) Terent. Eun. I, 2, 96. seqq. ubi editur *istuc.* 3) *Ego mihi monumenta haec sempiterno* P. *Ego mihi monumenta sempiterno* Ed. pr. Fabr. nisi quod Ed. pr. *monimenta.* Sed Cod. *Ego mihi haec monimenta sempiterno.* Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 76. 4) *Amantes* (sic; e supra a) Cod. *Amentes* Edd. O. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 196. qui corrigit *Amens es; quibus* cett. Sed sine dubio legendum est *amantes.* 5) *Immo* Cod. Ed. pr. *Imo* Fabr. P. Terent. Eun. III, 1, 18. 6) *Πάνυ πανρῶν ἀνθρώπων* Edd. O. *Πάνυ ΑΡΕΩΝΘΡΩΠΩΝ* Cod. i. e. *πάνυ ἀραιῶν ἀνθρώπων*, quod dedi. 7) *Titinius.* Haec scripturae variatio in Cod. est. Supra aliquoties *Titinnius.* 8) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 60. 9) *Nae* Fabr. P. *Ne* Cod. Ed. pr. Tum *ratio putes* Cod. Ed. pr. *rationem putas* Fabr. P. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 167. 10) Cic. Brut. c. 2. *quemadmodum salutariter uterentur.* Hic articulus in P. ponitur post articulum *Si qua;* in Cod. Ed. pr. Fabr. huic anteponitur. 11) Hic articulus: *Salutarius — salubrius* in Cod. Ed. pr. Fabr. abest, legitur in P. sed ita, ut singuli art. sic se excipiant: *Si qua; Salutariter; Salubrius.* Servavi, sed uncos admovi. Ubi Cicero *salutarius* dixerit, non reperio. 12) *Hoc est, si aliquo* Fabr. P. Vv. *hoc est si* om. Cod. Ed. pr. 13) Virg. Aen. I, 18. 14) Virg. Aen. I, 182. ubi legitur: *Anthea si quem.* Tum *biremes* Edd. O. *biremis* Cod. 15) Virg. Aen. VI, 883. 16) *Subaudiendum* Fabr. P. *audiendum* Ed. pr. Dubitat Nieb. 'et in Cod. nihil nisi *audiendum* legi' suspicatur. 17) *Terenti* Cod. 18) *Consulto, ita sedulo dictitatum: nisi forte hic est sine dolo* P. *consulto, ita sedulo dictitatum: nec hic non est sine dolo* Fabr. *consulto* (sequitur hiatus) *nec hic non est sine dolo* Ed. pr. *consulto ni ... te hic non sine dolo* Cod. ita ut tres tantum literae excidisse videantur, unde patet legendum esse: *consulto, ni forte hic sine dolo.* Similia dixit supra Charisius p. 173. P. 19) Cf. Charisius supra pag. 173. P. 20) *R.* Cod. *H.* Edd. O. Hoc signum, quod in supp. aliquoties iam recurrit, *responsionem*, vel respondentis personam significat. Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. qui rescripsit: *Velim ted arbitrari factum sedulo esse. Submoventur hostes, removentur lapides.* Male. 21) *Setius* Cod. *Secius* Edd. O. Atque item infra. 22) Virg. Aen. V, 862. 23) Virg. Georg. III, 367. Extrema huius loci in Cod. non satis manifeste leguntur; in Edd. lacuna nulla. 24) Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. ubi *eius* post v. *membra* additum legitur, nescio quo auctore. 25) Hodie non leguntur haec in Plauti Bacchidibus. Neque reperio, quorsum retulerint Fragmentorum collectores. 26) *Qua arte* P. *Suapte* Cod. Edd. pr. Fabr. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 89. 27) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. *Principium hoc oro* Edd. O. *Principium autem oro* Cod. Tum pro *sic* in Codice Nieb. esse videbatur *sis.*

220. Singularie pro singulariter, quasi unice; Cicero, ut Maximus notat.

221. Stirpitus; Cicero, quod apud eum idem[1] Maximus semel positum notat, ut, inquit, funditus, radicitus.

222. Sponte nomen quidem est aptoton, et eo q. C. Cotta Cn. Veterio[2] libro primo: *t . . plus hic cum optimis*[3], *tu de tua sponte hic cum religione.*

223. Secius pro minus; Afranius in Repudiato[4]:

Perdit ingens imbecillitas tua me quo secius me colligam[5].

Sequius; idem in eodem:

Sin id, quod non spero, ratio talis sequius ceciderit[6].

224. Statim; Accius in Didascalicon IX: *Vectigalia legerant vestra, et servantur statim*[7]; pro statute et ordinate.

225. Subinde; Nepos de illustribus viris[8] lib. II., sed et Brutus, et Coelius frequenter eo usi sunt.

226. Secus pro post; Sempronius Asellio Historiarum libro decimo quarto: *Nepos* sentent aut rationes*[9] *facere hoc secus*, id est, non multo post.

227. Secunde[10]; Cato senex, ut Maximus notat.

228. Sedate; Cicero Tusculanarum secundo: *Exclamabis ut mulier, nec constanter et sedate feres*[11].

229. Secus pro aliter; Naevius in Agitatoria:

Secus si unquam quicquam feci, carnificem cedo[12].

Et Plautus in Caeco:

Nihil feci secus quam me decet[13].

Cato de Consulatu suo: *Secus aetatem agerem quam illi egissent*[14].

230. Serio pro vere; Naevius in Tarentilla:

Vereor serio[15].

Plautus in Bacchidibus: *Iocon' adsimulem*[16] *an serio?*

231. Sarete pro integre; sarcire enim est integrum facere. Hinc *sarta*[17] *tecta uti* || *sint*, opera publica pu-[196] blice locantur[18], et ut Porphyrio[19] ex Verrio et Festo, in Auguralibus, inquit, libris ita est, *sane sarcteque*[20].

232. Secreto; Afranius in Emancipato:

Idcirco haec agere tecum secreto institi[21].

Secreta pro sola, an secreto[22], ut siqua pro siquo modo[23]; Maro Aeneid. IV:

[Tum secreta] pyram tecto interiore[24].

233. Tuatim; Plautus in Amphitryone[25], ubi Sisenna: Ut nostratim. Significat autem tuo more.

234. Taetre[26]; Cato Senex: *Taetre aetatem exigit*[27].

235. Tractim; Plautus in Amphitryone[28]. Ubi Sisenna pro lente, inquit, non ut Maro [pro iugiter, quarto Georgic]orum:

Tractimque susurrant[29],

inquit.

236. Temere pro facile; Plautus in Bacchidibus:

Rapidus fluvius est hic, [non hac temere transiri] potest[30].

1) *Apud eundem* Edd. O. *apud eum idem* Cod. Cf. Cic. Tusc. IV, 38. *Hunc errorem, quasi radicem malorum omnium, stirpitus philosophia se extracturam pollicetur.* 2) *Et eo utitur C. Cotta pro Cn. Veterio* P. *et eo quod C. Cotta Cn. Veterio* Edd. pr. Fabr. *et eo q* (sic, lineola subducta) *c. Cotta cn. Veterio* Cod. Hic primum notandum erat, in Cod. alias praenomina ista scribi *G.* et *Gn.*, qua de causa credibile est, alia h. l. lecta esse, quae librarius non intelligeret. Meyerus ad Fragmm. Orat. Rom. p. 164. legendum suadet *Cato pro Veturio*. At Cato non dixit *pro Veturio*, sed oratio eius *contra Veturium* saepe citatur. Cf. idem Meyer. ibid. p. 30. seqq. Nec probabile est, orationem illam habuisse plures libros, quorum hic primus citetur. 3) *Libro primo, Hic cum optimus* Fabr. P. *lib.* 1. *Hic cum optimus* Ed. pr. *libro primo t . . plus hic cum optimis* Cod. Haec qua ratione restituam, non habeo. 4) *Afran. Repudiato* P. *Afran. pro Repudiato* Fabr. *Afranius in Repudiato* Cod. Ed. pr. 5) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 187. 6) Idem ibidem. 7) De Accii Didascalicis cf. quae supra diximus ad p. 114. P. huius edit. p. 81. Ibi citatis adde Nonium pagg. 341. 514. et Gellium III, 11. ibique Gronovium. Cf. etiam Stephani Fragmm. Poet. Vett. Latt. pag. 41. seqq. 8) De Cornelii Nepotis illustrium virorum libris cf. Fragmm. Nepotis c. III, p. 337. tom. II. edit. Staveren. De Coelio Antipatro cf. Fragmm. Hist. Vett. p. 38. seqq. Cort. M. Iunii Bruti scripta ferebantur philosophica de officiis, de patientia, epistolae, oratoria. Cf. quae supra notavi ad pag. 105. P. huius edit. 75. quibus adde Meyerum in Orat. Rom. Fragm. p. 205. Ceterum *Coelius* Cod. *Caelius* Edd. O. 9) *Ne possent aut stationes* Edd. O. *Nepos sente aut rationes* Cod. quae licet corrupta, tamen fideliter repraesentanda duxi. Cf. Fragm. Hist. Vett. p. 44. seqq. Cort. 10) *Secundo* Edd. O. *Secunde* Cod. 11) Cic. Tusc. II, 20. ubi *non* pro *nec*. 12) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 11. 13) Both. ibid. I, 2, p. 436. 14) Cf. Meyer. Fragm. Orat. Rom. p. 77. 15) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 20. 16) *Adsimulem* scriptura Cod. Plaut. Bacch. I, 1, 42. *adsimulem* desideratur in Edd. pr. Fabr. 17) *Sarcta* Edd. O. *sarta* Cod. 18) Post v. *locantur* in Edd. pr. Fabr. desiderantur voculae *et ut*, et signum hiatus ponitur. 19) *Porfurio* Cod. qui idem exhibet *Verio* pro *Verrio*. 20) Cf. Festus p. 146. p. 252. nostrae edit. 21) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 22) *Aut secreto* P. *an secreto* Cod. Edd. pr. Fabr. 23) *Modo* accessit e Codice. 24) *Locavit* subiungunt Fabr. P. *locovi* Ed. pr. om. Cod. Ceterum verba *Tum secreta* dubia sunt in Cod. Virg. Aen. IV, 494. 25) His vv. *iam tuatim facis* add. Fabr. P. absunt eadem a Cod. et Ed. pr. Tum Cod. exhibet *Sisinna* et *nostrum*. Plaut. Amphitr. II, 1. 4. 26) *Taetre* in Cod. scriptum utrobique. 27) *Tetre aetatem* Edd. pr. Fabr. *Tetre aetatem exigit, ut Maximus* P. *Taetre aetatem exigit* Cod. 28) Plaut. Amphitr. I, 1, 157. *Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat.* 29) Virg. Georg. IV, 260. Adde Servium ad h. l. *tractim, sine intermissione, iugiter et longo tractu.* Ceterum Cod. iterum *Sisinna*. Verba uncis inclusa in Cod. dubia; in Ed. pr. lacuna est significata. 30) Plaut. Bacch. I, 1, 52. Verba uncis inclusa in Cod. dubia sunt. In Ed. pr. lacuna significata.

Cato de Consulatu suo: [*Si cuperent*] *hostes fieri, temere fieri nunc*[1] *possent.*

237. Testatim[2]; [Iuventius:
Caput ei[3]] *testatim defregero.*

238. Tempestive; Cicero de Senectute: * *delector, propter sermonis delectationem*[4].

239. Tertio[5]; Maro:
Tertio[6] *sed postquam maiore hastilia nisu*
Aggredior.

240. Tuto; Maro undecimo:
Quae tuto tibi magna volant[7];
ubi Aruntius Celsus: Non est, inquit, ut falso et raro. Haec enim Latina sunt.

241. Toleranter; Cicero Tuscul. II: *Idem morbos toleranter atque humane ferunt*[8]. Item alio loco eodem lib.: *Possumusne nos*[9] *contempnere dolorem, cum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus?*

242. Temere pro negligenter; Maro nono:
Haud temere est visum, conclamat ab agmine Volscens[10].

243. Tertium; M. Cato de Consulatu suo: *Id ego primo minus animadverti; veniunt iterum atque tertium tumultuosius*[11].

244. Timidius; idem in eadem Cato: *Censores qui posthac fiant, formidulosius*[12], *atque segnius, atque timidius pro republica nitentur.*

[197] || 245. Tumultuose; Afranius in Vopisco:
Tumultuose et cunctis copiis[13].

246. Valdissime[14]; Divus Hadrianus[15] Orationum XII: *A vobis P. C. peto, et impetratum valdissime*[16] *cupio, ut proxime imaginem Augusti argenteum*[17] *potius clupeum sicut Augusto ponatis.*

247. Una locum simul spacium[18] designat. Recte itaque dicimus: *simul consules fuerunt, una ambulabant.*

Uniter contra Grammaticorum, inquit[19], observationem, qui negant oportere nomina *us* syllaba terminata in *er*[20] adverbialiter flecti, libro VI[21].

248. Ut pro utinam[22]:
Ut te quidem omnes di deaeque;
ubi Aruntius Celsus: Pro utinam Terentius in Phormione.

249. Usquequaque, quasi diceret longe lateque; M. Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Omnia tumultus*[23] *plena, simul hostium copiae magnae contra me sedebant; usquequaque lacessebamur.* Quod manifestius idem ita disserit: *Interea*[24] *ad socios nostros sedulo dispertieram, alio frumentum, alio legatos, alio literas, alio praesidium usquequaque.*

250. Unice; Plautus in Bacchidibus:
Imo[25] *unice unum plurimique pendit.*

251. Usquequaque; Plautus in Bacchidibus:
Chrysalus[26] *mihi usquequaque loquitur nec recte, pater.*
G. Gracchus uti lex Papiria accipiatur: *Usquequaque curavit*[27]. Fronto ad Marcum invicem[28]: *Adest etiam usquequaque tibi natura, situs*[29], *lepos et venustas.*

1) *Si cuperent hostes fieri, temere fieri* **non** *possent* P. *temere hostes fieri, temere fieri* **nunc** *possent* Ed. pr. Fabr. Verba *si cuperent* in Cod. dubia sunt; ceterum Cod. quoque *nunc* exhibet. 2) Articuli *Testatim* et *Tempestive* in Edd. pr. et Fabr. desiderantur; leguntur in Cod. et P. 3) Vv. *Iuventius*, *Caput ei*, quae exhibet P., in Cod. sunt dubia. De Iuventio adi Ianum Rutgersium Varr. Lectt. IV, 19. et Bothium Poet. Scen. V, 2, p. 95. 4) *Tempestive quoque conviviis delector propter sermonis delectionem* P. Sed verba: *Tempestive quoque conviviis* absunt a Codice, quare omisi, apposita sine dubio ab editore ex Cicerone. Apud Cic. de Sen. c. 14. est: *Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector.* Ceterum *delectationem* est quoque in Cod. Charisii. In Cod. integra linea excidisse videtur, ubi tale quid scriptum fuisse videtur, quale reposuit P. 5) *Tertia pro tertio. Maro* P. Fabr. *Tertio. Maro* Cod. Ed. pr. 6) *Tertia* Fabr. P. *Tertio* Cod. Ed. pr. Locus est Virg. Aen. III, 37. Credibile est, Grammaticum legisse *Tertia*, et ut dissyllabum enunciasse. *hostilia* Fabr. P. *hastilia* Cod. Ed. pr. 7) Virg. Aen. XI, 381. Notandus error Grammatici, qui *tuta* pro adverbio acceperit. Melius rem intellexisse videtur Celsus, qui negavit, accipiendum esse ut *falso* et *raro*. Verum si idem verbis, quae sequuntur, *haec enim Latina sunt*, dubitare videtur, utrum *tuto* Latinum sit, idem erravit. Fortasse tamen legendum: *Haec enim adverbia sunt, illud nomen.* Ceterum *Aruntius* in Cod. scribitur. 8) Cic. Tusc. II, 18. 9) *No* (sic) Cod. *non* Ed. pr. Tum *continere* P. *contemnere* Ed. pr. Fabr. *contempnere* Cod. Cic. Tusc. II, 10. 10) *Volcens* Cod. Virg. Aen. IX, 375. 11) Cf. Meyer. Fragm. Orat. Romm. p. 76. 12) *Fiant* Cod. Ed. pr. *fient* Fabr. P. *formidulosius* est scriptura Cod. Cf. Meyer. l. c. 13) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 196. 14) *Validissime* Edd. O. *valdissime* Cod. 15) *D. Adrianus* Edd. O. *Diuus Hadrianus* Cod. 16) *Validissime* Edd. O. *valdissime* Cod. 17) *Argentum* P. *argenteum* Cod. Edd. pr. Fabr. Cf. Meyer. Fragm. Orat. Romm. p. 254. 18) *Simul vero spacium* P. Fabr. *simul tamen spacium* Ed. pr. *simul spacium* Cod. 19) *Inquit Plinius* Fabr. P. *inquit* Cod. Ed. pr. Nec *Plinius* supplendum videtur, sed *Romanus*. 20) *In r* Edd. O. *in er* Cod. 21) *Libro VI.* P. *libro* 6. Fabr. *libro*, om. numeri signo, Cod. Ed. pr. Numeri signum sine dubio haustum a literis seqq. 22) *Ut, pro utinam* Fabr. P. *Utinam* Cod. Ed. pr. Verum est, quod Fabr. restituit. Terent. Phorm. IV, 4, 6. *Ut te quidem tumultus omnes* Ed. pr. 23) *Tumultu* P. *tumultus* Cod.; deest voc. in Ed. pr. et Fabr. Cf. Meyer. Fragm. Orat. Romm. p. 76. 24) *Et ad* P. *et* om. Fabr. Ed. pr. Cod. Cf. Meyer. ibid. p. 76. 25) *Imo* Cod. *Immo* Edd. O. Plaut. Bacch. II, 2, 28. ubi *plurimi* pro *plurimique*. 26) *Crissalus* Cod. *Chrysalus* Edd. O. Plaut. Bacch. IV, 4, 83. 27) *C. Graccus* Fabr. P. *C. Gracchus* Ed. pr. *G. Gracchus* Cod. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 117. 28) *Ad Marcum imperatorem* P. *ad manum invicem* Edd. pr. Fabr. *ad Marium inuicem* Cod. In reliquiis epistolarum Frontonis locus hodie non reperitur. 29) *Situs, lepos.* Nieb. legendum suasit *scitus lepos;* mihi vera videtur Cod. lectio. Non enim opus est, de homine esse sermonem. Cf. Cic. ad Brut. Epp.

252. Viciniae; *hic viciniae*[1] Terentius in Hecura[2]; ubi Celsus: Adverbialiter, inquit, ut domi militiaeque. Plautus in Bacchidibus:

Proxime[3] *viciniae.*

253. Unciatim; Terentius in Phormione:

Quod ille unciatim vix de dimenso suo,
Suum defraudans genium, compersit miser[4].

254. Utero pro in uterum; Sisenna[5] Milesiarum XIII: *Ut cum paenitus*[6] *utero suo recepit.*

255. Vesperi; Plautus in Poenulo:

Importuna vis venit vesperi[7].

256. Utpote; Lucilius tertio[8]. Plautus vero in Poenulo et pro verbo posuit:

[198] *Non enim pote quaestus fieri, nisi sumptus* || *sequitur scio*[9].

Afranius in Vopisco:

Quasi verbum fecerim de isto, utpote[10].

257. Vespera; Salustius Historiarum secundo, et[11] Aurelius Caesar ad Frontonem II: *Vespera fatigatus, luce dormitans.* Fronto vero ad Antoninum[12] quinto: *At enim vesperi in triduum mittam*[13].

258. Utrubi[14]; Naevius in Tarentilla:

Utrubi coenaturi estis, hicine[15], *an in triclinio?*

259. Ut quammaxime significem; Tullius Tusculanarum secundo: *Nihil enim habet natura praestantius, nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam decus: his ergo pluribus nominibus unam rem declarari volo, sed utar, ut quammaxime significem, pluribus*[16].

260. Vicissim; Cato de Consulatu suo: *Qui maximis viribus*[17], inquit, *ac vicissim.* Et Cicero de Senectute: *Vicissim umbris aquisve refrigerari*[18].

261. Vitiosius; Cicero de Senectute: *Caecilius vitiosius illud ait de senectute*[19].

262. Viritim; Cicero de Senectute: *Sp. Carbilio, C. Flaminio tr. pleb.*[20], *quoad potuit Fl. Maximus*[21], *restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.*

263. Universe; Cicero pro Scauro[22].

264. Utrinde; Cato pro Hispanis[23]: *De frumento utrubi bona, utrobi*[24] *mala gratia capiatur, utrinque*[25] *iram, utrinde factiones tibi pares.*

265. Unde pro e quo loco; Plautus in Rudente:

Unde nos hostias agere voluisti[26]*?*

266. Vehementissime pro fortissime et vere; Calvus in Vatinium: *Vehementissime probare*[27].

267. Vehementer; Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia: *Q.*[28] *Albius vir bonus est et vehementer idoneus.*

XV.

Coniunctio, ut ait Cominianus[29].

1. Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. Coniunctioni accidunt: figura, ordo, potestas. Figura est, qua appellatur || aut simplex, ut quidem, [199]
aut composita, ut equidem. Ordo est, quo apparet,

lib. II, 16. *Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes* cett. 1) *Viciniae, huc viciniae* P. *Viciniae, huic viciniae* Fabr. *Vicinie, huic uiciniae* Ed. pr. *Vicinae hic viciniae* Cod. 2) *Hecura* scriptura Cod. At Terentii locus non in Hecyra, sed in Phormione legitur I, 2, 45. 3) *Proximae* Ed. pr. Fabr. P. *proxime* Cod. Plaut. Bacch. II, 2, 27. ubi legendum *proxime viciniae habitat*, ut h. l. in Cod. Charisii scriptum exstat, quantumvis Codd. Plauti *proximae* tueantur. 4) *Compársit miser* Edd. O. *compersit miser* Cod. Cf. Terent. Phorm. I, 1, 9. 10. ubi editur *compersit.* 5) *Sisinna* Cod. 6) *Ut cum penitus* Edd. O. *ut cum paenitus* Cod. Cf. Fragmm. Histor. Vett. p. 66. 7) Hodie apud Plautum in Poenulo non legitur. Cf. Pareus Fragm. Plauti Edit. Neap. p. 8. ubi scribitur: *importuna* ***avis*** *venit vesperi*, censetque Pareus, versum excidisse in Poenulo V, 2, 15. ubi est: *Sed quaenam illaec avis est, quae huc cum tunicis advenit.* 8) Cf. Douza Lucil. Rell. p. 283. ed. Haverc. 9) *Non pote quaestus consistere, si cum sumptus superat soror* Fabr. P. *Non enim pote* (sequitur hiatus) *questus fieri nisi sumptus sequntur scio* Ed. pr. *Non enim pote quaestus fieri, nisi sumptus scq̄* (sic) *scio* Cod. Locus est Plauti Poen. I, 2, 74. *Non enim potest quaestus consistere, si cum sumptus superat, soror.* 10) Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 196. *utpute* Cod. *utpote* Edd. O. 11) *Et Aurelius* Cod. *et cur.* (sic) Ed. pr. utramque voc. om. Fabr. *Aurelius*, om. *et*, P. 12) *Antonium* Cod. Ed pr. *Antoninum* Fabr. P. 13) *Ad cum vespera in triduum mittant* P. *At enim vesperi in triduum mittam* Cod. Edd. pr. Fabr. 14) *Utribi* Edd. O. *Utrubi* Cod. Atque ita postea. 15) *Hiccine* Edd. O. *hicine* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 20. 16) Cic. Tusc. II, 20. ubi editur: *quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus* et post *hisce ego* et *utor.* 17) *Vocibus* P. *vicibus* Cod. Fabr. Ed. pr. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. pag. 76. 18) Cic. de Sen. c. 16. extr. 19) Idem ibid. c. 8. *Illud vero idem Caecilius vitiosius: Tum equidem in senecta* cett. *Caelius* pro *Caecilius* Ed. pr. 20) *Trib. pleb.* Fabr. P. *Tr. Pl.* Ed. pr. *tr. pleb.* Cod. 21) *Fabius Maximus* Fabr. P. *Fl. Maximus* Cod. Recte emendavit Fabr. Ceterum sic legitur apud Cic. de Sen. c. 4: *qui consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.* Quare intelligitur, *dividentibus*, quod Fabr. P. habent, non veram esse lectionem. *Dividenti* Cod. Ed. pr. 22) Accedat haec vox fragmentis Scaurianae apud Cic. 23) *Pro Lusitanis Hispanis* Fabr. P. *pro Hisponis* Cod. Ed. pr. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. p. 45. 46. 24) Variat scriptura Cod. hoc loco *utrobi* superius *utrubi* exhibentis *utrobi* Edd. O. *utrobique.* 25) *Utrinde* Edd. O. *utrinque* Cod. falso. 26) *Plautus in prudente* Cod. Plaut. Rud. I, 5, 15. 27) Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 203. 28) *Quia Albius* Edd. O. *Q. Albius* Cod. Tum *vehimenter* Cod. Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 131. qui *Caii* praenomen dat Albio. 29) Inscriptio in Edd. O. talis: *De coniunctione, ut ait Comminianus.* Cod. exhibet: *Con-*

praeponi [1] tantum possit, ut *et*, an [2] supponi, ut *que* [3]. Potestas coniunctionum [4] in quinque species dividitur: sunt enim copulativae, disiunctivae, expletivae, causales, rationales. Copulativae: et, que, at, ast, ac, atque; disiunctivae: aut, ve, vel, ne, nec, neque; expletivae: quidem, equidem, quoque, autem, tamen, porro; causales, *αἰτιολογικοί*: si, etsi, tametsi, siquidem, quando, quandoquidem, quin, quinetiam, sin, seu, sive, nam, namque, ne, enim, nisisi, nenisi; praeterea rationales: quamobrem, praesertim, item, itemque, enim, etenim [5], enimvero, quia, quapropter, quippe, quoniam, quoniamquidem, ergo, ideo, scilicet, propterea [6].

2. Palaemon [7] autem ita definit: coniunctionum quaedam sunt principales, aliae subsequentes, aliae mediae, quibus utralibet parte positis sine vitio coniungatur [8] oratio. Principalis igitur est coniunctio sed, velut [9]:

Sed te qui virum [10] *casus age fare vicissim*,

ut ait Virgilius. Ille enim ordo ubi postponitur, poeticus est, *κατ' ἀναστροφὴν* factus:

Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis [11].

Sed ipsa subsequens est, quae media est etiam.

3. Habent etiam figuras coniunctiones, quae sunt aut simplices, aut compositae; simplices, ut nam; compositae, ut namque.

4. Cum est igitur de figura et ordine dictum, inspiciamus nunc, quae sint potestates [12]. Et sunt hae copulativae [13]: que, et, porro, quidem [14]; causales hae: quoque, itaque, etiam, ac, item, autem, vero, nam, enim, quia, quoniam, eo, ideo, quod, idcirco, propterea [15], causa, gratia, ergo. Hae enim, ubi causa redditur rerum, coniungere orationem solent, velut ita [16]: non dedit, quoniam non habuit. Ratiocinativae hae, *συλλογιστικοί* [17]: quare, quapropter, igitur, ergo, itaque, quando gravi accentu, quatenus, quoniam, ideoque, quoniamquidem, quandoquidem, siquidem. Dictae || autem sunt ratiocinativae, quod [200] quamque rem praepositam [18] ratione confirmant, in hunc modum: lucet, igitur dies est. Nam hic coniunxi rationem, lucem ideo esse, quod sit dies, seu diem ideo esse, quod sit lux. Dubitandi sunt hae, *διςτακτικοί* [19]: si, siquidem [20], sive, seu, nisi. Disiungendi sunt hae, *διαζευκτικοί*: ve, vel, an, ne, aut, neque, neu, nec, neve; admonendi [21]: atque; petendi: sed, verum; quas quidam inter causales posuerunt, hoc modo: peccavit, sed rogat; laesit, verum et profuit. Relativae ad aliquid, ut Plinius ait, sive comparativae, hae: magis, potius, immo, in hunc modum: hic eat, immo ille aut potius ille. Idem ait Plinius, potestatem [22] habere comparandi tam, quam [23], sed haec adverbia videntur magis similitudinis, ut: tamquam bonus amicus; et: tam ille quam hic. Sane eo habent comparandi potestatem quam ubi dicitur ante, quod et melius quam subiciendi, * quas Palaemon expletivas ait, hae: equidem, enimvero [24]; repletivae, *ἀναπληρωματικοί*: saltem, tamen, tandem, ne, adeo; inlativae: quamquam, quamvis, etsi, tametsi; infinitivae: dum, quamquam, postquam [25], antequam, quatenus, ut cum, *ὅταν ὡς σημαίνει* [26]. Alii dicunt cum, ut sit quo tempore, per hoc et adverbium potest esse temporis. Optativae: utinam, ut, ne, velim; subiunctivae: cum, si, et quae ab eo compositae sunt, tametsi, antequam, donec, quamvis, dummodo, licet, postquam, prinsquam, dum [27], cum pro donec accipitur, aut pro dummodo. Nec te moveat, si quaedam esse adverbia et coniunctiones recognoveris [28].

5. Superest [29], ut dicamus, quae coniunctio cui qualitati iungatur. Cum iungitur modo finitivis, modo subiun-

iunctio, ut ait Cominianus. 1) *An praeponi* Fabr. P. *aut praeponi* Ed. pr. *praeponi* Cod. 2) *Aut supponi* Cod. Ed. pr. *an supp.* Fabr. P. In Cod. tamen sigla est *ū*, quae fortasse fuit *ā*. 3) *An utrumque, ut itaque namque.* Haec verba hic interponunt Fabr. P.; absunt a Cod. Ed. pr. 4) *Coniunction.* (sic) Cod. *coniunctionum* Edd. O. 5) *Etenim* accessit e Cod. 6) *Praeterea* Edd. O. *propterea* Cod. Paullo ante *quoniam* ante *quoniamquidem* om. Ed. pr. 7) *Palemon* Cod. Cum omni hoc loco cf. quae dixit Diomedes p. 409. P. 8) *Coniungitur* Fabr. P. *coniungatur* Cod. Ed. pr. 9) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 10) *Viuum* Edd. O. *virum* Cod. Virg. Aen. VI, 531. 11) Virg. Aen. I, 353. seqq. Paullo ante *per ἀναστροφὴν* Ed. pr. 12) *Potestatis* Cod. *potestates* Edd. O. 13) *Copulativae* om. Cod. Ed. pr. recte interposuit Fabr. ex Diomede, quem cf. p. 409. P. 14) *Quidem* acc. e Cod. Ed. pr. desideratur in Fabr. P. 15) *Propter* Cod. *propterea* Edd. O. 16) *Velut ita* Cod. *ut ita* Edd. O. Paullo ante *rationem* Cod. Ed. pr. 17) *Συλλογιστικοὶ σύνδεσμοι* Fabr. P. *συλλογιστικοί* Cod. Ed. pr. (sed Cod. *συνλογιστικοι*) om. altera voce. 18) *Praeposita* Fabr. P. *praepositam* Cod. Ed. pr. 19) *Ἀπορηματικοί* Edd. O. *διςτακτικοί* diserte Cod. 20) *Siquidem* Edd. O. *si siquidem* Cod. 21) *Admovendi* Fabr. P. *admonendi* Cod. Ed. pr. 22) *Idem Plinius ait habere potestatem* Fabr. P. *ait Plinius habere potestatem* Ed. pr. *Idem ait Plinius potestatem habere* Cod. 23) *Tanquam et tam* Fabr. P. *tam quam* Cod. *tanquam* Ed. pr. Vide tamen Diomedem p. 410. P. 24) Totum hoc enunciatum, in quo nihil varietatis libri praestant, nisi quod Edd. *subiiciendi* et Cod. *expletivi*, ultima litera longius producta, sic videtur restituendum: *Sane habet comparandi potestatem quam ubi dicitur ante tam, quod et melius quam subiiciendi. Repletivae, quas Palaemon expletivas ait, hae, ἀναπληρωματικοί: equidem, enim vero, saltem, tamen, tandem* cett. 25) *Postquam* accessit e Cod. 26) *Ὅταν ὡς σημαίνει* Fabr. P. *ὅταν ὡς συμαίνει* Ed. pr. *ὅταν ὡς σημένει* Cod. Indicativus particulae *ὅταν* adiunctus nescio an recte se habeat apud huius aetatis scriptorem. Cf. Viger. p. 436. et Hermann. ad hunc Vig. locum p. 792. 27) *Donicum* Fabr. P. *dum* Cod. Ed. pr. Cf. Diomed. pag. 410. P. Statim ante *priusquam* ignorat Ed. pr. 28) *Cognoveris* Edd. O. *recognoveris* Cod. Cf. Diomed. l. c. Statim ante *coniugationes* pro *coniunctiones* Ed. pr. 29) Notavit

ctivis, velut[1]: cum dico, cum dicebam. Item ceteris[2] finitivis temporibus; subiunctivis quoque sic: cum dicam, cum dicerem; item ceteris subiunctivis temporibus[3]; sed interest, utrum finitivis an subiunctivis iungatur. Finitivis enim iungitur, quotiens ad id tempus, quo agebam, refertur: cum declamo, venit, id est, ipso tempore, quo de-
201 clamo; cum declamabam[4]. || Ut[5] apud Virgilium:

Cum venit, aulaeis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda[6];

id est, tempore ipso, quo veniebat[7]. Et apud Ciceronem: *Tantum profeci, cum te a consulatu reppuli*[8]. Proficiscitur quoque et futuro iungitur finitivorum, ut apud Virgilium:

Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet[9];

quod est, ipso tempore, quo dabit amplexus, et figet oscula. Sic et Cicero: *An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tunc te non existimas*[10]*?* Significat enim illo tempore se invidia[11] conflagraturum, quo vastabitur Italia, tecta ardebunt. Hoc pacto iungitur finitivis; subiunctivis vero, cum post factum aliquid significat, ut: cum venisset, declamavi. Significat enim prius venisse, et sic se coepisse[12] declamare, ut apud Ciceronem: *Cum ille*[13] *homo audacissimus conscientia convictus*[14] *reticuisset, patefeci;* nam primum Catilina tacuit, et tunc Cicero patefecit.

6. Si modo finitivo, modo subiunctivo iungitur, velut[15]: si venio, si veniam[16]. Item ceteris finitivis temporibus. Sed finitivis iungitur hoc modo, quotiens res factas significat, ut apud Ciceronem: *Si inlustrantur, si erumpunt omnia, mutet Catilina mentem*[17]. Sic quoque et perfecto iungitur, ut apud Virgilium:

Si potuit manes accersere coniugis Orpheus[18].

Adfirmat enim potuisse. Et apud Ciceronem: *Quid si haec non dico*[19], *maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone?* Subiunctivo vero iungitur, quotiens condicionalis[20] et incertus sermo est, velut[21]: si facias, si faceret[22]. Qui enim sic loquitur, non factum interim declarat.

7. Dum iungitur finitivo, velut[23]: dum venio. Quotiens vero pro eo, quod est dummodo, ponitur, subiunctiva recipit, ut apud Virgilium:

Dum conderet urbem[24];

id est, dummodo conderet. Dum etiam, si alius praeponitur sermo declinationis, ad illum reformatur, velut: petebam[25], ut dum venires facerem[26]; sic quoque recipiunt[27] subiunctiva.

|| 8. Donec iungitur subiunctivis, velut[28]: donec veniam. [202]

9. Num, si praepositum illi fuerit aliud verbum finitivum, recipit subiunctiva, velut[29]: *Interrogavi num dubitaret eo proficisci*, ut sit species relativa. Fere enim semper[30] praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae[31] subiungitur species subiunctiva, velut: nescio[32], quid dixerit, nescio, quid fecerit, nescio, quare venerit, nescio, cur dixerit, et cetera similiter. Aliter vero finitiva, ut apud Terentium:

Num aliud me tibi opus est[33]*?*

Item: quare venisti, cur dixisti, cur fecisti, et similia; quoniam non praeponitur verbum. Item quamvis subiunctiva, velut[34]: quamvis veneris. Item dummodo subiunctiva,

ad hunc locum Fabr.: *haec ad verbum fere Diomedes habet, ubi agit de verbo: usque ad illum locum qui adducitur ex C. Iul. Romano.* Locus Diomed. legitur p. 386. P. 1) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 2) *Ceteris* sic h. l. scriptum in Cod. 3) Haec verba: *subiunctivis quoque sic: cum dicam, cum dicerem; item ceteris subiunctivis temporibus* desunt in Edd. O. praestat Cod. eadem leguntur apud Diomedem l. c. 4) Hic interseruit vv. haec Fabr.: *venit si eo ipso tempore, quo declamabam, venisset;* ex Diomede p. 386. 5) *Et* Fabr. P. *Ut* Cod. Ed. pr. 6) Virg. Aen. I, 697. seqq. 7) *Venit* Fabr. P. recte. *veniebat* Cod. Ed. pr. quod servavi. 8) Cic. in Cat. I, 10. ubi est: *tantum profeci tum, cum* cett. *reppuli* Cod. Ed. pr. *repuli* Fabr. P. His subiiciunt Fabr. P.: *id est, ipso tempore, quo repuli, profeci. Sic quoque* ex Diomede p. 386. P. quae excidisse videntur apud Charisium. Sed tamen repraesentavi Cod. scripturam: *reppuli. Proficiscitur quoque*, quae eadem exhibet Ed. pr. 9) Virg. Aen. I, 687. Huic exemplo subiungit Cod. haec: *quod est, ipso tempore, quo dabit amplexus, et figet oscula*, quae totidem verbis leguntur apud Diomedem l. c., desunt vero in Edd. O. 10) *Tunc te non existimas invidiae incendio conflagraturum?* Fabr. P. Vv. *invidiae incendio conflagraturum* absunt a Cod. Ed. pr. et apud Diomedem. Cic. in Cat. I, 11. 11) *Invidia ipsum* Fabr. P. *se invidia* Cod. Ed. pr. 12) *Sic cepisse* Fabr. P. *si sic se caepisse* Ed. pr. *sic se coepisse* Cod. 13) Vv. *Cum ille* desunt in Cod. et Ed. pr. sed necessaria sunt et a Grammatico sine dubio posita, qua de causa recte restituta a Fabr. Leguntur etiam apud Diomedem. Cic. in Cat. II, 6. 14) *Convictus primo reticuisset, patefeci caetera* Fabr. P. *convictus reticuisset, patefeci* Cod. Ed. pr. 15) *Velut* Cod. *ut* Edd. O. 16) *Veniam* Fabr. P. quod servavi. — *veniebam* Ed. pr. Cod. 17) Cf. Cic. in Cat. I, 3. *Si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede* cett. In Cod. *Catillina* scribitur. 18) Virg. Aen. VI, 119. In Cod. scribitur *Orfeus*. 19) *Quae dico* Fabr. P. *non dico* Ed. pr. Cod. Pro *Quid si* Ed. pr. *Qui si.* Cic. pro Milone c. 13. *Quid si haec, non dico, maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone.* 20) *Condicionalis* scriptura Cod. 21) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 22) *Faceres* Fabr. P. *faceret* Cod. Ed. pr. 23) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 24) Virg. Aen. I, 5. 25) *Ut petebas* Fabr. P. *ut petebam* Ed. pr. *velut petebam* Cod. Verum est *petebas*. 26) *Sacrum* Ed. pr. *facerem* Cod. Fabr. P. 27) *Recipiunt* Cod. Ed. pr. *recipit* Fabr. P., quod verum. 28) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 29) *Ut Cicero* Fabr. P. *velut*, om. *Cicero*, Cod. Ed. pr. Locus sine dubio corruptus est ex Cic. in Cat. II, 6. *Quum haesitaret, quum teneretur, quaesivi, quid dubitaret proficisci eo, quo iam pridem pararet.* 30) *Semper* om. Fabr. P. exhibent Cod. Ed. pr. 31) *Dubitativae* Fabr. P. *coniunctivae* Cod. Ed. pr. 32) *Ut Nescio* Edd. O. *velut nescio* Cod. 33) Terentii locum non reperi; similes sunt Phorm. I, 2, 101. Ibid. III. 3, 30. 34) *Ut* Edd. O. *velut* Cod.

velut[1]: dummodo venias. Item licet subiunctiva: licet venias. Quamquam[2] finitiva, ut apud Virgilium:

Quamquam animus meminisse horret[3].

Item ut recipit finitiva accentu elatum[4]; effertur autem, quotiens pro eo accipitur, quod est quomodo, ut apud Ciceronem: *Ut sustinuit*[5], *immo vero ut contempsit?* id est quomodo. Quotiens vero pro eo, quod est ἵνα apud Graecos, recipit optativa, velut: ut faciam[6]. Nonnunquam tamen acuto accentu elatum[7] recipit subiunctiva, praeposito sane finito verbo[8], more quo supra formari relativa diximus, ut apud Virgilium:

Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai[9].

Item utinam recipit optativa, velut[10]: utinam venias. Item ne, acuto accentu imperativa, velut[11]: ne fac. Quotiens vero gravi accentu pro eo, quod est apud Graecos *ἵνα μή*, accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium:

Ne facias quod Umidius[12].

Nonnunquam autem etiamsi acuto accentu efferatur, optativa quoque recipit, velut[13]: ne facias, ne scribas; sed interest inter hoc et illud, quod diximus, ne fac, quod hoc[14] imperamus, superius suademus. Recipit quoque id ipsum acuto accentu elatum finitiva, quotiens εἰρωνικῶς[15] accipimus pro eo, quod est apud Graecos *ναί*, istius ad-
[203] firmatio[16], quod est apud Ciceronem: *Ne illi vehe||menter errant*[17]. Quotiens vero rei dubiae, et quasi condicionali[18] aptatur, recipit et subiunctiva eodem accentu elatum, ut apud Ciceronem: *Ne*[19] *tu Eruci accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses*; hoc est, si esses natus, esses ridiculus. Item postquam modo finitivo, modo subiunctivo. Finitivo[20], quotiens iunctum accipitur, ut est apud Virgilium:

Postquam res Asiae Priamique evertere gentem[21],

ut sit postquam visum; subiunctivo vero, quotiens secernitur: postquam venisset, factum est, et similia. Item antequam modo finitivis, modo subiunctivis iungitur, contra ac superius. Iunctum subiunctivis, velut[22]: antequam venisset[23]; disiunctum finitivis, ut apud Virgilium:

Ante pudor quam te violo[24].

Item ni et nisi subiunctivis[25]: ni fecisset, et nisi fecisset. Quamquam apud Ciceronem nonnunquam finitivis iungitur, tum maxime cum parum dubius sit sensus, ut apud eundem Ciceronem: *Nisi forte melius est, patefacere vobis*[26] *provincias, quo exire possitis*[27], *quam curare, ut etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores revertantur.* Item etsi, ut ait Gaius Iulius Romanus, ἀνακόλουθον est, quotiescunque τῷ etsi non reddimus tamen, ut Terenti[28] illud ex Hecyra est:

Etsi ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem,
Sed non adeo, ut facilitas mea corrumpat animum[29].

10. At[30] pro autem; Licinnius[31] Calvus in Fuscinium ambitus[32]: *At ita mihi Iovem deosque immortales velim bene fecisse iudices, ut ego pro certo habeo si parvuli*[33]. *At*[34] coniunctionem esse, *ad* vero praepositionem[35], εὐφωνότερον[36] tamen est, ut hic[37] per *d* scribatur, ne sub-

1) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 2) *Item quanquam* Fabr. P. *Quanquam*, om. *item*, Cod. Ed. pr. 3) Virg. Aen. II, 12. 4) *Acuto elatum* Fabr. P. *elatum* Ed. pr. *relatum* Cod. om. *acuto* Cod. Ed. pr. 5) *Substinuit* Edd. O. *sustinuit* Cod. Cic. pro Milone c. 24. *Ut sustinuit! dii immortales! sustinuit? immo vero ut contempsit ac pro nihilo habuit.* 6) *Ut faciam* Edd. O. *velut ut faciam* Cod. 7) *Elatum* Fabr. P. *latum* Cod. Ed. pr. 8) *Praeposito finito verbo* Fabr. P. *praepositus ὥσπερ infinito verbo* Ed. pr. *praepositis ANEIN finito verbo* (sic) Cod. Verum esse videtur, quod Diomedes in compari loco habet p. 388. P. *Nonnunquam tamen acuto accentu elatum recipit subiunctivum, praeposito sane finitivo* cett. 9) Virg. Aen. II, 3. Huic exemplo subiiciunt: *id est ὥσπερ* Fabr. P. quae absunt a Cod. et Ed. pr. 10) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 11) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 12) *Numidius* Fabr. P. *humidius* Ed. pr. *ᵘomidius* (sic) Cod. Cf. Horat. Sat. I, 1, 94. 95. ubi vide Bentl. 13) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 14) *Hic* Fabr. P. *autem* Ed. pr. *h'* (sic) Cod. id est *hoc.* 15) *Ironicos* Latinis literis scriptum exhibent Cod. et Ed. pr. 16) *Apud Graecos ναὶ facta admiratione* Fabr. P. *apud Graecos istius adfirmatio* Cod. Ed. pr. Apud Diomedem pag. 388. P. legitur loco pari: *apud Graecos ναὶ facta adfirmatione*, quo tamen loco Codd. mei exhibent: *apud Graecos Ne rei factae adfirmatione*, pro quibus fortasse et hic et apud Charisium rescribendum est: *apud Graecos ναὶ in rei factae adfirmatione.* Ceterum Fabr. P. *Nae.* Cod. Ed. pr. *Ne* in loco Ciceronis. 17) Cic. in Cat. II, 3. extr. 18) *Condicionali* scriptura Cod. 19) *Nae tu Eruci* Fabr. P. *Ne tu era* (hiatus) *cum* Ed. pr. *Ne tu Eruci* Cod. Cic. pro Rosc. Am. c. 18. 20) *Finitiuo* Fabr. P. *finitum* Ed. pr. Cod. 21) Virg. Aen. III, init. Verba: *Immeritam visum superis* adduntur in Fabr. P. nesciuntur a Cod. et Ed. pr. 22) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 23) *Dixi* subiung. Fabr. P. In Ed. pr. est: *venisset dixi iunctum.* Sed Cod. exhibet: *venisset. disiunctum.* 24) Virg. Aen. IV, 27. 25) *Subiunctiva* Cod. Ed. pr. *subiunctivis* Fabr. P. 26) *Nobis* Fabr. P. *uobis* Cod. Ed. pr. 27) *Possimus* Fabr. P. *possitis* Cod. Ed. pr. Cic. in Catilin. IV, 10. ubi editur: *maius est* pro *melius est* et *nobis* et *possimus.* 28) *Terentii* Ed. pr. Fabr. P. *Terenti* Cod. 29) *Facilitas mea illorum corrumpat animos* Fabr. P. *facilitas mea corrumpat animum* Ed. pr. Cod. Terent. Hecyr. II, 2, 5. *Et ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem; sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum animos.* 30) *At* Fabr. P. *Ad* Cod. Ed. pr. 31) *Licinius* Edd. O. *Licinnius* Cod. Cf. Meyer. Orat. Rom. Fragmm. pag. 203. 32) *Ambitus reum* P. *ambitus*, om. *reum*, Cod. Ed. pr. Fabr. 33) *Si parvuli* Cod. Ed. pr. *si parvi* Fabr. His subiungit P.: *de ambitu iudicarent*, quae absunt a Cod. Ed. pr. Fabr. Unde P. verba ista *de ambitu iudicarent* sumserit, non reperio. 34) *At* Edd. O. *Ad* Cod. Post v. *coniunctionem* add. *esse* Cod. quod om. Edd. O. 35) *Scribunt* addidit Fabr. quem secutus est P. 36) *Εὐφωνότερον* Latine scribunt Cod. et Ed. pr. 37) *Haec* Fabr. P. *hic* Cod. Ed. pr.

sequens *t* litera [1], duriorem suique similem sonum literae amplexa, dictum faciat immitius.

11. An pro num [2]; Maro Bucolicon:

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum [3]*?*

nisi, ut de distinctionibus diximus, ὑπακουόμενον sit: an aecum [4] videatur, sed Marcius [5] Salutaris vir perfectissimus pro ergo rectius sensit. Ἀσύνδετον [6] quoque fit
[204] || cum pluralis numerus singulari coniungitur [7].

12. Atque pro et; Terentius in Adelphis:

Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre [8]*;*

ubi Acron: Argute, inquit; nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naevius in Agitatoria, sed et in Tarentilla; Plautus in Bacchidibus:

Quae sodalem atque me exercitos [9] *habet.*

Cato dierum dictarum de Consulatu suo: *Atque quamquam multa nova miracula fecere inimici mei, tamen nequeo desinere mirari eorum audaciam atque confidentiam* [10].

13. Ast apud antiquos variam vim contulit vocibus pro atque, pro ac, pro ergo, pro sed, pro tamen, pro tum, pro cum, ut in glossis antiquitatum legimus scriptum. Sunt et aliae plurimae coniunctiones pro aliis apud veteres auctores interpositae, de quibus plenius G. [11] Iulius Romanus libro ἀφορμῶν sub titulo de coniunctione disseruit.

XVI.

De praepositione, ut ait Cominianus [12].

1. Praepositio est pars orationis, quae praeposita alii parti orationis significationem eius immutat aut simplicem servat, ut: scribo, subscribo, scribo, rescribo. Praepositiones aut casibus serviunt, aut loquelis [13]. Quae casibus serviunt: apud [14], penes, ut: apud vos, penes te; loquelis [15]: ut con, di, re, se [16], ut: congredior, diduco, refero, secedo [17]. Ceterae praepositiones verbis [18] sic cohaerent, ut casibus, ut: perfer huc, admove ad urbem. Quae casibus serviunt, aut accusativum habent aut ablativum aut utrumque. Et sunt accusativi casus: *ad*, ad domum, ad fines; *apud*, apud Maronem; *ante*, ante ostium, ante tribunal; *adversum*, adversum hostem; *am*, am segetes [19]; *contra*, contra Capitolium, contra hostem; *circum*, circum montem; *circiter*, circiter ducentos; *citra*, citra gratiam, citra montem; *circa*, circa forum; *cis*, cis Padum, cis Alpes; *extra*, extra urbem; *erga*, erga parentes; || *in*, in Pisonem; *inter*, inter querelas, inter te; [205]
infra, infra collem; *intra*, intra kalendas, intra moenia; *iuxta*, iuxta aedem; *ob*, ob merita, ob [20] causam, ob iter [21]; *per*, per vias, per medium; *praeter*, praeter malos; *propter*, propter illum; *post*, post annum; *prope*, prope urbem; *pone*, pone litus, pone me; *penes*, penes hospitem [22]; *subter*, subter mare; *supra*, supra Ilium, supra fortunam; *suptus*, suptus [23] lectum; *secundum*, secundum mare; *trans*, trans Tiberim [24]; *ultra*, ultra terminum, ultra fines; *usque*, usque Romam.

2. Item ablativi casus: *a*, a propinquis; *ab*, ab homine; *abs*, absque nobis, abs te; *cum*, cum sociis et cum patre; *coram*, coram amicis, coram multis; *clam*, clam patre; *de*, de civitate; *e*, e foro [25]; *ex*, ex provincia; *pro*, pro patre, pro Rep.; *prae*, prae metu, prae dolore; *palam*, palam omnibus; *sine*, sine domino; *tenus*, tenus rure [26].

3. Item utriusque casus: *in*, in ius eo, in iure sto; *sub*, sub montem veni, sub monte moror [27]; *super*, super arma, super armis, ut Maro:

Stratoque super discumbitur ostro [28]*;*

subter, subter mare, subter mari; *super*, super Hectore, super Priamo [29], hoc est de Priamo [30].

XVII.

De praepositionibus Palaemon ita definit.

1. Praepositiones sunt dictae ex eo, quod praeponantur tam casibus quam verbis; casibus incusativo [31] tantum

1) *Litteram* Cod. Ed. pr. *litera* Fabr. P. 2) *Cum* Cod. Ed. pr. *num* Fabr. P. 3) Virg. Bucol. III, 22. 4) *An ne cum* Edd. O. *an aecum* Cod. i. e. *aequum*. 5) *Martius* Edd. O. *Marcius* Cod. 6) ἀσύνθετον Edd. O. ἀσύνδετον Cod. 7) *Iungitur* Edd. O. *coniungitur* Cod. 8) Terent. Adelph I, 1, 15. 9) *Exercitos* Fabr. P. *exercitus* Ed. pr. *exercitis* Cod. Ceterum non legitur hodie fragmentum hoc in Bacchidibus; idem tamen eodem titulo citatur a Nonio p. 6. Merc. 10) Cf. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 76. 11) *G. Iulius* Cod. *C. Iulius* Edd. O. 12) *Comminianus* Edd. O. *Cominianus* Cod. Ceterum quae in seqq. de praepositionibus traduntur, eadem fere exstant apud Diomedem p. 404. P. 13) *Loquellis* Cod. *loquelis* Edd. O. 14) *Ut apud* Fabr. P. *ut* om. Cod. Ed. pr. 15) *Quae loquelis* Fabr. P. *loquelis*, om. *quae*, Ed. pr. *loquellis*, om. *quae*, Cod. 16) *Am* addidit Fabr., quem sequitur P. abest *am* a Cod. Ed. pr. 17) *Amplector* addidit Fabr., quem seq. P. abest a Cod. Ed. pr. 18) *Adverbiis* Cod. Ed. pr. male. *verbis* recte Fabr. P. 19) *Am segetes*. Cf. Festus p. 16. et interpp. ad Festum p. 339. ed. meae. 20) *Ob ob causam* Cod. 21) *Obter* Cod. *ob iter* Edd. O. 22) *Penes hostem* Edd. O. *penes hospitem* Cod. 23) *Subtus, subtus* Edd. O. *suptus, suptus* Cod. 24) *Tyberim* Edd. O. *Tiberim* Cod. 25) *De foro* Edd. O. *e, e foro* Cod. 26) *Tenus crure* Fabr. P. *tenus rupe* Ed. pr. *tenus rure* Cod.; sine dubio verum vidit Fabr. 27) *Moror* Edd. O. *morar* Cod. 28) Virg. Aen. I, 700. 29) Licet non dubium sit, Grammaticum respexisse versiculum Virg. Aen. II, 750. *Multa super Priamo rogitans super Hectore multa:* tamen versum ipsum non posuit, qua de caussa haec verba non erant, ut versus, scribenda, velut fecit P. 30) *De Hectore, de Priamo* Fabr. P. *de Priamo* Cod. Ed. pr. omissis prioribus. 31) *In accusativo* Edd. O. *incusativo* Cod.

et ablativo. Sunt quaedam communes utriusque casus. Nonnullae tam casu [1] quam verbo praeponuntur, aliae tantum verbo, quaedam tantum casui. Aliae mutato accentu in adverbia accedunt. Et quidem quae sint [2] accusativi casus, item quae ablativi, sed et utriusque, superioribus explanantur, nunc quae sint verborum propria exponamus. Et sunt verborum propriae hae: *di* diducere, *dis* dispargere, *co* coemere, *con* convertere, *re* revocare, *se* seponere, *as* aspellere. Sunt etiam ex universis, quae et casui et verbo praeponuntur, velut: a coelo, amoveo, ab arte, abhorreo; *abs*, abs te abstraho; *ad*, ad illum adgredior; *am*, am fines, am segetes, ambio, amplector;
[206] *ante*, ante tribunal, antecedo [3]; || *contra*, contra illum, contradico; *circum*, circum oppidum, circumeo; *de*, de illo, decipio; *e*, e coelo, educo; *ex*, ex alto, excipio; *in* [4], in Pisonem, invado; *inter*, inter illum, interdico; *ob*, ob illum, obeo, obiicio; *prae*, prae viribus, praedico; *pro*, pro illo, promitto; *praeter*, praeter filium, praetereo; *per*, per flumen, perago; *sub*, sub illum, subeo; *super*, super lectum, supergredior; *trans*, trans flumen, transeo. Eaedem praepositiones et adverbio et participio et pronomini [5] praeponuntur. Adverbio quidem ita: adprime, impudenter. Participio vero ita: inscriptus, dereptus [6]. Pronomini etiam ita: ad illum, pro me, de hoc. Similiter ex universis tantum casibus iunguntur [7] hae: propter, apud [8], sine, circiter, subtus, infra, coram, intra, cis, extra, post, supra, prope, ultra, usque, citra, secundum, erga, pone, circa, penes, iuxta. Quaedam similiter ex universis mutato accentu in adverbia accedunt, quae etiam in adverbiis notavimus, et sunt: *infra*, infra stat, supra [9] stat, extra stat, intra sedebat, ultra non faciam, citra discurrit, circa equitatum, iuxta fecit. Similiter contra contendebat [10], subtus erat, coram stetit, ante venit, post sedit, prope cecidit, id est [11], pene, usque illum mulcavit [12], id est, valde, item usque illo cum venisset. Et quamdiu sine casibus enunciantur, adverbia aliter erunt [13]; receptis casibus in praepositiones numerantur [14].

2. Nomina civitatium [15] sine praepositione sunt cum verbis [16] eundi, manendi, redeundi; sed et rus sine praepositione: rus eo, ruri sum, rure venio; et domus sine praepositione, velut [17]: domum eo, domi sum, domo venio, sed et de domo dumtaxat [18]. In tertia persona invenimus saepius in domum it [19]. Generaliter autem et canonice, ut Romanus disertissimus [20] artis scriptor refert [21]. Praepositiones gentibus seu nationibus adduntur, civitatibus adimuntur et detrahuntur, licet contra nonnullos veteres dixisse repperiamus [22], ut apud eundem Roma||num inve- [207]
nies. Apud Palaemonem etiam aliae observationes paenitus [23] digestae sunt, utputa, praepositio per praeponitur tantummodo absolutis nominibus, peccant autem, qui dicunt peroptimus. Circum, circa, circiter hoc [24] differunt, quod circum loci est, circum theatrum; circa temporis [25], circa Kalendas; circiter numeri, circiter horas decem, et si aliter inveniantur, licentia dictum videtur. Contra et adversus hoc [26] differunt, quod contra loci, velut [27]: contra basilicam; adversus ad animi motum, velut [28]: adversus illum facio; interdum autem promiscue accipitur.

3. Item *ante*, *post*, *penes*, *inter*, nunc praeponuntur casibus, nunc mutato accentu subiunguntur, ut: ante illum, illum ante.

4. Item *ab* duplex est, nam et pro ἀπό et pro ἐπί apud nos accipitur, ut: ab bibliotheca, ab epistolis [29]. Item *a* et *ab* hoc differunt. *A* praeponitur nomini, quod a consonante incipit aut vocali, quae pro consonante accipitur; *ab* his praeponitur, quae a vocali incipiunt, quamvis etiam *h* praecedat, quae pro adspiratione accipitur. Superius, velut: a magno, a maximo [30]. Sequens: ab Indis, ab errore, ab humo, et ab Hyla, et ab Hyacintho, quod et *y* litera peraeque [31] apud nos vocalis existimatur. Has praepositiones nonnullis visum est non debere propriis ci-

Notavit ad hunc locum Fabricius: *Haec in Rhemnii Palaemonis arte, quae nunc exstat, non leguntur.* 1) *Tam casui* Edd. O. *etiam casu* Cod. 2) *Sunt* Edd. O. *sint* Cod. 3) *Praeponuntur, ut ad illum, accedo. ante, ante ostium, antecedo. ab, ab arce, amoveo. contra* Fabr. P. *praeponuntur, ut accedo, amoueo, ab arce, antecedo. contra* Ed. pr. Quae dedi, Nieb. e Cod. enotavit. 4) *In.* Hoc prius *in* abest a Cod. 5) *Et pronomini* accesserunt e Cod. 6) *Descriptus* Edd. O. *dereptus* Cod. 7) *Iungitur* Cod. male. *iunguntur* Edd. O. recte. 8) *Opter* hic intrudit Cod. quod unde profectum sit, nescio. 9) *Supra, supra* Edd. O. alterum *supra* ignorat Cod. 10) *Contendebat* Edd. O. recte. *condebot* Cod. 11) *Idem* Ed. pr. *id est* Cod. Fabr. P. 12) *Mulcavit* Cod. *multavit* Edd. O. 13) *Adverbia erunt* Fabr. P. *adverbia aliter erunt* Cod. Ed. pr. Scribendum videtur: *adverbia erunt; aliter receptis* cett. 14) *Inter praepositiones numerantur* Fabr. P. *inter praepositiones*, om. *numerantur*, Ed. pr. *in praepositiones* Cod. qui item v. *numerantur* omittit, quod recte restitutum videtur a Fabr. 15) *Civitatium* Cod. *civitatum* Edd. O. 16) Vv. *cum verbis* interposuit Fabr. secutus est P.; ignorantur ea a Cod. et Ed. pr. sed necessaria sunt. 17) *Velut* Cod. *ut* Edd. O. 18) *Dumtaxat* scriptura Cod. item exhibet Ed. pr. 19) *In domum* Fabr. P. *in domum, id* Ed. pr. *in domum it* Cod. 20) *Dissertissimus* Cod. *disertissimus* Edd. O. 21) Post v. *refert* commate distinguitur in Fabr. P. Sed in Cod. trium punctorum signum sequitur, ad hunc modum ·.· Etiam in Ed. pr. plene interpungitur. 22) *Repperiamus* scriptura Cod. 23) *Paenitus* scriptura Cod. 24) *Hac differunt* Fabr. P. *haec diff.* Ed. pr. *hoc differunt* Cod. 25) *Tempus* Ed. pr. *temporis* Cod. Fabr. P. 26) *Ita* Edd. O. *hoc* Cod. 27) *Contra ad locum ut* Fabr. P. *contra locum ut* Ed. pr. *contra loci velut* Cod. 28) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 29) *Epistolis* sic scribi in Cod., diserte adnotavit Nieb. 30) *Superius a magno et a maximo* Edd. O. *superius velut a magno a maxima* Cod. 31) *Quae y litera peraeque* Edd. O. *quod et y littera per* .ϵ. (sic) Cod. Nescio quid haec sigla sibi velit.

vitatium[1] nominibus praeponi, sed sic: Antiochia veni, Roma veni[2]. Et Cicero: *Tum cum multi*[3] *principes civitatis Romae non tam sui conservandi*, et cetera.

5. Item *cum* tertiae personae praeponitur tantum, velut[4]: cum illo; nam primam et secundam subsequitur: mecum, tecum, item nobiscum, vobiscum, cum illis. Item *tenus*[5] subsequitur: pubetenus, facietenus, paulotenus. Item *in* praepositio quotiens significationem habet in loco, quod est apud Graecos [*ἐν τῇ πόλει*[6],] recipit casum ablativum, velut: in civitate. Eadem *in* praepositio[7] derog[ativa et] *στερητική*[8], ut: probus, improbus, doctus, indoctus; nonnunquam etiam adiectiva *προςθετική*[9], ut: po-
[208] tens, impotens, id est, || valde potens. Quamquam in hac appellatione etiam derogativa intelligatur, ut sit impotens. Item *super*, quotiens supra significat, accusativum recipit casum, ut est: super subsellium; quotiens vero *de* significat, recipit ablativum, id est[10]:

Super Hectore multa[11].

Item *per* diversas habet significationes; non enim tantum pro eo, quod est apud Graecos *δι' ἐμοῦ ἢ δι' ἐκείνου*[12], id est, per me, aut per illum intelligitur, nec pro eo tantum, quod aeque apud Graecos sumitur *ἐπὶ ἐμοῦ, ἐπὶ σοῦ γέγονεν*, quasi per me aut per te factum est, sed etiam nonnunquam pro eo accipitur, quod apud Graecos iurandi exactione usurpatur, id est, *τοὺς θεούς, τὴν πίστιν σοι, τὰ ἄστρα σοι*[13], ita ut ait poeta:

Per superos atque hoc coeli spirabile numen.
Per sidera testor[14].

Item accipitur pro eo, quod cum nostra voluntate[15] iureiurando affirmamus aut negamus; *μὰ τοὺς θεούς, νὴ τοὺς θεούς*, ut[16] Graeci dicunt, quale est apud Virgilium:

Per ego has lacrimas dextramque tuam[17] *te,*
Per connubia nostra, per inceptos Hymenaeos,

ut sit per lacrimas, per dextram, per te, quod [Graeci] *μὰ* dicunt[18]; per connubia, per hymenaeos, ut sit *νὴ τὸν γάμον, νὴ τὸν ὑμέναιον*. Item intelligitur, quotiens solemus incusantes aut excusantes ponere, quod Graeci dicunt *παρ' αὐτοῦ*[19] *γέγονεν, παρ' ἐμοῦ οὐδὲν γέγονεν*, per illum factum est, ut fieret, per me non est factum, ut fieret. Item accipitur etiam pro eo, quod est valde, ut cum dicimus perdoctus, id est, valde doctus, quod est doctissimus. Praeponitur autem absolutis[20]; ergo ut Scipio peroptumus, secuti veteres, non dicimus[21]. Item *ad* et *apud* hoc differunt. *Ad* enim ad locum perfertur, quasi: ad illum eo; *apud* in loco, quasi: apud illum sum. Item *in* et *erga* hoc differunt: fere enim *erga* ad affectum refertur[22], quasi erga illum sum benignus; *in* ad simultatem, quasi in illum sum saevus. Item *secundum* duplicem intellectum habet; modo ad proximitatem, quasi: secundum illum sedeo, id est, prope; modo ad aemulationem, quasi:
|| secundum Epicurum vivo, id est, similiter illi. [209]

6. Item ante illum, post illum, inter illum, penes illum, hae praepositiones nonnunquam promiscue accipiuntur, et postponi solent; accentum utique mutant aliquando[23] et casum, quale est paucis ante diebus, item paucos post annos[24]; item:

Arma inter iuvenum[25];

item: illum penes; ut sit penes illum, inter paucos dies[26], inter arma iuvenum.

1) *Civitatum* Edd. O. *civitatium* Cod. 2) *Antiochia venit, venit Roma* Fabr. P. *Antiochia venit veni Roma* Ed. pr. *Antiochia veni, Roma veni* Cod. 3) *Cum multi* Edd. O. *Tum cum multi* Cod. 4) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 5) *Tenus* Edd. O. *hactenus* Cod. fortasse legendum: *Item tenus subsequitur, hactenus, pubetenus* cett. 6) Verba Graeca in Cod. extrita sunt. 7) *Eadem praepositio* Edd. O. *Eadem in praepositio* Cod. 8) *Derogativa et ἀναιρετικὴ vel στερητικὴ* Edd. O. nisi quod *ἀναιρητικὴ* Ed. pr. In Cod. ultimae syllabae vocis *derogativa* legi non possunt; ceterum prior vox Graeca et v. *vel* absunt. 9) *Αὐξητικὴ vel προσθετική* Fabr. P. Verba *αὐξητικὴ vel* in Ed. pr. absunt, quorum loco signum hiatus. In Cod. nihil nisi *προςθετική*. 10) *Ut est* Fabr. P. *id est* Cod. Ed. pr. 11) Virg. Aen. I, 750. 12) *Apud Graecos δι' ἐμοῦ, δι' ἐκείνου* Edd. O. *apud Graecos ΔΙΑ UICЄI* (sic) |*δι' ἐμοῦ ἢ δι' ἐκινου* (sic) Cod. Quid sibi velint ista priora Graeca, non extrico. Latet fortasse vox quaedam Latina. 13) *Τοῖς θεοῖσιν τὴν πίστιν* Edd. O. *τοὺς θεούς, τὴν πίστιν σοι, τὰ ἄστρα σοι* Cod. quae non satis intelligo. 14) *Per sidera testor, Per superos, atque hoc coeli spirabile numen* Fabr. P. *Per superos atque hoc coeli spirabile numen, Per sydera testor* Cod. Ed. pr. nisi quod Cod. *sidera*. Virg. Aen. III, 600. 15) *Pro eo quod ex nostra voluntate* Fabr. P. *pro eo quod est nosta voluntate* Ed. pr. *pro cum nostra voluntate* Cod. si recte enotavit Nieb. De qua re cum h. l. dubitem, scripsi: *pro eo, quod cum nostra voluntate.* 16) *Ut* desideratur in Edd. O. Tum Ed. pr. *νὴ θεοὺς* om. articulo. 17) *Dextramque tuamque* te Ed. pr. *dextramque tuam te* Cod. Fabr. P. Virg. Aen. IV, 314. 316. Ceterum scriptura *lacrimas* est in Cod. qui item scriptum habet *conubia* et *hymaeneos*. 18) *Quod Graeci νὴ dicunt* Edd. O. *quod - - - μὰ dicunt* Cod. non enim vox *Graeci* amplius legi potest in Cod. 19) *Παρ' αὐτὼν* Cod. *παρ' αὐτοῦ* Edd. O. 20) *Quod reliquis doctior et doctissimus non praeponitur. praeponitur autem tantum absolutis.* Fabr. P. *quod doctissimus, praeponitar autem absolutius* Cod. Ed. pr. 21) *Ergo et nos veteres secuti peroptumus non dicimus* Fabr. P. *ergo ut Scipio peroptumus dicimus, ergo ut scio sequi veteres peroptumus non dicimus* Cod. cui consentit Ed. pr. nisi quod haec: *ergo ut Scipio peroptîmus* **dicitur**. Scribendum putavi: *Ergo, ut Scipio peroptumus, secuti veteres, non dicimus*, hac sententia: veteres quidem *Scipio peroptumus* dixerunt; at nos eos non sequimur. Intelligit fortasse Grammaticus veterem aliquam Scipionis praedicationem in inscriptione vetusta obviam, qua ille *peroptumus* diceretur. Quae supersunt inscriptiones *Scipionum* sepulcrales nil tale exhibent. 22) *Refertum* Cod. *refertur* Edd. O. 23) *Alio modo* Edd. O. *aliquando* Cod. 24) *Paucis post annis* Fabr. P. *paucos post annos* Cod. Ed. pr. 25) Virg. Aen. VII, 453. ubi legitur: *Arma inter regum.* 26) *Ante*

7. Item *ex* et *de* praepositiones nonnunquam mediae inveniuntur, cum [1] dicimus fac tua ex re, qua de re agitur. Quidam *ex* referunt ad locum, unde eximus, quasi: ex fundo venio, ex agro venio. At vero *de* ad id, quod Graeci *περί* dicunt, quasi: de Marcello, ut Cicero de amicitia: *Q. Mucius* [2] *augur multa narrare de C.* [3] *Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat.* Item *e* praepositio non tantum ex loco significat, quasi e coelo, sed et pro eo [4], quod est pro, accipitur, cum dicimus [5] e Rep., id est pro Rep. Item e re est.

8. Abs autem fere praepositio hoc modo profertur, ut dicamus abs te [6]; abs me, abs illo non dicitur.

9. Item *pro* multas significationes admittit. Accipitur enim pro eo, quod est ante, id est [7] pro templis, et:

Pro turribus adstant [8].

Significat et cis [9], cum quasi apertum sit in medio et dicatur: provocavit illum, produxit illum, id est, porro illum vocavit, aut duxit. Significat et longe, quasi: proiectus [10]. Item quod apud Graecos *ὑπέρ* dicitur, quasi: pro Rabirio, pro Milone. Item quod apud Graecos *ἀντί* dicitur, quasi: *οὗτος ἀντ' ἐκείνου* [11]. Significat etiam aliam derogationem [12], id est *στέρησιν*, cum dicimus profanus lucus [13], id est, non sacer, quasi porro a fano positus, quod Graeci *βέβηλον* dicunt. Significat etiam *σχετλιασμόν*, cum animus movetur: *Pro Deum atque hominum fidem*, aut:

Pro dii immortales, qui hic interluxit dies [14]?

Item quod apud [15] Graecos *κατά* dicitur, quasi: pro meis viribus, *κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν*.

[210] ‖ 10. [Item] *prae* praepositio diversas habet significationes, accipitur enim pro valde, ut cum dicimus praedurum [16] [apud] Virgilium:

Praedurum viribus hostem,

quod est valde fortissimum. Significat et propter, prae illius virtute [17]. Item pro eo nonnunquam, quod est sine, accipitur: praefascine, id est, sine fascine, quod Graeci *ἀβάσκαντα* [18] dicunt. Significat et ante, cum dicimus prae te, ille . . . . [19]; quod Graeci *παρά σε* dicunt. Ergo differt, utrum proscribo an praescribo dicamus. Est enim pro . . . palam [20] et [aperte] scriptum pono, ut cum bona alicuius proscribo; praescribo autem *παραγράφομαι* significat, quales sunt praescriptiones [21] apud Iurisconsultos. Eadem ratione refert, utrumne praepono dicatur an propono; ut [22] cum [quis] declamat controversiam aut disputat, solet dicere, quaestionem propono, praepono vero, cum alterum altero praefero.

11. Sub praepositio quotiens localem significationem habet, accipit accusativum, si in locum significat, quale est:

Volat [23] *ire sub umbras;*

item:

Et nunc magna mei sub terras ibit imago [24].

Ablativum quotiens in loco [25] significat, quale est:

Troiae sub moenibus altis [26];

item:

Clipeique sub orbe teguntur [27].

Cum vero nulla loci significatio est, indistincte praeponitur, quale est:

Sub te tolerare magistro
Militiam [28].

Item accusativum sub eundem sensum:

Ecce autem primi sub lumina [29] *solis, et ortus.*

vel post paucos dies Fabr. P. *inter paucos dies* Cod. Ed. pr. 1) *Ut cum* Fabr. P. *cum*, om. *ut*, Cod. Ed. pr. 2) *Mutius* Edd. O. *Mucius* Cod. Cic. Lael. init. 3) Hoc loco *C.* in Cod. non *G.* 4) *Sed et pro eo* Cod. et om. Edd. O. 5) *Ut si dicimus* Fabr. P. *e/i* (sic) *dicimus* Ed. pr. *cum dicimus* Cod. 6) *Abs te* desiderantur in Edd. O. 7) *Ut est* Fabr. P. *id est* Ed. pr. Cod. Tum *pro templis et* Fabr. P. *pro templis est* Cod. Ed. pr. 8) Virg. Aen. IX, 677. 9) *Cis* Edd. O. *cis* Cod. 10) His subiiciunt Fabr. P.: *ut*, *Proiectaque saxa Pachyni.* Locus petitus est ex Virg. Aen. III, 699. 11) His addit Fabr. quem sequitur P.: *ut*, *Pro dulci Ascanio veniat.* Locus est petitus ex Virg. Aen. I, 659. 12) *Alia significatione derogationem* Fabr. P. *aliam significationem derogationem* Ed. pr. *aliam derogationem* Cod. Fortasse legendum: *significat etiam aliter derogationem.* 13) *Locus* Edd. O. *lucus* Cod. 14) *Intercipit dies* Edd. O. *interluxit dies* Cod. Unde hic senarius depromptus sit, nescio. 15) *Idem quod apud* Cod. *quod* om. Edd. O. 16) *Praedurum vulnus*, *Praenimium id est valde, ut apud Virgilium* Edd. O. Ad haec adnotavit Nieb.: vv. *Praenimium id est valde ut* in Cod. plane deesse; addit, prave additum sibi videri *vulnus* et nihil praeter *apud* scriptum fuisse h. l., ut igitur in Cod. fuerit: *praedurum apud Virgilium: praedurum viribus hostem.* Virg. Aen. X, 748. ubi legitur: *praedurum viribus Orsen.* 17) *Prae illo, hoc est, propter ipsius virtutem* Fabr. P. *significat et propter ipsius virtutem* Ed. pr. nihil amplius. *Significat et propter, prae illius virtutem* (sic) Cod. 18) *Ἀβασκάντως* P. *ἀβάσκαντος* Ed. pr. Fabr. *abascanta* Cod. 19) *Prae te, prae se ferre* Fabr. P. *prae te, prae se, ferè* Ed. pr. *prae te ille* . . . . Cod. ita ut quatuor extremae literae legi non possint. 20) *Est enim propalam* P. *Est enim proscribo palam* Fabr. *Est proscribo palam* Ed. pr. *Est enim pro . . . palam* Cod. Voc. *aperte* in Cod. non amplius recte legi potest. 21) *Subscriptiones* Edd. O. *praescriptiones* Cod. 22) *An propono. nam cum quis* Fabr. P. Vv. *an propono* in Cod. et Ed. pr. desunt, at necessaria videntur. Tum pro *nam* in Ed. pr. est *aut*, in Cod. *ut*. *Quis* in Cod. extritum. 23) *Volitare* Edd. O. *volat ire* Cod. Fortasse scribendum: *iuvat ire.* Virg. Aen. IV, 660. 24) Virg. Aen. IV, 654. In Cod. male legitur *ire imago.* 25) *Ablativo quotiens in locum* Cod. *Ablativum quotiens in locum* Ed. pr. *Ablativum quotiens in loco* Fabr. P. 26) Virg. Aen. I, 95. 27) Idem ibid. II, 227. Dubitat Nieb. utrum in Cod. legatur *tegantur.* Ceterum *Clipeique* scriptum in Cod. *clypeique* Edd. O. 28) Virg. Aen. VIII, 515. 29) *Lumine* Cod. *limine* Ed. pr. contra mentem Grammatici. *lumina*

12. Omne verbum, quodcunque praepositionem recipit, eiusdem ordinis declinationem facit, velut [1]: scando, scandis, ascendo, ascendis, mordeo, mordes, remordeo, remordes. Exceptis his: sapio, sapere; adiecta enim praepositione facit resipio resipere, et fit tertii ordinis, sed desipio desipire [2] facit, non desipere, cieo ciere, accio accire, concio concire, exeo exire [3], do dare, addo addere, et alia si qua inveniuntur.

13. Gaius [4] Iulius Romanus de praepositionibus libro ἀφορμῶν ita refert. Suetonius Tranquillus de rebus va-
[211] riis: Praepositio||nes, inquit, omnes omnino sunt Graecae duodeviginti, qui numerus inter omnes criticos Grammaticos profecto [5] convenit, nostras vero esse has: ab, ad, praeter, pro, prae, in, ex, sub, super, subter. Praepositiones, quae praeponuntur, merito censentur: nam et illud Salustii historiarum libro primo: *Quos inter maxime* [6], praepositio est, quam per anastropham [7] dicimus posse converti. Praepositiones aut casibus serviunt aut loquelis, aut et casibus et loquelis; casibus serviunt, ut apud, penes, apud te, penes te; loquelis: am, con, de, di, dis, re, se, an, ut: amplector, consedi, desinit [8]. Ceterae et verbis cohaerent et casibus. Praepositiones sunt hae: a, ab, ac [9], ad, adversus, am, ante, apud, as [10], cum, coram, cis, citra [11], circum, contra, circa, con, co, de, di, dis, e, ex, erga, extra, in, inter, intra, iuxta, infra, ob, of, oc, penes, per, post, propter [12], praeter, pro, prae, palam, prope, pone, prode, re, suc, se, sine [13], sub, super, subter, secundum, trans, tenus, ultra, uls. Velut [14]: a rationibus, ante forum, ab auctoribus, appellare, abs te, apud iudicem, accepit, astulit, ut veter., adtraxit [15], aufugit, addictus [16], cum legionibus, adversus edictum, cis Padum, citra gratiam [17], circum amicos, contra inimicos [18], circiter kalendas, circa urbem, concepit, cognitus, per te, post rem, propter nos, praeter iocos, pro reo, prae risu, palam populo, prope rus, detulit, pone sepem, dimovit, prodest, distulit, removit, e iure, sub domo, domum, ex arce, super caput, erga diligentiam, subterfugit, extra limitem, supra fortunam, iniecit, sine dolo, in forum, subter mare, inter cives, subter mari, intra caulas, transtulit, iuxta litus, trans ripam, infra gradus, tenus fine, ob iram, usque ad portum, penes me, ultra modum.

14. Ablativo casui servientes hae: a, ab, cum, coram, de, e, ex, pro, prae, palam, sine [19], tenus. Accusativo serviunt hae: ad, apud, ante, adversus, cis, citra, circum, contra, circa, erga, extra, inter, intra, iuxta, infra, ob, penes, per, post, propter, praeter, prope, pone, trans, ultra. Accusativo et ablativo serviunt hae: in, su [20], sub, super, subter. Super, ut Maro:

Stratoque super discumbitur ostro [21].

Ver||bis serviunt, aut participiis, aut adverbiis hae: ac, [212]
con, di, dis, re, se. Verbis [22] ita: conduco [23], diduco, incurro, discedo, succurro, reduco, subvenio, secerno, supervenio; participiis: subterfugiens, incurrens et accingens [24], alia similiter; adverbiis: constricte, restricte, districte, indecenter, incunctanter, improbe, deformiter. Hae vero ut superiores coire non possunt, velut [25]: cum, apud, penes, propter, et ideo ablativum tantum aut accusativum praecedunt, nec aliis quam casualibus praeponuntur, id est, nomini, pronomini, participio; cum Cicerone, cum illo, cum electo, quaeque in partitione versus separari debent a cohaerentibus [26] partibus orationis.

15. Praepositiones interdum ultimas literas inmutant, et iunctorum sibi verborum primas adsumunt, velut a pro ab [27], ut: avehit, et aquilone procella [28], pro ab aquilone, per synaloepham, nec mirum cum infra etiam subaudia-

Fabr. P. Virg. Aen. VI, 255. 1) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 2) *Desipere* (sic, i superscript) Cod. Quo auctore hoc dicat Grammaticus, nescitur. Dudum viri docti allegaverunt locum Horatii Carmm. IV, 12, extr. *Dulce est, desipere in loco.* 3) *Excepto exeire* Fabr. P. *exeo exire* Cod. Ed. pr. 4) *Gaius* sic plena scriptura Cod. *Caius* Ed. pr. *C.* Fabr. P. 5) *Perfecte* P. *profecto* Cod. Ed. pr. Fabr. 6) Cf. Salust. ed. Gerlach. p. 225. 7) *κατ' ἀναστροφὴν* P. Fabr. *per anastropham* Ed. pr. *per anastrofam* Cod. 8) Haec ita leguntur in Fabr. P.: *Praepositiones aut casibus serviunt ut ad, apud, et caeterae: aut loquelis, am con, di, dis, re, se, an, ut amplector, consedi, et similia. Caeterae.* Ed. pr. sic exhibet: *Praepositiones aut casibus serviunt, aut loquelis, am, con, de, di, dis, re, se, an, ut amplector, consedi, definit. Caeterae.* Quae dedimus, Cod. praestitit, nisi quod ibi *loquellis* scriptum legitur. 9) *A, ab, abs, ac* Fabr. P. *abs* om. Cod. Ed. pr. 10) *As* abest in Fabr. P. Ed. pr. In Cod. legitur *us.* 11) *Cis, circiter, citra* Fabr. P. *circiter* abest in Cod. Ed. pr. 12) *Praeter, propter* Edd. O. *propter, praeter* Cod. 13) *Pone, suc, re, sine* Fabr. P. *pone, pro, de, suc, re, sine* Edd. pr. *pone, pro, de, re, suc, se, sine* Cod. 14) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 15) *Abstulit, abstraxit, adtraxit* Fabr. P. *astulit, ut uter. adtraxit* Ed. pr. *astulit, ut veter., adtraxit* Cod. 16) *Abditus* Edd. O. *addictus* Cod. 17) *Contra gratiam* Edd. O. *citra gratiam* Cod. 18) Vv. *contra inimicos* acc. e Cod. 19) *Absque* h. l. addunt Edd. O. quod ignoratur a Cod. 20) In Cod. legitur *su* vel *sa*, non enim satis distinguitur. Voluisse Grammaticum *su*, facile intelligitur comparanti superiora. 21) Virg. Aen. I, 700. 22) *Re, se, an. verbis* Ed. pr. Fabr. P. *an* Cod. om. 23) *Conduco* hic interposui, cum in Cod. et Ed. pr. infra post vv. *alia similiter* legatur, a Fabr. et P. plane absit. Male transpositum a librario fuit; nam inter participia locum habere non potest. 24) *Accingens et aliae similiter* Fabr. P. *et accingens, alia similiter, conduco* Cod. *accingens et alia similiter conduco* Ed. pr. 25) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 26) *Coherecentibus* Edd. O. *coherentibus* Cod. 27) *Ut A pro ab* Edd. O. *velut a pro ab* Cod. 28) *Stridens aquilone procella* Fabr. P. *aquilone procella* Cod. Ed. pr. Non videtur poeta versum poetae excitare voluisse, quamquam sine dubio ad poetae locum respexit. Virg. Aen. I, 102.

tur[1], soluturus, pro absoluturus. A pro ad, Titinius in Barato[2]:

Priusquam auro privatae, purpuramque[3] abteximus[4].

Nam et apes quasi aptae[5] sunt, quod invicem colligentur. Maro Georgicorum tertio:

Aptos
Iunge pares, et coge gradum conferre iuvencos[6].

A pro con, ut Maro:

Coniugis ut magicis sanos avertere sacris[7]

etc. Quamquam ante sit avertere, dein[8] convertere, ut cum tamen utrumque videamus.

16. Sunt et aliae plurimae praepositiones pro aliis apud veteres auctores interpositae, de quibus plenius idem Iulius Romanus libro ἀφορμῶν sub titulo de praepositione disseruit.

XVIII.

De interiectione, ut ait Cominianus[9].

1. Interiectio est pars orationis significans adfectum animi. Vario autem adfectu movetur. Nam aut laetitiam animi significamus, ut: aaha[10], aut dolorem, ut: heu, aut admirationem, ut: babae. Ex his colligi deinceps alii motus animorum possunt.

2. Palaemon[11] ita definit. Interiectiones sunt, quae nihil docibile habent, significant || tamen adfectum animi, [213 velut[12]: heu, eheu, item ehem, eho, hoe, pop, papae, attatae[13].

3. G.[14] Iulius Romanus ita refert: Interiectio est pars orationis motum animi significans laetantis, ut: aaha[15], dolentis, ut heu, admirantis, ut: Babae, papae. Quae quamvis πάθους στάσιν nec ἤθους[16], invenimus tamen etiam apud eos, qui videntur ethici, mediocriter pathos solere concire[17].

4. Fufae[18], ut cum putoris aliquid perhorrescimus, quae vox numquid Aegyptium pathos ducit[19]? Nam, ut Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ[20] scribit, ὗος ἐλέχθη σαπρὰ σπορά. τὸ γὰρ ὗσπορός ἐστιν, τὸ δὲ ὗον οὐσία καθότι τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θανάτου στόλης ἐγένετο. Numquid ergo posterior aetas *f* literam addit, et, pro *y u* loquens, *fu* loqui coepit, cum antea sola *y* litera[21] vituperatio videretur[22]?

5. Tax pax; Naevius in Agitatoria:

Age, ne tibi me[23] advorsari[24] dicas, hunc unum diem
De meo sequor sinam, ego illos esse tax pax, postea
Currenteis ego illos vendam, nisi tu viceris.

6. Eho; idem in eodem[25]:

Eho an vicimus?
Vicistis. Volop, quomodo dicam tibi.

1) *Subauditur* Edd. O. *subaudiatur* Cod. Apud quem scriptorem illud *soluturus infra* a poeta intelligatur lectum esse, non constat; non legitur apud Virgilium. 2) *Titinnius in Baruthro* Fabr. P. *Titinius in Barathro* Ed. pr. *Titinius in Barato* h. l. Cod. 3) *Purpuram quae* Ed. pr. *purpuramque* Cod. Fabr. P. 4) *Abteximus* Edd. O. *abtacrimus* (sic) Cod. Legendum sine dubio *atteximus*. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 60. 5) *Abtae* Cod. *aptae* Edd. O. 6) Virg. Georg. III, 168. 169. 7) Addunt Fabr. P. *Experiar sensus*. Cod. pro his habet: *et̄* i. e. *et cetera*. Locus est Virg. Buc. VIII, 66. Ceterum in Cod. est *coniungis* pro *coniugis*. 8) *Deinde* Edd. O. *dein* Cod. 9) *Comminianus* Edd. O. *Cominianus* Cod. 10) *Ahaha* Edd. O. *aaha* Cod. 11) *Palemon* Cod. 12) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 13) *Attate* Edd. O. *attatae* Cod. 14) *G.* Cod. *C.* Edd. O. 15) *Haha* Edd. O. *aaha* Cod. 16) *Στάσιν καὶ ἤθους* Edd. O. *στάσιν* ΝЄC *ἤθους* Cod. i. e. *στάσιν nec ἤθους*, quod verum esse, sequentia ostendunt. 17) *Conciri* Edd. O. *concire* Cod. 18) *Fufae* Edd. O. Suspicatur Nieb., scriptum legi in Cod. *Fufae*, quod legendum esse, sequentia docere videntur. 19) *Ducat* Cod. Ed. pr. *ducit* Fabr. P. 20) Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ idem scriptor, ementito nomine, esse videtur, de quo Galenus tom. II, p. 68. *Ἀλλ' ἔν τινι τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων περιέχοντι τὰς λά τῶν ὡροσκόπων ἱερὰς βοτάνας.* Hunc vero Charisii locum sic emendandum censet Fabricius in bibliotheca Graeca tom. I, p. 79. lib. I, cap. 9.: ***Fufu** dicimus, cum putoris aliquid perhorrescimus, quae vox numquid Aegyptium πάθος ducit? Nam ut Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ scribit, ὗος ἐλέχθη σαπρὰ σπορά. Τὸ γὰρ ὗ σαπρόν ἐστιν, τὸ δὲ ὂν οὐσία, καθότι τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θανάτου στολῆς ἐγένετο. Numquid ergo posterior aetas f litteram addidit et pro y u loquens, fu loqui coepit (sic Graeci dicunt φῦ φῦ) cum antea sola u littera vituperatio videatur.* In Codice Charisii ΥCΠΟΡΟC pro ὗσπορος manifeste legitur et ΎΟΝ (sic) pro ὗον. Ceterum nihil varietatis in Graecis adnotatur. 21) *Sola u litera* Edd. O. *sola y littera* Cod. 22) *Videatur* Edd. O. *videtur* Cod. i. e. *videretur*. 23) *Ne te mihi* Fabr. P. *ne tibi mihi* Ed. pr. *ne tibi me* Cod. 24) *Adversari* Edd. O. *advorsari* Cod. Ad hunc locum notavit Bondamus Varr. Lectt. pag. 238.: Cod. pro *te mihi* in loco Naevii *tibi me* habet, et pro *sequor*, *equos*. Huius lectionis ope adiutus ita per personas interloquentes distinguendos esse versus puto, licet aliam viam ingressus fuerit J. Gulielmus Plautin. Quaestt. in Asinar. c. 5, p. 37.: ***A.** Age, ne tibi me adversari dicas, hunc unum diem De meo equos sinam ego illos esse. **B.** tax pax. **A.** postea Currenteis ego illos vendam, nisi tu viceris.* Postquam unus dixit, se permissurum, ut unum diem equi, de quibus invicem certabant, de suo ederent et alerentur, alter gratulantis in morem consensum suum interiicit, sibique dicta illa placere significat per illud *tax pax*. Interiectionem autem istam proprie gratulantis esse, docent nos excerpta MSS. ex Cominiano, quae hucusque inedita ex membranaceo Cod. bibliothecae Leidensis descripsimus. In iis enim legitur: ***Tax** pax* gratulantis, quod an nostro *tax pax* praestet, haud facile dixerim. Ut autem hic Naevius *de meo*, ita etiam Terent. Ad. I, 2, 37. Sueton. Caes. c. 19. Hactenus **Bondamus**. Ceterum cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 11., qui Naevii locum sic scribendum censet: *Age, ne me tibi a. d., h. u. d. De meo servos sinam ego illos esse, tax pax; postea Curr. ego,* (vel *Ego curr.*) *i. v., nisi tu pretio viceris.* 25) *In eodem* sic Cod. et Edd. O. Cf. Both. Poet. Scen. V,

7. Trit; Naevius in Corollaria. Significat autem mut . . . t Plautus in quadam [1]:

Crepitum polentarium,

id est peditum, in Curculione.

8. Bat; sonus ex ore cornicinis [2] lituum eximentis, ut Caesellius Vindex lib. B. literae scribit [3].

9. Ei ei; Naevius in Tarentilla:

Ei ei, etiam se audenti mecum [4] *una apparere.*

10. At at tatae; idem in eadem:

At at tatae, cave cadas amabo [5].

11. Vita deûm immortalium; Cato Senex, ubi Statilius Maximus · Ἐκφώνησις, inquit, ἀρχαϊκή, ὡς ὦ πόποι.

12. Mu; Plautus in Caeco aut in praedonibus:

Quis tu es, qui ducis me? mu, peri hercle, Afer est [6].

13. Evax; Plautus in Bacchidibus:

Evax aspersisti aquam fili nuntio [7].

Ennius quoque annalium libro:

Aquast aspersa Latinis [8].

14. Mu pro mutire [9]; Lucilius Saturarum libro:

Non laudare hominem quenquam, neque mu facere unquam [10].

15. O dolentis est, ut [11]:

O terque, quaterque beati [12]. [214]

Afranius in Emancipato:

O quid clamas [13].

16. Cuccuru [14]; Afranius in Cinerario:

Id me celabat cuccuru [15].

An nomen est, ut veru, genu?

17. Em [16]; G. Gracchus [17], ut [18] lex Papiria accipiatur: *Pessimi Tiberium* [19] *fratrem meum optimum interfecerunt; em* [20], *videte, quam par pari sint.* At quidam *em* pro *en* volunt esse, sed decet commemoratione fraternae mortis ingemiscere [21]. Itaque mora distinctionis par est ostendere adfectus. Plautus in Poenulo:

Em, istaec volo ego vos meminisse omnia [22].

18. Attat, tatat at tatae; Naevius in Corollaria:

Quid salve, at tat tat at at tatae.

Rivalis, salve, quid istud vero te [23] *advertisti tam cito?*

19. St [24]; Naevius in Corollaria:

St [25], *tale cave* [26] *verbum faxis.*

2, p. 11. Legit B: *Vicistis? Volupe est. Quomodo? Dicam tibi.* 1) *Significat autem vocem murum, ut Plautus inquit, Eiiciam.* Fabr. P. *significat autem vocem murum, ut Plautus inquit in quadam da.* Ed. pr. *significat autem mut . . . t Plautus in quadam* Cod. Sic dedi. Notavit Bondamus ad h. l. Varr. Lectt. p. 238.: ***Trit.*** Vereor sane, ne plura desint. Exemplum enim Plauti ex Curcul. II, 3, 16. hic plane ἀπροσδιόνυσον est. Quid enim? An inde patet, de murium voce vel sono ***trit*** proprie usurpari? In eo autem loco pro *eiiciam* Cod. MS. *excutiam.* At vero in vulgatis Plauti editionibus hodie legitur *exciam.* Ceterum interiectionem hanc proprie stupentis esse, docent eadem illa excerpta MSS. ex Cominiano. De sono autem murium dicitur *mintire* et *murrire.* Auctor Philomelae v. 55. uti a Schotto Obs. lib. II, v. 51. ex membranis editus fuit: *Mus avidus mindrit, velox mustecula drindit.* Fortasse *drindrit* vel *drindrat.* Glossarium ineditum de Sonis Animalium, idem fortasse vel saltem non multum diversum ab isto, quod sub veteris Grammatici Sidonii nomine in testimonium advocat Boxhornius ad Plauti Menaechm. IV, 2, 90. *Mustelae drindrunt.* Eaedem Glossae MSS. *Mures mintriunt vel munniunt.*

Ita in duobus exemplaribus Bibl. Leid. scriptum inveni, sed legendum *murriunt.* Isidori Glossae: *Murrire, clamare, proprie murium.* Excerpta Pithoeana p. 67.: *Murrire, clamare, proprie murium.* ***Soricum naenia***, Planto. Respicitur ad Bacchid. IV, 8, 48. Eadem Excerpta: *muriat, murmurat.* Lege: *murrit* vel *murrat*, quod et Isidori Glossae agnoscunt: *Murrat, murmurat.* Propius tamen ad nostrum ***trit*** accedit Graecorum τρίζειν, quod de sono vespertilionum proprie usurpatur. Homer. Od. XXIV, 6. νυκτερίδες - τρίζουσαι. *Νυκτερὶς τρίζει* est in Glossario Graeco de sonis animalium, quod primus in lucem protulit Valckenarius in Animadvv. ad Ammon. l. III, c. 18. pag. 231. Haec ***Bondamus.*** Apud Charisium legendum videtur: *significat autem mutum, ut Plautus in* (desunt duae lineae aut plures) *cutiam crepitum polentarium* cett. 2) *Cornicinis* Edd. O. *cornicis* Cod. 3) His addunt Fabr. P. *Utitur Plautus in Pseudulo;* quae non leguntur in Cod. Ed. pr. Notavit Bondamus ad hunc locum: Pro *Bat* dederat Charisius *But.* Persuadet id Cod. MS. Accedit Cominianus in Exc. MSS. ubi est: ***Eho** annuentis.* ***Trit** stupentis.* ***But** sonantis.* ***Ei** timentis.* Accedit quod in MS. pro *cornicinis lituum eximentis* legitur: *cornicis lutum eximentis.* Glossae MSS. de sonis anim. *Cornices butant.* Fortasse idem est apud Plautum Pseud. I, 3, 6. ubi hodie *bat* legitur. De butionis seu ardeae stellaris sono *butire* usurpavit auctor Philomelae v. 38.: *Inque paludiferis butio butit aquis.* Haec ***Bondamus.*** Varr. Lectt. l. c. 4) *Mecum* Fabr. P. *ne cum* Ed. pr. *inecum* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 20. qui scribit: *Oi ei! etiam se audent mecum una adparare.* 5) In Cod. est: *Attat tatae* et *ambo* pro *amabo.* Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, pag. 20. 6) Cf. Both. Poet. Scen. I, 2, p. 436. 7) *Fili nuntio* desunt in Fabr. P. habet Cod. Ed. pr. Non leguntur apud Plautum Bacchid. II, 3, 13. Grammaticus ex memoria citavit. 8) *lib. IV. Asper a latinis* P. *lib. 4. Aspera Latinis* Fabr. *libro Aquast aspera Latinis* Ed. pr. *libro aquast aspersa Latinis* Cod.; libri numerus excidit. 9) *Mu facere pro mutire* Fabr. P. Verbum *facere* abest a Cod. et Ed. pr. 10) Cf. Douza Lucil. Rell. p. 343. ed. Haverc. In versu Luciliano pro *mu* in Cod. est *um* (with *in* written above) (sic). 11) *Ut Maro* Fabr. P. *Maro* abest a Cod. et Ed. pr. 12) Virg. Aen. I, 94. 13) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 14) *Cucurru* P. *cuccurru* Fabr. *cuccuru* Cod. Ed. pr. 15) *Cucurru* Fabr. P. *cucuru* Ed. pr. *cuccuru* Cod. Cf. Both. V, 2, p. 162. 16) *Hem* Fabr. P. *Em* Cod. Ed. pr. 17) ***G.** Graccus* P. ***C.** Graccus* Fabr. ***C.** Gracchus* Ed. pr. ***G.** Gracchus* Cod. 18) *Uti* Fabr. P. *ut* Ed. pr. Cod. 19) Praenomen ***Ti.*** ex Cod. accessit. Meyer. Fragmm. Orat. Rom. p. 116. 20) *Hem* Fabr. P. *em* Cod. Ed. pr. atque ita bis in seqq. 21) *Ingemescere* Cod. *ingemiscere* Edd. O. 22) Plaut. Poen. III, 4, 16. ubi legitur *commeminisse* et *ergo* pro *ego.* 23) *At tatae* Fabr. P. *a te* Ed. pr. *vero te* Cod. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 14. 24) *St.* Fabr. P. *†e* (sic) Cod. *It* Ed. pr. Notavit ad h. l. Fabricius: Verrius Flaccus de hac silentii nota et Velius Longus annotarunt. 25) *St* Fabr. P. *Se* Cod. Ed. pr. 26) *Verbum cave*

20. Mut; *Mut non facere audet*, ut apud Apuleium Platonicum[1] de proverbiis scriptum est libro secundo.

21. Spattaro[2]; Afranius in Aequalibus, quam vocem frequenter apud eum positam, ait Paulus, ἐξουθενισμοῦ vim sensumque sufferre.

22. Evoe[3]; Maro septimo:

Evoe Bacche fremens[4], *solum te virgine dignum*
Vociferans.

Ennius in Athamante:

His[5] *erat in ore Bromius, his Bacchus pater,*
Illis Lyaeus[6], *vitis inventor sacrae,*
Tum pariter Evan, Evius[7],
Ignotus iuvenum coetus, alterna vice
Inibat alacris, Bacchico insultans[8] *modo.*

23. Au; Afranius in Emancipato:

Au mi homo, immo edepol[9] *vos supremum meum concelebretis diem.*

Item in eadem:

Au quid me censes, obsecro non audisti[10]*?*

24. Hem; Afranius in Emancipato:

Hem quid ais, mane servi[11] *quaeso, nisi molestum est, pauca sunt tecum quae volo.*

25. Pro Iuppiter[12]; pro gaudentis[13]:

Pro Iuppiter, ut mihi quicquid ago, lepide omnia, prospereque eveniunt.

Pro Iuppiter, irati; Terentius in *[14]:

Pro Iuppiter tu homo adigis me ad insaniam.

|| Ἤθη, ut ait Varro de Latino sermone lib. V. nulli [215]
alii[15] servare convenit, inquit, quam Titinio, Terentio, Attae[16]; πάθη vero[17] Trabea, inquit, Atilius, Caecilius[18] facile moverant.

Egone illam? quae illum? quae me? quae non? sine modo,
Mori me malim, sentiet qui vir fiem[19].

Praecise[20], inquit Varro, generat animi passionem, quod novi generis cum non sit interiectio, sed ademptio tamen[21], interiecti animi causa vocitamus.

Tu me homo adigis ad insaniam[22],

irascentis et haec oratio est, licet nulla sit || interiecta [216]
particula.

Tun consulis quicquam[23]*?*

et haec irascentis oratio est.

Tremo horreoque postquam aspexi hanc[24].

Adfectus ob amorem.

Heus heus pater, heus Hector[25],

a dolore[26] mentis adfectae.

Mane mane, porro ut audias[27],

cupiditatis adfectus est.

Butu batta. Haec Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum, but tut ti[28], fluctus quidam sonus[29] vocis effeminatior, ut esse in sacris Anagninorum[30], vocum veterum interpretes scribunt[31].

Edd. O. *care verbum* Cod. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 14. 1) *Platinicum* Cod. *Platonicum* Edd. O. 2) *Spataro* Edd. O. *Spattaro* Cod. 3) *Euhoe.* Ita scriptum in Cod. et Edd. O. Sed item scriptum habet Cod. *Euhan* et *euhium* infra, quae Edd. recte scribunt. 4) *Fremens* (hiatus) *dignam uociferans* Ed. pr. At nec in Cod. neque in ceteris Edd. lacunae signum notatum. Virg. Aen. VII, 389. seqq. 5) *Is* Cod. Ed. pr. *His* Fabr. P. Cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. p. 264. 6) *Lisueus* Cod. *Lyaeus* Edd. pr. Fabr. P. 7) *Euan, euhoe euhoe, Euius* Fabr. P. *Euan Euius* Ed. pr. *Euhan euhium* Cod. 8) *Exsultas* Cod. *exsultans* Edd. O. 9) *Aedepol* P. *edepol* Cod. Ed. pr. F. In supp. *omo* Cod. pro *homo*. Cf. Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 10) Both. Poet. Scen. V, 2, p. 167. 11) *Serva* Edd. O. *servi* Cod. Cf. Both. Poet. Scen. ibid. 12) *Iuppiter* scriptura Cod. atque ita in seqq. 13) Versui nomen *Plautus* praemittunt Fabr. P. omittunt Ed. pr. Cod. Locus Plauti est Pseud. II, 1. init. 14) *Terentius in Adelphis* Fabr. P. *Terentius in*, om. nomine, Ed. pr. Cod. In Ed. pr. hiatus est signum. Locus est Adelph. I, 2, 31. 15) *Nulli alii* Edd. O. *nullus ali* (sic) Cod. 16) *Quam Titinnio et Terentio* Fabr P. *quam Titinio Terentio* Ed. pr. *quam Titinio, Terentio, Atte* Cod. 17) *Πάθη vero* Fabr. P. *Pathe*, *Pathe vero* Ed. pr. *pathe vero* Cod. 18) *Et Attilius et Caecilius* Fabr. P. *Attilius*, *Caecilius* Ed. pr. *Atilius Caecilius* Cod. 19) Terent. Eun. I, 1, 20. 21. 20) Cf. Fragmm. Varronis p. 190. ed. Bip. 21) *Tantum* Edd. O. *tamen* Cod. Locus obscurus est. Fortasse sic legas: *Praecisio, inquit Varro, generat animi passionem; quod novi generis cum non sit interiectio, sed affectio animi, interiectionem tamen affecti animi causa vocitamus.* 22) Terent. Adelph. I, 2, 31. Cf. paullo ante. 23) Terent. Ad. I. 2, 47. 24) Terent. Eun. I, 2, 4. 25) Locum nondum inter fragmenta vett. poetarum relatum reperio. 26) *Dolere* Cod. *dolore* Edd. O. 27) Notavit ad hunc l. Fabricius: *Sc.c. Pompeius Naevius legit.* Cf. Festus p. 29. ubi haec: ***Butubatta*** *Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est, nullius dignationis*, ad quem locum cf. interpp. p. 351. 352. 28) *Bat tat ti* Edd. O. *but tut ti* Cod. 29) *Et sonus* Fabr. P. *et* abest a Cod. Ed. pr. 30) *Anagmenorum* Fabr. P. *an agmenorum* Ed. pr. *anagninorum* Cod. *axamentorum* correxit Meursius citante Dacerio ad Festum pag. 352. non *anaxamentorum*, ut ibi legitur. Ceterum *Anagnini* sunt cives *Anagniae*, oppidi in Latio. Quae vero eorum sacra intelligantur, nescio. 31) *Interpres scribit* Edd. O. *interpretes scribunt* Cod. His subiiciunt Edd. O. *Libri secundi finis*, pro quibus Cod. exhibet: ***Explicit liber II.***

LIBER III.[1]

I.

[215] || 1. Completis octo partibus orationis, ita ut promisimus, ad alias quoque verborum observationes ordine veniamus [2].

De perfectis ordinum quattuor.

2. In primo ordine verborum perfectum tempus formae mutationem capit modis quatuor; primo, cum maior pars ita cedat [3], nulla duce consonante: aro, aras, aravi; probo, bas, bavi; noto, tas, tavi. In his vero decidit *a* litera, ut: sono, nas, sonui, non sonavi; tono, nas, nui; frico, cas, cui, τρίβω [4]; veto, tas, tui; Maro lib. * [5]:

Insonuit laevum;

seco, cas, cui; plico, cas, cui [6]; domo, as, mui; mico, cas, cui; neco, necas, necui [7]; et adiectis [similiter prae-
[216] positionibus,] velut: plico [8], com||plico, perplico. Item aliam formam faciunt, qua syllaba depo[sita [9]] et prima producitur, ut: lavo, lavas, vi; iuvo, vas, vi; et similiter adiectis praepositionibus: adiuvo, vas, vi. Item alia forma est, qua *a* litera eximitur, et prolatio syllabae fit, velut [10]: do, das, dedi; sto, stas, steti; et similiter adiectis praepositionibus, velut: praesteti, insteti, resteti, persteti [11].

3. In secundo ordine formae sunt quinque. Prima, quae in *i* literam cadit perfecto, nulla litera consonante duce, velut [12]: splendeo, splendes, splendui; niteo, tes, tui; vigo et vigeo, ges, gui; floreo, res, rui; teneo, nes, nui; palleo, les, lui; horreo, res, rui; stupeo, pes, pui; terreo, res, rui; tepeo, pes, pui; caleo, les, lui; torpeo, pes, pui; calleo, les, lui; ti||meo, mes, mui; [217]
doceo [13], ces, cui; valeo, les, lui; arceo, ces, cui [14]; habeo, bes, bui; praebeo, bes, bui; debeo, bes, bui; sorbeo, sorbes, sorbui et sorbsi [15]; egeo, eges, egui; studeo, des, dui; rubeo, bes, bui; censeo, ses, sui; et adiectis similiter praepositionibus, velut [16]: adhibeo, bui; prohibeo, bui; inhibeo, bui; cohibeo, bui.

4. Secunda forma est, qua prima syllaba ex correpta producitur perfecto, ut: sedeo, sedes, sedi; faveo, ves, vi; foveo [17], ves, vi [18]; voveo, ves, vi; paveo, ves, vi; caveo, caves, cavi; video, vides, vidi; neo, nes, nevi; fleo, fles, flevi; prandeo, des, prandi; cieo, cies, cii et civi.

5. Tertia forma est, qua perfectum tempus in *si* syllabam terminatur, ut: ardeo, des, arsi; haereo, res, haesi; mulceo, ces, si; suadeo, des, si; indulgeo, ges, indulsi; fulgeo, ges, si; urgeo, ges, ursi; torqueo, ques, torsi; rideo [19], des, si; tergeo, ges, si; maneo, nes, si.

6. Quarta forma est, quae perfectum tempus extrema syllaba in *xi* literas cadit, velut [20]: frigeo, ges, xi; mulgeo, ges, xi; lugeo, ges, xi; porceo, ces, xi, βιάζομαι [21]; alliceo, allices, allexi [22]; luceo, ces, xi [23]; vageo, ges, xi [24]; pelliceo, ces, xi, δελεάζω.

1) *Liber III.* Sic Cod. ***Flavii Sosipatri Charisii, Institutionum Grammaticarum. Lib. III.*** Edd. O. His addunt etiam Fabr. P.: *De perfectis ordinum quatuor*, quae h. l. ignorantur a Cod. et Ed. pr. 2) *Et primum de perfectis ordinum quatuor* subiiciuntur a Fabr. P. Tum iidem inscriptionis loco: *De primo ordine.* Pro his omnibus inscriptionem habent hanc Cod. Ed. pr.: *De perfectis ordinum quattuor*, nisi quod *quatuor* scriptum in Ed. pr. 3) *In i literam cadit* Edd. O. *ita cedat* Cod. 4) Graecum verbum τρίβω in Cod. supra ascriptum. 5) *Maro* Edd. O. *Maro lib.*, omisso libri numero, Cod. Cf. Virg. Aen. II, 693. ubi *Intonuit.* 6) *Plico cas cui, seco as cui* (sic) Edd. O. *seco cas cui, plico cas cui* Cod. 7) *Neco, necas, necui* accesserunt e Cod. 8) *Et adiectis similiter praepositionibus, ut explico* Edd. O. Verba: *similiter praepositionibus* in Cod. extrita sunt, nisi quod ab initio lacunae literae *titi* comparere videntur. Ceterum pro *ut explico* in Cod. est: *velut plico.* 9) *Deposita* Edd. O. *extremae* literae vocis in Cod. non clare leguntur. 10) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 11) *Ut praestiti, institi, restiti, perstiti* Edd. O. *velut praesteti, insteti, resteti, persteti* Cod. His subiiciunt Edd. O.: *De secundo ordine*, quae absunt a Cod. 12) *Velut* Cod. *ut* Edd. O. 13) *Arceo ces cui* Fabr. P. *arceo ces cui, doceo ces cui* Ed. pr. *doceo ces cui* Cod. 14) *Urgeo ges gui* Fabr. P. Ed. pr. *arceo ces cui* Cod. 15) *Sorbsi* scriptura Cod. 16) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 17) *Faueo — faveo* Edd. O. *faveo — foveo* Cod. 18) *Moueo es vi* interponunt Fabr. P. 19) *Video* Edd. O. *rideo* Cod. 20) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 21) Graecum verbum βιάζομαι infra lin. scriptum in Cod. Verbum *porceo* attestatur Nonius p. 159. 160. Merc. 22) Hic Graecam vocem δελεάζω interponunt Edd. O. ignorat Cod. 23) *Luceo, ces, xi* exhibent Cod. Ed. pr. ignorant Fabr. P. 24) *Vageo* legendum videtur *augeo.*

7. Quinta forma est, qua perfecto iteratur syllaba prima [1], ut: pendeo, pendes, pependi; mordeo, des, momordi; spondeo, des, spopondi; tondeo, des, totondi.

8. In tertio [2] ordine formae sunt novem, et est prima, qua in *i* cadit perfectum tempus, nulla duce consonante, velut [3]: colo, lis, lui; alo, lis, lui; rapio, pis, pui; statuo, tuis, tui; vomo, mis, mui; tremo, mis, mui; fremo, mis, mui; arguo, uis, argui; molo, lis, lui; diruo, ruis, rui; pecto, tis, pexui [4]; meto, tis, messui; pono, ponis, posui, et posivi veteres dixerunt; minuo, nuis, nui [5]; exuo, uis, ui; acuo, uis, ui; incumbo, incumbis, incubui; consulo, lis, lui; necto, nectis, nexui; texo, is, ui; cons[uo, suis, sui;] sterto, is, tui, ῥέγχω [6]; metuo, tuis, tui.

9. Secunda forma est, qua perfecto prima syllaba iteratur, velut: curro, ris, cucurri [7]; disco, cis, didici; cano, nis, cecini; tango, tangis, tetigi; tendo, dis, tetendi; pendeo, dis, pependi, ἀποτιννύω; pello, pellis, pepuli; tundo, tundis, tutundi [8], κόπτω; pungo, gis, pupugi;
[218] parco, || cis, peperci; pedo, dis, pepedi, πέρδομαι; fallo, lis, fefelli; cado, dis, cecidi; caedo, dis, caecidi [9], ἀναιρῶ; tollo, tollis, tetuli.

10. Tertia forma est, qua perfecto iteratio syllabae [10] secundae est, velut [11]: addo, addis, addidi; reddo, dis, reddidi; condo, dis, didi; trado, dis, didi; credo, dis, didi; abdo, dis, didi; prodo, dis, didi.

11. Quarta forma est, qua perfectum in *xi* literas cadit, velut [12]: dico, cis, xi; rego, gis, xi; pingo, gis, xi; pungo, gis, xi [13]; lingo, gis, xi; tingo, gis, xi; frigo, gis, xi [14]; meio, meis, minxi; stringo, gis, xi; iungo, gis, xi [15]; adligo, gis, xi; pollingo, gis, pollinxi, σιροπλοκῶ [16]; pergo, gis, perrexi; cingo [17], gis, xi; diligo, diligis, dilexi; fluo, is, xi; struo, is, xi [18]; sugo, gis, xi; ligo, gis, xi; vivo, vis, xi; ungo, gis, xi; tingo, tingis, xi; vergo, gis, verxi; surgo, gis, surrexi; ango, is, xi [19]; aspicio, aspicis, aspexi; coquo, coquis, coxi; pecto, pectis, pexi [20].

12. Quinta forma est, qua perfectum in *si* literas cadit, velut [21]: sumo, mis, sumpsi; mitto, tis, misi; scribo, bis, bsi [22]; allido, dis, lisi; carpo, pis, rpsi; mergo, gis, si; parc[o, cis, si;] spargo, gis, sparsi; trudo, dis, trusi; cudo, dis, si [23]; rado, dis, si; sarpo, pis, sarpsi [24]; ludo, dis, lusi; plaudo, dis, si; cedo, dis, cessi; claudo, dis, si; premo, mis, [ssi;] promo, mis, prompsi; uro, ris, ussi; gero, geris, gessi; demo, demis, demsi; concutio, tis, concussi [25]; nubo, nubis, nupsi; facesso, sis, facessi; viso, sis, si; capesso, [sis, si [26].]

13. Sexta forma est, qua perfecto prima syllaba ex correpta producitur, velut [27]: rumpo, pis, rupi; fundo, dis, fudi; cudo, dis, cudi [28]; vinco, cis, vici; ....lego [29], gis, gi; facio, facis, feci; iacio, iacis, ieci; sperno, nis,

1) *Iterant syllabam primam* Fabr. P. *iterant syllaba prima* Ed. pr. *iteratur syllaba prima* Cod. 2) *Interiecto* Ed. pr. Inscriptio ante hanc vocem: *De tertio ordine*, quam habent Edd. O., abest a Cod. 3) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 4) Notavit h. l. Fabricius, Priscianum dicere videri, Charisium protulisse *pexi*. Cf. Prisc. lib. X, 8, 47. tom. I, pag. 505. Kr. *In to e antecedente invenio pecto, cuius praeteritum plerique* **pexui**. *Asper tamen* **pectivi**. *Charisius pexi protulerunt.* Cf. tamen infra. 5) *Ionuo is nui* Edd. O. *minuo is nui* Cod. 6) Graecam vocem scriptam habet Cod. PЄNXΩ, Ed. pr. *ῥένχω.* 7) *Ut cucurri* P. *ut curro is cucurri* Fabr. Ed. pr. *velut curro, is, cucurri* Cod. 8) *Tutudi* Edd. O. *tutundi* Cod. Penultimam in perfecto *contudit*, quod fortasse scribendum *contundit*, produxit Ennius apud Prisc. X, 5, 26. tom. I, pag. 492. Kr. *Viresque valentes contudit crudelis hicons.* 9) *Caecidi* scriptura Cod. Graecum v. *ἀναίρω* scriptum in Ed. pr. 10) *Syllaba* P. ex errore typogr. 11) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 12) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 13) *Pungo, gis, xi* accesserunt e Cod. sed legendum fortasse *pango, gis, xi.* Vide quae paullo infra de Prisciani loco diximus. 14) *Frigo, gis, xi* accesserunt e Cod. 15) *Ningo ningis ninxi* Edd. O. *iungo gis xi* Cod. 16) *σωροπλόκω* Fabr. P. *σιροπλόκω* Cod. Ed. pr. Cf. Gloss. Philoxeni pag. 140. *Pollingo, περιστέλλω νεκρόν, σιροπλοκω. ἐνταφιαζω. ταρχεύω* (scr. *ταριχεύω*). *σοροπλοκῶ.* Legendum est *σιροποιῶ* et *σοροποιῶ.* Simili modo ibidem p. 166. legitur *σιροπλοκω*, quod legendum *σιροποιῶ.* Atque ita etiam apud Charisium legendum *σιροποιῶ.* 17) *Iungo* Edd. O. *cingo* Cod. 18) *Pluo is xi, fluo is xi* Fabr. P. *pluo is xi, struo is xi* Ed. pr. *fluo is xi struo is xi* Cod. 19) *Ango is xi* acc. e Cod. 20) *Pecto pectis pexi* Edd. O. *pecto as pexi* Cod. i. e. *pecto is xi.* His addit Fabr. *pango is xi*, motus sine dubio Prisciani auctoritate, qui lib. X, 5, 32. tom. I, p. 495. Kr. ait: *Simplex tamen pango etiam pepigi facit secundum Charisium et panxi.* Sed vide quae paullo ante ad v. *pungo gis xi* adnotavi. Nam hoc quidem loco Cod. et Ed. pr. ignorant *pango, is, xi.* Cf. tamen infra, ubi *pango* duplicem perfecti formam habere refert Gramm. 21) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 22) *Scribsi* scriptura est Cod. 23) *Cudo dis si* non leguntur in Ed. pr. 24) *Serpo pis psi* Fabr. P. *sarpo pis si* Ed. pr. *sarpo pis sarpsi* Cod. De verbo *sarpo* cf. Festus p. 146. 267. ibique interpp. 25) *Quatio is si in usu non est sed concutio et percutio tis cussi* Fabr. P. *concutio tis cussi* Ed. pr. *concussi*, nihil amplius, Cod. Vera est Ed. pr. scriptura. 26) De formis *facessi, visi, capessi* cf. Priscian. X, 8, 46. tom. I, p. 504. seqq. *Haec eadem secundum Diomedem et Charisium o in i convertentia faciunt praeteritum perfectum facesso facessi, capesso capessi, viso visi.* 27) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 28) *Cudo, dis, cudi* Cod. Ed. pr. hic interponunt, deleta a Fabricio, quem secutus est P. *Cudo, dis, si* iam supra a Grammatico positum est; h. l. alteram flexionem illam, *cudo, dis, di* commemorat. Cf. Priscian. lib. X, 4, 23. tom. I, p. 490. *Cudo secundum Diomedem et Charisium et Phocam* **cusi**, *secundum alios* **cudi**. *Et videtur etiam Virgilius sic protulisse in primo Aeneidos* (v. 174.). *Ac primum silici scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis.* 29) Ante v. *lego* quatuor literas excidisse, indicat e Cod. Nieb.

sprevi; .... emo[1], emis, emi; cerno, nis, crevi; sero, seris, sevi et serui; ...... incipio[2], incipis, incepi; frango, gis, fregi; sat ..... gis ..... uerri[3], *σαίρω*; sino, sinis, sivi.

14. Septima forma est, qua perfectum in *i* literam[4] cadit duce vocali, quae loco consonantis est, velut[5]: cupio, cupis, cupivi; sapio, pis, sapivi et sapui; peto, petis, petivi; quaero, quaeris, quaesivi[6]; tero, ris, trivi; pono, ponis, sivi.

15. Octava forma est, qua perfectum cadit in similitudinem verborum primi ordinis, velut[7]: pasco, pascis, pavi; sterno, sternis, stravi.

[219] 16. Nona forma est, quae perfectum facit a secundae personae dempta *s* litera, velut[8]: mando, dis, di; pando, dis, di.

De quarto ordine.

17. In quarto ordine formae sunt quinque. Prima est, qua perfectum cadit in *i* duce *u* litera, in usu tamen capta, velut[9]: munio, nis, nivi et munii; servio, vis, servivi et servii. Item in ceteris: lenio, nis, nii; garrio, ris, rii; gestio, stis, stii; salio, salis, salii; saevio, saevis, saevii; esurio, ris, rii; ligurrio, ris, gurrii[10], hoc est, degusto; parturio, ris, rii; praesagio, gis, gii; vestio, tis, tii; hinnio, nis, nii; mugio, gis, mugii; insanio, nis, nii; hirrio[11], ris, rii; mollio, lis, lii; polio, lis, lii; sepelio, lis, lii; reperio, ris, rii; grunnio, nis, nii; audio, dis, dii et audivi.

18. Secunda forma est, qua in *i* perfectum desinit, nulla vocali nec consonante duce, velut[12]: volo, vis, volui; malo, malis, malui; operio, operis, operui; aperio, aperis, aperui.

19. Tertia forma est, qua perfectum cadit in *si* literas, velut: farcio, farcis, farsi; sarcio, sarcis, sarsi; fulcio, cis, fulsi; saepio[13], saepis, saepsi; sentio, tis, si; cambio, cambis, cambsi, h. e. muto; haurio, ris, hausi. In his litera geminata perfectis non cadit.

20. Quarta forma est, qua perfectum cadit in *xi* literas, velut: sancio, sancis, sanxi; vincio, cis, vinxi. Neque in his perfectis[14] geminata cadit, nec alia sunt excepta, quam haec duo verba. Item septem superiora.

21. Quinta forma est, qua perfectum prima persona in similitudinem cadit verborum secundi ordinis; secunda mutatur in quarta[15], perfectum cadit in *i* duce *u* litera, ut; eo, is, ivi, et si qua eorum praepositionibus adiectis fiunt, ut: transeo, transis, transivi; exeo, exis, exivi; subeo, subis, ivi; sedeo[16], es, ivi; queo, quis, quivi; veneo[17], nis, nivi. Quorum verborum futurum tempus in *bo* cadit, quia[18], ut supra diximus, prima persona secundi ordinis similitudinem sequitur, alioquin futurum tempus in quarto ordine in *am* literas terminatur, velut[19]: sentiam, serviam, muniam.

22. Sunt quaedam perfecta similia ab instantibus derivata diversis, facta in his symptosi[20], ut: aceo, aces, acui, et acuo, is, acui; frigeo, ges, xi, et frigo, gis, frixi; lugeo, ges, xi, luceo, ces, xi; fulcio, cis, fulsi, fulgeo, ges, fulsi; cerno, nis, crevi, et cresco, scis, crevi; paveo, ves, pavi, || et pasco, pascis, pavi; sisto, [220] sistis, steti, et sto, stas, steti; consisto, tis, constiti, consto, constas, stiti; fero, fers, tuli, et tollo, tollis, tuli; quod in consuetudine sustuli facit; eius tamen perfecti instans apud veteres sustulo; pendeo, pendes, pependi, pendo, pendis, pependi; pandor, panderis, passus sum, aut pansus, patior, pateris, passus sum; vertor, verteris, versus sum, verror, verreris, versus sum.

23. Sunt quaedam verba, quae habent perfecta duplicia, velut[21]: pango, pangis, pepigi et pansi et panxi[22]; parco, parcis, peperci et parsi; pungo, pungis, pupugi et punxi; vello, vellis, velli et vulsi; nitor, niteris, nisus et nixus sum; teneo, tenes, tenui et tenivi apud veteres; tundo, tundis, tutudi et tunsi; tollo, lis, tetuli et sustuli; alor, aleris, alitus sum et altus; dirimo, mis, diremi et dirempsi, sed magis diremi; deleo, les, delui et levi; tero, ris, terui[23] et trivi, iuxta Apuleium.

II.

De defectivis.

1. Sunt quaedam verba, quae ex forma agendi in passivam perfecto vertuntur, quae etiam defectiva appellan-

1) Ante v. *emo* sex literas excidisse, e Cod. significat Nieb. 2) Ante v. *incipio* sex literas in Cod. exciderunt, teste Nieb. 3) Pro vv. *verro ris ri* in Cod. est: *sat ..... gis ..... uerri* utrobique quinque literis amissis, teste Nieb. Graeca v. *σάρω* scribitur in Cod. 4) *Literam* acc. e Cod. 5) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 6) *Quaeso sis quoesiui* Ed. pr. Fabr. P. *quaero*, *ris*, *quaesivi* Cod. 7) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 8) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 9) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 10) *Ligurio ris rii* Edd. O. *ligurrio*, *ris*, *ligurii* Cod. 11) *Hirrio.* Cf. Festus pag. 75. et interpp. p. 449. ed. meae. Adde Philoxeni Gloss. pag. 84. *Hirrio*, *κυνὸς ἀπειλή*, *ὅτε ὑλακτεῖ* et *Hirio ὑλακτῶ* et *Hirrit ὅταν κύων ἀπειλῇ ὑλακτῶν.* 12) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 13) *Saepio* scriptura Cod. 14) *Perfecti* Ed. pr. Fabr. P. *perfectis* Cod. 15) *In quartam* Fabr. P. *in quarta* Cod. Ed. pr. utrumque falsum. Totus locus sic videtur corrigendus: *Quinta forma est*, *qua verbum prima persona in similitudinem cadit verborum secundi ordinis*, *secunda mutatur in* ***quarti***, (scil. ordinis personam) *perfectum cadit* cett. 16) *Seco* Fabr. P. *sedeo* Cod. Ed. pr. Fabr. in not. Mss. *forte* ***sido***, quod nihili. Scribendum *redeo.* 17) *Venio* Edd. O. *veneo* Cod. 18) *Quia* accessit e Cod. 19) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 20) *Synthesi* Edd. O. *symptosi* Cod. 21) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 22) Ad hunc locum credibile est respexisse Priscianum, lib. X, 5. tom. I, p. 495., quem supra citavi ad v. *pecto.* 23) *Terii* Edd.

tur secundi ordinis, velut[1]: soleo, soles, solitus sum; audeo, audes, ausus sum; gaudeo, gaudes, gavisus sum; sed soleo verbum futurum omnino non habet, quia vim habet praeteriti, nec potest aliquis futuris consuesse. Tertii ordinis: fido, fidis, fisus sum; diffido, diffidis, diffisus sum. Quarti ordinis: fio, fis, factus sum, et ex eodem patefio, fis, patefactus sum; calfio, fis, factus sum; similiter tepefio, madefio et expergefio, expergefactus sum et experrectus sum[2]; arefio, arefis, arefactus sum.

2. Infinitivum huius verbi, quod est fio, fieri facit, cum omnia verba activa voce elata in e f[aciant, ut: a]mare, docere, dicere, munire. Haec verba, quorum perfectum in passivam deduc[itur formam[3]], participia habent tria, secundum formam quidem activam praesentis temporis [et futuri,] velut[4]: confidens, confisurus, audens, ausurus. Secundum formam [passivam praeteriti t]emporis, velut[5]: confisus, ausus. Infinitivum instantis: solere; perfecto et
[221] plus‖quamperfecto: solitum esse et fuisse[6] . . . um ire aut soliturum esse; participium instantis: solens; perfecti: hic solitus; futuri: soliturus . . . . quamvis futura declinata sint, tamen dici non possunt, quod praeteritis non futuris potest aliquis . . . . memoraverunt.

* ut dicatur audendus, gaudendus, confidendus. Illud tamen observabimus, quod quamvis dicatur[7] confidendum, audendum, figura dicitur non participio, quod ipsum etiam ab omnibus verbis figurari potest, de qua figura iam annotavimus. Haec verba qualitate deficere dicuntur, quorum declinationes loco[8] suo inservimus. Adnotandum[9] tamen est, quod eadem verba, quae ex fio veniunt, ut: calefio, olfio[10], tepefio, arefio, etiam activam declinationem totam habere possint, velut[11]: tepefacio, calefacio, patefacio.

3. Sunt quaedam verba, quae, quoniam non habent sua perfecta tempora, usurpant tamen eiusdem significationis verborum perfecta, velut[12] vescor pastus sum facit, ex eo tamen venit, quod est pascor; vescitus enim sum nemo dicit. Item arguor convictus sum facit, quod ex eo verbo convincor; habet tamen apud antiquos argutus sum[13]. Item angor anxius sum; anxius autem nomen est, quod significat sollicitus. Item fero tuli, quod est ex verbo tollo. Haec quoque defectiva dicuntur, quoniam figura immutantur. Item reminiscor recordatus sum facit; nemo enim dicit rementus sum, nec opperior, oppertus sum.

4. Declinantur autem praedicta verba hoc modo. Secundi ordinis finitivi[14] instantis: soleo, les, let; solebam, bas, bat; solitus sum, eram[15], solebo. Imperativo: sole, solitus esto. Optativo: solerem, solitus sim, tus essem, soleam. Coniunctivo: soleam, rem, tus sim, tus essem, tus ero. Et quae ex *fio* nascuntur[16], eodem modo declinantur: expergefio, expergefacio; calfio, calfacio; arefio, arefacio; adsuefio, adsuefacio; mansuefio, mansuefacio; liquefio, liquefacio; stupefio, stupefacio; et si qua alia huiusmodi inveniuntur. Item aliud ‖ finitivo instanti: tol- [222]
lo, lis, lit, lebam[17]; sustuli, leram, tollam. Imperativo: tolle, quasi futuro, tollito tu. Optativo: tollerem, sustulissem, tollam. Subiunctivo: cum tollam, tollerem, sustulerim, sustulissem, sustulero. Infinitivo: tollere, sustulisse, sublatum ire et sublaturum esse. Participia instantis: hic tollens; futuri: hic sublaturus, et cetera.

5. Item passiva[18] modo finitivo instanti: tollor, tollebar, sublatus sum, eram[19], tollar. Imperativo: tollere, quasi futuro, sublatus esto. Optativo: lerer, sublatus sim, essem, lar. Coniunctivo: lar, rer[20], sublatus sim, essem, ero. Infinitivo: tolli, sublatum esse, sublatum iri, aut sublaturum esse. Participia: sublatus, tollendus.

6. Tertii ordinis simili modo declinantur: fido, fisus sum, et quae ex ipso derivantur: diffido, diffisus sum; confido, confisus sum.

O. *terui* Cod. 1) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 2) *Et experrectus sum* addidi e Cod. ubi tamen legitur: *et experfactus sum.* 3) Locus in Cod. extritus; et dubitat Nieb., hoc an aliud legendum sit. In Ed. pr. hiatus est signum inter vv. *dedu — participia habent.* 4) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 5) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. Paullo ante pro *praeteriti* in Ed. pr. *futuri*, ceterum nihil deest; in Cod. verba uncis inclusa detrita sunt. 6) *Solitum ire aut solitum esse* Edd. O. *solitum esse et fuisse* Cod. Hinc sequuntur in Fabr. et P. talia: *participium iastantis, solens, praeteriti perfecti hic solitus, futuri soliturus: haec autem quamvis futuro declinata sint, tamen dici non possunt: quoniam praeteritis non futuris potest aliquis consuescere, ut memoratum est.* Iam sequitur hiatus et oratio incipit rursum a verbis: *ut dicatur audendus* cett. Ed. pr. haec habet: *participium instantis solens, praeteriti perfecti hic solitus, futuri soliturus* (hiatus) *quamvis futuro declinata sint tamen dici non possunt q̊ praeteriti non futuri potest aliquis* (hiatus) *memoratum est.* Cod. autem sic locum praestat: . . . *um ire ū soliturum c̄e pār tia inst. solens p̄f hic solitus fut̄ soliturus . . . . quamuis fut̄ declinata sint tn̄ dici non possunt quod p̄tēr n̄ fut potest aliquis . . . . memorauerunt.* Iam sequitur in Nieb. enotatis signum novae paginae incipientis, ac tum haec tamquam in Cod. scripta posuit idem, nec tamen signo posito, quorsum sint referenda: *esto derem ausus sim plus̄ ausus essem . . . . deo de bum bas bat au . . . . m debo aude fut̄ ausus . . . . ausum c̄e fut* (sic) *ausum ire . . . . et cetera.* Haec referenda esse videntur infra ad locum, ubi verbum *soleo* declinatum reperitur. 7) *Gaudendum* interposuit hic Fabricius, quem sequitur P. 8) *Suo loco* Edd. O. *loco suo* Cod. 9) *Adnotandum* scriptura Cod. 10) *Olfio* acc. e Cod. 11) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 12) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 13) *Sum* acc. e Cod. 14) *Infinitivi* Fabr. P. *finitivi* Cod. Ed. pr. 15) *Solitus eram* Fabr. P. *eram* Cod. Ed. pr. 16) *Et quae ex eo nascuntur* Fabr. P. *et quae ex* ***fio*** *nascuntur* Cod. Ed. pr. 17) *lebam* syllabae acc. e Cod. 18) Codex habet *pass̃.* 19) *Sublatus eram* Fabr. P. *eram* Cod. Ed. pr. 20) *lerer* Fabr. P. Ed. pr. *lar*, *rer* Cod.

7. Quarti ordinis simili modo declinantur, finitivo instanti: fio, fis, fit, fiebam, factus sum et fui, factus eram et fueram, fiam. Imperativo instanti: fi, fiat. Optativo: fierem, factus: sim, factus essem, fiam. Subiunctivo: fiam, fierem, sim fuerim, essem fuissem, factus ero. Infinitivo: fieri, factum esse et fuisse; futuro: fiendum esse et fieri et futurum iri. Participia: fiens [1], facturus, factus, fiendus.

8. Item aliud finitivo instanti: ferio, ris, rit, feriebam, feri, ferieram, feribo. Imperativo: feri, quasi futurum non habet. Optativo: ferirem, ferierim, ferissem, feriam. Subiunctivo: cum feriam, ferirem, ferierim, ferissem, feriero. Infinitivo: ferire, ferisse, feritum ire. Participia: hic feriens. Item passiva modo finitivo instanti: ferior, feriris, feritur, feriebar, ictus sum, eram, feribor. Imperativo instanti: ferire, quasi futurum non habet. Optativo: ferirer, ictus sim, essem, feriar. Subiunctivo: cum feriar, ictus sim, essem, ictus ero. Infinitivo: feriri, ictum esse, ictum iri. Participia: hic ictus, feriendus.

9. Item aliud finitivo instanti: meto, metis, metit, metimus, metitis, metunt; metebam, messem feci, messem feceram, metam. Imperativo: mete, quasi futuro metito
[223] tu. || Optativo: utinam meterem, messem fecerim, messem fecissem, metam. Subiunctivo: cum metam, meterem, messem fecerim, messem fecissem, fecero. Infinitivo: metere, messem fecisse, messum ire. Participia: metens, messurus. Item passiva finitivo instanti: metor, meteris, metitur; metebar, baris, batur; messus sum [2], eram, metar [3]. Optativo: meterer, messus sim, essem, tar. Subiunctivo: cum metar, meterer, messus sim, essem, messus ero. Infinitivo: meti, messum esse, messum iri. Participia: messus, metendus.

III.

De inchoativis.

1. Sunt quaedam verba, quae inchoativa appellantur, ἀρκτικά [4], quaeque rem modo inchoatam et futuram significant, velut [5]: horresco, id est, incipio horrere; torpesco, incipio torpere; et regulariter dicendum est, inchoativa ea appellari, quae *sco* syllaba terminantur, sive ab his verbis veniant, quae *o* litera terminantur, ut: horreo, horresco; sive ab his, quae *r* litera terminantur, ut: misereor, miseresco. Nec habent praeteritum perfectum, quia quod inchoatum est, non est perfectum. Unde quidam solent in declinatione inchoativorum, cum ad perfectum venerint, quamvis inchoative declinant, nihilominus inchoativi verbi perfecto uti, velut [6]: horresco, horrui, ut ex eo, quod est horreo, horrui, et pallesco, pallui ex eo, quod est palleo [7].

2. Horum inchoativorum verba nunc in usu sunt, ut: tepesco, quia dictum est tepeo; albesco autem albeo. Nam primam positionem eius figuravit Virgilius, cum ait:

Campique ingentes ossibus albent [8].

Item iuvenesco non habet iuveneo. Senesco autem nunc in usu est frequens, apud antiquos tamen et seneo dicebatur, unde et Catullus [9] sic rettulit:

Nunc recondita
Senet quiete, seque dedicat tibi,
Gemelle Castor et gemelle Castoris [10].

Ex quacunque autem coniugatione ortum fuerit verbum inchoativum, in tertia declinabitur coniugatione. Fiunt autem inchoativa aut a verbis, aut declinationibus; velut [11]: caleo, calesco; || deliteo, delitesco; frondeo, frondesco; [224]
floreo, floresco; consueui, consuesco [12], et cetera. De declinationibus vero app̄. haec, velut [13]: aeger est [14], aegrescit, ex flamma flammescit, ex dumis dumescit, ex herba herbescit. Haec verba inchoativa, quae ex appellativis derivantur, perfectum [15] non habent omnino [16].

IV.

1. Sunt quaedam verba impersonalia, velut [17] primi ordinis: iuvat me, te, illum; restat; distat; secundi ordinis similiter: decet me, te, illum; libet mihi, tibi, illi; taedet me, te, illum; liquet mihi, tibi, illi; dictum a liquido; item licet a licito [18]. Declinatur [19] autem sic: liqueo, ques, quet, unde figuratum est liquefactum. Oportet me, poenitet me, pudet me, piget me, miseret me;

1) Formae *fiens*, *fiendus*, *fiendum* etiam apud Diomedem recitantur, verum pariter sine exemplis. Cf. Diomed. lib. I, pag. 352. ed. P. 2) *Messus eram* Fabr. P. *messus sum*, *eram* Cod. Ed. pr. 3) Interponuntur hoc loco in Edd. O. *Imperativo metere*, *futuro messus esto*, quae ignorat Cod. 4) ἀρκτικῶς Ed. pr. Iubet Fabr. conferri Diomedem lib. I, de verborum qualitatibus (pag. 333. 334. P.). 5) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 6) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 7) *Palleo*, *pallui* Edd. O. *pallui* h. l. om. Cod. 8) Virg. Aen. XII, 36. 9) *Catulus* Cod. *rettulit* scriptura Cod. 10) Pro *senet* in Cod. est *s̄t*, et verba *gemelle Castor et* in Cod. desunt. Cf. Catull. Carmm. IV, 25. 11) *Aut a verbis aut de appellationibus. A verbis* Fabr. P. *aut a verbis aut declinationibus velut* Cod. Ed. pr. nisi quod Ed. pr. *ut* pro *velut*. 12) *Consueo consuesco* Fabr. P. vere. *consueui consuesco* Cod. Ed. pr. 13) *De appellationibus vero fiunt haec*, *ut* Fabr. P. *de declinationibus vero app̄. haec velut* Cod. Ed. pr. nisi quod Ed. pr. *ut* pro *velut*. Sigla illa significat fortasse *appellativorum*. 14) *Ex aegro est* Fabr. P. *aeger est* Cod. Ed. pr. 15) *Praeteritum perfectum* Edd. O. *praeteritum* om. Cod. 16) *De impersonalibus* inscriptio sequitur hic in Fabr. P. quae abest a Cod. et Ed. pr. 17) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 18) *Libet a libito* hic addit Fabr. quem sequitur P. 19) *Decli-*

quamvis Salustius dixerit in prima historia: *Lepidum poenitentem consili*[1]. Tertii ordinis: accidit, contingit; quarti ordinis: expedit, convenit, evenit. Interest, refert; haec enim primam et secundam personam non habent, tertia vero persona addito pronomine, id est, me, te, tres personae significantur. Ex his quaedam perfectum faciunt etiam[2] in hunc modum: licitum est, puditum est, pertaesum est, libitum est, pigitum est, placitum est, misertum est. Est alterum genus impersonalium, quae in rem conferunt, quibus non qui[3] facit, sed id quod fiat significatur, velut[4] apud Virgilium:

Pugnatur comminus armis[5].
Discumbitur ostro[6].
Vivitur hoc pacto[7].
Itur in antiquam sylvam[8].

Sedetur, inambulatur, et similia verba neutralia*, velut[9] bene et male, et cetera. Accommodantur autem loco, tempori, personae. Velut: bene[10] illo loco studetur; tempori: bene illa hora studetur[11]; personae, ut: bene apud illum studetur. Declinari[12] autem passivo modo non possunt, quantum ad primam et secundam personam; nam tertia persona tantum exauditur, quod alio loco plenius adnotavimus.

2. Omnia verba, quae funguntur incusativum casum[13], eadem in passivum revertuntur, velut[14]: credo te, doceo
[225] te, negligo te; faciunt || enim credor, doceor, negligor. Si quando autem alio casu fungantur excepto incusativo, tunc ex sese parere passivum non possunt, sed per tertiam personam passivam significationem exprimunt, velut[15] ex eo, quod est noceo tibi, nocetur mihi a te, facit; do tibi, datur mihi a te; obicio[16] tibi, obicitur mihi a te. Nemo enim dicit dor, noceor, obicior. Sic Albanus[17] ea verba ἰδιώματα[18] appellavit, quae dativum recipiunt, ut: noceo tibi, consulo tibi, parco tibi, provideo tibi, impero tibi[19]. Passive faciunt similiter; per dativum dicimus[20] enim nocetur mihi, consulitur mihi, imperatur mihi, obicitur mihi, et similia; haec passivam naturam habent. Ceterum, sicut[21] supra notavimus, tantum tertia declinantur[22]. Nemo enim dicit noceor, parcor, imperor. Dum illud tamen sciamus, etiam infinitivis omnibus cadere, ut quae passivam significationem habeant[23], praeter ea verba, quae in[24] declinatione activa tantum sunt, et intellectu passiva, de quibus supra notavimus, ut: veneo, vapulo, ardeo.

3. Sunt quaedam verba, in quibus tantum imperativum modum declinamus in secunda persona duntaxat[25] singulariter et pluraliter, ietm in infinitivo modo praesentis tantum temporis; et sunt haec duo: imperativo modo: have[26], havete; futuro[27]: haveto tu, haveto ille. Infinitivo modo praesentis temporis: havere te volo et vos[28] et illos. Item imperativo modo: salve, salvete; futuro: salveto tu, salveto ille, Infinitivo modo praesentis temporis: salvere te volo et vos[29] et illos. Habet et adverbium hoc verbum, cum[30] dicimus: Satisne salvest domi[31]? Ex praedictis autem verbis impersonalibus exempli gratia, quae declinabimus sic secundum ordinis finitivum instantem[32].

4. Pudet me, te, illum; imperfectum: pudebat me, te, illum; perfecto: puduit me, te, illum; plusquamperfecto:

nantur Edd. O. *declinatu* Cod. 1) Cf. Fragm. Salustii in ed. Gerlach. p. 223. *Consilii* Edd. O. *consili* Cod. Ceterum in Ed. pr. est scriptura *Laepidum*. 2) *Etiam* Cod. Ed. pr. quod om. Fabr. P. 3) *Qui* Cod. *quod* Edd. O. 4) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 5) Virg. Aen. VII, 553. 6) Vv. *Stratoque super* h. l. addidit Fabr. quem sequitur P.; absunt ea a Cod. et Ed. pr. Virg. Aen. I, 700. 7) Persius Sat. IV, 43. Idem exemplum citatur a Diomede p. 393. P. 8) Virg. Aen. VI, 179. 9) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. Ante hanc vocem integra linea excidisse videtur, in hunc modum: *quibus nonnunquam adiunguntur adverbia, velut bene* cett. 10) *Personae. loco, ut bene* Edd. O. *personae. Velut bene* Cod. 11) Vv. *tempori, bene illa hora studetur* desunt in Ed. pr. *tempori bene illo die studetur* Fabr. P. 12) Cf. iubet ad h. l. Fabr. Diomedem lib. I. de impersonalibus (p. 393. P.) 13) *Incusatiuo casu* Fabr. P. *incusatiuam casum* Ed. pr. *incusatī casum* Cod. 14) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 15) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 16) *Obiicio* Edd. O. *obicio* Cod. atque ita in seqq. 17) *Sic Albanus.* Ita Cod. et Edd. O. Sine dubio latet in vocula *Sic* praenomen vel nomen, quod compendio notatum a librario non est intellectum. Ceterum nihil praeterea de Albano illo constat. *Albinus* quidam librum scripsit de metris teste Max. Victor. pag. 289. Corp. Gramm. tom. I. ubi duo versus ex illo libro recitantur. Idem fortasse *Albinus* teste Prisciano tom. I, p. 305. ed. Kr. libr. VII, 5. res Romanas versibus conscripserat, quorum aliquot citat Priscianus ibidem. His aetate maior ille est *Albinus*, qui res Romanas Graeca oratione scripserat testibus Cicerone in Bruto c. 21. et Gellio XI, 8. et Macrobio Saturn. I, praef. 18) Graeca vox Latinis literis scripta in Cod. et Ed. pr. 19) *Imperativi* Cod. *impero tibi* Edd. O. Statim *pāss* pro *passive* in Cod. 20) *Dicimus* accessit e Cod. 21) *Ut* Edd. O. *sicut* Cod. 22) *In tertia persona declinantur* Fabr. P. *in tertii decl.* Ed. pr. *ī̄ declinantur* Cod. Scripserat fortasse librarius: *tantum III declinantur.* 23) *Habeant* desideratur in Cod. et Ed. pr. 24) *In* acc. e Cod. 25) *In secunda duntaxat persona* Fabr. P. *in secunda persona* Ed. pr. *in secunda persona duntaxat* Cod. 26) *Ave* Edd. O. *have* Cod. atque ita in seqq. semper. 27) *Futuro* accessit e Cod. 28) *Et vos et* Cod. prius *et* om. Edd. O. 29) *Et vos et* Cod. Ed. pr. prius *et* om. Fabr. P. 30) *Quum* Edd. O. *cum* Cod. 31) *Satin salve, salve est domi* Fabr. P. *saluisse, salvost domi* Cod. Ed. pr. Mihi non dubium est, scribendum esse: *Satisne salve est domi?* Apud Diomedem p. 340. P. in pari loco legitur: *Habet hoc verbum et adverbium, cum dicimus: salve, i. e. satis salve domi.* Ubi Codd. mei nihil variant, nisi quod *saltis* pro *satis.* 32) Hic locus, ad quem nihil varietatis praestant libri, sic scribendus esse videtur: *Ex praedictis autem verbis impersonalibus exempli gratia quaedam hic declinabimus. Secundi ordinis finitivo instanti: pudet me, te, illum; im-*

puduerat me [1]; futuro: pudebit me, te, illum. Imperativo instanti: pudeat me. Optativo instanti et imperfecto: utinam puderet me; perfecto: puduerit me; plusquamperfecto: puduisset me; futuro: pudeat me. Subiunctivo in-
226] stanti: cum pudeat me, pude||ret me, puduerit me, puduisset me, puduerit me. Infinitivo instanti: pudere me; praeterito: puduisse me. Simili modo declinantur et cetera: piget me, libet me [2], poenitet me, et fere activa impersonalia secundi ordinis sunt.

5. Item verbum passivum impersonalis ordinis declinatur sic: itur a me, itur a te, itur ab illo; iri a me, iri a te, iri ab illo; perfecto [3] et plusquamperfecto: itum esse a me, a te, ab illo, et cetera tempora, quae possunt admitti.

6. Item verbum passivum ordinis quarti, quod an impersonale sit quaerendum est. Finitivo instanti: misereor, reris, retur; imperfecto: miserebar, baris, batur; perfecto: miseritus sum [4] et fui; plusquamperfecto: miseritus eram et fueram; futuro: miserebor. Imperativo instanti: miserere; futuro: miseritus esto. Optativo instanti et imperfecto: utinam misererer, miseritus sim, essem, miserear. Subiunctivo instanti: miserear, rerer, miseritus sim, essem, ero. Infinitivo instanti: misereri; praeterito: miseritum esse et fuisse; futuro: miseritum iri. Participia instantis: hic miserens; perfecti: miseritus [5]; futuri: hic misériturus. Impersonalia neque activum neque passivum participium habent, nam pudens non est participium, sed nomen, unde impudens componitur.

V.

De frequentativis.

Sunt quaedam verba, quae frequentativa sive iterativa appellantur, quibus significatur id, quod saepius futurum est, velut [6]: dico, dictito, id est, saepius dico; mitto, misito [7]; facio, factito [8], et similia figura saepius dicendi; ita tamen, ut sic intelligamus, omnia iterativa, ex quacunque coniugatione figurata fuerint, primae declinationis coniugationem habere. Sed invenimus et scriptitare, ex eo, quod est scribo, scriptito; item datare, id est, dato, datas, datare [9].

VI.

De paragogis.

1. Sunt quaedam verba, quae παράγωγα appellantur, quaeque ex [10] primitivi verbi || declinatione [11] et mutatio- [227]
nem et adiectionem literarum capiunt, et nihilominus idem significant [12]; interdum variant, velut [13]: lacesso [14], ex eo, quod est lacero [15]. Sed hoc variatur. Lacessere enim est concitare. Facesso aeque hinc fit; facessere [16] discedere intelligitur. Arcesso [17]. Errant, qui putant, ex eo, quod est arcessio [18], sed accersio sicut arcesso [19]. Sed interest, quod arcessere [20] est accusare, accersere autem vocare. Haec duo verba sunt tertii ordinis, et arcessere [21] et accersere infinitivum faciunt arcessere, non arcessire [22], accersere, non accersire, et imperativum arcesse [23] et accerse, non arcessi [24] et accersi. Capesso [25] capio figura saepius capiendi.

perfecto: pudebat cett. 1) *Te, illum* Edd. O. hic addunt, quae om. Cod.; contra hic Cod. interponit: *Fut. pudebit me, te, illum*, quae ignorantur ab Edd. O. 2) *Taedet me* Fabr. P. *libet me* Cod. Ed. pr. 3) *Praeterito perfecto* Edd. O. *perfecto* Cod. 4) *Vel misertus sum* Fabr. P. Vv. *vel misertus* om. Cod. Ed. pr. 5) *Perfecti hic misertus* Fabr. P. *perfecti misertus* Ed. pr. *perfecti miserītus* Cod. 6) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 7) *Mittito* Edd. O. *misito* Cod. 8) *Factito* Fabr. P. *facito* Cod. Ed. pr. quod errori scribentis tribuendum puto. 9) His adiecit Fabr. quem seqq. P. *ex ea quod est do*, quae ignorat Cod. Ed. pr. 10) *Quae a pr.* Fabr. P. *ex pr.* Ed. pr. *quaeque ex pr.* Cod. Graecam vocem Lat. litt. scriptam exhibent Cod. Ed. pr. 11) *Declinatione* recte videtur adiectum a Fabr. quem seq. P. om. Cod. Ed. pr. Cf. Diomedes p. 374. P. qui locum sic exhibet: *Sunt quaedam verba, quae παράγωγα appellantur, quae et primitivi declinationem et mutationem et adiectionem literarum capiunt et nihilominus idem significant; interdum variant* cett., ubi Codd. mei omnes praestant: *quae **ex** primitivi **verbi** declinatione.* 12) Vv. *idem significant* accesserunt e Codice. 13) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 14) *Lacesso et facesso* Fabr. P. *lacesso* Cod. Ed. pr. 15) *Lacero et facio* Fabr. P. *lacero* Cod. Ed. pr. 16) *Facesso aeque, sic hinc se facessere* P. *f. a. **si** hinc f. f.* Fabr. *facesso aeque hinc sit facessere* Cod. Ed. pr. Diomedes p. 375. P. locum sic exhibet: *facesso aeque **fit**; facessere discedere intelligitur;* ubi Codd. mei ***hic fit***. Scripsi igitur apud Charisium: *facesso aeque hinc fit.* Ceterum Cod. ***hic*** (sic). 17) *Item accerso et per r scribitur, arcerso* Fabr. P. hoc merum est Fabricii inventum. *Arcesso*, nihil aliud, Cod. Ed. pr. 18) *Arcessio.* Ita Cod. et Edd. O. Scribe *arceo.* Iubet ad h. l. conferri Fabricius Scaurum de orthographia (p. 2260. P.) *Item accerso, quamvis alii arcesso dicant, non sine ratione* cett. *Sed quidam differentiam esse voluerunt, ut arcesso quidem ab eo verbo esset, quod est **arceo**; accerso vero ab eo quod est **accio**.* Haec Scaurus. 19) *Sed accerso sicut arcersa* Fabr. P. *sed accerso sicut arcesro* Ed. pr. *sed accersio sicut arcesso* Cod. Sine dubio vult Grammaticus, dici *accerso* pariter atque *arcesso*, sed significatione differre. Scribendum igitur: *Sed accerso sicut arcesso dicitur.* 20) *Arcersere* Fabr. P. *arcescere* Ed. pr. *arcessere* Cod. 21) *Arcersere* Fabr. P. *arcessere* Cod. Ed. pr. 22) *Arcersere non arcersire* Fabr. P. *arcessere non arcessire* Cod. Ed. pr. 23) *Arcerse* Fabr. P. *arcesse* Cod. Ed. pr. 24) *Arcersi* Fabr. P. *arcessi* Cod. Ed. pr. 25) *Capesco* Ed. pr.

2. Sunt quaedam verba, quae instanti modo similiter efferuntur, et in declinatione diversam significationem mutatione literae habent, velut [1]: pando, pandis et pandas, ἐξαπλοῖς διαστρέφεις [2]. Infinitivo: pandere, pandare; mando, mandas, mandis, mandare, mandere [3]; fundo, fundis, fundas, fundere, fundare [4]; compello, compellis, compellas, compellere, compellare; volo, vis, volas, velle, volare; dico, dicis, dicas, dicere, dicare, et si qua alia inveniuntur.

3. Omnia imperativa tertiae declinationis [5] secundam personam instantis temporis per *e* literam terminantur. Corrumpuntur autem haec tria, velut [6]: facio, fac, dico, dic, duco, duc, et quae ab his sunt: dico, abdico, abdic, praedico, praedic, indico, indic, abduco, abduc, adduco, adduc, perduco, perduc, reduco, reduc [7]. Sed facio, quod subnotavimus, si praepositionem acceperit, redit ad regulam, velut [8]: inficio, infice, adficio, adfice, conficio, confice. Sed apud veteres salva est regula; nam dixerunt face, duce, dice.

4. Omnia verba, quorum perfecto prima syllaba iteratur, adiecta praepositione desinunt iterare, velut [9]: tendo, tetendi, cado, cecidi [10]. Adiecta praepositione intendo intendi facit, incidi et repuli et expuli, et cetera. Praeter haec: disco, didici, et adiecta praepositione: addisco,
[228] addidici, et || curro, cucurri, recurro, recucurri [11], excurro, excucurri. Sic enim apud auctores [12] nonnunquam invenimus; alioquin recurri dicimus et excurri. Quare autem perfectum [13] tempus aut syllabis crescat aut minuatur aut par sit, non est inventa ratio, nec cur a correptis producatur, velut [14]: traho, traxi, aut a [15] productis corripiatur, ut: iaceo, iacui [16].

VII.

De confusis.

1. Sunt quaedam verba confusis [17] temporibus, velut [18]: odi, novi, pepigi, memini. In his enim instans et perfectum tempus idem est; item imperfectum et plusquamperfectum, nec participium fere habent. Temporibus autem deficere dicuntur; declinantur autem hoc modo. Verbum finitivum temporis instantis et perfecti [19]: odi, odisti, odit; imperfecto et plusquamperfecto: oderam; passivo modo: osus eram et fueram; futuro: odero. Instanti imperativo: oderis, oderit. Optativo instanti et imperfecto: oderem [20], oderim; eiusdem temporis passivo modo: osus sim; plusquamperfecto: odissem; eiusdem temporis passivo modo: osus essem; futuro: oderim [21]. Subiunctivo instanti: cum oderim, oderem, oderim; eiusdem temporis passivo modo: osus sim; plusquamperfecto: odissem; eiusdem temporis passivo modo: osus essem; futuro: cum [22] odero. Infinitivo instanti: odere [23]; praeterito perfecto et plusquamperfecto: odisse; passivo modo: perosum [24] esse; futuro: osurum esse. Participium instantis non habet; futurum: hic osurus, et cetera. Huic verba similia sunt memini, novi. Sed haec etiam quasi [25] futurum habent imperativi [26]: memini quidem, memento tu, memento ille, mementote; novi autem, novito tu, novito ille, novitote, noverint. Haec verba passiva non habent, sed cum observatis suis perfectis per suas angustias declinantur, dum tamen perfectum per passivam formam exprimant. Videntur [27] enim in similitudinem mixtorum verborum declinari. Nam perfectum odi quidem, passivo modo: exosus sim et fuerim; plusquamperfecto: exosus essem et fuissem; memini, optativo: utinam [memor] sim || et fuerim, et me- [229]
mor essem et fuissem; novi: utinam notum habuerim, [et notum [28]] habuissem. Declinantur autem et ista hoc modo. Finitivo instanti: novi, [novisti, novit [29];] imperfecto: noveram; perfecto: novi; plusquamperfecto: noveram; futuro: novero. [Optativo instanti et imperfecto [30]:] utinam noverim; perfecto et plusquamperfecto: utinam [31] novissem et nossem; eiusdem temporis passivo [modo [32]:] utinam notum habuissem; futuro: utinam noverim. Subiunctivo instanti et perfecto: cum noverim; imperfecto et [33] plusquamperfecto: cum novissem; eiusdem temporis passivo modo: cum

1) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. Paullo ante *diversa significatione* Cod. 2) *Διαστρέφειν* Edd. O. *διαστρέφεις* Cod. Citat Fabr. ad h. l. Priscian. lib. VIII. c. 7. tom. I, pag. 386. Kr. 3) Graecam vocem *μασσᾶσθαι* addidit Fabr. quem seq. P. 4) *θεμελιοῦν* adiecit Fabr. quem seq. P. Graeca haec duo e Prisciano l. c. sunt petita. 5) *Coniugationis* Fabr. P. *declinationis* Cod. Ed. pr. Citat ad h. l. Fabricius Diomedem de coniugationibus verborum (p. 341. P.), unde hausit idem correctiones suas. 6) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 7) *Seduco*, *seduc* addidit Fabr. ex Diomede l. c.; secutus est P. Non habent Cod. Ed. pr. 8) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 9) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 10) *Pello pepuli* propter seqq. addidit Fabr. seq. P. absunt ea a Cod. et Ed. pr. 11) *Recurro recucurri* desunt in Ed. pr. Ablegat Fabr. ad Priscian. lib. X, 8, p. 503. tom. I. ed. Kr. 12) *Auctores* Cod. Ed. pr. *autores* Fabr. P. 13) *Imperfectum* Edd. O. *perfectum* Cod. *autem* deest in Ed. pr. 14) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 15) Praepos. *a* desideratur in Cod. 16) *Ut disco dici* Ed. pr. *ut disco didici* Fabr. P. *ut iaceo iacui* Cod. Legendum sine dubio: *ut iacio, ieci.* 17) *Confusa* Fabr. P. *confusis temporibus* Cod. Ed. pr. 18) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 19) *Imperfecti* Edd. O. *perfecti* Cod. 20) *Odirem oderim* Cod. 21) *Odirem oderim* Cod. 22) *Quum* Edd. O. *cum* Cod. 23) *Odire* Cod. 24) *Osum* Fabr. P. *perosum* Cod. Ed. pr. 25) *Etiam quandoque* Edd. O. *etiam quasi* Cod. 26) *Imperativo* Edd. O. *imperat̄* (sic) Cod. 27) *Videtur* Cod. Edd. O. *videntur* scribendum erat ex sententia scriptoris. 28) In Cod. extrita, in Ed. pr. lacuna nulla. 29) In Cod. extrita, in Ed. pr. lacuna nulla. 30) In Cod. extrita, in Ed. pr. nullum hiatus signum. 31) *Utinam* accessit e Cod. 32) *Modo* in Cod. extritum, habent Edd. O. 33) *Imperfecto et* accesserunt e Cod.

notum habuerim; plusquamperfecto: cum notus [essem [1]]; futuro: cum novero. Infinitivo instanti: nosse; praeterito perfecto et plusquamperfecto: novisse aut notum habuisse; futuro: notum habiturum . . . .[2]. Participium: notum habiturus. Item aliud finitivo instanti et perfecto: memini, meministi, meminit; imperfecto et plusquamperfecto: memineram [3]. Passivo modo: memor sum et fui, memor eram et fueram; futuro: meminero. Imperativo instanti: memineris; futuro: memento [4], mementote. Optativo instanti et imperfecto: utinam meminerim; perfecto et plusquamperfecto: meminissem; passivo modo: utinam memor sim; plusquamperfecto: utinam memor essem; futuro: utinam meminerim. Subiunctivo instanti: cum meminerim; imperfecto: cum meminerem, cum meminerim, meminissem, meminero. Infinitivo praeteriti temporis: meminisse; futuro: memorem futurum. Haec tria [5] verba, novi, odi, memini [6], iuxta quosdam ne imperativa quidem habent omnino, cum etiam in eo, quod est memini, futurum tantum sit, et hoc in secunda duntaxat [7] persona. In his verbis [8], quibus notavimus imperativum deesse, quae sunt memini, odi, novi [9], grammatici inducunt imperativum hoc modo. Dicunt enim omnia imperativa tribus modis intendi posse, velut [10]: dic, dicas, dixeris; et ita distinguunt. Dic ex eo, quod est solitae regulae, quam in declinatione observamus. Dicas autem et dixeris per defectionem impe-
230] ra||tivi, ut sit: fac dicas, et fac dixeris: quorum alterum, hoc est, dicas, optativorum futurum est, item subiunctivorum instans; alterum, quod est dixeris, subiunctivorum futurum sive perfectum est. Hoc modo [11] ergo imperativa [12] verbis, quae praeposuimus [13], adsignant, quae non habere notavimus, ut memineris, quod figuratur ita: fac memineris. Quod ipsum etiam in omnibus observari verbis potest, quamvis habeant sua imperativa, velut: ames, ut sit: fac ames et amaveris. Similiter et cetera [14]: doceas, fac doceas, fac docueris; item: vincas, fac vincas, fac viceris; item: munias, fac munias [15]. Praeponuntur autem imperativis [16] alia multa, velut [17]: rogo, volo, oro, moneo [18], quaeso, hortor, id est, volo facias, rogo dicas, et cetera.

2. Imperativa iterum praecedente *ne* syllaba quadrifariam exprimuntur, velut [19]: ne nega, ne neges, ne negaveris, noli negare; item [20]: ne timeas, ne timueris, noli timere, et cetera similiter.

3. Item eorum verborum, quorum declinationes inseruimus, quae videntur et ipsa defectiva seu corrupta esse, ideoque [21] inter confusa relata et ambigue declinari [22], sunt haec. Velut finitivo [23] instanti: volo, vis, vult, volebam, volui, volueram, volam, les, let. Imperativo instanti: velis, velit; futurum non habet. Optativo instanti et imperfecto: utinam vellem, voluerim, utinam [24], voluissem, velim. Subiunctivo instanti: cum velim, vellem, voluerim, voluissem, voluero. Infinitivo instanti: velle; praeterito: voluisse: futurum non habet. Participium instans tantum: hic volens. Similiter nolo, nonvis, nonvult; malo, mavis [25], mavult. Quamquam etiam circa haec verba similiter imperativa observare debemus secundum annotationem praecedentem. Sed sunt, qui ita dicunt: malis, nolis, et optativo tantum instantis et praeteriti [26]: utinam malim, malis, malit, et nolim, nolis, nolit. V[idendum] [27] est, ne in similitudinem cadant volo et volvo, quod est κυλίω [28], ubi enim *u* [29] duas vocales ad semel [30] declinaverit: volvo, volvebam [31], volvi. Volvo autem est tertiae declinationis:

1) *Essem* extritum in Cod. habent Edd. O. 2) *Habiturum iri* male Edd. O. posterius v. in Cod. extritum; legendum sine dubio *esse*. 3) Inter hoc et sequens verbum hiatus signum in Ed. pr. Nihil tale enotavit Nieb. 4) *Memento* accessit e Cod. 5) *Tria* ignorant Fabr. P. habent Cod. Ed. pr. Notavit ad h. l. Fabr.: *Diomedes de coniugationibus verborum temporibus confusorum eadem ad verbum.* Cf. Diomed. p. 353. P. ubi nunc editur: *Novi odi pepigi, haec tria ne imperativum quidem habent omnino, cum etiam in eo quod est memini futurum tantum sit, et hoc in secunda persona duntaxat. In iis tamen verbis, quibus notavimus imperativa deficere, quae sunt novi, memini, pepigi, odi, coepi, Grammatici imperativa inducunt hoc modo* et cetera ad eundem modum. In his pro *pepigi* sine dubio legendum est *memini*. 6) *Odi, novi, memini, pepigi* Fabr. P. Ed. pr. sed in Cod. *pepigi* inter lineas adscriptum, ut ab hoc loco plane absonum, delevi. Codd. apud Diomedem *odi memini pepigi* ubi contra sententiam scriptoris *novi* omissum et *pepigi* praeter rem additum. 7) *In secunda duntaxat persona.* Ita recte Cod. *duntaxat persona* Ed. pr. om. *in secunda.* — *duntaxat in secunda persona* Fabr. P. Paullo ante pro *quum etiam* in Cod. est *tum quum.* 8) *In quibus* Fabr. P. praepositio *in* abest a Cod. Ed. pr. et apud Diomedem in loco pari. 9) *Pepigi* addunt h. l. Cod. Edd. O. delendum fuit ex sententia Grammatici. 10) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 11) *Hoc ergo modo* Fabr. P. *Hinc ergo modo* Ed. pr. *Hoc modo ergo* Cod. 12) *Imperativis* Cod. Ed pr. *imperativa* Fabr. P. 13) *Praeposuimus* Edd. O. *pposuimus* (sic) Cod. 14) *Cetera* Cod. *rem* Ed. pr. om. Fabr. P. Paullo ante *ut ames* Ed. pr. *velut ames* Cod. Fabr. P. 15) *Fac munieris* addiderunt Fabr. P. 16) *Imperativo* Fabr. P. *in passivo* Ed. pr. *imperativis* Cod. 17) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 18) *Rogo, peto, volo, moneo* Fabr. P. *rogo, volo, moneo* Ed. pr. *rogo volo oro* Cod. 19) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 20) *Ne time* addidit Fabr. quem seq. P. 21) *Ideo quod* Ed. pr. *ideoque* Cod. Fabr. P. 22) *Declinari et* Cod. Ed. pr. *et* om. Fabr. P. recte. 23) *In infinitiuo* Fabr. P. *ut infinitivo* Ed. pr. *velut finitivo* Cod. 24) *Utinam* acc. e Cod. 25) *Malis* Fabr. P. *mauis* Cod. Ed. pr. 26) *Instanti et praeterito imperfecto* Edd. O. *instantis et praeteriti* Cod. om. *imp.* 27) *Videndum est.* In Cod. literae extritae, quas inclusi; in Ed. pr. lacuna nulla. 28) *κυλῶ* Fabr. Ed. pr. *κυλίω* Cod. P. 29) Litera *υ* accessit e Cod. 30) *Ad semel* Edd. O. *ad semel* Cod. εἰσάπαξ, h. e. una. 31) *Volo, volebam* Fabr. P. *volvo ebam* Ed. pr. *voluo voluebam* Cod.

[241] *Tot* || *volvere casus*[1].

Nam volo, volas primae est:

Volat ille per aera magnum[2];

et quae ex volo verba fiunt. Nolo et malo' futurum neque infinito[3] neque participium habent.

4. Item aliud[4] verbum ita declinatur. Finitivo instantis: sum, es, est; imperfecto: eram; perfecto: fui; plusquamperfecto: fueram; futuro: ero. Imperativo instantis: esto[5]; aliis: sis, sit, simus, este, sint; futuri aut quasi futuri: esto tu et ille, essemus, estote, sint et sunto. Optativo instanti et imperfecto: essem[6]; perfecto: fuerim; plusquamperfecto: fuissem; futuro: sim. Subiunctivo instanti: cum sim, essem, fuerim, fuissem, ero et fuero[7]. Infinitivo instanti: esse; praeterito[8]: fuisse; futuro[9]: futurum esse et futurum ire[10]. Nec appellationem, nec nomen, nec participium praebet, sed nec passivum facit, participia tamen recipit haec tantum: singularis, ut: hic futurus, et pluraliter: hi futuri[11], et cetera. Similiter declinantur etiam, quae ex eo composita sunt, velut[12]: prosum, adsum[13], praesum, desum, obsum, intersum, insum, et siqua alia ex his derivantur. Sed ex his duo ita habent participia etiam instantis: praesum et absum; nam et[14] praesens et absens dicimus. Inter haec, quae a *sum* verbo pronunciantur, unum possum[15] non potest videri; facit enim perfectum potui, cuius declinationem inseruimus. Velut[16] finitivo instanti: possum, potes, potest, poteram, potui, potueram, potero. Imperativo instanti: potes, possit, possimus, potestote[17], possint, possunto. Optativo instanti et imperfecto: utinam possem, potuerim, potuissem, possim. Subiunctivo instanti: cum possim, possem, potuerim, potuissem, potuero. Infinitivo instanti et praeterito tantum: posse, potuisse; futurum non habet. Participium instans tantum: hic potens; sed quidam dicunt participium instans temporis[18] ne quidem hoc[19] habere, nam potens nomen est sive appellatio, non participium.

5. Item aliud verbum finitivum instantis: eo, is, it,
[232]ibam, ii, ieram, ibo. Imperativum: || i, eat, eamus, ite, eant; quasi futuro: ito, eat, eamus, itote, eant. Optativo instans et imperfectum: utinam irem, ierim, issem, eam. Subiunctivo: cum eam, irem, ierim, issem, iero. Infinitum instantis: ire, isse, itum esse; futuro: itum ire, iturum esse. Participium instans: hic iens; futurum: hic iturus; et cetera similiter, quae ab eo composita sunt, velut: abeo[20], ineo, subeo, adeo, prodeo, circumeo, intereo, pereo, praetereo, exeo, praeeo, coeo, veneo, queo[21], nequeo, redeo, transeo, anteeo. Prodeuntem, abeuntem, subeuntem dicemus et cetera non prodientem, alioquin peccabimus; item abientem, subientem.

6. Item aliud verbum finitivum instantis: fero, fers, fert, ferebam, tuli, tuleram, feram, res, ret. Imperativum instans: fer, ferat; futuro ferto: tu et ille. Optativum instans et imperfectum[22]: utinam ferrem, tulerim, tulissem, feram. Subiunctivum[23]: cum feram, ferrem, tulerim, tulissem, tulero. Infinitivum: ferre, tulisse, latum ire et laturum esse; passivum: latum iri. Participia: ferens, laturus; et cetera similiter, quae ab eo composita sunt, tam activo quam etiam passivo modo declinantur, velut[24]: defero, adfero, profero, praefero, effero, differo, confero, refero, antefero, aufero, suffero, circumfero, transfero.

7. Item aliud verbum finitivum instans: edo, es, est, edimus, editis, edunt; sed veteres: edo, edis, edit; imperfecto: edebam; perfecto: edi; plusquamperfecto: ederam; futuro: edam. Imperativum instans[25]: ede, edat, edamus, edite vel este, edant; futuro: edito, edat, edamus, editote, edant vel edunto[26]; quasi futuro: esto, edat, edamus, estote, edant. Optativum instans et imperfectum: utinam ederem, edissem, essem, edam. Subiunctivum: cum[27] edam, ederem, ederim, edissem, essem, edero. Infinitivum: edere, edisse, esse, esum ire, esurum esse. Participia: hic edens, hic esurus[28]; et cetera similiter, quae ex eo veniunt, velut[29]: comedo, ambedo[30], circumedo. Passivo modo: edor.

8. Verba, quae perfectum mutant, sicut in superioribus varie comprehensum est, haec sunt: spondeo, spopondi; pasco, pavi; fe||rio, feri[31]; percussi; meio, minxi; verro, [233]

1) *Insignem pietate virum* addit Fabr. quem seq. P. Virg. Aen. I, 9. 2) Virg. Aen. I, 300. 3) *Infinitum* Fabr. P. Ed. pr. *infinito* Cod. Cf. Diomedes pag. 381. P. *Id verbum deficit futuro infinitivo et participio futuro.* Legendum apud Charisium: *neque infinitivo neque participio habent.* 4) *Aliquod* Edd. O. *aliud* Cod. 5) *Es* Fabr. P. *esto* Cod. Ed. pr. Lege: *es, esto.* 6) *Utinam essem* Edd. O. *utinam* om. Cod. 7) *Ero et fuero* Cod. *fuero et ero* Edd. O. 8) *Praeterito plusquomperfecto* Edd. O. *procterito* Cod. 9) *Fore et* h. l. addidit Fabr. quem seq. P. *Futuro* om. Ed. pr. 10) *Futurum ire* Cod. Edd. O. quae forma aliunde non constat. 11) *Ut hi futuri* Edd. O. *ut* om. h. l. Cod. 12) *Sint, ut* Edd. O. *sunt velut* Cod. 13) *Absum* addidit Fabr. quem seq. P. 14) *Et* accessit e Cod. 15) *Solum possum* Fabr. P. *ut possum* Ed. pr. *unum possum* Cod. 16) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 17) *Potest, possit, possimus, postestote, possint et possunto* Cod. et Ed. pr. nisi quod Cod. recte *potes* pro *potest.* — *potes, possit, possimus, poteste, possint, quasi futuro, potesto possit, potestote, possint et possunto.* Fabr. P. 18) *Temporis praesentis* Fabr. P. Ed. pr. *praesentis* om. Cod. Lege *instantis temporis.* 19) *Haec* Cod. Edd. O. Scripsi *hoc;* intelligitur enim verbum *posse.* 20) *Ut adeo abeo* Fabr. P. *ut abeo* Ed. pr. *velut abeo* Cod. 21) *Quaeo* Cod. 22) *Imperfecto* Edd. O. *impf.* (sic) Cod. 23) *Subiunctioum* deest in Cod. et Ed. pr. 24) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 25) *Imperat. inst.* (sic) Cod. 26) *Edant vel edunto* addidit Fabr. quem seq. P. Quae quamquam ignorant Cod. et Ed. pr. tamen addenda videbantur, nisi forte in seqq. post vv. *estote, edant* addendum erat *edunto.* 27) *Cum* accessit e Cod. 28) *Essum* — *essurum* — *essurus* Cod. 29) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 30) *Ambedo* Fabr. P. *abedo* Cod. Ed. pr. 31) *Feri* Cod. Ed. pr. i. e. *ferii;* om. Fabr. P. De his, quae seqq. cf.

verri; necto, nexui; vincio, vinxi; pecto, pe[xui; ince-]do, incessi; fero, tuli; sero, sevi; urgeo, ursi; texo, texui; torqueo, torsi; scindo, scidi; prandeo, prandi; . . . . . it[1]; tollo, sustuli; confero, contuli; ludo, lusi; denseo, densi; incipio, incepi; coepi; prosto, prostiti; mergo, mersi; eruo, erui; frango, fregi; desino, desii; cambio, campsi[2]; haereo, haesi; haurio, hausi; farcio, farsi; satago, sategi; ago, egi; dico, dixi; volo, volui, volavi[3]; contero, contrivi; promo, prompsi; adsuesco, adsuevi; callio, callfactus sum; madelio, madefactus sum; sum[4], fui; tero, trivi; disco, didici; sterno, stravi; concoquo, concoxi; allido, allisi; obsto, obstiti; cresco, crevi; cano, cecini; pergo, perrexi; tueor, tuitus sum; vescor, pastus sum; audeo, ausus sum.

9. Admonendi tamen sumus, participialia in activis praeteriti temporis non esse, ut Graece dicimus φιλήσας, ποιήσας[5]. Recipiuntur autem in positione passiva, quae non habent passivam declinationem, sicut apud veteres inveniuntur, ut iuratus; non enim dicimus iuror; similiter et pransus, cenatus[6], potus, iniuratus. Haec enim, quoniam sunt activa et non patiuntur, recipiuntur passivo modo. Haec in ceteris verbis et participiis dici non possunt. Quidam autem dicunt et ea . . sol, δύνας ὁ ἥλιος[7].

10. Item in passivis participia praesentis temporis non sunt, abutuntur autem veteres activo pro passivo, ut apud Virgilium:

> *Genibusque volutans*
> *Haerebat*[8];

deest *se*, ut sit: volutans se[9].

> *Praecipitans traxit omnia*[10];

deest *se*, ut sit: praecipitans se.

VIII.

De qualitatibus Latini sermonis et temporibus

1. Qualitates sermonis Latini certissimas, quibus tempora copulata sermone[11] connectuntur, istas accepimus: finitivam, optativam, subiunctivam, quas notas omnibus certo scio, ideoque de his, quid || quaeque[12] significet, simul, [234] quod non alienum ab re est, tempora quoque omnia principalia, et quae ex his derivantur, explanavimus. Sunt enim tempora instans, quod et praesens, praeteritum imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, futurum, de quibus, ut breviter dicam, universa nobis administrabitur oratio. Igitur ista tempora, quoniam modo finitiva, nonnunquam optativa, saepenumero subiunctiva sunt, prout ratio suadet, iungentur.

2. Sermo, dum finitivus est, absolutive[13] effertur, aut[14] dum optamus, aut dum, ut repleatur[15] sensus, necessario subiungimus, unde subiunctiva quoque appellata est verbi qualitas. Itaque coniunguntur inter se tempora[16] hoc modo. Instans finitivorum iungitur instanti subiunctivorum, velut[17]: dico, quamvis intelligas. Item idem tempus instans finitivi iungitur perfecto subiunctivi, velut[18]: dico, quamvis intellexeris. Idem tempus iungitur et futuro optativorum, velut[19]: dico, ut intelligas, ut apud Virgilium, non enim refugimus quaedam exemplis probare:

> *Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit,*
> *Incipiam*[20].

3. Imperfectum finitivorum iungitur imperfecto subiunctivorum, velut[21]: dicebam, quamvis intelligeres. Item id tempus iungitur et plusquamperfecto subiunctivorum, velut[22]: dicebam, quamvis intellexisses. Perfectum finitivi et plusquamperfectum iungitur imperfecto subiunctivorum et plusquamperfecto, velut[23]: dixi, quamvis intelligeres, dixi, quamvis intellexisses, dixeram, quamvis intelligeres, dixeram, quamvis intellexisses. Item futurum finitivorum iungitur instanti subiunctivorum et perfecto et futuro et optativorum futuro ita: dicam, quamvis intelligas, dicam, quamvis intellexeris, dicam, si intellexeris, dicam[24], ut intelligas.

Priscian. lib. IX, 9, 48. tom. I, pag. 464. seqq. et lib. X, 3, 15. 16. tom. 1, pag. 483. Kr. 1) *Prandi, tollo* Edd. O. Post v. prandi in Cod. quinque literae extritae sunt; quae supersunt *it* syllabam referre videntur. 2) Graecam vocem ἀμείβομαι, quae in Fabr. et P. hic interposita est, addidit Fabr.; ea abest a Cod. Ed. pr. 3) *Neco, necui et necavi* interp. hic Fabr. P. 4) *Madefactus sum, fui* Edd. O. *madefactus sum; sum fui* Cod. 5) Hic subiunxit Fabr. quem seq. P. *sed loco participii verbo et nomine infinito utimur;* quae ignorantur a Cod. et Ed. pr. Ceterum cf. Diomedes pag. 396. P. 6) *Coenatus* Edd. O. *cenatus* Cod. De his quoque cf. Diomedes l. c. 7) *Quaedam nomina manent, ut occasus solis, nam dici non potest sol occasus,* δύσας ὁ ἥλιος. Fabr. P. *Quidam* (hiatus) *et casus* δῦνας ὁ ἥλιος Ed. pr. *Quidam autem dicunt et ea . . sol* δυνας ο ηλιος Cod. δύνας in loco simili etiam apud Priscianum legitur lib. X, 9, 49. tom. 1, pag. 464. Kr., quae forma vitiosa indicatur a Graecis Grammaticis. Cf. Thesaurus Graecae linguae a Steph. constr. ed. Paris. nova Vol. II. sub voce Δύνω.

8) Virg. Aen. III, 608. 9) *Nam si activa significatione acciperetur, deesset se, ut diceret, volutans se* Fabr. P. *Deest se, ut sit volutans se* Ed. pr. Cod. Similia leguntur apud Diomedem pag. 397. P. qui locus ex hoc Charisii loco emendandus est. 10) Virg. Aen. VI, 351. *Praecipitans traxi mecum.* 11) *Inter se* Fabr. P. *sermone* Cod. Ed. pr. Notavit ad initium huius capitis Fabr.: *Diomedes de verborum qualitatibus lib. 1. hac ipsa quoque utens, paucis verbis immutatis, praefatiuncula.* Cf. Diomed. pag. 383. P. segmento, quod inscriptum est: *de coniunctione temporum.* Ibi pariter legitur *sermone.* 12) *Quaeque* P. ex errore typ. 13) *Absolute* Edd. O. *absolutive* Cod. atque ita etiam Codd. mei apud Diomedem l. c. 14) *At* Edd. O. *aut* Cod. atque ita quoque Cod. apud Diomedem. 15) *Repellatur* P. ex errore typ. 16) *Tempora inter se* Ed. pr. Fabr. P. *inter se tempora* Cod. 17) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 18) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 19) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 20) Virg. Aen. II, 12. 21) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 22) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 23) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 24) *Dicat* Cod. Ed. pr. *dicam* Fabr. P.

Nonnunquam iungitur perfectum finitivorum[1] futuro optativorum ita: dixi, ut facias. Ceterum quod superius et imperfecto subiunctivorum iungi diximus, hanc adfert differentiam, ut intersit, utrum[2]: dixi, ut faceres, an: dixi, ut
[235] facias, quoniam superius: dixi, ut faceres, et tempore, quo dixi, et tempore, quo ut fiat dixi, praeterisse[3] significat. In eo vero, quod est dixi, ut facias, dicti[4] tempus praeteritum significat, facti[5] in futuro suspendit, cum adhuc, quoniam fieri posset, quod iussit, incertum sit, fiat nec ne.

4. Repperimus[6] apud veteres instans[7] finitivorum iungi etiam imperfecto[8] subiunctivorum, quod raro fit; eius exempli probandi gratia vel sola Ciceronis sufficiat autoritas pro Sexto Roscio, velut[9]: *Cum nulla etiam proscriptionis memoratio*[10] *fieret, cum etiam, qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur in tabulas Sexti Roscii.*
Item subiunctiva vicissim inter se iunguntur hoc pacto, [236]
imperfectum imperfecto sic: dicerem, si scirem; plusquamperfectum plusquamperfecto sic: dixissem, si scissem[11]. Item plusquamperfectum imperfecto sic: scripsissem tibi, si scirem. Et priore quidem sermone: scriberem tibi, si scissem, significat[12] saepe scripturum fuisse, si vel semel sciret[13]. Sequenti vero: scripsissem tibi, si scirem, significat scripturum fuisse, vel si saepius cognovisset. Si quid difficultatis inesse videtur, rei tenuitati non nobis imputandum est.

Finit lib. III.[14]

1) *Nonnunquam iungitur perfecto finitivo futuro* Ed. pr. 2) *Enunciemus* h. l. addidit Fabr. quem seq. P.; ignorant Cod. Ed. pr. 3) *Praeteriisse* Fabr. P. *praeterisse* Cod. Ed. pr. 4) *Dictum* Edd. O. *dicti* Cod. 5) *Et factum* Fabr. P. *facti* Cod. Ed. pr. 6) *Repperimus* scriptura Cod. 7) *Instanti* Edd. O. *instans* Cod. 8) *Imperfectum* Edd. O. *impf.* (sic) Cod. 9) *Velut* Cod. *ut* Ed. pr. om. Fabr. P. 10) *Cum iam nulla proscriptionis commemoratio* Fabr. P. *cum nulla etiam proscr. commemoratio* Ed. pr. *cum nulla etiam pr. memoratio* Cod. Cf. Cic. pro Roscio Am. c. 8, 21. ubi editur: *Quum iam proscriptionis mentio nulla fieret et quum etiam, qui antea metuerant, redirent, ac iam defunctos sese periculis arbitrarentur; nomen refertur in tabulas Sexti Roscii.* Ad quem locum vid. Orell. 11) Hic interposuit Fabr. quem seq. P.: *Item imperfectum plusquamperfecto sic, scriberem tibi si scissem,* quae absunt a Cod. et Ed. pr. 12) *Significat* Edd. O. *signif.* (sic) Cod. 13) *Scisset* Fabr. P. *sciret* Cod. Ed. pr. 14) *Libri tertii finis* Edd. O. *Finit lib. III.* Cod.

[237] ||

L I B E R IV.[1]

Incipit de barbarismo, ut ait Cominianus[2].

I.

1. BARBARISMUS est dictio vitiosa. Haec autem definitio generalis est, haut specialis[3]. Sed quoniam in contextu orationis una pars eius intelligitur, consuetudo hunc tantum barbarismum appellat, qui fit[4] in una parte orationis, aptius tamen hac utemur[5] definitione[6].

2. Barbarismus est una pars orationis corrupta, sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas μεταπλασμός[7] vocatur, soloecismus autem schema. Barbarismus est βάρβαρος λέξις[8], id est, dictio barbara. Sed hoc vitium inter se differt, quod barbarismus fit in nostra loquela, βάρβαρος λέξις in peregrina.

3. Barbarismus fit modis quatuor: adiectione, detractione, transmutatione, immutatione[9]. Adiectione temporis, ut:

Italiam fato profugus[10];

cum Italia corripi debeat. Literae, ut:

Relliquias Danaum[11];

cum reliquiae dicantur. Syllabae, ut:

Nos abisse rati[12];

pro isse. Detractione temporis, ut:

Fervere Leucaten[13];

pro fervere, producta *e* litera. Literae, ut si quis dicat Plionem pro Polione[14]. Syllabae, ut imperiti dicunt salmentum[15] pro salsamento. Transmutatione literae, ut si quis dicat reilcum pro eo, quod est relicum[16]. Immutatione literae, ut si quis dicat olli pro illi. Fit immutatio et per sonos, cum aut acutus pro gravi, aut gravis pro acuto, aut alio quolibet, ponitur sonus in pronuntia- [238] tione[17] invenitur. Similiter[18] ad spiratio ad sonum pertinet, tametsi nos non[19] quasi literam ponimus. Sed hoc vitium in scripto invenitur, cum aut choronam pro corona, aut umum pro humo legimus. Aliis uberius ita placuit definire[20] de barbarismo.

4. Barbarismus est dictio aut pronuntiatione, aut scriptura aliqua sui parte vitiosa. Barbarismus fit modis quatuor: adiectione, detractione, immutatione, transmutatione. Adiectione, cum una pluresve literae iniiciuntur non necessariae, ut:

Nec[21] *Polyhymnia*
Lesboum refugit tendere barbiton.

Detractione, cum litera literaeve inconvenienter detrahuntur, ut:

Actae non alio rege puertiae[22];

proprie enim pueritiae dicuntur[23], et cum nantes ἀντὶ τοῦ[24] natantes ponimus. Immutatione:

Conticuere omnes[25];

pro conticuerunt. Transmutatione:

1) ***Flavii Sosipatri Charisii institutionum Grammaticarum, lib. IV.*** Edd. O. ***Lib. IV.*** Cod. 2) *De Barbarismo ut ait Comminianus* Edd. O. *Incipit de barbarismo ut ait Cominiunus* Cod. 3) *Non specialis* Fabr. P. *aut sp.* Cod. Ed. pr. i. e. *haut.* 4) *Qui fit* Edd. O. *qui sit* Cod. 5) *Utemur hac* Edd. O. *hac utemur* Cod. 6) *Diffinitione* Ed. pr. 7) *Metaplasmos* Cod. Ed. pr. 8) *Βαρβαρόλεξις* Edd. O. *barbaros lexis* Cod. atque ita etiam paullo post. 9) *Immutatione* deest in Ed. pr. 10) Virg. Aen. I, 2. 11) *Ut: Relliquias* Cod. *ut* deest in Edd. O. Virg. Aen. I, 30. 12) Virg. Aen. II, 25. *abiisse* Edd. O. *abisse* Cod. 13) Virg. Aen. VIII, 677. 14) *Polionem* Edd. O. *Polione* Cod. 15) *Salumentum* Cod. sic expuncta *u* litera. 16) *Reliquum* Fabr. P. *relicuum* Ed. pr. *relicum* Cod. 17) *Permutatione* Edd. O. *pronuntiatione* Cod. Delendum est in *supponitur*, licet in Cod. et Edd. O. inveniatur, scribendumqoe: *aut alio quolibet, sonus in pronuntiatione invenitur.* 18) *Similiter etiam* Fabr. P. *Similiter enim* Cod. Ed. pr. sed *enim* in Cod. punctis subter positis deletum est. 19) *Non* Cod. Ed. pr. — om. Fabr. P. 20) *Diffinire* Ed. pr. 21) *Ne* (sic) Cod. Horat. Carmm. I, 1, 33. 34. Ceterum in Cod. legitur *Polyhumnia.* 22) Horat. Carmm. I, 36, 8. In Cod. est *rce* pro *rege.* Tum *propriae* pro *proprie* P. ex errore typ. 23) *Dicuntur;* lege *dicitur.* 24) Ἀντὶ τοῦ Latinis literis scr. in Cod. 25) Virg. Aen. II, init.

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis[1],

cum sit corulus[2] arbor. Praeterea enuntiatione, cum aut producimus, aut corripimus, aut adspiramus, aut adspirationem subtrahimus, non postulante ratione. Inter barbarismum et soloecismum hoc interest, quod barbarismus in singulis verbis fit, in quocunque ordine[3] contra morem Latinitatis; soloecismus autem, quando discrepantes inter se[4] dictiones habet.

II.

De soloecismo, ut ait Cominianus[5].

1. Soloecismus est oratio inconsequens. Fit autem per partes orationis, aut per accidentia partibus[6] orationis. Per partes orationis, ut:

[239] *Invalidus, etiamque tremens, || etiam inscius aevi*[7];

iam pro etiam nunc, coniunctio posita pro adverbio. Per accidentia partibus[8] orationis fit soloecismus in plures species divisus, per qualitates, genera, numeros, modos, tempora, comparationes, casus, personas[9]. Per qualitates nominum, ut[10]:

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus[11];

pro Dardanius, posuit proprium nomen pro appellativo. Per qualitates verborum, ut:

At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum[12];

pro videbatur, posuit infinitivum verbum pro finitivo. Per qualitates adverbiorum, ut intus eo pro introeo, aut intro sum pro intus sum. Per qualitates praepositionum, ut:

Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est[13];

pro apud quem. Per genera nominum:

Haec finis Priami[14];

pro hic finis. Per genera verborum, ut: *Balneum lavatur*; pro lavat. Per numeros, ut:

Pars in frusta secant[15];

pro secat, posuit pluralem numerum pro singulari. Per casus, ut:

Vir bonus et sapiens dictis ait esse paratus[16];

pro paratum se esse. Per personas, ut:

Vosque lares tectum nomen qui funditus curant[17];

pro curatis. Per modos, ut:

Nec veni nisi fata locum sedemque dedissent[18];

pro nec venissem, posuit indicativum modum pro subiunctivo. Per tempora, ut:

Ceciditque superbum
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troia[19];

pro fumavit. Per comparativum, ut si quis dicat: magis doctior, cum aut per se doctior dici debeat, aut magis doctus, ut apud Virgilium:

Sequimur te sancte deorum,
Quisquis es[20];

pro sanctissime. Fit soloecismus et per ordinem coniunctionum[21], ut si quis dicat: autem fieri non debet, cum sit dicendum: fieri autem non debet. Dicunt quidam soloecismum et in uno verbo fieri, ut si quis feminam ostendat, et dicat *hic;* sed[22] intelligendum est huic dictioni accidere demonstrationem, et sic effecit duas partes orationis.

2. Aliis ita placuit definire de soloecismo. Soloecismus est non conveniens orationi sermonis verborumque iunctura. Soloecismus quoque fit modis quatuor: a adiectione, detractione, immutatione, transmutatione. Adiectione, cum supervacuo || quid sententiae adiicitur, ut: [240]

Reginam petit, haec oculis, haec pectore toto
Haeret, et interdum gremio fovet inscia Dido[23].

Hic enim Dido abundat. Detractione, cum minus quam debet sententia verborum habet, ut:

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae[24];

deest enim carnis. Immutatione cum aliae partes orationis pro aliis collocantur, aut accidentia eis immutantur[25], ut:

Nec[26] *ille satum quo te mentiris Achilles,*
Talis in hoste fuit Priamo;

debuit enim *me* dixisse. Et econtrario:

Degeneremque Neoptolemum narrare memento[27];

1) Virg. Georg. II, 396. 2) *Corylus* Edd. O. *corutus* Cod. 3) *Modo* Edd. O. *ordine* Cod. 4) *Aut inconsequentes* addidit Fabr. quem seq. P.; absunt a Cod. Ed. pr. 5) *Cominianus*, ut semper, Cod. *Comminianus* Edd. O. Ceterum ad totum hunc de soloecismo locum Fabr. conferri iubet *Sinnium Capitonem* apud A. Gellium lib. V, c. 20. Adde Eichenfeld. ad M. Claudii Sacerdotis Art. Gram. I, 90. 91. 6) *Partium* Edd. O. *pār* Cod. 7) Virg. Georg. III, 189. Legitur ibi *etiamque — etiam*, atque ita etiam apud Charisium pro *et iamque* atque *et iam* scribendum existimavi. Apertum enim est, Charisium voluisse exemplo probare, coniunctionem poni pro adverbio. Atqui coniunctio est *etiam*, adverbium *iam;* ergo scribendum est in versu *etiam*, et deinde: *etiam pro iam nunc.* 8) *Partium* Fabr. P. *partibus* Cod. Ed. pr. 9) *Casus, personas, modos, tempora, comparationes* Fabr. P. *modos, tempora, comparationes, casus, personas* Cod. Ed. pr. 10) *Ut* accessit e Cod. 11) Virg. Aen. IV, 661. 12) Virg. Aen. XII, 216. 13) Idem ibid. I, 64. 14) *Fatorum* addunt Fabr. P. ignorant Cod. Ed. pr. Virg. Aen. II, 554. 15) Virg. Aen. I, 212. 16) Horat. Epist. I, 7. 22. ubi *dignis* legitur pro *dictis.* 17) Incerti poetae versus, fortasse sic legendus: *Vosque, lares, nostrum tectum qui funditu' curant.* 18) Virg. Aen. XI, 112. 19) Idem ibidem III, 2. 3. 20) Idem ibidem IV, 576. seq. 21) *Inversum* hic addit Fabr. quem seq. P.; ignorant Cod. Ed. pr. 22) *Sed* acc. e Cod. 23) Virg. Aen. I, 718. 24) Idem ibid. I, 215. 25) *Immutentur* Cod. Ed. pr. *immutantur* Fabr. P. 26) *At non ille* Edd. O. *Nec ille* Cod. Cf. Virg. Aen. II, 540. seq. ubi: *At non ille.* 27) Virg. Aen. II, 549.

immo *me* [1]. Transmutatione, cum nomen pro verbo ponitur, ut:

Non metus, omnino [2] *nec te certasse priorem*
Paeniteat [3];

pro non metuendum esse [4]. Nomen pro participio, ut:

Hinc populum late regem [5];

pro late regnantem. Participium pro nomine, ut:

Vitaeque volantum [6];

pro volucrum. Participium pro verbo:

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto [7];

pro sic orsus est. Pro adverbio coniunctio:

Ut [8] *hic ad veteres fagos;*

pro sicut hic. Et cum accidentia partibus [9] orationis immutantur [10], qualitatem, numerum, figuram [11], genera, personas, ordines, tempora, significationes. Qualitates, ut in nominibus; absolutum pro relativo, ut:

Neve putes alium sapiente bonoque beatum [12];

pro beatiorem. Absolutum pro superlativo, ut:

Sequimur te sancte deorum [13];

pro sanctissime. Absolutum pro derivativo, ut:

Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurri [14];

pro Meliboeensis. Item cum [15] finitiva pronomina pro qualitatis significatione ponuntur [16], ut:

Hunc ego te Euryale aspicio [17];

pro talem. Verbis, cum pronuntiativum pro adiunctivo ponitur, ut:

Quamvis solus avem coelo deiecit ab alto [18];

pro deiecisset. Adverbiis, cum relativum pro absoluto, ut:

Saepius Andromache ferre incomitata solebat [19];

pro saepe. Praepositionibus, ut:

Area cum primis ingenti aequanda culindro [20];

pro cum imprimis. Coniunctionibus:

Semper erunt quarum mutari [21] *corpora malis,*
Semper enim refice;

pro semper itaque. Per genera nominibus [22], ut:

Timidi venient ad pocula dammae [23];

pro timidae. Pronominibus, ut:

Quis tu es mulier [24]*?*

pro || quae. Participiis, ut: [241]

Aut oculis capti fodere cubilia talpae [25];

pro captos habentes oculos. Per numerum nominibus, ut:

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra [26];

pro multae. Pronominibus:

Et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus [27];

ἀντὶ τοῦ [28] et ego gessi. Participiis:

Sensit medios delapsus [29] *in hostis* [30];

pro sensit se delapsum. Praepositionibus, ut:

Destrictus [31] *ensis cui super impia* [32]
Cervice dependet [33];

pro super impiam. Figuris [34], ut:

Falsa ad coelum mittunt insomnia [35].

Et:

Incanaque menta [36];

pro cana menta [37]. Pronominibus, ut:

Ipsa egomet dudum Beroen [38];

pro ipsa ego, composuit ipsa egomet, quod non debuit. Verbis, ut:

Litore aena [39] *locant alii;*

pro conlocant [40]; et:

Recalent nostro Tyberina [41] *fluenta*
Sanguine;

1) Vv. *immo me* accesserunt e Cod. 2) *Non metus officio* Edd. O. *Non metus omnino* Cod. Virg. Aen. I, 548. seq. ubi est: *Non metus, officio ne te c. pr. P.* 3) *Paenitcat* scriptura Cod. 4) Lege: *non metuendum est.* 5) Virg. Aen. I, 21. 6) Idem ibid. VI, 728. 7) Idem ibid. II, 2. 8) *Aut hic* Fabr. P. *Ut hic* Cod. Ed. pr. Virg. Bucol. III, 12. ubi legitur *Aut hic*, quod sine dubio etiam apud Charisium reponendum. 9) *Partium* Fabr. P. *partibus* Cod. Ed. pr. 10) *Immutant* Fabr. P. *immutantur* Cod. Ed. pr. Cf. supra: *aut accidentia eis immutantur.* 11) *Genera, numerum, figuram* Fabr. P. *numerum figuram genera* Cod. Ed. pr. Nominativi, non accusativi, ponendi erant. 12) Horat. Epist. I, 16, 20. 13) Virg. Aen. IV, 576. vide supra. 14) Idem ibidem V, 251. *Meliboca* scriptura Cod. *Melibaea* Edd. O. 15) *Quum* Edd. O. *cum* Cod. 16) *Ponunt* Ed. pr. *ponuntur* Cod. Fabr. P. 17) Virg. Aen. IX, 481. 18) Idem ibid. V, 542. 19) Idem ibid. II, 456. Paullo ante *Adverbia*, pro *adverbiis*, Ed. pr. 20) *Culindro* Cod. *cylindro* Edd. O. Virg. Georg. I, 178. 21) *Maturi* Ed. pr. ex errore typ. Virg. Georg. III, 69. seq. 22) *Nominum* Ed. pr. *nominibus* Cod. Fabr. P. 23) *Dammae* scriptura Cod. *damae* Edd. O. Virg. Bucol. VIII, 28. 24) Cf. Donat. in Terent. Adelph. IV, 4, 27. Priscian. XIII, 3, 13. tom. I, pag. 566. seq. Kr. Adde Plaut. Epid. V, 2, 37. Trucul. I, 1, 76. Stich. I. 3, 83. 25) Virg. Georg. I, 183. *Aut* deest in Cod. *foedere* pro *fodere* Cod. 26) Virg. Aen. I, 334. 27) Idem ibid. II, 89. V. *Gessimus* deest in Ed. pr. 28) Graeca haec Latinis literis scripta in Cod. 29) *Dilapsus* Cod. Ed. pr. Fabr. *delapsus* P. Atque ita statim post. 30) *Hosteis* Fabr. P. *hostis* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. II, 377. 31) *Districtus* Edd. O. *destrictus* Cod. 32) *Impia super tui* Fabr. P. *tui super impia* Cod. Ed. pr. Scribendum erat *cui*, quod sine dubio voluit Gramm. 33) *Ceruice pendet* Fabr. P. *ceruice dependet* Cod. Ed. pr. Cf. Horat. Carmm. III, 1. 17. 34) *Per figuras nominibus* Fabr. P. *Figuris* Cod. Ed. pr. 35) *Mittunt ut insomnia* Cod. *ut* ortum est ex male repetitis extremis literis verbi praecedentis. Virg. Aen. VI, 897. 36) Virg. Georg. III, 311. 37) *Pro falsa somnia et cana menta* Fabr. P. *pro cana menta* Cod. Ed. pr. Credibile est illud: *pro falsa somnia* post prius exemplum excidisse. 38) Virg. Aen. V, 650. 39) *Littore ahena* Edd. O. *litore aena* Cod. Virg. Aen. I, 213. 40) *Conlocant* scriptura Cod. 41) *Nostro Tyberina* Fabr. P. *non Tyberina* Ed. pr. *nō* (sic) *thyberina* Cod. Virg. Aen. XII, 35.

pro calent. Participiis[1]:

Somno positae sub nocte silenti[2].

Personae immutantur, pronominibus, ut:

Quid furis[3], *aut quonam nostri tibi cura recessit?*

pro tuorum. Verbis[4]:

Migrantis[5] *cernas, totaque ex urbe ruentes;*

pro cernat quis[6]. Ordo immutatur, pronominibus, cum praepositiva pro coniunctivis ponuntur, ut:

Hic canit errantem[7];

pro is. Coniunctionibus.

Horum quod[8] *mavis stultus ne malus ne videri;*

pro stultus ne an malus. Temporibus verborum aut participiorum, ut:

Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci,
Audierat[9];

et:

Suspensi Eurypylum[10] *scitatum oracula Phoebi*
Mittimus;

pro sciscitatum. Significationibus verborum participiorumque, ut:

Et iam nox[11] *humida coelo*
Praecipitat;

pro praecipitatur, activum pro passivo. Adverbiorum significationibus, ut:

Hic regina gravem gemmis[12];

pro tunc. Locale positum pro temporali, aut quantitatis:

Multum ille et terris[13];

pro diu[14]. Transmutatione, ut:

Solus qui Paridem solitus contendere contra[15].

|| [242]

III.

De vitiis ceteris.

1. *De acyrologia.*

Ἀκυρολογία[16] est dictio impropria, ut:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem[17];

sperare enim dixit pro timere.

2. *De cacemphato*[18].

Κακέμφατον[19] est compositio verborum obscaenae[20] significationis, aut unius verbi obscaena pronuntiatio[21]. Compositione fit, ut: cum Numerio fui; sed emendabitur hoc vitium interposita aliqua parte orationis, ut: cum quodam Numerio fui. Fit et in uno verbo, ut apud Salustium: *Ductabat exercitum*[22]; et: *Arrexit animos militum*[23].

3. *De pleonasmo.*

Πλεονασμὸς est sententia verbo plus quam necesse est abundans, ut:

Sic ore locuta est[24];

cum sufficeret dici: sic locuta est.

4. *De ellipsi*[25].

Ἔλλειψις est sententia verbo minor[26] quam necesse est, salva tamen compositione verborum, ut:

Par est[27] *in medio victoria ponto.*

Etiam Danai nisi referunt; pro nec si quidem[28] referunt.

1) *Participiis, ut* Fabr. P. *ut* abest a Cod. et Ed. pr. 2) Virg. Aen. IV, 527. 3) *Furis* Edd. O. *fueris* Cod. Virg. Aen. II, 595. 4) *Verbis, ut* Fabr. P. recte. *Adverbiis,* om. *ut*, Cod. Ed. pr. 5) *Migrantes* Fabr. P. *migrantis* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. IV, 401. ubi *ruentis* quoque legitur, quod in Cod. Charisii *ruentes.* 6) *Pro cernat quis* Fabr. P. *pro cernas quis* Ed. pr. *pro cernas quos* Cod. Recte emendavit Fabr. 7) *Errantem lunam* Fabr. P. *lunam* om. Cod. Ed. pr. Virg. Aen. I, 742. 8) *Aliquis* Fabr. P. *quia* Ed. pr. *quod* Cod. 9) *Audierat* Edd. O. *audieram* Cod. Virg. Aen. I, 19. 20. 10) *Eurypilum* Edd. O. *Eurypylum* Cod. Virg. II, 113. seq. 11) *Et mox iam* Edd. O. *Et iam nox* Cod. Virg. Aen. II, 9. 12) Virg. Aen. I, 728. 13) Idem ibid. I, 3. 14) Hic interserit Fabr. quem seq. P.: *Coniunctionum significationibus, Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona Praecipitare iubet, subiectisque urere flammis. Ultimum que pro aut. coniunctiua pro disiunctiua.* 15) Virg. Aen. V, 370. 16) *De acyrologia* Cod. male repetita ex titulo praepositione. 17) Virg. Aen. IV, 419. 18) *De Cacephato* Edd. O. *De cacemfato* Cod. 19) *Cacenfaton* Cod. *Κακέφατον* Fabr. P. *cacephaton* Ed. pr. In Ed. pr. et Cod. omnia haec vitiorum nomina Latinis literis scripta sunt; Fabricius ea, praeter titulos, Graece scripsit, quem sequitur P. Grammaticum Graece scripta nomina ponere voluisse, testimonio sunt terminationes Graecae et interpositae quaedam literae Graecae, quae in mediis Latinis reperiuntur. 20) *Obscoenae* Edd. O. *obscaenae* Cod. atque ita paullo post. 21) *Pronuntiatio.* Scriptura Cod. 22) Haec duo Salustii fragmenta non reperio in huius Fragmm. collectionibus; neque exstant ea apud Grammaticos alios, qui de rebus similibus scripserunt, praeter Diomedem, qui eadem exempla citat pag. 446. P. 23) Discrimen facit Claudius Sacerdos lib. I, 107. 108. inter cacemphaton et aeschrologiam. quod ignorat Charisius, servat tamen etiam Diomedes pag. 446. P. 24) Locus similis aliquoties legitur apud Virg. Cf. Aen. I, 614. ibid. IX, 5. Ceterum cf. Donatum III, 3, pag. 20. ed. meae. Claudium Sacerdotem I, 109. Diomedem pag. 444. 25) *De Enlipsi* Cod. atque ita *Enlipsis* statim post. *Ἔκλειψις* legitur apud Donatum III, 3. *Eclipsis* habet etiam Cod. Claudii Sacerdotis et Pompeius. 26) *Minor* Fabr. P. *minus* Cod. Ed. pr. Alia prorsus explicatio apud Diomedem pag. 445. P. similis apud Claudium Sacerdotem I, 113. *Ellipsis est sensus minus habens verborum, quam necessitas postulat.* Unde coniicias, legendum esse apud Charisium: *Ellipsis est sententia verborum minus habens quam necesse est.* Cf. etiam Donatum III, 3. pag. 29. ed. meae. 27) *Par in medio* Fabr. P. *par est in m.* Ed. pr. *per est in medio* Cod. Fortasse recte *est* omittitur. 28) *Ne sic quidem referunt* Edd. O. *nex si quidem ref.* Cod. Totus locus fortasse sic legendus: *Et: Iam Danai ne si referunt;* pro *ne si quidem referunt*, vel *ne si referunt quidem.*

5. *De perissologia.*

Περισσολογία est multorum verborum adiectio supervacua, ut:

Ibant qua poterant, qua non poterant, non ibant[1];

hic enim, excepto ibant, omnia supervacua sunt.

6. *De macrologia.*

Μακρολογία est oratio longa sine cultu, ut apud Livium: *Legati*[2] *non impetrata pace, retro, unde venerant, domum reversi sunt*; nullum enim pondus adiecit sententiae longitudo, sed magis[3] decorem abstulit.

7. *De tautologia.*

Ταυτολογία est eiusdem aut idem significantis verbi iteratio, ut: egometipse[4].

8. *De tapinosi.*

Ταπείνωσις est rei magnae humilis expositio, ut apud Horatium Flaccum:

Pelidae[5] *stomachum cedere nescii*[6];

humiliter enim stomachum dixit pro ira[7].

243] || ### 9. *De cacosyntheto.*

Κακοσύνθετον est indecens structura verborum talis[8], ut:

Versaque iuvencum
Terga fatigamus hasta[9].

10. *De amphibolia*[10].

Ἀμφιβολία est dictio sententiave dubiae significationis. Dictio, ut: vadatur Cato. Sententia, ut:

Aio te Aeacida[11] *Romanos vincere posse*;

ambigua enim sors fuit ante eventum, utrum Pyrrhus a Romanis, an Romani a Pyrrho vinci possent. Fiet aliquando et in uno verbo, ut si quis se[12] dicat hominem occidisse, cum appareat eum[13], qui loquitur, occisum non esse[14].

IV.

De tropis.

1. Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem[15], decoris aut necessitatis aut cultus gratia. Tropi sunt numero duodecim: metaphora, catachresis, metalepsis[16], metonymia, antonomasia, synecdoche, onomatopoeia, periphrasis, hyperbaton, hyperbole[17], allegoria, homoeosis[18]. Horum omnium generalis est metaphora, ceteri eiusdem[19] specie dividuntur.

De metaphora.

2. *Μεταφορά* est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem[20], decoris aut necessitatis aut cultus gratia. Haec fit modis quatuor: ab animali ad animale; ab animali ad inanimale; ab inanimali ad animale; ab inanimali ad inanimale. Ab animali ad animale, sicut:

Tiphyn aurigam celeres fecere carinae[21];

ab agitatore ad gubernatorem transtulit. Ab animali ad inanimale, sicut:

1) Exemplum hoc, fictum fortasse a Grammaticis, citatur in re simili a multis. Cf. Pompeius pag. 441. Claudius Sacerdos I, 110. et quae ibi notavit Eichenfeld. V. Cl. Donatus III, 3, pag. 29. Diomedes pag. 444. P. 2) *Legio* Cod. male. *Legati* Edd. O. Ceterum de eodem Livii loco cf. quae notavit Eichenfeld. ad Claudium Sacerdotem I, 111, pag. 31. 3) *Magis* accessit e Cod. 4) His subiunxit Fabr. quem seq. P.: *cum suffecerit ego*, quae ignorantur a Cod. et Ed. pr. Desumpta sunt ex Diomede pag. 445. P. 5) *Paelidae* Cod. Ed. pr. 6) *Nescit* Cod. Statim ante *caedere* Ed. pr. Horat. Carmm. I, 6, 6. 7) *Pro ira dixit* Edd. O. *dixit pro ira* Cod. 8) *Talis* deest in Fabr. P. *tulis* Cod. *talis* Ed. pr. 9) Virg. Aen. IX, 609. 610. 10) *De Amphibologia* Edd. O. *De Amphibolia* Cod. Vetus hoc est mendum in talibus locis Grammaticorum, quod iam e Donato removi. Cf. Donat. III, 3, pag. 29. ed. meae. Adde Pompeium p. 443. Claudium Sacerdotem I, 119. *Ἀμφιβολογία* statim post Edd. O. *Amphibolia* Cod. 11) *Eacida* Cod. Cf. Cic. de Div. II, 56. Idem in eadem re exemplum citatur a Diomede pag. 444. P. 12) *Te* Edd. O. *se* Cod. Legendum fortasse: *si quis se dicat occidisse.* 13) *Et eum* Edd. O. *cum*, om. *et*, Cod. 14) *Occisum esse* Fabr. P. *occisum non esse* Cod. Ed. pr. Addidit his Fabr.: *et alterum ad quem fit sermo, occisum non esse*, quae recepit P. Sine dubio hanc vult ambiguitatem Grammaticus, si quis dicat: *occidi!* quod et occisum esse et occidisse aliquem significare potest. 15) *Propter similitudinem* Fabr. P. om. *propter* Cod. Ed. pr. Cf. Diomedes pag. 450. P. *Tropus est, ut ait Scaurus, modus ornatae orationis, et dictio translata a propria significatione ad non propriam, decoris aut necessitatis aut cultus aut ἐμφάσεως gratia.* Adde Donatum III, 6, 1. pag. 32. ed. meae, ubi plane ita: *ad non propriam similitudinem.* 16) *Metalempsis* Cod. 17) *Yperbaton ýperbole* (sic) Cod. Sine dubio haec etiam Graece scripta dederat Gramm. 18) *Homoeusis* Cod. 19) *Ex eiusdem* Fabr. P. om. *ex* Cod. Ed. pr. 20) *Propter similitudinem* Fabr. P. *suai*, om. *propter*, Ed. pr. *similitudinem*, om. *propter*, Cod. Notavit Fabr. apud Diomedem legi *per similitudinem*, quod non est verum. Sic enim legitur apud Diomed. pag. 451. P.: *Metaphora est rerum verborumque translatio a propria significatione ad non propriam* (Codd. addunt *similitudinem*), *decoris aut necessitatis aut cultus aut emphaseos gratia.* Paullo post vv. haec in Ed. pr. omissa sunt: *ab inanimali ad animale. ab inanimali ad inanimale. ab animali ad animale.* 21) Citatur idem versiculus in eadem re ab omnibus Grammaticis, qui hoc argumentum tractant. Cf. quae notavi ad Pompeii Comm. pag. 464. et ad Donatum III, 6, 2. pag. 32. ed. meae. Ceterum in Cod. scriptum est *Tü-*

At[1] *procul excelso miratus vertice montis;*

pro cacumine nunc verticem dixit, qui est animalium. Ab inanimali ad animale, sicut:

Si tantum pectore robur
Concipis[2];

a ligno ad hominem transtulit. Ab inanimali ad inanimale, sicut:

Pelagus[3] *tenuere rates;*

pro navibus nunc[4] rates dixit. Metaphorae quaedam sunt communes[5], quae a Graecis *ἀκόλουθοι*[6] appellantur, ut:

Tiphyn aurigam celeres[7] *fecere carinae;*

[244] quod quemadmodum in navi || auriga dicitur, et[8] in curru gubernator, ut:

Magna contorsit equos vi gubernator[9].

Quaedam non communes, quae a Graecis *ἀνακόλουθοι*[10] appellantur, ut:

Vertice montis[11];

non enim potest invicem dici cacumen hominis, sicut[12] vertex montis.

De catachresi.

3. *Κατάχρησις* est dictio alienae rei necessario posita. Haec a metaphora hoc differt, quod illa vocabulum habenti largitur, haec, quod[13] non habet proprium, alieno utitur. Ut parricida dicitur, qui fratrem, aut sororem occidit, cum sit ille proprie parricida non qui fratrem aut sororem, sed qui patrem occidit[14].

De metalepsi[15].

4. *Μετάληψις*[16] est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens, ut:

Speluncis abdidit atris[17];

ab atris enim nigrae intelliguntur, et ex[18] nigris tenebras habentes, ex[19] hoc in praeceps profundae[20].

De metonymia.

5. *Μετωνυμία* est dictio ab aliis significationibus[21] ad aliam proximitatem translata. Est autem metonymia latior tropus, qui[22], ut possit per omnes species in artem referri, necessariis tradetur exemplis, ut: *literas tuas accepi*, cum significet epistulam[23]. Per inventorem dominantemve inventum subiectumve, ut:

Sine Cerere et Libero friget Venus[24];

vult enim per Cererem intelligi panem, per Liberum vinum, per Venerem concubitum. Per inventum subiectumve inventorem dominantemve, ut si quis[25] Vulcanum significare velit, ignem dicat. A faciente id, quod fit[26], ut: stilo desertus sum, pro destitutus sum scriptis. Aut ab eo, quod fit, id quod facit[27], ut pigrum dicitur frigus. Non enim ipsum frigus pigrum est, sed pigros facit.

De antonomasia et eius specie[28].

6. *Ἀντονομασία* est dictio per accidens proprium significans, ut cum domitor maris dicitur, et intelligitur Neptunus. Huius tropi species est epitheton.

|| 7. *Ἐπίθετον* est dictio vocabulo adiecta ornandi[29], [245] aut destruendi aut indicandi causa. Ornat epitheton[30], sicut:

Divus Ulixes[31].

Destruit, sicut:

Scelerumque inventor Ulixes[32].

Indicat, sicut:

Larissaeus[33] *Achilles.*

Sumuntur autem aut ab animo, aut a corpore, aut extrinsecus. Ab animo, ut:

Contemptorque deum Mezentius[34].

phin (sic) et *celeris;* in Edd. O. *Typhin* et *celeres.* 1) *Ad* Cod. Virg. Aen. V, 35. 2) Virg. Aen. XI, 369. sq. 3) *Ut pelagus* Fabr. P. *Ut* om. Cod. Ed. pr. Virg. Aen. V, 8. 4) *Nunc* Cod. om. Edd. O. 5) *Communes sunt* Fabr. P. *sunt communes* Cod. Nihil horum, nisi hoc, in Ed. pr. *Metaphorae quae a graecis Aeoluthoi appellantur.* 6) *Ἀκόλουθοι* Fabr. *acholuthoi* Cod. *Acoluthoi* Ed. pr. 7) *Typhin* Edd. O. Cod. *celeris* Cod. 8) *Ita et* Fabr. P. *ita* om. Cod. Ed. pr. 9) *Cumque gubernator magna contorsit equos vi* Fabr. P. *magna contorsit equos vi gubernator* Cod. Ed. pr. Eundem versiculum poetae ignoti citat Quinctilian. VIII, 6, 9. sic: *gubernator magna contorsit equum vi;* et Claudius Sacerdos I, 173., ubi sic: *Atque gubernator magna contorsit equos vi.* Eundem sic exhibet Diomedes pag. 451. P.: *Cumque gubernator magno contorsit equo*, ubi Codd. non multum variant. 10) *Ἀνακόλουθοι* Fabr. P. *anacoluthoi* Ed. pr. *anacoluthoe* Cod. 11) *Cum vertice montis ab alto* Fabr. P. *vertice montis* Cod. Ed. pr. Cf. Virg. Aen. V, 35. Claud. Sacerd. I, 173. Diomed. pag. 251. P. 12) *Dicitur vertex* Fabr. P. *dicitur* om. Cod. Ed. pr. 13) *Quia* Edd. O. *quod* Cod.

14) *Cum sit ille proprie parricida dicitur qui fratrem aut sororem occidit cum sit ille proprie parricida qui patrem occidit* Cod. ex prava repetitione. 15) *De Metalempsi* Cod. 16) *Metalempsis* Cod. 17) Virg. Aen. I, 60. 18) *Ut ex* Edd. O. *et ex* Cod. 19) *Et ex* Fabr. P. *et* om. Cod. Ed. pr. 20) *Profundae* Fabr. P. *profundum* Cod. Ed. pr. 21) *Significantibus* Edd. O. *significationibus* Cod. 22) *Quam* Edd. O. *qui* Cod. 23) *Epistolam* Edd. O. *epistulam* Cod. 24) Terent. Eunuch. IV, 5, 6. 25) *Si qui* Fabr. P. *si quis* Cod. Ed. pr. 26) *Aut a faciente id quo fit* Fabr. P. *Aut faciente id quod fit* Ed. pr. *A faciente id quod fit* Cod. 27) *Aut ab eo quod fit id quod facit* Cod. Fabr. P. *ab eo quod fit id facit* Ed. pr. 28) Vv. *et eius specie* desunt in Ed. pr. 29) *Aut ornandi* Fabr. P. *aut* om. Cod. Ed. pr. 30) *Epitheton ornat* Fabr. P. *ornat epitheton* Cod. deest *ornat* in Ed. pr. 31) *Divus Ulysses* Edd. O. *d. Ulixes* Cod. Legendum fortasse: *dirus Ulixes.* Cf. Virg. Aen. II, 762. 32) *Ulysses* Edd. O. *Ulixes* Cod. Virg. Aen. II, 164. 33) *Larisseus* Cod. Ed. pr. *Larissaeus* Fabr. P. Virg. Aen. II, 197. 34) Idem ibid. VIII, 7.

A corpore, ut:

Pulcher Iulus[1].

Extrinsecus quae sumuntur, in plures species dividuntur; descendunt enim a genere, loco, actu, eventu. A genere, ut Achilles dicitur Aeacides aut Pelides. A loco, ut Ulixes[2] dicitur Ithacus aut Pelasgus. Ab actu, ut:

Aeneia nutrix Caieta[3].

Ab eventu, ut:

Insula dives opum Tenedos[4].

Epitheton ab antonomasia hoc differt, quod antonomasia per se accidens habet, ut cum Tydides dicitur, et intelligitur Diomedes; epitheton vero habet accidens, sed cum suo[5] vocabulo proprio, ut:

Saturnia Iuno[6].

De synecdoche.

8. *Συνεκδοχή* est dictio plus minusve pronuntians, * magis intelligitur[7]. Modo parte nomine aut totum accipitur[8], a toto pars[9], ut:

Ingens a vertice pontus[10]
In puppim ferit;

non enim pelagus[11] fuisse tradit, id[12] quod navem percusserit, sed partem[13] pelagi, id est fluctus. A parte totum, ut:

Haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum[14];

a puppibus enim naves significantur, et a pube toti homines[15].

De onomatopoeia.

9. *Ὀνοματοποιΐα* est dictio ad imitandum sonum vocis confuse ficta[16], ut cum dicimus: Hinnire equos, balare oves, stridere valvas, et cetera his similia.

De periphrasi.

10. *Περίφρασις* est oratio longa cum cultu. Fit autem, aut ut brevitatem splendide producat, aut ut foeditatem circuitu devitet. Splendide producit[17] sic:

Et iam prima novo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile[18];

potuisset enim dicere: iam lucebat, aut: iam dies ortus erat. Foeditatem circuitu devitat sic:

Placidumque petivit
Coniugis infusus gremio per membra soporem[19];

hoc enim cir|cuitu decenter vitavit obscoenitatem, osten- [246]
dens concubitum.

De hyperbato[20].

11. *Ὑπέρβατον* est dictio deducta a verbis non suo loco positis, sed hic tropus generalis est. Species enim sunt quatuor: anastrophe[21], diacope, dialysis, synchysis[22].

12. *Ἀναστροφή* est duorum verborum mutatus ordo nullo interposito, ut:

Transtra per et remos[23];

dicendum enim fuit: per transtra et per remos. *Διακοπή* est dissectio compositae dictionis interposito[24] extrinsecus verbo, ut:

Septem subiecta trioni[25];

cum subiungi debeat septemtrioni. *Διάλυσις* est, cum ordo orationis interposita sententia deducitur, ut:

Tum[26] *socios, namque omnis eum stipata tegebat*
Turba ducum, sic incipiens hortatur ovantis[27];

cum sit ordo hic: cum socios sic incipiens hortatur ovan-

1) Virg. Aen. V, 570. 2) *Ulysses* Edd. O. *Ulixes* Cod. 3) *Caïcta* (sic) Cod. Virg. Aen. VII, 2. 4) Idem ibid. II, 21. 5) *Sed cum suo* Cod. *sed* om. Edd. O. 6) Virg. Aen. III, 380. 7) *Magis intelligens* Fabr. P. *magis intelligitur* Cod. Ed. pr. Desunt quaedam sine dubio, nec recte se habet v. *magis*. Cf. Diomed. pag. 453. P. *Synecdoche est dictio plus minusve pronuncians, quam significans. Modo enim toto dicto pars intelligitur*, cett. Ex quibus facile intelligitur, quomodo Charisii locus sit emendandus. 8) *Modo enim a parte nominatu totum accipitur* Fabr. P. *Modo parte nomine ā totum accipitur* Cod. nisi quod Ed. pr. *aut*. Diomed. l. c. *Modo parte nominata totum accipitur.* 9) *Modo a toto pars* Fabr. P. *a toto pars*, om. *modo*, Cod. Ed. pr. i. e. *aut toto pars*. Totus igitur Charisii locus ita legendus videtur: *Συνεκδοχή est dictio plus minusve pronuncians, quam significans. Modo enim toto dicto pars intelligitur, modo parte nominata aut totum accipitur aut toto pars, ut* cett. nisi forte prius *aut* rectius omittitur. 10) Virg. Aen. I, 114. seq. 11) *Non enim totum pelagus* Fabr. P. *totum* om. Cod. Ed. pr. Legitur tamen *totum* in eadem re apud Diomedem pag. 453. 12) *Ad* Cod. *id* Edd. O. 13) *Pars* Cod. *partem* Edd. O. 14) Virg. Aen. I, 399. 15) *Ut a pube ipsi homines* Fabr. P. *ut a pube toti homines* Ed. pr. *et a pube toti homines* Cod. Cf. Diomed. pag. 453. P. ubi editur: *a pube ipsos homines*, sed Codd. habent: *a pube totos homines.* 16) *Conficta* Fabr. P. *confuse ficta* Cod. Ed. pr. 17) *Splendide brevitatem producit* Fabr. P. *brevitatem* om. Cod. Ed. pr. 18) Virg. Aen. IV, 584. seq. Georg. I, 447. 19) Virg. Aen. VIII, 405. seq. 20) *De Hyperbato eiusque speciebus quatuor* Fabr. P. *De Hyperbato* Ed. pr. *De Yperbato* Cod. 21) *Anastropha* Fabr. P. *anastrophe* Cod. Ed. pr. Tum *dialipsis* pro *dialysis* Ed. pr. atque ita etiam infra. 22) *Synchysis* Fabr. P. *syncrisis* Cod. Ed. pr. h. e. *synerisis*, συναίρεσις. Cf. Consentii Ars de barb. et met. c. VII, pag. 10. ubi *synerisis* pro συναίρεσις. Non tamen dubium esse videtur, quin Grammaticus voluerit σύγχυσις, quod vocabulum in eadem re habet Diomedes pag. 454. et quod verum huius generis nomen est. Cf. Donatus III, 6. pag. 35. ed. meae et Pompeius pag. 475. 23) Virg. Aen. V, 663. 24) *Dissectio compositae dictionis interposito* Fabr. P. *dictio composita dictionis interpositae* Cod. Ed. pr. Cf. Diomedes l. c. 25) Virg. Georg. III, 381. 26) *Tum* Cod. Ed. pr. *Cum* Fabr. P. Infra *cum* in Cod. et Edd. O. est sine varietate. 27) *Ovanteis* Fabr. P. *ovantis* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. XI, 12.

tis[1], namque omnis eum stipata tegebat turba ducum. *Σύγχυσις*[2] est hyperbaton obscurum, ut:

Tris notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras[3];

cuius recta compositio est talis: tris notus abreptas in saxa torquet, quae saxa mediis fluctibus latentia Itali aras vocant.

De hyperbole.

13. *Ὑπερβολή* est dictio fidem excedens augendi minuendive. Augendi, ut: *nive candidior, velocior Euro*[4]. Minuendi, ut:

Extractam puteo situlam qui ponit in horto,
Ulterius standi non habet ipse locum[5].

Aliis ita placuit definire per hyperbolen:

In ventrem didicit sapere[6] *nimirum Solon,*
Qui lege cavit, ut vitia transcenderent
Auctoris poenae; nulla poena[7] *acerbior*
Excogitari potuit uxoris malis.

Quod etiam in schemate dianoeas invenies de hyperbole.

De allegoria[8].

14. *Ἀλληγορία* est oratio aliud dicens, aliud significans per obscuram contrario similitudinem, ut apud Virgilium:

Et iam tempus equum[9] *fumantia solvere colla;*

[247] significat enim carmen esse finiendum. Hu||ius tropi species sunt septem: ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, asteïsmos[10].

15. *Εἰρωνεία* est oratio pronunciationis gravitate in contrarium deducens sensum verborum, ut:

Me duce[11] *Dardanius Spartam expugnavit adulter?*

Haec enim sententia, nisi graviter pronuntietur, non negantis erit, sed confitentis. *Ἀντίφρασις* est dictio ex contrario significans. Haec ab ironia hoc differt, quod ironia adfectuum mutat significationem, antiphrasis vero diversitatem rei nominat, ut bellum, quod minime sit bellum; et lucus[12], quod in eo minime luceat. *Αἴνιγμα* est oratio aliud palam ostendens, aliud significans per obscuram diversitatem, ut:

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me[13];

cum significet ex aqua glaciem concrescere, et glaciem in aquam resolvi. *Χαριεντισμός* est dictio per ea, quae grata sunt, aliud dicens, aliud significans, ut cum interrogamus, num quis nos quaesierit; et respondetur: bona salus, unde intelligimus nos neminem[14] quaesisse.

16. *Παροιμία*[15] est vulgaris verbi[16] usurpatio cum aliqua diversitate, ut: *Cocta numerabimus exta*[17]; cum significet: ex eventu sciemus. Et: *Contra stimulum calces*[18], id est, rei contrariae resistere. *Σαρκασμός* est allegoriae figura deridendi causa ficta, ut: *Rite Thesprotum pudeat rei, quod ipse a Tantalo ducat genus*[19]; per haec enim vult intelligi, ignobilem esse Thesprotum. *Ἀστεϊσμός*[20] est allegoria cum urbanitate, ut: *Philippus cum vellet Moritas hostis*[21] *suos in potestatem redigere, scripsit missos a se milites, quoniam comperisset eos seditionibus vexari, et bonorum amicorum esse*[22] *in tali tempore subvenire.*

De homoeosi[23].

17. *Ὁμοίωσις* est imago ignotae rei, per similitudinem eius, quae nota est, descriptio. Huius species sunt tres: icon, parabole, paradigma.

18. *Εἰκών* est personarum eorumque, quae personis accidunt, comparatio, ut:

Os humerosque deo similis[24].

1) *Ovanteis* Fabr. P. *ovantis* Cod. Ed. pr. 2) *Syncrisis* Cod. Ed. pr. *σύγχυσις* Fabr. P. Vide quae supra diximus. 3) Virg. Aen. I, 108. seq. 4) Eadem haec exempla citat Diomedes pag. 457. *Nive candidior, tardior testudine* affert exempli loco Donatus III, 6. p. 35. ed. meae. 5) Idem exemplum habet Diomedes l. c. Cf. Anthol. Lat. tom. I, pag. 493. ed. Burmann. *Extracta* Cod. *Extractam* Edd. O. 6) *In ventre sapere dicit* P. *In ventre sapere didicit* Fabr. *In ventre didicit sapere* Ed. pr. *In ventrem didicit sapere* Cod. Recurrunt iidem versiculi infra pag. 253. P. ubi de hyperbole inter schemata *διανοίας* sermo est. Hoc autem loco aliena esse videntur, qua de caussa totum locum a seriori manu huc translatum esse existimo, quod ipsum arguunt verba *per hyperbolen*, quae hic aliena sunt et insulsa, infra vero apta. Quare omnia ista: *Aliis ita placuit — invenias de hyperbole* hic delenda esse censeo. 7) *Poena nulla* Fabr. P. *nulla poena* Cod. Ed. pr. Paullo ante in Ed. pr. *auctores* pro *auctoris*. 8) *De allegoria et eius speciebus septem* Fabr. P. *De allegoria* Cod. Inscriptio deest in Ed. pr. 9) *Equm* Cod. *equum* Edd. O. Virg. Georg. II. fin. 10) *Astysmos* Edd. O. *astaismos* Cod. Scribendum *asteïsmos*. 11) *Verborum. Virgilius. Me duce* Edd. O. *verborum, ut: Me duce* Cod. Virg. Aen. X, 92. 12) *Et lucus* Cod. *et* om. Edd. O. 13) Idem exemplum aenigmatis laudatur ab aliis. Cf. Donatus III, 6, pag. 35. ed. meae. Pompeius p. 477. Claudius Sacerdos I, 157. ubi Virgilii quoque versus citatus est Bucol. III, 105. *Tris pateat coeli spatium non amplius ulnas.* 14) *Neminem nos* Fabr. P. *nos neminem* Cod. Ed. pr. 15) *Παροιμία* Fabr. P. *Paroemia* Ed. pr. *Parhoemia* Cod. 16) *Rei* Edd. O. *verbi* Cod. 17) Idem exemplum in eadem re affertur a Diomede p. 458. P. 18) Idem exemplum in eadem re affertur a Diomede l. c.; a Donato III, 6, 35. ed. meae; a Pompeio pag. 478. seq.; a Claudio Sacerdote I, 158. 19) Nullus Grammaticorum hoc exemplum affert, praeter Charisium. Insigniter tamen corruptum est, quare dolendum, quod emendatio aliunde peti non potest. *Ritae* pro *rite* Ed. pr. Cf. tamen Bothius Poet. Scen. V, 1, pag. 281. qui legit: *Rite Thesprotum pudet Rei, quod ipse a Tantalo ductat genus.* 20) *Ἀστυσμὸς* Fabr. P. Ed. pr. *Astaismos* Cod. 21) *Oricios hostes* Fabr. P. *Noritios hostes* Ed. pr. *Moritas hostis* Cod. Diomedes pag. 459. P. habet *Persas in potestatem suam*, idem exemplum referens. 22) *Esse* deest in Cod. habent Edd. O. 23) *De Homoeosi et eius speciebus tribus* Fabr. P. *De Homoeosi* Cod. Ed. pr. 24) Virg. Aen. I, 589.

[248] *Παραβολή* est rerum || administratarum genere dissimilium comparatio; ut apud Virgilium:

Clamores simul horrendos ad sidera tollit,
Qualis[1] *mugitus fugit cum*[2] *saucius aram*
Taurus.

Παράδειγμα est rei praeteritae relatio, adhortationem dehortationemve significans. Adhortationem[3], ut:

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus[4].

Dehortationem, ut:

Non viderunt[5] *moenia Troiae,*
Neptuni fabricata manu, considere in ignis[6].

V.

De metaplasmo[7].

1. Metaplasmus est dictio aliter quam debuit figurata, metri aut decoris causa. Huius species sunt quatuordecim, hae: prothesis[8], parenthesis, prosparalepsis[9], aphaeresis[10], syncope, apocope, ectasis, systole[11], diaeresis, episynaloephe, synaloephe[12], ecthlipsis[13], antithesis, metathesis.

2. *Πρόθεσις*[14] est quidam generalis metaplasmus, qui fit per adiectionem, sed specialiter sic definitur. Prothesis[15] est, cum primae parti[16] dictionis aut litera adiicitur aut syllaba. Litera, ut:

Turnum servet gnatoque patrique[17];

pro nato[18]. Syllaba, ut:

Concitum tetuli gradum[19];

pro tuli.

3. *Παρένθεσις* est, cum inter primam et ultimam syllabam aut litera adiicitur aut syllaba. Litera, ut:

Hac casti maneant in relligione nepotes[20];

pro religione. Syllaba, ut:

Mavortis in antro[21];

pro Martis; et induperator pro imperator.

4. *Προσπαράληψις*[22] est, cum aliquid ad novissimam partem dictionis accedit, ut:

Admittier orat[23];

pro admitti.

5. *Ἀφαίρεσις* est aeque generalis metaplasmus, qui fit per detractionem, sed specialiter sic observatur prima parte dictionis, ut:

Temnere divos;

pro contemnere[24].

6. *Συγκοπή* est, cum mediae parti dictionis aliquid subducitur, ut[25]:

Extinxti te meque[26];

pro extinxisti[27].

7. *Ἀποκοπή* est, cum ex ultima parte loquelae[28] aut [249] litera detrahitur aut syllaba. Litera, ut:

Aspice num mage sit nostrum[29] *penetrabile telum;*

pro magis. Syllaba, ut:

Endo suam do;

hoc est, domum[30].

8. *Ἔκτασις* est, cum correpta syllaba[31] contra rationem producitur, ut:

Exercet Diana choros[32];

et:

Versa pulvis inscribitur hasta[33].

1) *Quales* Fabr. P. *Qualis* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. II, 222. seqq. 2) *Quum* Fabr. P. *cum* Cod. Ed. pr. 3) Vv. *significans. Adhortationem* desiderantur in Cod. et Ed. pr. in qua scriptum est: *relatio ad hortationem dehortationemve.* Emendavit Fabr. quem seq. P. 4) Virg. Aen. I, 242. seq. 5) *An non viderunt* Fabr. P. *Non viderunt* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. IX, 144. seq. 6) *Ignes* Fabr. P. *igni* Cod. Ed. pr. *ignis* editur apud Virg. quod sine dubio voluit quoque Grammaticus. 7) *De metaplasmo et eius speciebus quatuordecim* Fabr. P. *De Metaplasmo* Cod. Ed. pr. 8) *Prosthesis* P. *Prothesis* Cod. Ed. pr. Fabr. Vide quae de hac varietate notavit Eichenfeld. ad Claudium Sacerdot. I. 92. et quae ego dixi ad Pompeium pag. 445. 9) *Prosparalempsis* Cod. *prosparalepsis* Edd. O. 10) *Aferesis* Cod. 11) *Synstole* Cod. 12) *Episynaliphe. synaliphe* Cod. 13) *Eclipsis* Edd. O. *ecclipsis* Cod. Scribendum *ecthlipsis*, ἔκθλιψις. 14) *Πρόσθεσις* P. *Πρόθεσις* Fabr. *Prathesis* Cod. Ed. pr. Paullo post *dividitur*, pro *definitur*, Ed. pr. 15) *Pro thesis* P. *Prosthesis* Cod. Ed. pr. Fabr. 16) *Partis* Cod. *parti* Edd. O. 17) Virg. Aen. XI, 178. ubi legitur: *Turnum gnatoque patrique. Quam debere vides.* Sed Cod. apud Charisium habet *servet*. Ed. pr. *servit*. Fabr. P. *serva.* Idem exemplum legitur apud Diomedem pag. 435. P. ubi recte legitur in Codd. *Turnum gnatoque patrique.* 18) Vv. *pro nato* accesserunt e Cod. 19) Idem exemplum legitur apud Diomedem pag. 435. P. 20) Virg. Aen. III, 409. 21) Idem ibid. VIII, 630. 22) *Prosparalempsis* Cod. 23) Virg. Aen. IX, 231. 24) *Sed specialiter sic observatur, cum primae parti dictionis aut litera aufertur, aut syllaba. Litera, ut Spumas salis aere ruebant, pro eruebant. Syllaba, ut Non temnere divos, pro contemnere* Fabr. P. *sed specialiter sic observatur, prima parte dictionis, ut temnere divos, pro contemnere* Cod. Ed. pr. nisi quod in Cod. *tempnere* et *contempnere* scriptum. Ceterum cf. Virg. Aen. I, 35. et ibid. VI, 620. Diomedes pag. 436. P. 25) *Ut* accessit e Cod. 26) *Extinxti et meque, soror*, Fabr. P. *soror* om. Cod. Ed. pr. Cf. Virg. Aen. IV, 682. ubi legitur *me teque* inverso ordine. 27) *Pro te extinxisti et me* Fabr. P. *pro extinxisti* Cod. Ed. pr. 28) *Loquellae* Cod. ut semper. 29) *Num magi nostrum* Cod. *num mage sit* Edd. O. Virg. Aen. X, 481. 30) *Endo suam hoc est modum* Cod. *tendo suam hoc est modum* Ed. pr. *endo suam do, hoc est, domum* Fabr. P. Citatur saepe hic locus a Grammaticis. Cf. Hessel. Fragm. Ennii pag. 146. 31) *Vocalis* Edd. O. *syllaba* Cod. 32) Virg. Aen. I, 499. 33) Idem ibidem I, 478.

9. *Συστολή*[1] est, cum producta syllaba contra rationem corripitur, ut:

Urbemque Fidenam[2];

cum prima syllaba debeat produci.

10. *Διαίρεσις*[3] est, cum una syllaba in duas dividitur, ut:

Pictai vestis[4];

pro pictae.

11. *Ἐπισυναλοιφή*[5] est una syllaba ex duabus syllabis facta, ut:

Fixerit aeripedem cervam licet[6];

cum aeripedem[7] quinque syllabis dicere debeamus[8].

12. *Συναλοιφή*[9] est duarum vocalium concursio, alterius[10] elisio:

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur[11].

E literam hinc necesse est excludi[12].

13. *Ἔκθλιψις* est, cum duabus dictionibus[13] aliqua consonantium aut plures quas habet eliduntur, ut:

Multum ille et terris iactatus et alto[14];

pro multum.

14. *Ἀντίθεσις* est literae pro litera immutatio, ut:

Impete nunc vasto ceu concitus imbribus amnis[15];

pro impetu.

15. *Μετάθεσις* est ordo literarum mutatus, ut:

Nam tibi Thymbre caput Evandrius abstulit ensis[16];

ratione enim Thymber dicitur.

VI.

De schemate lexeos[17].

1. *Σχήματα λέξεως* sunt et *διανοίας*[18], id est, figurae verborum et[19] sensuum. Sed cum ad oratorias virtutes pertineat schema[20] dianoeas; nos de eo loquemur, quod schema lexeos dicitur, cuius definitio est talis. Schema lexeos est ordo verborum aliter quam debuit figuratus, metri aut decoris causa. Huius species sunt multae, sed necessariae[21] traduntur decem et octo: prolepsis[22], zeugma, hypozeuxis, syllepsis[23], asyndeton, anadiplosis, anaphora[24], epanalepsis[25], epizeuxis, paronomasia, schesis onomaton, paromoeon[26], homoeoteleuton, homoeoptoton, polyptoton, hirmos[27], polysyndeton[28], dialyton.

|| 2. *Πρόληψις*[29] est, cum ante numerus verbo reddi- [250]
tur, quam res personaeve rei finiantur, ut:

Continuo reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru;
bigis it Turnus in albis,
Tum pater Aeneas Romanae stirpis origo,
Et iuxta Ascanius, magna[30] *spes altera Romae,*
Procedunt castris.

3. *Ζεῦγμα* est verbum, quod in duplici multiplicive sententia aptatur, sed quod omnibus communiter redditur, ut:

Troiugena interpres divum, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, Clarii laurus[31], *qui sidera sentis*;

verbum enim sentis singulis quibusque debetur. Aliis ita placuit zeugma definire: *Nihil hominum te fortuna, nihil commiserescit me fingi*[32] *advenam esse*[33], *nihil fraterni nominis sollemne*[34] *auxilium et nomen pietatis movet.* Plures sententiae uno verbo cluduntur[35].

4. *Ὑπόζευξις* est, cum singulae res aut personae verbis suis cluduntur[36], ut:

Regem adit et regi memorat nomenque genusque,
Quidve ferat, quidve ipse petat, Mezentius arma,
Quae tibi[37] *conciliet, violentaque pectora Turni*
Edocet[38], *humanis quae sit fiducia rebus*

1) *Synstole* Cod. 2) Virg. Aen. VI, 773. Prima syllaba huius nominis producitur Horat. Epist. I, 11. 8. Propert. IV (V), 1, 36. Sil. Punicor. XV, 91. Iuven. IV, 57. Idem X, 100. 3) *Dieresis* Cod. 4) Virg. Aen. IX, 26. 5) *Episynalyphe* Cod. 6) Virg. Aen. VI. 803. Multi Grammatici sic falso acceperunt v. *aeripes*, *χαλκόπους*, et pro *ἀελλόπους* dictum statuerunt, cf. Pompeius pag. 449. Donatus III, 4. pag. 30. ed. meae. Claudius Sacerdos I, 102. p. 30. Diomedes pag. 437. P. Probus I, 18, pag. 100. ed. meae. 7) *Cum aeripedem* Cod. *Aeripedem* P. Fabr. Ed. pr. ita tamen in Edit. pr. ut *licet* antecedens ad sequentem Grammatici explicationem pertineat. Cf. Diomedes l. c. 8) *Debemus* Fabr. P. *debeamus* Cod. Ed. pr. 9) *Synalifhe* Cod. 10) *Atque alterius* Fabr. P. om. *atque* Cod. Ed. pr. 11) Virg. Aen. IX, 1. 12) Addit his Fabr. *Atqu' ea*, quae recepit P. ignorant Cod. Ed. pr. 13) *Eiectionibus* Fab. P. *eictionibus* (sic) Ed. pr. ex errore typ. *dictionibus* Cod. 14) Virg. Aen. I, 3. Subiungit huic exemplo Cod. *pro multum*, quae om. Edd. O. 15) Ovid. Metam. III, 79. Idem in eadem re citatur exemplum a Probo I, 18. pag. 100. ed. meae et a Diomede pag. 437. P. 16) Virg. Aen. X, 394. 17) *De schemate λέξεως* Edd. O. *De sch. lexeos* Cod. 18) *Εἰσὶ καὶ διανοίας* Fabr. P. *sunt et dianoeas* Cod. Ed. pr. 19) *Sunt et* Fabr. P. *sunt* om. Cod. Ed. pr. 20) *Pertineant schemata* Edd. O. *pertineat schema* Cod. 21) *Necessario* Edd. O. *necessariae* Cod. 22) *Prolempsis* Cod. 23) *Synlempsis* Cod. 24) *Anafora* Cod. 25) *Epanalempsis* Cod. 26) *Parhomoeon* Cod. 27) *Hyrmos* Cod. 28) *Polysyntheton* Edd. O. *polysyndeton* Cod. 29) *Prolempsis* Cod. 30) *Magnae* Edd. O. *magna* Cod. Virg. Aen. XII, 161. 162. 164. 166. 168. 169. ubi editur *Interea* pro *Continuo*; *Hinc* pro *Tum*; *magnae* pro *magna*. 31) *Clarii laurus* Edd. O. *clã laũ.* Cod. Virg. Aen. III, 359. seq. 32) *Fingi* Edd. O. *fingé* (sic) Cod. 33) *Esse* Cod. *te* Edd. O. 34) *Solenne* Edd. O. *sollemne* Cod. Ceterum unde petitum sit exemplum, non reperio. 35) *Clauduntur* Edd. O. *cluduntur* Cod. Eadem forma verbi utitur Quinctilian. IX, 3, 62. 36) *Clauduntur* Edd. O. *cluduntur* Cod. 37) *Quae sibi conc.* Fabr. P. *Quae tibi conc.* Cod. Ed. pr. 38) *Et docet* Cod. Ed. pr. *Edocet* Fabr. P. Locus est Virg. Aen. X, 149. seqq. ubi est: *Quidve petat, quidve ipse ferat* — *Quae sibi conciliet* — *Tarcho.*

Admonet, admiscetque preces. Haut fit mora, Tarchon
Iungit opes, foedusque ferit.

5. *Σύλληψις* est, cum singularis dictio plurali verbo concluditur, ut:

Sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles, et pressi copia lactis[1].

6. *Ἀσύνδετον* est, cum pluralis dictio singulari verbo concluditur, ut:

Hic illius arma,
Hic currus fuit[2];

debuit enim dicere: hic illius arma fuerunt.

7. *Ἀναδίπλωσις* est, cum eadem dictio in principio[3] sequentis ponitur, ut:

Sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, et versicoloribus armis[4].

8. *Ἀναφορά*[5] est, cum eadem dictio in principio versus et in clausula ponitur[6], ut:

Nate, meae vires, mea magna potentia, solus,
Nate, patris summi qui tela Typhoea temnis[7].

9. *Ἐπανάληψις* est, cum eadem dictio[8] in principio versus et in clausula ponitur, ut:

Pater, inquam, me, lumine orbavit, pater[9].

[251] 10. *Ἐπίζευξις* est repetitio dictionis eius||dem cum impetu pronuntiationis, ut:

Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis[10].

11. *Παρονομασία* est, cum dictio iteratur, mutata tamen aut litera aut syllaba, ut apud Ciceronem: *Qui fuit lucus*[11] *religiosissimus, nunc erit locus desertissimus.* Et: *Custodire sacrum non honoris, sed oneris esse existimabitur.*

12. *Σχέσις ὀνομάτων* est, cum iuxta[12] plures antonomasiae ponuntur, ut:

Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis[13].

13. *Παρόμοιον*[14] est, cum verba omnia similiter incipiunt, ut:

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti[15].

14. *Ὁμοιοτέλευτον* oratio pari verborum exitu finita, ut: *Hos seduci*[16] *quam relinqui, devehi quam deseri*[17] *malui.*

15. *Ὁμοιόπτωτον* est oratio excurrens in eosdem casus similes, ut:

Merentes[18], *flentes, lacrimantes*[19] *ac miserantes.*

16. *Πολύπτωτον* est oratio per plures variata casus, ut:

Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque[20].

17. *Εἰρμός*[21] est oratio unius tenorem casus ad clausulam usque custodiens, ut:

Principio coelum ac terras camposque liquentes,
Lucentemque globum lunae, Titaniaque astra
Spiritus intus alit[22].

18. *Πολυσύνδετον* est pluribus coniunctionibus nexa oratio, ut:

Athamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epios[23].

1) Virg. Bucol. I, 81. seq. In supp. *Synlempsis* Cod. 2) Virg. Aen. I, 16. seq. 3) *In principio versus sequentis* Fabr. P. *in principio sequentis* Cod. Ed. pr. Excidit aliquid, fortasse recte a Fabr. suppletum. 4) Virg. Aen. X, 180. seq. In Ed. pr. bis est *Astor*; in Cod. priori tantum loco sic scribitur. 5) *Anafora* Cod. 6) *Versuum plurimorum ponitur* Fabr. P. *versus et in clausula ponitur* Cod. *versus et clausula ponitur* Ed. pr. Sine dubio male. Nam et exemplum, quod sequitur, et res ipsa contradicit. Cf. Diomedes pag. 440. P. ubi: *Ἀναφορά est relatio verbi eiusdem aut similis per principia versuum plurimorum.* 7) Virg. Aen. I, 664. seq. Cf. Claudius Sacerdos I, 138. p. 35. Donatus III, 5. p. 31. 8) *Et in* Fabr. P. om. et Cod. Ed. pr. 9) Idem in eadem re exemplum affert Claudius Sacerdos I, 139. p. 35. ubi sic: *Pater inquam hospitis me lumine orbavit, pater.* Add. Diomedes p. 440. P. 10) Virg. Aen. IX, 427. seq. 11) *Locus* Cod. Edd. O. Iam Fabr. in notis Mss. correxit *lucus*, nec tamen in editione expressit. Idem vidit Ruhnkenius ad Rutilium Lupum de fig. sent. et elocut. pag. 13. ubi idem exemplum paronomasiae affertur, sic emendatum a Ruhnkenio: *At huius sceleratissimi opera qui fuit lucus religiosissimas, nunc est locus desertissimus; nimirum quoniam traditam sibi publicorum custodiam sacrorum non honori, sed oneri esse existimavit.* Ceterum idem locus recurrit apud Diomedem pag. 441. ubi codex praestantissimus exhibet *lucus religiosissimus.* Cf. etiam Fragm. Cic. ed. Orell. pag. 578. Adde Claud. Sacerdot. I, 142. pag. 35. ubi editorem fugit Ruhnkenii emendatio. 12) *Iuxta* Edd. O. *intexta* Cod. errore librarii. 13) Cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. pag. 150. Donat. III, 5. pag. 31. Diomedes pag. 441. P. Pompeius p. 460. 14) *Parhomoeon* Cod. 15) Est notissimus ille versiculus, quem Ennio tribuunt, qui in eadem re recurrit apud multos Grammaticos. Cf. quae dixi ad Prisciani lib. de versibus Aen. pag. 339. Adde Pompeium pag. 461. Ennii Fragmm. ed. Hessel. pag. 139. Isidor. Origg. I, 35, 14. 16) *Deduci* Fabr. P. *reduci* Ed. pr. *seduci* Cod. 17) *Evehi quam deseri* Fabr. P. *denique deseri* Ed. pr. *deui* (sic) *quam deseri* Cod. Cf. Donatus III, 5, pag. 32. ubi emendate legitur: *eos revehi, quam relinqui, devehi quam deseri malui*; emendator cod. ibi *reduci* pro *revehi* dedit. Ennii locum esse, dicit Diomedes pag. 441. seq. P. ubi adhuc corruptus legitur, e Codd. sic emendandus: *Eos reduci, quam relinqui, devehi quam deseri malui.* 18) *Merentes* scriptura Cod. *moerentes* Edd. O. 19) *Lacrimantes* Cod. *lachrymantes* Ed. pr. *lacrymantes* Fabr. P. Versus Ennio tribuitur a Diomede pag. 442. citatur a Donato III, 5, pag. 32.; a Pompeio pag. 461. Cf. Ennii Fragmm. ed. Hessel. p. 137. Apud Donatum et Pompeium legitur *commiserantes.* Aliter etiam citat Auctor ad Herenn. IV. 12. 20) *Litora litoribus* scriptura Cod. — *nepotes* Fabr. P. *nepotesque* Cod. Ed. pr. Idem exemplum citat Donatus III, 5. p. 32. ubi pariter *nepotesque.* Adde Pompei. pag. 462. Virg. Aen. IV, 628. seq. 21) *Hyrmos* Cod. *Hirmos* Ed. pr. 22) Virg. Aen. VI, 724. seqq. Cf. Donatus III, 5. p. 32. 23) *Epeus*

Et aliubi:

Frugesque receptas
Et torrere parant flammis et frangere saxo[1].

Plures coniunctiones contexunt[2] sententias.

19. *Διάλυτον* est sive *διάλυσις* oratio nulla coniunctione interposita, ut:

Alii navalibus ite,
Ferte citi flammas, date tela[3], *impellite remos.*

Et aliubi:

Naufragia, labes generis, ignorat senex[4].

Sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.

VII.

De schemate dianoeas.

1. Schema dianoeas[5] a schemate lexeos hoc distat, [252] quod alterum in verbis et verborum[6] || ornamentis consistit, alterum in contemplatione animi sensusque versatur. De schemate ergo dianoeas velut viam[7] paucis ostendam, qua, si quis otiosior[8] fuerit, etiam reliqua, quae quasi remotiora videbuntur, persequi poterit. Fit igitur schema dianoeas per has species quindecim.

2. Per dialogismon[9], ut apud Terentium[10] est:

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Cum accersor[11] *ultro? an potius ita me comparem*
Non perpeti meretricum contumelias?

Hic persona introducta quaerit apud se, quae nam potius utilitati suae pars eligenda sit.

3. Per mycterismon, id est, derisum[12] quendam, tamquam:

Vidi te, Ulixes[13], *saxo sternentem Hectora,*
Vidi tegentem clipeo[14] *classem Doricam:*
Ego tunc pudendam trepidus[15] *hortabar fugam.*

Haec omnia derisu[16] quodam dicta sunt a fortiore ad non fortem.

4. Per paralipsim[17], in quo cum nolumus[18] negantes aliquid indicare, tamquam:

Non commemoro[19] *quod latroni statui oppressi, et domus*
Ista virorum, et segetis armata manus[20].

5. Per ethologiam[21], ut: *Si quis me videat dicat: Nimirum hic est ille talis, vir tantis opibus praepotens, ubi nunc secundis rebus adiutrix*[22].

6. Per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur, qui nulli sunt, tamquam:

Si nunc redire posset ad superos pater,
Qui te tutamen fore sperarat[23] *familiae*
Domuique columen[24], *nonne haec sic*[25] *diceret?*
Cur te dedecores[26]*? familiam cur*[27] *macules*[28] *tuam?*
Cur rem dilapides[29], *quam miser extruxit labor?*

Philosophi antiqui usum dixerunt tropen, quam[30] catachresim nominavere, cui opinioni plerique Grammatici an-

Edd. O. *Epios* Cod. Virg. Aen. II, 262. seqq. 1) Virg. Aen. I, 178. seq. — *aliubi* hic et paullo post in Cod. esse, testatur diserte Nieb. 2) *Contexunt* Edd. O. *contextant* Cod. 3) *Date vela* Fabr. P. *date tela* Cod. Ed. pr. Virg. Aen. IV, 593. seq. ubi editur *date vela.* Sed *date tela* etiam Donatus et Pompeius exhibent l. c. Diomedes p. 442. P. 4) Locus unde petitus sit, non reperio, nec apud quemquam alium Grammaticum legitur, quantum equidem sciam. 5) *Schema dianoeas* Cod. Ed. pr. *Σχῆμα διανοίας* Fabr. P. 6) *In verborum* Edd. O. *in verbis et verborum* Cod. 7) *Velut viam* Cod. *ut viam* Ed. pr. *viam* Fabr. P. 8) *Ociosior* Fabr. P. *otiosior* Cod. Ed. pr. 9) *Κατὰ διαλογισμὸν* Fabr. P. atque ita in seqq. per totum hoc caput de Schemate dianoeas. *Per dialogismon* Cod. Ed. pr. 10) *Apud Terentium est* Cod. *est* om. Edd. O. Cf. Terent. Eunuch. I, 1, init. 11) *Accersor* Edd. O. *accersar* Cod. ex errore librarii. 12) *Per derisum quendam* Fabr. P. *derisum quoddam*, om. *per*, Ed. pr. *derisum quendam*, om. *per*, Cod. 13) *Ulysses* Edd. O. *Ulixes* Cod. 14) *Clypeo* Fabr. P. *clipeo* Cod. Ed. pr. 15) *Trepidus* Fabr. P. *trepidus pedibus* Ed. pr. Cod. *pedibus* recte delevit Fabr. Locus unde petitus sit, nescio; neque ullus facile alius Grammaticorum eum laudaverit. 16) *Cum derisu* Fabr. P. *derisu*, om. *cum*, Cod. Ed. pr. 17) *Κατὰ παράληψιν* Fabr. P. *Per paralipsim* Cod. Ed. pr. i. e. *παράλειψιν*. Cf. Ruhnken. ad Aquilam Rom. pag. 149. 18) *In quo volumus* Fabr. P. *in quo cum nolumus* Cod. Ed. pr. Legendum videtur: *cum volumus*, omissis vv. *in quo.* 19) *Memoro* Fabr. P. *commemoro* Cod. Ed. pr. 20) *Draconis saevi sopivi impetum, Non, quod viros domavi, et segetis armatae manus* Fabr. P. *latroni statui oppressi, et domus ista virorum, et segetis armata manus* Cod. Ed. pr. Haec corrupta quidem sunt, sed non, ut Fabr. fecit, ex loco simili, qui paullo infra legitur, restituenda sic, ut nihil diversi relinquatur. Scribendum hoc loco videtur:

Non commemoro, quod draconis ***taetri*** *oppressi impetum*
Non, quod domui ***vim taurorum*** *et segetis armatae manus.*

Est sine dubio locus ex Ennii Medea. Cf. Ovid. Heroid. XII, 59. seq. Metamorph. VII, 29. seqq. 21) *Κατ αἰτιολογίαν* Fabr. O. *Per aetiologiam* Ed. pr. *Per ethologiam* Cod. Haec fortasse eadem est, quae aliis *ἠθοποιΐα*. Non enim *αἰτιολογίαν*, sed *ἠθοποιΐαν* h. l. Grammaticus ponere voluisse videtur, qua de caussa codicis lectionem non sollicitavi. Cf. Aquila Romanus c. IV, pag. 146. Ruhnken. et idem Ruhnkenius ad Rutilium Lupum I, 21. p. 66. 22) *Adiutrix fortuna* Fabr. P. *fortuna* om. Cod. Ed. pr. Sunt verba poetae alicuius ita scribenda:

Si quis me videat, dicat: Nimirum vir est
Hic ille talis, tantis opibus praepotens!
Ubi nunc secundis rebus adiutrix . . .?

23) *Fore putarat* Fabr. P. *fores parare* Ed. pr. *fore sperarat* Cod. 24) *Domusque columen* Fabr. P. *domuique incolumen* Ed. pr. *domuique columen* Cod. 25) *Nonne putas sic* Fabr. P. *nonne potes sic* Ed. pr. *nonne haec sic* Cod. Latet aliud. 26) *Dedecoras* Fabr. P. recte. *dedecores* Cod. Ed. pr. 27) *Famam cur* Fabr. P. recte. *familiam cum* Ed. pr. *familiam cur*, quod servavi, licet aperte vitiosum. 28) *Maculas* Edd. O. *macules* Cod. sine dubio vitiose. 29) *Dilapidas* Fabr. P. recte. *dilapides* Cod. Ed. pr. Ceterum unde petitus sit hic elegantissimus Comici locus, reperire non possum. 30) *Hunc dixerunt tropum, quem* Fabr. P. *usum dixerunt tropen quam* Cod. Ed. pr.

tiqui consenserunt. Omnis enim tropus quid est, nisi alienae rei abusio?

7. Per apologismon, sive ultro dando, cum aliquid adversario nostro[1] ultro damus, quo uti eum scimus non posse, tamquam:

[253] || *Tutare amici causam, patris suscipe*[2]*:*
Obiicitur crimen capitis, purga fortiter.
In amici causa potior est immo certe potior est[3].

Per hyperbolen, hoc est[4].

In ventre sapere didicit nimirum Solon,
Qui lege cavit, ut vitia transcenderent
Auctoris poenae; poena nulla acerbior
Excogitari potuit uxoris malis[5].

8. Per confessionem, tamquam suum crimen confitentis, cum oratio increpans alterum prodit:

Tunc credo, cum me arbusta[6] *videre Myconis,*
Atque mala vitis[7] *incidere falce novellas.*

9. Per commutationem: *Prorsus aequum*[8] *est pectore, Dave; me poenae oppone.* Hic non ut coepit, sententiam finit. Nam aiebat Dave; deinde subiecit me, cum ipse sit Davus.

10. Negando, cum quid negantes volumus inducere, atque improperantes[9] beneficia, quae audiens cognoscat.

Non memoro quod draconis saevi sopivit[10] *impetum,*
Non quod domavit viros[11], *et segetis armatae manus.*

11. De transitu sive transmutatione personarum, cum a nostra ad alteram trans||imus, et per illam transfiguran- [254]
tes, quod volumus, retinemus, ut:

Thesprote, siquis sanguine exortam tuo
Prolem, inter aras sacrare sacram[12] *immolet.*
Quid meritus hic sit, dubium an cuiquam fiat[13]*?*

Hic a persona in aliam personam transiit[14], ut argutans per illam ostenderet, quid vellet increpare.

12. Per apoclisin[15]: *Egone*[16] *illum pudor est eloqui, quam comperi; relinqui non potuit; non perpetiar; non etiam*[17] *quiddam suspicionis silentio colligunt.*

13. Per aporian:

Luna, deum quae sola vides periuria vulgi,
Seu Cretea magis, seu tu Dictynna vocaris.

Hic de nomine certae[18] rei dubitatio.

14. Per epitropen: *Sive ita virtus, sive ita patrocinium horrendum, miseranda fia esse clamitas*[19] *insonti quod extulisti saucios patrio lare.* De nomine disceptatio est, cum res sit palam. Hic adversariis permittimus[20], quo velint pacto nomen imponere, ut de eo potius quam de re ipsa dubitare videamur.

15. Per antimetabolen: *Homo ornat locum, non hominem locus.* Verbum ante dictum aut eodem modo, aut permutatum, aeque postea referetur.

De Lectione[21].

1) *Vel ultro* Fabr. P. *non ultro* Ed. pr. *$\overline{no}$* (i. e nostro) *ultro* Cod. 2) *Suscipere* Ed. pr. 3) *Potior immo certior* Fabr. P. *potior est imma certe potiar est* Cod. Ed. pr. 4) *Καθ᾽ ὑπερβολὴν, tanquam* Fabr. P. *Per hyperbolen, hoc est* Cod. Ed. pr. 5) Idem exemplum supra iam relatum a Grammatico lib. IV, 4, 13, capite de tropis, ubi vide, quae notavi. 6) *Arbustum* Fabr. P. *arbusta* Cod. Ed. pr. Virg. Bucol. III, 10. 7) *Vites* Fabr. P. Ed. pr. *vitis* Cod. atque ita editur apud Virg. Tum *indere* pro *incidere* ex errore typ. P. 8) *Equino* Fabr. P. *aequina* Ed. pr. *aequum* Cod. Legendum videtur: *Prorsus aequum est. Peccasti, Dave; me paenae appane.* 9) *Improperantes* Cod. Edd. O. Lege *improbantes.* 10) *Sopiui* Fabr. P. *sopivit* Cod. Ed. pr. 11) *Viros domaui* Fabr. P. *domavit viros* Cod. Ed. pr. Vide quae supra diximus de eodem vel simili loco. Sic autem nunc hic legendum est:

Non commemoro, quod draconis saevi sopivi impetum,
Non, quod domui vim virorum et segetis armatae manus.

Bothius Poet. Scen. V, 1, pag. 289. dicit quidem, se hunc locum ad Ennii Medeam retulisse, verum non fecit, nec legitur inter fragmenta Medeae ab illo relata. 12) *Sacram sacrare* Fabr. P. *sacrare sacrum* Cod. Ed. pr. Both. Poet. Scen. V, 1, pag. 281. scripsit: *sacram sacras.* 13) *An cuiquam siet* Fabr. P. *an cuique fiat.* Correxit aliquando Fabr. *an cuiquam fuat,* sed postea mutavit. Scripsit Both. l. c. *an id cuiquam fuat.* 14) *Transitus* Edd. O. *transit* Cod. Scripsi *transiit.* 15) *Καθ᾽ ἀπόκρισιν* Fabr. P. *Per apocrisin* Ed. pr. *Per apoclisin* Cod. In indice capitum libro praemisso ab ipso Grammatico Cod. exhibet: *Per apodosin*, quod eodem spectat, et legendum: *Per apoclisin.* 16) *Ergone* Fabr. P. *Ergo ne* Ed. pr. *Ego ne* Cod. 17) *Num etiam* Fabr. P. *non etiam* Cod. Ed. pr. Non habeo certam emendationem. 18) *Huc descende. Certae rei* Fabr. P. ita ut verba *Huc descende* ad exemplum poetae trahantur. *Hic de nomine certae rei* Cod. *hic descende. Certe rei* Ed. pr. 19) *Sive est miseria sive est calamitas* Fabr. P. *miseranda sive est calamitas* Ed. pr. *miseranda fia* (sic) *esse clamitas* Cod. Certam emendationem in promptu non habeo. 20) *Permittemus* Fabr. P. *permittimus* Cod. Ed. pr. 21) *Finis libri quarti* P. *Libri quarti finis* Ed. pr. Fabr. Nihil tale in Cod. qui subiecta habet haec verba sic Graece scripta: *ΔΙΙ ΛЄΚΤΙΟΝЄ.* Tum sequitur tale signum:



Niebuhrius in literis ad me datis, quas in praefatione posui, testatur, in Cod. librum quartum usque ad caput *de idiomatibus* produci, a quo incipere librum quintum. Finem autem libri quarti post caput de metris in Cod. notatum esse. Itaque divisionem capitum, quae exhibeatur in indice libro praemisso, falsam esse. Desunt igitur et interciderunt capita de lectione, de accentu, de scriptione, de pronunciatione, de modulatione, de continuatione, de separatione, de mora, de distinctione, de subdistinctione, de rhythmo, de metri versificatione, de basi, de pedibus, de versibus, de metris. Finem capitis de versibus et partem capitis de metris invenit Nieb. in Codice; sed cum ea in scidula scripsisset, quae separatim esset libro Putschiano adiecta, perierunt, fortasse incendio illo, quo brevi ante mortem Niebuhrii domus eius Bonnae conflagravit. Sed de his in praefatione diligentius exposuimus.

[255] ‖ # INCIPIT LIBER V[1].

I.

De idiomatibus.

IDIOMATA, quae sunt in sermone ms̄[2], innumerab[ilia quidem debent[3]] esse. [Ea enim sunt omnia, quae pro nostro] more efferimus, et non secuti[4] Graecos. [Sed ut breviter dica]mus, aut ex generibus nominum fiunt, quae [contra morem Graecorum] nos habemus; nam cum dicimus hic honor, ἡ τιμή, fit apud nos masculini, apud illos feminini generis. Aut ex verborum significationibus contrariis, velut[5]: luctor, παλαίω. Hoc enim verbum apud nos passive effertur, apud Graecos active. Sic etiam et per ceteras partes orationis idiomatum dissonantia multiplex repperitur. Scire haec et meminisse debemus, primum quod participium per se fieri non potest, sed ex verbo; dein quod[6] omne participium eundem casum trahit, quem etiam verbum, ex quo nascitur. Ut cum dicimus per accusativum: sequor dominum, sic et participia huius verbi per eundem casum efferuntur: sequens dominum, secuturus dominum, secutus dominum. Sed nomina participialia, quae fiunt ex participiis instantis[7], genitivum casum recipiunt. . . . .[8] participia instantis temporis etiam nomina fiunt appellativa, velut[9]: amans, servans, metuens, fidens, egens, sciens, horrens, negligens. Participia igitur[10], ut supra diximus, casus recipiunt suorum verborum, ut: amo uxorem, amans uxorem, servo domum, servans domum, metuo patrem, metuens patrem.
Nomina vero par‖ticipialia, quae non fiunt ex participio [256]
instantis temporis, genitivum admittunt, velut[11]: amans amicorum, servans aequi, metuens periculi, metuens deorum, fidens animi, egens pecuniarum, sciens locorum. Pauca autem nimis[12] casum non recipiunt, ut: horrens, et talia, prout sententia poscit, casum recipiunt, ut: negligens sum in hac re[13]. Ex praeterito item participia nomina fiunt appellativa, quae aut secundae sunt declinationis, aut quartae. Secundae, velut: praefectus, perfectus[14], execratus, laetus, apertus, iussus; quartae vero, velut[15]: exercitus, visus. Sed haec nomina, quae ex praeterito tempore participia fiunt, non habent casus nisi secundae declinationis, pauca ex quinta; quaedam genitivum recipiunt, velut[16]: victus animi, expertus belli. Expertus enim bellum per accusativum fit participium. Verbum enim huius participii accusativum recipit, velut[17]: experior bellum. Item praefectus praetorii, praefectus cohortis, praefectus urbis, praefectus fabrorum. Praefectus autem praetorio per dativum fit participium, sic et praefectus cohorti, urbi, fabris. Verbum enim huius participii dativum recipit, ut: praeficio te praetorio, illum

1) ***Flavii Sosipatri Charisii Institutionum Grammaticarum lib. V.*** Edd. O. ***Incipit lib. V.*** Cod. Et hic liber postremus ἀκέφαλος est; desunt enim ea quae Charisius de lectione, scriptione, rhythmis atque metris scripta reliquerat. Sed et circa finem desiderantur capita quaedam de differentiis et Glossemata nonnulla κατὰ στοιχεῖον. postremo Ciceronis Synonyma, quae Charisius vice corollarii suo operi adiecerat. Ceterum an ea fuerint synonyma quae Ciceronis nomine ad L. Veturium scripta circumferuntur, difficilis est sane coniectura. Verumenimvero si huiuscemodi a Cicerone literis mandata fuere, verisimile est, non integra, sed praepostera alicuius tenebrionis diligentia contruncata ad nos pervenisse. hoc tamen unum nobis constat, ea quae typis excusa sunt, mutilata esse, in quibus multa non suis locis posita sunt, pleraque etiam immutata. Contulimus enim ea cum vetusto Synonymorum codice, quem nobis Andreas Cossa, Patricius Neapolitanus, humanus iuxta et eruditus in utraque lingua, communicavit. Tu interim, candide lector, hanc nostram diligentiam boni consule, dum meliora dare possimus. Vale. ***Io. Pierius Cyminius.*** Tum *De Hidiomatibus* Cod. atque ita io seqq. semper. 2) *Sermone nostro* Edd. O. *sermone ms̄* (sic) Cod. Hoc eodem signo alibi vox *manuscriptus* designatur, vel *molestus*, quarum neutra huic loco accommodata 3) Haec et quae in seqq. uncis includuntur, in Cod. extrita sunt. 4) *Tantum sequuti* Fabr. P. *tantum secuti* Ed. pr. ***et non*** *secuti* Cod. 5) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 6) *Sed ex verbo denique* Edd. O. *sed ex verbo; dein quod* Cod. 7) *Instantis temporis* Edd. O. *instantis* Cod. 8) *Semper enim* Edd. O. In Cod. pro his vocibus hiatus quatuor literarum deprehenditur. 9) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 10) *Participia sunt* Edd. O. *Participia igitur* Cod. 11) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 12) *Pauca nimis* Fabr. P. *Pauca haec nimis* Ed. pr. *Pauca autem nimis* Cod. 13) *Hac re* Edd. O. *in hac re* Cod. 14) *Ut praefectus* Edd. O. *velut praefectus*, *perfectus* Cod. 15) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 16) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 17) *Ut* Edd. O. *velut* Cod.

cohortibus. Aliis etiam ita de idiomatibus placuit definire. Cum ab omni sermone Graeco Latina lingua pendere videatur, quaedam inveniuntur aut licentia [1] ab antiquis aut [2] proprietate linguae Latinae dicta, praeter consuetudinem Graecorum, quae idiomata appellantur. Adgno-
[257] scuntur [3] haec ex casibus: nam inveni||mus, quae Graeci per genitivum casum [4] dicunt, haec per dativum usurpata, ut: parco tibi. Et quae Graeci per dativum, haec a Romanis per genitivum prolata, ut: pudet me amoris. Item ceteros casus alios pro aliis dictos invenimus. Sunt praeterea figurae, quae consuetudine quidem per alium casum proferuntur, ab antiquis autem [5] diverse, velut [6] utor hac re nos dicimus, apud veteres autem et utor hanc rem dictum est. Haec igitur idiomata multifariam efferuntur: per verba, per appellativa, per praepositionem, per adverbia. Et quidem per verba sic: oro te, parco tibi. Item per participium: adiuvans illum fecit. Item per appellativa: dignus sum hac re. Item per praepositionem: supra te, infra te. Item per adverbia: proxime civitatem, digne illo. Omnia participia figuram verborum suorum sectantur [7]. Ut enim dicimus curo te, et adiuvo te, sic et curans illum et adiuvans illum dicitur. Quae autem pro appellationibus usurpantur, haec genitivum casum admittunt, velut [8]: amans filii est, egens pecuniarum est. Item omnes appellationes, quae in *or* terminantur propagatae e verbis [9], eundem genitivum casum admittunt, ut: cupitor sum huius rei. Ceterae autem appellationes, quae cum figura dicuntur, hae genitivum tantummodo aut ablativum recipiunt, quarum pleraeque utrosque casus admittunt, ut: ignarus sum huius rei, et: incertus sum huius rei, et si quod tale invenitur. Per ablativum autem: dignus sum hac re, et si quod aliud simile. Item per utrosque casus: diversum huius rei, et hac re, venit mihi in mentem huius rei, et: venit mihi in mentem haec res dicitur, et si qua similia.

II.

Idiomata genitivi casus.

Venit mihi in mentem huius rei [10].
Patiens sum laboris.
Taedet me huius hominis.
Miseret me tui.
Misereor tui.
|| Doleo vicem tui et vicem tuam. [258]
Piget me huius rei.
Similis sum tui.
Pudet me amoris [11].
Paenitet [12] me muneris.
Amans mei est.
Veri simile.
Iniuriae me pertaesum est.
Discrucior animi.
Interest illius.
Horum prima et secunda sic efferuntur:
Interest mea, interest tua.
Item refert mea, refert tua.
Et pluraliter: interest [13] nostra, vestra, illorum.
Paenitet me huius consilii.
Piget me profectionis.
Taedet me mulierum.
Memini praeceptoris.
Reminiscor patris.
Avidus vini.
Diligens matris.
Studiosus [14] amicorum.
Curiosus studiorum.
Metuens deorum.
Timens numinis.
Scius artis.
Nescius literarum.
Capax studiorum.
Expertus rei.
Sitio vini [15].
Esurio panis.

III.

Dativi casus [16].

Succedo tibi.
Insidior tibi.
Adimo tibi.
Demo tibi.
Praesideo huic urbi.

1) *A licentia* Edd. O. *aut licentia* Cod. 2) *Ut* Edd. O. *aut* Cod. 3) *Agnoscuntur* Edd. O. *Adgnoscuntur* Cod. 4) Φείδομαι σοῦ (sic) Fabr. P. Graeca ignorant Cod. Ed. pr. 5) *Autem* accessit e Cod. om. Fabr. P. Locum sic exhibet Ed. pr. *ab antiquis haec diversae.* 6) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 7) *Sequuntur* Edd. O. *sectantur* Cod. 8) *Ut* Edd. O. *velut* Cod. 9) *A verbo* Fabr. P. *verbi* om. praep. Ed. pr. c *verbi* Cod. Scripsi *e verbis.* 10) In Edd. O. haec inverso ordine leguntur: *Patiens sum laboris. Venit mihi in mentem huius rei.* In Cod. uti editum a nobis est. 11) His subiiciunt Edd. O. *Sitio vini. Esurio panis*, quae in Cod. sub finem capitis post vv. *Expertus rei* leguntur. 12) *Paenitet* scriptura Cod. quae paullo post recurrit. 13) *Refert* Edd. O. *interest* Cod. In proxima formula *me* deest in Ed. pr. a Fabr. adiectum, quod Cod. quoque exhibet. 14) *Fastidiosus* Edd. O. *Studiosus* Cod. 15) Haec duo hic adduntur in Cod. ut supra notavi. 16) *Idiomata dativi casus* Edd. O. om. *idiomata* Cod.

Vitio tibi duco [1].
Obiicio tibi.
Impropero tibi.
Exprobro tibi.
Antepono tibi illum.
Maledico tibi.
Abripio tibi.
Praepono te illi.
[259] || Antepono muneri amicitiam.
Parco peccanti.
Noceo tibi.
Incommodo tibi.
Officio tibi.
Obsum tibi.
Alienus sum tibi.
Timeo tibi.
Aufero tibi.
Persuadeo tibi.
Ausculto tibi et ausculter.
Prosum tibi.
Detraho tibi.
Medeor tibi.
Repraesento tibi.
Rependo tibi.
Convicior [2] tibi
Blandior tibi.
Adulor tibi.
Prospicio tibi.
Provideo tibi.
Consulo tibi.
Praesideo tibi.
Imprecor meis.
Praeeo tibi.
Cordi mihi est amicus.
Excidit mihi.
Obstrepo illi.
Extorquet mihi nolenti [3].
Liquet mihi.
Curae mihi es.
Vacat mihi.
Moderor tibi [4].
Derogo tibi.
Tempero illi [5].
Praesum provinciae.

Supplico tibi.
Studeo huic rei.
Obrepo illi.
Munera tibi do.
Bono mihi est haec res [6].
Testimonio est mihi.
Succurrit mihi.
Abstineo illi.
Pignori do.
Sic filiae doti do.
Evello tibi.
Lito deis.
Subtraho tibi anulum [7].
|| Crisat illi [8]. [260]
Non palpor equo.
Vitio tibi hanc rem [9] do.
Oneri tibi sum.
Eripio flammae.
Commodo hospiti.
Benifico cognato [10].
Patrocinor [11] patriae.
Eximo mulieri ornatum.
Praefero patri praeceptorem
Calcem illi duco.
Vitium desidioso verto.
Praesideo [12] Ciliciae.
Benedico benifico [13].
Praeficio militibus.
Praecurro praetori.
Supersideo [14] discipulo.
Antecellor aemulo.
Commodat mihi haec [15] res.
Dono tibi do.
Doti genero do.
Consilio tibi sum.
Amans mihi est [16].
Nocetur mihi.
Peculor tibi.
Obsum amico tuo.
Eruo tibi oculos.
Haeres tibi sum.
Invidiae mihi es.
Prospicio tibi.
Testimonium tibi duco [17]

1) *Vitio tibi duco* Fabr. P. *vitium tibi duco* Cod. Ed. pr. quod erratum puto a librario. Paulo post lege *improbo* pro *impropero*. 2) *Convitior* Edd. O. *convicior* Cod. 3) *Extorquet mihi nolenti;* accessit haec formula e Cod. 4) *Illi* Edd. O. *tibi* Cod. 5) *Tibi* Edd. O. *illi* Cod. 6) *Bona mihi haec res* Edd. O. *Bono mihi est haec res* Cod. 7) *Capulum* Edd. O. *anulum* Cod. 8) *Crissat* Edd. O. *Crisat* Cod. 9) *Rem hanc tibi* Edd. O. *tibi hanc rem* Cod. 10) *Benefico cognato* Edd. O. *Benifico cognato* Cod. Legendum videtur: *Benefit cognato.* 11) *Patrocinior* Cod. *Patrocinor* Edd. O. 12) *Praesidio* Cod. *Praesideo* Edd. O. 13) *Beneficio* Edd. O. *benifico* Cod. 14) *Supersedeo* Edd. O. *Supersideo* Cod. Statim post legitur in omnibus: *Antecellor aemulo.* Corrige: *Antecello aemulo.* 15) *Has res* Ed. pr. *haec res* Cod. Fabr. P. 16) *Amans mihi est;* haec formula ccessit e Cod. 17) *Dico* Edd. O. recte for-

Ancillor magistro.
Adsentio [1] domino.
Libet mihi.
Geniculo parenti.
Genua tibi advolvor.
Ornata mihi est [2].
Adiumento tibi sum.
Argumentum nobis fuit.
Aemula merito [3] mihi fuit.
Gaudio mihi fuit.
Damno mihi fuit.
Fraudi mihi fuit.
Noli mihi praeire.
Destino mihi.
Evito huic rei.
Indignatur mihi.
Obtrectat duci.
Derogo legi.
[261] || Voluptati mihi fuit.
Procuro illi [4].
Aemulor tibi.
Mentior tibi.
Praesto omnibus.
Dolori mihi fuit.
Honori mihi fuit haec res.

IV.

Accusativi casus [5].

Ordior hanc rem.
Incipio studium.
Invado hominem.
Execro illum.
Interpello iudicem.
Tango aurum [6].
Adiuvo oratorem.
Commeio lectum et meio [7].
Moneo puerum.
Peto domum.
Impetro consulatum.
Increpo peccantem.
Convenio amicum.
Consulo praeceptorem.
Negligo divitias.
Sequor exercitum.
Oleo unguentum.
Contemno pecunias.
Recordor speciem.
Comitor illum [8].
Impedio legentem.
Decet me dignitas.
Derideo stultum.
Derideo adseculam [9].
Offendo iudicem.
Adloquor filium [10]
Cupio honorem.
Calumnior te.
Usurpo hanc rem.
Sentio beneficium.
Adipiscor [11] laudem.
Experior periculum.
Adorior hominem.
Adgredior [12] petitionem.
Ingredior hanc rem.
Aggredior [13] mont em
Audio oratorem.
|| Excuso te. [262]
Memini hanc rem.
Curo scholam.
Intueor imaginem.
Obliviscor hanc rem.
Adpeto laudem.
Non amplius unam noctem.
Consequor lucrum.
Iuvat me.
Reminiscor factum.
Adeo consulem.
Concedo tibi manus.
Invideo ei pulchritudinem.
Admoneo illum [14] hanc rem.
Iubeo illum.
Praepono honorem.
Despicio praetextam.
Reprehendo te.
Impetum in te facio.
Precor deos et a diis.
Accedo ad te.
Corripio te.
Inquieto illum.

tasse. *duco* Cod. 1) *Adsentior* Edd. O. *Adsentio* Cod. 2) *Est* Cod. *es* Edd. O. 3) *Merita* Edd. O. *merito* Cod. 4) *Praecurro illi* Edd. O. *Praecuro illi* Cod. Cum supra iam positum sit *Praecurro praetori;* h. l. sine dubio legendum est: *Procuro illi.* Atque ita scripsi. 5) *Idiomata accusativi casus* Edd. O. *Accusativi casus* Cod. 6) *Aurem* Edd. O. *aurum* Cod. 7) His subiungunt *Meiere lectum* Edd. O. quae vv. absunt a Cod. 8) *Comitor illum* acc. e Cod. 9) *Adseculam* Cod. *adseclam* Edd. O. 10) *Alloquor* Edd. O. *Adloquor* Cod. 11) *Adipiscor* Edd. O. *Adaepiscor* Cod. 12) *Aggredior* Fabr. P. *Agredior* Ed. pr. *Adgredior* Cod. 13) *Adgredior montem* Fabr. Ed. pr. *Aggredior montem* Cod. P. 14) *Illum* Cod. *eam* Fabr. P. *eam* Ed. pr.

Penitet [1] me.
Refero ad patrem.
Mereor beneficium et mereo.
Nanciscor occasionem.
Conor hanc rem.
Inchoo hanc rem.
Insimulo salleum [2].
Animadverto te.
Animadverto in te.
Vindico te et defendo [3].
Vindico in te.
Criminor te.
Interrogo magistrum.
In gratiam tecum redeo.

V.

Ablativi casus [4].

Dignus sum laude
Opus est mihi [5].
Vaco militia.
Fruor divitiis.
Satior cibo.
Cedo tibi gloria.
Dignor te munere.
Utor divitiis.
Abutor servo.
Libero te dolore.
[263] || Liberor molestia
Careo honore.
Queror tibi de illo.
Coeo cum muliere
Glorior dignitate.
Plenus sum bonis
Dono te hac re.
Fungor honore.
Afficior dolore.
Congredior cum illo.
Abstineo me cibo
Sub illo milito.
Desisto ab hac re.
Communico cum illo.
Potior munere.
Tempero me vino.
Afficio te gaudio.
Fraudo te militia.
Egeo victu et indigeo.
Lucror tecum.
Abdico me praetura.
Longior illo sum.
Concumbo cum muliere.
Fraudo pecunia.
Pro mea mediocritate.
Impleo te vino.
Fretus sum oratore.
Dominor homine.
Onero te oratione.
Antepono fide mea.
Precor a diis et deos
Iungor tecum amicitia.
Gaudeo gloria.
Avello a te vestem.
Impertior te hac re.
Ardeo flamma.
Flagro amore.
Accendo te hortatione.
Incensus amore.
Labor [6] oratione.
Labor [7] proposito.
Deficio hac re.
Laetor victoria.
Nitor pudicitia.
Induo te armis.
Induor veste.
Fraudor honore.
Postulo [8] a iudice.
|| Privo te hac re. [264]
Imbuor hac re [9].
Divellor a te.
Egredior domu [10].
Excepto munere [11].
Alienus sum crimine [12].
Pugno cum homine.
Loquor cum oratore.
Convenit mihi tecum.
Venio tecum.
Dignor [13] amicum hospitio.
Satio populum tritico.
Saturo exercitum commeatu.
Onero servum lignis.

1) *Poenitet* Edd. O. *Penitet* Cod. 2) *Insimulo te* Fabr. P. *Insimulor* Ed. pr. *Insimulo salleum* (sic) Cod. Lege: *Insimulo Saleium*, sive aliud latet nomen proprium. 3) *Te defendo* Edd. O. *et defendo* Cod. Lege: *Vindico te*, *i. e. defendo*. 4) *Idiomata ablativi casus* Edd. O. *Ablativi casus* Cod. 5) Verba: *Opus est mihi* accesserunt e Cod. Lege: *Opus est me*. 6) *Laboro* Edd. O. *Labor* Cod. 7) *Laboro* Edd. O. *Labor* Cod. *Postulor* Edd. O. *Postulo* Cod. 9) *Imbuor a te* P. *Imbuor huc re* Cod. Ed. pr. Fabr. 10) *Domu* Cod. *domo* Edd. O. 11) *Eximo munere* Fabr. P. *Exepto munere* Ed. pr. *Excepto munere* Cod. 12) *A crimine* Edd. O. Praep. om. Cod. 13) *Pignor* Edd. O. *Dignor* Cod.

In gratiam tecum redeo.
Abdico filium domo.
Abstineo pulpamento.
Desisto tua consuetudine.
Accendo amicum pulchritudine mea.
Uro amicum superbia mea.
Labor [1] spe mea.
Imbuo malum malis.
Degredior [2] monte.
Contentus sum uno nummo.
Orbet [3] uxorem dote.
Sermocinor tecum.
Interdico ignominioso foro.
Excidi patrimonio.
Exulto victoria [4].
Confligo tecum.
Caveo mihi a te.
Glorior te.

VI.

Genitivi et dativi casus.

Similis sum tui et tibi [5] moribus.
Avello senis et seni canos.
Avello iuvenis et iuveni barbam.
Frango servi et servo caput.
Rumpo periuri et periuro caput.
Eruo mendacis et mendaci oculos.
Vicinus sum illius et illi.
Fidelis sum animi et animo [6], et cetera si qua sunt similia.

VII.

Genitivi et accusativi casus.

Doleo vicem tui et tuam.
Discrucior animi et animum.
[265] || Memini honoris et honorem.
Admoneo illum caedis et caedem.
Obliviscor amicitiae et amicitiam [7].

VIII.

Genitivi et ablativi casus.

Expers sum causae et causa, ignoro causam [8].
Expers sum fundi et fundo, non habeo fundum.
Plenus cibi et cibo.
Impleo sacculum argenti et argento.
Egeo victus et victu et [9] indigeo.
Potior fructus et fructu.
Maximi nominis sum et maximo nomine, id est, nobilissimus sum.

IX.

Dativi et accusativi casus.

Adsedeo praetori et praetorem.
Attendo tibi et te [10].
Adulor praeceptori et praeceptorem [11].
Accedo tibi et te, id est, eadem tibi sentio [12].
Quid tibi, et quid te futurum est?
Obtrecto mulieri et mulierem.
Inludo vano et vanum.
Praesto inopi et inopem.
Medeor amanti et amantem.
Prospicio tibi et te.
Provideo tibi et te.
Decet mihi et me penula.
Timeo tibi, id est [13], ne eveniat tibi, et timeo te.
Studeo Graecas literas et Graecis.
Incanto tibi et te.
Conduco tibi et te.
Tempero tibi et te.
Faveo tibi, faveo te [14].

|| X. [266]

Dativi et ablativi casus.

Detraho tibi et te.
Vaco militiae illius, militia [15], id est, non milito.
Loquor tibi et tecum.
Contendo tibi [16].
Certo tibi et tecum.
Opto diis et a diis.

XI.

Accusativi et ablativi casus.

Utor pane et panem.
Abutor miserum et miser[o [17]].

1) *Laboro* Edd. O. *Labor* Cod. 2) *Digredior* Edd. O. *Degredior* Cod. 3) *Orbo* Edd. O. *Orbet* Cod. Scribe *Orbat*. 4) Verba: *Exulto victoria* accesserunt e Cod. 5) *Tibi* om. P. habent Cod. Ed. pr. Fabr. 6) *Amici et amico* Edd. O. *animi et animo* Cod. 7) Verba: *Obliviscor amicitiae et amicitiam* desunt in Fabr. et P. 8) *Expers est causae et causa, quaero causam* Edd. O. *Expers sum causae et causa, ignoro causam* Cod. 9) *Et* desideratur in Fabr. P. 10) Verba: *Attendo tibi et te* accesserunt e Cod. 11) *Adulor patori* (sic) *et rem* Cod. 12) *Eadem tecum sentio* Edd. O. *id est, eadem tibi sentio* Cod. 13) *Sortem* Edd. O. *id est* Cod. 14) *Et faveo te* Edd. O. *et* non est in Cod. 15) *Et militia* Edd. O. *et* deest in Cod. abesse vix potest. 16) *Et tecum* addunt Fabr. P. om. Cod. Ed. pr. abesse vix potest. 17) *Miseris et miseros* Edd. O. *miserum et miser.* Cod. ita ut ultima litera

Fungor officium et officio[1].
Dominor in civitate et civitatem.
Communico tecum mensam et mensa[2].
Annitor hanc rem, nitor hac re[3].
Olet unguentum et unguento et redolet[4].
Invideo condiscipulo libro[5] et librum.
Precor Iovem et a Iove.
Cedo meliori[6] palmam et palma.
Induo puerum rubricam et rubrica[7].
Caveo me et caveo mihi abs te.
Clanculum facit[8] patrem et patre.
Abeo quod est . . . . m[9].
Deprecor inimicum et inimico.
Puteo stercus et stercore.

Item sunt idiomata nomina, quae per genera efferuntur diversa, id est, apud Graecos alterius sunt generis, et alterius apud Latinos, quae sunt satis pauca, et per alphabeti ordinem digesta, quae nos quasi non necessaria non[10] praetermisisse lector agnoscat[11], sed in alio loco, eo[12] quo digesta sunt ordine, a nobis transcripta repperiet[13].

Incipit nunc Pl. Secundi differentia verborum et nominum[14].

legi non possit. 1) *Officio et officium* Edd. O. *officium, et officio* Cod. 2) *Communicor tecum mensa et mensam* Edd. O. *Communico tecum mensam et mensa* Cod. 3) *Annitor hac re et hanc rem* Edd. O. *Annitor hanc rem, nitor hac re* Cod. 4) *Olet unguento et unguentum et redoleo* Edd. O. *Olet unguentum et unguento et redolet* Cod. 5) *Libris* Edd. O. *libro* Cod. 6) *Mulieri* Edd. O. *meliori* Cod. 7) *Imbuo puerum rubrica et rubricam* Fabr. P. *Imbulo* (sic) *puerum rubricu et rubricam* Ed. pr. *Induo puerum rubricam et rubrica* Cod. 8) *Fecit* Edd. O. *facit* Cod. 9) *Abeo quod est . . . . m.* Desunt haec in Edd. O. 10) *Iam* Fabr. P. *nam* Ed. pr. *non* Cod. 11) *Agnoscet* Edd. O. *agnoscat* Cod. 12) *Eo* accessit e Cod. 13) *Repperiet* scriptura est Cod. 14) *Quinti et ultimi libri finis* Edd. O. Haec ignorat Cod. pro quibus exhibet: *Incipit nc Pl Secun diffe uerbõ et nominum.* Secundum indicem a Charisio libro suo praemissum desunt: Synonyma Ciceronis. Indifferenter glossemata per literas Latinas ordine composita. Glossemata idem significantia. De differentiis. Quae omnia interciderunt.

ADDENDA.

Ad pag. 3. In not. 1. dele verba *e Cod.*

Ad pag. 4. *De metri versificatione.* Ibi notavi, in Cod. esse pro v. *versificatione* hanc siglam: ***RRa***, quod non ita se habere, postea cognovi. Videtur enim legi: ***si fiā***, quod nihil est, nisi *ficatione*, h. e. *versificatione*.

Ad pag. 40. (55. P.) lib. I, 17, 36. Cf. libellum de generibus nominum, quem primus edidit Hauptius, V. Cl. in edit. Ovidii Halieuticorum, p. 95. ubi legitur: *Pistrinum generis neutri, sed Varro 'media est pistrina'.*

Ad pag. 45. (62. P.) lib. I, 17, 51. Dixi ibi, non satis intelligi posse ex Niebuhrii enotatis, utrum *tunde* an *unde* legendum sit. Sic autem scripsit Niebuhrius: ***t*** *unde* / *unde*, ex quo fortasse coniicias, sic plane esse in Cod. scriptum. Fortasse latet simul numerus libri Theriacon.

Ad pag. 45. (62. P.) lib. I, 17, 52. Cf. libell. de generibus nominum paullo ante citatum p. 98. *Stomachus generis masculini, quamvis pluraliter dicat* (excidit nomen) *stomachi nuper decepti.*

Ad pag. 49. (69. P.) lib. I, 17, 63. Cf. ad hunc locum libellus de generibus nominum supra citatus pag. 95. *Pulvis generis masculini. sed Propertius 'horrida pulvis'.*

Ad pag. 52. (73. P.) lib. I, 18, 3. De forma *praetextum* adde libell. de generibus nominum in Haupt. edit. Ovidii Halieut. cett. p. 93. *Praetextum generis neutri. Sed vicit consuetudo, quae praetextas dicit, quoniam toga praetexta.*

Ad pag. 57. (78. P.) lib. I, 18, 19. Hauptius ad libellum statim citatum pag. 74. scribendum censet: *Vix sustineo clunes . . . . et Horatius 'pulcrae clunes' et Scaevola 'lassas clunes'.* Ex Laberii verbis existimat idem excidisse adiectivum, et Q. Scaevolam inter poetas lascivos commemorari ait a Plinio Epist. 5, 3.

Ad pag. 58. (79. P.) lib. I, 18, 24. De *cassida* cf. libellum de generibus nominum in editione Hauptii supra dicta p. 76. *Cassidem generis feminini, ut Propertius 'aurea cui postquam nudavit cassida frontem'.* Ad quem locum notavit Editor: *Desumptus hic versus e Charisio, inde cassidem in lemmate.*

Ad pag. 59. (81. P.) lib. I, 18, 20. Cf. libellum saepe dictum de generibus nominum ed. Haupt. p. 94. *Pampinus generis feminini ut Cornelius 'purpureis geminata pampinus uvis.* Ad Charisii locum adnotavit Editor: *Afranii verba grammaticus Vindobonensis ad sagi vocabulum adscripsit* (cf. p. 100. edit. Haupt.). *Ennius scripsisse videtur sagus caerulus. Cf. Nonius pag. 223, 29. tum nonnulla exciderunt, in quibus Charisius de pampini vocabuli genere dixerat Corneliique Severi mentionem fecerat. eius versiculum sic scribendum suspicatur Godofredus Hermannus: helvola (vel helvaque) purpureis gemmavit pampinus uvis. nam* ***t*** *in* ***therra*** *ex antecedente aliquo* ***dixit*** *vel ait residuum videri.*

Ad pag. 60. (82. P.) lib. I, 18, 32. Cf. de generibus nom. ed. Haupt. p. 99. seq. *Sal generis masculini, ut Fabianus: 'sal mixtus'; et in euangelio 'quod si sal evanuerit'. Et hos sales potest dici.* Citat ad hunc locum Editor locum Charisii additque locum Valerii Probi de nomine p. 218. Eichenf. *Sal Fabianus causarum naturalium neutro genere dixit. 'cur sal aliud inquinatius vel nigrius. quia sal e luto congestum est. idem masculino pluraliter 'protinus crescunt effossi sales'.*

Ad pag. 61. (83. P.) lib. I, 18, 35. Cf. de generibus nominum ed. Haupt. p. 99. *Serta pluraliter dicit Virgilius 'huc ades Aonia crinem circumdata serta'. Sed Propertius dicit 'cum tua praependent demissae in pocula sertae'. Sunt enim sertae sicut coronae.*

Ad pag. 61. (84. P.) lib. I, 18, 37. *Morium* pro *Marcellum*, coniecit Hauptius quoque ad libellum de generibus nominum p. 100. ubi haec: *Simia generis feminini, ut regum volumine 'simias et pauos'. quamvis Cicero simiolum dixerit.*

Ad pag. 83. (118. P.) lib. I, 21, 214. Cf. de generibus nominum ed. Haupt. p. 102. *Torques generis feminini, ut Propertius 'torquem auream'.* Ubi vide quae notavit Hauptius.